L 62

Digitized by Google

Digitized by Google

VETERIS TESTAMENTI
PROPHETÆ,

AB

ESAIA ad MALACHIAM usque,

EX TRANSLATIONE

JOANNIS CLERICI;

CUM EJUSDEM

COMMENTARIO PHILOLOGICO

ET PARAPHRASI IN ESAIAM, JEREMIAM; EJUS LAMENTATIONES ET ABDIAM;

DISSERTATIONE JOH. SMITH

DE PROPHETIA ET IPSIUS AUCTORIS

DE POESI HEBRÆORUM.



AMSTELÆDAMI,

Apud R. & J. WETSTENIOS & GUL. SMITH.

M. DCC XXXI.

Digitized by Google

JOANNIS SMITH
THEOLOGI CANTABRIGIENSIS
DISSERTATIO
DE PROPHETIA ET PROPHETIS.

CAPUT I.

1. Prophetiam viam eſſe, quâ veritas revelata ad nos tranſmittitur. 2. Mentem Humanam æquè capacem eſſe revelatæ veritatis ac naturalis. 3. Naturales cognitiones excitari poſſe, in nobis, atque illuſtrari revelationum Propheticarum ope. 4. Scripturam frequenter ſe ſe adtemperare vulgaribus placitis & ſumma erga homines συγκαταβάσει uti.

I. ANTEQUAM in naturam Prophetiarum penitiùs inquiramus, non erit præter rem, ſi expendamus quâ ratione hoc Veritatis genus, quod à libera Dei voluntate pendet; Humano Generi pateſiat, ac proinde paucis agamus de Prophetia, quæ ſola eſt ratio, quâ hujuſmodi Veritas ad cognitionem noſtram pervenit. Quamvis enim Ratio, atque Intellectus noſter nobis ſuppeditent naturales omnes cognitiones neceſſarias, ut ſecundùm Virtutem vitam agamus, quæ ſunt iis inſculptæ, eorúmque naturæ conjunctiores; attamen Veritas *poſitiva*, ut loquuntur Theologi, nobis nonniſi libero Dei adflatu, Mentes & Intellectus noſtros adficiente, innoteſcere poteſt. Quemadmodum ſoli liberæ Voluntati Dei ortum debet: ſic etiam, ſine ullo naturali conſilio, adfulget nobis, ut ei videtur.

II. ATTAMEN Mens Humana ejus eſt capax, quamvis non effloreſcat ea Veritas ex intellectûs humani fœcunditate, naturæ viribus, dum objectis externis & ſenſus adficientibus diſtinetur. Quemadmodum ſenſus noſtri rerum materialium imagines, quibus adſueti non eramus, menti noſtræ objiciunt: ſic etiam analogica quædam eſt ratio, quâ Divinæ Veritatis cognitione illuſtrari queamus. Poſſumus enim æquè verè hiſtoricam veritatem rerum corporearum, quæ nobis per ſenſus innoteſcunt, vocare *veritatem revelatam*, ac divinam illam, de qua hîc ſermo eſt; ac proinde neceſſe eſt nobis eſſe viam certam, nec errori obnoxiam, quâ pateſiat prior, æquè ac poſterior. Cùm Deus naturam mentium noſtrarum ejuſmodi eſſe voluerit, ut commercia inter eas eſſe poſſent, & illæ ſibi invicem res antea ignotas aperire; nos ita ſurdos noluit eſſe, ut divinam ejus vocem, quâ *franguntur rupes & montes finduntur* non audiremus. Noluit nos divinis rebus diſcendis uſque adeò ineptos eſſe, ut nullo modo iis adfici, quæ antea nobis ignotæ fuiſſent, poſſemus. Via autem hæc, quâ innoteſcit Veritas Mentibus, ſi originem ejus ſpectemus, eſt veluti *prophetica*, nec ſine adflatu; atque hînc naturæ Prophetiæ, ſummatim conſideratæ, rationem haurire poſſumus.

III. NOLIM tamen hæc ita capi, quaſi putarem veritatem nullam naturalem prophetico adflatu in nobis excitari poſſe, & clariorem nobis fieri; aut lumine prophetico ſartam tectam ſervari; potiſſimus enim ſpiritûs prophetici finis videtur eſſe, ut vividiores excirentur in nobis *æternarum veritatum* notiones; quæ plerumque carnalibus tenebris ita oppreſſæ ſunt, eas ut ſecernere nequeamus. Quamobrem Scriptura non tantùm agit de ea parte Veritatis, quæ à liberis Dei conſiliis orta eſt; ſed de iis etiam quæ ſunt intellectibus noſtris familiares & conjunctæ, & quidem, maximâ συγκαταβάσει adhibitâ, adloquitur infimam plebem, ac vulgariſſima adhibet loquendi genera; quod obiter hîc in animum revocari præter rem non erit.

IV. DIVINÆ Veritati ſua eſt *humilitas & exinanitio*, ut ſic loquar, ut *exaltatio*. In Scriptura ſæpè veluti carne induitur, eò uſque ſe ſe demittens, ut rudem noſtram intelligendi rationem adhibeat; quò liberiùs nobiſcum agat ſuámque divinitatem nobis infundat. Deo viſum eſt, hac in re, non magis oſtendere ſe ſe gloriæ ſuæ *zelotypum*, quàm, ut ſic loquar, commodorum noſtrorum ſtudioſum. *Nos non habemus aures, ſicut Deus habet linguam*; ac proinde ſi loqueretur linguâ *Æternitatis*, quis eum poſſet intelligere, aut mentem ejus interpretari? Si Veritatem ſuam nobis aperuiſſet quàm *puriſſimâ abſtrac-*

tione, à rebus corporeis, quæ in Humanam mentem cadat; qui potuiſſet à rudibus, atque illitteratis hominibus intelligi? Veritas, cùm ad homines venit, ſatis habet veſtibus noſtris indui, & ſermonem noſtrum diſcere; ut moribus & rationibus noſtris ſe ſe, quoad ejus fieri poteſt, adtemperet. Non faſtum præ ſe fert, nec ut faſtidioſus Rhetor ait: *non Tarentinis, aut Siculis hæc ſcribimus*; ſed cum Idiotis quàm maximè idioticè loquitur, *omniaque fit omnibus*, prout quemvis filium Veritatis decet, ut iis proſit. Quod docet rectè antiquum Axioma Cabbaliſticum: *Lumen ſupernum nunquam deſcendit, ſine indumento.* Quamobrem optima fortè ratio intelligendi Scripturam non in eo ſita eſt, ut rigore quodam Philoſophico expendatur, utque ad Definitiones & Diſtinctiones Scholæ exigatur. Non nos adloquitur linguâ Eruditorum & Sapientium hujus mundi, ſed ſermone quàm planiſſimo & quàm maximè vulgari. Quod à Judæis ſtudioſè eſt obſervatum, unde vulgaris, apud eos, Regula, ad rectam Scripturæ intelligentiam: התורה דוברה כלשון בני אדם: *Lex loquitur linguâ filiorum hominum.* Quam Regulam ſic interpretatur *Moſes Maimonides* in *Moreh Neboch.* Part. I. C. 26, *Quidquid homines, ab initio cogitationis ſuæ, intelligentiâ & imaginatione ſuâ poſſunt adſequi, id in Scriptura tribuitur Creatori.* Ideò videmus omnes fermè rerum corporearum proprietates Deo in Scriptura adſcribi; *quia vulgus hominum, ab initio cogitationis Entitatem, non adprehendunt, niſi in rebus corporeis*, ut idem Scriptor obſervavit. Attamen proprietates, quæ, apud vulgi aures, imperfecti quidpiam ſonare videntur, ut *edere & bibere*, eæ verò nuſquam in Scriptura, ut ait, Deo tribuuntur. Ratio pleni atque idiotici ſtyli Scripturæ, prout ab eodem traditur, digna eſt quæ à nobis adcuratiùs ad animum revocetur: ſic ergo habet C. XXXIII. *Hæc cauſa eſt, propter quam lex loquitur linguâ filiorum hominum, ſicut expoſuimus, quia hæc ratio commoda & facilis eſt, ut ab ea incipiant & diſcant pueri, mulieres & communis plebs, in quorum viribus non eſt res ſecundùm veritatem earum adprehendere.* Sic & Cap. XXXIV. *Niſi*, inquit, *per exempla & ſimilitudines ad eam rem deduceremur, ſed intelligenda ac diſcenda omnia nobis eſſent formaliter, per eſſentiales rerum definitiones, ac nonniſi, propter demonſtrationes, quidquam credendum, tum certè, quia hoc, nonniſi per longas præparationes fieri poteſt, maxima hominum pars diem ſuum obiret, antequàm ſcirent an Deus ſit, necne; ut nihil dicam de eo quod de Deo adfirmandum, aut negandum, & removendum eſt.*

Hinc natum axioma frequens, apud Doctores Judæos: *magna eſt virtus, vel fortitudo Prophetarum, qui adſimilant formam cum formante eam*; hoc eſt, magna eſt vis intellectûs Prophetici, qui dum res ſenſiles & viles contemplatur, quaſi infra ſe poſitas ſuppeditare poteſt notiones intelligibilium & inconſpicuarum rerum, rudi atque illiteratæ plebi.

Scriptura non eſt litteris mandata tantùm in gratiam hominum ſagacium, intellectuúmque abſtractis notionibus adſuetorum, vel philoſophicorum; pauci enim alioquin, ejus ope, veram de Deo doctrinam eſſent edocti. *Vidi filios cœnaculi, & erant pauci*, ut habet priſcum Hebræorum proverbium. Non oportet nos ſemper rigidiùs ſeqùo grammatico ſenſui textûs adhærere; eſt enim נגלה *revelatum* & נסתר *occultum* in Scriptura, ut obſervarunt Judæi Interpretes. Putandum non eſt ab ea nobis ſemper exhiberi adcuratas rerum definitiones: ſermone enim vulgari utitur; ut à vulgo intelligi queat: quemadmodum ubi loquitur de *finibus cœli*, Pſ. XIX. & Matth. XXIV. cùm nunc fermè omnibus imperitis notum ſit nullos ei eſſe fines. Sic & quando Gen. II. 7. ait *inſufflaſſe Deum in hominem halitum vitæ, hominémque factum eſſe animal*, idioticum admodum eſt loquendi genus, & quod videtur conſentire cum vulgi opinione, quâ Mentem humanam nihil eſſe, præter *vitalem halitum*, ſeu *aërem* putat. Hujus tamen immortalitas clarè iis verbis innuitur, cùm duplicem originem tribuat duabus hominis partibus, Corpori atque Animo; *pulverem* nempe *terræ* è quo prius eductum eſt, *halitum* verò Dei ipſius, è quo Animus eſt exortus.

Similiter phraſes multas vulgares, de ipſo Deo, invenire licet, præter eas quæ *motum* & *ſenſum* ei tribuunt, quemadmodum quando inducitur *vectus alis venti*, *vectus nubibus*, *ſedens in cœlo*, & ſimiles, quibus Omnipræſentia ejus intra loci cujuſpiam ſingularis fines coërceri videtur. Ejuſmodi loquendi genera ſunt deſumta è craſſis notionibus Dei, quæ pleriſque hominibus inſunt; quaſi ibi potiſſimum eſſet, ubi ſunt objecta, quæ metu atque admiratione, per ſenſus admiſſa, eos percellunt, qualia ſunt *Aër*, *Nubes*, *Venti*, aut *Cœlum.* Sic ſtatus infelicitatis deſcribitur, nominibus deſumtis ex iis quæ maximè homines terrere apta nata ſunt; quemadmodum cum vocatur *cœtus gigantum*, hoc eſt, locus quo clauſi ſunt omnes illi veteres *Gigantes*, quos Divina Juſtitia ulta eſt in Diluvio; ut obſervatum, ex Proverb. XXI. 16. *in cœtu Gigantum commorabitur*, à *Joſepho Medo* 1. Part. Diſſertationum. Eadem deſcriptio ejus ſtatus habetur Job. XXVI. 5. *Gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum iis. Nudus eſt infernus coram illo & nullum eſt operimentum perditioni*, ut habet Latinus Interpres. Sic & Servator locum ſuppliciorum deſcribit quaſi ingentem vallem ardentem; qualis erat vallis Hinnomi, & quæ parata erat, magnâ arte, ad torquendos Cacodæmonas. Pariter invenimus *Cœlum* ita pictum, quaſi eſſet locus perpetuorum *conviviorum*; ubi beati homines adcubituri eſſent menſæ, in ſinu aliorum, & perpetua hilaritate fruituri. Interdum deſcribitur inſtar *Paradiſi*, omni deliciarum & voluptatum genere adfluentis. Similiter cùm Scriptura deſcribere vult rem, quæ Deo cordi fuit, eum deſcribit eam parantem, diu ante creationem Mundi; quaſi ejus majorem rationem habuiſſet, quàm rerum omnium creationis.

Alia multò plura ejuſdem generis exempla proferre queam, in quibus nemo jure dixerit tam ipſam rerum naturam, qualis eſt in ſe, quàm quæ pertinent ad mores & Theologiam doceri. Sed re omiſſâ, propiùs accedam ad inquirendam naturam Prophetiæ, quâ Deus agit in mentes humanas, ſine ullo earum opere, atque ipſe per ſe iis veritatem patefacit.

Digitized by Google

CAPUT II.

1. Propheticum ſpiritum non ſemper aquè manifeſta & perſpicuè ſe ſe aperire. 2. Diſcrimine graduum divina illuſtrationis, qui fuerunt in Moſe, Prophetis & Hagiographis. 3. Deſcriptia brevis natura Prophetia propriè ſic dicta. 4. De conjunctis actionibus Intellectûs & Phantaſia, in Prophetia. 5. Quatuor gradus Prophetia. 6. Diſcrimen viſi & ſomnii.

I. VERUM antequàm hoc faciam, paucis oſtendam varietatem graduum in adflatibus veterum Prophetarum. Propheticus ſpiritus ſe ſe non ſemper patefaciebat *eodem vigorè luminis*, ſeu eadem perſpicuitate, & evidentia. Sæpe lux erat major & vividior, ſæpe tenuior & obſcurior, quò videtur reſpici Heb. I. 1. ubi Deus dicitur *præteritis temporibus adloquutas eſſe Patres per Prophetas* πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως. Sic manifeſtum diſcrimen, in prophetico adflatu, videmus ſtatui inter Moſem & ceteros Prophetas Deut. XXXIV. 10. *Non ſurrexit deinde Propheta, in Iſraele, ſimilis Moſi, quem Dominus noras facie ad faciem.* Quæ verba reſpiciunt id quod Deus ipſe ſollemniùs atque apertiùs de Moſe pronunciarat, ex occaſione adrogantium verborum Aharonis & Mirjamæ, qui Prophetiæ ſuæ gradum Moſaïco æquaverant, Num. XII. 5, 6, 7, 8. *Dominus verò deſcendit in columna nubis. Stetitque ad januam Tabernaculi, & vocavit Aharonem & Mirjamam, qui cùm coram veniſſent, audite, inquit, mea verba. Si ſit Propheta, apud vos, ego Dominus me ei in viſo notum faciam & in ſomnio eum adloquar; non ita ſe habet ſervus meus Moſes, qui in tota mea domo fidus eſt; cum eo loquor ore ad os converſo & quidem perſpicuè, non obſcuris verbis, & ſimilitudinem Domini videt. Quare ergo non veremini contra ſervum meum Moſem loqui?*

II. QUIBUS in verbis, gradus divinæ illuſtrationis, quo Deus Moſi ſe ſe patefaciebat, deſcribitur, quaſi ſupra propheticam illuſtrationem poſitus. Idèoque in Novo Teſtamento, Moſes & Prophetæ ita diſtinguuntur, quaſi reverâ Moſes quovis Prophetâ præſtantior fuiſſet. Sed præter diſcrimen graduum, inter Moſem & Prophetas; eſt & aliud diſcrimen celebre, apud Judæos Scriptores, *Prophetas* inter & *Hagiographos*, qui multo inferiores Prophetis fuiſſe ſtatuuntur. Sed quid diſcriminis inter eos fuerit, pleniùs poſtea oſtendere conabimur.

III. HISCE breviter præmiſſis, atque indicato triplici adflatu, Moſis, Prophetarum & Hagiographorum; inquiremus, ante omnia in naturam revelationis, quæ à Judæis *prophetica* peculiariter adpellatur. Ea verò ſic definitur à *Maimonide*, in ſuo *Moreh Nebochim* Parte II. c. 36. *Veritas & quidditas Prophetia nihil aliud eſt, quàm Influentia à Deo Opt. Max. mediante Intellectu Agente, ſuper facultatem imaginatricem influens.* Quæ definitio eſt Prophetiæ propriè ita dictæ, & quæ diſtinguitur à *Maimonide*, cùm ab eo gradu divinæ illuſtrationis, quæ eâ ſuperior eſt, tum à gradu inferiore, quem vocant רוח הקודש *ſpiritum ſanctum*, quo acti ſunt Hagiographorum animi.

IV. SED Rabbi *Joſephus Albo* in Maam. III. c. 8. de fundamentis Fidei, copioſiorem rei deſcriptionem nobis præbet, his verbis: ita ut gradum etiam Moſaïcum complectatur: היא שפע שופע מהשם יתברך על הכח הדברי אשר באדם וגו: *Prophetia eſt influentia à Deo in rationalem facultatem, ſive operâ Phantaſiæ, ſive alio modo; eâque influentia, ſive miniſterio Angeli, ſive aliâ ratione facit ut homo ea ſciat, ad quorum cognitionem naturalibus facultatibus pertingere non poſſit.* Quamvis is Scriptor in arctiores limites adflatum propheticum videatur coëgiſſe; cùm, ut antea diximus, non tantùm eæ divinæ Veritatis partes communicari queant cum Mente Humana, quæ ejus notionum ambitu non continentur; ſed etiam eæ excitari, quæ cum Ratione neceſſario nexu conjunctæ ſunt.

V. VERUM in hac deſcriptione adtendenda nobis potiſſimùm eſt facultas, quæ divinâ luce extra ordinem adficitur, eſtque, in omni Prophetia propriè dicta, Intellectus & Phantaſia. Statuunt enim Phantaſiam exhibere hac in re quaſi ſcenam quamdam, in qua Viſa & ſimulacra Intellectui objiciuntur, quemadmodum fit in ſomniis quotidianis; niſi quòd Intellectus Prophetarum, ſemper vigilabant & vehementer adficiebantur à Deo, dum Viſa iis adparebant; ut viderent in iis intelligibilia Myſteria, adeoque in his Typis & Umbris, quæ ſpiritualium rerum erant Symbola, continerentur ſimul Antitypa. Eò pertinet vetus axioma Judæorum, quod antea è Maimonide protulimus: *Magna eſt virtus, ſeu fortitudo Prophetarum, qui adſimilant formam cum formante eam.* Verùm ſi Phantaſia non ſit propheticæ illuſtrationis Scena, ſed impreſſio rerum fiat ſine ſchematibus, aut picturis, in ipſo Intellectu; is tunc cenſetur gradus Moſaïcus, in quo Deus facie ad faciem converſa, loquitur; de quo poſtea pluribus agemus.

VI. Propterea R. Albo, in Libri antea ad teſtimonium citati Cap. X. quatuor Prophetiæ gradus diſtinguit. Primus & infimus eſt is, in quo Phantaſia primas partes agit; ita ut impreſſiones, quæ in eam fiunt, eam nimis occupent & Scena ſit nimis turbulenta, quàm ut Rationalis facultas perſpicuè ſecernere poſſit verum myſticum & anagogicum ſenſum eorum quæ aguntur. Tum verò adflatus vim ſuam exſerit parabolis, ſimilitudinibus & Allegoriis obſcurâ quadam nec facilè intelligenda ratione. Videre hoc eſt manifeſtò in Zacharia, multiſque in prophetiis Ezekielis & Danielis; ubi habemus primùm externam ſpeciem rerum, veluti dramaticam, tam vehementer moventem Phantaſiam Prophetæ, ut eodem tempore Prophetæ mens myſticam eorum, quæ videbat, ſignificationem adſequi non poſſet; ſed quæ tamen poſtea ei aperiebatur, quamquam cum multa obſcuritate.

Hic ſtatus Prophetiæ declinantis ad occaſum & illuſtrationis divinæ vergentis ad horizontem Eccleſiæ Judaïcæ, ſtatuitur à Judæis fuiſſe eo tempore, quo eorum Majores ſunt in Captivitatem Babylonicam abducti. Quæ paullò plu-

ribus accipiamus licet ab eodem auctore Lib. III. c. 17. מי שהוא תצק בהשגה וגו *Propheta quiſquis erit ſagacis ingenii, rem intelliget nude, ſine ulla ſimilitudine; unde contingit omnia ejus dicta diſtincta eſſe, clara, omnis obſcuritatis immunia & quæ ſenſum habent litteralem. Sed Prophetæ, inferioris gradûs, verba ſunt obſcura, involuta ambagibus & parabolis, nec Veritatem litteralem, ſed allegoricam tantùm complectuntur.* Hactenus ille. Poſtea etiam, ex opinione plerorumque Magiſtrorum Judæorum, ait poſt captivitatem, cùm eſſet Prophetiæ veluti crepuſculum, Ezekielem cœpiſſe involucris & parabolis uti, atque ipſum, ea de re, ſic apud Deum conqueri: *ah! Domine Deus, inquiunt de me: an non loquitur parabolas?* c. XX, 49.

Secundus Prophetiæ gradus, quem memoratus Scriptor conſtituit, eſt ubi Phantaſiæ & Intellectus pares ſunt vires.

Tertius eſt, quando Rationalis facultatis primæ ſunt partes; ubi, ut antea audivimus, mens Prophetæ res, quæ in Phantaſiæ ſpeculo ei objiciuntur, materiali omni & ſenſili natura ſpoliat, eáſque diſtinctiùs in nuda earum eſſentia adprehendit.

Ultimus & ſupremus eſt *gradus Moſaïcus*, in quo nullus eſt Phantaſiæ uſus, nec Veritatis imago ad eam uſque deſcendit, ſed in ſumma, ut ſic dicam regione Rationis & Intellectûs remanet.

Poſtea pleniùs agemus de variis adflatûs prophetici gradibus, & præſertim de *Spiritu Sancto*, de ſummo *gradu* Prophetiæ *Moſaïco*, tum etiam de *Filia vocis*, qui eſt omnium infimus.

Cùm ergo viderent Judæi pleroſque omnes propheticos adflatus ſitos eſſe in conjunctis impreſſionibus atque operationibus facultatum memoratarum; ita intelligebant locum Num. XII, 6. Quaſi eſſet deſcriptio graduum Prophetiæ, quibus Deus ſe ſe patefacturus eſſet omnibus Prophetis, qui poſtea inter eos erant futuri, aut antea fuiſſent, exceptis Moſe & Meſſia. *In iſtis duabus partibus*, ait *Maimonides* in *Moreh Nebochim* Part. II. c. 36. *Somnio & Viſione, continentur omnes Prophetiæ gradus.* Ac ſanè hæ duæ ſunt ſolæ viæ, quibus Deus ſemet ipſe aliis omnibus Prophetis patefecit, Viſione, nempe, vel Somnio; quibus *Viſa* & *Simulacra ſenſilia* perpetuò aderant, quemadmodum *Senſui Communi*, vel *Phantaſiæ* imprimi ea neceſſe erat, ut Prophetæ viderentur ſibi omnes ſenſus vigilantes & functionibus ſuis fungentes habere, quamvis totum negotium eſſet *Scenicum*, vel *Dramaticum*. Pro duplici illa ratione adflatûs divini, Joël Propheta prædicit naturam Prophetici Spiritûs poſteris temporibus in homines effundendi, c. II, 28. Apud Jerem. XIV, 14. inducuntur Pſeudoprophetæ quaſi dantes operam, ut, Simiarum inſtar, imitarentur veros Dei Prophetas; dum Phantaſiam divinandi facultate confirmarent, ut de ſomniis & viſis, apud populum loquerentur.

Ceterùm diſcrimen *Somnii* & *Viſi* videtur potiùs è circumſtantiis quibusdam petendum, quàm è re ipſa, ideoque *Maimonides* Part. II, c. 45. ait in ſomniis vocem frequenter auditam, quod in viſionibus non ſolebat. Attamen oportebat ut res divinæ ſenſilibus quibuſdam imaginibus pingerentur, vel ut vox aliqua, quæ eas exponeret, audiretur, in utroque. Nihilo ſeciùs Judæi Viſum ſomnio longè præferre ſolent, quippe quod vividiora objecta Prophetæ offerat, & Prophetam reverà invadat etiamnum vigilantem, ſed non priùs cernatur, quàm omnes externi ejus ſenſus ſint vincti; unde fit ut ſæpe deſinat in verum ſomnium, ut probat *Maimonides*, loco memorato, exemplo Abrahami Gen. XV, 12. Viſum enim, in quo Deus Patriarchæ adparuerat (ut narratur verſ. 1.) in ſomnium converſum erat: *Cùm Sol ad occaſum vergeret, arctus ſomnus Abrahamum invaſit; en vero horror & caligo magna ei incubuere.* Quæ verba ſignificant tantùm eum in ſomnis à Viſione in Somnium eſſe delapſum.

Ad ejuſmodi exſtaticas impreſſiones, quibus Mens & Phantaſia ita rapiebantur, ut omnino ſubjicerentur cuipiam *Intellectui agenti* qui eas illuſtrabat, reſpicit, ut puto, Paulus 1. Cor. XIII. in hiſce verbis: *nunc videmus δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, per ſpeculum, in ænigmate.* Videtur enim conferre ſublimiſſimas illuſtrationes, quæ hìc habentur, cum conſtanti irradiatione Dei in animos hominum, in vita futura; eáque per ſpeculum expreſſio divinarum rerum, per hieroglyphica atque emblemata, in Phantaſia, de qua loquitur, propria fuit prophetici adflatûs ratio.

Quod ut magis perſpicuum fiat, adferam hìc locum Judæi Scriptoris, *Rabbi*, nempe, *Bechai* de hoc ipſo argumento, è Comment. in Num. XII, 6. רצה להמשיל נבואה שאר הנביאים וגו׳ *voluit Deus adſimilare Prophetiam reliquorum Prophetarum homini ſpeculum adſpicienti, prout innuunt Rabbini noſtri, illo axiomate proverbiali:* nemo inſpiciat ſpeculum Sabbatho. *Id ſpeculum eſt vitreum, è quo reflectitur homini ſua ipſius forma & imago, per vim reflexivam ſpeculi, cum reverâ in ſpeculo nihil ejuſmodi ſit. Talis erat Prophetia reliquorum Prophetarum, eò quòd intuebantur ſacras & puras imagines, & lumina ſuperna, è medio ſplendore & puritate eorum luminum, quæ reverâ ſunt, conſpicua facta ſunt ſimilitudines & formæ, quales ſunt humanæ.* Quibus verbis, videtur reſpicere ad imagines animalium, quæ, in propheticis viſis, Eſaiæ & Ezekieli objectæ ſunt; ſed hoc in genere ſignificat, lucem & ſplendorem propheticæ illuſtrationis non uſque adeò ſibi Phantaſiam Prophetarum ſubjeciſſe; ſed vidiſſe eos imaginem ſuam, & formas humanis ſimiles, réſque eos intellexiſſe in omnibus ſuis propheticis viſis, more humano.

CAPUT III.

1. *Quomodo prophetica ſomnia differrent ab omnibus aliis ſomniis, quorum mentio fit in Scriptura.* 2. *Idem illuſtratum pluribus locis Philonis Judæi.*

I. SUMMATIM jam deſcripſimus Prophetiæ naturam, quæ, ut oſtendimus, ſemper eſt conjuncta cum *Viſo*, vel *Somnio*; quamvis reverà numquam ſit Somnium propriè dictum ſine Viſo. Hic verò antequàm ulteriùs progrediamur, neceſſe erit adtendere potiſſimam rationem, quâ Hebræi Doctores ſomnia ſoleant diſtinguere; ne fallamur in ſomniis, quæ in Scriptura occurrunt, omniáque Prophetica eſſe pu-

Digitized by Google

putemus, cùm non ſint. Quamvis enim omnia verè fuerint *θεόπεμπτα*, quaſi à Deo miſſa; attamen multa fuerunt admonitionum inſtar, quibus vis & vigor propheticorum ſomniorum nequaquam inerat. Itaque Rabbini ſolent ea diſtinguere in חלומי צדק *ſomnia vera* & חלומי הנביאי *ſomnia prophetiæ*. Sic ea deſcribit *Maimonides* in *Moreh Nebochim* Part. II. c. 41. *Quando dicitur:* Deus venit ad N. in ſomnio noctis, *id* Prophetia *minimè nuncupari poteſt, neque talis vir* Propheta; *ſenſus enim hic tantùm eſt, admonitionem, aut inſtitutionem tali viro à Deo datam, idque in ſomnis factum.* Ille & ceteri Scriptores Hebræi, hujus generis eſſe cenſent ſomnia ad Pharahonem, Nebuchadnetſarem, Abimelechum & Labanem miſſa. In quæ obſervat idem, magnâ prudentiâ *Onkeloſum* Proſelytum (qui Judaicam eruditionem à R. Elehazare & R. Joſua celeberrimis illius ævi Magiſtris didicerat) antequàm narret ſomnia Labanis & Abimelechi dicere: *& venit verbum à Domino*, non verò, ut quando narrantur prophetica ſomnia: *& revelavit ſe Dominus.* Præterea inter potiſſimas rationes, propter quas hæc prophetica ſomnia eſſe negant, hæc eſt, quòd qui hæc ſomniarunt non eſſent homines ſancti; cùm ſit hæc traditio Judæorum, ſpiritum propheticum non communicari, niſi cum bonis.

Sed reverà maximum diſcrimen, quod inter hæc ſomnia fuiſſe videtur, hac in re ſitum erat; quòd quæ non erant prophetica multò debiliora eſſent, nec tantâ vi Phantaſiam percellerent, ac alia: ita ut divina *ἐναργείᾳ*, ſeu evidentia carerent, quâ mentem eorum, quibus objiciebantur plenè perſuaderent, iis divinam eſſe originem. Quod videre eſt in ſomniis Salomonis 1. Reg. III, 5. 15. & IX, 2. ubi dicitur, poſtquàm expergefactus fuit, exclamaſſe: *en erat ſomnium!* quaſi vi ſomnii ipſius certior non eſſet factus, verè fuiſſe propheticum ſomnium.

Sed & alterum diſcrimen eſſe, inter hæc ſomnia, ſtatuunt; nempe ſomnia vera, vel *ὀνειρικά*, complexa fuiſſe דברים בטלים. quidpiam quod erat *ἀργὸν*, *otioſum*, nec quidquam ad rem faciebat; ut in Somnio Joſephi de *Sole, Luna & undecim ſtellis, quæ ipſum adorabant*: cùm ejus Mater, cujus ſymbolum erat Luna, jam mortua & ſepulta eſſet, nec poſſet proinde honorem ei exhibere, quem alii ei exhibuerunt. Ex occaſione hujus ſomnii, Gemarici doctores, in Cod *Berachoth* c. IX. hoc axioma formarunt: כשם שאין אפשר בלא תבן כן אין אפשר לחלום בלא דברים בטלים: *ut nullum eſt triticum, ſine palea: ſic nullum eſt ſomnium, ſine re quapiam inani*, aut *otioſa*: Pariter R. *Albo* in Maam. III. c. 9. hanc diſtinctionem adhibet, inter ſomnium & Prophetiam: אין חלום בלא דברים בטלים והנבואה כלה ענין צודק ואמתי: *nullum eſt ſomnium, cui non inſint nonnulla otioſa ſeu ἀργὰ, ſed Prophetia eſt tota, & adcuratè vera.*

II. DISCRIMEN, quo plerumque differunt prophetica ſomnia, eaque quæ merè *ὀνειρικὰ* erant, & quæcumque alia memorantur in Scriptura, copioſè expoſuit *Philo* Judæus, in Libro *περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι ὀνείρους* & alibi. Proprium characterem eorum, quæ erant prophetica, in eo ſitum fuiſſe perſpicuè nos docet, quòd eſſent conjuncta cum raptu extatico; quo in omnibus ſomniis propheticis, potentior quædam cauſa, Mentem & Phantaſiam Prophetarum percellens, eos ipſis eripiebat, evidentemque & potiorem impreſſionem in iis relinquebat.

Paullò pluribus ejus ſententiam exponam, cùm quia ad dilucidationem noſtri argumenti facit, tum etiam quia ſummopere eſt obſcurata, ſi non & prorſus corrupta à *Philonis* Interprete *Sigismundo Gelenio*. Conſilium *Philonis* eò ſpectat ut oſtendat Moſem doctum varias haſce vias, quibus hominibus è cœlo ſomnia immittuntur, ita ut ſublimis ejus ac recondita doctrina meliùs occultaretur. Itaque Cabbaliſmum inter & Platoniſmum medius navigat, allegoricámque & Myſticam ſententiam in omnibus quærit. Primum ſomniorum divinorum genus ſic definit: *τὸ μὲν πρῶτον ἦν, ἄρχοντος τῆς κινήσεως θεοῦ, καὶ ὑπηχοῦντος ἀοράτως, τὰ ἡμῖν μὲν ἄδηλα, γνώριμα δὲ ἑαυτῷ: primum genus eſt, cùm Deus ipſe incipit motum* (in Phantaſia) *& clam inſuſurrat. reliqua ſunt nobis quidem obſcura, ſed illi notiſſima.* Hujus generis vult eſſe Joſephi ſomnium, cujus ſententia primùm erat Joſepho ignota, deinde in allegoricam ejus interpretationem delabitur. in libro *de Joſepho*.

Alterum genus hoc eſt: *τῆς ἡμετέρας διανοίας τῇ τῶν ὅλων συγκινουμένης ψυχῇ καὶ θεοφορήτου μανίας ἀναπιμπλαμένης: quando rationalis noſtra facultas mota cum anima mundi, & furore divinitus immiſſo plena* prædicit res futuras. Ubi *ψυχῇ τῶν ὅλων* intelligit idem quod in priori libro ſimilis argumenti vocavit *τὸν ὅλων νοῦν*, *Mentem Univerſi*, quæ cùm influxum ſuum animis noſtris miſcet, parit in iis *προγνώσεις* præviſiones futurorum. Hoc ipſum eſt, quod ab aliis ejus popularibus vocatur שכל הפעל *Intellectus agens*, quem putavit idem eſſe ac *animam mundi*, quemadmodum deſcribitur à Pythagoreis & Platonicis. Ad hoc genus ſomniorum refert ſomnia Jacobi de ſcala, déque ovibus Labanis. Hæc verò genera ſomniorum; nimirum, cùm *Intellectus agens* ſimpliciter agit in Mentem, quaſi *patientem*; aut cùm Mentes noſtræ agunt cum Anima Univerſi, & ejus influxûs ſententiam intelligunt; hæc inquam, genera ſomniorum ſic inter ſe confert: *Διὸ ὁ ἱεροφάντης τὰς μὲν κατὰ τὸ πρῶτον συνισταμένας φαντασίας, τρανῶς πάνυ καὶ ἀριδήλως ἐμήνυσεν, ἅτε τοῦ Θεοῦ χρησμοῖς σαφέσιν ἐοικότα διὰ τῶν ὀνείρων, ὑποβάλλοντος· τὰς δὲ κατὰ τὸ δεύτερον, οὔτε σφόδρα τηλαυγῶς, οὔτε σκοτίως ἄγαν* &c. In quibus verbis hoc obſervandum eſt, dici à *Philone* primi generis inſomnia *χρησμοῖς σαφέσιν ἐοικότα*, quod perperam vertit *Gelenius*: *Dei oraculis certis convenientia.* Totum verò locum ſic, cum bona ejus venia, verterim: *Quare Moſes ſacer Antiſtes indigitans illas phantaſias, quæ oboriuntur ſecundum primam ſpeciem, eas perſpicuè & admodum manifeſtè indicavit*; (hoc eſt, addita explicatione ænigmatum Joſepho oblatorum Solis, Lunæ, ſtellarum & manipulorum, quæ Joſephus ipſe non intellexerat; qualis explicatio non eſt addita exemplis ſecundi generis) *quippe Deus ſubjecit illas phantaſias, per ſomnia. quæ ſimiles ſunt veris Prophetiis.* (hoc eſt, לנבואה גמורה *perfectæ Prophetiæ*, ſive לחלמות הנבואיי *ſomniis propheticis*, uti loqui amant Magiſtri.) *Secundi verò generis ſomnia, nec planè dilucidè, nec valdè obſcurè indigitavit, qualia erant ſomnia de ſcala coeleſti* &c. Jam autem hæc inſomnia Joſephi,

ſephi, quamvis complectantur materiam ſimilem propheticis revelationibus, talia tamen non erant; ideóque ab omnibus Judæis ſcriptoribus vocantur tantùm *ſomnia vera.* Quod *Philo* nititur probare, eo modo qui negotio noſtro convenientiſſimus eſt: quamvis errore, in quem conjectus eſt à LXX. Interpretibus, Gen. XXXVII, 7. Ὤιμην, φησὶν, ἡμᾶς δεσμεύειν δράγματα· τὸ μὲν, ὤιμην, εὐθέως ἀδηλοῦντος καὶ ἐνδοιάζοντος καὶ ἀμυδρῶς ὑπολαμβάνοντος, οὐ παγίως, καὶ τηλαυγῶς ὁρῶντος ἀνάφθεγμά ἐστι &c. *Joſephus ait*: videbar *vincire manipulos. Vox illa* videbar *eſt verbum hominis cui de re non conſtat, dubitantis, & obſcurè ſtatuentis: non hominis cui de re conſtabat, quique eam perſpicuè videbat. Revera convenientiſſimum eſt iis qui modò ex alto ſomno ſunt excitati & qui vix deſierunt ſomniare, dicere* videbar; *non iis, qui ſunt prorſus expergefacti & perſpicuè omnia vident. Sed Jacobus, qui magis exercitatus erat in rebus divinis, non habet ejuſmodi verbum* videbar, *quamvis de ſomnio ſuo loquatur; ſed dicit*: ecce ſcala terræ impoſita erat, & faſtigium ejus adtingebat cœlum &c. Tenendum eſt nihil eſſe in Hebraicis, quod reſpondeat verbo ὤιμην, ſed *Philo*, Judæus licèt, vivebat inter Græcos, nec Hebraicæ Linguæ ſatis peritus erat. Ceterùm eodem fermè modo *Maimonides*, in *Moré Nebochim*, diſtinguit *ſomnia vera* à *propheticis*, & Jacobi ſomnia, ut Judæi omnes Scriptores, prophetica eſſe ſtatuit.

Tertium genus ſomniorum, quorum meminerit *Philo*, ſic ab eo deſcribitur: Συνίσταται δὲ τὸ τρίτον εἶδος, ὁπόταν ἐν τοῖς ὕπνοις ἐξ ἑαυτῆς ἡ ψυχὴ κινουμένη καὶ ἀναδονοῦσα ἑαυτὴν, κορυβαντιᾷ· καὶ ἐνθουσιῶσα δυνάμει προγνωστικῇ τὰ μέλλοντα θεσπίζει: *tertium conſtituitur genus, cùm Mens in ſomnis per ſe mota & ſemet ipſa agitans, furit, & adflata facultate futurorum præſciâ ea prædicit.* Deinde, quod magis ad rem noſtram facit, ſic proponit phantaſmata, quæ in tertio hoc inſomniorum genere, adparent: Αἱ δὲ κατὰ τὸ τρίτον εἶδος φαντασίαι μᾶλλον τῶν προτέρων δηλούμεναι, διὰ τὸ βαθὺ καὶ τὸ κατακορὲς ἔχειν τὸ αἴνιγμα, ἐδεήθησαν καὶ τῆς ὀνειροκριτικῆς ἐπιστήμης: hoc eſt, *phantaſmata, quæ pertinent ad tertium genus, clariùs quàm priora* (à Moſe) *expoſita, propter ænigma profundum & obſcurum, quod complectuntur, indiguerunt ſcientia interpretandi ſomnia.* Talia fuerunt Præfectorum Pincernis & Piſtoribus Pharahonis, ipſiúsque Regis ſomnia; talia & Nebuchadneſaris; qui territi quidem ſunt phantaſmatibus ſibi objectis, ſed nihil ex iis exculpere potuerunt. Hæc ſunt ejus generis, cujus interdum meminit Plato, quæ, ſine conjectore Propheta, intelligi nequibant; & propter quæ volebat ſemper eſſe Vatem, vel ſapientem virum, qui μαντικὴν profiteretur.

Hactenus vidimus quæ ſint tria genera ſomniorum, ex ſententia *Philonis*, quorum primum & poſtremum conjungunt Judæi Doctores; qui & Onirocritas iis, qui ſomnia etiam vera habent, conſtanter præferunt. Cùm enim deprimant eos, qui talia ſomniant, infra infimum Prophetiæ gradum; attamen interpretationem ejuſcemodi ſomniorum tribuunt τῷ רוח הקדש, *Spiritui Sancto*; niſi fortè ipſo ſomnio ejus interpretatio contineatur, adeò ut is, qui ſomniavit, non dubitet an ſomnium ſit divinum, ánve rectè expoſitum ſit; tum enim eſt propheticum ſomnium. Atque hæc quidem, hac de re, ſatis ſuperque.

CAPUT IV.

1. *Diſcrimen inter verè propheticum ſpiritum & Enthuſiaſtarum fraudes, copiose traditur. Pſeudo-propheticum ſpiritum ſedem habere in Phantaſia, facultatibuſque infra Rationem poſitis.* 2. *Platonem atque alios ſapientes viros male ſenſiſſe de hoc Spiritu, déque Divinatione, & Conſultoribus Oraculorum.* 3. *Verè prophetici ſpiritûs ſedem fuiſſe æquè in ratiocinandi, ac in ſentiendi facultate; neque umquam ab eo alienatam Mentem, ſed edoctam atque illuſtratam.* 4. *Id pluribus probatum teſtimoniis Ethnicorum & Chriſtianorum veterum.* 5. *De terroribus, quibus ſæpe corripiebantur Prophetæ.* 6. *Quomodo Propheta ſe à prophetico ſpiritu invadi ſentirent.* 7. *Verè & falsò prophetici ſpiritûs, quàm diverſa eſſent vis & evidentia.*

I. EX iis, quæ antea diximus, de Phantaſia, quæ eſſet inſtar ſcenæ, è qua Viſa Menti Prophetæ ſe ſe objiciebant, in quibus videret objecta Divinæ Veritatis, quæ ei per ea innoteſcebat, non difficulter intelligi queat quàm facilè poſſent Cacodæmonis Prophetæ ſimias agere, ut veri Dei ſe Prophetas ſimularent; & quî aliquando Melancholia & phantaſmatibus turgens imaginandi facultas, confirmatæ validâ divinandi potentiâ, ſe ſe explicent, ita ut verus Enthuſiaſmus videantur. Hac in re enim prophetico adflatui videtur ſimilis eſſe commentitius Enthuſiaſmus, quòd uterque vehementibus impreſſionibus Phantaſiam adficiat, eámque vividam & vegetam poſtulet. Quamobrem *Maimonides* ait divinationis donum, quod ſitum eſt in magna imaginandi facultate, ſemper conceſſum fuiſſe Prophetis, idque & *ſpiritum fortitudinis* potiſſimas *baſes* prophetiæ fuiſſe, in Mor. Nebochim Part. II. c. 38. *Duas illas facultates, fortitudinis, ſcilicet, & Divinationis in Prophetis fortiſſimas & vehementiſſimas eſſe neceſſe eſt. Quando autem ad eas accedit influxus Intellectûs, ſupra modum corroborantur: ita ut, quemadmodum notum eſt, eò res devenerit, ut quidam nudo ſuo baculo, potente Rege ſuperior fuerit, & totam gentem intrepidè ex ſervitute eripuerit; poſtquàm, nempe, ei dictum fuerat Exod.* III, 12. tecum ero. *Attamen diverſi gradus hic reperiuntur, & diſcrepant ſecundùm magis & minùs, ſed nullus ea* (fortitudine) *prorſus carere poteſt. Sic dictum eſt Jeremiæ* Cap. I, 17, 18. ne timeas à facie illorum, nec enim te timere faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in urbem munitam & in columnam ferream & in murum æneum ſuper omnem terram &c. *Sic dictum eſt Ezekieli* C. II, 6. Tu ergo, fili hominis, ne timeas eos, neque eorum ſermones & verba eorum, ne timeas neque vultus eorum formides. *Ita reperies in omnibus Prophetis, ingentem fuiſſe animi fortitudinem & magnitudinem. Excellentiâ autem*

tem & præſtantiâ facultatis divinationis ſubito, atque momento temporis, prædixerunt; in qua tamen & ipſa facultate, magna diverſitas reperitur. Præterea ſcito veros Prophetas ſæpe ejusmodi habuiſſe adprehenſiones theoreticas; quarum cauſas nemo poteſt ingenio & contemplatione nudâ adſequi. Ita interdum prædicunt futura quædam, quæ nemo conjecturâ & divinatione ſolâ, indicare, ullo modo poſſet; quia ille influxus in imaginandi facultatem influit, &c.

Non itaque erit magna Digreſſione opus, ut expendatur natura ſpuriæ illius lucis, quæ ſe quaſi Prophetiam venditat, cùm non ſit; quippe quæ ſedem habet in Phantaſia, quæ prima eſt occaſio deluſionis; quia eadem hæc facultas ſedes etiam eſt propheticorum viſorum. Quam in rem, non erit præter rem præmittere hic ex *Maimonide* Mor. Neb. Part. II. c. 37. tres eſſe gradus influxûs divini, è quo naſcitur cognitio hominum. Primus eſt prorſus intellectualis, qui deſcendit tantum in facultatem rationalem, quæ ſummopere confirmatur in adprehendenda Veritate Metaphyſica, unde, ut ait, naſcuntur Sectæ Philoſophorum & homines contemplationi dediti. Alter gradus effunditur ſimul in Ratiocinandi & in Imaginandi facultatem, unde oriuntur Prophetæ. Tertius in ſolam Phantaſiam deſcendit, unde naſcuntur Politici, Legislatores, Legisperiti (quorum ingenium verſatur tantùm circa res ad Rempublicam pertinentes) ut etiam ſectæ Divinorum, Incantatorum, ſomniatorum, & fauſta nuntiantium.

Hic exſcribemus characterem tertii gêneris, quia graphicè deſcribit fallaces Enthuſiaſtas, quales ſæculo noſtro videmus. *Hic verò*, inquit Maimonides, *monendus es ex tertio genere eſſe quosdam, quibus phantasmata, ſomnia & ecſtaſes, quales in Prophetiæ viſione eſſe ſolent, ita mirabiles obveniunt, ut planè ſibi perſuadeant ſe Prophetas eſſe, ſummopere mirentur ſe tales imaginationes habuiſſe, ac denique exiſtiment omnes ſcientias & facultates ſibi, ſine ſtudio & labore infuſas fuiſſe. Hinc in magnas confuſiones incidunt, in multis rebus theoreticis non parvi momenti, eáque quæ vera ſunt, cum adparentibus & imaginariis miſcent. Quæ omnia proveniunt è nimia imaginandi vi & facultatis rationalis imbecillitate*, &c. Hæc ille. Deluſio ejusmodi ἐνεργουμένων, qui revelationes venditant, hinc oritur quòd vis externa, quæ in eos agit, vigorem tantùm Imaginationis phantasmatibus addat, ſed Rationem non illuſtret, neque evehat ad veram intellectionem rerum, prout inter ſe cohærent & connexæ ſunt; ideoque facilè amplectuntur res abſurdas omnibus, qui recta Ratione utuntur. Contrà verò propheticus ſpiritus, cùm vim ſuam potiſſimùm exſerat in Rationem atque Intellectum Prophetarum, eos deducit conſtanter ac perſpicuè ad rerum intelligentiam. Verum pſeudo-propheticus ſpiritus, cum evehi nequeat ſupra infimam & obſcuram regionem ſenſuum & materiæ, aut adtolli in ſerenum Viſorum propheticorum cœlum; operam dat ut magis ac magis confirmetur in Phantaſiæ regione. Quam ob rem vates & Pſeudo-prophétæ Veteres & recentiores ſoliti ſunt, quoad ejus fieri potuit, Phantaſias ſuas evehere. Docet hoc *R. Albo* Maam. III. c. 10. ויש מן האנשים מי שכחם המדמה חזק וגו׳ : *ſunt quidam homines, quorum imaginandi facultas fortis eſt, ſive naturâ, ſive arte quâ utuntur, ut eam corroborent; atque eam in rem adhibentur artes, quibus Veneficæ & quæ habent ſpiritus familiares utuntur; quarum ope imagines rerum facilius in Phantaſia excitantur*, Pariter *Wierus*, Lib. III. c. 17. qui ejusmodi res, quamvis iis diffideret, nimis adcuratè noviſſe quibusdam videtur, ait hanc in rem de Veneficis, ut vividiorem Phantaſiam haberent ſe ſe inunxiſſe & iis cibis uſas, quos intellexerant à Dæmonibus ei rei aptos eſſe. Hoc ut pluribus probet, ad teſtimonium citat *Baptiſtam Portam* Lib. II. & *Hieronymum Cardanum* de Subtilit. c. XVIII. Verum haſce artes curioſiùs non rimabimur.

II. Hoc Divinationis genus, cùm hæreat in Phantaſia, videtur usque adeò imitari propheticam vim, in hac ejus parte; ut imperitiores, hac in re, errarint; quamvis ſapientiores Ethnici infirmitatem & deluſionem ejus feliciter invenerint. Rem eximiè expreſſit *Plato* in Timæo, ubi agens de Dei benignitate, in hominem, ſic loquitur de Divinatione: καὶ τὸ φαῦλον ἡμῶν ἵνα ἀληθείας πῃ προσάπτοιτο, κατέστησαν ἐν τούτῳ τὸ μαντεῖον. ἱκανὸν δὲ σημεῖον ὡς μαντικὴν ἀφροσύνῃ Θεὸς ἀνθρωπίνῃ δέδωκεν. οὐδεὶς γὰρ ἔννους ἐφάπτεται μαντικῆς ἐνθέου καὶ ἀληθοῦς, ἀλλ' ἢ καθ' ὕπνον τὴν τῆς φρονήσεως πεδηθεὶς δύναμιν, ἢ διὰ νόσον, ἢ τινα ἐνθουσιασμὸν παραλλάξας. ἀλλὰ συννοῆσαι μὲν ἔμφρονος τά τε ῥηθέντα ἀναμνησθέντα ὄναρ ἢ ὕπαρ, ὑπὸ τῆς μαντικῆς τε καὶ ἐνθουσιαστικῆς φύσεως καὶ τὰ ἑξῆς: *peſſimam noſtri partem* (jecur, nempe) *ut aliquo modo veritatis particeps fieret, conſtituit divinationis ſedem. Quod ſignum eſt ex quo ſatis conſtat à Deo divinandi artem ſtultitiæ humanæ conceſſam; nemo enim, quamdiu ſui compos eſt, eâ divinandi facultate invaditur, ſed vel in ſomnis, vincta facultate prudentiæ, aut per morbum, aut enthuſiaſmo quodam mutatus. Sed intelligere quidem prudentis eſt & dicta in memoriam revocata, per ſomnium, aut dum vigilaret, à fatidica & enthuſiaſtica natura, & quæcumque ſpectra ab eo conſpecta ſunt ratiocinatione diſtinguere.* Sic videtur *Plato*, qui ſtudioſus ejusmodi rerum obſervator fuerat, nusquam ſuo tempore potuiſſe invenire *ſpiritum divinationis*, niſi cum aliqua *mentis alienatione*. Quam ob rem putabat id eſſe quidpiam ſapientiâ inferius, & quod regi ab ea oporteret; ſic enim mentem ſuam ulteriùs declarat: ὅθεν δὴ καὶ τὸ τῶν Προφητῶν γένος ἐπὶ ταῖς ἐνθέοις μαντείαις κριτὰς ἐπικαθιστάναι νόμος, ὃς μάντεις ἐπονομάζουσί τινες: *itaque lex eſt ut Prophetæ conſtituantur judices de enthuſiaſticis divinationibus, quos Prophetas quidam perperam vocant vates.* Sic & in Charmide ſuo: Εἰ δὲ βούλοιό γε καὶ τὴν μαντικὴν εἶναι συγχωρήσωμεν ἐπιστήμην τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι· καὶ τὴν σωφροσύνην αὐτῆς ἐπιστατοῦσαν καὶ τὰ ἑξῆς: *ſi volueris & divinandi facultatem, concedemus eſſe ſcientiam futurorum, ſed temperantiam ei præeſſe; ut nempe, removeat oſtentatores, & qui ſunt vere vates conſtituat futurorum prænuncios.*

Sed præterea, ejus ævo non innotuiſſe alias divinationes, præter eas, quæ oriebantur ex perturbata Phantaſia, & in cerebris melancholicis concipiebantur, confirmat in Phædro; ubi verum Etymon μαντικῆς tradit, quam dictam ait ἀπὸ τῆς μανίας *à furore*, & olim vocatam μανικήν. Quamquam fatetur eam multis obtigiſſe θείᾳ μοίρᾳ, *divinâ ſorte*; tamen frequenter inveniebatur

in ægrotis & melancholicis hominibus; qui ſæpe eâ facultate poterant divinare, quibus medicamentis eorum morbi curari poſſent; quaſi nihil aliud fuiſſet, præter vim ſentiendi convenientiam ſeu συμπάθειαν corporis ſui cum aliis nonnullis. Alibi etiam ait hoſce Vates numquam aut rarò ſciviſſe ſignificatum & naturam ſuorum viſorum.

Propterea Platonici plerique videntur rejeciſſe, aut minimo in pretio habuiſſe hoc omne Revelationis genus, quippe quod nihil haberet, quo Ratio humana ſuperaretur. Sic *Maximus Tyrius* Diſſert. III. Θεοῦ δὲ μαντεῖον καὶ ἀνθρώπου νοῦς (τολμηρὸν δὲ εἰπεῖν, φράσω δ' ὅμως) χρῆμα συγγενές: *dictum eſt audax, nec eò minus dicam; Dei oraculum & Mens humana res ſunt adfines.* Sic etiam, ex ſententia *Porphyrii* περὶ ἀποχῆς Lib. II. c. 52. bonus vir eſt Διὸς μεγάλου ἱερεύς, is qui non opus habet conſultis vatibus, cùm intimâ familiaritate ſit cum Deo conjunctus.

Similiter etiam Stoici vix patiebantur, â Sapiente ſuo, umquam Oracula conſuli, ut intelligimus ex *Arriani* Diſſert. Epict. Lib. II. c. 7. Enchir. *Epicteti* c. XXXIX. & *Simplicii* Commentario, in locum; ubi Philoſophus religioni ducens curioſiùs inquirere in ea, de quibus fas eſt Oraculum conſulere, tandem ea in tam arctum gyrum cogit, ut vix umquam ulla ſit Sapienti occaſio Oraculi vel honoris causâ, inviſendi. Inſigne exemplum ejus rei habemus apud *Lucanum* Lib. IX. ubi Cato iis, qui putabant, poſt mortem Pompeji, conſulendum eſſe Jovis Hammonis oraculum, reſpondet:

Eſtne Dei ſedes, niſi terra & pontus & aër
Et cœlum & virtus? Superos quid quærimus ultra?
Jupiter eſt quodcumque vides, quocumque moveris.
Sortilegis egeant dubii, ſemperque futuris
Caſibus ancipites; me non Oracula certum
Sed mors certa facit.

Verùm de hiſce ſatis, ſupérque. Spero me nunc explicuiſſe, quæ ſit vera ſedes Prophetiæ, & quæ ſit propria ei Scena; ut etiam quàm mancus & fallax eſſet Divinationis ſpiritus, qui propheticum imitabatur.

III. Ex iis, quæ dicta ſunt, colligere licet unum ex præcipuis diſcriminibus, quæ verè propheticum inter & pſeudo-propheticum ſpiritum interſunt; nimirum, à ſpiritu prophetico numquam alienationem mentis creari, cùm in Facultate Rationali, æquè ac ſentiendi ſedem habeat: ſed ſemper Rationem illæſam, ac ſibi conſtantem ſervari, vimque & firmitatem Judicii incolumem relinqui, ubicumque eſt ille ſpiritus. Sed Pſeudo-propheticus ſpiritus (ſi quem modò verè invadat, nec humanâ fraude ſimuletur) quia non poteſt evehi ultra mediam humani Animi, ut ſic loquar, regionem, quæ eſt Phantaſia, illic habitat, veluti in tempeſtatibus & procellis; & cùm ſit ἄλογόν τι, conjunctus eſt cum alienationibus & raptibus Mentis. Quotieſcumque enim phantaſmata turbantur, nec ſine tumultu objiciuntur Menti, quemadmodum in μανίᾳ, ſeu furore & melancholia (in quibus Medici plerumque alienationem Mentis obſervant) aut etiam vi ſpiritûs Divinationis: Mens perculſa, rectum de phantaſmatibus judicium ferre non poteſt, veluti eclipſin patitur, nec vim ſolitam obtinet. Verùm de hac alienatione ex *Platone* & aliis jam diximus.

IV. Sic Pythia deſcribitur ab *Ariſtophanis* Scholiaſte, ad *Plutum*, & *Lucani* Lib. V. quaſi furore plena, dum fatidico ſpiritu agebatur, atque Oracula fundens, mirè mutato vultu, geſtibus inuſitatis, promiſſis & vibrantibus comis, & ſumum ore emittens. Eodem modo inducitur Caſſandra vaticinans, apud *Lycophronem*. Pariter etiam *Sibylla* ab *Heraclito* notata eſt ὡς μαινομένῳ στόματι γελαστὰ καὶ ἀκαλλώπιστα φθεγγομένη, *ut furente ore ridicula & abſona dicta fundens*. *Ammianus* quoque *Marcellinus*, initio Lib. XXI. *Sibyllæ*, inquit, *crebrò ſe dicunt ardere, torrente vi magnâ flammarum.*

Diligenter hoc notatum à priſcis Patribus, qui hoc modo deprehenderunt fraudes Montaniſtarum; qui quaſi Prophetas ſe venditabant, ſed reverâ nihil, præter animi raptus, patiebantur; hoc enim erat, quod ἐκστάσεις vocitabant. Ante omnia proferam locum *Clementis* Alexandrini: ἐν δὲ τοῖς ψεύδεσι καὶ ἀληθῆ τινα ἔλεγον οἱ ψευδοπροφῆται καὶ τῷ ὄντι ἦσαν ἐν ἐκστάσει προφητεύοντες, ὡς ἂν Ἀποστάτου διάκονοι: *inter mendacia etiam quædam vera dixerunt Pſeudo prophetæ; ac ſanè in ecſtaſi vaticinabantur, quaſi miniſtri Apoſtatæ*; nempe, Diaboli. *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. Lib. V. c. 17. memorat opuſculum *Miltiadis*, περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, *de eo quòd non oporteat Prophetam in alienatione animi loqui.* *Tertullianus*, qui ſummopere favebat Montano, & Maximillæ ac Priſcillæ, ejus in vaticinando ſororibus, rem excuſare conatur, & quamvis fateatur, inter vaticinandum, eos fuiſſe ἐν ἐκστάσει, hoc eſt, raptos vi ſpiritûs eorum Mente potentioris, ut innuere videtur; attamen negat eos in furorem incidiſſe, quod eſt, ut ait, Pſeudo-prophetæ; quomodo etiam ſe ſe Montanus defendebat. Nec vitare potuerunt caſtigationem *Hieronymi*, qui putabat ſe videre quid ſibi vellet hæc Ecſtaſis, & reverâ fuiſſe alienationem animi, cùm non intelligerent quod dicebant. *Neque verò, ut Montanus cum inſanis fœminis ſomniat, Prophetæ in ecſtaſi loquuti ſunt, ut neſcirent quid loquerentur; &, cùm alios erudirent, ipſi ignorarent quid dicerent.* Sic & in Præfatione in Eſaiam. Sed & alibi hac notâ Montaniſtas inurit, ut in Procemio ad Nahumum: *non loquitur Propheta* ἐν ἐκστάσει, *ut Montanus & Priſca, Maximillâque delirant; ſed quod prophetat liber eſt intelligentis quod loquitur*; & in Præf. in Habakukum: *Prophetæ viſio eſt, &, adverſum Montani dogma perverſum, intelligit quod videt, nec, ut amens loquitur, nec in morem inſanientium fœminarum, dat ſine mente ſonum.* Addam tantùm alium Scriptorem, *Chryſoſtomum* nempe, qui pleniùs atque egregiè expoſuit hoc diſcrimen, inter verum & falſum Prophetam, Homil. XXIX. in 1. ad Corinthios: τοῦτο μάντεως ἴδιον, τὸ ἐξεστηκέναι, τὸ ἀνάγκην ὑπομένειν, τὸ ὠθεῖσθαι, τὸ ἕλκεσθαι ὥσπερ μαινόμενον: *hoc vatis proprium, in ecſtaſin rapi, ſubire coactionem, pelli, trahi, inſani inſtar*: ὁ δὲ προφήτης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ διανοίας νηφούσης, καὶ σωφρονούσης καταστάσεως καὶ εἰδὼς ἃ φθέγγεται φησὶν ἅπαντα: *Sed aliter res habet cùm Propheta, cujus intellectus vigilat, & mens ſui compos eſt & ſibi conſtat, novitque ipſe quidquid dicit.*

V. Ve-

V. Verum hîc cavendum ne perperam putemus, nihil, niſi ſummopere clarum & ſerenum, ad cogitationes quod adtinet, fuiſſe in mente Prophetæ, dum Viſa ei obverſarentur. Quare hîc in animum revocabimus obſervationem Judæorum, ſatis notam iis qui ſunt in eorum Scriptis verſati, de terroribus, ſine cauſa, conſternationibus, pavoribus & timoribus, quibus invadebantur Prophetæ, cùm ſpiritus propheticus iis incumberet. Reverà quò vehementiores erant impreſſiones *Viſorum*, quibus non erant adſueti, quando eorum Phantaſiam adficerent; eò major erat Prophetarum perturbatio; & quò magis eorum Phantaſia commovebatur ejuſmodi phantaſmatibus laborioſis, eo magis vires naturales & ſpiritus excipientium exhauriebantur, quod omnino neceſſe erat fieri. Quamobrem Daniel fatigatus labore Phantaſiæ, in excipiendis Viſis ei objectis, conqueritur c. X. 8. & ſeqq. *Solus*, inquit, *ego relictus magnum hoc viſum conſpexi; ſed vires nullæ in me remanſerunt, decor meus mutatus eſt in deformitatem vultûs, nec robur ullum retinui. Audivi ſonitum verborum ejus, cúmque audirem, arctus ſopor me in vultum jacentem corripuit, dum vultus meus in humum erat converſus. At continuò manus me tetigit. — Steti tremens. Ille verò, ne timeas, inquit, Daniel* &c. In hunc locum *Maimonides* Part. II. c. 41. *Moreh Nebochim* ſic ratiocinatur: *quandoque autem Prophetia incipit in Viſione Prophetica & poſtea multiplicatur terror & paſſio illa vehemens, quæ ſequitur perfectionem operationum facultatis imaginatricis, & tum demum venit Prophetia, ſicut contigit Abrahamo. In principio enim Prophetiæ illius dicitur* (Gen. XV. 1.) Et fuit verbum Domini ad Abrahamum, in Viſione; *& in fine ejuſdem* (verſ. 12.) & ſopor irruit in Abrahamum. Eodem etiam modo loquitur de fatigationibus, quarum cauſâ queritur Daniel: *Eſt autem terror quidam panicus, qui occupat Prophetam inter vigilandum, ſicut ex Daniele patet quando ait:* & vidi viſionem magnam hanc, neque remanſit in me ulla fortitudo, & vis mea mutata eſt in corruptionem, nec retinui fortitudinem ullam. Et fui lethargo oppreſſus ſuper faciem meam, & facies mea ad terram. Itaque totum hoc negotium eximiè exponitur à R. *Albo* Lib III. c. 10. הנה מצד ההתגבורות הכוח המדמה וגו' *Ecce propter vires imaginatricis facultatis, & quod antecedat influxus ejus influxum facultatis rationalis, influxus non remanet in Propheta, ſine terrore & conſternatione; ita ut membra ejus collidantur, & commiſſuræ eorum ſolvantur, videaturque ſimilis homini mox animam efflaturo, propter ſummum ſtuporem; poſt quam omnem perturbationem, propheticus ſpiritus invadit rationalem facultatem.*

Hinc fortè poſſimus nonnullam lucem adferre loco Jeremiæ XXIII, 9. *Cor meum intra me fractum eſt, propter Prophetas, omnia oſſa mea concrepuerunt; ſum inſtar hominis ebrii (& ſimilis homini, quem vinum ſuperavit) propter Dominum & propter verbum ſanctitatis ejus.* Quorum verborum hæc eſt ſententia, efficaciam viſorum propheticorum potentiſſimam fuiſſe in ejus animalem partem. Novi *R. Salomonem* videri alium ſenſum reſpicere: ſed *Abarbanel* hic ſententiæ noſtræ favet: בראות ירמיהו אותם הנביאים אוכלים ושותים ומתעדנים קורא ואמר שבר לבי בקרבי וגו, *cùm vidit Jeremias falſos hoſce Prophetas comedentes, & bibentes & in deliciis agentes, clamat & dicit:* Cor meum intra me fractum eſt, propter Prophetas: *dum enim video eorum opera, finditur cor meum, propter ſummam meam triſtitiam, & quia propheticus influxus mihi incumbit* oſſa mea concrepant, ſumque inſtar hominis ebrii, *qui neque videt, neque audit; & hoc mihi contingit*, propter Dominum; *hoc eſt, propter divinum influxum qui me invaſit;* & propter verba ſanctitatis ejus, *quæ me uſque adeò conturbarunt, ut ſenſus mei ſint propterea ſtupefacti.* Sic etiam, ut opinor, intelligendus locus Ezekielis c. III, 14. ubi Propheta deſcribit vim prophetici ſpiritûs ſibi incumbentis, cùm in viſione vectus eſt ἐν τῇ φαντασίᾳ, tædioſo itinere, ad captivos Judæos, qui ſedes habebant ad fluvium Chebarem: *Spiritus Domini*, inquit, *ſuſtulit me, & me rapuit, ivique in amarore atque in ardore ſpiritûs; ſed manus Domini gravis mihi incumbebat.* Pariter Habakukus, C III. 2. *O Domine, audivi ſermonem tuum, & propterea territus fui*; hoc eſt, vocem Dei à Propheta auditam & Phantaſiæ ejus impreſſam, adeò vehementem fuiſſe, ut eum terruerit, prout *Maimonides* rem interpretatur. Idem fortè ſignificatur Eſaïæ XXI, 3. ubi Propheta deſcribit conturbationem & terrorem comites viſionis exſcidii Babylonis, quam habuerat: *Propterea lumbi mei pleni ſunt dolore, tormina me invaſerunt, ſimilia torminibus parturientis; curvatus ſum cùm rem audivi, deliquium paſſus ſum, cùm vidi.* Non ignoro tamen poſſe alio modo, nequaquam inepto, locum intelligi; nimirum, Prophetam agere perſonam Babyloniorum, ut deſcribat horrorem atque angorem animi, quibus erant corripiendi, rémque vividiùs oculis objiciat; quòd *Jonathan* Paraphraſtes ſequutus eſt, nec tamen omnium optimam interpretationem crediderim.

VI. Atque ea de re hactenus, quam dum ago, ſpero me hoc conſequutum eſſe, quod quamvis à Chriſtianis non ita ſit obſervatum; ac à Judæis, attamen ádtentione noſtra dignum eſt; nimirum, qui Prophetæ animadverterent ſe prophetico adflatu invadi. Nam, ut antea oſtendimus, poterant eſſe ejuſmodi ſomnia, aut viſa, quæ deluderent eos quibus objiciebantur, & quorum Pſeudo-prophetæ ſæpe participes fiebant; præter quàm quòd ipſi etiam Veri Prophetæ poterant habere ſomnia, quæ vera quidem erant, ſed minimè prophetica.

Ad pleniorem hujus nodi ſolutionem, antea oſtendimus Pſeudo-propheticum Spiritum reſediſſe inter maximè terrenas Animi Humani partes; hoc eſt, ejus adfectus & Phantaſiam. Princeps tenebrarum non ingreditur Sphæram, ut ſic loquar, Lucis & Rationis, ut regat quæ illic aguntur, & quæ dominio & regimini ſolius Patris luminum relicta eſt. Serenum eſt ac lucidum cœlum, in Humana Mente, in quo ne Lucifer quidem ipſe conſiſtere poteſt; ſed unde præceps agitur, quotieſcumque eò adſcendere conatur.

Verùm ut preſſiùs ad rem ipſam veniamus, Hebræi Magiſtri hîc nos docent, initio prophetici adflatûs, Prophetas habuiſſe imaginem Hominis, vel Angeli, quæ ſe ſe eorum Phantaſiæ ingerebat. Interdum res incipiebat à voce, eáque magna, vel etiam tenui & familiari. *Sic*

Deus legitur primùm adparuiſſe Samueli, I. Sam. III, 7. qui dicitur tunc temporis *nondum noviſſe Dominum*; hoc eſt, ut *Maimonides* exponit Part. II. c. 44. ſui *Moreh Nebochim*; *ignoraſſe adhuc, tunc temporis, Deum hoc modo cum Prophetis loqui ſolitum, & quòd hoc myſterium nondum fuiſſet ei revelatum*. Eadem ratione *R. Albo*, Maam. III. c. 11. eum locum intelligit. Ceteroqui putandum non eſt, Samuelem tunc fuiſſe veri Dei ignarum, ſed tantùm ignoraſſe rationem illius vocis, quâ Propheticus ſpiritus ſolebat adtentionem Prophetarum excitare.

Hanc fuiſſe veterem opinionem Judæorum docet nos *R. Salomo* è titulo *Maſſecheth Thamid* ubi Doctores ſic hunc locum interpretantur טֶרֶם יָדַע אֶת יְהוָה, *antequàm noſſet Jehovam*, עדיין לא היה מכיר ענין קול נבואה nondum fuerat qui eum doceret rationem propheticæ vocis. Hæc fuit vox tenuis & ſuavis, quâ ſenſus Prophetæ interdum adficiebatur; ſed aliquando ea vox major erat. Non erit hîc præter rem, audire *Maimonidis* verba è P. II. c. 44. *Moreh Nebochim*: *nonnumquam fit*, inquit, *ut verbum illud, quod Propheta audit, in viſione Prophetiæ, ei videatur fieri voce maximâ & validiſſima: ſicut quidam ſomniant ſe audire tonitrua, vel terræ motum, aut fragorem magnum; nonnumquam verò ut verbum illud audiat voce familiari, ac ſi proxima eſſet*. Habemus inſigne exemplum poſterioris in voce quâ Deus Adamum, poſtquàm peccaverat, compellavit: prioris verò in Jobo & Elia. Exemplum Adami exſtat Gen. III, 8, 9. *Audiverunt vocem Domini ambulantis in horto, ad auram diei; Adamus verò abdiderat ſe à Domino Deo inter arbores horti. At Dominus Deus vocavit Adamum, eique dixit: ubi es tu?* Ubi hæc verba רוח היום *aura diei*, interpretantur Judæi de tenui voce emiſſâ, qualis eſt halitus diurnus, pacato cœlo. Sic *Nachmanides* habet in hæc verba: טעם לְרוּחַ הַיּוֹם כי בהגלות השכינה תבוא רוח גדולה וחזק וגו׳ *ſenſus verborum*, ad ventum diei, *eſt, ſolere quando revelatur Schechinah*, vel divinæ præſentiæ ſymbolum, *magnum oriri & validum ventum, ut legimus* 1. Reg. XIX, 11. & Pſ. XVIII. & alibi. *Sic ſcriptum eſt Jobi* c. XXXVIII, 1. *Dominum reſpondiſſe Jobo è venti turbine. Quamobrem, ut diſcrimen intelligatur, dicitur in hoc loco, audiviſſe eos vocem Domini; hoc eſt, Divinam Majeſtatem revelatam iis fuiſſe in horto. Nam ventus diei flavit quemadmodum interdiu ſolet in horto; non tamquam magnus & validus ventus, in hac viſione, (ut erat in aliis propheticis adflatibus) ne timerent & animo deficerent*. Hac validâ voce legimus etiam excitatam fuiſſe adtentionem Ezekielis, Cap. IX, 1. *Clamavit etiam ad aures meas magnâ voce, dicens*. Itaque ſunt hæc omnia Schemata prophetica, quæ hoc unum ſignificant: ſummopere excitatam mentem Prophetarum fuiſſe, ſenſu Divinæ Majeſtatis ſe ſe iis aperientis.

Hiſce referta eſt Apocalypſis, nec reverâ exſtat ullum Prophetarum opus, in quo tota *Dramatica* ſeries rerum, prout actæ ſunt in mente Prophetæ, magis graphicè & vividè deſcribatur. Sic habemus *vocem præcentricem* totius Dramatis, quæ interdum inſtar tubæ canentis audiebatur, Apoc. I, 10. Rurſus C. IV. ubi inchoatur novum viſum, legimus hunc Prologum: *Intuebar, ecce verò janua aperta eſt in cœlo; & vox, quam primùm audivi, erat inſtar ſonitus tubæ, quæ mecum loquebatur & dicebat: veni huc*. Cùm verò novus Actus inciperet, quo reſignata ſunt ſigilla, excitatus eſt Johannes voce quæ Tonitru referebat, Cap. VI, 1. Sic & Cap. VIII, 5. *voces, tonitrua, fulgetra & terræ motus* ſunt prooemium viſi ſeptem Angelorum. Denique, ne plura addam, interdum auditur ſonitus ſimilis rugitui leonis. Sic cùm accepit libellum prophetiarum, Cap. X. 3. *Angelus magnâ voce clamavit, quemadmodum Leo rugit; & cùm audiſſet, ſeptem tonitrua emiſerunt vocem ſuam*. Hinc legimus in Prophetis initio vaticiniorum, præfationis inſtar: *manus Domini mihi incubuit*; hoc eſt, vis quædam efficaciſſima, quâ excitabantur ad vividum Divinæ Majeſtatis ſenſum, aut ad Legatum cœleſtem, cum iis colloquuturum excipiendum. Utque ſenſus earum rerum efficacior eſſet, aliquando, in prophetico viſo, jubentur deglutire volumen propheticum, quod iis porrigitur; cujus ſapor amariſſimus deſcribitur; quippe *dulcis* licèt *in ore*, in *ſtomacho, fellis inſtar, amarus erat*. Apoc. X. 9. Ezek. II. 8.

VII. Ex hiſce jam partim vidimus impreſſiones, quibus Prophetæ participes fiebant divini adflatûs, ſecum traxiſſe evidentia ſigna originis ſuæ; quibus diſtinguebant revelationes propheticas ab omni hallucinatione, ut etiam *à ſomniis veris*, quæ divinitus miſſa eſſe poterant, quamvis prophetica non eſſent. Rem tamen pleniùs explicari puto Jeremiæ Cap. XXIII. ubi diſcrimen divini adflatûs & ejuſmodi falſorum ſomniorum & viſorum, quæ Spiritus mendacii interdum Pſeudo-prophetis immittebat, datâ operâ, ex Evidentia atque Efficaciâ deducitur. Pſeudo-propheticus Spiritus nihil habebat præter *ſtipulas* (verſ. 28.) eratque ipsâ inanitate inanior, & quovis vento rapiebatur; cùm materia ipſa ſuggeſtionum eò tenderet, ut mores corrumperet atque impietatem induceret; cúmque modus adflatûs dilutior & languidior eſſet. Contra vera Prophetia ſubibat animum *inſtar ignis* (verſ. 39.) atque *inſtar mallei, qui rupem comminuebat*; unde veri Prophetæ poterant ipſi intelligere, mandata ſe è cœlo accepiſſe; cùm Pſeudo-prophetæ poſſent, ſi vellent, ſui pravo amore ſe ſe exuere, facilè ſcire ſe à Deo miſſos non fuiſſe. Crediderim enim convictionis inſtar, & ut ſemet ipſi damnarent Pſeudo-prophetæ, prolata eſſe verba, verſ. 32. *Ecce ego adverſor iſtis qui falſa ſomnia quaſi prophetias proferunt, ait Dominus, & ea narrant, & mendaciis ac levitate ſuâ populum meum in errorem inducunt, nec tamen eos miſi, aut mandatis inſtruxi*. Liquere hoc poteſt ex *debilitate* ejuſmodi *adflatuum*, quæ innuitur verſ. 28. & 29. & ſic quidem hunc locum interpretatur *Abarbanel*, cujus ſententiam paullò latiùs proſequar; quia hinc conatur ſolvere difficultatem, de qua nunc nobis ſermo eſt, déque ea loquitur, quaſi de re maximi momenti. באמת שאלה עמוקה בעיני הנבואה וגו׳ *Reverâ eſt ex profundiſſimis quæſtionibus quæ proponuntur de Prophetia; qua de re inquiſivi ſententiam Doctorum noſtræ gentis virorum*. Quid reſponderint huic quæſtioni de qua tam anxius erat, videtur reticuiſſe; ſed reſponſum, cui ipſe adhæret,

hæret, nititur hiſce verbis verſûs 28. מה לתבן את הבר, *quid eſt ſtipulæ cum frumento?* Quam in rem profert vetus dictum Judæorum, de quo jam egimus, *ut non eſt triticum ſine ſtipula; ſic nullum eſt ſomnium, ſine re otioſa. Maimonides* hîc rem generalibus verbis expedit: הנבואה תריע לנביא שהיא נבואה, *prophetia patefacit Prophetæ ipſam eſſe Prophetiam.* Quam generalem ſolutionem, poſtquàm nonnihil expendit *Abarbanel*, ſic ſenſum ejus colligit: יבדל הנביא בהיותו ישן בין החלום הנבואיי לאשר אינה נבואיי הכל כפי חוזק חוזק הרגש בדבר המושג וחלושתו וגו׳ *Propheta, qui dormit, poteſt ſecernere propheticum ſomnium, ab eo quod non eſt ejuſmodi, vehementiâ & vividitate perceptionis, quâ rem propoſitam adprehendit, vel etiam ejus debilitate. Propterea rectè dixit Maimonides:* Prophetia patefacit Prophetæ ipſam eſſe Prophetiam; *hoc eſt, patefacit Propheta ipſum eſſe Prophetam, vi & vigore perceptionis; ita ut mens ejus nulla, circa hanc rem, dubitatione laboret.* Tandem ait veram hanc eſſe ſententiam loci Jerem. XXIII. 29. *Annon eſt verbum meum inſtar ignis, & ſimilis malleo, qui comminuit rupem?* quæ verba ſic interpretatur: כן הרוח הנבואה בחוזק הרגשו והפלגת הפעלותו בלב הנביא וגו׳ *nam ſpiritus prophetiæ vi impreſſionis ſuæ & vehementiâ operationis ſuæ in corde prophetæ, eſt ſimilis rei quæ eum urit & comminuit. Atque hoc ei contigit vel in ipſo ſomnio, vel poſtquàm planè eſt excitatus, vel expergefactus ex ſomnio illo prophetico, ſed ſomnia, quæ non ſunt prophetica quamquam vera, ſunt debilia & languida, facilè exſtinguuntur, quaſi vento orientali.* Ulteriùs etiam pergit adludendo ad ſomnia, de quibus Eſaias Propheta: *quemadmodum vir eſuriens ſomniat ſe edere, ſed quando excitatus eſt, en verò etiamnum eſurit; & quemadmodum homo ſitiens ſomniat ſe bibere, ſed quando expergefactus eſt etiamnum ſitit.* Sic quoque intellexit Chaldæus Paraphraſtes, Jerem. XXIII. 29. Sed habemus aliam hujus ſententiæ demonſtrationem, quæ omittenda non eſt; nempe Jerem. XX. 9. *Tunc dixi: nolo mentionem ejus facere, neque ampliùs loqui in ejus nomine. Sed verbum ejus erat in corde meo, inſtar ignis ardentis, clauſi intra oſſa mea; eramque feſſus vitando, neque ſtare poteram.* Tum verſu 11. *Dominus eſt mecum inſtar potentis & terribilis.* Quò reſpiciens R. *Salomon* ſic interpretatur Cap. XXIII. 29. דברי נבואה כשבאה בפי הנביא בגבורה היא באה כמו באש בערת כענין שנאמר ותהי בלבי כאש בערת ואמר ויד יי׳ עלי חזקה: *verbum Prophetiæ quando intrat in os Prophetæ in ſua potentia, in eum venit, inſtar ignis ardentis, prout dictum eſt* (Jerem. XX. 9.) *& erat in corde meo inſtar ignis ardentis* (& Ezek. III. 14.) *& manus Domini mihi gravis incubuit.*

Jam abſolvi potiſſimam notam characteriſticam Prophetiæ tradere, & τεκμήρια veræ Prophetiæ propria exponere; quamvis duobus aliis gradibus divini influxûs, de quibus poſtea, ſuus etiam locus eſſe poſſit.

CAPUT V.

1. Inquiritur in cauſam quæ per ſe ipſa Prophetarum Phantaſiæ viſa objiciebat. 2. Eam cauſam fuiſſe Angelum; Quod elucidatur, pluribus locis è Judæorum monumentis; defenſore Maimonide ſic ſentiente, contra Nachmanidem; 3. Deinde etiam Scripturæ verbis.

I. Antequam finem imponam huic disquiſitioni de Prophetia propriè ſic dicta; exiſtimo utile fore paullò pluribus agere, quàm vulgò fieri ſolet, de duobus quæ conſideratu digna ſunt, in eo gradu divini adflatûs, quem Prophetiam vocamus. Prius eſt ut inquiratur quinam eſſet *Intellectus Agens*, vel, ſi ita libeat, quæ nam eſſet cauſa, quæ ipſa per ſe viſa Prophetarum phantaſiæ objiceret. Poſterius eſt, quid ſibi velint actiones quædam ſymbolicæ, quæ Prophetis frequenter tribuuntur, an veræ fuerint, an verò intra eorum imaginandi facultatem, quaſi ſcenam iis propriam, peractæ fuerint.

II. A priore incipiam, & quæram à quo oblatæ hæ ſint phantaſiæ Prophetæ, ſeu adductæ in ſcenam tot εἴδωλα, quot in ea comparebant. Dubium quidem non eſt quin Deus ipſe totam ſeriem Prophetiæ conceperit ac diſpoſuerit, cùm eò res ſpectaverit ut animus & voluntas Dei patefierent. Attamen cauſa, quæ per ſe id facit quod dixi, non videtur fuiſſe Deus ipſe, ut fortè nonnemo putet, ſed re verâ Angelus; & ita cenſent plerique omnes Hebræi. *Maimonides* ſententiam hanc ſuam fuiſſe multis oſtendit, in libro de *fundamentis Legis* & in *Doctore Dubitantium*, & fortè quidem generalioribus æquo verbis contendit, unam quamque Angelorum adparitionem ſecum traxiſſe propheticam revelationem; unde factum ut quidam ex ejus popularibus, ἀμοιρίᾳ τῆς αἰδοῦς, in contraria omnia abierint. Hæc ſunt ejus verba in *Moreh Nebochim* Part. II. c. 41. *Scito omnium eorum Prophetarum, qui Prophetiam ſibi factam eſſe dicunt, quoſdam eam Angelo alicui, quoſdam verò Deo Opt. Max. adſcribere & adtribuere, licèt per Angeli etiam miniſterium iis obtigerit; de quo ſapientes noſtri nos erudierunt, quando aiunt:* & dixit Dominus ad eam (*ſcilicet*, על ידי המלאך, *per manus Angeli*) Gen. XXV. 23. Videntur enim Magiſtri intellexiſſe hunc locum, ubi Deus revelat Rebekkæ conceptionem & progeniem futuram, de prophetica adparitione, per Angelum; quamvis omnes non conſentiant. Sed dignus eſt, qui audiatur interea, *Maimonides*, adfirmans opinionem ſuam, quam jam expoſuimus, niti univerſa antiquitatis Judaicæ auctoritate. *Inſuper*, inquit, *de quocumque ſcriptum occurrit, quòd Angelus cum eo loquutus, aut quòd aliquid ei à Deo revelatum ſit, id nullo alio modo, quàm in ſomnio aut viſione prophetica, factum eſſe noveris. Habemus etiam, apud ſapientes noſtros, ratiocinationem de verbo, quod ad Prophetas pervenit, ſecundùm id quod Prophetæ ipſi ſcripſerunt.*

Quatuor autem modis fieri id ajunt: Primus modus eſt, cùm Propheta revelat verba illa facta eſſe ab Angelo in ſomnio, vel in viſione. Secundò, cum mentionem tantùm facit verborum Angeli; ſed non narrat facta eſſe in ſomnio, vel in viſione; eò quòd fundamento huic, quod notum eſt, nitatur, nullam eſſe Prophetiam, niſi alterutro horum modorum, quorum Deus meminit, quando ait, Num. XII. 6. in viſione ei innoteſcam, in ſomnio eum adloquar. *Tertiò, cùm Angeli nullam prorſus mentionem facit, ſed Deo Opt. Max. ſermonem adſcribit, ac ſi ipſe eum protuliſſet, hac tamen cum adjectione, quod habitus ſit in viſione, aut in ſomnio. Quartò, cùm Propheta abſolutè & ſimpliciter ait Deum cum ipſo eſſe colloquutum, vel ipſi dixiſſe:* Fac hoc; *vel:* dic hoc; *nullâ vel Angeli, vel ſomnii, vel viſionis mentione factâ; idque propter hoc etiam notum fundamentum & principium, nullam eſſe Prophetiam, niſi in ſomnio, aut in viſione, idque miniſterio Angeli.*

Hactenus *Maimonides*, qui, ut videmus, contendit rem fuiſſe, de qua plerique omnes veteres Judæi conſentirent.

Sed priuſquàm ulteriùs progrediamur ad eam confirmandam, neceſſe habemus breviter expendere quid *Nachmanides*, magnus ejus, hoc in negotio, adverſarius, ei objiciat. Exſtat hoc in comment. ad Gen. XVIII. in quo *Maimonides* hoc unum narrari putat; nimirum adparitionem trium Angelorum Abrahamo, cui promittunt filium. Dicuntur cum eo eſſe convivati, & duos quidem ex illis eſſe Sodomam profectos, ut illic à Loto exciperentur; quem eripuerunt violentiæ Sodomitarum, & poſtero die eduxerunt ex urbe, antequàm in eam ſulfur & ignem demitterent. Quæ omnia videntur evidenter oſtendere hanc Angelorum adparitionem fuiſſe veram hiſtoriam; non merè Propheticam, atque in phantaſiæ ſcena peractam. Quare cùm *Nachmanides* videatur, hac in re, eo ſuperior, hanc ejus hallucinationem inſectatur, & premit aliâ non minore, ac prorſus contrariâ. Sic autem loquitur: המשיג לראיה מלאך או דיבור איננו נביא וגו׳ *qui incidit in conſpectum Angeli, vel colloquium, non eſt propterea Propheta. Res enim non ita habet, ut judicavit Maimonides; nempe, unumquemque Prophetam accepiſſe prophetias, miniſterio Angeli; Moſe dumtaxat, Magiſtro noſtro, excepto; nam Rabbini noſtri nobis dixerunt de Daniele & ejus ſociis, eos, hoc poſito, fuiſſe excellentiores Daniele, quia erant Prophetæ, cùm ipſe non eſſet. Proinde ejus liber non numeratur ideò inter Propheticos, quia res illi fuit cum Gabriele Angelo, quandoquidem eum viderit & cum eo colloquutus eſt, cùm vigilaret.* Sic ergo videmus à *Nachmanide* tam perſpicuè expungi numero Prophetarum, quotquot habuerunt adparitiones Angelorum; quàm à *Maimonide* fuerant in eum repoſiti. Utitur etiam, hanc in rem, auctoritate Thalmudicorum Magiſtrorum, qui propterea excludunt Danielem è numero Prophetarum, recenſéntque ejus librum inter *Hagiographos*, quia Daniel cum Angelo Gabriele vigilans colloquutus eſt. Sed omnia hæc ſunt gratis dicta, nec ſat bonâ fide; conſtat enim ab omni Antiquitate Zachariam habitum eſſe Prophetam, quamvis in omnibus ejus viſis ſemper interveniant Angeli.

Expendenda potiùs eſt ſententia Thalmudicorum, quâ nititur *Nachmanides*. Ea autem exſtat in titulo *Maſſecheth Megillah*. Cap. 1. in Gemara. ubi Magiſtri interpretantur locum Dan. X, 7. *Ego autem Daniel ſolus hanc Viſionem vidi, nam viri qui erant mecum, Viſionem non viderunt, ſed magno tremore capti ſunt, ita ut fugerint, ut ſe ſe abderent.* Hîc quærunt quinam eſſent ii comites Danielis, tum de ipſo & illis judicium ferunt: מאן נינהו אנשים אמר רבי ירמיהו זה חגי צכריה מלאכי וגו׳: *Quinam fuerunt viri illi? dixit R. Jeremias: Chaggæus, Zacharias, Malachias. Hi excelluerunt præ Daniele & ille viciſſim præ iis. Hac in re, eo præſtantiores fuerunt, quòd eſſent Prophetæ ille verò nequaquam; ſed præſtantior fuit illis, quia habuit Viſionem, illi verè non habuerunt.* Sic illi Magiſtri; qui reverâ Danielem Prophetam fuiſſe nolunt, quamobrem etiam in Hagiographorum numerum eſt relatus, quamvis nullam firmam rationem ejus rei proferant. Quod verò ait *Nachmanides* Angelos, qui Danieli conſpicui facti ſunt, verè obverſatos ejus oculis, non Phantaſiæ tantùm objectos, manifeſtus eſt error, & contrarius diſertis Danielis verbis, qui narrat hæc viſa ſe habuiſſe in ſomnis, Cap. X, 9. *Cùm audivi ſonitum horum verborum arcto ſomno oppreſſus eram, & facies mea in humum converſa.* Sic & Cap. VIII, 18. *Cùm verò loqueretur mecum, arcto ſomno tenebar.* Hic autem ſomnus fuit ſub exitum viſionis, vers. 15. Nam erat frequens *μετάβασις* à viſo vigilanti Prophetæ objecto ad ſomnium dormientis. Rurſus Cap. VII, 1. *Primo anno Belſatſaris Regis Babylonis, Daniel habuit ſomnium, & viſiones capitis ſui in lecto.* Atque in hoc ſomnio, ſeu viſo nocturno, ut in ſuperiùs memorato vir, ſeu Angelus inducitur; qui viſa, quæ non intelligebat Propheta, interpretaretur. Vide vers. 15. & 16.

Sed Thalmudicorum ſententiam, fuiſſe veram Prophetiam, per Angelos adlatam, confirmabimus alio loco, qui eſt in *Gemara Beracboth* Cap. IX. ubi producuntur Doctores inter ſe comparantes duo loca quæ videntur contraria. Unus eſt Num. XII. 6. *in ſomnio eum adloquar*, alter Zachar. X, 2. *falſa ſomnia narrarunt.* Quos ſic in concordiam redigunt: *R. Rami dicit* ſcriptum eſt: בחלום אדבר בו וכתיב וחלמות השוא ידברו: *in ſomnio adloquar eum, & rurſus: ſomnia falſa narrant. Jam autem nulla eſt in hiſce difficultas. Prius enim ſomniorum genus pervenit, per manus Angeli,* על ידי מלאך, *& alterum per manus Cacodæmonis,* לידי שד. Hanc opinionem ſequuntur plerique omnes Judæi Scriptores, cùm Interpretes Scripturæ, tum alii; qui ſic componunt litem inter duos celebres adverſarios, *Maimonidem* & *Nachmanidem*: duo agnoſcunt genera adparitionis Angelorum, alterum verum, alterum in ſomnis; & veram quidem adparitionem minorem gradum Prophetiæ ducunt, quàm quæ fiebat in ſomnis. Docet hoc R. *Jehuda* in libro *Chozri*, ubi poſtquàm diſputavit Maam. III. de ſanctitate mentis eorum, quibus cum Deo intereſt commercium, ſic pergit: אם יחזק בחסירות גו׳ *ſi qui ſit confirmatus in pietate, & verſetur in locis in quibus divinus influxus ſe revelare ſolet, Angeli eum verâ præſentiâ comitabuntur, eoſque videbit facie ad faciem, attamen ratione inferiore viſioni Angelorum, qui propheticum gradum comitantur.*

Stanto

Google

Stante ſecundo Templo, prout homines erant majores prædíti ſapientiâ, videbant adparitiones & audiebant Filiam Vocis, *qui eſt quidam gradus ſanctitatis, ſed prophetico minor.* Ut hanc diſquiſitionem claudam, R. *Beshai* vult eſſe articulum fidei exſiſtentiam Angelorum, hac de ratione, quòd Angeli viſa in prophetica ſcena ſuppeditarent, ac proinde qui eos negaret eadem operâ omnem prophetiam negaret. Sic ille in Paraſche Theruma: לפי שה מלאכים הם משפיעים וגו׳: *quia*, inquit, *divinus influxus venit miniſterio Angelorum, qui ordinant & diſponunt verbum in ore Prophetarum, ex mente Dei. Quod niſi eſſet, non eſſet Prophetia, & niſi foret Prophetia ne Lex quidem foret.* Sic & *Joſ. Albo* ſine Angelis Prophetiam êſſe negat, ſi bene meminimus.

III. SED ſatius eſt, hac de re, Scripturam ipſam conſulere, quæ docet nos omnes vias, quibus à Deo ad filios hominum Prophetia deſcendit. *Maimonides* in *Moreh Nebochim* Part. II. c. 42. ad confirmationem ſuæ ſententiæ primùm adfert locum Gen. XVIII, 1. cum interpretatione *R. Chijæ*, quam tamen, quaſi grande arcanum prætermittit. Sed magis ad ejus, noſtrumque adeò negotium facit Gen. XXXII, 24. ubi *Jacobus luctatur totâ nocte cum Angelo.* Vir enim ille, eum quo luctatus eſt, *Angelus* erat, ut nos docet Hoſeas, quod & vers. 1. innuitur, ubi *Angeli Dei occurriſſe Jacobo* dicuntur. Neque ex hac interpretatione Jacobi luctæ, in prophetica viſione peractæ, quidquam ſequitur, quod hiſtoriæ veritatem, quâ Jacobus, ob luxatam coxendicem claudicare coepit, labefactare poſſit. Neque enim eſt uſque adeò inuſitatum, ut quædam in corpore noſtro verè patiamur, quod nobis dormientibus in ſomnis coepit. Alius locus exſtat Joſ. V, 12. *Joſue oculos ſuos ſuſtulit & adſpexit, ecce verò vir coram eo ſtabat.* Sic & Jud. V, 23. Debora tribuit Angelo mandatum, quod acceperat de maledicendo Merozo: *Maledicito Merozo, ait Angelus Domini* Quæ verba *Kimchi* vult proprio ſenſu intellligi, כי נביאה היתה ועל פי הנבואה אמרה זה: *nam Debora erat Propheta & hoc dixit more prophetico.* Sic etiam interpretatur R. *Levi ben Gerſom. Onkelos* verò & R. *Salomo Jarchi*, eum minore, ut mihi videtur ratione, hunc *Angelum* volunt eſſe ipſum Baruchum. Quamvis non me fugiat interdum Prophetas ipſos vocari *Angelos Dei*, atque hinc ultimum Prophetarum Malachiam nomen ſuum duxiſſe; attamen nullo Scripturarum teſtimonio conſtat Baruchum umquam fuiſſe Prophetam, ſed tantùm Judicem, aut exercitus Iſraëlitici ducem. I. Regum Libro Cap. XIX, 11, 12. habemus longam deſcriptionem adparitionis Angelorum in Phantaſia Prophetæ, & quidem variis modis: *Ecce verò tranſiit Dominus, & magnus ac validus ventus ſindebat montes & rupes comminuebat, ante Dominum, ſed Dominus non erat in vento. Poſt ventum factus eſt terræ motus, & poſt terræ motum ignis* &c. Quas omnes ſpecies Chaldæus Interpres *Jonathan* interpretatur משרית מלאכי *exercitus Angelorum*, qui aderant horrificis illis φαινομένοις. Similiter *ſonitum tenuem*, in quo erat Dominus, vertit conſentaneè reliquis, קל דמשבחין בחשי *vocem laudantium tenui voce*, hoc eſt, Angelorum Dei laudes ſuavi harmoniâ canentium. Quamvis enim dicatur *Dominus fuiſſe in ſonitu tenui*, Paraphraſtes tamen ille videtur hoc intellexiſſe de ejus Legato tantùm, quod in aliis Scripturæ locis manifeſtum eſt, ut 2. Reg. I, 3, 15, 16. ubi videmus vers. 3. ab Angelo data eſſe mandata Eliæ ad Achaziam Regem Iſraëlis, qui miſerat ad Bahal-zebubum Deum Hekronis, ut de morbo ſuo eum interrogaret: *Sed Angelus Domini dixit Eliæ Thisbitæ: ſurge, ito obviam nunciis Regis Samariæ, iiſque dicito: annon quia nullus eſt Deus in Iſraële, itis ſciſcitatum Bahal-zebubum?* Verſu verò 16. habemus hæc eadem mandata, quæ à Propheta Deo ipſi tribuuntur, quaſi ea ab ipſo Deo, ſine ullius internuncii opera, accepiſſet. In Daniele Zacharia & Apocalypſi omnia videmus perpetuò agi atque explicari per Angelos. *Abarbanel* etiam in Zachar. II. ait ſingulis Prophetis fuiſſe ſingulos Angelos, qui cœleſtes legationes iis exponerent; quod quivis Propheta non eſſet idoneus ad colloquendum, cum quovis Angelo: אין כל נביא מוכן לקבל השפע וגו׳: *non erat quivis Propheta idoneus ad excipiendum influxum propheticum à quovis Angelo promiſcuè; ſed captui ejus qui excipiebat aptabatur qualitas Angeli.* Verùm huic rei diutiùs non inſiſtam. Summatim loquendo, propheticam Scenam ab Angelo quopiam diſpoſitam, ſatis liquere puto ex eo quod jam dictum eſt: quod præterea confirmare poſſim ex Ezekiele, cujus omnes Prophetiæ de Templo diſertè tribuuntur *viro*, quaſi ſoli in ſcena illa actori, qui ſine dubio eſt Angelus; nam Angeli humanâ ſpecie induti Prophetis adparere ſolebant. Similiter Geneſ. XXVIII, 18. ubi Jacobus videt ſcalam ad cœlum uſque pertingentem, Angeli per eam adſcendunt & deſcendunt, ut innueretur hanc ſcalam propheticam, per quam divinus influxus in mentem Prophetæ deſcendit, perpetuò plenam eſſe Angelis. Ex hoc loco collato cum Gen. XXXI, 11. ubi narratur viſio pecudum Labanis, per Angelum Jacobo oblata, *Philo* hæc colligit in libro de ſomniis divinitus miſſis: ὁρᾷς ὅτι θεοπέμπτους ὀνείρους ἀναγράφει ὁ θεῖος λόγος, οὐ μόνον τοὺς κατὰ τὸ πρεσβύτατον τῶν αἰτίων προφαινομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ὑποφητῶν αὐτοῦ καὶ ὀπαδῶν ἀγγέλων: *vides ſomnia à Verbo Divino deſcribi quaſi divinitus miſſa, non tantùm quæ procedunt ex antiquiſſima cauſarum, ſed etiam quæ manant à nunciis ejus & miniſtris Angelis.* Verùm habemus plenius teſtimonium *Hieronymi*, hac de re, ad Gal. III, 19. *Lex ordinata eſt per Angelos, in manu mediatoris*, ad quæ verba ſic habet: *Quod autem ait*: Lex ordinata per Angelos, *hoc vult intelligi, quòd in omni veteri Teſtamento, ubi Angelus primùm viſus refertur, & poſtea quaſi Deus loquens inducitur, Angelus quidem verè ex Miniſtris pluribus quicumque ſit viſus; ſed in illo Mediator loquatur, qui dicat*: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Jacob. *Nec mirum ſit, ſi Deus loquatur in Angelis, cùm etiam per Angelos, qui in hominibus ſunt, loquatur Deus in Prophetis, dicente Zacharia*: & ait Angelus, qui loquebatur in me, *ac deinceps inferente*: hæc dicit Dominus omnipotens.

Hiſce poſſumus etiam addere, viſiones, quæ occurrunt in Novo Teſtamento, & quæ adtribuuntur Angelis, ut rem vulgò notam. Sic Act. XXVII, 23. *Adſtitit mihi Angelus Dei hac nocte*; hoc eſt, in prophetico ſomnio. Cap. XII. cùm

Angelus Dei verè adpareret Petro, cúmque è carcere educeret, ſat diu perſuadere ſibi non potuit hæc in viſione non eſſe tranſacta, quòd talia prophetica viſa eſſe ſolerent. Ejusdem Libri c. XXIII. ubi Phariſæi dicere volunt Paulum, ut Prophetam, viſum vel revelationem è cœlo accepiſſe, rem ita exprimunt verſu 9. *Nihil mali invenimus in hoc homine; ſed ſi Angelus, aut Spiritus eum eſt adloquutus, ne Deo repugnemus.*

CAPUT VI.

1. *Secunda Quæſtio: quid ſibi velint actiones quædam ſymbolicæ, quæ Prophetis frequenter tribuuntur, veræne fuerint, an intra Phantaſiam Prophetarum, quaſi ſcenam iis propriam, conſtiterint. 2. Quænam actiones Prophetarum eſſent tantùm in Phantaſiæ ſcena peractæ. 3. Quid cenſendum ſit de variis actionibus, quæ memorantur, quaſi res geſtæ, ab Hoſea, Jeremia & Ezekiele.*

I. SIc priorem quæſtionum, quænam eſſet cauſa; quæ ipſa, per ſe, Prophetarum Phantaſiæ viſa objiceret, expediimus. Quod actum eſt in ea ſcena omnes ſine dubio concedunt fuiſſe Dramaticum quiddam, & veluti ſub larva geſtum. Sed ſæpe in mediis narrationibus propheticis, quædam memorantur, quorum, vocibus nocturnis, mandatur Prophetis ipſis exſequutio, & quæ à pleriſque omnibus verè geſta cenſentur, ne minus quidem honeſtis exceptis, ut cùm Hoſeas jubetur meretricem uxorem ducere, atque ex ea liberos generare. Quam ſententiam *Joannes Calvinus*, ex parte, evertit. Nec dubitabimus adfirmare, cùm actionem illam, tum etiam alias Prophetarum, quas jubentur exſequi in Scena prophetica, intra eam etiam eſſe peractas; exceptis tamen iis, quarum natura poſtulat ut hiſtoricè explicentur, & quibus exſequendis non ſatis eſſet Phantaſia prophetica. Hanc in rem, dignum eſt quod legatur id quod *Maimonides* in ejuſmodi circumſtantiis definivit, *Moreh Neb. Part.* II. c. 46. *Scito ergo, quemadmodum in ſomnio accidit, ut homini videatur, ac ſi in hanc, vel illam regionem profectus eſſet, uxorem in ea duxiſſet, atque ad tempus aliquod ibi habitaſſet, filium, quem N. adpellarit, & qui talis, aut talis fuerit, ex ea ſuſcepiſſet: ita ſe quoque rem habere in parabolis Prophetarum, quas vident, aut faciunt, in viſione Prophetiæ. Quidquid enim docent parabolæ illæ de actione quapiam, iisque quæ agit Propheta, de menſura & ſpatio temporis, inter unam & alteram actionem, de profectione ex uno loco in alium; illud omne non eſt, niſi in viſione prophetica, nequaquam ſunt actiones veræ & in ſenſus incurrentes, licèt quædam partes præciſè & abſolutè commemorentur in libris Prophetarum. Quia enim notum eſt, totum factum eſſe in viſione prophetica, non opus fuit, in commemoratione cujuslibet partis Parabolæ repetere, fuiſſe in viſione Prophetica; ſicut Propheta ait:* & dixit Dominus mihi. *Neque etiam neceſſe fuit declarare, hoc fuiſſe in ſomnio. Vulgus autem hominum, exiſtimat actiones, profectiones, quæſtiones & reſponſiones illas omnes ſenſibus fuiſſe exceptas, non in viſione prophetica peractas. Itaque propoſui mihi rem hanc explicare & talia adducere, de quibus nemo hominum dubitare poteſt, illiſque exempla quædam adjicere, ex quibus judicare queas de aliis, quæ non ſum adducturus. Ex illis, quæ manifeſta & extra omnem dubitationis aleam poſita ſunt, ſunt verba Ezekielis:* Ego ſedebam in domo mea & ſeniores Judæ ſedebant coram me &c. & elevavit me ſpiritus, inter coelum & terram abduxit me Jeroſolimam in viſionibus Dei &c.

II. EX hiſce videmus *Maimonidem*, inſtar erroris vulgaris habere, eorum opinionem, qui putant actiones Prophetarum, quarum mentio fit in viſis nocturnis, qualia ſunt itinera, quæſtioneſque propoſitæ & reſponſiones, verè contigiſſe & res ſub ſenſus veniſſe; cùm fuerint tantùm, intra Phantaſiam Prophetarum, cui objiciebantur, confectæ.

Verùm ut res clariùs intelligatur, meminiſſe Lectorem oportet ejus, quod antea ſæpiùs monuimus; nimirum, propheticam Scenam, intra quam omnes peragebantur adparitiones, fuiſſe ipſius Prophetæ Phantaſiam; omniáque, quæ Deus ei revelata volebat, dramaticè in Phantaſia geſta; ita ut plures interdum inducerentur in Scenam perſonæ, inter quas Propheta partes etiam ſuas agebat. Itaque prout dramaticus ille adparatus poſtulabat, oportuit eum, ut ceteros actores, partes ſuas agere, aliquando verbis & narratione rerum geſtarum, aut propoſitione quæſtionum; aliquando eas partes ferentem, quas juſſus erat per alios agere; adeóque eum non tantùm ſermone, ſed etiam geſtibus & actionibus locum ſuum inter alios obtinere, ut in quotidianis ſomniis, ſic ut habet *Maimonides*. Itaque mirum videri non debet, audiri res factas, quaſi verè geſtæ fuiſſent, quæ tamen verè & hiſtoricè, ut ſic loquar, factæ non ſunt; eò enim tota res ſpectabat, ut vividè quidpiam Prophetæ intellectui proponeretur, & ſubſtantiam ipſam ſat clarè edoceretur eorum, quorum certiorem facere eum oportebat populum, ad quem mittebatur. Interdum etiam habemus tantùm intelligibilem materiam Prophetiarum, quæ nudè duntaxat exponitur, ſine dramaticarum imaginum miſtura. Cum verò hæc expoſitio dramaticarum actionum Prophetæ, quæ vaticiniis ejus miſcentur, ſit prorſus conſentanea naturæ Prophetiæ, eam peculiaribus quibusdam exemplis illuſtrabimus & confirmabimus.

III. INITIUM faciemus ab Hoſea, qui dicitur domum duxiſſe Gomeram, quæ corpore quæſtum faciebat, atque ex ea *liberos fornicationis* ſuſcepiſſe, quod ſemel atque iterum feciſſe narratur, Cap. I. & III. Quod factum quamvis expers eſſe queat veri in Legem Divinam delicti, attamen non fuiſſet ſine offenſione aliorum, ſi Propheta ſuſtinuiſſet ἑτεροζυγεῖν, ut verbo Pauli utar, cum infami muliere, licèt ſollemni matrimonio ſibi conjunctâ; ſi res verè acta fuiſſet. Scio hanc rationem interpretandi cùm hanc, tum alias actiones Prophetarum, diſplicere *Abarbanali*; qui putat proprium ſenſum, atque hiſtoricum oportere retineri niſi ῥητῶς moneat Scriptura res eſſe in viſione peractas. Ita etiam cenſuerunt ple-

plerique omnes Interpretes Chriſtiani, ad *Calvini* uſque tempora. Ut proprium ſenſum tueantur, *Salomo Jarchi* & *Iſaacus Abarbanel* aiunt priſcos Magiſtros ſtatuiſſe propheticas haſce Hoſeæ narrationes oportere intelligi כמשמעם *prout ſonant*. Locus, ad quem reſpiciunt, eſt in *Gemara Peſach.* Cap. VIII. ubi tamen nihil ejusmodi à Thalmudicis adſeveranter dictum invenio. Reverà, more ſuo, interpretantur locum, inſerto longo Dialogo inter Deum & Prophetam, de hoc negotio, ſed tali, ut, ſine R. R. *Salomonis*, & *Abarbanelis* admonitione, non poſſemus magis credere eos voluiſſe ſenſum proprium ſtabilire, quàm credimus ipſum Prophetam ſignificare eo modo rem intelligendam eſſe. Malumus ergo ſequi *Aben-Ezram* adcuratiorem interpretem, qui ad hunc locum & ceteros ſimiles ſequitur *κατὰ πόδας Maimonidem*, qui omnia ejusmodi facta in Phantaſia dumtaxat Prophetæ contigiſſe exiſtimat. Quamvis enim non ſemper diſertè moneat, ad ejusmodi narrationes, rem eſſe in viſione geſtam; attamen cùm Prophetia poſtulet rem ita intelligi, meritò exſpectaremus ab eo diſertè adfirmari rem eſſe ſenſu proprio geſtam, ſi reverà in ea ſententia fuiſſet.

Propterea in narratione Propheticarum Viſionum, invenimus res minus cohærentes, quàm vera Hiſtoria patiatur. Sic in narratione viſionis Abrahami, Gen. XV. (nam Rabbini, in *Pirke R. Eliezer*, non aliter totum hoc Caput intelligunt) invenimus vers 1. *Deum adparuiſſe Abrahamo in viſione*; tum vers 5. Deus educit eum foràs, quaſi jam nox eſſet, oſtenditque ei ſtellas; nec eo ſeciùs vers 12. etiamnum dies erat, nec dum ſol occiderat: *Et cùm ſol occideret*, ait Moſes, *altus ſomnus incidit Abrahamo*; & verſu 17. *cùm ſol occidiſſet & tenebræ eſſent, ecce fornacem fumantem & lampadem ardentem, quæ tranſierunt inter partes illas.* Unde liquet Abrahamum priùs egreſſum eſſe, ut videret ſtellas utque mactaret & ordine collocaret animalia (verſu 9, 10.) ad ſacra facienda, eaque omnia facta eſſe in prophetico viſo, adeoque in ipſius Phantaſiæ ſcena. Nec mirum eſt non cohærere tempora, in ejusmodi rebus.

Sic Jeremiæ XIII. habemus adcuratam narrationem de Propheta comparante ſibi cingulum lineum, eoque lumbos ſuos cingente; tum aliquantò poſt neceſſariò longum iter ſuſcipiente ad Euphratem, ut id in cava rupe abderet; deinde reduce, & poſt multos dies moleſtum rurſus iter in eumdem locum ingrediente, ut id caperet, poſtquàm jam erat corruptum. Quæ omnia non potuere geri, niſi intra Phantaſiam; cum viſi ſcopus eſſet altiùs hoc intellectui Prophetæ imprimere; domus Judæ & Iſraëlis, quæ arctè cum Deo fuerant conjunctæ, deſtructum iri.

Idem Propheta Cap. XVIII. jubetur ire domum figuli, ut videat quî rotâ vas quoddam formaret, quod cùm fractum eſſet, alterum ex eodem luto finxit. Capite verò XIX. jubetur ſecum ſumere Seniores populi & ſacerdotum, ut ſecum irent in vallem Hinnomi, cùm ſub brachio gereret teſtaceam lagenam, quam iis ſpectantibus confregit.

In hoc poſtremo Capite dignum eſt obſervatu mutari rationem loquendi, cùm Propheta de ſe veram hiſtoriam narrare incipit, verſu 14. Loquitur enim de ſe, tertiâ perſonâ, quaſi de alio rem narrare vellet, nec de Propheta, ejusque factis ageret. Legimus enim verſu 14. *Dein venit Jeremias Thophetho*, &c. Invenire eſt & ſimilem perſonæ mutationem Cap. XXVIII. 10. ubi narratur hiſtoria rerum Jeremiam inter & Hananiam Pſeudo-prophetam tranſactarum, qui eoram toto populo fregit jugum, quod Jeremias ſuis ipſe humeris impoſuerat. Videntur enim ſoliti Prophetæ *vinculis* & *jugis* ſignificaſſe populis victoriam, aut captivitatem in bellis. Non abſimile eſt quod legitur de Sedekia Pſeudo propheta, 1 Reg. XX. ubi dicitur ſibi feciſſe *cornua ferrea*, cùm vaticinatus eſt Achabo victoriam de Syris Ramothis Galahaditidis referendam, ut fauſtum pugnæ eventum vulgati more ei deſcriberet. Sed in omnibus hiſce ratio ſermonum Jeremiæ oſtendit, proprio eos ſenſu intelligendos; adhibitâ tertiâ perſonâ, quaſi de alio ageretur, non de ipſo; ac proinde agi de rebus verè geſtis & quæ ſenſus feriunt, non de iis quæ verè tantùm Phantaſiam percellunt. Sic & Cap. XXXII. videmur doceri narrari veram hiſtoriam, in emtione agri Hanameelis, fratris ejus patruelis, ratione ipſa loquendi, quam facilè animadvertere licet.

Sed alibi invenimus res adcuratè, cum omnibus circumſtantiis & ſollemnitatibus negotiorum, deſcriptas, quæ res tamen intra ſolam Phantaſiæ Scenam geſtæ ſunt; ut Cap. XXXV. ubi inviſit & invenit Rechabiticæ familiæ principes; quos ſeducit in peculiare Templi conclave, cujus ſitus deſcribitur; ubi etiam iis adponit amphoras & calices vino plenos, jubétque eos bibere. Simili planè modo narratam habemus hiſtoriam aliam, Cap. XXV. 15, 17 & ſeqq. de calice, quem à Deo accipit Propheta, deque itinere quo per omnes gentes vagatur, ferens eum calicem, & primùm quidem Jeroſolimam, & per urbes Judæ, tum etiam ad Reges & Principes, ut ad Pharahonem Ægypti Regem ejusque miniſtros, proceres & populum; ad Arabas & Reges Uzitidis; ad Reges Philiſthæorum, Idumæorum, Moabitarum, Hammonitarum; ad Reges Tyriorum, Sidoniorum & Inſularum trans mare, Dedanis, Themanis, Buzi; ad Reges Zimritarum, Perſarum & Medorum; & ad omnes ſeptemtrionis Reges; quibus omnibus bibendum præbet poculum, ut illic narratur. Simili ratione Cap. XXVII. quaquaverſùm mittitur, cum *jugis*, quæ imponat collis plurium Regum. Hæc autem omnia non aliter capere poſſumus, niſi quaſi intra Phantaſiæ ſcenam peracta; quamvis nuſquam Propheta, per viſum hæc acta, dicat; natura enim ipſa rerum non patiebatur eas proprio ſenſu peragi.

Idem ſentire nos oportet de rebus ab Ezekiele factis, qualis eſt deglutitio voluminis à Deo accepti, Cap. III. Singulari obſervatione dignum eſt, quàm operoſé Cap. IV. deſcribantur omnia, quæ pertinent ad mendatum, quo jubetur ſumere laterem, in eo delineare Jeroſolimam, & opera obſidionis deſcribere; quæ tamen omnia merè dramatica eſſe, manifeſtò, ut puto, intelligemus, ſi ſingula probè expendamus; quamvis Deus dicat futurum Prophetam, in hiſce omnibus, *ſignum populo*. Quod tamen non ita intelligendum, quaſi à populo in ejuſcemodi

factis ſub ſenſus cadentibus, calamitatis ſuæ imaginem cerni oporteret; hîc enim jubetur Propheta per CCCXC dies, hoc eſt XIII. menſes integros perpetuò jacere in latere ſiniſtro ante eam lateritiam tabulam, & poſtea XL. præterea in dextra, & panem ſuum, quem per totum illud tempus comeſturus eſſet, ſtercori miſcere, &c. Quæ proprio ſenſu contigiſſe non videntur.

Sic Cap. V. jubetur tonſoris novaculam ſumere, & ſibi caput & barbam radere, tum pendere in libra crines reſectos eosque dividere in tres partes, & poſtquàm dies obſidionis exacti forent, qui antea memorati ſunt, comburere crinium tertiam partem in media urbe, tertiam circumquaque ferire gladio, tertiam ſpargere vento auferendam. Quæ omnia cum parum credibile ſit verè eſſe facta, tum etiam illicitum erat Sacerdoti angulos cæſariei & barbæ abradere, ut obſervat *Maimonides*. Ezekielem autem ſacerdotem fuiſſe conſtat, ex Cap. I. 7. De hisce locis Ezekielis prudenter judicavit idem, *Moreb Nebochim* Part. 2. C. 46. *Abſit ut Deus Prophetas ſuos dementibus, aut ebriis ſimiles reddat, eosve dementium, aut furioſorum in modum ſo gerere jubeat! præterquàm quod ultimum illud præceptum Legi repugnaſſet. Fuit enim Ezekiel ſacerdos magnus & propterea duobus illis præceptis negativis, de non radendo angulo capitis & angulo barbæ tenebatur. Proinde non niſi in viſione Prophetica factum fuit.* Idem etiam judicium fert, de loco Eſaiæ C. XX. 3. ubi Propheta jubetur nudus ambulare & pedibus nudis; qua in re non poterat *Eſaias* aliter eſſe typus Ægypti & Æthiopiæ, aut potiùs Arabiæ, ubi non habitabat; ac proinde oon magis verè fuit, quàm hic Ezekiel Judæorum.

Rurſus C. XII. legimus Ezekielem abſtuliſſe domo vaſa ſua nocte, quaſi typus hoc fuiſſet captivitatis, & perfodiſſe manibus ſuis murum domûs ſuæ, multosque è populo concurriſſe, ut viderent quid hoc rei eſſet; aliasque totius rei inſolitas circumſtantias; quæ nullam probabilitatis ſpeciem complectuntur. Attamen verſu 6. Deus illi, *te conſtitui*, inquit, *in ſignum domus Iſraëlis*; & verſu 9. *Fili hominis, annon domus Iſraëlis, rebellis illa domus, dixit tibi? Quid facis tu?* Quaſi hæc omnia verè eſſent facta; quæ nihil aliud videntur, niſi propheticum Schema. Nec erat Propheta ſignum conſpicuum, ſed tantùm in Phantaſia, in qua habuerat Symbolicam imaginem omnium malorum, quibus opprimendi erant Judæi; quem ſenſum *Kimchi*, adcuratus Interpres, cum aliis memoratis, amplexus eſt. Fortè etiam ita intelligenda eſt mors uxoris Prophetæ, unà cum obſequiis in ejus honorem factis.

Sed pluribus non agemus hac de re, quam in ſat clara luce nos collocaſſe ſperamus; ita ut liqueat nos in narrationibus propheticis aliud nihil quærere oportere, præter veritatem viſionis Prophetis objectæ; niſi adducamur pluribus argumentis, quibus conſtet nobis res verè geſtas, ita ut ſenſus ipſos percellerent.

CAPUT VII.

1. *De Divina inſpiratione, quæ propriè vocatur* Spiritus Sanctus, *cujus natura è monumentis Veterum Judæorum deſcribitur.* 2. *Quomodo* Spiritus Sanctus *differret à Prophetia propriè dicta, atque à* Spiritu Sanctitatis *in animis purgatis.* 3. *Quinam Libri V. T. tribuantur à Judæis* Spiritui Sancto. 4. *De* Urim *&* Thummim.

I. DE eo inſpirationis genere, quod à Judæis *Propbutia*, ſingulari ratione dicitur, quod ſatis ſit diximus. Nunc paucis inquiremus in id adflatûs genus, quo Hagiographa conſcripta ſunt, vel, ut loquuntur, in *Dictatum Spiritûs ſancti*, quo Libri Pſalmorum, Jobi, & Salomonis conſcripti feruntur. Quod adpoſitè definitum invenimus à *Maimonide Mor. Neb.* Part. II. c. 45. *Cùm homo in ſe ſentit facultatem quampiam exoriri & ſuper ſe quieſcere, quæ eum impellit ad loquendum; ita ut loquatur de ſcientiis & artibus, vel Pſalmos & Hymnos; vel utilia ac ſalutaria vivendi præcepta; vel res politicas & civiles, vel denique divinas & quidem inter vigilandum, in vigore ſenſuum ordinario; hic eſt qui dicitur loqui per* Spiritum ſanctum. Loquitur de Spiritu ſancto, eâque definitione videri poteſt ſat plenè nos docuiſſe quî libri memorati ſcripti ſint. Simili ratione hoc inſpirationis genus deſcribitur à *R. Albo, Maam.* III. c. 10. poſtquàm gradus ſuperiores inſpirationis expoſuit: יפתח לאיש מה שער אחר שלא ישער בו האדם מצד טבעו ידבר בדברי קחמה וגו׳: *nunc ad explicandum vobis quænam ſit altera janua divini influxus, quam nemo naturali facultate ingreditur, eſt quando quiſpiam loquitur verba ſapientiæ, vel Canticum, vel Divinas Laudes puro & eleganti ſermone, præter conſuetudinem ſuam; ita ut quiſquis eum novit miretur eum eruditionis & compoſitionis verborum causâ; at ipſe nondum novit, ſed eſt inſtar pueri, qui linguam didicit, neſcitque unde eam facultatem habeat. Jam autem excellentia hujus Divinæ Inſpirationis gradûs omnibus probè nota eſt, eſt enim idem, qui vocatur Spiritus ſanctus.* Poſſimus etiam, ſi ita videatur, exprimere haſce Judæorum definitiones verbis *Procli*, qui naturam hujuſcemodi inſpirationis feliciter, ι hiſce verbis expreſſit Lib. V. in *Platonis* Timæum: ὁ δὲ χαρακτὴρ ἐνθουσιαστικὸς διαλάμπων ταῖς νοεραῖς ἐπιβολαῖς, καθαρός τε καὶ σεμνὸς, ὡς ἀπὸ πατρὸς τελειούμενος τῶν Θεῶν, ἐξηλλαγμένος τε καὶ ὑπερέχων τῶν ἀνθρωπίνων ἐννοιῶν, ἁβρός τε ὁμοῦ, καὶ καταπληκτικὸς, καὶ χαρίτων ἀνάμεστος, κάλλους τε πλήρης, καὶ σύντομος ἅμα καὶ ἀπηκριβωμένος: *hic character enthuſiaſticus ſplendens intelligibilibus radiis, purus eſt & veneratione dignus quaſi perfectus à patre Deorum, diſtinctus ab humanis conceptibus, iiſque ſuperior, conjunctus cum voluntate & admiratione, gratiis refertus & plenus pulcritudine, brevis ſimul & adcuratus.*

II. Hoc ergo divinæ inſpirationis genus placidius eſt & ſerenius prophetico, neque uſque adeò Phantaſiam adficiebat & fatigabat. Nam quam-

quamvis Hagiographi mentem ſuam Parabolis, ſeu ſimilitudinibus crebrò exprimunt, quod eſt Phantaſiæ opus; attamen videntur tantùm uti hujuſmodi ſermone, ut ſuas ipſorum cogitationes de rebus divinis, quæ ſunt nudæ & ſimplices, elegantiùs efferrent, ut fieri vulgò videmus in alio quovis Scriptorum genere. Cùm verò nullus eſſet Phantaſiæ labor, in hac ratione Revelationis; ideò non fiebant Hagiographi ejus participes ope Somniorum, aut Viſorum; ſed dum vigilarent, ſenſuſque eorum vigerent & Mens tranquilla eſſet; Spiritu eos adflante ὡς ἐν γαλήνῃ, quemadmodum *Plotinus* pium ſuum Enthuſiaſtam deſcribit, Ennead. VI. Lib. IX. c. 11. his verbis: ἁρπασθεὶς ἢ ἐνθουσιάσας ἡσυχῇ ἐν ἐρήμῳ καταστάσει γεγένηται, ἀτρεμεῖ τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ οὐδαμοῦ ἀποκλίνων: *raptus ſeu adflatus leniter in ſolitaria adfectione eſt, à tranquilla ſua eſſentia nuſquam declinans.* Reverâ is Spiritus Enthuſiaſticus inſidebat potiſſimùm ſuperioribus & purioribus mentis facultatibus; quæ erant ὥσπερ ἀνταύγεια πρὸς αὐγήν, ut adludam ad veterem Empedoclis opinionem; qui putabat duos eſſe Soles, unum archetypum, qui ſemper erat in inconſpicuo Mundi Hemiſphærio, ſed cujus radii incidebant in noſtri Orbis Solem, à quo ad nos reflectebantur, ut ſic pleniùs illuſtraremur.

Jam autem hic adflatus ſemper adficiebat pias Mentes, in motibus pietatis; vel eas efficaciter movebat, ut dictarent res ad veram pietatem & probitatem facientes, ita ut ſe divinæ naturæ eſſe oſtenderet. Cùm verò ſubitò in Sanctorum Virorum Mentes incideret, ſine ulla propriarum ipſis cogitationum opera, eos rapiebat atque abducebat à temperie Animi, in qua priùs erant; ſentiebántque proinde ſe efficaciâ ſublimioris cujuſdam Luminis abreptos, quàm erat id quo ipſorum Intellectus eos illuſtrabat, ut intelligerent propiùs id à Deo abeſſe.

In hac re potiſſimùm ſitum erat diſcrimen illius *Sancti Spiritûs*, à Spiritu ſanctitatis & probitatis, qui conſtanter ſanctis Mentibus inerat; quòd eſſet vividior, efficaciorque, & eas raperet, quaſi *Vitalis* quædam *Forma* addita Lumini divinæ Rationis, quod perpetuò iis inſidebat. Quamobrem interdum in prædictiones rerum futurarum erumpebat; quamvis illa vaticinia minùs à Propheta ipſo intelligerentur, ut, ſi opus eſſet, oſtendere poſſemus exemplo nonnullarum Davidis prædictionum; quæ videntur ei revelatæ non tam *ipſius causâ*, ut loquitur Apoſtolus, quàm *noſtri*. Verùm is Spiritus non ſemper operam ſuam impendebat, in excitandis motibus Animi piis, dictandiſque Virtutis, Sapientiæ & Prudentiæ conſiliis. Itaque, ſi liceat mihi hîc conjecturam meam proferre, crediderim à veteribus Judæis vocatum eſſe hoc Adflatûs genus *Spiritum Sanctum*, non quia manabat à tertia S. Trinitatis Perſona (de qua dubito an, in hoc negotio, cogitarent) ſed propter arctiorem adfinitatem, quæ fuit inter hunc Spiritum, & Spiritum Sanctitatis ac veræ Probitatis, qui bonorum virorum pectora ſemper inſidet. Quod indicatum videtur vetere formulâ proverbiali Judæorum Magiſtrorum, quam loco laudato profert *Maimonides*: *Majeſtas divina habitat ſuper eum & loquitur ille per Spiritum Sanctum.* Sunt tamen, qui putent ſic vocatum, quia eſt infimus divini adflatûs gradus; antiquiſſima enim Judæorum monumenta quamvis Prophetiam *Spiritum Sanctum* vocant. Sic in *Pirke R. Eliezeri* Cap. XXXIX. *Rabbi Phinehas ait: requievit Spiritus Sanctus ſuper Joſephum, ab ipſius juventute, uſque ad ejus obitum, & in omnem ſapientiam eum direxit.* Sed quidquid ſit, erat tantùm *Hagiographicus Spiritus*, nam reverâ ſolebant Judæi, ut antea diximus, ſomnia Joſephi à Propheticis ſecernere. Sed is *Spiritus Sanctus*, eodem Capite, ut res extra omne dubium collocetur, tribuitur Eſaiæ & Ezekieli, qui erant noti Prophetæ, & Cap. XXXIII. ita habetur: *R. Phinehas ait: Poſtquàm omnes illi interfecti fuerant, viginti annis, in Babylonia, requievit Spiritus Sanctus ſuper Ezekielem & eduxit eum è convalle Dora & oſtendit illi multa oſſa.* In quinque rebus, quibus Judæi ſtatuunt ſecundum Templum primo ſemper inferius fuiſſe, fuit defectus רוח הקודש *Spiritus Sancti*, ſeu Spiritus Prophetiæ.

III. Verum hîc agimus de *Spiritu Sancto*, arctiore ſenſu ſumto, prout eum ex Antiquitate Judaïca definiimus. Hoc verò loco primùm oſtendemus quinam libri Veteris Teſtamenti ſint huic gradui adflatûs adtributi. Vetus Teſtamentum dividitur à Judæis in *Legem*, *Prophetas* & *Hagiographa* תורה נביאים וכתובים. Atque ad eam diviſionem adluditur Luc. XXIV. 44. ubi Chriſtus omnia impletum iri ait, quæ de ipſo ſcripta erant *in Lege Moſis*, *in Prophetis*, *& in Pſalmis*; ubi *Pſalmis* deſignari videntur *Hagiographa*; Scriptores enim horum librorum, *Pſalmodi*, propter rationes, quas poſtea in hac Diſſertatione adtingemus, dici queant. Sed ut ad rem redeam, cùm Vetus Teſtamentum olim in eas partes divideretur, non erit præter rem conſiderare ordinem, quo hæ partes à Thalmudicis Doctoribus collocentur in Gemara Babæ Bathræ Cap. I. ſub finem: תנו רבנן סדרן של נביאים וגו׳; *Doctores noſtri tradiderunt nobis hunc ordinem Prophetarum: Joſue, Judices, Samuel, Reges, Jeremias, Ezekiel, Eſaïas, & duodecim Prophetæ, quorum primus eſt Hoſeas.* Sic enim intelligunt verba Hoſeæ I. 2. תחלת דבר יהוה בהושע *Deus in primis loquutus eſt per Hoſeam.* Iidem Gemariſtæ ordinem Hagiographorum ſic concipiunt: *Ruth, Liber Pſalmorum, Job, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum, Threni, Daniel, Eſther, Ezra, Paralipomena*; & hoſce quidem Judæi adſcribunt *Spiritui Sancto*. Sed cur *Daniel* numeretur inter Hagiographos, non verò inter Prophetas, nullam rationem video, cùm totius libri tenor oſtendat eum ad propheticorum ordinem pertinere; qui liber totus ſomniis & viſis impenditur, quamvis eſſent obſcuriora, quàm in aliis Prophetis; erat enim tunc crepuſculum prophetici diei, qui ſat diu ſupra Eccleſiæ Judaicæ horizontem fuerat. Itaque quidquid dicant poſteriores Judæi, de Daniele in Hagiographorum ordinem redacto, cùm nullam è traditione rationem proferant, cur ita ſenſerint eorum Majores, crediderim rem primùm ortam ex caſu, qui deinde erroris occaſio fuerit; neque enim dubito quin ſit error.

IV. Verum ut ulteriùs progrediamur, ſunt etiam alia, quæ à Judæis Spiritui Sancto ſolent tribui. Sic *Maimonides*, loco laudato, ait Eldadum & Medadum & omnes Pontifices Maximos, qui conſulebant Deum, per Urim & Thum-

Digitized by Google

Thummim, loquutus fuiſſe per *Spiritum Sanctum*, ita ut Enthuſiaſmo quodam reſponderent, inſpectis lapillis pectoralis Pontificis Maximi, iis qui venerant, ut Deum per eos conſulerent. Sic R. *Bechai*, in Paraſcha תצוה, loquitur *de uno è gradibus Spiritûs Sancti, qui ſuperior erat* Filia Vocis בת קול, *& inferior Prophetiâ*: היה מדרג למדרגות רוח הקודש למעלה מ בת קול ולמטה מן הנבואה Præter rem non erit hic, brevi digreſſione oſtendere, quid *Urim & Thummim* fuerint; & petere quidem poſſumus à Scriptore modò laudato R. *Bechai* quod, ad rem ipſam quod adtinet, conſentaneum eſt cum iis quæ plerique & optimi quique Judæorum Magiſtri de eo tradiderunt. Conſulebatur autem oraculum, ut ille ait, hac ratione: Pontifex Max. ſtabat ante Arcam, & qui veniebat, conſulendi oraculi causâ, poſt eum erat, ſubmiſſâque voce, quaſi privatas preces funderet, *faciámne*, inquiebat, *ſic, vel ſic*? Tum Pontifex Max. inſpiciebat litteras, quæ inculptæ erant lapillis pectoralis & conſpirante ſpiritu divinationis, qui in Pontifice erat (Si poſſim hoc addere, propter rationes antea adlatas, iis quæ ibidem habet) cum modo quo litteræ adparebant, hinc reſponſum formabat. Sed non poterant hoc oraculum conſulere, niſi aut Rex, aut totus populus, ut nos docet *Maſſecheth Sotah*: אין שואלין אלא צבור או מלך *nemo conſulit, niſi Rex*, aut *Cœtus*; unde colligere poſſe videmur fuiſſe politicum Oraculum.

Verùm ut redeamus ad rem noſtram; nempe, de partibus Veteris Teſtamenti, quæ à Judæis tribuuntur *Spiritui Sancto*; ſciendum etiam eos ſolere in eum numerum referre omnes Pſalmos, ſeu omnia illa Cantica, quæ variis Veteris Teſtamenti locis exſtant. Quamvis enim ea ſint Prophetarum Scripta, tamen quia non ſunt in viſo prophetico à Deo accepta, ideo pro more loquendi Judæorum, non erant veræ Prophetiæ. Traditio eſt inter eos vulgaris, Prophetas non ſemper prophetias edidiſſe, *eodem gradu*, ſed nunc ſuperiore, nunc inferiore; quod, inter alios, copioſè docuit *Abarbanel* in Eſaiæ c. IV. ex occaſione Cantici Eſaiæ, quod ibi habetur: ינבא עת אחד בצורת מדרגה עליונה: *idem Propheta interdum probetat in forma ſummi prophetici gradûs*, interdum inferiore gradu: או ברוח הקודש בלבד, vel *ſolo Spiritu Sancto.* Hoc initio facto, docet nos quid vulgò ſentiant Judæi hiſce de rebus, *& omnia quidem cantica dictata eſſe ab iſto Spiritu Sancto*: שכל שירה שתמצא בדברי הנביאים וגו׳: *Omne canticum, quod invenitur in Scriptis Prophetarum, res eſt quæ dirigitur, vel dictatur à Scriptoribus ipſis, unà cum directione Spiritûs Sancti; quatenus non accipiunt ea, ſuperiore illâ via, quæ Prophetia vocatur, ut omnia viſa, nam omnia viſa ſunt perfectæ Prophetiæ.* Sed ulterius etiam progreditur *Abarbanel*, in declaranda ſua, adeoque vulgari ſententia, de ejuſmodi Canticis, quæ non ſunt opera ipſius Dei, ſed Spiritûs Prophetæ: ולכן אינה מפעל ה׳ כי אם מפעל הנבאי הסודר אותה Attamen ſtatuere debemus Prophetæ ſpiritum idoneum ei rei fieri, auxilii divini conjunctione, quod *Abarbanel* prudenter monet: שילוה אליו רוח ועזר אלהים: *Spiritus atque auxilium Dei etiamnum adhæret Prophetæ.* Ut enim, ait, Prophetæ uſque adeò erant divinis viſis adſueti, poterant per vigiliam, ſine viſione prophetica, eximiè loqui, per Spiritum Sanctum: ביופי המליצה והפלגת המשל *pulcrâ linguâ, & ſingularibus ſimilitudinibus.* Quod hinc probat, quod Cantica Prophetæ, non Deo ipſi, plerumque tribuantur, cùm tanta eorum pars ſit ſpiritûs Prophetæ. לכן יחסה הכתוב תמיד אליהם לא לשם יתברך כי הנה אמר בשירת הים אז ישור משה וגו׳ *Ideò Scriptura plerumque tribuit hæc Cantica Prophetis ipſis, non Deo, unde dicit de Cantico maris rubri,* Exod. XV. *Tum Moſes & populus Iſraëlis cecinerunt hoc Canticum, hoc eſt, Moſes & filii Iſraëlis compoſuerunt id & ordinarunt.* Sic & de Cantico Beer-Elimorum Num. XXI, 17. *tunc cecinit Iſraël hoc Canticum.* Ideò etiam in Cantico quod eſt Deut. XXXII. & quod volebat Moſes ad æternam memoriam ſervari, clauſula ita habet: *Animum adtendite omnibus hiſce verbis, quibus vos hodie conteſtatus ſum.* Similiter & omnes Pſalmi, qui Davidis eſſe ſtatuuntur, perpetuò ei adtribuuntur, aliique, qui ab aliis ſcripti, eodem modo iis tribuuntur; cùm propheticus tenor ſit planè diverſus, Deoque auctori relinquatur; unde fit ut proferatur cum hujuſmodi prologo: *Verbum Domini &c. Manus Domini* &c.

Verùm ſatis de hiſce actum, tamen cùm egerimus de primo Auctore divinorum horum Canticorum, non abs re erit obiter conſiderare frequentiam *gradûs* hujus *prophetici*, qui, Canticorum atque Hymnorum compoſitione, apud Judæos ſe ſe prodebat. Comperimus plures, præter Davidem variorum Pſalmorum auctores, qui Pſalmi Davidicis admiſti ſunt. Sic à Pſalmo LXXII. invenimus undecim ſimul Aſapho adſcriptos, LXXXVIII. Hemani, LXXXIX Ethani, quoſdam Jeduthuni, multò plures incerti, ut videtur, auctoris, quippe nemini adtributos. Sic *Kimchius*, Præfatione in Pſalmos, ceterique Scholiaſtæ Hebræi ſtatuunt plurium Auctorum Pſalmos ei volumini inſertos.

Divini hi Enthuſiaſtæ ſolebant Hymnos ſuos componere, ut adhibito Inſtrumento quopiam Muſico canerentur, quod innuitur multorum Pſalmorum inſcriptionibus. Sic & *Plutarchus*, in Libro περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν, deſcribit Oracula olim edita ὡς ἐν μέτρῳ, καὶ ὄγκῳ καὶ πλάσματι καὶ μεταφοραῖς ὀνομάτων, καὶ μετ᾽ αὐλοῦ: *ut pedibus vincta, tumida, quæſitis & tralaticiis verbis conſtantia, & cum tibia pronunciata.* Ita habemus Aſaphum, Hemanem & Jeduthunem in hoc prophetico adparatu, I. Paral. XXV. 1. Præterea *David, exercitusque Duces ſepararunt cultui divino è filiis Aſaphi, Hemanis & Jeduthonis, qui prophetarent cum cytharis* &c. Quod *R. Salomo* ſic exponit: כשהיו מנגנים בכלי שירה הללו היו מתנבאים דוגמא באלישע וגו׳: *cùm pulſabant muſica inſtrumenta, eo modo quo Eliſæus, qui dixit:* adducito ad me Fidicinem. 2. *Reg.* III. Ad antecedentis loci verſ. 3. ad hæc verba: *qui prophetabant cum citharis*, ſic habet: כשהיו מנגנין בכנור מזמורי הודאה ומזמורי הללויה היה מתנבא: *quando canebant in cithara Pſalmos laudis & Hallelujas, Jeduthun, pater eorum,* *pro-*

prophetabat. Et hic quidem ſenſus hujus loci magis eſt genuinus, quàm is quem noſtras quidam ſcriptor tuetur; nimirum, ceciniſſe tantùm eum Pſalmos. Clarum enim eſt hoſce Prophetas fuiſſe non meros cantores, ſed compoſitores, & ejuſmodi qui verè Prophetæ vel Enthuſiaſtæ dicebantur. Sic verſu 3. Heman vocatur *Regis cantor*, ut & 2 Paral. XXIX. 30. & XXXV. 15. Heman, Aſaphus & Jeduthun ſunt quiſque חוזה המלך *videns Regis*; in quæ verba laudatus Interpres: כל אחד ואחד חוזה *unusquisque eorum erat videns*, ſeu Propheta. Fateor Poëtas olim vocatos *Vates*; ſed hæc non eſt ſat idonea ratio cur *Cantor* vocetur *Propheta*; ad animum enim revocandum eſt, *Poëtam* fuiſſe *Scriptorem*, quamvis à Veteribus vocaretur *Vates*, quia veros Poëtas credebant vulgò eſſe adflatos. Sic *Plato*, in Phædro, tria eſſe ait furoris genera; nimirum, Enthuſiaſticum, Amatorium & Poëticum. Verùm hac de re pluribus ad quæſtionem ſequentem, in quam necopini incidimus; de dotibus cujuſvis generis Prophetæ.

CAPUT VIII.

1. *De diſpoſitionibus, quæ propheticum munus antecedunt.* 2. *Dotes quibus homines fiebant prophetico Spiritui excipiendo idonei*, interna pietas, vera ſapientia, ſtatus mentis pacatus & ſerenus, hilaritas legitima Mentis; *quæ opponuntur vitiis* ſtoliditatis, inconſtantiæ, indomitis adfectibus, melancholiæ, *&* triſtitiæ furioſæ. 3. *Illuſtrantur hæc pluribus exemplis Scripturæ. Muſicam fuiſſe utiliſſimam Prophetis, aliiſque ſanctis viris.* 5. *Quid fuerit malus Saulis ſpiritus.*

I. SEQUITUR ut agamus de variis dotibus, quibus homines idonei fiebant excipiendo ſpiritui Prophetico, neque enim credere fas eſt quemquam potuiſſe ſubitò fieri Prophetam. Donum hoc non fuit ejuſmodi, quod temerè cum ullo, & promiſcuè communicari poſſet. Res fuit, de qua plerique omnes conſenſerunt; ideoque ipſi Ethnici Veteres, qui quærebant tantùm ſpiritum divinationis, ſollemniore more ſolebant ſe ſe parare ad excipiendum ejus adflatum; ut verè obſervavit R. *Albo Maam*. III. c. 8. היו האומות הקדמות עושים צורות וגו׳ *Veteres Gentiles faciebant ipſi imagines, offerebantque preces & thus ſtellis, ut eo modo elicerent ſpiritualem influxum à certis ſideribus in ſuam imaginem. Is enim influxus deſcendit è corpore ſtellæ in hominem ipſum, qui eſt etiam corporeus, eoque pacto futura prædicebant.*

II. DOTES, quas Judæi Doctores ſtatuunt neceſſarias fuiſſe ut quis fieri poſſet habilis ad prophetandum, continentur primùm verâ probitate & pietate; atque hæc fuit omnium prorſus ſententia, ne excepto quidem vulgo. Sic *Abarbanel*, in Præfatione ad XII. Prophetas: חסידות מביא לרוח הקדש, *pietas inducit Spiritum Sanctum.*

Idem invenias in *Maimonide* Mor. Neb. Part II. c. 32. qui tamen id ſatis eſſe non putavit, quamobrem hoc habet inſtar vulgaris erroris, quo tamen ait Doctores quoſdam Judæorum tranſverſos actos. *Quòd Deus aliquem eligat & mittat, nullâ habitâ ratione an ſit ſapiens & eruditus, an verò indoctus & imperitus, ſenex an juvenis. Tantùm hoc requirunt, ut ſit vir probus, bonus, honeſtus. Nondum enim quiſquam fuit qui dicere voluerit Deum Majeſtatem ſuam facere ut habitet in viro malo, ſed tum demum ſi eum in meliorem ſtatum tranſtulerit.*

Sed *Maimonides* ipſe præfert ſententiam Sapientium & Philoſophorum Ethnicorum, opinioni vulgarium Magiſtrorum, & cum illis poſtulari putat dotem aliquam naturalem in eo, qui ſeligitur ad prophetandum, eamque ſtudio & induſtriâ auctam. *Unde fieri nequit ut homo petierit lectum non Propheta, poſtero verò die ſurgat Propheta* (ut illic loquitur) *quemadmodum homo, qui inopinatò aliquid invenit.* Paullò pòſt addit: *Fatuos & hujus terræ filios quod attinet, non magis, noſtro judicio, prophetare poſſunt, quàm aſinus, aut ranæ.*

Dotes ergo, quas *Maimonides* poſtulat, ut quis paretur ad propheticum munus gerendum, ſunt trium generum. 1. Aliæ ſunt *acquiſitæ*, ſive *rationales*: 2. Aliæ *naturales*, ſeu *animales*: 3. Tertiæ *morales*. Pro diſcrimine harum dotum, diſtinguit gradus Prophetiæ, Cap. XXXVI. *Has autem tres perfectiones, quas hic complexi ſumus, quod adtinet; perfectionem videlicet facultatis rationalis in ſtudendo; perfectionem facultatis imaginatricis, à natalibus, & perfectionem morum & virtutum, in puritate cogitationum ab omnibus oblectationibus corporalibus, & immunitate adfectuum ab omni ſuperbia & ſtulta ac peſtilenti gloriæ cupiditate; has, inquam, quod adtinet, notum eſt magnam earum, inter perfectos, eſſe differentiam & præcellentiam. Secundùm autem illam differentiam, diſtincti quoque ſunt Prophetarum gradus.*

Hactenus *Maimonides*, qui omnibus hiſce eò tendit ut confirmet *technicam* Prophetiæ *notionem*, quam ſibi confinxit; nempe, omnem Prophetiam eſſe fœtum harum dotum; quaſi *formam*, quæ naſceretur ex iis omnibus, ut è ſuis elementis unà conjunctis. Liquet enim eum putaſſe ineſſe genus quoddam *virtutis prognoſticæ* mentibus, quæ virtus erat ſic excitanda. Fuit hæc ſententia plurium Philoſophorum, ex quorum opinione ſic loquitur *Plutarchus*, in Libro *de Oraculis quæ defecerunt*: ἡ ψυχὴ τὴν μαντικὴν οὐκ ἐπικτᾶται δύναμιν ἐκβᾶσα τοῦ σώματος, ὥσπερ νέφους, ἀλλ' ἔχουσα καὶ νῦν, τυφλοῦται δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸ θνητὸν ἀνάμιξιν αὐτῆς καὶ σύγχυσιν: *Animus non adquirit vim vaticinandi quando reliquit corpus, inſtar nubis, ſed jam habebat; excæcatur verò miſturâ & confuſione ſui cum mortali corpore.* In hanc ſententiam nimis pronus erat *Maimonides*, quamvis diſſimulet, proptereaque loquitur de impotentiâ vaticinandi, poſito triplici genere dotum, de quibus antea, quaſi de ſuſpenſione actûs naturalis cujuſpiam facultatis. Sic habet Cap. XXXIII. *Meo judicio, res hic ſe habet ſicut in miraculis, & eorum rationem ſequitur. Ratio enim naturalis poſtulat ut qui à natura ſua idoneus eſt Prophetiæ, & creſcente ætate diligenter inſtituitur atque eruditur, prophetet. Qui verò hoc non po-*

poteſt facere, ſimilis ei qui manum ſuam movere nequit, ſicut Jerobohamus: aut qui non poteſt videre, ut caſtra Regis Syriæ, in Hiſtoria Eliſæi. Fundamentum enim hujus rei, & præcipuum, quod nos quoque requirimus, eſt diſpoſitio naturalis. Rurſus Cap. XXXVI. chorda eadem oberrat, & *ſi vir*, inquit, *quidam itu comparatus fuerit, nullum dubium eſt, ſi facultas ejus imaginatrix (quæ in ſummo gradu perfecta eſt, & influxum ab Intellectu, ſecundum ſuam perfectionem ſpeculativum accipit) laboraverit & in operatione fuerit, illum non niſi res divinas & admirandas adprehenſurum, nihil præter Deum & Angelos ejus viſurum, nullius denique rei ſcientiam habiturum & curaturum niſi earum quæ veræ ſunt, & quæ ad communem hominum ſpectant utilitatem.* Hanc ſententiam *Maimonidis* nemini admiſſam comperi, niſi Auctori Libri *Cozri* In hanc opinionem incidiſſe videtur ex malè intellectis quibusdam Hiſtoriæ Regum locis, ubi mentio fit *ſcholarum Prophetarum*, & ſimilibus. de quibus poſtea agemus.

Verùm nullam rationem video, è qua colligi queat Propheticum ſpiritum è conſumatione naturalium & moralium dotum naſci poſſe. Nec ſatis mirari queo quî *Maimonides* poſſet hoc in concordiam redigere, cum recta Prophetiæ notione, quæ neceſſariò divinum adflatum complectitur, ac proinde tribuenda eſt Deo, qui eum ubicumque & quibuscumque vult liberè largitur. Attamen Ratio nos reverà docet verisimile non eſſe Deum, extra ordinem adflaturum eſſe homines & miſſurum eos ſingulari auctoritate inſtructos, ut mentem ejus patefaciant, & quæ ſit ejus Veritas doceant, qui ſint ipſi vitiis infecti, & flagitioſâ vitâ commaculati. Sic ſanè Petrus 2. Epiſt. C. I. apertè dicit fuiſſe eos *ſanctos Dei viros, qui, quemadmodum à Spiritu Sancto movebantur, loquuti ſunt.* Nec probabile eſt eos qui erant aliquo modo emotæ mentis, vel inconſtantis animi, propter aliquam perturbationem, potuiſſe idoneos ſerenis impreſſionibus Spiritus Sancti haberi. Turbata Phantaſia non magis poteſt accipere Divinæ Veritatis ideas, ejuſque radios ad Intellectum reflectere; quàm vitrum fractum aut turbidum non vitiatam imaginem objectorum ad oculos noſtros. Itaque plerique omnes Hebræi Magiſtri de hac Regula conſentiunt: *ſpiritum Prophetiæ numquam quieſcere niſi in ſancto & pio viro, cujuſque adfectus ſint ſedati.* Sic Thalmudici in *Maſſecheth Sanhedrin*, ut citantur à *R. Albo Maam. III. c.* 10. אין הנבואה שורה אלא על חכם גבור ועשיר ובעל קומו: *ſpiritus Prophetiæ numquam reſidet niſi in homine ſapiente, forti, divite & magno.*

Hæc duo poſtrema, in hac Regula, omiſit *Maimonides*, in *fundamentis Legis*; ac ſanè, ſine iis, ſat plena eſt. Sed dotes *Sapientiæ* ac *Fortitudinis*, ab omnibus conſtanter memorantur: inter quos eſt *R. Jochanan*, qui auctor Regulæ dicitur, de quo Cap. IV. Gemaræ Nedarim: אמר ר' יוחנן אין הק' בה משרה שכינתו וגו' *Rabbi Jochanan dicit: Deus non facit ut requieſcat Majeſtas ſua niſi ſit dives ac humilis vir, & vir fortis; quæ omnia colligimus è Moſis Magiſtri noſtri exemplo* Ubi *fortitudinis* nomine intelligunt conſtantiam animi, qua vir bonus *animales ſuas partes* ſubigit. Sic enim puto me poſſe rectè vertere reſponſionem Magiſtrorum, quæ aliquando mihi occurrit, & quidem, ut opinor in *Pirke aboth*: מי ניבור הקובש יצר הרע: *quis eſt vir fortis? vir qui ſubigit figmentum malum*; quibus verbis intelligunt animalem hominis partem. Nobis etiam tradunt aliam regulam, quæ prioris eſt veluti Paraphraſis, & quæ exſtat *Gemaræ Schabboth* C. II. ubi adludentes Thalmudici ad contemtum, quo vir ſapiens, in Eccleſiaſte, *lætitiam* & *riſum* proſequitur, diſtinguunt duplicem lætitiam, alteram divinam, alteram mundanam, & multas adfectiones mundanas & terreſtres enumerant, cum quibus non reſidet Spiritus Sanctus: לא שכינה שורה לא כתוך עצבות ולא מהוך עצלות ולא מהוך שחוק וגו' *Divina præſentia*, vel *Spiritus ſanctus, non reſidet, ubi eſt mœror, & nimius dolor, riſus, levitas, ſermones inepti vel otioſi; ſed cum legitima & innocua hilaritate amat reſidère; prout ſcriptum eſt de Eliſæo:* adduc mihi fidicinem, & contigit, cum fidicen fidibus caneret, ut Dei manus ei incumberet 2. Reg. III. Ubi videmus temperiem Mentis, quam potiſſimum poſtulabant, fuiſſe hilaritatem mœroris omnis, angoriſque expertem, omniùmque aliarum melancholicarum adfectionum immunem. Sic & Gemarâ Peſachim. c. 6. כל אדם שהוא כועס אם חכם הוא חכמתו מסתלקת ממנו אם נביא הוא נבואתו מסתלקת ממנו: *quicumque indignatur, ſi ſit vir ſapiens, ſapientia ejus ab eo ſe ſubtrahit: ſi ſit Propheta, ejus Prophetia.*

Priorem partem hujus Aphoriſmi, interpretantur exemplo Moſis; qui, ut ajunt, Prophetam non egit in deſerto, poſt reditum exploratorum, qui detrahebant terræ Chananææ, eò quod iis indignaretur, & poſteriorem exemplo Prophetæ Eliſæi 2. Reg. III. 15. de quo pluribus poſtea agemus. Sic in libro *Zohar*, in quo multæ ex antiquiſſimis Judæorum traditionibus habentur col. 408. הא דחמינן דשכינתא לא שריא באתר עציבו וגו' *Ecce, clarè videmus divinam præſentiam non reſidere cum triſtitia, ſed cum hilaritate. Niſi ſit hilaritas ibi non habitabit, quemadmodum ſcriptum eſt de Eliſæo, qui dixit: da mihi nunc fidicinem. Sed unde diſcimus Spiritum Sanctum nolle reſidere cum triſtitia? Ex Jacobi exemplo, nam per totum tempus, quo luxit Joſephum, Schechina*, vel Spiritus Sanctus *eum deſeruit.* Ejuſmodi enim habebant traditionem vulgarem, Jacobum non prophetaſſe, toto tempore, quo triſtis fuit, propter jacturam Joſephi Sic *L. Thoſiphtha*: אין שכינה שורה מתוך עצבות אלא מתוך שמחה *Spiritus prophetiæ non habitat cum triſtitia, ſed cum lætitia.* Nunc non adgrediar tueri veritatem earum traditionum de Moſe & Jacobo, quamvis non dubitem quin potiſſimus Magiſtrorum ſcopus ſit verus: nempe, Spiritum Prophetiæ non ſolitum eſſe reſidere, ubi ſunt melancholicæ adfectiones, ſed requirere pacatam & tranquillam temperiem mentis, cùm ſit ipſe manſuetæ & lenis naturæ. Quod recte obſervatum de Spiritu Sancto, quamvis alio ſenſu à *Tertulliano*, de Spectaculis: *Deus*, inquit, *præcepit Spiritum Sanctum, ut pote pro naturæ ſuæ bono, tenerum & delicatum, tranquillitate & le-*

ni-

nitate & quiete & pace tractare; non furore, non bile, non irâ, non dolore inquietare.

Jam verò, ex iis, quæ diximus, lucem foenerari poſſumus aliquot locis Pſ. LI. quæ Chaldæus Paraphraſtes & Judæi etiam Interpretes intelligunt de *Spiritu Prophetico*, qui Davidi ablatus fuerat, eo tempore quo animus ejus ſummo dolore & angore turbatus erat, cùm ad animum revocaret ſcelera, in negotio Uriæ, admiſſa Is Spiritus vocatur verſ. 12. רוח נדיבה *liber ſpiritus*, ſeu ſpiritus mentis alacris ac liberæ, generoſis, nobilibus ac liberis actæ impulſibus. Verſu 8. dicitur *hilaritas* & *alacritas* quibus ſignificatur temperies mentis liberalibus motibus perculſæ. Pariter verſ. 12. ſimili paraphraſi deſcribitur, his verbia, *lætitia ſalutis Dei*, & verſu 10. David orat ut ſibi reſtituatur atque in firmam ejus poſſeſſionem inducatur: *Creato* inquit, *purum cor in me, ô Deus, & renova firmum ſpiritum intra me*, ורוח נכון חדש בקרבי Quod perinde eſt ac ſi diceret: *Tuus Prophetiæ Spiritus ſanctus non habitat in minùs ſanctis animis ſed cum puritate & ſanctitate; quæ cum violantur, illico diſcedit, purus enim atque impurus ſpiritus unà in ſede non ſunt. Quapropter animum meum ab omni immunditie purgato, ut divinus ille ſpiritus in me reſtitutus, conſtanter apud me habitare queat.* Sic *R. Salomo* & *R. Abenezra* hunc locum interpretantur, ſed præſertim *R. David Kimchius*, qui pluribus hanc ſententiam perſequitur. Sic & ante eos Thalmudici Magiſtri eum expoſuerant in *Gemara Joma*, C. II. ubi de his verbis ratiocinantur verſûs 11. *Ne Spiritum tuum Sanctum à me auferas*, narrántque nobis quî David lepræ & geminæ excommunicationis pœnas dederit, quarum excommunicationum una fuit ab hoc ſpiritu: ששה חדשים נצטרע דויד ופרשו הימנו סנהדרין ונסתלקה הימנו שכינה: Quæ verba non ſatis rectè vertit *Vorſtius* in Comment, ad *Maimonidem*, *de fundamentis Legis.* Quare ea; ex genuino ſenſu, hic vertam: *per ſex menſes erat David leproſus* (propter peccatum in negotio Uriæ admiſſum) *& ſeparabant ſe ab eo viri Synagogæ magnæ, atque ablata eſt ab eo Schechina. Prius conſtat ex Pſ. CXIX. ubi dicitur:* Revertantur ad me timentes te & ſcientes teſtimonia tua: *alterum ex Pſ. LI. ubi dicitur*: fac revertatur ad me lætitia ſalutis tuæ.

Sed tempus eſt diligentius inſpiciundi loci, quem ad comprobandam hanc opinionem proferunt Magiſtri; nempe, 2. Reg. III. ubi Reges Iſraëlis, Judæ & Edomi, anxii propter penuriam aquæ, in expeditione contra Moabitas, ſe conferunt ad Eliſæum, ut per eum voluntatem Dei reſciſcant. Videtur verò Eliſæus indignatus Regi Iſraëlis (v. 14.) quem malè excipit, his verbis: *profectò niſi rationem haberem Regis Judæ, nollem te adſpicere, aut videre.* Tum ſequitur: *adduc ad me fidicinem* (v. 15.) *Et cùm fidicen fides pulſaret, manus Domini ei incubuit.* Quæ verba ſic exponuntur à *R. D. Kimchio* ex Rabbinis (conſentiuntque cum eo, ad ſummam rei quod adtinet, *R. Salomo Jarchi* & *R. Levi ben Gerſom*) אמרו כמיום שנסתלק אליה וגו׳ *dixerunt Magiſtri noſtri, à die, quo Magiſter ejus Elias in coelum ſublatus fuerat, ſpiritum Prophetiæ cum eo, per certum tempus non fuiſſe: propterea enim triſtiſſimus fuerat, nec divinus ſpiritus remanet cum moerore.* Alii volunt, quia indignabatur Regi Iſraëlis, *commotiorem fuiſſe in animo ſuo; qua de re dicunt, quotieſcumque Propheta turbatus eſt irâ, aut adfecta, eum à Spiritu ſancto deſeri. Unde autem hoc diſcimus? Ex Eliſæi exemplo, qui dixit: da mihi fidicinem.*

Nunc ergo intelligere poſſumus, quæ fuerit ratio, cur inſtrumenta muſica tam frequenter adhibuerint Prophetæ, præſertim Hagiographi; quæ ratio alia non eſſe videtur, niſi ut ſtatus Mentis magis compoſitus atque hilarior fieret. Sic audivimus antea ex 1. Paral. XXV. qui Heman, Aſaphus & Jeduthun ſacra ſua Poëmata ad ſonum Harmoniæ Templi componerent. Inſignis alius locus, hac de re exſtat 1. Sam. X. qui locus, quemadmodum prior, malè fuit intellectus ab interpretibus quibusdam, qui *Prophetare*, in eo, idem eſſe putarunt ac *canere*; cùm ſine dubio ſignificetur compoſitio Hymnorum, excitata divino adflatu, intus mentem agitante. Cùm Samuel Saülem Regem Iſraëlis inunxiſſet, ut intelligeret Saul Dei mandato rem eſſe factam, ei prædicit quædam, quæ ei obventura erant, paullò poſt quàm à ſe diſceſſiſſet, & hoc quidem inter alia: quod incidens in quosdam Prophetas, ſenſurus eſſet ſe ipſum motibus prophetici ſpiritus agitari, verſ. 5. Sic verò deſcribuntur illi Prophetæ: *poſtea pervenies ad collem Dei &c. & continget, cùm ad urbem perveneris, ut occurrat tibi chorus Prophetarum è loco excelſo deſcendens, cum Nablio, Tympano, Tibia & Cithara, qui prophetabunt. Spiritus verò Domini tibi incumbet; prophetam ages cum illis, atque in alium hominem converteris.* Muſica illa inſtrumenta, quæ comitabantur Prophetas, adhibebantur ad excitandas, componendasque mentes: quia, ut ait *Kimchius*, רוח הקדש אינה שורה אלא מתוך שמחה וגו׳ *Spiritus Sanctus nuſquam habitat, niſi in media hilaritate.* Et prophetabant; *hoc eſt, ut Thargum Jonathan exponit, laudabant Deum; quaſi dixiſſet, horum prophetias fuiſſe Cantica & Laudes Dei, quæ exprimebat Spiritus Sanctus.* Hactenus ille.

Ut autem *Spiritus Divinus* liberas atque hilares mentes agitabat: contrà *Malus Spiritus* movebat triſtes & melancholicos animos, ut antea diximus, utque ex Saülis exemplo liquet. Reverà *Spiritus malus*, qui eum inſederat, nihil aliud fuiſſe initio videtur, præter angorem ac moerorem animi, quem Malus Spiritus, injectis tentationibus, commoverat. Idem effecit ut vaticinaretur, melancholici furoris paroxiſmo incenſus, 1. Sam. XVIII. 10. *Et contigit matutino tempore, ut Spiritus Malus, à Deo, invaderet Saülem, utque prophetam ageret, in media domo.* Quod *Jonathan* vertit: אשתטי בגו ביתא *inſanivit in medio domûs*, vel, ut mentem Paraphraſtæ expreſſit *Kimchius* היה מדבר דברי שטות *loquutus eſt verba ſtultitiæ.* Sic quoque *R. Salomo*, in hunc locum, rem interpretatur.

Itaque ex ſententia plerorumque Judæorum Interpretum, *ſpiritu malo* Saülis, intelligendum eſt melancholicum quoddam inſaniæ genus, quo fiebat ut ea loqueretur, quæ ad rem præſentem nihil faciebant, & quorum partibus inter ſe non conveniebat. Adlatis adde *R. Levin ben Gerſom*, cujus hæc ſunt verba: היה מדבר

Digitized by Google

בתוך הבית דברים מבולבלים בסיבת רוח הרע *loquutus eſt in media domo verba valde confuſa, propter eum Malum Spiritum.* Cum autem Spiritus hicce malus *nihil eſſet reipſâ* præter acerbam atque inſanam animi adfectionem, ortam ex terrenis ſordibus Melancholiæ, Triſtitiæ, & Malitiæ; quibus Saul eo tempore vexabatur; idoneum remedium ei rei fuit harmonia, inſtrumenti muſici Davidis, quod adhibitum eſt, ut Mens ejus componeretur, omnéſque turbulenti adfectus ſedarentur. Atque hæc fuit ratio, ut nunc ſatis conſtare puto, cur Muſica tam ſæpe adhibita ſit ad componendam animi noſtri partem animalem, ut expulſo omni perturbationum genere, atque inducta ſuavi γαλήνῃ, ſeu tranquillitate, Mens poſſet convenientiùs adfecta eſſe, ad excipiendum divinum prophetici Spiritûs adflatum, qui non temerè quodvis hominum genus inſidet. Μόνος γὰρ σοφὸς ὄργανον θεοῦ ἐστιν ἠχοῦν κρουόμενον καὶ πληττόμενον ἀοράτως ὑπ' αὐτοῦ, ut rectè hac de re *Philo*, cùm divinus adflatus ſubeat tantùm eas mentes, quæ ei excipiendo, moralibus, atque adquiſitis dotibus, ſunt idoneæ.

CAPUT IX.

1. *De Diſcipulis & Scholis Prophetarum, quæ fuerunt Najothis, in agro Ramæ, Jeroſolimæ, Bethele, Jerichunte, Gilgale, &c.* 2. *Loca Librorum Hiſtoricorum Scripturæ eò pertinentia.*

I. PROPTEREA frequentia occurrunt Scripturæ loca, quæ ſat clarè innuunt, olim multos fuiſſe inſtitutos diſciplinâ Scholarum, ita ut fierent *candidati Prophetiæ*, atque operam darent, ut ad eum gradum pervenirent, quem ſolus iis conferebat Deus. Attamen dum alios prophetantes audirent, interdum contingebat ut & ipſi adflatu corriperentur, cùm eorum mentibus eſſet συμπάθεια, ſeu convenientia quædam inter ſe (ut chordis æquè tenſis, in inſtrumentis Muſicis) cùm ab eodem Spiritu percellerentur. Eò videtur ſpectare hiſtoria, quæ habetur 1 Sam. XIX. cùm omnes nuncii, quos Saül mittebat Najothas, in Ramenſi agro, ut Davidem adprehenderent, & tandem ipſe, vaticinandi ſtudio comprehenſi fuiſſent. Credibile enim eſt Prophetias, de quibus illic ſermo eſt, fuiſſe *Antiphonias* divinitus dictatas, vel *Doxologias* adeò elegantes & ita conjunctas cum pietatis adfectu, & phantaſiæ motibus; ut poſſent etiam audientium animos excitare; quemadmodum ſæpe comperimus orationem elegantem & floridam, Phantaſiæ copioſæ & excultæ fœtum; ita tamen ut intelligi queat, & inuſitatum quiddam complectatur; poſſe in animis adſtantium convenientem cum ea motum excitare.

Hanc ipſam notionem ejuſmodi Prophetiæ ſuggerunt etiam nobis ſat perſpicuè Judæi Scriptores, qui aiunt Najothas Ramenſes fuiſſe re verâ ſcholam in qua futuri Prophetæ inſtituebantur, unde Chaldæus interpretatus eſt vocem *Najoth* בית אולפנא *domum doctrinæ*. *R. Levi B G* אמרו שהיה ב׳ת מדרש לנביאים אצל עיר לקהת הנביאים *Magiſtri noſtri aiunt fuiſſe ſcholam Prophetis, ad urbem Ramam, in quam Prophetæ conveniebant.* Paria habet *R. Salomo.* Innui etiam videtur Samuelem fuiſſe Præſidem hujus ſcholæ, vel Collegii, ut erudiret juniores diſcipulos, inſtituerétque de dotibus, quibus idonei fieri poterant excipiendo ſpiritui Prophetiæ, & coram iis prophetaret, ſeu recitaret ſacros Hymnos aut ſimile quidpiam, ut eorum animi aliquo modo ei rei adſueſierent. Legimus certè verſu 20. *Cùm viderunt cœtum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem adſtantem, quaſi eorum Præfectum, Spiritus Dei invaſit Saülis nuncios, qui & ipſi vaticinati ſunt.* Ubi Chaldæus נביאים *prophetantes* vertit משבחין *meſchabbehhin*, laudantes; Deum nempe, ſacris Hymnis, pro more ſolito eorum, qui pervenerant ad eum Prophetiæ gradum, qui vocatur *Spiritus Sanctus.* Pariter & RR. *Kimchius* & *Levi B. G.* rem adſcribunt hîc לרוח הקדש *Spiritui Sancto.* Inter hos Prophetas dicitur *ſtetiſſe Samuël, quaſi eorum præfectus*, hoc eſt, ut habet Chaldæus: קאם מליף עלוהון, *ſtabat Doctor*, aut *Magiſter ſuper iis.* Sed *Levi B. G.* rem paullò ſubliniùs, imò ſublimiùs æquo intelligit, cùm habeat: השפיע מן הרוח אשר עליו עליהון *effundebat in eos è ſpiritu, qui in ſe erat.* Attamen ea loquendi ratio conſentanea eſt ſententiæ Magiſtrorum, qui vellent nobis perſuaſum, omnes ferè Prophetas vaticinatos adflatu, qui manaverit in eos, ex aliûs Prophetæ ſpiritu. Conſtituunt iidem Moſem veluti communem rivum, è quo propheticus influxus in omnes alios Prophetas derivatus ſit. Quæ notio paullò eſt ſubtilior, quàm ut intelligi queat.

Verùm, ut ad rem noſtram redeamus, ex hoc fundamento innuimus, diſcipulos Prophetarum vocari בני הנביאים *Prophetarum filios*, atque hoſce intelligi 1. Sam. X, 5. quem locum antea protulimus, his vocibus: חבל נביאים *cœtus Prophetarum*, ſeu, ut à Paraphraſte Chaldæo exprimitur: סיעת ספריא *cœtus Scribarum* (ſic enim juniores diſcipuli olim vocabantur) quod ita expreſſit *Kimchius*: סיעת ספריא ר״ל תלמידים כי תלמידי הכמים נקראו סופרים ו אלו היו תלמידי הנביאים גדולים גו׳ *cœtus Scribarum: hoc eſt, diſcipulorum, diſcipuli enim ſapientum vocabantur Scribæ, erántque illi diſcipuli majorum Prophetarum. Majores autem Prophetæ, qui vivebant eo tempore, ab Eli ad Davidem, fuerunt Samuel, Gad, Nathan, Aſaph, Heman & Jeduthun.*

Hinc intelligere licet, quid ſibi velit quæſtio verſ. 12. *quiſnam eſt eorum pater?* Quæ occaſio fuit formulæ proverbialis, quâ poſtea uſi ſunt Judæi: *eſtne etiam Saül inter Prophetas?* de viro qui ſubitò evectus erat ad dignitatem quampiam, aut dotem nactus, cui educatione ſuâ ineptus fuerat. Ideò Chaldæus Paraphraſtes, cùm loci ſcopum ad animum revocaret, voces: מי אביהם *quis pater eorum*, hiſce expreſſit: מי רבהון *quis eſt eorum Magiſter?* Quod probavit *Kimchius*, qui ſic Proverbium interpretatur: כשהיה אדם שפל עולה במעלה היה אומר הגם שאול בנביאים: *quando aliquis ex humili ſtatu in ſublimiorem evectus fuerat, ſolebant dicere*: etiámne Saül inter Prophetas? Sed R. *Salomo* mavult ſignificatum proprium verborum: *quis eſt pater eorum?* ſervari, ideòque aliquid hîc ſtatuit, præter id quod quærendum contendi-

Digitized by Google

dimus: oimirum, Prophetiam fuiſſe hereditarium quidpiam. Sic enim loquitur: *noli mirari eum vocari* patrem eorum, כי נבואה ירושה היא *quia Prophetia res eſt hereditaria*. Sed oulla eſt ratio, cur non adquieſcamus in ſententia aliorum Magiſtrorum, quibus addamus licet *R. Levin B. G.* qui ait Prophetas, de quibus ſermo eſt, fuiſſe diſcipulos Samuelis, qui eos inſtituebat, ut ad gradum propheticæ perfectionis evehi poſſent; שלמד אתם שמואל והביאם אל השלמות ideoque *Patrem eorum* eſſe dictum.

II. HORUM diſcipulorum frequens in Scriptura mentio occurrit. Sic 2. Reg. IV, legimus de diſcipulis Prophetarum, qui erant Gilgale. Ibid. C. VI. Eliſæus inducitur, quaſi eorum Magiſter, cui dicto audientes erant, & à quo ampliandæ ſuæ habitationis veniam petunt. Eliſæus ipſe inſtitutus fuerat ab Elia, proptereáque 2. Reg. III. ſatis gravis ratio habetur ad oſtendendum eſſe Prophetam, quod Eliæ diſcipulus fuiſſet & *aquam ejus manibus adfudiſſet*, ut omnes Judæorum Scholiaſtæ obſervant. Sic & 2. Reg. IX, 1. Eliſæus miſit unum è ſuis diſcipulis, *qui ei miniſtrabat*, ut Jehuum Regem Iſraëlis inungeret. 1. Reg. XX, 35. juvenis Propheta mittitur ad caſtigandum Achabum, eò quòd Benhadado Syriæ Regi pepercıſſet; iſque vocatur à Chaldæo Paraphraſte, חד מבני תלמידי נביאיא *unus è filiis Diſcipulorum Prophetarum.* Hinc Amos oſtendit ſe mandata à Deo, extra ordinem accepiſſe C. VII, 14. his verbis: *non eram Propheta, nec filius Prophetæ*: לא הוה מכן לנבואה מפאת תלמידותו *non erat paratus ad Prophetiam, aut idoneus factus functioni Propheticæ quòd diſcipulus cujuſquam fuiſſet*, ut *Abarbanel* locum interpretatur. Itaque divinus adflatus eum invaſit, extra calcatas Prophetis vias, inter greges pecoris; atque extra ordinem juſſus eſt Bethelem ire, ut Dei judicia Regi & populo denunciaret, idque in regia AEde. Denique cùm, ſub Novo Foedere, Joannes Baptiſta & Chriſtus coeperunt diſcipulos ad ſe vocare, ut divina oracula à ſe acciperent; non videtur hoc novi quidpiam habitum eſſe, ſed rantùm ex more veterum Prophetarum factum.

Jam autem horum Prophetarum variæ fuerunt Scholæ, ſive Collegia, in variis urbibus, prout occaſio tulit. Sic legimus de Collegio Jeroſolimitano 2. Reg. XXII. 14. ubi erat Hulda Propheris, quod vocatur משנה in textu authentico, & à Chaldæo Paraphraſta vertitur בית אולפנא *Beth olphana*, domus doctrinæ, & à Kimchio בת מדרש *ſchola.* II Regum C. II. & IV. memorantur plura loca in quibus erant coetus juniorum Prophetarum, ut *Bethel, Jericho* & *Gilgal.* Qua de re ita *Kimchius*: ומה שהיו בני הנביאים בבהל ביריכה כן היו בערי אחרות וגו' *ut filii Prophetarum erant Bethele & Jerichunte, ſic erant etiam in aliis urbibus Ratio verò potiſſima, cur eſſent per varias urbes Iſraëlis ſparſi, hæc fuit; nimirum, ut poſſent Iſraëlitas, qui in iis erant, caſtigare; eorumque prophetiæ totæ ad eorum temporum uſum ſpectabant. Quam ob rem ea prophetiæ non ſunt ſcriptis mandatæ.* Hinc quidam Judæi Scriptores loquuntur de quadam διαδοχῇ, ſeu ſucceſſione Prophetarum, in qua unus, inſtar Veſperuginis, oriebatur, quando alter occidebat, in coospicuo hocce Hemiſphærio. Sic habet interpretamentum myſticum *Kimchii*, in 1. Reg. III, 3. ad hæc verba *Lucerna Dei deinde exſtincta eſt*: בדרש אמר כי על נר הנבואה אמר ואמרו יורח השמש ובא השמש עד שלא ישקיע חק' כה שמשו של צדוק אחר מזריח שמשו של צדיק אחר: *Myſticus hic ſermo eſt de luce Prophetiæ, ſecundùm id dictum inter Doctores noſtros (ſol oritur & ſol occidit) hoc eſt, prius quàm Deus faciat ut ſol viri juſti occidat, facit ut oriatur ſol alterius juſti viri.*

CAPUT X.

1. *De* Bath-Kol, *ſeu* Filia Vocis *quæ Prophetiæ ſucceſſit.* 2. *Fuiſſe eam à Judæis habitam, quaſi infimum Prophetiæ gradum* 3. *Quæ loca in Novo Teſtamento de ea ſint intelligenda.*

I. NUNC nobis eſſet agendum de ſummo divini adflatûs gradu, ſummatim conſiderato, qui fuit Moſaïcus: Sed antequàm eò venismus, abs re non erit paucis agere de eo Revelationis gradu, quem Judæi putabant eſſe infra omnia Prophetiæ genera. Is verò dicebatur בת קול *Filia Vocis*, nec quidquam erat, præter Vocem cœlo demiſſam, quâ monebantur homines quid eſſet agendum, prout occaſio ferebat. Idque Revelationis genus, ut docet *Maimonides Moreh Neb.* Part. II. c. 42. ad eos etiam demittebatur, qui ad Prophetiæ donum conſequendum minimè erant parati.

II. HUJUS Filiæ Vocis mentio fit, in uno ex Judaïcæ eruditionis antiquiſſimis monumentis, quod vocatur *Pirke R. Eliezeris.* c. 44. atque alibi frequenter, apud Scriptores Judæos; quaſi crebrò ejuſmodi Voces auditæ eſſent, poſtquàm, apud eos, Prophetia deſiiſſet, qua de re, pluribus poſtea agemus. *Joſephus* Archæol. Lib. XIII. c. 18. hiſtoriam habet de Hyrcano Pont. Max. qui ejuſmodi vocem audiverit è coelo, quæ ei ounciarit filios ejus victoriam retuliſſe de Antiocho, ad Cyzicum, eo ipſo die quo pugna commiſſa fuerat; idque, ut ait, dum thymiama in Templo offerebat: τινὰ τρόπον αὐτῷ τὸ Θεῖον εἰς λόγους ἦλθε, *Deus quodam modo eum eſt adloquutus*, hoc eſt per בת קול *Filiam Vocis.*

Hoc *R. Iſaacus Angarenſis* vehementer urget contra *Karæos*, vel *Scripturarios* (genus Judæorum, qui omnes Thalmudicas traditiones aſpernabantur) quaſi maximi Judæorum Magiſtri accepiſſent ejuſmodi traditiones à LXXII. Senatoribus, qui docebantur per Filiam Vocis, aut ſimili quapiam ratione, de rerum veritate, poſtquàm Prophetia omnis deſiiſſet, *Maam.* III. §. 41. קבלו כי הסנהדרין היו מצוים לדעת כל החכמות כל שכן שלא נסתלקת מהם נבואה או מה שעומד במקומו מבת קול וולד זה: *Eſt traditio, quæ fert Magni Synedrii Viros juſſos fuiſſe ſcire omnes diſciplinas, ac proinde neceſſe erat Prophetiam iis non ſubtrahi, vel quidpiam quod loco ejus eſſet, ut Filiam Vocis, aut ſimile quiddam.* Sic, pro Thalmudicæ eruditionis ingenio, interpretatur locum Eſaiæ II. ubi hæc verba legimus: *Lex egredietur è Sione*; oempe, ut putat, è decretis Judicum, Rectorum & Seniorum Judæorum, vel Synedrii magni LXXII.

Seniorum, quos errori exemtos vult, ope *Filiæ Vocis*, vel aliâ quapiam viâ, בעזר אלהים *divino auxilio*; cujus fiebant participes, aut fieri certè ſtatuebantur, ſaltem illius Heroici Spiritûs, qui fuit *Spiritus fortitudinis*, pertinebátque ad Judices & Reges Iſraelis, & vocabatur *Spiritus Dei*, ut nos docet *Maimonides*, ac perpetuo iis adhæſerat.

III. Sed eum Scriptorem Judaïcæ ipſius ſuperſtitioni permittemus, expendemúſque duo aut tria Novi Teſtamenti loca, quæ videntur omnino de hac *Filia Vocis* intelligenda; quam conſtans Judæorum traditio Prophetiæ loco fuiſſe nos docet. Primus eſt Joannis XII. ubi hæc vox cœleſtis demiſſa narratur ad Servatorem noſtrum, inſtar Tonitru, ſed non eſt ſatis intellecta ab iis qui adſtabant; quorum quidam putarunt fuiſſe tonitru, aut validam vocem Angeli, qui eum adloquutus eſſet, verſ. 28, 29. *Tum eò venit vox è cœlo, dicens*: glorificavi nomen meum, atque iterum glorificabo. *Quare populus, qui adſtabat, dixit fuiſſe tonitru; alii verò dixerunt: Angelus eum eſt adloquutus.* Sic & Matth. III, 17. poſt Servatoris baptiſma, cùm ex aqua egrederetur, Evangeliſta narrat cœlum fuiſſe apertum, Spiritum Sanctum in eum deſcendiſſe, inſtar columbæ, vocémque hanc è cœlo auditam: *Hic eſt dilectus meus Filius, in quo mihi complacui.* Denique hoc genus vocis miſſum legimus, cùm Chriſtus eſt transfiguratus, Matth. XVII, 5, 6. atque è nube prodiiſſe, inſtar Tonitru & eadem verba protuliſſe. Quæ audiverunt tres Diſcipuli, qui unà illic erant in monte, ut docemur verſſ. ſeqq. & 2. Pet. I, 17. 18. Hinc perſpicuè intelligimus, hanc fuiſſe *Filiam Vocis*, de qua loquimur, & quæ in Apoſtolorum gratiam è cœlo miſſa eſt, ut *teſtimonium gloriæ & honoris, quo Deus Filium ſuum magnificavit*; quod tamen Apoſtolos non evexit ad gradum *Prophetiæ*, ſed quo facti ſunt participes vocis eâ inferioris. Verba Petri ſunt: *accepit à Deo patre ſuo honorem & gloriam, cùm ejuſmodi vox ad eum venit ab excellente gloria*: Hic eſt Filius meus, in quo mihi complacui. *Atque hanc vocem, quæ venit è cœlo, audivimus, cùm eſſemus cum eo, in ſacro monte.* Jam autem hæc fuit ipſa בת קול de qua hîc nobis ſermo eſt, & quam fuiſſe Prophetiâ inferiorem ſatis intelligimus è ſequente verſu: *habemus etiam certius verbum Prophetiæ*; nam reverà *Prophetia* propriè dicta, habebatur majoris auctoritatis, quàm hæc *Filia Vocis*; quippe quæ eſſet divinus adflatus, in mente Prophetæ, cùm *Filia Vocis* eſſet tantùm vox, qua externi ſenſus percellebantur, iiſque internunciis mentem inſtitueret. Atque hoc erat, quod hac de re, dicendum habebamus.

CAPUT XI.

1. *De ſupremo divini adflatûs gradu; nempe, Moſaico.* 2. *Quatuor diſcrimina, inter divinas revelationes, quas accepit Moſes, & quæ à ceteris Prophetis acceptæ ſunt.* 3. *Doctrinam virorum, prophetico more, adflatorum confirmari aut miraculis, aut quia eſt Rationi conſentanea.* 4. *Convenientia quæ eſt inter ſanctum animum & divinam Veritatem.*

I. Nunc eò devenimus, ut nobis perveſtigandus ſit ſummus divini adflatûs gradus, qui fuit Moſaïcus, idemque per quem Lex lata eſt; quod fieri commodiùs non poterit, quàm ſi quæramus quænam ſint diſcrimina Moſis adflatûs, & Prophetiæ propriè dictæ. Hæc autem deſumemus ex Libro *Maimonidis*, de Fundamentis Legis Cap. VII. ubi pluribus deſcribuntur, ex vulgari Rabbinorum plerorumque doctrina, ab iis de hoc argumento prodita.

II. Primum ergo eſt, Moſi divinæ Revelationis cognitionem conceſſam, per vigiliam; cùm Deus ſe ſe aliis Prophetis, quotquot fuerunt, in ſomnio & viſis nocturnis, dum eorum ſenſus eſſent ἀργοὶ, revelarit. מה הפרש יש בין נבואה משה לנבואת שאר כל הנביאים שכל הנביאים בחלום או במראה ומשה רבינו ראה והוא ער עומד *Quodnam eſt diſcrimen inter Prophetiam Moſis & Prophetiam aliorum omnium Prophetarum? Omnes alii Prophetæ prophetarunt in ſomnio, vel in viſione, ſed Moſes Magiſter noſter videns, & ſtans, quemadmodum ſcriptum eſt*; Num. VII, 89. Poſtquàm Moſes ingreſſus erat Tabernaculum Conventûs ut cum Deo colloqueretur, vocem audiebat ſe adloquentis. Ex eo Numerorum loco, liquet eum ad Cœleſte Oraculum, quovis tempore, confugiſſe. Propterea obſervatio eſt Thalmudicorum: משה רבינו ע״ה לא באה אליו נבואה בלילה: *ad Moſem numquam veniſſe prophetiam noctu*; id eſt, in ſomnio, aut viſis nocturnis, ut ceteris Prophetis. Secundum diſcrimen fuit quòd Moſes prophetaret, ſine ullo Angelo internuncio, adflatu proximè à Deo ipſo derivato; cùm in aliis Prophetis, quemadmodum antea oſtendimus, Angelus quiſpiam Prophetæ conſpicuus fieret: כל הנביאים על ידי מלאך וגו׳: *Omnes Prophetæ prophetarunt miniſterio Angeli, ideoque viſa habuerunt parabolica, & ſub imaginibus obſcuris; ſed Moſes prophetavit ſine Angeli miniſterio.* Probat hoc *Maimonides* ex Num. XII, 8. ubi ita Deus de Moſe: *Ego colloquor cum eo, ore ad os converſo* &c. & Exod. XXXIII., 11. *Dominus, facie ad faciem converſâ*, Moſem adloquutus eſt.

Verùm hic nos non oportet uſque adeò adhærere huic *Maimonidis*, aliorúmque popularium ejus interpretationi; ut immemores ſimus ejus, quod dicitur in Novo Teſtamento, de miniſterio Angelorum, quorum opera Deus uſus eſt, in Lege ferenda. Sic Stephanus de ea loquitur, Act. VII, 53. & Paulus ad Gal. c. III. ait

Legem datam fuiſſe, per Angelos, in manu mediatoris, hoc eſt, Moſis, qui tunc temporis mediatorem, vel internuncium egit inter Deum & populum. Itaque maluerim *facie ad faciem*, interpretari de perſpicuitate *intellectualis luminis*, in quo Deus Moſi adparebat, quæ perſpicuitas major erat, quàm umquam fuit ulli alii Prophetarum oblata. Quare vetus traditio habet vidiſſe eos פכפקלריא שאינה מאירה *in ſpeculo non lucido*; cùm Moſes videret *in ſpeculo lucido* οὐ δι' αἰνιγμάτων, ut *Philo* (nec aliter *Maimonides*) ait in Lib. *quis divinarum rerum hæres ſit*: hoc eſt, ſine ulla impreſſione, vel imagine rerum, in ejus phantaſia, Hieroglyphico more, ut ſolitum erat fieri in ſomniis & viſis nocturnis, ſed omnibus ipſi Intellectui objectis; quamvis alioqui maxima pars Legis reverà fuerit, ad potiſſimùm ſcopum quod adtinet, nihil ferè præter emblema, aut allegoriam.

Poteſt tamen eſſe etiam verborum adlatorum alia ſententia, ita ut *facie ad faciem* ſit perinde ac amicà & veluti familiari ratione, quemadmodum omnes divinæ revelationes Moſi ſunt oblatæ; ſequuntur enim hæc verba: *ut homo amicum adloquitur*.

Atque hoc etiam fuit tertium diſcrimen à *Maimonide* adſignatum: כל הנביאים יראים נבהלים ומתמוגגים: *Omnes alii Prophetæ turbati erant, ac territi, ſed non ita Moſes; ſcriptura enim ait: Deus eum adloquebatur, ut homo adloquitur amicum; id eſt, ut homo non terretur verbis amici: Sic Moſes poterat verba prophetiæ intelligere mente nequaquam turbatà, aut adtonità.*

Quartum & ultimum diſcrimen ſitum fuit in eo quod Spiritus propheticus Moſis, quovis tempore, illi adfuit ut prophetaret, ut vidimus ex Num. VII. 89. Quovis tempore Sacrum Tentorii Oraculum, cujus vox è ſpatio Cherubis interpoſito audiebatur, conſulere potuit. Hoc diſcrimen ſic exprimit *Maimonides*: *Nullus prophetarum, quocumque tempore volebat, prophetare poterat*: כל הנביאים אין מתנביאים בכל עת שירצו: *excepto Moſe, qui induebatur Spiritu Sancto quotieſcumque volebat, & in quo Spiritus Prophetiæ habitabat. Non opus erat ut prius mentem ſuam et excipiendo pararet, erat enim ſemper paratus, ut Angelus miniſteriis, ideoque Prophetam agere poterat, quotieſcumque vellet, prout habemus*, Num. IX. 8. Exſpectate hîc nonnihil, & audiam quid de vobis Deus ſit mandaturus. Hactenus *Maimonides*, qui, ut opinor, hic hyperbolicè loquitur, & cui vix convenit cum ceteris Hebræorum Magiſtris; poſſumus enim hîc recordari eorum, quæ antea dicta ſunt de Thalmudica traditione; ex qua negatur Moſes diſpoſitus fuiſſe excipiendo Spiritui prophetico, cùm Exploratoribus iratus eſſet; quamvis veriſimillimum putem ei facultatem prophetandi, cùm vellet, majorem, quàm cuiquam alii Prophetarum fuiſſe.

Clarum hoc adflatûs genus, quo ipſa intelligendi facultas per ſe adficiebatur, familiari quadam ratione; qui erat *gradus*, ut vidimus *Moſaïcus*; aptiſſimum erat homini legibus ferendis occupato. Quod egregiè notatum à *Plutarcho*, in Libro περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν, ubi ait verſus, quibus ſæpe res obſcuriores & dictio poëtica inerant, fuiſſe ſuo ævo ſublatos ab Oraculis, & clarius vaticiniorum genus inductum. Quam mutationem, Ethnica ſuperſtitione, Pythiæ tribuit: Θεὸς ἀφελὼν τῶν χρησμῶν ἔπη καὶ γλώσσας καὶ περιφράσεις, καὶ ἀσάφειαν, οὕτω διαλέγεσθαι παρεσκεύασε τοῖς χρωμένοις καὶ τὰ ἑξῆς: *Deus ſuſtulit ex Oraculis verſus & voces inuſitatas & periphraſes & obſcuritatem, & juſſit ita loqui cum conſultoribus, ut Leges faciunt civitatibus, quæ iis ſubjectæ ſunt, & Reges populo & magiſtri diſcipulis, perſpicuo ſermone & qui perſuadere poſſit.* Sed cum bona *Plutarchi* venia, hæc non conveniunt Pythiæ, imò nec Moſi ipſi (qui velo texit faciem, dum Legem populo daret) ſed ſoli Christo, qui veram Dei Legem animis hominum aperit, & cum iis colloquitur, non tam πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, quàm ψυχῇ πρὸς ψυχήν, *non facie ad faciem*, ſed *animo ad animum*

III. Jam vidimus quiſnam eſſet *gradus Propheticus Moſaïcus*, à quo oportuit ſuperari omnes alios, & præter ſolitum ordinem eſſe; quippe qui futurus erat baſis ſequentium omnium prophetiarum, apud Judæos. Omnes enim Prophetæ eò potiſſimùm collineant, ut Legi Moſaïcæ debitum obſequium, in ea obſervanda, ſtabilient & confirment. Quare lata eſt Iſraëlitis, adhibitis magnis miraculis, editis ſpectante univerſo populo; ſimulque Moſis cum Deo familiaritatem teſtatam fecit divina vox, è monte Sinaï, ab omnibus Iſraëlitis audita; quæ Legis promulgandæ ratio, tantumdem valuit, ac *Filia vocis*, apud humiliorem plebem. Hæc omnia uſque adeò in admirationem rapuere *R. Phineam* hujus *Stationis ad montem Sinaïn* (ut ſolet à Magiſtris vocari) ut in *Pirke R. Elihezeris*, cenſeat *omnem hanc ætatem, quæ audivit vocem Dei ſancti ac benedicti, dignam eſſe quæ Angelis miniſterii accenſeatur*. Sed de voce, quæ ab ea audita eſt, vix conſentiunt recentiores Judæi; *Maimonides*, ex plerorumque ſententia, ait, in Moreh Neb. P. II. 33. diſtinctè audita prima tantùm verba Legis: *Ego ſum Dominus Deus tuus*, & *Nullos habebis alios Deos* &c. ceterorum verò tantùm ſonitum; atque hoc, ut ait, fuit *magnum myſterium ejus Stationis*, de quo Veteres tam multò dixerunt.

Hîc verò, ὡς ἐν παρόδῳ, obſervandum divini adflatûs, quo quiſpiam cohoneſtabatur, beneficium potiſſimùm ad eum pertinuiſſe, ideoque ut ait *Maimonides*, illi tantùm privatim uſui fuit, nec ulli alii, præter ipſum. Cujus rei ratio clara eſt, nam adflatus ſeorſim conſideratus, poterat ei tantùm, à quo excipiebatur, perſuadere auctoritatem atque αὐθεντίαν ſuam, ut antea oſtendimus. Quamobrem nemo ſcire poterat alii doctrinam quamdam divinitus eſſe revelatam; niſi ipſe etiam adflaretur, ac proinde ad *gradum Propheticum*, verè ſic dictum, evectus eſſet; aut miraculo quopiam ad fidem ei habendam adduceretur, ex quo liquidum fieret à Deo veritatem ſuam eſſe homini creditam; quod conſtabat è poteſtate, quam ei dederat turbandi rerum naturæ ordinis. Sic olim Prophetæ doctrinam ſuam ſolebant confirmare, ſi quid novi ad populum adferrent. Sic poſtea Christus & Apoſtoli Evangelica dogmata credentibus adprobarunt Si verò hoc abeſſet, rem ipſam oportebat eſſe uſque adeò Rationi conſentaneam, ut moralibus argumentis, apud homines prudentes & pios, ei fides fieri poſſet.

IV. Optarim ut hæc poſterior ratio agnoſcendi Divinam Veritatem notior eſſet apud nos; poſtquàm enim adſequuti ſumus veram Mentis ſanctitatem, tum vero finem omnium Prophetiarum adtigimus, & videmus omnem Veritatem Divinam, quæ ad Animi ſalutem ſpectat, in Divina Luce, quæ ſemper in puritate & ſanctitate novæ creaturæ ſplendet; quas ſi conſequuti ſimus, nullis ampliùs miraculis, ad confirmationem Veritatis, indigemus. Ac ſanè divina gloria & majeſtas, quæ effulgeſcit è nuda ſimplicitate veræ Probitatis, ſuâ ipſius συμφυΐᾳ & συμπαθείᾳ, ſalutares omnes veritates amice excipiet atque amplectetur.

CAPUT XII.

1. Quando deſierit propheticus Spiritus in Eccleſia Judaica, quæ eſt celebris Epocha, apud Judæos. 2. Inſtauratio prophetici Spiritûs per Chriſtum. Nonnulla loca, hanc in rem, in Novo Teſtamento expoſita. 3. Quando propheticus Spiritus deſierit in Eccleſia Chriſtiana. Longo tempore eum non viguiſſe, Veterum Scriptorum teſtimoniis oſtenditur.

I. Postquam abſolvimus agere de omnibus Prophetiæ generibus, quorum mentio in Vetere Teſtamento occurrit; coronidis inſtar inquiremus in tempus, quo Spiritus propheticus in Judaïca & Chriſtiana Eccleſia eſſe deſiit. Quo in negotio, cùm Scriptura ipſa aliquo modo ſileat, confugiendum oobis erit ad Hiſtorias, quæ, hac in re, maximæ auctoritatis eſſe videntur.

Quod adtinet ad tempus, quo in Eccleſia Judaica deſiit, non babemus conſentientes Scriptores Chriſtianos. *Juſtinus* Martyr vult omnino nobis perſuadere permanſiſſe Prophetiam, apud Judæos, ad Æram Chriſtianam, quod ſæpiùs inculcat in Dialogo cum Tryphone: οὐδέποτε, inquit, ἐν τῷ γένει ὑμῶν ἐπαύσατο οὔτε προφήτης, οὔτε ἄρχων, ἐξ ὅτου ἀρχὴν ἔλαβε, μέχρις οὗ οὗτος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ γέγονε καὶ ἔπαθε: *nunquam deſiit, in veſtro genere, aut Propheta, aut Princeps, donec venit hic Jeſus-Chriſtus.* Sic & ſæpiùs ait *Joannem* Baptiſtam Judaïcæ Eccleſiæ ultimum Prophetam fuiſſe; quam opinionem tanti feciſſe videtur, quòd putaret ſe eo modo inducere Chriſtum in mundum, lomine prophetico, cum maxima divinæ auctoritatis evidentia, ut Meſſiam promiſſum. Sed *Clemens* Alexandrinus multò veriùs, & conſentiente univerſâ Antiquitate Judaicâ, cenſuit omnem Judaïcam Prophetiam in Malachia deſiiſſe, Strom. Lib. I. Fateor Thalmudicos quinquagiota quinque Prophetas, ac Prophetides numeraſſe, in *Gemara Maſſech. Megillah*: תנו רבנן ארבעים ושמנה נביאים ושבע נביאות: *tradiderunt Rabbini noſtri quadraginta Prophetas & ſeptem Prophetidas fuiſſe.* Quos poſt quàm fermè omnes recenſuerunt, ajunt eorum ultimum fuiſſe Malachiam, & æqualem Mordechæo, Danieli, Haggæo & Zachariæ, ac aliis quibusdam, quoram vaticinia non exſtant, & quos, oumeri explendi cauſâ, numerant; qui omnes vixerunt, anno Darii ſecuodo, ſed plerumque tres tantùm hoſce memorant, Haggæum, Zachariam & Malachiam, quaſi ultimos Prophetarum, eòsque נביאים אחרונים *Prophetas poſteriores* vocitant. Sic *Maſſechath Sotah* Cap. ultimo, ajunt Doctores, à tempore quo omnes priores Prophetæ exſpirarunt *Urim & Thummim* deſiiſſe, ubi *Gemarici* ajunt dictos נביאים ראשונים *priores Prophetas:* לאפוקי מחגי זכריה ומלאכי אחרונים מינהו *ut opponantur Haggæo, Zachariæ, & Malachiæ, qui ſunt poſteriores.* Sic & *Maimonides* & *Bartenora* dicunt *Prophetas priores* dictos, quia vaticinati fuerant tempore בית ראשון Ædis prioris, & *poſteriores* qui Ædis poſterioris tempore prophetarunt; cùmque poſteriores obiiſſent fuiſſe *Filiam Vocis*, quæ in eorum locum ſucceſſerat. Sic in *Gemara Sanhedrim*. C. I. §. 13. תנו רבנן משמתו נביאים אחרונים חגי זכריה ומלאכי נסתלקה רוח הקודש מישראל אנפי היו משתמשין בבת קול: *Rabbini noſtri tradiderunt, à tempore quo poſteriores Prophetæ interierunt, Spiritum Sanctum ab Iſraële receſſiſſe, ſed fruitos eſſe Iſraëlitas Filia Vocis.* Quod repetitur *Maſſech. Joma* C. I. Sic Scriptor Libri *Chozri*, Maam III. §. 39 התמידה הנבואה בבית שני קרוב לארבעים שנה *continuatio Prophetiæ ſub Æde ſecunda fuit circiter quradraginta annorum.* Hujuſce libri R. *Juda* Scholiaſtes rem confirmat è vetere Libro Hiſtorico-Cabbaliſtico R. *Abrahami Ben Dior*, & paullò pòſt ait, *exactis quadraginta annis, ſapientes Judæorum dictos Senatores:* אחר ארבעים שנה המין החכמים נקראים אנשי כנסת הגדולה *poſt quadraginta annos omnes ſapientes dicti ſunt Viri Synagogæ Magnæ.* Propterea auctor illius libri utitur hac æra *ceſſationis Prophetiæ*, & ſic vulgò deſignatur celebris Epocha, apud omnes Judæorum Chronologos, ut Librum *Juchaſin*, *Seder Holam Zutha*. Ita & R. *David Gantz* annos numeravit, io Chronologica Hiſtoria à *Gul. Vorſtio* nuper edita. Idem obſervare licet in Lib. I. Mac. IX, 27. & Cap. IV, 46. XIV, 41.

II. Hæc ceſſatio Prophetiæ fuit clauſula antiquæ illius Oeconomiæ, quâ Deus ſemet ipſe, ſub Lege, revelarat, ut cùm antiquaretur & evaneſceret, exſpectarent novam Oeconomiam Meſſiæ, dudum anteà promiſſi; à quo hìc Spiritus propheticus copioſiùs erat inſtaurandus. Ad hoc Prophetiarum interſtitium reſpexit Joël Cap. II. hiſce verbis, ubi ſermo eſt de poſteris temporibus. *Diebus illis filii veſtri & filiæ prophetabunt* &c. Petrus etiam Act. II. eo loco utitur, ut oſtendat non eſſe cur Judæi mirarentur, Spiritum Sanctum tantâ copiâ in Diſcipulos Jeſu effuſum. Propterea quoque ſpiritus Prophetiæ vocatur Apoc. XIX *Teſtimonium Jeſu.* Ex hac notione intelligendus locus Joan. VII. 39. *Spiritus Sanctus nondum erat datus, quia Jeſus nondum glorificatus fuerat.* Cui reſpondent verba Pauli Epheſ IV. *Adſcendit in altum & dona hominibus dedit.* Eodem pertinet quod reſponderunt ei Chriſtiani Epheſii Act. XIX. cùm ab eo interrogati an accepiſſent Spiritum Sanctum, negarunt *ſe ſcire an eſſet Spiritus Sanctus*; hoc eſt, an eſſet ullus extraordinarius Spiritus, vel ſpiritus Prophetiæ reſtitutus Eccleſiæ, nec ne;

ut

ut bene, non ita pridem, à nonnullis eruditis viris eſt obſervatum. Verùm ſatis hac de re.

III. Nunc breviter poſteriori quæſtioni ſatisfaciendum; nempe, quo tempore Spiritus Prophetiæ, qui à Chriſto reſtitutus fuerat, deſierit in Eccleſia Chriſtiana. Credi poſſet Joannes fuiſſe ultimus Chriſtianorum Prophetarum, nam Apocalypſis noviſſimus eſt librorum Canonicorum Novi Teſtamenti. Verùm nullus eſt locus mihi notus Scripturæ, è quo intelligere poſſimus rem ejuſmodi, qualis eſt Spiritus Prophetiæ, tam citò deſituram fuiſſe. Nec ſanè, ſi primævis Patribus credimus, tam citò extinctus eſt; quamvis Joanni non diu ſuperſtes fuerit. *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. Lib. III. c. 37. loquitur de Quadrato quodam, ὃν ἅμα, ut ait, τοῖς Φιλίππου προφητικῷ χαρίσματι θυγατράσι λόγος ἔχει διαπρέψαι: *quem, unà cum filiabus Philippi, propheticâ gratiâ excelluiſſe fama eſt*. Hic Quadratus, ut docet, vivebat Trajani temporibus, hoc eſt, initio ſæculi ſecundi. Paullò poſt, ubi loquitur de viris piis ejus ævi, hæc addit: τοῦ θείου πνεύματος εἰσέτι δι' αὐτῶν πλεῖσται παράδοξαι δυνάμεις ἐνήργουν: *Spiritûs Sancti etiamnum per eos, multa inuſitata miracula ſeſe exſerebant*. Idem Scriptor Lib. IV. c. 18, ait è *Juſtino* Martyre, qui vixit medio ſæculo ſecundo, quo tempore ſcripſit Apologiam pro Chriſtianis, ſpiritum Prophetiæ etiamnum fuiſſe in Eccleſia: γράφει δὲ καὶ ὡς ὅτι μέχρι αὐτοῦ χαρίσματα προφητικὰ διέλαμπεν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας. Quod habet reverà in Dialogo cum Tryphone, his verbis; παρ' ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν: *apud nos etiamnum ſunt prophetica dona*: Verùm paullò poſt nulla facta eſt mentio, aut tenuis, prophetici ſpiritûs in Eccleſia ſuperſtitis. Hinc Montaniſtæ à nonnullis Patribus ſimulatores habiti ſunt, cùm ſibi ſpiritum Prophetiæ vindicarent, qui tunc temporis in Eccleſia deſierat. Sic habet *Euſebius* Lib. V. c. 3. & tamen *Montanus* & Conſcii ejus, pro cauſa ſua proferebant virtutem miraculorum quæ etiamnum, in quibusdam locis (quod refertur, quamvis dubitanter) ſeſe exeruiſſet, ut ſpiritum Prophetiæ ſimularent. Τῶν δὲ ἀμφὶ Μοντανὸν καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ Θεόδοτον, περὶ τὴν Φρυγίαν, ἄρτι τότε πρῶτον τὴν περὶ τοῦ προφητεύειν ὑπόληψιν παρὰ πολλοῖς ἐκφερομένων. Πλεῖσται γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παραδοξοποιΐαι τοῦ θείου χαρίσματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους Ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι πίστιν παρὰ πολλοῖς τοῦ κἀκείνους προφητεύειν παρεῖχον, καὶ δὴ διαφωνίας ὑπαρχούσης περὶ τῶν δεδηλωμένων: *Montano, Alcibiade & Theodoto, circa Phrygiam, tunc primùm excitantibus, apud multos, opinionem de ſe, quaſi prophetarent. Multæ enim etiam aliæ inuſitatæ actiones divinæ gratiæ, quæ peragebantur, per varias Eccleſias, fidem multis fecerunt, eos etiam prophetare; quamvis diſſenſus eſſet de iis, quæ dicebantur.*

Ut finem huic negotio imponam atque ad metam hujus Diſſertationis properem, eſt quidem frequentior mentio miraculorum in Chriſti nomine editorum, ſed rarior doni Prophetiæ, præſertim poſt exactum ſecundum ſæculum. Rarum fuiſſe & nonniſi interdum emicuiſſe, in perpaucis Chriſtianis, ſingularem ſanctitatem adſequutis, auctor eſt *Origenes* Lib. VII. contra Celſum, his verbis: πλὴν καὶ νῦν ἔτι ἴχνη ἐστὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρ' ὀλίγοις, τὰς ψυχὰς τῷ λόγῳ καὶ ταῖς κατ' αὐτὸν πράξεσι κεκαθαρμένοις: *Quin & hodie veſtigia ſuperſunt Spiritûs Sancti, apud paucos, quorum animi ſunt ratione & factis ei conſentaneis purgati.* Dona etiam miraculorum deſiiſſe, ſuo tempore, teſtatur *Chryſoſtomus* non ſemel, ut Lib. VII. de Sacerdotio: τῆς δυνάμεως τῶν σημείων οὐδ' ἴχνος ὑπολέλειπται, *facultatis edendorum miraculorum ne veſtigium quidem reliquum eſt.* Quod etiam adfirmatum *Auguſtino*.

CAPUT XIII.

Regulæ & obſervationes nonnullæ ad Prophetarum Scripta pertinentes.

IAM finem faceremus, niſi judicaſſemus præter rem non fore, ſi paucas quaſdam regulas, ex quibus meliùs Prophetica Scripta intelligi queant adderemus. Prima eſt, quam tamen Lectorum judicio expendendam permittam, quæ pertinet ad ſtylum & rationem loquendi omnium Scriptorum propheticorum; utrum, nempe, ſtylus eſſet opus ipſius Prophetæ, ſeu annon videatur Spiritus propheticus argumentum ipſum ſolum, aut præcipuè ſubjeciſſe animo Prophetæ, cui ceteroqui delectum verborum permiſerit. Memores nos oportet eſſe Deum non eſſe uſum idiotis, aut fatuis ad voluntatem ſuam revelandam, ſed hominibus quorum conſummatæ erant intellectuales facultates; eúmque eorum animis tam clarum & perſpicuum veritatis eis revelatæ impreſſiſſe, ut ſic loquar, apographum, ut ipſorum ſententia factum eſſet, & in intellectu planè digeſta, poſſentque eam tam verè tradere aliis ac quivis ſuas ipſius cogitationes poteſt exprimere. Si argumentum rei ipſius vividum intellectui obverſetur, tum verò *verba non invita ſequuntur*, & prout adficit Intellectum & Phantaſiam, ſic dictio etiam Prophetæ rei eſt conſentanea. Itaque qui vererentur ne Prophetæ fallerentur, in exprimenda Dei mente, in adflatibus propheticis, niſi ipſamet verba eáque omnia iis ſubjicerentur, perinde eſſet ac dubitare, an poſſent viri ſapientes prudenter loqui, ſuáque ipſorum ſenſa, aut experimenta verè proferre. Reverâ ſummopere conſentaneum eſt naturæ omnium propheticorum viſorum & ſomniorum, de quibus diximus, & in quibus natura adflatûs ſita erat in Symbolica atque Hieroglyphica deſcriptione rerum quæ Phantaſiæ eorum objiciebatur, atque in illuſtratione Intellectûs Prophetarum, ut ſcopum & mentem viſorum, vel phantaſmatum adſequerentur. Tum verò verba, & loquendi genera, quibus res exprimebatur auditoribus ut eæ audirent, vel quibus ſcriptis mandabatur, erant ipſorum Prophetarum. Materia enim ipſa, ut liquet ex iis, quæ dicta ſunt, non ſemper verbis, ſed rebus etiam exprimebatur. Nec tamen negarim, inter hæc viſa, fuiſſe interdum voces, quæ Prophetam alloquebantur; attamen veriſimile non eſt à vocibus res fuiſſe tam copioſè expoſitas, ac neceſſe erat à Propheta fieri, cùm vulgi auribus rem repetebat.

Obſervatu etiam dignum eſt à Chriſto ejuſque Apoſtolis proferri ſolita Veteris Teſtamenti loca, quemadmodum erant converſa à LXX. Interpretibus, etiam ubi verbatim non verterant,

ſed procul receſſerant à Textûs authentici verbis, ut ſat multis oſtenderunt Philologi. Quod credibile non eſt facturos eos fuiſſe, ſi Hebraica verba ipſa à Spiritu Sancto dictata fuiſſent; alioquin opus non fuiſſet tot circumloquutionibus recedentibus à verbis Hebraicis, ſat per ſe claris; præterquàm quod viri fuiſſent αὐθεντίαν divinorum Oraculorum minuere. Ac ſanè ratio qua diſceditur a ſenſu Hebræorum verborum effecit ut nuper quidam perperam crediderint LXX. Interpretum verſionis majorem eſſe αὐθεντίαν, quàm Hebraici Codicis; quem à Judæis corruptum cenſent, quòd Chriſtus ab ejus verbis receſſerit.

Præterea conſtat unumquemque Prophetam peculiari ſibi dictione eſſe uſum; tantáque ſtyli varietas, in eorum Scriptis deprehenditur, ut hinc adpareat quemque eorum peculiarem ſibi dicendi formam eſſe ſequutum; quod obſervatum eſt ab ipſis Judæis (quos ſat notum eſt magna religione verbis ipſis Scripturæ eſſe addictos) in omnibus Prophetis, excepto Moſe, & in ea quidem tantùm parte Legis, in qua Decalogum recitat. Hinc habemus Axioma in *Gemara* Libri *Sanhedrin*: אין כנגון אחד עולה לשני נביאים ולא יתנבאו שנידם בסגנון אחד: *Eadem forma non adſcendit ſuper duos Prophetas, neque duo illorum unâ formâ prophetarunt.* Cujus dicti faſſus eſt *Coccëius* ſententiam ſe nequaquam adſequutum. Sed *Abarbanel*, qui meliùs popularium ſuorum mentem norat, multis id interpretatus eſt, in Comment. in Jeremiam. C. XLIX. ex occaſione quorumdam loquendi generum, ubi loquitur de Idumæis, quæ ſimilia ſunt iis, quibus uſus etiam eſt Abdias. Ex occaſione ſimilitudinis ſtyli utriuſque Prophetæ, habet id quod diximus quaſi ſenſum adlati Theorematis: לא היו מנביאים באותו אופן כשהיה מנבא משה וגו׳: *Prophetæ non prophetarunt eadem ratione ac Moſes. Ille enim prophetabat à Deo ipſo, à quo accipiebat non tantùm Prophetiam, ſed etiam ipſa verba ac phraſes; quæ, quemadmodum audiverat, ſcripſit in Lege iiſdem verbis, quæ à Deo acceperat. Sed ad ceteros quod adtinet, adtendebant, in ſuis viſis, res ipſas, quas Deus iis patefaciebat, eaſque nunciabant & exprimebant ſuis ipſorum verbis.*

Videmus itaque ubique ab eo adſcribi ſtylum & dictionem ipſi Prophetæ exceptâ tantum Lege, quam iiſdem verbis dictatam fuiſſe ſtatuit. Nec hoc eſt abſimile verò, ſi intelligat Legem arctiore ſenſu ſumtam, pro ſolo Decalogo, ut revera videtur. Paullò poſt ita habet: ראו העניינים ומעצמם הליצו אותם בלשון הבפוקי שהיו רגלים בהם *videbant res ipſas in Prophetia, ſed ipſi eas interpretabantur Linguâ, quæ erat iis familiaris.* Atque hæc erat ratio, ut ait ibidem, cur eadem dictio non occurreret in omnibus Prophetis, ex ſententia Axiomatis Thalmudici antea memorati. Idem obſervant Judæi Scholiaſtæ, ubi loquuntur de Pſeudoprophetis, qui omnes *uno ore*, juſſerunt Achabum ire Ramothas Galahadidis, & proſperum ei exitum promiſerunt: אין סגנון אחד וגו׳: *unus idémque loquendi modus nunquam reperitur in duobus Prophetis.* Unde colligunt eos fuiſſe Pſeudoprophetas, quia *idem canticum canebant*; omnes enim dicebant: *ito & bene rem gerito.* Sic etiam Ethnicus Philoſophus *Plutarchus*, in libro περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν, ubi poſtquam dixit omnem Enthuſiaſmum eſſe mixturam duorum motuum, quorum alter imprimitur Menti, ut Dei organo: alter verò è Mente ipſa oritur, addit: ὁ μαντικὸς ἐνθουσιασμὸς, ὥσπερ ὁ ἐρωτικὸς, χρῆται τῇ ὑποκειμένῃ δυνάμει, καὶ κινεῖ τῶν δεξαμένων ἕκαστον καθ' ὃ πέφυκεν: *Omnis fatidicus enthuſiaſmus, ut & amatorius, utitur ſubjecta ei facultate & quemvis eum admittentium, pro ipſorum natura, movet.* Hinc excuſat rudem atque incultam dictionem quorundam Oraculorum: & apte, ad hoc noſtrum negotium, adflatum propheticum deſcribit his verbis: οὐ γὰρ ἔστι θεοῦ ἡ γῆρυς, οὐδὲ ὁ φθόγγος, οὐδὲ ἡ λέξις, οὐδὲ τὸ μέτρον, ἀλλὰ τῆς γυναικός· ἐκεῖνος δὲ μόνας τὰς φαντασίας παρίστησι, καὶ φῶς ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖ πρὸς τὸ μέλλον· ὁ γὰρ ἐνθουσιασμὸς τοιοῦτός ἐστι: *nam neque vox, neque ſonitus, neque dictio, neque metrum Dei eſt, ſed mulieris. Ille ſolus ſuppeditat phantaſmata, & lumen in mente de futuris excitat; talis enim eſt Enthuſiaſmus.* Hinc vetus dictum *Heracliti*: ὁ Ἄναξ, οὗ τὸ μαντεῖόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς, οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει: *Rex, cujus oraculum eſt Delphis, neque dicit, neque celat, ſed ſignis innuit.* Ut finem hiſce tandem imponam, addam, cautelæ gratia, nos non oportere credere nos poſſe mutare loquendi genera, quibus utitur Scriptura; dum ſecuri ſumus ſententiam ipſam à nobis retineri, niſi tam certò rem intelligamus, ac ipſi Prophetæ; quorum ratiocinationibus, quibus veritatem à Deo acceptam proferebant, ita præerat Deus, ut non pateretur eos ab ſua ipſius mente aberrare. Atque hæc ſatis, hac de re.

II. Præterea, ut omnia prophetica ſcripta rectè intelligimus, obſervandum eſt ineſſe interdum iis quamdam ἀνακολουθίαν, ſi ex regulis Logicis ea expendamus, ac proinde nos non debere in propheticis viſis conſtantem quemdam ac methodicum rerum contextum, quo inter ſe perpetuò cohæreant quærere. Propheticus ſpiritus ſe ſe non ſubjicit regulis Artis, neque συστηματικῶς ut ſic loquar, ſua connectit, aptè ſingula membra inter ſe componens, ac veluti Methodi nervis & commiſſuris omnia vinciens. Hæc omnia humanum & artificioſum inventum potiùs arguunt, quàm adflatum ullum, quem ſequitur raptus Mentis, quo durante, abruptæ quædam revelationes eduntur, quæ oſtendunt adflatum re verâ fuiſſe Prophetam. Ideò *M. Tullius* Lib. II. de Divinatione, objicit meritò verſibus Sibyllinis, qui ejus tempore extabant, & qui erant fortè iidem quos etiamnum habemus, *Acroſtichidem*, quæ in iis erat, & quam ait fuiſſe *ſcriptoris, non furentis; adhibentis diligentiam, non inſani.* Verum eſt veterum Judæorum dictum: *lumen propheticum, eſt lumen abruptum.* Ideoque Judaïcæ traditionis Magiſtri hoc habent Axioma: אין מוקדם ומאחור בתורה, *non eſt prius, neque poſterius in Lege.* Non eſt ergo cur quæramus methodicam connexionem rerum in Lege, aut aliis propheticis Scriptis; cùm ſæpe ſoleant πέρας ἀρχῇ συνάπτειν, *conjungere finem initio*, nullâ habitâ ratione temporis. *Neſcit tarda molimina Spiritûs Sancti gratia* verè etiam, de dono Prophetiæ, dici poſſit. Non invenimus adcuratas tranſitiones, nec ſæpe ullam connexionem temporis, inter res memoratas. Res diverſiſſimæ natu-

Digitized by Google

naturæ, & quæ vaſtis temporum intervallis à ſe invicem diſtabant, in uno eodémque viſo ſunt literis mandatæ; ut ſæpiùs obſervatum *Hieronymo*, qui propterea in hæc verba erupit: *non curæ fuit Spiritui Prophetali Hiſtoriæ ordinem ſequi.* Quam in rem obſervat Dan. XI, 2. cùm fuerint tredecim Reges, inter Cyrum & Alexandrum, Prophetam loqui tantùm de quatuor, omiſſis reliquis; quaſi reliqui novem nullam hujus intervalli partem implevisſent. Similia obſervat ad Jerem. XXI. 1. ut & alibi, ac inductiones, mutationéſque tacitas perſonarum (in hanc enim ſcenam propheticam ſubitò prodeunt, ex eaque egrediuntur perſonæ, modo quodam qui non facilè animadverti queat) & tranſitiones à ſermone unius ad alterius ſermonem, ſine admonitione. Spiritus propheticus, licet ſine ſtrepitu & tumultu in ſuis motibus, attamen celer eſt, tenditque à centro ad circumferentiam, & rapidè movet, quamvis leniter. Vera itaque eſt *Philonis* obſervatio: *οὐδεὶς ἔμφρων μαντεύει, nemo mentis compos vaticinatur.* Genus quoddam *μανίας*, ſeu *furoris* omnibus vaticiniis ineſt, & ut idem ait in Libro, *quis divinarum rerum heres ſit, ὅτι φῶς ἐπιλάμψῃ τὸ θεῖον, δύεται τὸ ἀνθρώπινον, cùm divina lux oritur* (in horizonte Mentis Prophetæ) *occidit humana.* Oportet certe ut occultetur, ut lux minor, veluti occaſu heliaco, radiis majoris, ejusque illuſtrationibus ac influxibus ſubjiciatur. *Διὰ τοῦτο ἡ δύσις τοῦ λογισμοῦ καὶ τὸ περὶ αὐτὸν σκότος ἔκστασιν καὶ θεοφόρητον μανίαν ἐγέννησε: ideò occaſus ratiocinationis, & circa eam caligo, ecſtaſin & divini furoris genus parit.*

III. TERTIO loco hîc obſervabimus nullam partem Prophetiarum intelligendam eſſe de ſtatu *Mundi Futuri*, vel de *Mundo Animorum*; in hac enim vita neque capi, neque deſcribi poteſt. Itaque divina omnis in Scriptura revelatio de ſtatu quodam, in hoc mundo, intelligenda eſt; nec aliter capere nos oportet *novum cælum, novam terram* & *novam Jeroſolimam* in Novo Teſtamento, & in prophetico quidem Apocalypſeos Libro, Cap. XXI. Sic talia întelligunt Judæi omnes, pro verbis, quæ tribuuntur R. *Jochanani*, in *Maſſecheth Berachoth*, C. V. כל הנביאים כולם לא יתנבאו אלא לימות המשיח אבל עולם הבא עין לא ראה: *Omnes Prophetæ, quotquot fuerunt & erunt, non prophetarunt, nec prophetabunt, niſi ad dies Meſſiæ: nam mundum futurum oculus nullus vidit.* Sic conſtanter interpretantur Hebræi locum Eſaiæ LXIV. 4. *Ab initio mundi homines non audiverunt, neque auribus exceperunt, neque oculus vidit, ô Deus, præter te, quod paravit ei, qui eum præſtolatur.* Huic dicto conſentanea videntur verba Chriſti, Matth. XI. 13. *Prophetæ & Lex prophetarunt usque ad Joannem*; hoc eſt, prophetarunt usque ad eam Oeconomiam, cujus initium futurum erat, tempore Joannis; qui vixit in crepuſculo, quod fuit inter Legem & Evangelium. Vaticinati ſunt de iis rebus, quæ implendæ erant intra Periodum Oeconomiæ Evangelicæ, cujus initium fieri debuerat à Joanne. Quod adtinet ad ſtatum beatitatis in cœlo; *major eſt Mente humanâ & multo major Phantaſiâ.*

F I N I S.

ESAIÆ PROPHETÆ

VISA DIVINITUS OBJECTA,

TEMPORIBUS HUZZIÆ, JOTHAMI ACHAZI, ET EZEKIÆ REGUM JUDÆ TEMPORIBUS,

PARAPHRASI

ET

COMMENTARIO

A

JOANNE CLERICO

ILLUSTRATA.

Digitized by Google

L I B E R

ESAIÆ PROPHETÆ.

I. Querelæ de improbis moribus Hebræorum, qui ad pœnitentiam vocantur; nec eam fictam, ſed veram. Promiſſio, de rerum in meliorem ſtatum inſtauratione.

1. VISA ESAIÆ, AMOTSI FILII, de Juda & Jeroſolima; quæ vidit, CAPUT I.
Huzzijæ, Jothami, Achazi, Ezekiæ, Regum Judæ, temporibus.
2. AUDITE Cœli, *tú*que Terra aures præbe, loquutus eſt enim Jeho-
va. Filios educaveram, *inquit*, atque evexeram, at ii à me defecerunt.
3. Bos eum, à quo poſſidetur; aſinus præſepe domini ſui novit; *at* Iſraël nihil novit,
nec

P A R A P H R A S I S.

1. VISA prophetica, pertinentia potiſſimùm ad Tribum Judæ, & ad Urbem Jeroſolimam, objecta ESAIÆ, Amotſi Filio, Huzziæ, Jothami, Achazi & Ezechiæ Regum Judæ temporibus.

2. O vos Cœli, audite me, túque Terra, aures præbeto, nam loquutus eſt Creator, hiſce verbis: Liberos educaveram, inquit, atque ad ætatem adultam alueram, magnâ curâ; ſed noluerunt mihi parêre, ut par erat. 3. Qua in re, ſe deteriùs geſſe-

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT. I.

1. V*Iſa*] חזון *bhazon*. Sic propriè vocabătur Prophetia, in qua *viſum* nocturnum, aut κατ' ὄναρ, Prophetæ objectum narratur; unde tranſlatum ad quaslibet Prophetias ſignificandas. Hinc & חוזה *bhozeh*, aut ראה *roeh*, videns dictus eſt Propheta quivis. Vide 1. Sam. IX. 9. & quæ illic notavimus. Vertimus hîc, plurali numero, *viſa*, quia hæc inſcriptio eſt totius libri, qui multa viſa complectitur.

Eſaïæ] Aut *Iſaïæ*, quod meliùs convenit cum Hebræo, ישעיהו *jeſchahjahou*. Sed uſum vulgarem ſequuti ſumus.. De ipſo Propheta egimus, in Diſſert. de Prophetis.

De Juda & Jeroſolima]. Multa tamen hîc leguntur, quæ ad alias etiam Tribus pertinent, & Vicinas quoque Gentes. Sed Judæ poſteri, & Jeroſolima pluris fiebant ab iis, quibuscum vixit Propheta, quàm ceteræ omnes & Tribus & Gentes, & migrationi decem Tribuum ſuperſtes fuit ipſe Propheta; quare, in inſcriptione, *Juda* tantùm & Jeroſolima memorantur. Mirum hac in re tantopere laboraſſe Interpretes nonnullos. LXX. Intt. qui habent κατὰ τῆς Ἰουδαίας, ut & *Theodotion* intellexiſſe videntur tribûs Judæ agros, non totam Terram, quæ ſic poſtea dicta eſt. Meliùs tamen *Symmachus* ἐπὶ Ἰούδα, ut *Hieronymus*, ſuper Judam.

Huzzijæ &c.] *Diebus Huzzijæ* &c. Vide Chronologiam Propheticam.

2. *Audite cœli* &c.] Aut Angeli & Homines compellantur, quod malim: aut eſt Apoſtrophe Prophetica, quales paſſim occurrunt; ut innuatur rei gravitas, quâ ipſa inanima corpora moveri poſſe ſtatuuntur, ut hominibus exprobretur ſtupor, quo immoti talia audiunt. Vide Deut. XXXII, 1. & illic notata.

Loquutus eſt enim &c.] Quæ mox dicam, non mea ſunt, ſed Dei ipſius, quo loquente, ſive per ſe, ſive per internuncios, univerſam, ut ita dicam, Naturam adtentam eſſe par eſt.

Filios educaveram] בנים גדלתי *banim giddalthi*; hoc eſt, nutrivi, donec *magni* facti ſint, id eſt, adoleverint. LXX. Intt. ἐγέννησα, quod verum quidem eſt, ad rem ipſam quod adtinet; ſed res à Propheta, quaſi nota adſumitur. Meliùs *Symmachus* & *Theodotion* ἐξέθρεψα, quos ſequutus & Latinus, qui habet *enutrivi*. *Nutritio*, aut *educatio* complectitur omnem curam Iſraëlitarum; quam Deus ſuſceperat, & geſſerat, ab initio, ad tempora usque Eſaiæ; hoc eſt, bona omnia animi & corporis, quibus Deus Hebræos cumularat, ex quo eum populum ſibi elegerat.

Evexeram] רוממתי *romamthi*, extuleram; quâ voce hîc ſignificatur cognitio veri Dei, & potentia; quibus Iſraëlitæ, & præſertim quidem priores, ceteris gentibus ſuperiores erant; quamvis ad potentiam quod adtinet; multi populi potentiores eſſent Hebræis, ut Chaldæi, Aſſyrii Ægyptii, aliique.

A me defecerunt.] פשעו בי *phaſchebhou bi* LXX. Intt. ἠθέτησαν, & Vulgatus: *ſpreverunt*, nec ſcelus, quod hîc commemoratur, fit ſine con-

nec populus meus dat operam ut *quidquam* intelligat. 4. Væ genti delinquenti, popu-
lo quem vitium prægravat, poſteritati malorum, filiis qui corrumpunt *vias ſuas*! Je-
hovam reliquerunt, Sanctum Iſraëlis irritarunt, retrorſum *recedentes* alieni facti ſunt.
5. Quare adhuc percuteremini, & adderetis *defectioni* defectionem? Omne caput mor-
bo

geſſerunt quàm ipſa Bruta; cùm Boves ſuum dominum norint, cumque Aſinus præſepe ſui Heri ab aliorum præſepibus probe diſtinguat, atque ad id redeat. At Iſraelitæ omni Dei cognitione videntur deſtituti, nec dant operam ut eum meliùs norint, adeóque melius colant, quemadmodum par erat.
4. Væ genti contumaciter in Deum delinquenti, populo gravioribus peccatis dedito, ſoboli malorum hominum, & qui in dies deteriores fiunt! A Creatore defecerunt, ejusque indignationem moverunt. Ab eo ſeceſſionem fecerunt, atque aliorum Deorum cultores facti ſunt.
5. Cur verò

contemtu; ſed propria eſt verbi poteſtas *deficere*. Vide 2. Reg. I, 1. III, 5, 7. VIII, 20. & alibi paſſim. Aliquoties ἀφίστασθαι verterunt LXX. Intt.

3. *Bos eum* &c.] Reverâ bruta beneficiis adliciuntur, nec ad alios dominos migrant. Vide, ſi libet, *Sam Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 29. & 41.

Domini ſui] בעליו *bahalau*, dominorum ſuorum. Sed notum אדנים adonim, *domini*, de uno ſæpe dici. Pari ſimilitudine uſus *Dion* Orat. I. de regno, p. 4. Ed. *Morelli*: καὶ μὴν τοι καὶ φιλοῦσι καὶ ἀνέχονται μάλιστα πάντων ἀγέλαι τῶν νομέων, ἵπποι τε ἡνιόχους· κυνηγέται δὲ ὑπὸ κυνῶν φυλάττονται καὶ ἀγαπῶνται, καὶ τὰ ἄλλα οὕτως ἀγαπᾷ τοὺς ἄρχοντας, πῶς ἂν εἰκὸς τὰ μὲν ἄφρονα καὶ ἀγνώμονα εἰδέναι καὶ φιλεῖν τοὺς ἐπιμελουμένους, τὸ δὲ πάντων συνετώτατον, καὶ μάλιστα ἀποδοῦναι χάριν ἐπιστάμενον ἀγνοεῖν καὶ ἐπιβουλεύειν; *Et quidem amant & abſtinent omnium maximè greges à paſtoribus, atque equi ab equiſonibus. Venatores verò à canibus ſervantur & diliguntur, & alia animalia ſic amant eos à quibus reguntur. Quomodo ergo conſentaneum eſſet prudentiâ & mente deſtituta noſſe & amare eos à quibus curantur; quod verò eſt omnium prudentiſſimum & quod maximè novit gratiam rependere, id* (rectores ſuos) *ignorare atque inſidiis adpetere?*

Nihil novit] לא ידע lo jadah, *non novit*. Poſſet quidem ſuppleri *dominum ſuum*, ſed quia Hebræi ſolent talia repetere, rem generaliùs intelleximus de omnium officiorum ignorantia; hoc eſt, de neglectu eorum, quaſi ea ignorarent. LXX. & Vulgatus ſuppleruntme *me*, quod nec poteſt excludi. Sed quia non addunt Hebræi Codd. לא *lo* perinde hìc intelleximus ac אין *en*, nihil, de qua voculæ poteſtate vide *Chr. Noldium* num. 9.

Dat operam ut quidquam intelligat] לא התבונן *lo hithbonan*. Quamvis poſſis ſimpliciter verti *intellexit*, tamen vim propriam conjugationis *Hithpaël* retinuimus; cùm rei, quæ hìc agitur, optimè conveniat.

4. *Quem vitium prægravat*] כבד עון *chabed havon* qui eſt gravis iniquitate LXX. Intt. πλήρης ἁμαρτιῶν, rectè quoad ſenſum, ſed alii commodiùs βεβαρημένοι. Vulg. *gravi iniquitate*. Sunt qui conferant cum hoc loco Pſ. XXXVIII, 5. *iniquitates meæ graviores ſunt, quàm ut ferre queam*; ſed apud Pſalten agitur de pœnis iniquè factorum, hìc verò de horum magnitudine.

Poſteritati malorum] זרע מרעים *zerah mrehim*, ſemini malorum. LXX. Intt. σπέρμα πονηρὸν & Vulg. *ſemini nequam*. Sanè *ſemen* nomen eſt, ut Grammatici loquuntur, collectivum, ideoque poteſt ei conjungi adjectivum plurale. Attamen alii tres Græci Interpretes verterant σπέρμα πονηρευομένων, ut habent Hebraïca; nec quidquam vetat dici Iſraëlitas malos malorum poſteros, ut depravatio gentis per plura ſæcula notetur. Sic Græci κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, *mali corvi malum ovum* vocant hominem inolitæ nequitiæ.

Qui corrumpant vias ſuas] משחיתים *maſchhithim*, corrumpentes; nempe, דרכיהם *drachehem*, vias ſuas; nam eſt participium activum, quod ſubaudiri accuſativum poſtulat, ut rectè vidit Chaldæus. LXX. ἄνομοι, Vulg. *ſceleratis*. Alii Græci διαφθείροντες, ubi ſubaudierunt ὁδοὺς αὐτῶν. Vide. Gen. VI, 12. Soph. III, 7. ubi ſequitur accuſativus, ſed & alibi frequenter ſubauditur. Vide Jud. II, 19. 2. Par. XXVII, 2. Videtur innuere Propheta poſteriores Judæos non tantùm ſequutos eſſe Maiores ſuos, ſed etiam eorum vitiis ſua ipſorum, eáque majora, addidiſſe; quod exprobratur aliis Jud. II, 19.

Sanctum Iſraëlis] Nempe, *Deum*; quæ vox, in hoc loquendi genere, ſubauditur; nam קדוש Kadoſch *ſanctus* eſt nomen adjectivum.

Irritarunt] נאצו *niatſou*, quod propriè hoc ſignificat. Hinc LXX. παρώργισαν. At *Hieronymus*: *blaſphemaverunt*, quia verterat *Symmachus* διέσυρον, cui verbo ſubjecta eſt *conviciandi* poteſtas. Poſſis & *rejicere*, *ſpernere* interpretari, cùm Deo ipſi tribuatur populum ſuum contumacem faſtidienti. Vide Deut. XXXII, 10. Jer. XIV, 21. Thren. II, 6.

Retrorſum recedentes] Eſt tantùm נזרו אחור nazorou ahhor, *alienati ſunt retrorſum*; quod, ſine ſubauditæ vocis expreſſione, Latinè dici non poterat. Ut ſervus, qui ſequitur herum aliquò tendentem, cùm fugere ab eo vult, *retrorſum recedit*: ſic & tacere dicuntur, qui Deum ſequi deſinunt. Vide & Pſ. XLIV, 19.

5. *Quare adhuc* &c.] Nulla ratio eſt cur graviora ſupplicia vobis contrahatis. Itaque nolite ampliùs peccare. Genus eſt loquendi Hebraïcum frequens, licèt à nonnullis Interpretibus parum intellectum. Vide 2 Sam. II, 22.

Adderetis defectioni defectionem] תוסיפו סרה *thoſiphou ſarah*, addetis averſionem, vel defectionem; nimirum, priori defectioni: nam iterum à Deo deficere jure dici potuit, quisquis monitus à Propheta à priſtinis delictis revocari non potuerat. Sic Eſaiæ XXX, 1. *addere peccatum peccato*. Quare & hìc ſupplendum על סרה *hal ſarah*, defectioni.

Omne caput morbo laborat] כל ראש לחלי *chol roſch*

bo *laborat*, omne cor languet. 6. A planta pedis, ad caput, nihil in eo *populo* integrum
eſt; vulnus eſt, aut cicatrix, aut plaga recens; *ea* neque compreſſerunt, neque obli-
garunt, neque oleo emolliverunt. 7. Terra veſtra deſolata eſt, urbes veſtræ igne com-
buſtæ, ſolum veſtrum coram vobis alieni depaſcuntur; ſolitudo fiet, ut quod ab alie-
nis ſubverſum eſt. 8. Supereſt filia Sionis inſtar tugurii in vinea, inſtar caſæ in horto
cucu-

verò novas pœnas vobis contrahitis & defectiones defectionibus cumulatis, ô Judæi? Omnes iisdem vitiis laborant, nec quiſquam excipi ab aliis poteſt. 6. A planta pedis, ad caput uſque, ſeu ab infimæ ſortis plebe, ad proceres uſque, nihil eſt ſani relictum; ita ut nonnulli immunes ſint vitiorum, quibus alii laborant. Vulnus eſt in iis recens, aut cicatrix, aut plaga quæ à nemine eſt, ut poterat, curata. 7. Patria veſtra, ô Judæ poſteri, prorſus eſt vaſtata, urbes combuſtæ ab hoſtibus, atque agri, ab alienis, ſunt expilati. 8. Supereſt Jeroſolima, quæ eſt relicta, ut tuguria relin-

roſch labboli, omne caput ad mortem. Vocula כל *omne* poteſt referri ad quodlibet caput, ſeu ad omnes cives Hebræos; vel *totum* verti, intelligiquè de morbo, hoc eſt, vitio quod totum animum infecerit, ita ut ei ſit prorſus addictus. Vertimus quidem Latinè loquentes *morbo laborat*, ſed ſubaudiendum aliud verbum, quod conjectu facile non eſt: quia alibi loquutio non occurrit. Fortè non malè ſubaudias נתן *nitthan*, traditum eſt. Hìc autem ſub imagine morbi intelligendum vitium, quod & in aliis Linguis non inſolitum eſt; nam νόσοι, *morbi*, apud Græcos & Latinos vitia & pravi adfectus dici ſolent, ut omnes norunt.

Omne cor] Vel πᾶσα καρδία, ſeu omnia omnium corda, ſeu ὅλη καρδία *totum cor*, nullâ parte exceptâ; ſed prius malo, ut intelligantur omnes Hebræi eodem nequitiæ morbo laboraſſe. Sequentia pertinent ad morbi, ſeu vitii per totum populum graſſantis deſcriptionem. Sed non ſunt ſingulæ voces ad vivum reſecandæ, quaſi ſeorſim ſingulare quiddam ſignificent. Summa rei eſt, ut corpus humanum ægerrimum eſſet, in quo caput & cor laborarent: ita corpus politicum miſerrimum eſſe, in quo nobiliora quæque membra vitiis depravata ſunt. In hoc adquieſcendum, nec ulteriùs quidquam ſpectandum; niſi velimus inanibus conjecturis indulgere, ut nonnulli ſolent.

6. *A planta pedis ad caput*] Hoc ſibi vult Propheta totum corpus Populi Hebræi vitiis infectum fuiſſe.

In eo populo] בו *bo*, in eo, quod perinde eſt ac ſi eſſet בעם הזה *baham hazzeh*, in hoc populo; nam verſu 4. præceſſit vox *populus*, unde repetenda eſt.

Integrum eſt] מתֹם *mthom*, integritas; hoc eſt, nihil eſt in eo populo non corruptum, aut quod ſanum ſit. Vide Pſ. XXXVIII, 4. LXX. Intt. ὁλοκληρίαν verterunt, quod intelligendum de ὁλοκληρίᾳ ſanitatis, ſi ita loqui fas eſt. *Symmachus* ὑγιὲς, unde *Hieronymus*, *ſanitas*.

Cicatrix] חַבּוּרָה *hhabourah*; quod *livorem* vertunt; ſed quia *vulnus* præmiſit Propheta, ſignificatur *cicatrix*, quæ vulnus curatum ſequitur. Sic *Giggeius* Arabicum חבר *hhabara* interpretatur *vulneris cicatrices reſiduæ fuerunt*. LXX. & *Symmachus* μώλωπα verterunt, hoc eſt, *vibicem*, *Hieronymus* verò *livorem*.

Plaga recens] מכה טריה *macchah trijah* ſic ex Arabiſmo, ubi טרא *taraa* recentem eſſe ſonat, interpretantur, quod optimè ſubjungitur *cicatrici*. LXX. Intt. πληγὴ φλεγμαίνουσα, & *plaga tumens* Vulgatus *Symmachus* πληγὴ κρούσματος, *vulnus pulſione factum* vel τραύματος. Vide not. ad Jud. XV, 15.

Neque compreſſerunt] לא זרו *lo zorou*. Sic Cap. LIX, 5. הזורה hazzoureh, *compreſſum* vertitur, ubi vide not. זרו autem eſt ad formam אורו *orou*, טבו *tobou* & ſimilium, de quibus *Joan. Buxtorfius* ad Præteritum verbi זרם, in Theſauro. LXX. Intt. οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, incommodè *Symmachus* οὔτε σφιγγομένη, & Vulgatus; *non eſt circumligata*. Videtur intelligi purulenti & ſanioſi vulneris preſſio, quâ pus & ſanies ejiciantur, quod fit in furunculis.

Neque obligarunt] ולא חבשו *velo hhubbaſchou*. Apud LXX. ſequitur οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους, verbis, ut puto, inverſis. Bene *Symmachus* οὔτε ἐπιδεσμουμένη. Incommodè *Vulgatus*: *nec curata medicamine*; nam certa eſt *obligandi* ſignificatio, ex ipſo Eſaia & LXX. ipſi Intt. aliquoties ita verterunt.

Neque oleo emolliverunt] לא רֻכְּכָה בשמן *lo rukkekah baſſchemen*, non mollita oleo, nempe, plaga. Oleo autem hìc fortaſſe emplaſtrum, quod non ſine oleo plerumque fit. Vide *Corn. Celſum* Lib. V. c. 19. de Emplaſtris. Sed & oleum vulneribus adhibebant, ut liquet ex Luc. X, 34.

7. *Deſolata eſt*] שממה *ſchmamah*, vaſtitas. Sæpiùs vicini, regnante Achazo, in regnum Judæ irruperunt, ut in Chronol. Prophetica videbis. Eò reſpicere videtur Eſaïas & præſertim quidem ad poſteriora Achazi tempora, quæ corruptiſſima & calamitoſiſſima fuerunt. Vide 2. Par. XXVIII.

Alieni depoſcuntur] Non tantùm Iſraëlitæ ſed etiam Syri, Idumæi, & Aſſyrii. Vide 2. Reg. XVI. & 2. Par. XXVIII.

Solitudo &c.] ושממה כמהפכת זרים *Ouſchmamah chmahphechath zarim*, & vaſtitas ut ſubjectio extraneorum; hoc eſt, terrâ & igne vaſtabitur.

8. *Supereſt* &c.] Eo tempore longè latéque vaſtatis agris, captiſque multis urbibus, fermè ſola ſupererat Jeroſolima, veluti obſeſſa à finitimis gentibus, infeſtos agros undequaque facientibus.

Inſtar tugurii in vinea] כסכה בכרם *cheſuccha becherem*, סכה *ſucchah* eſt tugurium frondibus tectum, atque ad breve tempus ſervandarum vinearum cauſâ, erectum; ut cuſtodes vinearum illic interdiu & noctu ſint; ſed quod

Digitized by Google

cucumeribus conſito, inſtar urbis obſeſſæ. 9. Niſi Jehova, *Deus* exercituum, nobis ſuperſtites paucos reliquiſſet, facti eſſemus ſicut Gomorra, & Sodomæ ſimiles eſſemus.

10. Audite verbum Jehovæ, principes Sodomæ; aurem præbeto legi Dei noſtri, ô popule Gomorrenſis. 11. Cui rei mihi *eſt* multitudo victimarum veſtrarum? ait Jehova. Satietas me cepit veſtrorum holocautomatum, adipis arietum, pinguedinis ſaginatorum. Sanguine juvencorum, aut agnorum, aut hircorum non delector. 12. Cùm venitis, ut conſpiciamini coram me, quis hoc à vobis exegit, ut atria mea calcaretis? 13. Ne pergite adſerre fucatum munus, ſuffimentum eſt mihi abominandum, Neomeniâ & Sabbatho convocari cœtum non ſuſtineo, *quippe* improbum, nec clauſulas *feſtorum fero.*

linquuntur in vineis, quò fures, vel pecudes ex vinea arceantur; vel caſæ in horto cucumeribus conſito. 9. Niſi Creator, qui bellorum eventus moderatur, paucos incolumes ſervaſſet, funditus periiſſemus, ut olim Sodoma & Gomorrha penitus abſorptæ ſunt.

10. Audite verò, vos proceres alterius Sodomæ, ut eo nomine Jeroſolimam vocem, qui haud multò meliores eſtis, audite verbum Dei. 11. Cui uſui eſt multitudo victimarum, quas mihi mactatis? ait Creator; Jam dudum ſatias me cepit veſtrorum holocautomatum, adipis arietum, pinguedinis victimarum ſaginatarum; nec ſanguine juvencorum, vel agnorum, aut hircorum, ad altare effuſo, delector. 12. Quis à vobis exegit, ut vos ſiſteretis in meo Templo, & atria mea calcaretis? 13. Deſinite mihi offerre fucata munera, ſuffitum veſtrum abominor. 14. Neomenias &c

quod deſeritur, quàm primùm facta vindemia eſt. Inde feſtum Tabernaculorum frondeorum חג סכות *bhag ſucchoth.*

Inſtar caſæ &c.] כמלונה במקשה *chimlonah nimkeſch.* LXX. ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηράτῳ. Vulg. *ſicut tugurium in cucumerario.* מלונה propriè eſt locus, in quo pernoctatur, & tales erant caſæ tabulis conſtantes, quæ collocabantur in hortis, ad fures abigendos; & קשואים *kiſſchuïm*, ſunt cucumeres, unde מקשא aut מקשה *cucumerarium.* Fructus eſt, quo crudo atque ingenti copiâ, ut etiamnum hodie, utebantur Orientales, & quem proinde ſervari intererat.

Inſtar urbis obſeſſæ] כעיר נצורה *chehir netſourah.* Eſt participium Niphal à צור *obſidere*, ut & נצור Ezek. VI, 12. LXX. Intt. rectè πόλις πολιορκουμένη, minùs rectè *Hieronymus: civitas quæ vaſtatur*, neque enim usquam צור *tſour*, vaſtare ſonat. Senſus eſt in Judæa nihil intactum remanſiſſe, præter Jeroſolimam, quaſi neglectum tugurium à Syris, Idumæis, Philiſthæis & Aſſyriis, aut quaſi urbem obſeſſam.

9. *Niſi Jehova* &c.] Hoc vult Propheta, niſi Deus paucos Judæos, qui Jeroſolimæ, & in aliquot fortè munitioribus locis manſerant, ſervaſſet; nullum ampliùs Judæum manſurum fuiſſe in iis tractibus, abductis præſertim decem Tribubus, in Aſſyriam. Quod dictum Paulus alii negotio adcommodat Rom. IX, 29. neque enim eſt prophetia propriè dicta, ſed deſcriptio ſtatus Judæorum ad paucos redactorum, ſi conferrentur cum Majoribus ſuis.

Superſtites paucos] שריד כמעט *ſcharid chimehat*, ſuperſtitem, ut parum; hoc eſt, paucos tot cladibus ſuperſtites LXX. Intt. habent hîc σπέρμα & Vulgatus *ſemen.* Exſtinctâ magnâ parte gentis, qui pauci ſuperſunt, haberi poſſunt inſtar ſeminis ad propagationem gentis.

Sicut Sodoma &c.] Eſſet funditus exſtincta gens noſtra, ut veteres omnes Sodomitæ & Gomorrenſes, qui ad unum, in ſubverſione patrii ſoli, perierunt.

10. *Principes Sodomæ*] Qui non meliores eſtis Sodomitarum principibus. Sic & Populus dicitur *populus Gomorræ*, quia Gomorrenſi populo vitiis ſuis ſimilis erat; certè ad pleroſque quod adtinet; neque enim dubitandum quin Eſaïas, aliique veri Prophetæ, qui hiſce temporibus vixerunt, ceteris Judæis longè meliores eſſent, ut & nonnulli alii homines religioſi; quorum ratio hîc non habetur, quia ad perpaucos, malis collati, redacti erant.

11. *Cui rei mihi ſunt*] למה לי *lamah li* cur mihi; hoc eſt, quem in uſum? res enim utiles ſervantur aliqua de ratione, inutiles abjiciuntur. Deus à Judæis ſibi popoſcerat ſacrificia, ut peccata ſua faterentur, eorúmque veniam peterent; tum ut ei gratias agerent & omnia ſe ei debere oſtenderent; idque animo religioſo & ſanctitatis morum ſtudioſo. Quæ ſi demſeris, jam nulli ſunt uſui, ac proinde Deo ingrata, qui animum potiſſimùm offerentium ſpectabat. Vide infra Eſaïam XLIII, 23. LXVI, 2. & ſeqq. Jerem. VI, 20. Hoſ. VI, 6. Pſ. L, 14. & ſeqq. LI, 18, 19.

Satietas me cepit &c.] Propter rationem adlatam.

12. *Quis hoc à vobis exegit*] *Quis quæſivit hoc è manibus veſtris.* Deus, nempe, nullum cultum externum per ſe, ſine ſanctimonia morum, exigebat. Multa etiam dixerunt Sapientes Ethnicorum, hanc in rem, quæ lumine naturæ iis innotuerant. Vide vel unum *Perſium* Sat. II, 69. & ſeqq. atque ad eum locum Interpretes.

13. *Fucatum munus*] מנחת שוא *minhhath ſchav*, munus mendacii; munus quo falsò religioſum animum præ vobis fertis, cùm nullus ſit in vobis. Ideò *fucatum* vertimus, cùm commodius nihil occurreret. LXX. Intt. μάταιον θυμίαμα, & *Hieronymus: ſacrificium fruſtra.* Sed שוא idem eſt ac שקר *mendacium.* Vide ad Exod. XX, 7.

Quippe improbum] און *aven* improbitatem Præfigendum כי *chi*, quippe, aut ſimile quid.

Clauſulas] עצרה *hatſarah.* Vide dicta ad Levit. XXIII, 36.

14

fero. 14. Neomenias & ſtatos *dies* feſtos veſtros odio habet animus meus, moleſti mihi facti ſunt, & *iis* ferendis feſſus ſum. 15. Cùm palmas veſtras tenditis, averto oculos meos à vobis; etiam quando multas preces funditis, *eas* non audio; manus enim veſtræ cædibus ſunt plenæ.

16. Abluite vos, purgate vos, nequitiam factorum veſtrorum ab oculis meis amovete, deſinite eſſe malefici. 17. Diſcite bene facere, quærite jus, erigite injuriâ adfectum, jus dicite pupillo, cauſam agite viduæ.

18. Tum agite, nos caſtigari patiamur; ait *enim* Jehova: ſi fuerint peccata veſtra inſtar coccini, inſtar nivis albeſcent; ſi rubra fuerint ſicut purpura, fient inſtar lanæ *can-*

& ſtatos omnes dies abominor, mihi ſummopere diſplicent, nec eos diutiùs ferre poſſum, quia ſine vera animi pietate celebrantur. 15. Cùm palmas ad cœlum tollitis, averto oculos faventes à vobis; nec multas preces, quas funditis, audio; cùm graviſſimorum criminum rei ſitis, & manus veſtras cædibus polluatis.

16. Vitia animorum veſtrorum purgate, atque nequitiæ cuilibet nuncium remittite, deſinite malè facere. 17. Diſcite contra religioſè vos gerere, date operam ut jus obſervetur, injuriâ adfectum adjuvate, pupillo jus, ex legibus, dicite, & cauſam, ſi neceſſe eſt, agite viduæ.

18. Tum verò patiamur nos caſtigari; ait enim Creator: ſi fuerint peccata, ut ita loquar, coccinei coloris, condonata, candida ea fient & quidem inſtar nivis; & ſi ſint inſtar purpuræ, evadent ut lanæ albæ. Quod eò redit ut intelligant peccatores, ſi Dei caſtigationibus obſequantur, & meliores fiant, apud Deum veniam impetraturos &

14. *Neomenia & Sabbatha*] חדש ושבת *hhodeſch veſchabbath*, pro בחדש ובשבת *bebhodeſch oubeſchabbath*, in Neomenia & Sabbatho. Offerebantur peculiaria ſacra Sabbathis & Neomeniis, ut docemur Num. XXVIII, 9. & ſeqq.

Moleſti mihi facti ſunt] היו עלי לטרח *hajou halai ltorahh*, fuerunt ſuper me moleſtia. Res ipſa oſtendit hanc eſſe vocis טרח poteſtatem, ut Deut. I, 12. Verbum ipſum טרח *tarahha*, apud Arabas, eſt *procul amovit*, *rejecit*, quo ſenſu etiam legitur Job XXXVII, 11. Hinc ducta videtur nominis ſignificatio, pro *re moleſta*, quæ procul amovetur, quatenus licet. LXX. Intt. habent εἰς πλησμονὴν non ſatis aptè, tres alii A. S. & Th. εἰς ἐνόχλησιν & Vulg. *moleſta*, meliùs.

15. *Cùm palmas veſtras tenditis*] Cùm me oratis, unde & apud *Homerum* χεῖρας ἀνάσχειν, *manus tollere* eodem ſignificatu; metaphorâ è corpore ductâ.

Averto oculos meos] Non exaudio; quia eos, quos averſamur, non audimus.

Multas preces funditis] *Multiplicatis precem.*

Eos non audio] Hoc habet de iis, qui *illotis manibus* Deos orabant, *Heſiodus* Oper. verſ. 725. quo ritu antiquiſſimi mortales animi ipſius purgationem à vitiis ſignificarunt.

Cædibus ſunt plenæ] דמים *damim*, ſanguines pro *cæde* dici, apud Hebræos notum eſt.

16. *Abluite* &c.] Hæc omnia ſignificant aut abſtinere à peccatis, aut virtuti operam dare, ſeu bene factis eam oſtendere. Congeſſit Propheta Synonyma ut ſignificantiùs loqueretur.

17. *Jus*] משפט *miſchphat*, judicium, quod paſſim *jus* ſignificat, non actum judicandi, quamvis vulgò *judicium* vertant.

Erigite injuriâ adfectum] אשרו חמוץ *iſſcherou hhamouts*. Poſſit & verti *dirigite*, ſed huic loco aptior eſt erigendi ſignificatio, quam multis propugnavit *M. Meibomius* 3. Specimine p. 9. חמוץ vertimus *oppreſſum*, ut חומץ *hhomets* oppreſſorem, Pſ. LXXI, 4. ubi vide notata. Diſſentit Sam. *Bochartus* Hieroz. P. I Lib. II. c. 7. ſed falli videtur.

18. *Nos caſtigari patiamur*] נוכחה *nivvacheḥhah*, *caſtigemur* διελεγχθῶμεν arguamur, ut habent LXX. Intt. non *arguite me*, ut V[illegible] repugnante Grammaticâ & loci ſen[illegible] Verba ſunt hæc non Dei, ſed Propheta[illegible] dæos hortantis ut ſe à Deo caſtigari patiantur, atque emendentur, ut oſtendunt verba ſequentia: *ſi fuerint* &c. Itaque vertendum non fuit *diſceptemus*, non vocantur enim Judæi à Propheta, ut cum Deo diſceptent, quod grave eſſet delictum; ſed ut ſibi peccatorum ſuorum probè conſcii, non ægrè ferant ſe à Deo caſtigari, & caſtigati emendentur. Conjugatio *Niphal* eſt quidem paſſiva, ut notum; ſed etiam interdum habet vim reciprocam, activam, ut videre eſt ex נשמר *niſchmar*, quod ſæpe eſt *ſibi cavere*; interdum etiam reciprocam paſſivam, ut hîc, ubi eſt *ſinere ſe reprehendi*. Vide Cap. II, 3, 4, 5. Jer. VI, 8. Ezeck. III, 21. & Hoſ. VI, 1. & not. ad Pſ. II, 10. & Eccleſ. IV, 13.

Ait enim Jehova] Supplevimus *enim*, quia in ſequentibus verbis ſuperiorum ratio redditur, ideò enim par erat Judæos pati ſe à Deo per Prophetas caſtigari; ita ut ſe reos agnoſcerent, daréntque operam ut in poſterum caſtigatiùs viverent; quia Deus pollicebatur ſe eis peccata remiſſurum, ſi ita ſe gererent. Alioqui ſi Deus nullam veniæ ſpem feciſſet Judæis, præcipites in Idololatriam iviſſent, cùm implacabile Numen colere, pœnámque deprecari hominibus peccatoribus inutile eſſet.

Si fuerint peccata veſtra &c.] Video eſſe eruditos Interpretes, qui putent hiſce verbis ſignificari non remiſſionem peccatorum, ſed emendationem vi divinâ in peccatoribus futuram; verùm fateor me non intelligere nexum ejuſmodi ratiocinationis; redite ad meliorem frugem, nam Deus faciet ut ad eam redeatis, & quamvis pertinaces ſitis, pertinaciam tamen veſtram vincet, potentiæ ſuæ ineluctabili efficaciâ. Si Deus ita ſe gereret erga peccatores, Prophetis, ad homines à vitiis revocandos, non uteretur. Res eſt intelligenda de remiſſione peccatorum, quam Deus Iſraëlitis promittit, ſi modò reſipiſcant, quanta-cumque

Digitized by Google

candidæ. [19]. Si velitis audire, bonis terræ paſcemini. [20]. Sin renueritis & rebelles fueritis, gladio abſumemini; os enim Jehovæ eſt loquutum.

[21]. Quomodo facta eſt meretrix urbs fidelis? Plena erat jure, juſtitia in ea habitabat, at nunc ſunt *homines* homicidæ. [22]. Argentum tuum converſum eſt in ſcorias, merum tuum aquâ *eſt* miſtum. [23]. Principes tui contumaces *ſunt &* furum ſocii;

& meliores multò in poſterum, Deóque gratiores futuros. 19. Si Deo caſtiganti vos auſcultetis, iterum ſecundis utemini, & meſſes copioſas habebitis. 20. Sin verò divinarum caſtigationum, & prómiſſionum nullam rationem habetis, gladio abſumemini; Deus enim hancce ſuam eſſe voluntatem patefecit.

21. Quomodo urbs Jeroſolima antea cultui ſolius veri Dei prorſus addicta, defecit ad commentitios Deos? Antea, ex Legibus Divinis, in

cumque fuerit priſtinorum peccatorum gravitas. Ex ſcopo orationis hìc intelligenda verborum poteſtas; in quo videtur eſſe quiddam παροιμιῶδες. Alioqui ſi verba nimiùm urgeremus *peccata inſtar coccini*, quæ, *inſtar nivis*, *albeſcerent*, deberent eſſe peccata, quæ fierent virtutes, aut quæ peccata eſſe deſinerent; quod abſurdum eſt, cùm nec facta infecta fieri poſſint, nec boni & mali natura ſit mutabilis. Sed loquutione minùs adcuratâ; quales ſunt multæ in adagiis; ejus, qui veniam conſequitur, delicta dicuntur ex *coccineis candida* fieri; pro eo quod eſt, eum hominem, ratione pœnæ ei remiſſæ, tam innocentis inſtar haberi, quàm ſi ea numquam admiſiſſet; ita ut obligatio ad pœnam non aliter deleatur, quàm ſi quis coccineam veſtem ita ablueret, ut candida fieret. Pro *inſtar coccini*, eſt כשנים *chaſſchanim* Hebraïcè. LXX. Intt. verterunt ὡς φοινικοῦν, hoc eſt, rubrum, qua de re vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 7. שנים dici videntur בגדים *bgadim* veſtes, nimirum, diphabæ, ſeu bis cocco tinctæ, qua de re, vide eumdem virum ſummum, ejusdem Operis P. 2. Lib. IV. c. 27. Itaque intenſus color hîc ſignificatur. Senſus ergo eſt: quamvis maxima ſint peccata veſtra, attamen ignoſcentur; ſi ad Dei miſericordiam confugiatis, atque in poſterum ex ejus præſcripto vitam agatis.

Albeſcent] Hebraïcè ילבינו *jalbinou*, albefacient. Uſi ſumus verbo paſſivo, non quod ea vis ſit conjugationis Hiphil, ſed quia ſuppleri facilè non poterat nominativus; neque enim ſubaudiri potuit *Deus*, aut *Jehova*, quamvis LXX. Intt. verterint λευκανῶ, *dealbabo*. Hieronymus: *dealbabuntur*. Res etiam eodem redit.

Si rubra fuerint] אם יאדימו *im jaadimou*, ſi rubra fecerint, quod tamen etiam paſſivo verbo tranſtulimus, ob cauſam memoratam. Verbum hoc omiſerunt LXX. Intt. quia non videbant quò referri poſſet. Vulgatus, *ſi rubra fuerint*.

Sicut purpura] כתולע *chattholah*, ut vermis; qui, nempe ineſt cocco, & rubro colore tincturam juvat; de quo vide *Bochartum*, loco poſtremùm laudato. Sæpiùs jungitur cum שני, nunc præpoſitus, nunc poſtpoſitus. *Purpuram* vertimus, quia non erat vox commodior, réſque eodem redibat.

Inſtar lanæ candidæ] Poſtremam vocem addidimus, cùm agatur non de lana qualibet, ſed de candida, quæ & frequentior eſt. Sic LXX. Intt. ὡς ἔριον λευκανῶ & Latinus: *velut lana alba erunt.* Vide, ſi vacat, quæ de ea collegit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 45. Res enim eſt omnibus nota.

19. *Si velitis audire*] *Si velitis & audieritis;* hoc eſt, ſi volueritis parêre, quæ eſt paſſim verbi *audire* poteſtas. Rectè ad hæc verba *Hieronymus*: *Liberum ſervat arbitrium, ut in utramque partem, non ex præjudicio Dei* (nempe, prædeſtinantis) *ſed ex meritis ſingulorum, vel pœna, vel præmium ſit.* Planè contraria habet *Auguſtinus* contra duas Epiſtolas. Pelagianorum Lib. IV. c. 6. *Quod adverſùs Manichæos laudant*, inquit, *liberum arbitrium, adhibentes propheticum teſtimonium:* ſi volueritis & audieritis me &c. *quid eis hoc prodeſt? quando quidem non tam contra Manichæos, quàm contra Catholicos extollunt liberum arbitrium.* Sunt intelligendi, nomine Catholicorum, ſentientes cum *Auguſtino*, hoc eſt, perpauci; cum *Hieronymo* enim ſentiebant omnes Orientales Eccleſiæ, & poſtea ſenſerunt. Si ii, quos impugnat, contra Manichæos adhibebant liberum arbitrium; non debuiſſet ipſe id tollere, ut non Malo Principio, ſed ipſi Deo Opt. Maximo, malum tribueret; quo nihil eſſe poteſt & rectæ Rationi, & Scripturæ Sacræ magis contrarium. Abſurdum quidem erat fingere Malum Principium, ut ratio peccatorum hominum redderetur, cùm fragilitas humanæ naturæ eam in rem ſatis eſſet; ſed non minùs horrere debemus tribuere Deo Opt. Max. cauſam mali, ejúsque pœnas horrendas repetendas ab iis, qui ea vitare non potuerint. Occidentales verò inter ſe ſemper diſſenſerunt, etiam poſt omnia Afrorum Concilia. Pergit verò *Auguſtinus* his verbis: *Sic enim volunt intelligi quod dictum eſt:* ſi volueritis &c. *tamquam in ipſa præcedente voluntate ſit conſequentis meritum gratiæ; ac ſi gratia jam non ſit gratia, quæ non eſt gratuita, cùm redditur debita.* Sed præmium, quod Deus pollicetur à vitio ad virtutem redeunti, ſemper eſt *gratuitum*; quia ab homine nihil exigit Deus, niſi quod Deo debet, magnáque eſt Dei *gratia* dantis, quod nullo jure dare neceſſe habet, niſi quia immerenti ſponte promiſit. Nec hoc vetat quominùs beneficia ejusmodi *mercedes* & *præmia* dicantur. Contra præmium non eſt id quod datur homini, qui nihil liberè facit. *Si autem*, inquit, *ſic intelligerent quod dictum eſt*, ſi volueritis, *ut etiam ipſam bonam voluntatem illum præparare confiterentur, de quo dictum eſt*: Præparatur voluntas à Domino *tamquam Catholici uterentur hoc teſtimonio & non ſolùm veterem Manichæorum*

ſocii; quivis eorum amat munus & præmium ſequitur; pupillo jus non dicunt, neque cauſa viduæ apud eos *diſceptanda* admittitur.

24. Propterea dicit Dominus, Jehova *Deus* exercituum, fortis Jacobi: hem! ſolatium capiam de inimicis meis, atque ultionem ſumam de hoſtibus meis. 25. Convertam manum meam in te, purgabo, ut catinum, ſcorias tuas, & omne ſtannum tuum amo-

in ea jus dicebatur; nunc verò ejus cives facti ſunt homicidæ. 22. Perinde eſt ac ſi argentum purum in ſcorias mutatum eſſet, aut ſi vinum merum, aquâ admiſta, corrumperetur. 23. Proceres tui contumaciter peccant, fiuntque ſocii furum; nam unus quisque muneribus corrumpi ſe patitur, ut jus violet. Pupillis jus non dicitur, nec cauſæ viduarum ex jure diſceptantur.

24. Propterea Deus exercituum, idémque omnium Creator, & potens adjutor Iſraelitarum, dixit: hem! me ſolabor pœnis inimicorum meorum. 25. Tibi adverſabor, eóque erga te catini inſtar,

rum vincerent, ſed novam Pelagianorum non conderent. Non dicam hìc proferri locum Prov. VIII, 35. alieno ſenſu à verbis Hebraïcis; ſcire enim hoc non poterat *Auguſtinus;* ſed reverà præparari voluntatem hominum à Deo ad virtutem, luminibus naturæ & revelationis, ac proinde Deo deberi omnia rectè facta, quæ inde ſequuntur. Sed non præparat, ex ſententia certè *Hieronymi, Auguſtino* multò doctioris, ita ut electus quidem non poſſit non parère; reprobus verò non indurari, quæ fuit ſententia *Auguſtini;* cum qua conſiſtere nequeunt Eſaiæ verba; qui cùm dicebat: *ſi velitis audire, bonis terræ paſcemini; ſin renueritis & rebelles fueritis* &c. manifeſtò oſtendebat rem in poteſtate Hebræorum fuiſſe; non verò, quidquid diceret, nihil futurum niſi quod prædeſtinatio peperiſſet; quâ ratione, ſi credentes ab omni gloriatione excluderentur; certè non credentes nullo potuiſſent jure damnari; quippe qui non accepiſſent adflatum prorſus neceſſarium ad credendum. Parabola de vinea, quæ eſt infra C. V. ſententiam Afrorum prorſus evertit. Sed hæc, præter morem noſtrum, ex occaſione verborum *Hieronymi.*

Bonis terræ paſcemini] *Bonum terræ comedetis;* recuperabitis uſum ſecurum agrorum veſtrorum, quorum proventum hoſtes nunc depopulantur & abſumunt.

Gladio] חרב *bhereb*, pro בחרב *bebhereb.*

21. *Facta eſt meretrix*] Cùm *ſcortari* frequenter, apud Prophetas, ſit fictos Deos colere; urbs *meretrix facta* urbs eſt, quæ eos in honore habere cœpit; neglecto, aut idololatriæ miſturâ contaminato Dei cultu.

Fidelis] נאמנה *neemanah;* fidelis nempe, Deo, quaſi ſponſo.

Plena erat jure] מְלֵאֲתִי, Analogicè dixeris מְלֵאַת, ſed addito י paragogico, ה mutatur in ת. Vult Propheta antè Jeroſolimæ jus Moſaïcum diligenter fuiſſe obſervatum, nam משפט *miſchphat*, hìc eſt *jus.*

22. *Argentum tuum* &c.] Sunt hìc duo proverbia, quæ interpretatione non indigent, cum liquidum ſit ſignificari hominum mutationem in deterius. Vide verſ. 25.

23. *Contumaces ſunt*] סוררים *ſorerim.* LXX. Intt. ἀπειθοῦσι, Aquila *recedentes*, ut vertit *Hieronymus*, *Symmachus* ἀπειθεῖς. *Theodotion* ἐκκλίνοντες, Latinus *infideles*, incommodè. *Contumaces* autem dicuntur principes Jeroſolimitani, quòd Prophetis, à quibus ſæpe admoniti fuerant, pertinaciter parère detrectarent.

Quivis eorum amat munus] כלו *chullo*, quod verti etiam queat, *quotquot ſunt amant munus*, vocula enim כלו exceptionem omnem excludit.

Præmium ſequitur] רודף שלמנים *rodeph ſchalmonim.* LXX. Intt ἀνταπόδομα, *Symmachus* ἀμοιβὰς, Vulgatus *retributiones.* Hoc tantùm loco exſtat. Præmia intelliguntur, quæ iniquis judicibus promittuntur & dantur.

Apud eos diſceptanda admittitur] לא יבוא אליהם *lo jabo alehem*, non veniet ad eos, hoc eſt, ejusmodi cauſas à ſuo tribunali arcent, negántque ſe de iis jus dicturos; quia viduæ à potentioribus opprimuntur, nec habent quod dent pravis judicibus.

24. *Hem! ſolatium capiam* &c.] הוי אנחם *hoi ennachem*, Hìc הוי eſt interjectio veluti lætantis, aut exclamantis. Vide & Zach. II, 10. LXX. Intt. mirè verterunt οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραὴλ, οὐ παύσεται γάρ μου ὁ θυμὸς ἐν ὑπεναντίοις. Crediderunt in voce אנחם latere verba לא אנוח *lo anoah* non quieſcam, ſed perperam. Meliùs Latinus: *heu! conſolabor ſuper hoſtibus meis.* Eadem loquutio occurrit Ezek. V, 13. depromta ex hominum adfectibus, qui ſe ſolari dolorem, quem inimici creaverant, aiunt, cùm injurias acriter ulciſcuntur. Sed in Deo non eſt ejusmodi adfectus, quippe qui malis hominum non delectatur. Intelligenda ergo hæc κατ' ἀνθρωποπάθειαν, de pœnis, quas Deus juſtus judex de malis capit, ut & ſequentia.

25. *Purgabo ut catinum*] אצרוף כבר *etsroph chebbor.* Sequuti ſumus ſententiam nonnullorum Recentiorum, qui voce בר *bor*, (ſi modò legendum non ſit כור *chour*, de quo poſtea) intelligunt *catinum*, in quo aurum & argentum purgantur; quia durum videbatur: *conflare ſecundùm puritatem*, ut alii vertunt, itidem è Recentioribus, & durius etiam quod habent Veteres; niſi legendum hìc ſit לבר *lebor*, ad puritatem. LXX. Intt. πυρώσω εἰς καθαρὸν, quod ſequuti *Symmachus* ac *Theodotion* & vertit Latinus: *excoquam ad purum. Aquila* εἰς ἐκλεκτόν. Senſus eſt perſpicuus, ſed cum lectione noſtra non conſentit, ideóque noluimus rem ita intelligere, ut pœnæ è Deo de improbis Judæis ſumtæ habeantur *inſtar catini;* in quo eorum ſcoria, hoc eſt, vitia purgentur, vel improbi è cœtu Iſraëlis ejiciantur. Sed ne quid diſſimulem, ſuſpicor legendum hìc ככור *chucchour*, inſtar catini, qua voce in hac ipſa re, uſus eſt Ezekiel, locis mox proferendis. Ac ſanè nullum eſt exemplum, unde conſtet בור *catinum* dici, conjecturáque deſumitur

amovebo. 26. Faciam ut judices tui fiant iterum, ſicut ab initio erant, & ſenatores tui ut priùs, & tum demum vocaberis urbs juſta, civitas fidelis 27. Sion jure liberabitur, & reduces ejus juſtitiâ. 28. Calamitas eorum qui defecerunt & peccatores ſimul erunt, & qui Jehovam deſeruerunt abſumentur. 29. Pudebit enim vos, propter terebinthos, quas cupiviſtis, & pudore confundemini, propter hortos, quos elegeritis; 30. nam eritis inſtar terebinthi cujus folia decidunt, atque inſtar horti, cui aqua deeſt. 31. Tum

inſtar, in quo liqueſiunt metalla, ut ſcoriæ ab iis ſeparentur, quaſi ex argento ſtannum ſeparetur. 26. Efficiam ut Judices & Senatores Jeroſolimitanorum ſint quales antea erant; quo demum facto, eorum urbs juſta & fidelis vocabitur. 27. Sion reſtituto jure inſtaurabitur, & reduces ejus juſtitiâ reſtituentur. 28. Qui in eam peccarint, calamitate prementur, & qui Creatoris cultum deſeruerint ſimul abſumentur. 29. Pudebit vos qui alienas terebinthos concupiveritis, & pudore confundentur, propter hortos alienos, quos ſibi elegerunt; 30. erunt enim inſtar terebinthorum quarum folia cadunt,

ex ſignificatu verbi ברר *barar*, quod eſt *purgare*.

Scorias] סגיך *ſigajich*. LXX. Intt. τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἀπολέσω, quod Hebraicæ voci nullo modo convenit. *Aquila* σύμφυλά σου. *Theodotion* pariter τὸ γιγαρτῶδές; at non de vinaceis, vel acinis, ſed de metallorum ſcoriis ſermo eſt. Meliùs multò *Symmachus* τὸ [illegible] σου. Simili comparatione uſus eſt & Ezekiel XXII, 18. *Facta mihi eſt domus Iſraëlis ſcoria* (לְסִיג), *quotquot ſunt, æs, ſtannum, ferrum, plumbum in catino* (בְּתוֹךְ כּוּר) *ſcoriæ argenti fuere*. Itemque verſibus ſequentibus: *quia vos omnes ſcoriæ* (לְסִגִים) *facti eſtis, mox congregabo vos in mediam Jeroſolimam, ut argentum, æs, ferrum, plumbum & ſtannum in catinum colliguntur*, אל תוך כור *el thoch chour*. Vide & Eſaiæ XLVIII, 10. Hiſce aliiſque locis mirum in modum confirmatur conjectura adlata; quâ in ſuperioribus verbis pro כבר *chabbor*, legimus בכור *chacchour*. *Plinius* Lib. XXXIII. c. 4. *Sudoris qui è catino jactatur ſpurcitia, in omni metallo*, ſcoria *adpellatur*. Proverbiale autem dictum *argentum tuum converſum eſt in ſcorias*, quod eſt verſu 22. oſtendit quid hæc ſibi velint. Deus, nimirum, minatur gravibus calamitatibus, quas immiſſurus erat in Judæos, ſe effecturum ut à bonis ſepararentur mali, qui iis ferendis minimè pares à vero Deo erant defecturi, & ceteris gentibus miſcendi; dum boni & ejus cultui ex animo addicti conſtanter ei erant adhæſuri.

Omne ſtannum] Nempe, quaſi argento admiſtum. LXX. Intt. τοὺς ἀνόμους, qui re verâ ſtanno deſignantur.

26. *Faciam ut judices* &c.] *Faciam redire judices tuos, ut in principio.* Ut erant, tempore Davidis & Salomonis, imò etiam Joſaphati.

Vocaberis] Intelligendum meritò, ac proinde *vocari* hîc perinde eſt ac eſſe, quod non infrequens. Vide Matth. I, 23. & ad eum locum Intt. Videntur hæc impleta poſt reditum è captivitate, ut innuunt ſequentia verba. Quamvis enim non deeſſent mali homines, inter Judæos reduces, ut conſtat ex Zacharia & Malachia; tamen Eſdras, Jehoſua, Zorobabel, Nehemias, aliique rectores Gentis egregii fuere viri.

27. *Jure liberabitur*] במשפט *bmiſchphat*, hoc eſt, obſervatione juris, Deus Jeroſolimam ab imminentibus periculis liberabit, quòd in ea jura ſua obſervari viſurus ſit.

28. *Calamitas eorum qui defecerunt*] ושבר פשעים *veſcheber phoſchehim*, & fractio delinquentium. Voculæ שבר frequenter *calamitatis* ſubeſt poteſtas.

29. *Pudebit enim vos*] יבשו *jeboſchou*, pudefient. Sed quia ſequitur ſecunda perſona, ea etiam hic uſi ſumus. Frequentiſſima eſt perſonarum confuſio in Prophetis, quam Latinè loquentibus imitari non licet.

Propter terebinthos] מאילים *meelim*. *Aquila, Symmachus* & *Theodotion* ſequuti LXX. Intt. habent hîc εἰδώλων. Sic & Latinus. Maluimus *terebinthos*, quia *hortorum* mentio ſequitur, unde liquet hîc propriè agi de lucis, Lege vetitis. LXX. Intt. אלה vertunt τερέβινθον, quæ fuit arbor frequens in Judæa, & Syria ut Veteres, Recentioréſque teſtantur. *Theophraſtus* Hiſt. Plant. Lib. III. c. 15. Ἔστι δὲ τὸ δένδρον περὶ μὲν τὴν Ἴδην καὶ Μακεδονίαν βραχὺ, θαμνῶδες, ἐστραμμένον· περὶ δὲ Δαμασκὸν τῆς Συρίας, μέγα τε καὶ πολὺ καὶ καλὸν, ὄρος γάρ τι φασὶν εἶναι παμμέγιστον τερεβίνθων. *Plinius* Lib. XIII. c. 6. *Circa Idam Troadis & in Macedonia brevis arbor hæc atque fruticoſa, in Damaſco Syriæ magna.* Quales fuiſſe videntur lucorum Judææ terebinthi, propter pulcritudinem, quam ſectabantur in ejuſmodi nemoribus. *Dioſcorides* M. M. Lib. I. c. 91. Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ, καὶ Συρίᾳ: *gignitur etiam & in Judæa & in Syria.* Antea dixerat Terebinthinam ex Arabia Petræa advectam. Vide è recentioribus *Pet. Bellonium*, qui paſſim Terebinthos ibi à ſe viſas memorat.

Quas cupiviſtis] LXX. Intt. ἃ αὐτοὶ ἐβούλοντο. Minùs bene *Hieronymus*; *quibus ſacrificarunt*; nam חמדתם eſt *cupiviſtis*. Proceris & virentibus Terebinthis delectati videntur, eáſque commenticiis numinibus conſecraſſe.

Hortos] גנות *gannoth*; paradiſos, nempe, Diis ſacros intelligit, ſive lucos Lege vetitos. Vide ad Deut. VII, 5. Futurum autem erat ut Judæos lucorum puderet, poſtquàm vidiſſent à ſe fruſtra invocatos Deos, qui in iis colebantur, turpitudinémque ſuæ idololatriæ intellexiſſent.

Inſtar terebinthi] כאלה *cheelah*. Hoc verſu LXX. Intt. τερέβινθος habent, ſed *Aquila, Symmachus* & *Theodotion* ὡς δρῦς. Si Terebinthum numerari oporteat inter arbores ſemper virides, eò gravior erit ſimilitudo; quòd ejuſmodi arbor foliis deſtituta mortua ſit. Sin minùs, ſimilitudo quidem ſtabit, ſed intelligenda erit de tempeſtate, quâ frondoſa eſt arbos.

31. Tum verò vir fortis fiet ſtupa, & facta ejus ſcintillæ; ambo pariter accendentur, nec erit qui exſtinguat.

Vaticinium de vocatione Gentium, ad veri Dei cognitionem, adhortatióque ad pœnitentiam agendam, additis contumacium graviſſimis ſuppliciis.

1. RES QUAM VIDIT ESAIAS, AMOSI FILIUS, de Juda & Jeroſolima. 2. Poſteris temporibus Mons Ædis Jehovæ conſtituetur vertex montium, ſupra colles adtolletur, & ad eum Gentes omnes confluent. 3. Ibunt populi multi, & agite, inquient, adſcendamus in montem Jehovæ, ad Ædem Dei Jacobi, nóſque de viis ſuis erudiet, & in ſemitis ejus incedemus; nam è Sione Lex, atque Jeroſolima verbum Je- CAPUT II.

cadunt, & inſtar hortorum aquâ deſtiturorum, quâ re fit ut omnia in iis areſcant. 31. Tum demum viri, antea fortes, erunt inſtar ſtupæ, factaque eorum poterunt conferri cum ſcintillis ſtupæ ardentes. Hæc pariter abſumentur, & peribunt.

P A R A P H R A S I S.

1. VISOM Eſaïæ, Amoſi filii, de Tribu Judæ & præſertim de Jeroſolima. 2. Poſthac mons, in quo eſt Templum Creatoris, præferetur omnibus montibus, atque ad eum Gentes omnes convenient, colendi omnium Creatoris gratiâ. 3. Multi populi ſe certatim adhortabuntur ad ſuſcipiendum iter ad Montem Templi Jeroſolimitani, ut veram Religionem a Deo Jacobi diſcant, quam ſequantur. E Sione enim Leges Divinæ quaquaverſum ſpargendæ ſunt, éque Jeroſolima verbum Crea-

arbos. *Pet. Bellonius* Obſervat. Lib. I. c. 44. *Quædam aliæ, ut Terebinthus, numeratæ ſunt inter ſemper virentes; tamen eas memorare noluimus, cùm experientiâ compertum nobis ſit rem aliter habere.*

Cui aqua deeſt] Iis enim in locis, ſine aquæ nonnulla copia, nullus eſt viror. Deſcribitur hiſce verbis ſtatus miſer Judæorum.

31. *Fiet ſtuppa*] והיה לנערת *vehajah ſinboreth*, & erit in ſtuppam. LXX. Intt. ὡς καλάμη στιππύου, *Symmachus* ἀποτίναγμα, Vulgatus, *ut favilla ſtuppæ*. Vide Jud. XVI, 9.

Facta ejus] *Opus ejus*. Senſus eſt, quidquid conetur vir ſtrenuus, ad defenſionem improborum, id in ipſius perniciem converſum iri; quaſi eſſet inſtar ſtuppæ, & facta ejus eſſent ſcintillæ, quæ in eum inciderent, atque accenderent, nec quiſquam exſtingueret.

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT II.

1. R*Es quam vidit*] רבר אשר חזה *dabar aſcher bhazah*, verbum quod vidit; hoc eſt, quod in viſo prophetico à Deo accepit. *Rem* vertimus, quia *rem videre* non *verba* Latinè dicimus.

2. *Conſtituetur vertex montium*] נכון יהיה בראש ההרים *nachon jihieh broſch baharim*. LXX. Intt. ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων, ſed נכון *nachon* non ſignificat ἐμφανῆ. Alii tres A. S. & Th. ἕτοιμον ἔσται, *erit paratus*, ut habet Latinus; quæ reverâ eſt ſolita vocis poteſtas, ſed loco non convenit, ubi agitur de collocatione, aut conſtitutione montis ſupra omnes alios. Itaque vocis נכון ſignificationem maluimus deducere à poteſtate conjugationis *Pohel*, כונן *chonen*, collocandi, nempe, & ſtabiliendi. Sententia eſt fore ut mons Ædis Jehovæ longè præferatur omnibus montibus, in quibus erunt Templa; quod tamen non intelligendum de monte Templi propriè dicto, numquam enim contigit, à temporibus Eſaiæ, ut à pleriſque gentibus aut etiam finitimis, tanti fieret; ſed de Eccleſia Chriſtiana, quæ maximam partem excultiſſimorum populorum ita ſibi conciliavit, ut longè longéque anteferatur omnibus Societatibus Religioſis; quod ab ævo Conſtantini Magni ad noſtrum uſque factum videmus. Sequentia agunt de vocatione Gentium ad Evangelii fidem. Pauci Proſelyti, qui ſe ad Judæorum cultum adgregarunt, ab Eſaiæ ætate, ad everſionem Templi & cultûs Judaïci, nullo modo conferendi ſunt iis, qui Religionem Chriſtianam poſtea amplexi ſunt.

Ad eum gentes &c,] Numquam dicere quiſquam potuit *omnes gentes* in Templum Jeroſolimitanum confluxiſſe, niſi fortè intellexiſſet Judæos ipſos διασπορᾶς Aſiæ atque Europæ, & paucos è gentibus Proſelytos; ſed quid hoc fuit, præ toto Imperio Romano, finitimiſque pluribus gentibus ad Religionem Chriſtianam adductis?

3. *Lex prodit*] תצא תורה *thetſe thorah*, prodibit lex. Futurum vim obtinet præſentis perpetui. Ante conditam Religionem Chriſtianam, à ſola Jeroſolima cognitionem veri Dei, ejúſque cultûs peti oportuit, cùm alibi nuſquam vigeret; ſed exorto Chriſtianiſmo, ab Eccleſia Chriſtiana, quæ ſpiritualis eſt Jeroſolima, accipi debuit & re verâ accepta eſt à Gentibus, è quibus perpauci Judaïca ſacra ſuſceperant; ac proinde ad eam referatur hoc Eſaiæ vaticinium neceſſe eſt.

 4. *Ju-*

Jehovæ prodit. 4. Judicabit *de diſſidiis*, quæ ſunt inter gentes, arguet multos populos, qui fingent gladios ſuos in ligones & haſtas ſuas in falces. Gens in gentem gladium non ſumet, neque ampliùs bellum *gerere* diſcent.

5. Agite, domus Jacobi, in lumine Jehovæ incedamus. 6. Nam tu, *ô Deus*, deſeruiſti populum tuum, domum Jacobi; quia pleni ſunt *Iſraëlitæ advenis* ex Oriente, auſpicia capiunt inſtar Philiſthæorum & abundant alienigenis. 7. Referta eſt terra *Iſraëlis* argento & auro, nec ullus eſt finis *coacervationi* theſaurorum ejus; plena eſt terra equis, nec finis eſt *comparandarum* quadrigarum. 8. Terra ejus ſcatet Diis nihili, opere ma-

Creatoris exibit. 4. Erit judex controverſiarum, quæ erunt inter varias Gentes, eaſque adducet ad pacem inter ſe colendam; adeo ut mutaturæ ſint gladios in ligones, & haſtas in falces. Nulla Gens gladium ſtringet in aliam, neque quiſquam artem militarem ampliùs diſcet.

5. Agite, ô Jacobi poſteri, inquient, mores veſtros componite ad præcepta Creatoris. 6. Nam tu, ô Deus noſter, deſeruiſti nos, proſapiam Jacobi, quia apud nos ſunt Idololatræ ex Arabia, qui auſpicia captant inſtar Philiſtæorum & multi aliarum gentium. 7. Iſraëlitarum gens abundat divitiis, ſemperque operam dat pluribus coacervandis, & plena eſt eorum terra equis, nec finis eſt comparandarum quadrigarum. 8. Scatet etiam fictis Diis, quos ipſi ſibi fecerunt, nec ſecius eos ado-

4. *Judicabit de diſſidiis* &c.] *Judicabit inter gentes*; hoc eſt, diſſidia earum componet, eáſque ad pacem adducet. Objiciunt nobis Judæi non pauciora fuiſſe bella, poſtquàm Chriſtianiſmus invaluit, quàm antea, ut docet *Raimundus Martini* Pugionis Fides Part. II. c. XII. Reſponderi iis poſſe putabat ſub Auguſto, ante & poſt Chriſti natales, pacem floruiſſe; ſed factum hoc non eſt cognitione Chriſtianiſmi, verùm auctoritate & potentiâ Auguſti. Ideóque eò non ſpectat Propheta, imò ne ad tempora quidem Conſtantini Magni ejúſque filiorum; qui bella geſſerunt cum finitimis populis, nec eorum diſcordias ſedarunt. Satius eſt dicere Prophetam rationem habere indolis Religionis Chriſtianæ, quæ totâ pacem ſpirat, omnibúſque de ea colenda præcepta tradit; quamvis non ſemper audiantur, ne ab ipſis quidem Chriſtianis, ut ſatis conſtat ex hiſtoriis à Conſtantini ævo, éque hodierna experientia. Sed Oeconomia vetus hoc habuit, quo novâ longè inferior eſt, quòd bella juſſerit atque aluerit inter Judæos populóſque devotos Chananææ, Moabitas, Hammonitas & alios. Itaque qui non altiora ſapiebant, minimè vicinis populis diſſidiorum & armorum inter ſe ponendorum auctores eſſe poterant; quod Chriſtiani, niſi ingenio Religionis ſuæ adverſari velint, facere jubentur.

Qui fingent gladios &c.] Elegantiſſima deſcriptio pacis, cujus contemtum Poëta contrariis loquendi generibus deſcripſerunt. Sic *Virgilius* Georg. Lib. I, 506.

—— non ullus aratro
Dignus honos, ſquallent abductis arva colonis
Et curvæ rigidum falces curvantur in enſem.

Ad quem locum plura ſuppeditabit exempla *Joan. Ludovicus de la Cerda.*

5. *In lumine Jehovæ*] באור יהוה *beor Jehovah*, propitio Deo utamur, potiùs quàm irato. Sic Job. XXIX, 3. *ad lumen ejus incedebam, per tenebras*, & Pſ. LXXXIX, 16. *in lumine vultûs tui incedent.* Dum autem Propheta hortatur Judæos *in lumine Dei* incedere, eadem operâ hortari intelligendus eſt ad mores Dei favore non indignos.

6. *Pleni ſunt Iſraëlitæ advenis ex Oriente* מלאו מקדם *maleou mikkedem*, pleni ſunt ab Oriente. LXX. Intt. ἐνεπλήσθη ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν, quaſi eſſet כמקדם *chemikkedem* & quaſi Vau, quod eſt ante vocem עננים *bonenim*, eſſet delendum; ut connectatur cum ſuperioribus, eaque non *auſpicia captantes*, ſed ipſa auſpicia ſignificaret. Vulgatus: *impleti ſunt ut olim*, obſcurè. Maluimus ita interpretari, quaſi dixiſſet Propheta: מלאו בני ישראל גרים אשר באו מקדם *maleou bne Jiſrael gerim aſcher baou mikkedem*, propter verba ſequentia, quæ ſimulem ſenſum complectuntur, & quia nulla fit in verbis Eſaiæ mutatio; ſed tantùm neceſſariis ſupplementis oratio elliptica, quod paſſim neceſſe eſt, adjuvatur.

Auſpicia capiunt] ועננים *vebonenim*, & augurantes, ut ſit participium pro præſente, nihil enim vetat verbum ענן olim fuiſſe in uſu, & ſignificaſſe *auſpicatus eſt*, è contemplatione nubium, quæ עננים *bananim*, dicuntur. Notum eſt Arabas, qui vocantur בני קדם *filii Orientis*, Job. I, 3. inventores atque excultores fuiſſe οἰωνιστικῆς, hoc eſt, auſpiciorum & auguriorum, quæ è volatu, vel garritu avium capiebantur. *Cicero* de Divinatione Lib. I. c. 41. *Phryges & Piſidæ & Cilices & Arabum natio avium ſignificationibus plurimum obtemperant.* Et c. 42. *Arabes autem & Phryges & Cilices, quòd paſtu pecudum maximè utuntur, campos & montes hieme & æſtate peragrantes, propterea faciliùs cantus avium & volatus notaverunt.* *Clemens* Alexandrinus Strom. Lib. I. p. 361. Ed. Oxon. Ἴσαυροι δὲ καὶ Ἄραβες ἐξεπόνησαν οἰωνιστικήν.

Abundant Alienigenis] ובילדי נכרים ישפיקו *oubejalde nochrim jaſphikou*, *in liberis alienigenarum abundarunt*, vel ſatis habuerunt alienigenarum, ſignificatu è Syriſmo deſumto. Senſum non malè expreſſerunt LXX. Intt. τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγενήθη αὐτοῖς. *Hieronymus* ad hæc verba: *Symmachus:* & cum filiis alienis adplauſerunt; *pro quo ſcriptum eſt in Hebraïco:* JESPHICU *quod Hebræi interpretantur* ἐσφιάσθησαν, *& nos vertimus* adhæſerunt, *ut vitiorum in gente Judaica turpitudo oſtendatur.*

manuum ſuarum & quod ipſorum digiti fecerunt adorant. 9. Se *coram iis* incurvavit homo *è plebe*, ſe proſtravit vir *nobilis*; ne ergo ignoſcas iis.

10. Ingredere rupis *cavernam*, te abde in pulverem, præ terrore Jehovæ, & præ majeſtatis ejus ſublimitate. 11. Oculi ſuperbi hominum humiles fient, & ægrorum hominum altitudo deprimetur; ſolus Jehova die illo, extolletur. 12. Nam dies erit, Jehovæ *præſtitutus*, contra omnem ſuperbum & adrogantem, contra omnem excelſi *animi* virum, isque deprimetur; 13. contra omnes Cedros Libani altas & proceras, contra omnes quercus Baſanitidis; 14. contra montes editos, & contra colles omnes altiores: 15. contra omnem turrim ſublimem, & contra omnia mœnia munita; 16. contra omnes

adorant. 9. Coram ſtatuis ejusmodi genua flectunt non tantùm plebecula, ſed etiam nobiles quique coram iis procidunt; ne ergo, ô vere Deus, idololatris ignoſcas.

10. Vos verò, Iſraelitæ, in rupium cavernas vos abdite, pulveréque vos tegite, præ indignatione Dei, & præ ſumma ejus Majeſtate. 11. Homines ſuperbi, ſubductis ſuperciliis, tum humiles fient. 12. Solus Creator, eo tempore, extolletur, contra omnes ſuperbos atque adrogantes, qui deprimentur; 13. isque adverſabitur omnibus, qui eminent inter homines, ut Cedri Libani proceræ; ut quercus Baſanitidis; 14. ut montes editi, & colles aliis altiores; 15. ut omnes proceræ turres, omniáque mœnia munita; 16. ut maximæ naves Tharſiſenſes, & omnia quæ inter homines, ſunt inſigniora, &

tur. In tantum autem Græci & Romani hoc quondam vitio laborarunt, ut & clariſſimi Philoſophorum Græciæ haberent publicè concubinos &c. Conſtat quidem aliquando hanc vocem eſſe *plaudere*, ſed unde Hebræi ἐφοδιάζειν interpretati ſint non adſequor. Exſtat in Conjug. *Kal* 1. Reg. XX, 10. in ſufficiendi ſignificatu, in *Hiphil* hoc tantùm loco, derivatum verò ספק pro *ſufficiente copia* Job. XX, 22. Senſu *plaudendi* duobus tantùm locis occurrit. *Alienigenæ* autem, quorum abundantia exprobratur Iſraëliis, non ſunt Proſelyti Portæ, nec Juſtitiæ, ut vocabantur; ſed *peregrini*, qui Idololatriæ palam addicti erant atque ad eam Iſraëlitas pellicere poterant.

7. *Referta eſt terra* &c.] Videntur hæc indicare vaticinium hoc ab Eſaia pronunciatum eſſe, ante id quod habetur Cap. I. quo tempore vaſtata erat Judæa. Nec ſanè ſunt hæc vaticinia ordine temporum digeſta.

9. *Homo è plebe*] Cùm hìc ſit אדם *adam* & mox ſequatur איש *iſch*, videntur intelligenda, ut aliis multis locis, ubi diſtinguuntur, & inter ſe opponuntur.

10, *Ingredere rupis cavernam*] בוא בצור *bo battſour*, ingredere rupem; id eſt, cavernas, in quas, hoſtibus plana obtinentibus, ſe ſe abdebant Judæi. Vide infra verſ. 18. & not. in Abdiam verſ. 9. Sic & antiquiſſimi eorum tractuum incolæ fecerant, ut liquet ex Joſ. X, 16.

Præ terrore Jehovæ] Hoſtiles exercitus adducentis, quales fuerunt exercitus Iſraëlitarum X. Tribuum & Syrorum, aliorúmque, de quibus 2. Ephem. XXVIII.

Præ majeſtatis ejus ſublimitate] מהדר גאונו *mehadar geono*, præ decore altitudinis ejus. Deus majeſtatem ſuam quodam modo conſpicuam fecit, cùm exercitus hoſtiles in Judæos Idololatras, ut per Prophetas prædixerat, immiſit, iisque victoriam conceſſit; quod, Achazo regnante, plus ſemel contigit.

11. *Oculi ſuperbi* &c.] *Oculi elationis hominis humilis erit*, aut *fiat*; hoc eſt, ii, quorum ſuperbus erat adſpectus, quique ſubductis ſuperciliis ambulabant, nunc humiliter in humum oculos defigent.

Ægrorum hominum altitudo deprimetur.] שח רום אנשים *ſchahh roum anaſchim* incurvabitur, altitudo hominum miſerorum. Hæc enim eſt propria vocis אנשים poteſtas, quæ ſæpe adhibetur, ubi de hominibus calamitoſis ſermo eſt.

Solus Jehova &c.] Intelligent Judæi Idololatræ quanta ſit potentia Jehovæ, cùm de iis ſupplicium, quod minatus erat, ſumet.

13. *Contra omnes Cedros* &c.] Hæc & ſequentia ad verſ. 17. idem ac ſuperiora ſignificant; nempe, homines ſuperbos, vel fortitudinis ſuæ cauſâ, vel ob munita, atque edita loca, quæ tenebant, ad humilitatem cladibus ſuis & munimentorum expugnationibus, aut hoſtium metu redactum iri.

16. *Contra omnes naves Tharſiſenſes*] ועל כל אניות תרשיש *vehal chol onijoth tharſchiſch.* De Tharſiſia vide ad 1. Reg. X, 22. Hoc in loco non tam ſignari crediderim naves ipſas, quæ Indiam petebant, per ſinum Arabicum, quàm naves quasvis majores & probè inſtructas; quales erant quæ longam & periculoſam navigationem in Tharſiſiam adgrediebantur; ſub quarum imagine deſcribuntur quivis, qui ſibi probè parati ab omnibus videbantur, ad excipiendas hoſtiles procellas, & qui tamen ex illa ſua fiducia erant dejiciendi. Tota enim hæc oratio eſt משל *maſchal*, ſeu ſimilitudines complectitur occultiores hominum ſuperborum & ſibi fidentium, cum cedris Libani, quercubus Baſanitidis, locis editis ac munitis &c.

Omnes res inſignes, quæ concupiſcuntur] כל שכיות החמדה *chol ſcheſchijoth hebhemdah*, omnia conſpicua, vel adſpectabilia deſiderii. Nam שכה, Chaldaïcâ & Syriacâ Linguâ, eſt *adſpexit*, ideóque שכיות videntur eſſe adſpectu digna, & vox החמדה adjuncta oſtendit res eſſe quæ ſolent in pretio haberi; hæc enim ſola cupiuntur. Vult ergo Propheta, talia, quibus ſuperbire ſolent homines, aliorúmque cupiditatem excitare, in terram dejectum iri. LXX. Intt. ἐπὶ πᾶσαν θέαν πλοίων κάλλους, ſed nihil hìc de navibus. Hieronymus, *& ſuper omne quod viſu pulcrum eſt.* Chaldæus: *omnes qui habitant in palatiis pulcris.*

Digitized by Google

nes naves Tharſiſenſes, & omnes res inſignes, quæ concupiſcuntur. [17]. Incurvabitur elatio hominis atque ægrorum mortalium excelſior *animus* humilis fiet; ſolus Jehova, die illo extolletur, [18]. at Dii nihili prorſus peribunt.

[19]. Ingredientur *homines* ſpeluncas rupium, & cavitates ſubterraneas, præ terrore Jehovæ, & propter gloriam ſublimitatis ejus, quando ſurget ad terrorem incutiendum terræ.

& quæ concupiſcuntur. 17. Deprimetur ſuperbia hominum quorumvis, ſolusque Deus verus extolletur; 18. at Dii omnes commenticii è medio pellentur.

19. Tum verò territi Idololatræ ſe ſe abdent in ſpeluncas & cavitates ſubterraneas, præ Creatoris metu & propter ſummam ejus gloriam, quando terrorem terræ Judææ incutiet. 20. Tum vero homines

17. *Excelſior animus*] רום *roum* altitudo; animi, nempe.

18. *Prorſus peribunt*] כליל יחלף *chalil jabhaloph.* Verbum ſingulare pro plurali, quod plerumque notare omiſimus, propter rei frequentiam. חלף eſt *mutari*, *præterire*, ſed additâ particulâ כליל *chalil* eſt penitus interire. Impleta videtur hæc Prophetia ab Ezekia, qui Jeroſolimâ commenticios omnes Deos ejecit, & ſolius veri Dei cultum inſtauravit.

19. *Ingredientur homines*] Supplevimus *homines*, contra quàm alii fecerunt, qui hæc referunt ad Deos nihili. Sed Dii nihili non moventur terrore Jehovæ, cùm non ſint; verùm homines, ut antea vidimus, verſ. 10. Sed homines ſigna Deorum ſuorum, præſertim aurea & argentea, ne auferrentur ab hoſtibus, in ſubterraneas ſpeluncas abdebant.

Præ terrore Jehovæ] A Jehova enim etiam ipſi Idololatræ Judæi rem eſſe intellecturi erant, quòd ab ejus Prophetis fuiſſet prædicta; alioqui caſui tribuiſſent, aut alii cuivis cauſæ.

Cavitates ſubterraneas] *Cavitates pulveris.*

20. *Deos nihili quos* &c.] *Deos nihili argenti ſui & Deos nihili auri ſui, quos fecerunt ſibi.*

Abjiciet talpis] לחפרפרות *lehhaphorpheroth.* LXX. Intt. τοῖς ματαίοις, quod qui poſſit ex Hebraïca voce exculpi non adſequor. *Aquila* ὀρυκτά, ut quidem habent antiquiſſimi Codd. *Hieronymi*, ad hunc locum. Sed putarim ſcripſiſſe cum ὀρυκταῖς, à ſingulari ὀρυκτὴς *foſſor*, quæ vox exſtat, apud *Heſychium*, qui habet ὀρυκτὴς, σκαπτήρ. Mos fuit ejus Interpretis vertere Etymologias, verbum autem Hebraïcum חפר *hhaphar* eſt fodere. Ad vocem ὀρυκταῖς accedunt Codd. qui habent ὄρυγας, vel ὀρυκτὰς, vel ὀρικτάς. Eâ autem voce ſignificari poſſe *talpas*, res ipſa docet; quod & confirmat *Hieronymus* his verbis: *Pro* talpis *quas nos interpretati ſumus*, *LXX.* vana, *Aquila*, ὀρυκτά, *Symmachus* infructuoſa. *Theodotio integrum verbum Hebraïcum poſuit* PHARPHAROTH. *Eſt autem animal abſque oculis, quod ſemper terram fodit, & humum egerit & radices ſubter comedentes frugibus noxium eſt, quod Græci* ἀσπάλακα *vocant.* Rectè *Hieronymus* unâ voce exprimit, ut & alii veteres Interpretes, ſúntque plures aliæ voces in Codicibus Hebraïcis ita ſejunctæ, quæ conjunctim legendæ ſunt. Earum exempla collegit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. c. 35. ubi hac de re agit, & rectè obſervat geminari radicales poſteriores duas verbi חפר hhaphar, ut intendatur derivati ſignificatio, aptéque eo deſcribatur animal, *quod ſemper fodit.* Ait autem Propheta ab Idololatris ſtatuas Deorum projectum iri *talpis & veſpertilionibus* quia talpæ ſunt ferè ſemper ſub terra, & veſpertiliones habitant etiam in cavernis, ubi aurea & argentea ſigna recondebantur; ſimúlque Idolorum cultores ridet, qui ut incolumes ſervarent Deos, tam irreverenter eos habebant, ut in latebras talparum & veſpertilionum abderent; ne auferrentur ab hoſte, quem Deus immiſiſſet in Judæam. Si quis dubitet an veſpertiliones ejuſmodi latebras habitent, accipiat hos Homeri verſus, quandoquidem eos *Sam. Bochartus*, nec ubi de talpis, nec ubi de veſpertilionibus egit, protulit. Exſtant Odyſſ. Ω, 5. & ſeqq. ubi mortuorum animos à Mercurio abductos confert Poëta cum veſpertilionibus:

—— ταὶ δὲ τρίζουσαι ἕποντο.
Ὡς δ᾽ ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
Τρίζουσαι ποτέονται, ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσιν
Ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ᾽ ἀλλήλῃσιν ἔχονται·
Ὡς αἱ τετριγυῖαι ἅμ᾽ ἤϊσαν.

Illæ verò (animæ) *ſtridentes ſequebantur. Sicut autem quando veſpertiliones in receſſu antri magni, ſtridentes volant, cùm quiſpiam eas decuſſerit è catena petræ, ſibi autem adhærent invicem: ſic ſtridentes ſimul ibant.*

Ut eos coleret] להשתחות *lehiſchthachavoth*, ut adoraret, quod refertur ad ſuperiora; ſed perperam, ab *Hieronymo* relatum eſt ad ſequentia, cum verterit: *ut adoraret talpas & veſpertiliones*, ut etiam à LXX. Intt. qui habent: προσκυνεῖν τοῖς ματαίοις καὶ ταῖς νυκτερίσι.

21. *Fiſſuras rupium*] בנקרות צרים *bnikroth tſurim.* LXX. Intt. εἰς τὰς τρώγλας τῆς στερεᾶς πέτρας, unde Troglodytæ, ad mare Erythræum, dicti ſunt.

22. *Deſinite fidere homini*] חדלו לכם מן האדם *hhidlou lachem min haadam*, deſinite vobis ab homine; quod interpretati ſumus, quaſi eſſet: מבטוח באדם *mibtoahh baadam*, à fidendo, nec ſanè alius ſenſus æquè commodus occurrebat. Eadem conſtructio verbi חדל, ſequente מן *min*, ad ſignificandum deſinere quidpiam facere, ſæpiùs occurrit. Vide Exod. XXIII, 5. 2. Ephem. XXXV, 21. Job. VII, 16. Prov. XXIII, 4. Nec alius ſenſus verborum *Hieronymi*: *quieſcite ergo ab homine.* Jubentur Judæi deſinere tandem fiduciam collocáre in hominibus, cùm tot clades imminerent iis, qui ita ſe gererent, nec in Deo ſolo ſpes opéſque ſuas collocarent.

Cujus anima eſt in naribus] אשר נשמה באפו *aſcher nſchamah beappho*, cujus anima in naſo ejus;

Digitized by Google

terræ. [20]. Eo die, homo Deos nihili, quos *ſibi* ex argento, atque ex auro ſuo fecerit, ut eos coleret, abjiciet talpis & veſpertilionibus; [21]. ita ut ſubituri ſint fiſſuras rupium, & cavernas ſaxorum, propter terrorem Jehovæ & propter gloriam ſublimitatis ejus; quando ſurget ad terrorem incutiendum terræ. [22]. Deſinite *fidere* homini cujus anima eſt in naribus, quanti enim fieri poteſt?

Vitia

mines fictitios Deos quos ſibi fecerint ex argento atque auro, ut eos colerent, abjiciet talpis & veſpertilionibus in obſcuris cavitatibus ſe abdentibus; 21. ita ut ſe occultent in cavernis rupium, propter terrorem Creatoris & propter ſublimem ejus gloriam, quando terrebit terram. 22. Deſinite ergo fidere hominibus, quorum vita ex halitu pendent; nam parvi fieri debet.

PARA-

ejus; hoc eſt, qui facilè mori & interimi poteſt. Manifeſtum eſt de quavis homine agi, cui ſi intercludatur halitus, mors certa imminet.

Quanti enim fieri poteſt] כי במה נחשב הוא *chi bammeh nechſchab hou*, nam in quo reputabitur ille? Hoc eſt, nihili faciendus eſt. Chaldæus: *deſinite vos ſubjicere homini, quia factus eſt terribilis, in cujus naribus eſt halitus ſpiritûs vitæ; quia hodie vivus eſt, cras verò nullus eſt, & nihili inſtar reputatur.* Oportet hoc comma defuiſſe in Exemplari LXX. Intt. aut caſu ab iis omiſſum, niſi ex eorum interpretatione, Librariorum incuriâ, exciderit. *Aquila* tamen legit & vertit: παύσασθε ἀπὸ ἀνθρώπου, ᾧ ἀναπνοὴ ἐν μυκτῆρι αὐτοῦ, ὅτι ἐν τίνι ἐλογίσθη; Paria etiam alii habuerunt, ut notat *Flam. Nobilius*, in hunc locum. Quæ cùm ita ſint, *Hieronymus*, qui libenter verſioni LXX. Intt. detrahebat, ut ſuæ conflatam invidiam minueret, ita ſe hîc geſſit, ut laudari nequeat. Paucis quæ habet expendemus.

Hoc, inquit, *prætermiſere LXX. & in Græcis exemplaribus ab Origene, ſub aſteriſcis, de editione Aquilæ additum eſt, quod in Hebræo ita legitur:* HEDALU LACHEM MEN AADAM ASER NASAMA BAAPHPHO CHI BAMA NE SAB HU. *Ubi nos diximus:* excelſus reputatus eſt ipſe. *Aquila interpretatus eſt:* in quo reputatus eſt iſte. *Verbum Hebraïcum* BAMA, *vel* ὕψωμα *dicitur id eſt*, excelſum; *quod & in Regnorum libris & in Ezechiele legimus: vel certè* in quo *& iiſdem litteris ſcribitur*, BETH, MEM, HE; *ac, pro locorum qualitate, ſi voluerimus legere* in quo, *dicimus* BAMMA; *ſin autem*, excelſum, *vel* excelſus *legimus* BAMA. Hinc jam liquet verba Hebraïca, poſſe legi, quemadmodum à Judæis leguntur, nec quidquam reprehendi in hac eorum lectione; ſi modò nihil falſum dicatur, aut nexui orationis contrarium. Itaque *Hieronymus* in poſtremum hunc peccare, Judaïcam lectionem contendit.

Intelligentes ergo Judæi Prophetiam eſſe de Chriſto, verbum ambiguum in deteriorem partem interpretati ſunt, ut viderentur non laudare Chriſtum, ſed nihili pendere. Si credidiſſent Judæi hoc vaticinium eſſe de Meſſia, tam potuiſſent in ſuam rem trahere, quàm *Hieronymus* in Chriſtianum ſenſum torſit. Certè res non eſt ita manifeſta, ut non poſſit aliter intelligi, ſi imitari *Hieronymum* velis. Sed nemo Judæorum ſomniare potuit agi de Meſſia, cùm ſenſus à nobis adlatus ſit egregius & ad rem adprimè faciat. Pergit verò, in hæc verba:

Quæ eſt enim verborum conſequentia, & qui ordo rationis, ac ſenſus ut dicamus: quum hæc ita ſe habeant, & dies ventura ſit Domini, in qua univerſus Judææ ſtatus ſubvertendus eſt, & omnia conterenda; moneo vos, atque præcipio ut quieſcatis ab homine, qui ita ſpirat ac vivit, ut nos homines, quia nihili computandus eſt? Quiſquámne hominum ita quempiam laudet, ut dicat: cavete ne oſtendatis eum, qui omnino nihil eſt? Sed non ita delirabant Judæi, ut ſic locum intelligerent, ut ſatis liquet ex Chaldæo Interprete. Vetari putabant ne quis homini mortali confideret, quod eſt conſentaneum Scripturæ & rectæ Rationi. Si crediſſent agi de Meſſia ſuo, quem hominem fore putabant, potuiſſent locum ſic interpretari, quaſi Propheta Gentes adloqueretur, in hanc ſententiam: deſinite adverſari Meſſiæ, eò quòd ſit homo; maximi enim eſt faciendus, quia Deus ei adeſt. Sed audiamus *Hieronymum*, ſic pergentem:

Ergo è contrario ſic intelligendum: quum hæc univerſa ventura ſint vobis & prophetali ſpiritu prædicantur, moneo atque præcipio ut quieſcatis ab eo, *qui ſecundùm carnem quidem homo eſt; & habet animam & ita ſpirat, & naribus halitum trahit, ut nos homines ſpiramus & vivimus; ſed, ſecundùm Divinam Majeſtatem, excelſus & eſt & reputatur & creditur.* Verùm ex verbis Prophetæ ejuſmodi ſententiam nemo elicuerit, cùm ſenſus commodiſſimus ſit, quem antea de quovis homine protulimus. Imò verò *Chryſoſtomus*, qui *Aquilæ* verba hîc eſt interpretatus, aliam interpretationem profert, qua uti æquè poterant Judæi, adeóque LXX. Intt. qui proinde neceſſe non habebant hunc locum vertendo omittere, ob rationem quam commentus eſt *Hieronymus*, ut mox videbimus. Ἐνταῦθά μοι δοκεῖ τὸν Ἐζεκίαν αἰνίττεσθαι, ἐν τῷ δέει καὶ τῆς πολλῆς ἀγωνίας πρὸς ἐσχάτας ὄντα ἀναπνοάς· ἐπεὶ γὰρ ὥσπερ ἐν δικτύοις αὐτὸν λαβόντες οἱ βάρβαροι, ἑτοίμην ἐνόμιζον θήραν ἔχειν, καὶ οὐδὲ πόνου δεῖσθαι εἰς τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ἐκείνου, συνέβη τοὐναντίον τοῖς βαρβάροις, διὰ τοῦτό φησι, παύσασθε ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, οὗ ἐστιν ἀναπνοὴ ἐν μυκτῆρι αὐτοῦ· ὅτι ἐν τίνι ἐλογίσθη αὐτοῖς οὗτος; τουτέστιν ἐν οὐδενὶ ἐλογίσθη, καὶ γὰρ ὡς ἐξ ἐπιδρομῆς πάντα ἤλπισαν ἀναιρήσεσθαι: *Hic mihi videtur* (Propheta) *obſcuriùs Ezekiam deſignare, præ metu & multa anxietate ad extremos halitus redactum. Cùm ergo veluti in retibus eum cepiſſent Barbari, paratam prædam putabant ſe habere, & ne labore quidem opus ſibi eſſe, ad urbem capiendam, eúmque captivum abducendum; contrarium Barbaris contigit. Ideò dicit: ceſſate ab homine, cujus halitus eſt in naribus, in quo enim hic illis æſtimatus eſt? hoc eſt, nihili factus eſt; at enim*

veluti

Vitia Judæorum, eorúmque futuræ calamitates; deliciæ & luxus Jeroſolimitidum, cum pœnis eas manentibus.

1. MOx enim Dominus Jehova, *Deus* exercituum, amovebit à Ieroſolima & Juda omne fulcrum & fulcimentum, omne fulcrum panis & omne fulcrum aquæ;

PARAPHRASIS.

1. BREVI enim Dominus Creator, idémque Deus exercituum, omne alimentum ſubtrahet Judæ & Jeroſolimæ, 2. militares viros, Judices & Prophetas, ſcariolum & natu grandem;

veluti incurſione putabant ſe omnia capturos. Nos quidem hanc non ſequimur interpretationem, ſed ea tam Judæi potuerunt uti, quàm *Chryſoſtomus.*

Sed videamus quid hìc commentus ſit *Hieronymus: Tacitè mecum*, inquit, *mente pertractans, non poſſum invenire rationem quare LXX. tam perſpicuam de Chriſto Prophetiam noluerint vertere. Ceteri enim, qui verterunt quidem, ſed ſermonem ambiguum ad impietatis traxerunt ſenſum, non mirum cur male interpretati ſint, nec voluerint de Chriſto glorioſum quid dicere, in quem non credebant; videlicet Judæi, aut Semijudæi, id eſt, Ebionitæ.* Si LXX. Intt. noluiſſent hìc prædictionem de Meſſia inveniri, verbo tenus tantùm vertere Hebraïca verba debuerant, ut fecit *Aquila.* Nemo ſuſpicatus eſſet hìc de Meſſia agi, neque Græcè, neque Hebraïcè, ut mox oſtendemus, doctus. Itaque perperam ſuſpicabatur *Hieronymus* omiſſa hæc verba à LXX. Intt. eò quòd Judæis faverent, ut apertè teſtatur ad Cap. XVII. Jeremiæ, ubi poſtquàm immeritò accuſavit eoſdem Interpretes omiſſorum, eadem de cauſa, aliquot verborum: *Quod cur à* LXX. *prætermiſſum ſit neſcio, niſi forſan pepercerunt populo ſuo, ſicut & in Iſaia* eos feciſſe *manifeſtum eſt:* quieſcite ergo &c. *multáque ejuſmodi, quæ ſi voluero cuncta digerere, non dicam libro ſed libris opus erit.* Quæ inanis eſt inſimulatio, non ex veri amore, ſed ex adfectu profecta, ut omnes docti ſciunt; quidquid aliter ſentiat poſtremus editor *Hieronymi*, qui pravo adfectui ubique indulget, & tum maximè gloriatur, & conviciatur adverſarius ubi tacere debuiſſet; aut potiùs candidè errorem ſuum agnoſcere, ſi quis pudor in eo fuiſſet.

Quod autem Chriſtus excelſus ſit, ait Aſceta Bethlehemiticus, ut ſuam tueatur interpretationem, *vel altiſſimus, qui alio ſermone dicitur* Elion; *in octogeſimo ſexto Pſalmo legimus* &c. *Ac ne longum funem traham (in expoſitione enim Sanctarum Scripturarum veritatem debemus ſequi, non contentionem) in iſto loco* BAMA, *apud Hebræos non* excelſus *dicitur, ſed* excelſum, *id eſt ipſa altitudo atque ſublimitas; quaſi ſi de aliquo* dicemus, *non eſt divinus, ſed divinatio; non eſt rivus, ſed fons; non eſt homo ſed ipſa humanitas.* Verùm במה non eſt propriè nomen ſubſtantivum ſed adjectivum, fœminini generis, ante quod ſubauditur גבעה *gibbah*, collis aut ſimile quid, ſempérque in Scriptura ſic ſumitur, neque uſquam *altitudinem* ſignificat, aut de Deo dicitur; ſed plerumque de locis editis Idolis conſecratis. Itaque non licuit *Hieronymo*, præter uſum linguæ Hebraïcæ, de Deo interpretari, præſertim cùm locus alium ſenſum habere queat, eúmque multò commodiorem, cúmque aliter, & quidem meritò à Judæis vox legeretur. Quod nemo Linguæ Hebraïcæ peritus, negaverit, atque à pleriſque omnibus Antiquis & Recentioribus Interpretibus probatur.

COMMENTARIUS
In CAPUT. III.

1. MOx enim &c.] כי הנה *chi hinneh*, nam ecce. Sed particula, quæ vertitur *ecce*, paſſim etiam de re *mox* futura dicitur; quod in propheticis libris præſertim ſæpe obſervare licet. Participium מסיר *meſir*, amovens, quod ſequitur, idem ſuadet; participia enim ſæpe præſentis, aut paullò pòſt futuri vim obtinent. Miror rem non eſſe à *Chriſt Noldio*, viro erudito, & diligenti obſervatam.

Deus exercituum] Vox *Deus*, quæ aliquando exprimitur, præſertim apud Jeremiam Prophetam, ſemper eſt ſubaudienda; quia nomina propria, quale eſt יהוה, numquam conſtruuntur, apud Hebræos.

Omne fulcrum & fulcimentum] משען ומשענה *maſchan oumaſchenah*, quæ verba idem ſignificant, ſed conjuncta vim orationi addunt, oſtendúntque omne genus *fulcimenti*; hoc eſt, alimenti, quo artus fulciuntur; intelligendum. Vide Levit. XXVI, 26. & quæ illic notata. LXX. Intt. ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, ut Vulgatus: *validum & validam.* Incommodè nam שען *niſchan*, eſt conſtanter, *fulciri*, aut *ſe fulcire*, *inniti*, unde משען *miſchan*, ſcipio, quo nitimur. *Aquila* ἔρεισμα καὶ ἐρεισμὸν & *Symmachus* στήριγμα καὶ στηριγμόν. Hinc *Gaspar Sanctius*, vir eruditus, regulam confecit: *per genus maſculinum fœminino adjunctum univerſitas ſignificatur*; ut vir & fœmina, ſponſus & ſponſa. Sed rata quidem haberi poteſt regula, ubi ſermo eſt de iis, quæ in duos ſexus diſtinguuntur, qui univerſitatem exhauriunt. In iis verò, quæ ſexum non habent, generum ratio vix haberi poteſt. Repetitio per ſynonyma eamdem vim obtinet, ſic שואה ומשואה *ſchoah oumſchoah*, vaſtitas & vaſtatio ſunt omne vaſtitatis genus,

aquæ; ². fortem & militarem virum; judicem & prophetam; hariolum & ſenem; ³. quinquagenis præfectum, & eum cujus ratio habetur; conſiliarium & ſapientem, incantatores & *magici* murmuris peritos. ⁴. Conſtituam, *ait Deus*, pueros principes eorum, atque adoleſcentuli iis dominabuntur. ⁵. In populo, exactor erit quivis erga quemvis, *etiam in proximum;* ſuperbè ſe gerent pueri in ſenes, & qui *antea* ſpretus *erat* erga *virum* honoratum. ⁶. *Erit enim* cùm vix adprehendet fratrem ſuum, è patria domo,

dem; 3. quinquagenis militibus præfectum, & eum cujus nonnulla erit auctoritas; ſenatorem & honoratum quamvis, conſiliarium, ſapientem; eos qui ſunt magicarum artium periti. 4. Conſtituam pueros, ait Deus, eorum principes, & adoleſcentes, qui iis præſint. 5. Ad plebem quod adtinet, quivis exiget tributum, aut laborem a quovis, etiam à propinquis. Pueri erga ſenes ſuperbè ſe gerent, & qui antea ſpernebatur erga viros honoratos. 6. Erit enim cùm pauper adprehendet civem ſuum, è paternis ædibus, cogétque eſſe ſibi ducem eſſe, difficillimo tempore; & quoniam, inquiet,

nus, ut Job. XXX, 3. XXXVIII, 27. Soph. I, 15.

Omne fulcrum &c.] Utrobique eſt משען *miſchan*, quo id quod diximus confirmatur. *Panis* & *aqua* alimenta omnia, ſeu cibum & potum ſignificant.

3. *Eum cujus ratio habetur*] נשוא פנים *neſchou phanim*, acceptum vultu. Notum *accipere faciem* alicujus eſſe rationem hominis habere, potiùs quàm rei; quod in judicio iniquum. Hinc natum hoc loquendi genus, quo homo gratioſus ſignificatur. Incommodè LXX. Intt. θαυμαστὸν, & Vulgatus, *honorabilem vultu.*

Incantatores] חרשים *hharaſchim*, quod ſic vertimus ex Chaldaïſmo, propter ſequentia verba, ſimile quid ſignificantia. Sunt qui conjunctim legunt חכם חרשים *hhacham hharaſchim*, & vertunt ſapientem artificem, hoc eſt, peritum. LXX. Intt. σοφὸν ἀρχιτέκτονα, *Aquila*, ut habet *Hieronymus*, *ſapientiſſimum artificum;* ipſe verò *ſapientem de architectis.* Sed vox quemvis artificem ſonat.

Magici murmuris peritos] נבון לחש *nbon lahhaſch*. LXX. Intt. συνετὸν ἀκροατὴν, ſed לחש auditorem non ſignificat. *Aquila* τὸ συνετὸν ψιθυρισμῷ, *Theodotion*, eodem ſenſu, ἐπῳδῇ, ut *Symmachus*, ὁμιλίᾳ μυστικῇ, unde Vulgatus: *prudentem eloquii myſtici.* Sed omnibus nunc conſtat verbum לחש eſſe *muſſitare*, unde nomen *muſſitationem* ſignificat, & interdum quidem in bonam partem ſumi, ut Eſ. XXVI, 16. ſæpiùs verò in malam, pro murmure magico. Vide Eccleſ. X, 11. Jer. VIII, 17. Eo ſenſu etiam occurrit verbum Pſ. LVIII, 6.

Conſtituam, ait Deus] Supplevimus, *ait Deus*, quia hæc ſunt verba Dei, non Prophetæ, atque in vaticiniis ſæpe Deus directè loquens inducitur, & mox Propheta neutrius nomine addito, ut ſæpiùs obſervabimus in ſequentibus; quamquam non diffitemur vates ſæpe dici facere id quod prænunciant futurum, ut rectè obſervavit *Gaſp. Sanctius*. Pro *conſtituam* eſt Hebraïcè ונתתי *venathatthi*, & dabo, quod idem eſt, & quo ſignificat Deus ſe paſſurum Judæis eſſe Reges, qui ab amicis adoleſcentibus conſilia petant; quæ raro bene cedunt, ut Roboami exemplo ſatis liquet.

Adoleſcentuli] תעלולים *thahaloulim*, quæ vox ejuſdem poteſtatis eſt, ac עולל *holel*, adoleſcens, ut antecedentia oſtendunt. Attamen LXX. & *Theodotion* verterunt ἐμπαῖκται *illuſores*, *Aquila* ἐναλλάκται, & *Hieronymus*, *effæminator*, qui in Commentario ſic interpretatur: *qui ſe mutent & turpitudinis exerceant vices; quales in Judicum Libro, ſuper concubina Levitæ in Gabaa, legimus. Conſideremus Patriarchas Judæorum & juvenes, ſive pueros, effeminatóſque ac deliciis adfluentes, & impletam eſſe prophetiam cernemus.* Malim priori interpretationi adhærere, nam non conſtat de eo vocis Hebraïcæ ſignificatu, & priora, ut dixi, verba nobis favent.

5. *Exactor erit quivis erga quemvis etiam proximum*] ונגש העם איש באיש ואיש ברעהו *niggaſch haham iſch beiſch, veiſch brehehou*, exactorem aget populus quiſque in quemque & quiſque in proximum ſuum. Quod paucioribus verbis expreſſi, vi tamen orationis integrâ, & incolumi ſervatâ; quæ, in omnibus linguis, totidem verbis non exprimitur. Sententia eſt, ita efferatum iri Judæorum animos, ut quivis à quovis tributa, vectigalia, aut operam exacturus ſit, nec in amicos ſuos munus hoc durum exercere detrectaturus; ut homines mites & verecundi ſolent. Verbum נגש *niggaſch* verterunt LXX. συμπεσεῖται & Latinus *irruet*, non ſatis commodè. Eſt quidem hîc verbum in *Niphal* (quamvis mutatis punctis in *Kal* etiam eſſe poſſit) ſed activè convertimus, quia commodiùs ſic res Latinè exprimi poſſe videbatur, & perinde prorſus eſt, ſi dixeris *exactionem patitur quivis per quemvis*, vel *exactor eſt quivis erga quemvis.* Poſſit etiam res intelligi de rigida exactione debitorum, ut quivis à quovis debita durè exigat, quod Judæis erga Judæos illicitum erat. Vide Deut. XV, 2, 3.

6. *Erit enim cùm vir*] כי יתפש *chi jithphoſch* כי vertimus *quando*, non *enim*, quia hæc non continent rationem eorum, quæ antea dicta ſunt; quamvis ſint cum iis aliquo modo connexa; ſumma enim paupertas totius gentis plebis animos efferare ſolet. Qui nihil habent quod amittant ferociores ſunt, præſertim adflictâ ab hoſtibus Republicâ, & regimine extincto; quod videre eſt, apud Jeremiam, in Judæis qui victores Chaldæos fugerant, vel faventes habebant proptereáque in Judæa relicti fuerant. Vide Jerem. c. XL. & ſeqq.

Veſtis, inquiet, tibi eſt] Ditior es nobis, quare te ducem habere volumus; neque enim res publica, qualiſcumque ſit, ſine ſumtibus nonnullis, adminiſtrari poterat.

Dux nobis eſt] קצין תהיה לנו *katſin thijeh lanou.*

mo, atque veſtis, *inquiet*, tibi eſt, dux nobis eſto, ſit hæc calamitas ſub imperio tuo.
7. Ille verò eo die reponet, his verbis: non ero præfectus *veſter*, neque enim eſt domi
meæ panis, aut veſtis; ne ergo populi ducem me conſtituatis. 8. Offendet enim Je-
roſolima & Juda concidet, quia dicta & facta eorum erga Jehovam *eò ſpectant*, ut ocu-
los gloriæ ejus irritent. 9. Habita hominum ratio contra eos teſtimonium dicit, pec-
catum ſuum, ut Sodoma, indicant, nec celant Væ eorum vitæ! nam rependunt ſibi
malum. 10. Dicite juſto beatum *ipſum* eſſe, fructu enim factorum ſuorum fruiturum.
11. Væ

inquiet, veſtis tibi eſt melior, quàm aliis, dux noſter eſto; ſi quæ contingat calamitas, te duce, contingat. 7. Ille verò negabit ſe poſſe eſſe ducem, nam neque ſibi eſſe domi veſtes, neque victum neceſſarium; quare imprudenter eos facere, quod ſe ducem eligant, neque enim ſibi domi eſſe victus aut veſtes, quorum participem faciat plebem. 8. Nam ruit Jeroſolima, ut *reliqua* Judæ *Tribus* collapſa eſt; quia earum dicta & facta eò ſpectabant, ut Deum irritarent. 9. Impudentiâ ſuâ arguuntur, neque diſſimulant vitia ſua; nam, Sodomitarum ad exemplum, libidines ſuas profitentur. 10. Præ-

non. Vocula קצין magiſtratum civilem, æquè ac militarem ducem ſignificat. Videntur ſignari ii, qui reliquiis Judæorum, cùm abiiſſent Chaldæi è Judæa, aut in ea, aut in Ægypto præfuerunt. Vide Jerem. XLII & XLIII.

Sit hæc calamitas ſub imperio tuo] *Ruina hæc* (המכשלה hammachſchelah) *ſub manu tua.* Sic ſe vocant pauculi illi Judæi, qui graviter impacturi deſcribuntur; hoc eſt, qui erant bonis, agris, & priſtino regimine ſpoliandi, omnibus ad Chaldæos tranſlatis. *Impingere*, vel *offendere* dicuntur, qui in calamitatem incidunt & *offenſio* ii, qui offenderunt, more Hebræorum; qui ſæpe ſubſtantivis utuntur, adjectivorum loco, ut גלה & גלות *golah* & *galouth*, migrationes, pro iis qui migrant; שבית & שבות *ſchbith* & *ſchbouth*, captivitate, pro captivis, aliáque ſimilia. Sic & Græci πταίειν & προσκόπτειν, quæ *offendere*, *impingere pedem*, ſonant ſæpe adhibent, tralaticio ſenſu, cùm de calamitate verba faciunt, ut alibi jam diximus. Vide infra verſ. 8. *Sub manu* perinde eſt hîc, ac ſub imperio, ut Jud. III, 29. 2. Sam. XVIII, 2. Quæ cùm ita ſint, mirum eſt LXX. Intt. vertiſſe מכשלה βρῶμα, niſi legerint מאכלה ab אכל *comedit*, ut conjiciebat *Lud. Cappellus*; ſed fortè ſcripſerant πτῶμα, *lapſum*, qua ſæpe, in hunc ſenſum, uſi ſunt. Vide Kircherianas aut Trommianas Concordantias. *Symmachus* & *Theodotion* ἀσθένειαν, Vulgatus meliùs *ruinam* vertit.

7. *Reponet*] ישא *jiſſcha*, tollet; nempe, vocem ſuam, ut Num. XIV, 1. LXX. ἀποκριθεὶς, & Vulg. *reſpondebit*, ex re ipſa; eóſque ſequuti ſumus. Poſſis tamen etiam vertere *exclamabit*.

Præfectus veſter] חבש *hhobeſch*. LXX. Intt. ἀρχηγὸς, ex re ipſa. *Hieronymus* habet: *non ſum medicus*, quia חבש ſignificat *colligavit*, quod faciebant Chirurgi, qui olim erant etiam Medici, cùm faſciis vulnera colligabant. *Theodotion* verterat ἐπιδεσμεύοντα, ut obſervat *Hieronymus*, qui docet etiam *Symmachum* vertiſſe ἀρχηγὸν. Quod cùm ſit adnotatum, in fragmentis Vett. Intt. à *Druſio* collectis, neſcio quomodo omiſſum ſit in fragmentis Hexaplorum non ita pridem editis. *Præfectum* vertimus, quia, apud Arabas, חבש *hhabaſcha* eſt *collegit*, *congregavit*, quod ei probè convenit, qui præfectus eſt copiarum, quas cogere ante omnia neceſſe habet.

Neque enim eſt domi meæ, panis aut veſtis] Quæ, nimirum, dentur copiis. Hæc enim futura ſtatuuntur tempore, quo Rege cárituri erant Hebræi; qui ærarium habebat, à quo ſtipendia numeraret copiis, & veſtes quibus eas indueret.

8. *Offendet*] כי כשלה *chi chaſchelah*, quia impinget, & cadet. Vide ad verſ. 6.

Facta & dicta eorum] לשונם ומעלליהם *lſchonam oumahalelehem*, *lingua eorum & facta eorum*, aut *ſtudia*; ſæpe enim מעללים vertuntur ab *Aquila*, πυρολογίας ſtudioſo, ἐπιτηδεύματα & *ſtudia*, ab *Hieronymo*, qui tamen hic *adinventiones* habet. LXX. Intt. ἀνομίας.

Eo ſpectant ut &c.] Hebraicè למרות *lmaroth*, ad irritandum; non quòd eſſet hoc Judæorum conſilium, ſed quia ita ſe gerebant, quaſi re verà hunc finem ſibi propoſuiſſent.

Oculos gloriæ ejus] Oculos Dei, cujus gloria apud eos habitabat; in Sacrario, nempe, quod fuit Gloriæ Divinæ ſedes.

9. *Habita hominum ratio*] הכרת פניהם *haccharath phnehem*, agnitio faciei eorum. *Agnoſcere faciem* perinde eſt ac *accipere faciem*; hoc eſt, in judicio majorem rationem habere hominis, quàm cauſæ. Vide Deut. I, 17. & quæ illic habemus. Perperam LXX. Intt. αἰσχύνη τοῦ προσώπου αὐτῶν. Meliùs Vulgatus: *agnitio vultûs eorum*, non judicum, ſed in jus venientium.

Contra eos teſtimonium dicit] ענתה בם *hanetha bam*, reſpondet in eos; ut teſtis, nimirum, qui interrogatus à judice teſtimonium dicit. Vide Exod. XX, 16. & Deut. XXXI, 21. Incommodè *Hieronymus*, *reſpondit eis*, & LXX. ἀντέστη αὐτοῖς quæ feſellerunt *Gaſp. Sanctium*, qui loquendi modum obſcurum ait, cùm ſit Linguæ Hebraïcæ frequenti uſu clarum. Vide vel exempla à *Valent. Schindlero* collecta, in Lexico Pentaglotto.

Væ eorum vitæ] *Animæ*, quod poſſit etiam verti: *væ illis!* ſed res eodem redit.

Rependunt ſibi malum] גמלו להם רעה *gamelou lahem rahah*; hoc eſt, ea faciunt propter quæ malum iis certè rependetur, quaſi deditâ operâ malum ſibi quærerent. Hinc paraphraſis LXX. Intt. βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν.

10. *Dicite juſto*] אמרו צדיק *imrou tſadik*, pro לצדיק *juſto*, niſi mavis vertere: *dicite juſtum eſſe beatum.*

Beatum ipſum eſſe] כי טוב *chi tob*, quod bonus. Sed hîc טוב ſumitur pro eo cui be-
ne

11. Væ improbo, malitiæ *ſuæ cauſâ*, quia manuum ſuarum merces ei rependetur. 12. Populi mei exactores erunt pueri & mulieres ei dominabuntur. Popule mi, beatum te prædicant impoſtores, & viam ſemitarum tuarum diſſimulant. 13. Conſiſtit Jehova ad litigandum & ſtat ad judicium *ferendum* de populis. 14. Jehova in jus veniet, cum ſenibus populi ſui, cúmque ejus principibus; depaſti eſtis vineas, ſpoliáque pauperum ſunt

Prædicate Dei juſtitiam erga bonos, quibus bene eſt. Agnoſcite eos fructus factorum ſuorum collecturos. 11. Væ improbo, nequitiæ addicto, nam fructum factorum ſuorum percipiet. 12. A populo meo tributum exigunt pueri, et mulieres dominantur. O mi popule, quem beatum facere creduntur, qui te in errorem conjiciunt!

13. Creator veluti ſtat ut in jus vocet malos, & moratur ut judicet de populis. 14. Creator jus dicturus veniet, cum Senatoribus & proceribus populi

ne eſt, qui beatus eſt, ut Jerem. XLIV, 17.

Fructu enim factorum &c.] *Nam fructum factorum ſuorum comedent*; quia non de uno juſto ſermo eſt, ſed de omnibus. LXX. Intt. mirè hic verterunt: εἰπόντες δήσωμεν τὸν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστί. Vulgatus: *dicite juſto quoniam bene*; addere debuiſſet *ei erit*. Verſio Græca multos Veterum fefellit, qui ſenſum Eſaiæ tribuerunt, de quo numquam cogitarat.

11. *Væ improbo, malitiæ ſuæ cauſâ*] אוי לרשע רע *oi laraſchah rah*. LXX. Intt. οὐαὶ τῷ πονηρῷ, πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. Sed רע non jungitur cum ſequentibus, ut mox liquebit. Vulgatus: *væ impio in malum*, obſcurè. Subaudivimus כי ante רע, *quia eſt malus*, hoc eſt, malitiæ ſuæ cauſâ. Particula hæc, ut ceteræ Hebræorum particulæ, ſæpe quidem abundat; ſed non rarò deeſt, ut oſtendit *Chr. Noldius*, qui tamen hujus loci non meminit. Deeſſe autem hìc & ſententia loci & antecedentia verba oſtendunt.

Manuum ſuarum merces ei rependetur] כי גמול ידיו יעשה לו *chi gmoul jadau jebaſe lo*, quia merces manuum ejus fiet ei. Perperam omiſerunt vocem גמול Græci, meliùs Latinus: *retributio enim manuum ejus fiet ei.*

12. *Populi mei exactores erunt pueri*] *Populi mei exactores ejus puer*, נגשיו מעולל *nogeſchau meholel*; hoc eſt, populum malè habitum iri ab juvenibus, quibus cura exigendorum tributorum & vectigalium imponetur. LXX. Intt. ὁ λαός μου οἱ πράκτορες ὑμῶν καλαμῶνται ὑμᾶς. Hìc vocis מעולל ſignificatum deduxerunt, ut obſervavit *Lud. Cappellus*, ab ea poteſtate radicis עלל, ex qua vertitur *racemare*, *vindemiare*; unde tranſlata fuerit ad ſpoliationem ſignificandam. Sed cùm ſit hoc ſine exemplo, verſus 4. quæ ſit hujus ſententia ſatis oſtendit. Minatur Propheta hìc Judæis, quod olim eorum Majoribus minatus erat Robohamus, Davidis F. auctoribus junioribus amicis.

Mulieres ei dominabuntur] נשים משלו בו *naſchim maſchelou bo*, uxores, nempe, aut pellices Regum & Procerum, quæ virorum amore abuſæ multa impotenter factitabant, quod etiamnum hodie, apud alios populos; nimis ſæpe videmus. Idem etiam expertos Iſraëlitas, ante tempora Eſaiæ, docet Hiſtoria Sacra, in regno Jehorami, Judæ Regis, cujus uxor fuit Athalia, mulier impotens & crudelis, præter quàm quòd Idololatriæ erat dedita. Vide 2. Ephem. XXI & XXII. Similia etiam, poſt Eſaïæ ætatem, contigiſſe hoc vaticinium ſuadet. Non erat ergo cur à ſolita vocis ſignificatione recedentes Intt. נשים verterent aliter quàm *mulieres*, quemadmodum ſolus *Symmachus* inter Veteres verterat, quem *Hieronymus* imitatus eſt. LXX. enim Intt. habent ἀπαιτοῦντες, quod ſequutus eſt & *Aquila*; *Theodotion* verò δανεισταί, quaſi eſſet vox נשים Participium Benoni, à verbo נשה *fœneratus eſt*. Sed ἀπαιτοῦντες ſunt etiam fœneratores uſuram *repetentes*.

Beatum te prædicant impoſtores] מאשריך מתעים *meaſſcherecha mothhim*, quod poſſit etiam vertere: *qui te beatum prædicant ſunt fallaces*; eodem tamen ſenſu. Beatum falſò prædicabant populum, legum divinarum ſpretorem, eò quòd de eo nondum Deus pœnas ſumſiſſet; contra quàm docuerat David Pſ. I, 1. qui felicem prædicat eum dumtaxat, qui legum Dei obſervans eſt. Quo facit ſententia Socratis, in Alcibiade priore: οὐκ οἷόν τε, ἐὰν μή τις σώφρων καὶ ἀγαθὸς ᾖ, εὐδαίμονα εἶναι, & κακοὶ τῶν ἀνθρώπων ἄθλιοι: *fieri nequit, niſi ſi quis temperans ſit & bonus, beatum eum eſſe*, & *mali homines ſunt miſeri*. Quod de civitatibus etiam adfirmat.

Diſſimulant] בלעו *biilebou*, abſorbent; hoc eſt, celant, ut Num. IV, 20. ubi vide not. LXX. Intt. ταράττουσι, & Vulg. diſſipant incommodè. Qui beatos prædicabant improbos eorum nequitiam *diſſimulabant*; nemo enim usque adeò impudens eſt, ut felicitatem populi extollens ſimul ejus improbitatem agnoſcat. Tales ſunt qui, propter recta populi dogmata, ut quidem putant, eum μακαρίζουσι, interimque graviſſima ejus delicta ſilentio prætermittunt, aut leniter tantùm perſtringunt.

13. *Stat ad judicium*] עומד *homed*, ſtans; quaſi, nempe, ut Romano more loquar, *de plano*, in re quippe aperta, jus dicturus, non eſcenſurus Tribunal, ut ſedens reorum patronos audiat. Alioqui judex *ſedens* deſcribitur. Vide Dan. VII, 10. & ſeqq.

14. *In jus veniet*] *In judicium veniet*; hoc eſt, de iis pœnas ſumet.

Senibus populi] Hoc eſt, magiſtratibus, nam, apud Hebræos, ut & apud alios populos, *ſenes* dicuntur homines honorati, & juri dicundo adhibiti. Vide hac de re copioſa collectanea *Joannis Seldeni* de Synedriis Judæorum. Lib. I. c. 14.

Depaſti eſtis] בערתם *bebarthem*, quod LXX. Intt. ἐνεπυρίσατε incendiſtis, quæ eſt ſignificatio verbi בער, in Pihel. Sed cùm etiam ſignificet *depaſci*, immiſſâ in vineam, aut agrum pecude,

ſunt in ædibus veſtris. 15. Quid vobis eſt, ut populum meum adteratis, útque faciem
pauperum contundatis, ait Dominus Jehova, *Deus* exercituum.
16. Quia ſuperbierunt, inquit etiam Jehova, puellæ Sionis extento gutture incedunt,
mentiuntur oculis, ambulando, minutis paſſibus gradiuntur, & pedibus ſuis compedes
gerunt; 17. *ideò* tondebit Dominus verticem puellarum Sionis, & comâ eas nudabit.
18. Die illo, amovebit Dominus ornatum compedum, reticulorum & lunularum;
19. mo-

pulI ſui vos autem vitiom fructum depaſti eſtis & prædam pauperi raptam domi ſervatis. 15. Cur adteritis populum meum & vultum adflictorum lividum redditis, ait Dominus meus, Creator, *Deus* exercituum.

16. Dixit etiam Creator, quia ſe extulerunt puellæ Jeroſolimitanæ, erectóque vultu, ut ſpectentur ambulant, falluntque ſpectantes ornamentis & fuco, ac minutis paſſibus ambulant, quo teneriores videantur, & tinnitum pedibus creant; 17. ideo Do-

de, בְּעִיר *behir* Exod. XXII, 4. hanc ſignificationem ſequuti ſumus, quia combuſtio vineæ eam planè perdit, ſine combuſtotis emolumento, cùm is, qui eam *depaſci* dicitur, vindemiare intelligi poſſit, non ſine lucro.

15. *Faciem pauperum contundatis*] תטחנו *thithbhanou*, commolatis, ut vertit *Hieronymus*, hoc eſt, colaphis & pugnis cædi jubeatis. Minùs commodè LXX. Intt. αἰχύνετε. *Adterere* & *molere* hic ſynonyma ſunt.

16. *Extento gutture*] *Extentæ gutture*; hoc eſt, erecto & aperto vultu, adeóque gutture extento, ut formam ſuam ſuperbè venditent. Quod depravationem morum ſummam ſignificat, præſertim in regionibus, in quibus non ſolebant, niſi velo tectæ, in publicum procedere; qua de re vide ad Gen. XXIV, 65. *Guttur* hic eſt pro *collo*, unde Vulgatus: *extento collo*, & LXX. Intt. ὑψηλῷ τραχήλῳ

Mentiuntur oculis] משקרות עינים *mſchokkeroth henajim*. LXX. Intt. ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, *Hieronymus*: *nutibus oculorum*. Sed nullum eſt in Hebraïco verbo νεύματος veſtigium, ſed tantùm fallendi poteſtas, quæ adlato participio ſubeſt. Itaque ante עינים ſubaudio ל, ut dicantur fallere oculos, fuco & ornatu, quibus formoſiores multò videbantur, quàm erant. Sæpe occurrit Ellipſis particulæ hujus, ut notavit *Chr. Noldius* in Ellipſeos exemplis, ad ſign. XLIV.

Ambulando minutis paſſibus gradiuntur] הלוך וטפוף תלכנה *haloch vetaphoph thelachnah*, eundo & minuto gradu pueros imitando gradiuntur. Nempe, verbum טפף *thaphaph* eſt à טף *taph*, puer, ſignificátque hic, inſtar puerorum, minuto gradu incedere. Vide *Nicol. Fullerum* Miſcell. Lib. VI. c. 15. quod ſenſit etiam *Iſaac. Caſaubonus* ad *Perſium*, confirmatúmque eſt ab ejus filio Diſſert. de Lingua Hebr. p. 66. LXX. Intt. ἐν τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας & Vulgatus: *ibant & plaudebant & ambulabant pedibus ſuis*. Neutrum rectè, nam *eundo ibant* conjunctim legendum, ut progreſſus, inter eumdum, ſignificetur; & טפף non eſt hic *plaudendo* pedibus; quicumque enim ambulant ii ſolum plantâ pedum ſupplodunt, ſed incedendo כטף inſtar pueri minutis paſſibus; quod etiamnum hodie factitant puellæ.

Pedibus ſuis compedes gerunt] ברגליהם תעכסנה *braglehem thebachasnah*, pedibus ſuis compeditæ ſunt. Optimè omnium è Rabbinis hunc locum explicuiſſe videtur *Joan. Buxtorfius* J. F. in Lexico Hebr. & Chald. quod, cùm ſit in omnium manibus, non exſcribam. Ex *Maimonidis* adnotatione ad C. VI. Cod. Thalmudici *Schabbath*. כבלים chebalim, & עכסים *hachaſim* idem erant, nimirum, ἀστραγαλοφύρια quædam, quibus pedes ſupra calcaneum vinciebantur, & quæ inter ſe catenulâ erant conjunctæ, ne nimis grandi paſſu virgines incederent, & divaricatis cruribus virginitati ſuæ nocerent, ut loquitur ille. Vide cetera, apud ipſum *Buxtorfium*.

17. *Ideò tondebit Dominus verticem* &c.] ושפח *veſchipphahh*. Volunt verbum hoc eſſe radicem vocis ספחת *ſaphabbath*, quæ Levit. XIII, 2. impetiginem quamdam ſignificat; quod verúmne ſit, necne, mihi non conſtat. LXX. Intt. ταπεινώσει ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιών. Ex conjectura, ut puto. *Hieronymus*: *decalvabit Dominus verticem*. Rectiùs, ut videtur, ſi modò *excalvare* ſit idem ac *tondere*; neque enim de calvitie ſermo eſt, quæ eſt morbi genus, ſed de probroſa quadam tonſura; qualis eſt tonſura mulierum, quas comam alere ita erat receptum, ut Paulus 1. Cor. XI, 12, 13. ſtatuat *naturam docere*, virum adtonſum eſſe oportere, mulierem comatam.

Comâ eas nudabit] פתהן יערה *phothen jehareh*, comam earum nudabit. LXX. Intt. ἀνακαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν. *Hieronymus*: *crinem earum nudabit*, ita ut alterum membrum commatis, idem aliis verbis habeat, quod prius, pro conſuetudine Hebræorum. At cùm LXX. Intt. ſic verterint, ut diximus, in Codd. Romano, Aldino & Alexandrino, in Complutenſi Editione eſt αἰχύνομα, credo ex conjectura Editorum, qui multa ex ingenio mutarunt, ut Græca Hebraicis conſentanea eſſent. Atqui cùm vox ſit in hoc tantùm loco, nec ejus poteſtas è vicinis Linguis illuſtrari queat, ex hoc loco credibilius ſit *comam* ſignificari. Vereor ut Complutenſes, quos recentiores multi Interpretes ſequuti ſunt, ex Latina voce obſcœna ſignificationem vocis temerè extuderint.

18. *Compedum*] עכסים *hachaſim*, de qua voce diximus ad verſ. 16.

Reticulorum] השביסים *haſſchebiſim*. LXX. Intt. τὰ ἐμπλόκια aut κορύμβους, habent enim duo vocabula pro uno. Omiſit Latinus. *Aquila* τελαμῶνας. Quodnam ſit verum interpretamentum nemo dixerit. Sequuti ſumus aliquot Recentiores.

Lunularum] השהרנים *ſchahorenim*. LXX. Intt. μηνίσκους, Vulgatus *lunulas*, *Symmachus*, μηνίσκους.

19. *Mo-*

19. monilium, armillarum, & velorum; 20. tiararum, periſcelidum, vittarum, domuum animi, & inaurium; 21. annulorum & fibularum naſi; 22. mutatoriarum veſtium, integumentorum, peplorum & crumenarum; 23. ſpeculorum, ſindonum, cidarum & velorum. 24. Erit pro aromate ſquallor, pro cingulo funis, pro opere calamiſtri calvitium,

Dominus ſcabiem earum capiti immittet, eóque rem adducet ut ne pudenda quidem ſatis occultent. 18. Eo tempore Dominus eis amovebit ornamenta omnia pedum, quibus ſuperbiunt, & quæcumque ad alendam earum ſuperbiam, & laſciviam faciunt. *Quæ expreſſimus, ut potuimus in verſione, ſed in hac Paraphraſi, Latiniùs & clariùs exprimere non poteramus. Quare ad Caput ſequens tranſimus.*

PARA-

19. *Monilium*] הנטפות *hannetiphoth*. LXX. Intt. τὸ κάθεμα, & *Theodotion* καθέματα, *Aquila* κροκοφάντιας, *Symmachus* χαλαστά, Vulgatus, *torques*.

Armillarum] השרות *haſſcheroth*. LXX. τὸν κόσμον τοῦ προσώπου αὐτῶν, quæ nihil ad rem. *Hieronymus: torques*. Alii è Græco σειρὰ *catenas* interpretantur, quod ferri poſſet, ſi conſtaret, eo tempore, ornamenta è Græcia in Judæam adlata.

Velorum] הרעלות *harebaloth*. LXX. τὴν σύνθεσιν τοῦ κόσμου τῆς δόξης, quæ ſunt nimis generalia. *Hieronymus*, vertit *armillas*. רעל Chaldaicè eſt *tremuit*, unde colligunt pepla fuiſſe, quæ vento agitarentur. Sed omnia fermè hic incerta.

20. *Tiararum*] הפארים *happheerim*. Quî hanc vocem verterint LXX. Intt. non ſatis liquet, cùm obſcurum ſit quibus verbis reſpondeant ea quæ habent. Fortè κόσμου τῆς δόξης huc pertinet. *Hieronymus: mitras*. Ornamentum eſſe capitis adparet ex Ezek. XXIV, 17, 23. XLIV, 18. Adde & Exod. XXVIII, 40. XXXIX, 28.

Periſcelidum] הצעדות *tſebadoth*. Armilla brachiis imponenda, vocatur אצעדה *etſadah* 2. Sam. I, 18. Sed poſſunt etiam eſſe catenulæ, aut vittæ, quibus ornabantur crura, quia צעד eſt gradi. LXX. Intt. τοὺς χλιδῶνας verterunt, quæ ſunt *armillæ*. *Theodotion* βραχιάλια, & Vulg. *periſcelidas*.

Vittarum] הקשרים *bakkiſchurim*. Eſt à קשר *kaſchar*, ligavit. Quare potuit verti *vittæ*, aut *redimicula*. Plures ſunt voces, in Græca & Latina verſionibus. LXX. Intt. & *Hieronymi*, quàm in Hebraïcis, quæ inter ſe vix comparari queant. Fortè *murenulas* vertit *Hieronymus*.

Domuum animi] בתי נפש *bathe nepheſch*, Hieronymus, *olfactoriola*. Ornamentum ignotum, de quo ex nomine vix ulla duci queat conjectura; cùm nominum ornamentorum hodiernorum ratio nobis ſæpe lateat.

Inaurium] הלחשים *hallebhaſchim*, LXX. ἐνώτια, Vulg. *inaures*. לחש eſt *muſſitavit*, ſed nihil inde colligere licet.

21. *Fibularum naſi*] נזמי האף *nizme haaph*. Abeunt hìc prorſus ab Hebraïcis LXX. Intt. nec cum iis conferri poſſunt. *Hieronymus: gemmas in fronte pendentes*. De hoc ornamento jam egimus ad Geneſ. XXIV, 47.

22. *Mutatoriarum veſtium*] המחלצות *hammahhalatſoth*. Hieronymus: *mutatoria*. Verbum חלץ *hhalats* eſt *exuere* veſtem, unde colligere quis poſſit veſtes eſſe ſplendidiores, quæ ab ingreſſis domum exuebantur. Alioqui חליפות *hhaliphoth* dicuntur etiam veſtes mutatoriæ, Gen. XLV, 22. & alibi.

Integumentorum] המעטפות *hammahataphoth*. Vulgatus, *palliola*. *Symmachus* ἀναβόλαια, עטף eſt *involvere*. Fortè fuit veſtis ſuperior, aut peplum, quo ceteræ veſtes involvebantur.

Peplorum] המטפחות *hammitphahhoth*. Hieronymus: *linteamina*. Sunt qui *chirothecas* velint, quia טפח *thiphahh* palmum ſignificat.

Crumenarum] החריטים *hahharithim*. Vulgatus, *acus*, nempe, crinales. Alii *crumenas* ex 2. Reg. V, 23. Vide pluribus de hac voce agentem *Nic. Fullerum* Miſcell. Lib. V. c. 10.

23. *Speculorum*] הגליונים *boggiljonim*. Hieronymus: *ſpecula*, quod Chaldæus & alii ſequuti ſunt. Vide eumdem *Fullerum*, ejuſdem Libri c. XIX.

Sindonum] הסדינים *haſſedinim*, unde Græca vox fieri potuit, quam habet hìc *Hieronymus*.

Cidarum] והצניפות *hattſeniphoth*. Hieronymus: *vittas*. Sed צניף *tſaniph* & מצנפת *mitſnepheth* tiaram, vel cidarim ſignificant.

Velorum] הרדידים *rdidim*. Hieronymus habet θέριστρον, *quæ nos*, inquit, ad hunc locum, *pallia poſſumus adpellare; quo obvoluta eſt & Rebecca, & hodie quoque Arabiæ & Meſopotamiæ operiuntur feminæ. Quæ Hebraïcè dicuntur* ARDIDIM, Græcè θέριστρον, *ab eo quòd* θέρει, *id eſt, æſtate & caumate corpora protegant feminarum*. Vide ad Gen. XXIV, 65.

24. *Squallor*] מק *mack*. LXX. Intt. ἀντὶ ὀσμῆς ἡδείας κονιορτός. Sed hæc non opponuntur. Meliùs *Hieronymus: pro ſuavi odore* (qui ſignificatur voce בשם boſchem, *aroma*) *fœtor*. Eſt à מקק quod in Niphal eſt *putere*. Vide & infrà C. V, 24. Intelligitur ſquallor, qui non erat ſine fœtore, in hominibus ſordidis, aut lugentibus; qui ſe non abluebant, neque unguentis ungebant, diutiúſque eadem veſte utebantur. Quales futuræ erant Jeroſolimitides in captivitatem mox abducendæ, ad ea enim tempora reſpici crediderim.

Funis] נקפה *nikpha*. Habent LXX. σχοινίον, Latinus *funiculum*. Poſſis & vertere *tæniam* panni lacerati, nam נקף eſt deſtringere. Vittas gerebant, cingulorum loco, arte confectorum & contextorum, dum urbs ſtetit; ſed eâ everſâ, pro cingulo ejuſmodi faſciâ panni lacerati cinctæ ſunt.

Pro opere calamiſtri] ותחת מעשה מקשה *vethahhath mahaſcheh mikſcheh*. LXX. ἀντὶ κόσμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσίου. Latinus: *pro criſpante crine*. Satis liquet ſignificari diſpoſitionem artificioſam comæ, ornatûs cauſâ; ſed cur ea diſpoſitio dica-

vitium, pro faſcia pectoris cingulum ſacci; aduſta *facies*, pro pulcritudine. 25. Viri tui, *ô puella Sionis*, gladio cadent, & robur tuum in pretio. 26. Mœrebunt & lugebunt portæ ejus, & quæ munda erat in terra jacebit.

Liberatio pauculorum piorum à Propheta prædicitur.

CAPUT IV. 1. DIE illo adprehendent virum unum ſeptem mulieres, & dicent: pane noſtro veſcemur, & veſtibus noſtris veſtiemur; de nomine tuo dumtaxat vocemur &

PARAPHRASIS.

1. ERIT tum tanta virorum penuria, ut ſeptem mulieres virum unum adprehenſuræ ſint, atque eum ſic compellaturæ: veſcemur cibo, quem nobis comparaturæ ſumus, induemur veſtibus, quas texuerimus; ſi modò tuæ uxores vocemur, atque opprobrio viduitatis noſtræ

dicatur *opus* ‏מקשה‎ *mikſcheh* nemo hodie dixerit. Quia verò *calamiſtrum* inſtrumentum erat, quo criſpabatur coma, interpretes hac voce uti ſunt, non incommodè; quamvis quid adfine ſit huic ſignificationi cum radice ‏קשה‎ *durus fuit* ignorarent.

Calvitium] Propriè tonſura adſtrictior, ad aurem usque, quo nihil turpius mulieri eſſe potuit.

Pro faſcia pectoris] ‏תחת פתיגיל‎ *thahhath phthigil*. Interpretantur ex *Aquila*, ‏פתיל גיל‎ *phthil gil*, filum gaudii; cui Etymologiæ non facilè credent, qui norunt eſſe voces quadrilitteras, quarum ratio nulla reddi poteſt. LXX. Intt. χιτῶνα μεσοπόρφυρον, hoc eſt, *clavatam purpuram*, ut ait *Hieronymus*, quæ videtur eſſe conjectura eorum Intt. qui quod non intelligunt conjiciendo vertunt. *Symmachus faſciam pectoralem*, quem ſequutus & Latinus. Eleganter ejusmodi faſciæ opponitur *cingulum ſacci*, hoc eſt, ex lacerato ſacco cilicino confectum, aut quod *ſacco* imponebatur. Sic Apuleiana Fotis deſcribitur Lib. II. *lineâ tunicâ mundulè amicta & ruſſeâ faſciolâ prænitente, altiuſculè ſub ipſas papillas ſuccinctulu.*

Cingulum ſacci] ‏מחגרת שק‎ *mehhagoreth ſak*; hoc eſt, pro elegantiore faſcia, quâ cinctæ eſſe ſolebant, cingentur faſcia è cilicio, è quo ſacci, confecta, vel etiam è corio. Vide quæ adnotavit *Hammondus* noſter ad Matth. III, 4. *Hieronymus* hîc cilicium.

Aduſta facies] ‏כי‎ *chi*, aduſtio, à radice ‏כוה‎ *uſſit*, quæ exſtat tantùm in Niphal. Fit autem ‏כי‎ *chi* à ‏כוה‎ *chavah* ut ‏רי‎ *ri* humor, à ‏רוה‎ *ravah*, humore abundare, & ſimilia. Hæc & ſequentis commatis initium ſic interpolarunt LXX. Intt. καὶ ὁ υἱός σου ὁ κάλλιστος, ὃν ἀγαπᾷς, μαχαίρᾳ πεσοῦνται, cùm habeant Hebraïca, ut vertimus. Cùm ſententiam invenire non poſſent, eò quòd ignota iis eſſet ‏כי‎ pro *aduſtione* ſumti poteſtas, finxerunt ſententiam pro arbitrio, quòd verba eſſe corrupta perperam puterent. *Aquila*, iis longè adcuratior, in eumdem ſcopulum impegit circa voculam ‏כי‎ *chi*, ſed nihil in ceteris mutavit, cùm haberet: ὅτι ἀντὶ κάλλους σου οἱ ἄνδρες σου μαχαίρᾳ πεσοῦνται. Vulgatus verò: *pulcherrimi quoque viri tui, gladio cadent*, omiſſis ‏כי תחת‎.

Eas voces *Gaſp. Sanctius*, vult *non eſſe de textu, ſed aliorum incuriâ, aut plus ſatis curioſâ diligentiâ, inſerta.* Sed planè errat, nec umquam talia ſcripſiſſet, niſi verſioni Vulgatæ ſacramentum dixiſſet; nec ita ſe intricaſſet, ut prope neſcias quid ſibi voluerit. Sic enim paullò poſt loquitur: *In Codice Hieronymi ſine dubio non fuit illud* ‏תחת‎, *quod pro* ‏כי‎ *videtur in ſuis codicibus habuiſſe. Illud verò* ‏כי‎ *aut conjunctionem fecit, aut non habuit. Incepit autem periodum ſequentem à* ‏יפי‎ *jophi & ideò dixit: pulcherrimi quoque viri tui.* Quæ quid ſibi velint, non video. Utramque vocem legit *Hieronymus*, quia eam legerat *Aquila*, eo antiquior; ſed vertendo omiſit quod non intelligebat, quod ſæpe etiam faciunt LXX. Intt.

25. *Robur tuum*] Hoc eſt, fortiſſimi quique viri è Tribubus Judæ & Benjaminis. Pertinent hæc ad tempora Sedekiæ.

26. *Portæ ejus*] Ambiguum eſt loquendi genus, quo poſſunt & portæ Jeroſolimæ intelligi, & urbes vicinæ.

Quæ munda erat] Mulieres, mundiùs antea veſtiri ſolitæ, in pulvere, præ luctu, volutabuntur, neque munditiem veſtium ampliùs curabunt.

COMMENTARIUS
In CAPUT IV.

1. A*Dprehendent virum unum* &c.] Hæc eſt deſcriptio paucitatis virorum, quorum maxima pars bellis, quæ à temporibus Eſaiæ, ad captivitatem Babylonicam, gerenda erant. peritura fuit.

Pane noſtro veſcemur &c.] Profitebantur ſe ſibi de neceſſariis proſpecturas, ne vir unus, territus ſumtibus, in tot uxores faciendis, eas ducere domum nollet. Nam quamvis Reges & Proceres ditiores multas haberent uxores; attamen privati & pauperiores, ea in re, libidini indulgere vix poterant. Quod etiamnum hodie, apud Mohammedanos, quibus Polygamia licita eſt, fieri ſæpiùs audivimus ab iis qui Orientem adiere.

De nomine tuo &c.] Dicamur tantùm uxores tuæ, ne virginitatis ferendum nobis ſit oppro-

& opprobrium noſtrum tollas. 2. Erit tamen, tempore illo, ſurculus Jehovæ deco-
ri & gloriæ, & fructus terræ ſublimitati & ornamento iis, qui evaſerint in Iſraële. 3.
Erit qui relictus fuerit in Sione, & ſuperſtes Jeroſolimæ; ſanctus vocabitur quisquis
ſcriptus erit inter vivos Jeroſolimæ. 4. Poſtquàm abluerit ſordes puellarum Sionis &
ſanguinem Jeroſolimæ è media urbe amoverit, ſpiritu judicii & ſpiritu ardoris; 5. crea-
bit Jehova, ſupra omnem habitationem montis Sionis, ſupráque ejus conventus, inter-
diu quidem nubem & fumum, noctu verò ſplendorem ignis & flammam, nam ſupra
omnes

træ ſubvenias. 2. Eo tempore erit germen Creatoris decon atque gloriæ, & fructus terræ creabit honorem, & decus, ſuppeditabitque iis qui evoſerint è ſtirpe Iſraelis. 3. Qui ſoperfuent ex Iſraele in Sione & qui reliquus Jeroſolimæ, ſancta *proles* vocabitur, & quisquis ſupererit in ea urbe, atqoe inter vivos in Cenſualibus libris ſcribetur; 4. poſtquàm Deus ſordes filiarum Iſraëliditum abluerit & cædes in ea urbe Jeroſolimitanorum nullæ poſtea fient; immiſſo in eos ſpiritu juſtitiæ & ſpiritu zeli, quo ſtimulabuntur. 5. Tum demum Deus in monte Sione gloriam ſuam patefaciet, ut olim in ſolitudinibus Arabiæ. Conventus ſacri interdiu nube obſcurâ tegentur, fumo verò

opprobrium, quaſi ab omnibus ſpretæ viros invenire non potuiſſemus.

2. *Surculus Jehovæ*] צמח יהוה *tſemahh Jehovah.* Metaphora ducta ex arbore exciſa, quæ ſurculo repullulat, & plures poſtea arbores ex ſe ſe gignit. Sic cùm pauculi rediiſſent è Babylonica captivitate Judæi, & pauciores manſiſſent in Judæa à Chaldæis devaſtata, in ingentem populum tandem excrevere.

Decori & gloriæ] Erit cur reduces è Babylonia, aliundéque è vicinia Judæi, ſibi numero ſuo decus & gloriam partum iri ſperent; ſed quod poſteri magis ac magis ſentient.

Sublimitati &c.] Etiam copiâ terræ proventuum ſe ſe extollent, & apud vicinos in pretio habebuntur.

Sanctus vocabitur] Erit è proſapia Jacobi, Deo conſecrata, non è colluvie vicinarum gentium, Jeroſolimam conventurarum, & agros vicinos occupaturarum, ſi nimis pauci eſſent illic Judæi; quippe qui nomen ſuum, ob paucitatem, vix tueri poſſent.

Quisquis ſcriptus erit inter vivos] Vel, *adſcriptus erit vivis.* Hoc eſt, omnes familiæ, quæ etiamnum aliquâ ſui parte ſuperſtites, in Libris cenſualibus, ut more Romano loquar, ſcribentur. Vide ad Exodum XXXII, 32. & quæ illic dicta ſunt. לחיים *lebhajim* vertimus *inter vivos*, ex formula in recenſione populi non ignota, ubi ל *inter* ſignificat. Vide Num. III, 40. & alia exempla à *Noldio* ad ſignificat. particulæ XIX. adlata. LXX. tamen Intt. *εἰς ζωὴν*, & Vulgatus *in vita.* Sed cùm חיים hhajim tam *vivos*, quàm *vitam* ſignificet; prius prætulimus, quia de hominum cenſu agitur.

4. *Sordes filiarum* &c.] צאת בנות ציון *tſoath bnoth tſijon;* צאה *tſoah*, quidquid exit, propriè eſt excrementum. Vide infra XXVIII, 8. Prov. XXX, 12. Intelliguntur verò hìc vitia & ſcelera Judæorum, quæ Deus abluit, cùm, ſuppliciis de iis ſumtis, quando in captivitatem abducti ſunt, impediit ne ſimilia in poſterum admitterentur.

Sanguinem] *Sanguines;* hoc eſt, cædes commiſſas Jeroſolimæ; quas Deus amovit ejus exſcidio.

Spiritu judicii] Hoc eſt, juſtitiæ ſuæ gravibus effectibus, ſeu pœnis; nam *ſpiritus juſtitiæ* eſt ipſa juſtitia, ut *ſpiritus ſapientiæ* ſapientia, *ſpiritus zelotypiæ* zelotypia, & ſimilia.

Spiritu ardoris] ברוח בער *brouahh baher*, hoc eſt, iræ, quæ in Deo eadem eſt ac juſtitia; Deus enim non iraſcitur, ſi propriè loquamur, ſed judicem agit, hoc eſt, reos contumaces plectit. Vide librum *Lactantii*, de Ira Dei.

5. *Creabit*] Hoc eſt, faciet ut ſint quæ mox ſequuntur, ſed metaphorico ſenſu.

Supra omnem habitationem] על כל מכון *hal chol mchon*; hoc eſt, locum habitationis. Vide Exod. XV, 17. & 1. Reg. VIII, 13. Vix opus eſt dictu, vocibus *montis Sionis*, totam Jeroſolimam intelligi.

Supráque ejus conventus] מקראיה *mikraeha*, convocationes ejus, vel conventus. Intelligi poſſent Synagogæ, ſi conſtaret fuiſſe ejusmodi loca Jeroſolimæ, tempore Eſaiæ; ſed nihil vetat eo nomine ſignari conventus poſt reditum è Captivitate, intra urbem Jeroſolimam, inſtituendos; qui Synagogæ poſtea dicti ſunt, ab Helleniſtis; quod nomen & locis ipſis tributum, ut *Proſeuchæ* vocata ſunt loca, ubi orationes ad Deum fundebant. Non vaticinatur enim Eſaïas de re, quæ ſuo tempore futura eſſet, ſed diu poſt ætatem ſuam. Mirum eſt LXX. Intt. vertiſſe hìc *πάντα τὰ περικύκλῳ*, pro על מקראיה *ſupra conventus ejus*, & Hieronymum: *& ubi invocatus eſt.*

Interdiu quidem nubem &c.] Significat Propheta ſingularem prorſus curam Jeroſolimæ recidivæ, nempe; quam Deus geſturus erat, ut eam contra molitiones vicinorum tutaretur; cujus promiſſionis implementum cernere eſt, apud Nehemiam, pleniúsque intelligeremus, ex ſequentium temporum hiſtoria, ſi quæ ſatis adcurata ad nos perveniſſet. Imagine autem notiſſima utitur, ex Hiſtoria Moſaica, Num. IX, 15. & ſeqq.

Nam ſupra omnes &c.] כי על כל כבוד חפה *chi hal chol chabod bhuppbah.* *Gloria* vocatur hìc nubes & ignis, quæ erant, in caſtris Iſraëlis, ſymbola præſentiæ divinæ. In Templo, ubi igni locus non fuit, ſola nubes *gloria Jehovæ* dicitur, ut 1. Reg. VIII, 10. Dicitur autem hìc חפה *operimentum*, vel *integumentum*, quia erat ſymbolum divinæ protectionis, quam hìc toti Jeroſolimæ pollicetur Propheta; nam verbum חפף *hhaphaph* eſt *protegere* Deut. XXXIII, 12. & frequens occurrit in Lingua Chaldaïca. LXX. Intt. *πάσῃ τῇ δόξῃ σκεπασθήσεται*, ſed non dixit

omnes gloria Dei *erit*, operimentum. 6. Tabernaculum erit in umbram interdiu, quæ ab ardore *defendat*, inque perfugium & latebram ab inundatione & pluvia.

Canticum de vinea Dei, hoc eſt, Iſraële, ejúſque prolixior explicatio.

CAPUT V.

1. CANTABO nunc de eo quem amo, canticum amici mei, de ejus vinea. VINEA fuit ei quem amo, in colle pingui. 2. Sepivit eam, lapidibus purgavit, plantavit in ea generoſum palmitem, ædificavit turrim in medio, & torcular etiam

verò & luce noctu involventur, ut Tabernaculum in deſertis, iiſdem locis. 6. Tabernaculum in monte Sione interdiu umbram præbebit ad æſtum vitandum, ſimulque locum, ubi non erit cur ſibi timeant qui eò confugient ab imbribus, immodicisque omnibus pluviis; hoc eſt, in omnibus calamitatibus erit quaſi Aſylum.

PARAPHRASIS.

1. CANERE nunc liceat carmen, quod ad Deum, quem ſummo amore proſequor, pertinet: Vinea fuit ei, quem amo, in colle, qui cultu ejus pinguis factus erat. 2. Eam ſepe, ne expoſita eſſet feris, cinxerat, lapidibus purgaverat, in ea optimum genus vitis plantarat, ædificarat in ea tur-

dixit Propheta בכל כבוד *bechol chabod*, ſed על כל *hal chol*, unde facile eſt intellectu voculam כל non referri ad *gloriam*, quæ non protegitur, ſed ipſa protegit eos quibus imminet. Non meliùs *Hieronymus* habet. *Super omnem gloriam protectio*, ob rationes adlatas.

6. *In umbram interdiu*] Quæ ab ardore ſolis defendat, quando ſol lucet; ſin verò pluvium ſit cœlum, pluviam arceat. Sententia eſt Templum Dei, aut Deum in eo præſentem, quomodocumque res humanæ habeant, futurum Judæis perfugium, temporibus difficilioribus.

COMMENTARIUS
In CAPUT. V.

1. DE *eo quem amo*] לידידי *lididi*, quod verti etiam queat *ei quem amo*; nam Canticum hoc parabolicum erat quidem de eo quem amabat Propheta; hoc eſt, de Iſraële, ſed ei etiam à Propheta occentatum eſt. ל utrumque, ut notum eſt, ſignificat, etiam in hoc ipſo commate.

Amici mei] דודי *dodi*. דוד *dod* & *amatum* & *patruum* ſonat. Ideóque LXX. Intt. & *Symmachus* τοῦ ἀγαπητοῦ, *Aquila* verò τοῦ πατραδέλφου, & Vulg. *patrui*. Sed prius ſatius eſt, nihil enim eſt quod agat hìc *patruus*, ſed *adamatus* Eſaiæ, nempe, Deus; eſt auctor Cantici, & vineæ, ſeu Iſraëlis, dominus.

De ejus vinea] Vide Pſ. LXXX, 9. Ezek. XVII, 6. & ſeqq. Hoſ. X, 1.

In colle pingui] קרן בן שמן *keren ben ſchemen*, cornu filio olei, vel pinguedinis. Quamvis vox קרן *keren*, alibi non legatur, hoc ſenſu, nemo dubitet quin collis ſignificetur. Quare mirum LXX. Intt. vertiſſe ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι, & Vulgatum: *in cornu filio olei*. *Filius olei*, pro pingui, eſt quidem Hebraïſmus notus, ſed quod imitari aliæ Linguæ non ſolent. Attamen tres alii Græci Intt. A. S. & Th. verterant ἐν κέρατι, ſed *Symmachus* ſequentia verba ἐν μέσῳ ἐλαιῶν, quaſi legiſſet בין *ben* inter, pro בן *ben* filius, & quaſi שמן *ſchemen* oleas ſignificaret. Ceteroqui *collem olei filium* vocare collem, cujus ſolum pingue eſt putem, quòd *cornu olei* dicatur propriè vas ſimile cornu, in quo oleum ſervatur, 1. Sam. XVI, 13. 1. Reg. I, 30. Durum videtur auribus noſtris dici collem vite conſitum, *cornu olei* vocari, propter fœcunditatem. Sed talia Orientalium linguarum conſuetudo non refugit.

2. *Sepivit eam*] ויעזקהו *vajehazzekehou*. LXX. Intt. φραγμὸν περιέθηκα, & Vulg. *ſepivit eam*. Alii *fodit eam*, ex Arabiſmo. Hoc ſolo loco cùm vox legatur, cúmque uterque ſenſus rei non malè conveniat, alterutrum eligas licet.

Lapidibus purgavit] ויסקלהו *vajeſakkelehou*, quæ vox alibi ſignificat *lapidibus obruere*, unde LXX. ἐχαράκωσα *vallo*, nempe, lapideo *inſtruxi*. Latinus verò *lapides ex ea elegit*, hoc eſt, ſeparavit, amovit, quod aptius.

Generoſum palmitem] שרק *ſchorek*, pro בשרק *bſchorek*. Vocem ipſam retinuerunt LXX. Intt. *Aquila* & *Theodotion*, at *Symmachus* ἐκλεκτήν & Vulg. *electam*. *Hieronymus* ad hunc locum: *Solus Symmachus* electam *interpretatus eſt, non verbum è verbo, ut mihi videtur, exprimens, ſed ſenſum, qui tenetur in verbo. Aiunt enim Hebræi* Sorek *genus eſſe vitis optimæ, quod uberes fructus faciat atque perpetuos. Denique* Sorek *à quibuſdam* καλλίκαρπον *interpretatur*. Vide & notata ad Gen. XLIX, 11.

Turrem in medio] Hoc eſt, *villam*, ſeu domum ruſticam, in quam vinum reconderetur, cum inſtrumentis cultui vineæ neceſſariis.

In ea excidit] חצב בו *hhatſab bo*; nempe, in rupe, quæ in collibus Judææ frequentes; aut, ſi libeat, in argilloſo ſolo. Solent enim in calidioribus oris torcularia eſſe in ſubterraneis locis, ne vinum torculari expreſſum, aut in cupis

etiam in ea excidit. Tum exſpectavit vineam edituram uvas *generoſas*, ſed labruſcas edidit. 3. Nunc verò, incola Jeroſolimæ, túque vir *è tribu* Judæ, judicium ferte, quæſo, inter me & vineam meam. 4. Quid præterea faciendum erat vineæ meæ, quod non fecerim in ea? Cur ergo, cùm exſpectarem ab ea editum iri uvas *generoſas*, labruſcas emiſit? 5. Nunc autem vos docebo quid ſim mox facturus vineæ meæ. Amotâ ejus ſepe, erit *aperta* ut depaſcatur: perfractâ ejus macceriâ, *patebit* conculcationi. 6. Tum eam vaſtabo, non putabitur, non ſarrietur, exorietur in ea vepris ac ſentis, vetabóque nubes ne in eam pluviam demittant.

7. Do-

turrem, in qua habitare poſſet; torcular in cella vinaria fieri curarat. Sed cùm exſpectaſſet uvas optimas, tempore vindemiæ, nihil niſi labruſcas protulit. 3. Tu verò Jeroſolimæ incola, túque quisquis in agris Tribûs Judæ habitas, judices futuri inter me & vitem meam ſedete. 4. Quid præterea erat faciendum vineæ meæ, quod non fecerim? Cur verò, cùm exſpectarem eam producturam bonas uvas, protulit tantum labruſcas. 5. Nunc vos docebo, quomodo me geram erga vineam meam. Amovebo ejus ſepem, ut poſſit comburi, fractâ ejus macceriâ, poteritque à quovis conculcari. 6. Eam in vaſtitatem convertam, nec ampliùs putabitur, nec ſarrietur, ſentes ejus ſolum occu-

eupis ſervatum antequàm torqueatur, aceſcat.

Labruſcas] באשים *beuſchim*. LXX. & Theod. ἀκάνθας, fruſtra; neque enim è vite naſcuntur ſpinæ, *Aquila* meliùs σαπρίας, ſi modò emendes ἀγρίας, ſubaudiásque σταφυλὰς, *uvas*. Nam labruſca non fert σαπρίας; hoc eſt, putredines; niſi fortè *Aquila* verterit Etymologiam vocis, ut ſolet, nam באש *baaſch* ſignificat *fœtuit*. *Symmachus* habebat ἀτελῆ, & ſic quidem vocantur racemi non maturi, ut ait *Pollux* Onom. Lib. I. §. 243.

3. *Judicium ferte*] Deus reos ipſos, ut ſententiam ferant, compellat; quia, ſine manifeſta inſania, non poterant ipſi non damnare ſe, cùm tot beneficiis à Deo adfecti ingrati adversùs eum fuiſſent. Tam manifeſta ſunt dicinæ Beneficentiæ & Juſtitiæ, in regimine humani generis, & præſertim ejus partis hominum, quam lumine revelationis dignatus eſt; ut nemo non eorum agnoſcat, niſi furioſus ſit, Deum erga ſe bonum & juſtum fuiſſe, ſe verò improbum atque iniquum erga Deum. Deus *vineam ſuam*; hoc eſt, eam humani generis partem, quam ſingulari ratione excolendam ſuſceperat; vineam, inquam, ſuam Iſraëliticam, è generoſa prole Patriarcharum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, qui conſtanter eum ſolum coluerant, elegerat. Eam in fertiliſſimis Chananææ agris, lacte & melle fluentibus, collocarat. Protectione ſuâ eam ſepiverat, contra vicinorum populorum molimina, dum vinea fructus beneficiis divinis conſentaneos ediderat, ut nocere ei non poſſent. *Lapidibus* eam *purgaverat*, cùm omnia amoverat offendicula, quibus ad leges ſuas perfringendas adduci potuiſſent; ut eùm omnem idololatriam vetuerat, arctiore amicitiâ, & connubiis eum idololatris interdixerat; omniáque patefecerat divina ſua præcepta, ne errore laberentur. Fructum ejus collegerat atque adſervarat, quando pietatis Iſraëlitarum rationem habuerat, acceptam ſibi eſſe teſtatus, per Prophetas. Hæc cùm feciſſet & jure ſuo exſpectare poſſet gratum erga ſe Iſraëlitarum animum, quem conſtantiore legum ſuarum obſervatione teſtatum ab iis fieri par erat; eos ingratiſſimos, legum quippe negligentiſſimos, expertus fuerat. Cùm nihil horum negari poſſet, nihil supererat, niſi ut Judæi ſemet ipſi ore ſuo damnarent.

4. *Quid præterea faciendum erat* &c.] Eorum animos innumeris beneficiis ſibi conciliandos ſuſceperat; legibus eos ſuis illuſtrarat; ſubinde monitis Prophetarum caſtigarat & ad officium revocarat; immiſerat etiam, prout res poſtulabat, pœnas, ut contumaces animos frangeret; ita tamen ut ad officium redeuntes numquam non in gratiam reciperet, ne deſperatione ab ejus cultu alienarentur, atque ad alienos Deos deficerent. His factis, jure quærebat: *quid præterea faciendum eſſet vineæ ſuæ, quod non feciſſet*? Per eum non ſteterat quominùs Judæi religioſi & omni virtutum genere cumulati eſſent. Nulla erat culpa, niſi penès ipſos Iſraëlitas; quod ſummâ pietate atque humilitate agnovit Daniel Propheta, in eximiis illis precibus, quæ exſtant Prophetiarum ejus Cap. IX. Optimè in hunc locum *Chryſoſtomus*: πολὺ τῶν δικαιωμάτων ἡ περιουσία, ὅταν αὐτοὺς τοὺς ὑπευθύνους δικάστας καθίζῃ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένοις καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων: *ſummopere abundat Deus juſtè factis, quandoquidem conſtituit obnoxios judices eorum, quæ ab eo facta ſunt & eorum quæ ipſi fecerunt*. Sed ſi iis temporibus, apud Hebræos, ea obtinuiſſet opinio, quâ ſtatuitur cauſa propemodum unica reditûs hominis ad ſanam mentem adflatus quidam ineluctabilis efficaciæ; quo, ſi adſit, ſemper homo emendatur; ſi abſit, numquam; reſpondere potuiſſent pervicaces Iſraëlitæ Prophetæ, Deum omnia feciſſe vineæ ſuæ, ut bonos ederet fructus, præter unum illud, ſine quo edi non poſſunt. Sed ante Afrorum controverſias nemo ita ſenſerat.

Cur ergo, cùm exſpectarem &c.] *Cur exſpectavi facturam uvas, & fecit labruſcas.*

5. *Quid ſim mox facturus*] אשר אני עשה *aſcher ani boſcheh*, quæ ego faciens, ut ſignificetur paullò pòſt futurum; hoc eſt, tempore Nebucadnetſaris, quod Prophetæ non usque adeò remotum viſum.

Amotâ ejus ſepe] *Amovere ejus ſepem & erit ad depaſcendum* &c.

6. *Tum eam vaſtabo*] *Et ponam eam vaſtitatem.*

Non ſarrietur] לא יעדר *lo jebader*. Quod poſſit *fodietur* etiam verti, cum LXX. Intt. & Vulgato.

Vetabóque nubes &c.] Cùm ad neglectum

vineæ

7. Domus Iſraëlis eſt vinea Jehovæ *Dei* exercituum, & viri *è Tribu* Judæ ſunt plantarium, quod in deliciis habebat. Exſpectavit ab iis jus, en verò iniquitatem; juſtitiam, en verò clamorem. 8. Væ jungentibus domum domui, & agrum agro continuantibus, donec locus deſit, & ſinantur ſoli habitare in terra. 9. Me audiente, *dixit* Jehova Deus exercituum, *ne vivam* niſi domus multæ ad vaſtitatem redigantur, & quidem magnæ ac pulcræ, ita ut nemo in iis habitet. 10. Vineæ decem jugera reddent bathum unum, & Chomerum ſementis Epham.

11. Væ iis, qui mane ſurgunt, ut ſectentur ſiceram, & qui ad crepuſculum usque moran-

occupabunt, in ea erunt vepres & ſentes. Tum etiam vetabo nubes pluviam in eam fundere. 7. Erat verò vinea Creatoris exercituum Dei familia Jacobi, & Judæ ſoboles, quæ erat ei in deliciis; à qua exſpectabat æqua judicia, cùm innocentes injuria adfecerit, & æqua judicia, cùm clamores ejus injuriæ excitarent.

8. Væ autem vobis, qui domum domui addidiſtis, & agrum agro adjunxiſtis, donec deeſſet ſolum, quod invaderetis, & ſoli terram Judæam occuparetis. 9. Me audiente, dixit Creator Deus exercituum: ne vivam, niſi permultæ domus in vaſtitatem convertantur, magnaque & egregia ædificia incolis deſtituantur; 10. nam decem jugera vitibus conſita, bathum unum vini proferent, & Chomeri ſementis Epham unam.

11. Væ illis, qui mane ſurgunt, ut ſe inebrient, atque ad veſperam usque bibunt, donec ebrii ſint; 12. qui-

vineæ accedit magna ſiccitas, nullum prorſus fructum edit.

7. *Domus Iſraëlis*] כי כרם יהוה *chi cherem Jehova*, ubi abundat כי, ut paſſim.

Quod in deliciis habebat] *Deliciarum ejus.*

Jus, en verò iniquitatem] למשפט והנה משפח *lammiſchphat, vehinne miſchphahh.* Eſt Paronomaſia, quâ delectatos Hebræos, multis oſtendet *Mer. Caſaubonus* Diſſert. de Lingua Hebraïca. משפח aut מספח *vitiliginem*, aut *ſcabiem* vertunt; ſed cùm hìc opponatur *juri*, ἀνομίαν, *iniquitatem*, ut habent LXX. & Latinus Intt. ſignificet neceſſe eſt. Similis eſt Paronomaſia in ſequentibus verbis, inter voces צדקה *tſedakah*, juſtitia & צעקה *tſehakah*, clamor; nempe, injuriâ adfecti. Vide & C. XXIV, 16.

8. *Væ jungentibus domum* &c.] Hæc ſpectant ad homines potentes, qui, ut laxiùs habitarent, vicinas domos coëmebant, quas ſuæ adjungerent, vel vi dominos ex iis ejiciebant, aut litibus, aliisque injuriis ad excundum adigebant.

Agrum agro continuantibus &c.] Ut latifundia ſua ampliarent, pauperes è vicinis agris, iisdem artibus, abigebant. Similis aviditas apud Romanos fuit, etiam antiquioribus temporibus; qua de cauſa, lata Lex Licinia *ne quis plus quingenta jugera agri poſſideret*, ut ait *Livius* Lib. VI. c. 35. Nec multis pòſt annis, ut idem auctor eſt Lib. VII. c. 16. *C. Licinius Stolo à M. Popillio Lænate, ſuâ lege, decem millibus æris eſt damnatus, quod mille jugerûm agri cum filio poſſideret, emancipandóque filium fraudem feciſſe legi.* Poſtea etiam Lex obſolevit, atque iterum à Ti. Graccho lata, ut docebit *Appianus* de Bello Civili Lib. I. Nihil verò Legem illam *excitavit*, *niſi ingens cupido agros continuandi*, ut alibi loquitur *Livius*. Lex quidem, de reſtituendis prædiis anno Jubilæo, ejusmodi cupiditati obviam iverat; ſed cùm leges divinæ omnes, partim certè negligerentur, ne ea quidem Lex obſervata videtur.

* *Donec locus deſit*] עד אפס מקום *had ephes makom*. LXX. Intt. ἵνα τῷ πλησίον ἀφέλωνταί τι: Meliùs *Aquila* ἕως τοῦ πέρατος τόπου, ſed optimè *Symmachus* ἕως τοῦ μὴ εἶναι τόπον, quod ſequutus eſt etiam *Theodotion*. Deeſt locus ſi mons, ſi fluvius, ſi fines Tribûs obſtent. Quàm autem inviſa res eſſet è prædio paterno quempiam invitum ejicere ſatis liquet ex eo quod narratur, de Achabo & Nabotho 1 Reg. XXI.

Et ſinantur &c.] *Et collocemini vos ſoli in medio terræ.*

9. *Me audiente*] *In auribus meis.*

Ne vivam] Hoc, aut ſimile quid ſupplendum, in jurandi formulis, quæ plerumque ſunt Ellipticæ.

10. *Decem jugera*] צמדי כרם *tſimde cherem*, poſterior vocula additur, quia צמד propriè de *pari* jumentorum dicitur; ſed tralaticio ſignificatu ſpatium, quod jugum bonum uno die araret. LXX. Intt. Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, quaſi pro כרם legiſſent פרים *pharim*, juvenci. Meliùs Hieronymus: *decem jugera vinearum.*

Bathum unum] בת אחת *bath ebhath.* Menſura liquidorum, quæ reſpondet ephæ menſuræ ſiccorum, eíque circiter LX. Pintarum Vini Anglicarum. Vide *Ed. Bernardum.* De Menſur. & Ponderibus Antiquorum. LXX. κεράμιον, Vulgatus *lagunculam*, quod parum nimis videtur.

Chomerum Sementis Epham] Menſura Chomeri decies major eſt menſurâ Ephæ; unde ſterilitatem æſtimare licet longè maximam, quâ decima tantùm pars ſementis terræ commiſſæ colligeretur. LXX. Intt. ὁ σπείρων ἀρτάβας ἓξ, ποιήσει μέτρα τρία, minùs commodè. Proportionem meliùs ſervavit *Hieronymus*, qui habeat: *triginta modii ſementis facient modios tres.* Adito eumdem *Bernardum.*

11. *Siceram*] שכר *ſchechar.* Siceram ſic deſcribit, ad hunc locum, *Chryſoſtomus*: Σίκερα δὲ ἐνταῦθά φησι τὸν φοινίκων τὸν οἶνον, ὃν ἐποίουν συντρίβοντες τὸν καρπὸν καὶ καταθλῶντες, εἰς οἴνου καταχρηματίζειν φύσιν. καρωτικὸν δὲ ἐστι τὸ τοιοῦτο καὶ μέθης ἐργαστικόν: *Sicera verè hìc vocat palmarum ſuccum, quem parabant conterendo fructum & confringendo, ita ut mutaretur in naturam vini. Soporem verò talis potus, atque ebrietatem creat.* LXX. Intt. τὸ σίκερα more Syriaco, qui שכרא ſcribunt. *Aquila* & *Symmachus* μέθυσμα, *Hieronymus*, *ebrietatem*, qui ſic habet in Commentario. *Pro ebrietate* (meliùs dixiſſet, potu inebriante) *quam Aquila eſt interpretatus & Sym-*

morantur, *in compotatione*, donec vinum eos incenderit. [12]. Cithara, nablium, tympanum, tibia, & vinum, ſunt in eorum conviviis; at opera Jehovæ non adtendunt, neque facta manuum ejus vident. [13]. Propterea migrabit populus meus, *quòd ſit* ſine ſcientia, & gloria ejus erunt homines famelici ac multitudo ejus arebit ſiti. [14]. Ideò ſepulcrum adpetentiam ſuam augebit, aperiétque os ſuum præter modum & eò deſcendet ſplendor ejus, turba, qua in eo ſtrepit, & qui *nunc* hilares ſunt. [15]. Incurvabitur homo *plebeius*, vir *illuſtris* humilis erit, & oculi ſuperborum dejicientur. [16]. Efſeretur Jehova *Deus* exercituum, judicio *ſuo;* Deus ſanctus, ſanctus prædicabitur, juſtitiâ *ſuâ*. [17]. Paſcentur agni, more ſuo, & deſerta pinguium arietum, comedent peregrini.

[18]. Væ

12. quique adhibebunt nablium, tympanum, & tibiam compotationibus ſuis; dum iis quæ fieri vult Creator, dum ejus operum nullam rationem habent. 13. Propterea in captivitatem abductus eſt populus meus, propter officiorum ſuorum ignorantiam; honoratiſſimi quique Iſraelitarum fame laborant, & plebes ſiti exareſcit. 14 Propterea ſepulcrum auxit aviditatem ſuam, atque aperuit os ſuum præter modum. Deſcendet verò decus ejus multitudo, ſtrepitus ejus, & qui eo lætatur. 15. Humilem ſe præſtabit homo plebeius, demittet ſe vir nobilis atque oculi ſublimium in terram defigentur.

16. Sublimem ſe oſtendet Creator omnium, & Deus exercituum in judiciis de hominibus ferendis, & Deus ille ſanctus ſanctum ſe præſtabit, juſtis judiciis quæ de hominibus feret. 17. Paſcentur agni in locis, in quæ à paſtoribus agentur; ſed pinguiores

Symmachus, LXX. *ipſum Hebraïcum poſuerunt* SICERAM, *quod omnem ſignificat potionem, quæ inebriare poteſt & ſtatum mentis evertere*. Quod ait *qui mane ſurgunt* oſtendit turpem ebrietatem, quia paullò pudentiores matutino tempore numquam inebriabantur, ne omnibus negotiis, per totum diem, inepti eſſent. Vide Act. II, 15. & quæ illic habent Interpretes. Adde & Eccl. X, 16.

Ad crepuſculum usque &c.] Qui non tantùm mane bibunt ſed & ad veſpertinum tempus compotationem protrahunt; quod eſt immodicæ prorſus ebrietatis.

12. *In eorum conviviis*] משתיהם *miſchthebem*, pro במשתיהם *bmiſchthebem*, in eorum conviviis.

Opera] פעל *phohal*, opus; ſed eſt numerus ſingularis, pro plurali, ſunt enim innumera Dei opera.

Non adtendunt] יביטו *jabbitou* reſpicient; hoc eſt, contemplari atque adtendere ſolent. Homines ebrioſi neque opera Dei, ſeu creaturas, neque rerum humanarum regimen adtendere ſolent; ſed pecudum ritu vivunt, dum cuticulam tantùm curant.

13. *Homines famelici*] מתי רעב *mthe rahab*, homines famis; hoc eſt, cibos tantùm ſectantes, ut poſtea *arere ſiti* dicuntur potùs avidiores, non inopiâ potûs, ſed bibacitate.

Arebit ſiti] צחה צמא *tſibbe tſamo*. Verbum hìc tantùm exſtat. *Hieronymus: ſiti exaruit*. LXX. δίψος ὕδατος incommodè.

14. *Adpetentiam ſuam augebit*] הרחיבה נפשה hirhhibah napſchah, *dilatabit adpetentiam ſuam*. Deſcribitur ſepulcrum quaſi fera vorax, & orexi rabidâ omnia deglutiens. Inter inſatiabilia recenſetur, Proverb. XXX, 15, 16. De ſignificatione hac vocis נפש *nephesch* ſæpiùs diximus. Sed vide quæ adnotavimus ad Num. XI, 6. Hæc autem ſignificant multos intemperantiâ in cibo & potu perituros.

Præter modum] לבלי חק *lbilthi hhok*, poſterior vocula *certum demenſum* propriè ſignificat, hìc *modum* in re quapiam ſervandum, atque ultra quem progredi non licet.

Splendor ejus] הדרה *hadarah*. Illuſtriores viri hac voce ſignantur, ſequentibus verò plebeii. Suffixum fœmininum, huic voci & ſequentibus additum, refertur ad ארץ *terra*, quæ ſubaudienda; nam עם *ham*, quod anteceſſit maſculini eſt generis. Mutatio generum frequens eſt in Prophetis, ſed ſæpe ſubaudienda varia ſubſtantiva, in ejusdem orationis ſerie.

Quod in eo ſtrepit] ושאונה *ouſcheonah, & ſtrepitus ejus;* nempe, terræ, ut dixi.

Qui nunc hilares ſunt] ועלז בה *vehalez bah*, & exſultans in ea; terra, ſcilicet. Non mutavimus genus; ſed rem ita expreſſimus ut omnia ad *populum* referrentur, quod Latinè loquentibus commodius erat. Addidimus autem *nunc*, perſpicuitatis cauſâ; ut intelligat Lector eos, qui in hilaribus conviviis vitam agebant, tum cùm ſcriberet Propheta, hilaritatem ſuam poſtea triſtitiâ mutaturos fuiſſe. Hæc autem omnia licentiùs ſunt à LXX. Intt. verſa: *καταβήσονται οἱ ἔνδοξοι, καὶ οἱ μεγάλοι, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ λοιμοὶ αὐτῆς*, quamvis aliter non legerint, quàm nos.

15. *Homo plebeius, vir illuſtris*] Eſt in Hebraicis אדם *adam* & איש *iſch*, quibus vocibus cùm opponuntur inter ſe, ſignificatur id quòd expreſſimus.

Dejicientur] In humum.

16. *Efferetur judicio ſuo*] ויגבה במשפט *vajjigbah bammiſchphat;* hoc eſt, extolletur, ob pœnas quas de improbis ſumſerit; nam *judicium* & *ſupplicium* paſſim ſunt idem, cùm de judicio divino & malis hominibus ſermo eſt.

Sanctus prædicabitur &c.] נקדש בצדקה nikdaſch birsdaka, *ſanctificabitur in juſtitia;* dicetur ab omnibus ſanctus & juſtitiæ amans cùm ſe ejusmodi oſtenderit, ſupplicio impiorum Judæorum, & qui antea ſanctus erat in ſe, poſtmodum hominum etiam judicio ſanctus habebitur.

17. *Paſcentur agni more ſuo*] רעו כבשים כדברם *rahou chebaſchim chedobram*, ſecundùm ductum ſuum, prout duci ſolent, vel more ſuo; nam verbum דבר ex Chaldaïsmo *ducere* ſignificat Pſ. XVIII, 48. ubi vide not. Sic Vulg. *paſcentur agni juxta ordinem ſuum*. Sed LXX. Intt. *βοσκηθήσονται οἱ διηρπασμένοι ὡς ταῦροι*. Putat

18. Væ iis qui trahunt iniquitatem funibus mendacii & peccatum veluti vinculis craſſioribus plauſtri; 19. *&* qui dicunt: maturet, properet opus ſuum *Deus*, ut *id* videamus; adpropinquet & eveniat conſilium Sancti Iſraëlis, ut *id* norimus! 20. Væ dicentibus id eſſe bonum quod malum eſt, & malum quod bonum eſt; qui mutant tenebras in lucem & lucem in tenebras; quique dulce, volunt eſſe amarum & amarum dulce!

guiores pecudes in ſolitudinibus paſcentes à peregrinis comedentur. 18. Væ illis, qui moliuntur malitiam, veluti funibus mendacii, & ſingula peccata artibus, quas conferre poſſis cum funibus quibus plauſtra trahuntur! 19. Iidem dicunt, pro ſua impietate: feſtinet Deus facere quod ſtatuit, adceleret opus ſuum, ut id videamus. Adpropinquet & adveniat conſilium ſancti Dei Iſraëlis, & ſciemus eum talia curare.

20. Væ ſit dicentibus malo *viro*: bonus es; & bono, malus es; qui mutant tenebras in lucem & lucem in tenebras; amarum in dulce, & dulce in

Lud. Cappellus pro כְּבָשִׂים legiſſe eos כְּבָשִׂים hoc eſt, *ſubacti*, & pro כְּרָבִים iterum ſcripſiſſe כְּאַבִּירִים ut tauri. *Sam.* verò *Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 41. נבזים כהפרים *nibzim chebappharim*, direpti ut tauri; ad quod loquendi genus adludit Siracides C. VI, 2. Eccleſiaſtici. Sed velle divinare quid in obſcuro loco LXX. Intt. legerint, ſæpe eſt micare in tenebris, & hoc præterea loco vix ullum ſenſum, habent eorum verba.

Deſerta pinguium arietum comedent peregrini] וחרבות מחים גרים יאכלו *vehhorboth mechim garim jochelou.* LXX. Intt. καὶ τὰς ἐρήμους τῶν ἀπειλημμένων ἄρνες φάγονται, ubi *Lud. Cappellus* vult eos legiſſe כרים *charim*, agni, pro גרים *garim* peregrini, deinde ſcribendum ἀπειλημμένων ab ἀπολείφομαι *deleor*, quia מחים deduxerunt à מחה *mahhah*, delevit, quaſi efferendum eſſet מְחוּיִם deleti. Similia habet *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 45. putatque in verbis Græcis ἀπολειφομένων legendum, non ἀπειλημμένων. Sed nec ullum commodum ſenſum hæc pariunt. Hieronymus: *deſerta in ubertatem verſa advenæ comedent.* At חרבות מחים, ſi poſteriorem vocem, quaſi adjectivum conſtruas cum antecedente ſubſtantivo, primùm eſt ſolœcum, deinde obſcurum & ſine exemplo, ac analogia. Primis commatis verbis vult Propheta, abductis in captivitatem Judæis, forè *ut etiamnum* paſtum ducantur agni, quos habuerant, nempe, à paſtoribus Chaldæorum, ut antea ſolebant; ſed à peregrinis arietes pingues, qui in ſolitudinibus Judææ, incolis deſtitutæ, paſcentur, comeſtum iri, מחים hìc & Pſ. LXVI, 15. eſſe pingues conſentiunt Rabbini, deducúntque a מח *medulla*, quæ eſt oſtium pinguedo; quod confirmat, loco Hierozoïci poſtremùm memorato, *Sam. Bochartus.*

18. *Væ iis, qui trahunt iniquitatem funibus mendacii*] משכי העון בחבלי השוא *moſchebe hahavon behhable haſſchavo.* Intelliguntur ſine dubio ii, qui deſcribuntur verſu 19. & duobus ſequentibus, & qui non tantùm peccabant, ſed delicta falſis retiocinationibus tueri conabantur. Itaque *funes mendacii* חבלי השוא ſunt callidæ ratiocinationes ad homines irretiendos adhibitæ. Hinc derivatum ejuſdem radicis תחבולות *thahhboulоth* prudentia conſilia ſignificat, quod quamvis in bonam partem ſumatur, etiam *callida conſilia* deſignat. Vide de hac voce dicta ad Prov. I, 5. Ratio tranſlationis hæc eſt, quòd aſtutæ ratiocinationes ſint *funium* inſtar, quibus animi conſtringuntur. Ergo *trahere iniquitatem funibus* perinde eſt ac ratiocinationibus homines ad improbitatem adducere, quod eſt extremæ nequitiæ. Habet hæc loquutio quiddam παροιμιῶδες.

Veluti vinculis craſſioribus plauſtri] וכעבות העגלה *vechahaboth hahagalah*; hoc eſt, ad peccandum craſſioribus argumentis perſuadere; quia animus ſemel depravatus etiam abſurdioribus rationibus ad flagitia admittenda pellicitur. *Mala mens, malus animus.* LXX. Intt. habent δαμάλεως, quia legerunt עֶגְלָה *juncis.*

19. *Qui dicunt maturet* &c.] Cùm Prophetæ, juſſu Dei, minas intentarent, quales antea legimus; non negabant homines mali & impii, impietatem aliquo modo diſſimulantes, poſſe fieri ut talia contingerent, nec Prophetas mendacii apertè arguebant; ſed dicebant ea eſſe remotiora, nec ante eventum fidem prædictionibus haberi poſſe; itaque properaret Deus id effectum dare, quod minatus erat; quo conſpecto, omnes ei eſſent credituri. Vide Jerem. XVII, 15. Ham. V, 18.

Ut id videamus] Ut, re conſpectâ, nullum ſupereſſe poſſit dubium. Homines nequam putabant rem dilatam, perinde eſſe ac vanam & irritam.

Conſilium ſancti Iſraëlis] Hoc eſt, quod dicebatur Deus ſtatuiſſe, apud ſe, de captivitate Hebræorum; quod admittere ſe poſſe, quaſi indubitatum negabant, niſi cùm experientià deprehendiſſent vaticinia fuiſſe vera; nam hìc *noſſe* eſt experiri, cum de re præſente agatur.

20. *Eſſe bonum quod malum eſt*] לרע טוב *larah tob* malo, vel de malo bonum; hoc eſt contendentibus prava facinora eſſe bona, & bona mala; quod fecerunt Epicurei, aliique, qui omne diſcrimen virtutis & vitii ſuſtulerunt; quaſi juſtum eſſet θέσει non φύσει, inſtituto hominum, non re ipſâ; adeò ut, ſi voluiſſent homines *bonum* futurum eſſe, quod nunc malum vocamus & viciſſim; quod graviores Philoſophi, ut *Plato* Lib. X. de legibus, confutarunt. Hoc enim conceſſo, nihil erat turpe, nihil honeſtum, quod non poſſet contrarii nominis particeps fieri, omnium vitæ officiorum vis & neceſſitas prorſus concidebant; ſimilque ſocietas ipſa humana, quæ iis continetur, evertebatur. Quod hìc pluribus demonſtrare non adgrediar.

Qui mutant tenebras &c.] *Ponentes tenebras in lucem* &c. Hæc verba & ſequentia continent occultam comparationem, quaſi dixiſſet Propheta: Qui dicunt eſſe bonum id, quod malum

Digitized by Google

dulce! 21. Væ iis, qui ſunt ſibi ſapientes & qui ſibi prudentes videntur! 22. Væ fortibus ad bibendum vinum, & ad miſcendam ſiceram ſtrenuis! 23. Sontem juſtum pronunciant, *propter* mercedem muneris, dum innocentium juſtitiam ab iis amovent. 24. Quare ut flamma ignis abſumit ſtipulam, & glumam exedit: radix eorum ut putredo erit, & gemma ſicut pulvis adtolletur; quia ſpreverunt legem Jehovæ *Dei* exercituum, & verbum Sancti Iſraëlitarum Dei faſtidiverunt. 25. Ideo accenſa eſt ira Jehovæ in popu-

in amarum! 21. Væ iis qui ſapiunt, in ſuis ipſorum oculis, & ſibi prudentibus! 22. Væ iis, qui ſunt robuſti in bibendo vino, & hominibus ſtrenuis ad miſcendam ſiceram! 23. Qui juſtum pronunciant quempiam, propter mercedem acceptam, juſtitiam juſtorum ei auferunt. 24. Quam ob rem, ut flamma minor abſumit ſtipulam: ſic flamma paullò major, eam obſcurat, ut putredo, & florem ejus inſtar pulveris diſſipat; nam ejuſmodi homines ſpreverunt Leges Divinas. 25. Quamobrem iratus

malum eſt; & malum eſſe, quod eſt bonum, perinde faciunt, ac qui contenderet nullum eſſe diſcrimen inter lucem & tenebras, idémque eſſe amarum ac dulce. Non minus eſt diſcrimen inter notiones animi de Virtute ac Vitio, quàm inter modos, quibus adficimur, luce & tenebris, dulci & amaro; neque illa magis confundi, miſcerique poſſunt, quàm hæc. Quod eſt à Propheta non ſapientiſſimè tantùm, ſed etiam pulcherrimè dictum.

21. *Qui ſunt ſibi ſapientes* &c.] *Sapientibus in oculis ſuis & prudentibus coram faciebus ſuis.* Hæc non pertinent ad eos, qui vere ſapiunt, hoc eſt, verum Deum, & ejus leges certò norunt, ſapientiam & æquitatem earum intelligunt, hujúsque ſuæ ſapientiæ ſibi conſcii ſunt; non magis enim conſcientiam ſuam ignorare poſſunt, quàm alienam noſſe, & ſunt quædam ita certa, ut de iis dubitare non liceat; niſi in Academicorum inſanos ambages incidere velimus. Pius Iſraëlita eorum temporum, divinarum legum ſciens & obſervans, pro temporibus illis, non potuit, nec debuit dubitare an eſſet vicinis Idololatris, aut imperitis ſuis popularibus ſapientior. Reſpicit ergo Propheta hominem, qui, cùm reverâ ſapiens à nemine ſalutari jure poſſit, ſibi tamen ſapientem ſe eſſe fingit, quales ſunt qui φιλαυτίᾳ nimiâ laborant; inter quos ſunt ſæpe viri parum religioſi, qui tamen religioſis longè ſapientiores ſe eſſe putant; cùm ne prima quidem nobiliorum atque utiliorum diſciplinarum elementa adtigerint. Nec dubito quin homines ejuſmodi olim, inter Hebræos, fuerint, quemadmodum ſunt hodie apud Chriſtianos, quorum hominum ſapientia ſita in eo quòd non tantùm errores, in Societatibus Chriſtianis nimiùm quàm frequentes, rident; ſed etiam in eo quòd certiſſima Chriſtianiſmi decreta, & de quibus omnibus convenit, faſtidioſè rejiciunt; dum nihil habent, quod eorum loco pro certo habeant, aut quod ullo modo cum Chriſtiana Religione conferri queat. Sic & fuerunt olim Judæi, quorum fuit hæc prava ſapientia, leges Moſaïcas, omniáque Prophetarum viſa & monita aſpernari.

22. *Strenuis*] בני חיל bne hhajil, *filiis roboris.* Sunt homines qui multum merum bibere poſſe ſibi honori eſſe putant, propteréaque gloriantur.

23. *Sontem juſtum pronunciant*] מצדיקי רשע *matsdike raſchah*, juſtificantes, ut loquuntur Theologi, reum; hoc, eum habentes pro innocente, ac proinde abſolventes. רשע eſt *reus*, aut *ſons*. Vide Indicem Hebraïcum in Pentateuchum, ad vocem רשע.

Propter mercedem muneris] עקב שחד *bekeb ſchobhad*, pro בעקב propter mercedem injuſtitiæ ſuam, quam auferunt.

Ab iis] *Ab eo*, ſollemni numerorum confuſione. *Amovent juſtitiam ab innocentibus* qui eos quaſi reos damnant.

24. *Flamma ignis*] *Lingua ignis.* Hebraïſmus notus.

Glumam exedit] *Glumam flamma debilitat*, ſed ſic non loquuntur aliæ Linguæ. Ideò LXX. Intt. συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς ἀνειμένης & Latinus: *calor flammæ exurit.*

Radix eorum ut putredo] כמק *chammak*. LXX. Intt. χνοῦς & Vulg. *favilla.* Sed agitur de radice, quâ putreſcente, planta marceſcit & moritur, & מקק *makak*, eſt diſſolvit, contabeſecit. Putrefactione autem radicis plantæ, cum qua improbus confertur, hujus pernicies atque interitus deſcribuntur, cùm planta, radice putrefacto, vivere nequeat.

Gemma, ſicut pulvis, adtolletur] ופרחם כאבק יעלה *ouphirhham chaabak jahaleh*, inſtar pulveris adſcendet. פרח *pherahh* gemma eſt quam ramus emittit, ante quàm prodeant flores; interdum & *flos*, ſi Interpretibus credimus Veteribus & Novis. Verùm hìc *gemma* ſignificari videtur, nam arbor, cujus putrefacta eſt radix, *gemmare* quidem poteſt vi ſucci, qui in trunci fibris etiamnum eſt; ſed vix *flores* emittat, cùm gemma brevi marceſcat, & mox ita exareſcat, ut vento flante evehatur atque in aëre, inſtar pulveris, volitet. LXX. Intt. ἄνθος Hieronymus *germen.*

25. *Ideò accenſa eſt ira* &c.] חרה אף *hharah aph.* LXX. & *Theodotion* ἐθυμώθη. Sed Vulgatus hìc & alibi: *iratus eſt furor Domini*, parum Latinè, parúmque convenienter Hebraïcæ voci; quæ numquam *furorem* ſignificat, ideóque paſſim à Græcis aut θυμὸς, aut ὀργὴ vertitur, nuſquam μανία, & ne μῆνις quidem. Scio dici *iram furorem* brevem, ſed propterea fidus interpres, ubicumque occurret vox ὀργὴ, aut θυμὸς, aut ſimilis non vertet *furorem.* In vertenda autem ex Hebræo Scriptura, multò magis hoc cavendum fuit, ubi præſertim ſermo eſt de *ira* divina. Non ferunt aures Chriſtianæ *Deum furentem*, quod nonniſi immodicam iram, hoc eſt, vitioſam perturbationem ſignificat, indignam homine ſapiente; nedum Deo, ab omnibus pravis adfectibus alieniſſimo. Attamen *Hieronymus* frequentiſſimè pro *ira* אף *furorem* habet, & ad hunc quidem lo-

Digitized by Google

populum ſuum, quem porrectâ manu percutiet, treméntque montes. Erunt eorum cadavera, inſtar ſtercoris in mediis plateis. Nec, his omnibus, avertetur ejus ira; ſed manus ejus etiamnum porrecta erit. 26. Tollet vexillum gentibus è longinquo *venturis*; ſibilo *vocabit* eas ab extrema terra, & continuò properè aderit *populus* levis. 27. Nemo erit in eo qui fatigetur, aut impingat; non dormitabit, neque ſomnum capiet; lumborum ejus cingulum non ſolvetur, neque vinculum calceorum ejus frangetur; 28. ejus ſagittæ acutæ erunt, omnes arcus tenti; ungulæ ejus equorum lapidis inſtar habebuntur, & rotæ *curruum* inſtar turbinis. 29. Rugitus ei eſt ut leoni, & rugiet inſtar catuli leonis; fremit & adprehendit prædam, ſpoliat nec quiſquam eſt, qui ab eo liberet. 30. Fremet contra *populum meum* die illo, quemadmodum fremit mare. Adſpiciet terram, ecce verò tenebræ & anguſtia *in ea erunt*; lux in caliginem convertetur, in conclavibus ejus.

Viſum

Iratus eſt Creator populo ſuo, exſertáque manu eum percuſſit, ita ut ipſi montes contremuerint. Hominum verò cadavera fuerunt in plateis inſtar fimi; nec hiſce ira ejus placata eſt, cùm ejus dextra ſit exſerta & mox, niſi meliores fiant, eos ſit iterum percuſſura. 26. Deus Vexillum extollet, quo remotas etiam gentes convocabit, quaſi ſibilo eas ab ultimis terris vocaret. Illæ verò celeriter advolabunt. 27. Nemo laſſabitur longinquitate viæ, nec lapidibus pedes ſuos impinget, neque dormitabit, aut graviore ſomno opprimetur. Non ſolvetur cingulum feſtinantium, ita ut hoſtes Iſraelis in itinere moveantur; ne rumpetur quidem vinculum calceorum. 28. Omnium ſagittæ erunt acutæ, omnes arcus tenſi. Ungues equorum è Chaldæa venientium erunt duræ, inſtar lapidum. Rotæ curruum rapiditate procellas æquabunt. 29. Rugiet exercitus Chaldæorum, inſtar leonis, aut leunculi, fremétque dum prædam dividet. 30. Fremet eo tempore, contra Iſraëlitas, quemadmodum mare fremit in terram; ecce verò erunt apud Iſraelitas caligo, res anguſtæ, atque in conclavibus Jeroſolimitanis pro luce tenebræ.

PARA-

cum ſic ſcribit: *Furere autem Dominus dicitur, non quòd humanis perturbationibus ſubjaceat; ſed quòd nos, qui delinquimus, niſi iraſcentem audierimus Dominum, non timeamus. Iraſci* eum ergo dicere ſatis erat, nec *iræ furor* ſubſtituendus; quod indecorum prorſus eſt, nec uſquam in Hebræorum ſermone occurrit. Hoc ſemel dicendum credidi, ex occaſione hujus loci, ut ſibi Interpretes caveant à prava imitatione *Hieronymi*, cujus delicta ſequi nihil nos cogit.

Porrectâ manu &c.] *Et extendit manum tuam ſuper eum & percuſſit eum.* Sed de futuris pœnis agitur.

Treméntque montes] Cùm Deus gravia de hominibus ſupplicia ſumit, inanima ipſa corpora commoveri dicuntur, ut magnitudo calamitatis deſcribatur. Vide Pſ. XVIII, 8. XCVII, 4, 5.

Nec his omnibus &c.] Hiſce pœnis nondum Divinæ Juſtitiæ fiet ſatis.

26. *Tollet vexillum*] Ut convocet ad arma capienda. Vide Cap. XVIII, 3. Etiam apud Romanos ab arce extolli ſignum ſolebat. *Virgilius* initio Lib. VIII. Æneidos.

> *Ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Suſtulit.*

Ubi vide *Servium* & alios Interpretes.

Sibilo vocabit eos] *Sibilabit ei*, nempe, populo, ſed πληθυντικῶς rem expreſſimus, quia nondum præceſſerat vox populus, quam in ſequentibus verbis ſupplevimus. Videtur ductum hoc à more Paſtorum qui, ubi mutuo auxilio egent, ſibilo, ſeu fiſtulâ convocant ſe viciſſim. Vide & infra VII, 18. & Zach. X, 8.

Et continuò] *Et ecce*, quod paſſim celeritatem rei ſignificat.

Populus levis] קַל *kal.* Id eſt, cujus copiæ magnis itineribus ſe eò conferre ſolent, quò jubentur; quia conſtabat eorum exercitus, magna ex parte, equitatu & currubus, aut ſagittariis & cetratis, ſeu levi armatura, ut in verbis ſequentibus habetur. Tales erant Chaldæi ſeptemtrionales, Armenis vicini, latrociniis gens adſueta, de quibus diximus ad Job. I, 17.

27. *Nemo erit qui fatigetur* &c.] Hæc & ſequentia verba ſunt deſcriptio celeritatis itineris atque exercitûs ad expeditionem parati, omnibúſque inſtructi; quales erant latrones illi Chaldæi, qui ex præda victitabant.

Cingulum non ſolvetur] Moras non nectent, nam qui volunt quieſcere cingulum ſolvunt; nec tamen ſunt hæc ita capienda, quaſi è montibus Chaldææ ſeptemtrionalis, ſine intermiſſione ulla, iter feciſſent in Judæam; ſed ita ut quàm minima mora ſit interpoſita, quoad hoc potuit incolumi exercitu fieri.

28. *Rupis inſtar habebuntur*] Non frangentur, neque ferreæ ſoleæ iis excutientur; hoc eſt, nihil celeritatem equitatûs morabitur.

30. *Fremet contra populum meum*] Eſt tantùm עליו *balau* contra eum; nempe, quem invadet, ſeu Iſraëlem. Ideò vertimus *populum meum*, vitandæ ambiguitatis cauſâ.

Aſpiciet terram &c.] Solo adſpectu terram Iſraëliticam terrebit.

Tenebræ & anguſtia] חשך צר *hhoſchech tſar.* Obſervavit *Lud. Cappellus*, in notis Criticis ad hunc locum, vocem צר conjungi & conſtrui debere cum voce antecedente חשך, contra quàm ſuadet accentus diſtinguens Maſſorethicus, qui poſteriori voci imminet. Conjungi etiam oportere puto, ſed non conſtructione, verùm copulâ ו ante צר omiſſâ & ſupplendâ. Sentio etiam cum eo vocem צר eſſe, pro צרה tſarah, *anguſtia.* Sic infra conjunguntur

Viſum Eſaiæ oblatum, quo ſummopere terretur, & mandata ad Judæos ei data.

1. ANno, quo mortuus eſt Huzzias, Rex, vidi Dominum ſolio excelſo & ſublimi inſidentem, ac fimbriæ quidem *veſtis ejus* implebant Templum. 2. Seraphi è ſupe- CAPUT VI.

PARAPHRASIS.

1. EO anno, quo mortuus eſt Huzzias Rex, (ante Æram Chriſtianam DCCLVIII.) Eſaias in viſo nocturno vidit, ſub ſpecie humanâ, Deum Iſraëlis, in medio Templo Jeroſolimitano, in ſolio ſublimi ſedentem, & indutum veſte cujus tam amplæ erant fimbriæ, ut tegerent pavimentum Sacrarii. 2. Supra illam Dei ſpeciem erant Dei Angeli, qui Seraphi vocantur, & quibus ſingulis

guntur C. VIII, 22. צרה וחשכה *tſarah vebbaſchecha*, anguſtia & caligo, & Cap. XXX, 20. לחם צר *lebhem tſar*, eſt *panis anguſtiæ*. Vide & Pſ. IV, 2. LXX. Intt. ἰδοὺ σκότος σκληρὸν, & Latinus: *ecce tenebræ tribulationis*. Notum eſt tenebris adverſa ſignificari, luce res ſecundas, ut oſtendimus ad Gen. XV, 12. & ſæpiùs ad Jobum diximus.

Lux in caliginem convertetur] *Et lux obtenebrabitur* ואור חשך *veor bhaſchach*; hoc eſt, res ſecundæ, quæ antea fuerint, in adverſas mutabuntur. Omiſerunt LXX. Intt. niſi ex eorum Exemplaribus exciderit. *Hieronymus* habet: *lux obtenebrata eſt*, ſed agitur de rebus futuris, & quidem ſub Nabuchadnetſare.

In conclavibus ejus] בעריפיה *baharipheah*. LXX. Intt. ἐν ἀπορίᾳ αὐτῶν, credo quia vox Græca, metatheſi unius litterulæ adhibitâ, eadem eſt ad ſonum quod adrineat, ac עפריה. Non ſemel ad ſonum Hebraicarum vocum adludunt. *Hieronymus* verò: *in caligine ejus*, quaſi legiſſet: בעריביה *beharibeah*, & vocem deduxiſſet à ערב *adveſperavit*. Plures Recentiores *cælos*, quaſi *deſtillantes*, ſeu pluvias & rores demittentes, nam in Chaldaiſmo ערף idem eſt ac רעף *deſtillavit* Deut. XXXII, 2. Nos ex Arabiſmo interpretati ſumus *conclavibus ejus*, nam apud Arabas גרפה cum *gain* eſt *conclave*; intelligimúſque domos, ac proinde urbes Judæas, non futuras Judæis ſatis tutum perfugium.

COMMENTARIUS
In CAPUT VI.

1. A*Nno quo mortuus eſt*] Vide Chronologiam Propheticam.

Vidi Dominum &c.] Deum, nempe, ſub ſpecie humana, ut Daniel C. VII, 9. Moſi nullam ejuſmodi ſpeciem objecerat; iis, nempe, temporibus, quibus periculoſum erat, ne rudis populus Deum ἀνθρωπόμορφον, ſibi fingeret, ſimulacrúque ei poneret & coleret; at Eſaïæ & Danielis ævo, ſimile nihil metuendum videbatur; quòd jam Judæi Dei inconſpicui cultui eſſent adſueti, nec facilè ab eo revocari poſſent. Prophetæ ii præſertim falli, ea in re, non poterant, aut alios fallere. Itaque Deus in ſomnis iis conſpectus eſt, quaſi Rex & Judex, intra Templum ſuum, in ſolio ſedens; nec putarunt ſpeciem illam ſibi objectam eſſe Deum, ſed emblematicam, ut ſic loquar, Dei adumbrationem, quâ ſe præſentem eſſe teſtabatur.

Scio eſſe qui Dei Filium iis conſpectum volunt, & præſertim quidem Eſaiæ, quia Joannis XII, 41. Evangeliſta, verbis quæ hoc Capite ſequuntur prolatis, quaſi ad Chriſtum pertinentibus, ſubjicit, in vulgaribus, nempe, Codd. *Hæc dixit Eſaïas, quando vidit gloriam ejus*. Sed ſunt alii Codd. & Interpretes qui pro αὐτοῦ *ejus* habent, τοῦ Θεοῦ, & τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, *Dei* & *Dei ejus*, unde fieri queat vulgaris lectio ſuſpecta; quaſi à perperam religioſis librariis ficta, quod non uno loco contigiſſe oſtendimus *Artis Criticæ* Part. 3. Sect. I. c. 15. ut Filii αὐθυπαρξίαν hîc Lectores invenirent. Sed non indiget Veritas ejuſmodi artibus.

Fimbriæ veſtis ejus] שוליו *ſchoulau*, fimbriæ ejus. Hæc eſt certa poteſtas vocis שול Exod. XXVIII, 33, 34. ubi LXX. λῶμα & *Aquila* λώλωμα, hoc eſt, *oram*, rectè verterunt, quod conſentit cum Chaldaïſmo & Arabiſmo, ut oſtendimus ad Gen. XLIX, 10. At LXX. Intt. ſenſûs, quem putabant ineſſe huic loco, rationem habuerunt, potiùs quàm κυριολογίας, cùm verterint: καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ; quaſi, tralaticio ſignificatu, שול vocaretur nubes gloriæ, ſeu præſentiæ Divinæ ſymbolum. *Symmachus* & *Theodotion*, τὰ ἄχρις ποδῶν αὐτοῦ. Vulgatus: *quæ ſub ipſo erant*. Videtur ſignificari ora veſtis ampliſſima, qualis videtur fuiſſe in palliis regiis, magnificentiæ causâ; cùm in ſolio ſedentes, in ſollemnitate quapiam, conſpiciendos ſe præbebant. Ejuſmodi erant ſtolæ Medorum, quibus pedes & calcei tegebantur. Vide quæ de iis collegit *Barn. Briſſonius* Lib. II. de Regno Parſarum, p. 147. & ſeqq. Edit. Sylburgianæ.

2. *Seraphi*] שרפים *ſchraphim*. Vocem ipſam LXX. Intt. retinuerunt, ut & alii antiqui Intt. Sic vocantur Serpentes urentes Num. XXI, 6. Sed manifeſtò hîc ſignificantur Angeli, Dei adparitores à שרף quod eſt *urere*, quaſi *ardentes* ſtudio, nempe, peragendorum Dei mandatorum. *Hieronymus* in hunc locum: *Seraphim autem interpretantur* ἐμπρηστὰ (leg. ἐμπρηστὰς)

ſuperiore ejus parte conſtiterant; unus quisque eorum ſenas habebat alas; geminis tegebat faciem ſuam, geminis velabat pedes, geminis volabat. 3. Clamabat verò alter ad alterum *converſus*, his verbis: Sanctus, Sanctus, Sanctus Jehova *Deus* exercituum; id quo plena eſt tota terra gloria ejus eſt. 4. Tum commoti ſunt poſtes liminum voce clamantium, atque Ædes repleta eſt fumo.

5. Ego verò, væ mihi, inquam, quandoquidem tacui, quia vir labiis pollutus ſum, & in medio populo labiis polluto habito; cùm oculi mei Regem Jehovam

gulis erant ſenæ alæ, quarum quidem duabus vultum ſuum tegebant; quaſi non poſſent ferre oculos ejus, qui in ſolio ſedebat; duabus vero aliis tegebant ſuos pedes & duabus ceteris volabant. 3. Alios alii clara voce, hiſce verbis monebant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Creator, qui præeſt exercitibus; quæcumque ſunt in terra pertinent ad ejus gloriam.* 4. Tum verò poſtes Templi concutiebantur eorum vocibus, & tota Ædes implebatur nube.

5. Quæ cùm audiviſſem, cœpi mihi timere, quòd Deum non laudaſſem, unà cum Seraphis; quia, vir non eram ſatis caſtæ linguæ, atque vivebam cum populo, cujus non erant ſatis caſtigati ſermones,

τά,) *quod nos dicere poſſumus* incendentes, *aut* comburentes, *juxta illud quod alibi legimus;* qui facit angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem urentem. Sed locus ille Pſalmorum nihil ad rem facit.

E ſuperiore ejus parte] ממעל לו *mimmahal lo*, quod poteſt æquè referri, ad *Templum*, ac ad *ſolium*. Hieronymus: *hoc, quod nos, ſequentes alios interpretes, & Hebraïcam veritatem, in quia* MEMMALLO, id eſt, ἐπάνω αὐτοῦ, *quod Latinè dicitur ſuper illud, vertimus*, LXX. *tranſtulerunt* in circuitu ejus, *ut non ſuper templum ſtare Seraphim, ſed in circuitu Dei deſcribantur.* Loquendi genus eſt ambiguum. *Symmachus* verterat ἐπάνωθεν, ſervatà ambiguitate.

Conſtiterant] עומדים *homedim*, ſtantes; hoc eſt, per ſpatium ſuperius volabant, nec ad exteriora avolabant, aut ad inferiora deſcendebant. Malè *ſtabant Hieronymus*; qui enim volant, neque *ſedent*, neque *ſtant*; ſed poſſunt conſiſtere, cùm agitatis alis, ſe in loco quodam ſuſpenſos retinent, nec progrediuntur; quod in avibus interdum videre licet.

Unusquisque eorum] *Illi* (לו) *ſex alæ & ſex alæ uni*; hoc eſt, unicuique, vel ſingulis ſex erant alæ.

Tegebat faciem ſuam] *Quisque*, nempe, vel אחד *ehhad*, unus. Tegebat faciem ſuam, ne Divinam Gloriam intueretur, quod eſt reverentiæ indicium. *Hieronymus*, in proximè ſequentibus verbis: *Rurſus ubi nos diximus, quòd unus de Seraphim velaret faciem & pedes ejus, per quod intelligitur Dei, in Hebraica ſcriptum habetur* PHANAU & REGLAU, *quod poteſt interpretari &* ejus, *&* ſuam. *Ut Seraphim, juxta Hebraïci ſermonis ambiguitatem & faciem, pedèsque Dei &* ſuam faciem *ac* pedes *operire dicantur.* Sed quis credat à Seraphis tectam faciem Dei, non ſuam ipſorum?

Pedes] Interpretantur pudenda, quod nec conſentaneum Hebraicæ Linguæ eſſe puto, nec Angelicæ naturæ. *Pedes* propriè dictos intelligo quos nudos Regi oſtendere, apud homines, indecorum fuerit.

3. *Ad alterum converſus*] *Ille ad illum*, ſupplevimus *converſus*; quia verba ſequentia neminem compellant, ſed Deum laudant. Videntur ergo converſi ad alios alii exclamaſſe ſimul, Symphoniacorum more, *Sanctus* &c. aut vicibus ſic exclamaſſe, ut alter alterum exciperet.

Sanctus, Sanctus, Sanctus] Vult *Hieronymus* ita loqui Seraphos, *ut myſterium Trinitatis, in una divinitate, demonſtrent.* Sic & alii multi Veterum. Rectiùs *Joan. Calvinus: Veteres hoc teſtimonio uſi ſunt, cùm vellent, adversùs Arianos, tres perſonas, in una Dei eſſentia, probare. Quorum ego ſententiam non rejicia; quamquam, ſi mihi res cum Hæreticis eſſet, mallem firmioribus teſtimoniis uti; nam redduntur pervicaciores & ſecum ipſi plaudunt, cùm minùs apertis teſtimoniis oppugnantur; ut hoc loco facile eſſet & promtum ipſis excipere ternaria numero perfectionem notari, ut in aliis Scripturæ locis.* Reverâ *Joan Buxtorfius* Theſ. Lib. II. c. 2. oſtendit multis locis repetitione Subſſtantivi & Adjectivi orationis vehementiam augeri, ſed magis eam intendi trinâ vocis repetitione ut Jerem. XXII, 29. & Ezek. XXI, 37. & hoc loco ubi, eo judice, *omnino ſanctus & ſanctorum omnium ſanctiſſimus* eſſe Deus ſignificatur, pag. 352.

Id quo plena eſt tota terra] מלא כל הארץ *mlo chol baarets, plenitudo totius terræ;* quidquid eſt in terris omnibus, vel omnes creaturæ Creatoris gloriam, hoc eſt, præſtantiſſimam naturam omnipotentémque & beneficam demonſtrant.

4. *Commoti ſunt poſtes liminum*] ינעו אמות הספים *jonnhou ammoth haſſippHim*, LXX. Intt. ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον, & Vulg. *commota ſunt ſuperliminaria cardinum.* Sed סף eſt *limen*, & אמות ſunt *poſtes* ad latera poſiti. Significat Propheta vehementiâ vocis, ut tonitrui, commotas omnes Templi portas.

Repleta eſt fumo] Nube, inſtar fumi, quâ divina præſentia ſignificabatur. Vide I. Reg. VIII, 10.

5. *Quandoquidem tacui*] Fortè quòd non unà cum Seraphis exclamaſſet: *ſanctus, ſanctus* &c. Certè non videtur Propheta reſpicere ad id quod nonnulli volunt; nempe, cùm deberet Judæorum pravos mores caſtigare, eum tacuiſſe.

Vir labiis pollutus ſum] *Labia* non poſſunt pollui, niſi impuris aut parum conſideratis ſermonibus; nec quisquam eſt qui non ſit reus nonnullorum ejusmodi ſermonum, quod de ſe fatetur Propheta; cui dolebat ſe ita *labiis pollutum* fuiſſe, ut nefas ſibi eſſe putaret Sera-

Digitized by Google

vam *Deum* exercituum viderunt. 6. Volavit verò ad me unus Seraphorum, & in manu ejus erat pruna forcipibus ab hoc ex altari ſublata. 7. Eâ adtigit os meum, & dixit: en labiis tuis hæc *pruna* impoſita eſt, receſſit iniquitas tua, atque expiatum eſt peccatum.

8. Dein audivi vocem Domini dicentis: quem mittam, & quis nobis ibit? ego verò, en adſum, inquam, mitte me. 9. At *ille*, ito, inquit, & dicito huic populo: audite, nec tamen *animum* advertite; videte, ſed non intelligite. 10. Animum populi hujus pin-

mones, ut poſſent voces ſuas Angelicis vocibus conjungere, ſine metu. 6. At unus ex Seraphis rectà ad me volavit, cum pruna in manibus, quam ex altari ſuſtulerat. 7. Deinde eâ prunâ adtigit os meum, additis hiſce verbis: tangat hæc pruna labia tua, & recedat iniquitas tua, expietúrque peccatum tuum.

8. Tum audivi vocem Dei dicentis: quem mittam ad populum meum? Ego verò me obtuli, ſi me mittere ei videretur. 9. Deus verò: ito ergo, & populum hunc ſic adloquere: auditis verba mea, nec tamen adtenditis; videtis, quod vobis oſtendi, nec tamen adtenditis. 10. Animum hujus populi obtuſum reddes, facies, ut ſurdis auribus te audiat, ocu-

Seraphorum ſymphoniæ vocem ſuam admiſcere.

Labiis polluto] Impuris, vel parum circumſpectis ſermonibus adſueto; inter quem vix verſari etiam pii homines poſſunt, quin nonnihil pravæ illius conſuetudinis iis adfricetur.

Cùm oculi mei] כי *chi* vertimus *cùm*, vel *quando*, quia hæc non ſunt ratio ſuperiorum; neque enim Propheta ideò pollutus erat labiis, quod ſpeciem ſymbolicam Dei vidiſſet; ſed ægrè ferebat, ſe, auditâ Seraphorum Symphoniâ, ἐν συνῳδίᾳ, non ſat mundis labiis fuiſſe, ut ſimul cum iis laudes Dei canere poſſet.

6. *Ab eo ex altari ſublata*] *Ceperat ex altari*, ſubaudito *quam*.

7. *Eâ adtigit os meum*] Veluti ut labia mea purgaret.

Labiis tuis hæc impoſita eſt] *Adtigit hæc ad labia tua.*

Receſſit &c.] Non eſt ampliùs in te ſermonum impuritas, &, quæ priùs erat, à Deo tibi condonata eſt.

8. *Quis nobis ibit* &c.] Adloquitur Deus Seraphos, deſcribitúrque inſtar Regis, è ſolio conſiliarios ſuos interrogantis, de eo quem miſſurus eſſet ad Judæos, ut mandata ad eos ferret. Ideò Deus utitur plurali numero. Vide not. ad Gen. III, 22. Heſd. IV, 18.

9. *Audite, nec tamen* &c.] שמעו שמוע ואל תבינו *ſchimhou ſchamoah, veal thabinou.* Hæc verba poſſunt à Latinè loquentibus Imperativo exprimi, vel Futuro, miſcentur enim hæc ſæpe ab Hebræis; qui aiunt, *non facies*, pro eo quod eſt *ne facito*, & *fac*, pro eo quod eſt *facies.* Vide *Sal. Glaſſium* P. S. L. III. Tr. 3. can. XLIII. & infrà C. VIII, 9. Ac ſanè adfinitas eſt inter modum Imperativum & Futurum tempus; quod enim imperatur quaſi futurum ſpectatur. Idem eſt ſenſus utrovis modo loquaris. Hinc LXX. Intt. ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Futuro & ſubjunctivo expreſſerunt; *Hieronymus* verò Imperativo: *audite audientes & nolite intelligere, & videte viſionem & nolite cognoſcere.* Nos etiam Imperativo uſi ſumus, hac præſertim de cauſa, quòd non tantùm id, quod futurum erat, innuatur; ſed etiam vehemens & amara exprobratio contineatur his verbis; quaſi Propheta diceret: ite nunc, ſic audite verba mea, ut minimè adtendatis, ut quæ ad vos non pertinerent; ſic videte, quæ Dei providentiâ contingunt, ſed ne intelligite, quid agatur, quaſi caſu contingerent. Graviſſimas poſtea pœnas neglectorum Dei mandatorum luetis. Abuſa eſt Imperativo uxor Jobi, ſic virum religioſum illudens C. II, 9. *Deo benedicito & morere.* Similis uſus Imperativi in verbis ejus, qui inſultantem ſagittâ configit & dicit Æneid. IX. 634:

I nunc & verbis virtutem illude ſuperbis.

Hic eſt, ut videtur, totius loci ſenſus: nunc verba videamus. אל תבינו *al thabinou* vertimus, *ne animum advertite*, quia poſt verbum activum ſubaudiendus accuſativus לב *leb*, cor, hoc ſenſu: date operam, ut animo adtento ſitis; quod ni fiat, verba omnia ſunt inania. Pro *ne intelligite* eſt אל תדעו *al thedabou*, ne ſciatis, ne intelligatis, quid agatur; quod fit, cùm ea, quæ contingunt, negligenter & ſecurè prætermittuntur, quaſi non providentiâ divinâ fierent, ſed caſu; quo ſemel admiſſo, homines nec beneficentiâ divinâ capiuntur, nec juſtitiâ terrentur.

10. *Animum populi ejus pinguem reddito*] השמן לב העם *haſchmen leb haham.* Videtur imperare Deus indurari populum à Propheta, quod tamen nec fecit Eſaias, nec facere potuit, aut voluit; cùm nihil prætermiſerit, ut Judæos ad ſaniorem mentem revocaret. Sed hoc vult Deus, cùm ea dicenda eſſent à Propheta, quæ ſuâ naturâ idonea erant ad molliendos animos, niſi inſanabili pervicaciâ laboraſſent, fore ut ea non aliter exciperentur à Judæis, quàm ſi ad alendam eorum pertinaciam prolata fuiſſent. Quod loquendi genus ab eventu petitum, non à conſilio Dei, aut Prophetæ; quod & in ſequentibus verbis obſervare licet, *ne videat oculis* &c. Vide dicta à nobis ad Exod. IV, 21. Quod cùm non ſatis intelligerent veteres Intt. nec Deum iniqua jubentem, ut iis videbatur, inducere non ſuſtinerent; hæc omnia expreſſerunt verbis rem præteritam ſignificantibus, cùm agatur de re futura, ſintque hæc mandata Dei Prophetæ data, antequàm populum adloquutus eſſet. LXX. Intt. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς

E

Pinguem reddito, aures ejus ſurdas facito, oculos obline; ne videat oculis ſuis, ne auribus audiat, ne animo adtendat, redeátque *ad officium*, & curatio ei *obtingat*. [11]. Ego verò, quò usque, inquam, Domine? Donec, inquit, deſolatæ fuerint urbes, ita ut nullus *ſit iis* incola, domúsque *ſint* ſine hominibus, & terra prorſus devaſtata; [12]. *donec* Jehova amoverit hominem, & in hoc terrarum tractu multæ ſint relictæ. [13]. Erit tamen in iis pars decima, quæ iterum *greges* paſcet; ſicut enim terebintho & ilice dejectis eſt truncus, *ita* proles ſancta truncus ejus *erit*.

Jero-

oculóſque ejus occæcabis; ita ut nullus fructus ad eum redeat, neque ad ſaniorem mentem revertatur, nec officio ſuo defungatur, ut curentur ejus vitia. 11. Ego verò repoſui, quærens a Deo, quàm diu hoc futurum eſſet. Donec, inquit Deus, urbes Judææ in ſolitudines ſint converſæ, ita ut nulli in iis ſint incolæ, nec ulli ampliùs ſint vicinorum agrorum cultores; 12. donec paucæ ſint urbes, in quibus ſuperſint multi incolæ. 13. Relinquetur tamen decima earum pars, quæ iterum pecudes paſcet, quemadmodum terebintho & ilici, ramis amputatis, relinquitur truncus, unde novi rami naſcuntur. Sic quod reliquum erit ſanctæ ſobolis Patriarcharum iterum genus eorum propagabit.

PARA-

τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Sic & *Symmachus*: ὁ λαὸς οὗτος τὰ ὦτα ἐβάρυνε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἔμυσε, μήπως ἴδῃ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ὠσὶν ἀκούσῃ, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ συνῇ καὶ ἐπιστραφῇ καὶ ἰαθῇ. *Hieronymus* verò: *excæca cor populi, aures ejus adgrava & oculos claude* &c.

Pinguis reddi animus dicitur, qui tardior & negligentior fit, metaphorâ è corporibus humanis ductâ, quæ quo pinguiora ſunt, eò difficiliùs vitæ muneribus defunguntur, ob tarditatem.

Surdas facito] אזניו הכבד *oznau hacbbed*, aures graves reddito. Aures corporis ingraveſcere dicuntur, cùm humore quopiam tympanum laxante, aut alia auditûs organa impediente, moveri nequeunt; niſi magno ſonitu; ut quæ graviora ſunt non poſſunt, niſi majore niſu, pelli. Hinc ductâ tranſlatione, aures animi, quæ hîc ſpectantur, graviores dicuntur fieri, cùm animus difficiliùs rationibus permovetur.

Oculos obline] ועיניו השע *henau haſchah*. Cùm שוע ſit *queri* & שעה *reſpicere*, apud Hebræos, qui ſignificatus huic loco convenire non poſſunt; eos ſequuti ſumus, qui verbo שעע *ſchouah*, unde השע in Imperativo *Hiphil*, *oblinere* ex Chaldaïſmo interpretantur, ac oblinendo claudere. Oculi corporis pinguedine, aut materiâ craſſiore obliti videre non poſſunt; oculi verò animi præconceptis opinionibus præpediti, aut vitiis occæcati nihil vident.

Ne videat oculis ſuis &c.] Ne intellectu ſuo & prudentia ſolita hìc utatur. Nemo dixerit hunc ſcopum fuiſſe Dei, aut Prophetæ; ſed impedituri dicuntur, id quod eventus oſtendit futurum non fuiſſe; quia res ita ceſſit, ut cedere potuiſſet, ſi omnem diligentiam adhibuiſſent, ne Iſraëlitæ ad officium redirent; cùm Deus & Prophetæ contraria omnia fecerint. Eventus ergo hìc ſignificatur, non finis Dei, qui ſemper divinis ejus adtributis conſentaneus eſt.

Redeat ad officium] ושב *vaſchab*, & redeat, quod Theologi *converſionem* vocent, nos Hebraïca verbo tenus, quoad ejus fieri poteſt, vertentes *reditum*, ad officium, nempe, aut ad ſaniorem mentem vocamus.

Et curatio ei obtingat] ורפא לו *verapha lo*, & ſanitas illi; nam רפא *rapha* nomen ſubſtantivum eſſe cenſemus, non tertiam perſonam præteriti. Alii malunt eſſe mutationem perſonæ, ut ſit hìc tertia pro prima, *& curem eum*, quales perſonarum mutationes non raræ ſunt, in hiſce libris. Attamen durior, hoc in loco, eſt viſa. LXX. Intt. habent ἰάσωμαι, & Vulgatus, *ſanem*.

11. *Quò usque, inquam*] Populus, nempe Judæ, peccatis ſuis pertinaciter adhærebit?

Donec deſolatæ fuerint urbes &c.] Tempora captivitatis Babylonicæ ſignantur, quibus demum in captivitatem abducti Judæi, peccata ſua, & minas Prophetarum ad animum revocare cœperunt; adeóque ad ſaniorem mentem redire, bonâ fide, cœperunt.

Prorſus deſolata] *Deſolata ſit deſolatione* תשאה שממה *thiſſchaeh ſchmamah*; quod contigit per Chaldæos.

12. *In hoc terrarum tractu multæ ſint relictæ*] ורבה העזובה בקרב הארץ *verabbah hahazoubah bkereb haarets*, & multa ſit relicta in medio terræ. Quæ autem relicta? Mulier, ut videtur, nam viris occiſis, aut abductis in captivitatem, & junioribus etiam puellis ac mulieribus; multæ grandiores natu, aut deformes, quæ nemini obtrudi, aut vendi poterant, in terra erant relictæ. Sic nobis videbatur, at LXX. Intt. πληθυνθήσονται ἐγκαταλειφθέντες ἐπὶ τῆς γῆς, ſed hæc ſuperioribus contraria ſunt & Grammaticæ adverſantur. Meliùs Vulgatus: *multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ*. Quod mulieres derelictas ſignificare videtur.

13. *Pars decima*] עשיריה *haſchiriyah* LXX. Intt. τὸ ἐπιδέκατον. Vulg. *decimatio*; hoc eſt, exigua pars Judææ plebeculæ, quæ à Chaldæis, ad cultum agrorum, in Judæa relicta fuerat. Vide 2. Reg. XXIV, 14. XXV, 22.

Quæ iterum greges paſcet] ושבה והיתה לבער *veſchabah, vehajethah lbaber*, & redibit, & erit ad paſcendum. LXX. Intt. καὶ πάλιν ἔσται εἰς προνομήν, *Hieronymus* vertit: *& convertetur & erit in oſtenſionem*. Sed לבער *lbaber* verti nequit *in oſtenſionem*, verùm *ad paſcendum*, quomodo ſumitur hoc verbum ſuprà C. III, 14. Neque enim *ad exterminandum*; aut *aſcendendum*, quæ ſunt aliæ verbi poteſtates, transferri queat hoc loco. Crediderim LXX. Intt. idem voluiſſe voce προνομὴ & fortè *Symmachum* voce καταβόσκησιν, qua hìc uſus erat, quamvis priorem verterit *Hieronymus deprædationem*. Intelligo pauperculos paſtores, qui

à Chal-

Google

Jeroſolima cùm obſeſſa eſſet à Regibus Syriæ & Iſraëlis, prædicit Propheta Achazo, eam captum ab iis non iri; quod ut credat offert ei, nomine Dei, ſignum, negantique ſe à Deo poſtulaturum, prædicit ei ſignum, ex quo rem intelligeret, ſed quod ad remotiora etiam tempora rémque multò majorem ſpectabat; ſimúlque cladem hoſtium & copiam omnium rerum in Tribu Judæ prænunciat.

[1]. TEMPORE Achazi, Jothami filii, Huzziæ nepotis, Regis Judæ, venerunt Retſin, Rex Syriæ, & Phekachus, Remaljæ filius, Rex Iſraëlis, Jeroſolimam, ut eam oppugnarent; nec *tamen* expugnare potuerunt. [2]. Nunciatum autem erat familiæ Davidis, Syros Ephraimitis fretos, unde agitatus *ejus domûs* animus fuerat, itemque animus populi ei parentis, quamadmodum ſilvæ arbores vento agitantur. CAPUT VII.

[3]. Quare

PARAPHRASIS.

1. REGNANTE Jeroſolimæ Achazo, Jothami F. Huzziæ, Judæ Rege N. in agros Tribûs Judæ Retſin, Rex Syriæ & Phekachus, Remaliæ F. Rex decem Tribuum, ut Jeroſolimam conjunctis copiis oppugnarent; nec tamen eam potuerunt expugnare. 2. Priùs nunciatum erat Domui Davidis Regis, quæ Jeroſolimæ erat, Reges memoratos venturos cum exercitibus, ut eam ſubigerent; quo nuncio accepto, vehementer commoti ſunt Davidis poſteri & populus totus Jeroſolimitanus, qui non parum eo nuncio commoti fuerant.

3. Quam

à Chaldæis relicti fuerant, ne terra incolis prorſus careret.

Sicut enim terebintho & ilici dejectus eſt truncus] כאלה וכאלון אשר בשלכת מצבת בם *chaelah vechaalon aſcher bſchallechet mattſebeth bam*, ut terebinthus & quercus, quibus in dejectione truncus in iis. LXX. Intt. ὡς τερέβινθος καὶ ὡς βάλανος ὅταν ἐκπέσῃ ἐκ τῆς θήκης αὐτῆς. Verùm אלון eſt quercus non *glans*, reliqua ex conjectura parùm probabili. *Symmachus* ὡς δρῦς καὶ ὡς βάλανος ἥτις ἀποβαλοῦσα ἵσταται μόνη, & Vulgatus: *ſicut quercus, quæ extendit ramos ſuos*, quæ ſunt etiam conjecturæ. בשלכת *bſchallecheth*, cùm agitur de arbore, vix aliud ſignificare poteſt quàm *in dejectione*; hoc eſt, cùm ſecuri dejecta eſt. מצבת *mattſebeth* verò eſt *quod ſtat*, à נצב *ſtetit*, nimirum, *truncus*, dejectâ parte ſuperiore arboris. Ac ſanè, in ſequentibus verbis hanc eamdem vocem verterat *Aquila* στήλωσιν, *Symmachus* στάσιν, *Theodotion* στήλωμα, hoc eſt, ut Vulgatus habet, *quod ſteterit*. In LXX. Intt. verborum tranſlatio deeſt, quæ quidem ipſorum ſit, ut monuit *Hieronymus*.

Ita proles ſancta truncus ejus erit] זרע קדש מצבתה *zerah kodeſch mattſabthah*, ſemen *ſanctitatis truncus ejus*; hoc eſt, ejus decimæ, quæ antea memorata, hac ſententiâ: decima pars incolarum in Palæſtina relicta erit veluti truncus, è cujus ſurculis ſancta poſteritas propagabitur. Fuere ſine dubio quàm multi ex iis reliquiis, qui ſe Zorobabeli & Nehemiæ, Babylone reducibus, adgregarunt. Quales erant ii, qui Aſdodæas, Moabitidas, aut Hammonitidas uxores duxerant; quamvis graviter ab Hezdra & Nehemia caſtigati fuerint, & peregrinis uxoribus repudium mittere coacti.

COMMENTARIUS
In CAPUT VII.

1. T*Empore Achazi*] Vide Chronol. Propheticam.

Venerunt Retſin &c.] *Adſcendit Retſin, Rex Aram, & Phekachus* &c.

Potuerunt] *Potuit.*

2. *Nunciatum autem erat*] ויגד לאמר *vajjuggad lemor*, nunciatum erat dicendo. Plusquamperfecto uſi ſumus, quia hæc obſidionis ſolutionem, de qua in poſtremis antecedentis verſûs verbis, antecesſerant, ut res ipſa oſtendit.

Familiæ Davidis &c.] Achazo Regi, ceteriſque regiæ gentis principibus.

Syros Ephraimitis fretos] נחה ארם על אפרים *nahhah aram hal ephrajim*, quievit Syria ſuper Ephraïmo; hoc eſt, eo freta, auxiliiſque ejus fidens Jeroſolimam adgredi auſa eſt. Alioqui repugnantibus Iſraëlitis, Syri vix poterant Jeroſolimam obſidere, aut diutiùs obſidionem tolerantem ad deditionem perducere. Iſraëlitarum enim agri erant interpoſiti, Syriam inter & Judæam, ut notum eſt. LXX. συνεφώνησεν Ἀρὰμ πρὸς τὸν Ἐφραίμ. *Hieronymus* verbo tenus *requievit Syria ſuper Ephraim*. Thargum: אתחבר *ithhabbar*, ſocietatem iniit. Alii de caſtris Syrorum juxta caſtra Iſraëlitarum, ad Jeroſolimæ mœnia, poſitis, ut 2. Sam. XVII, 12. נחנו עליו *nahhenou halau*, caſtra contra eum ponemus. Sed ordo narrationis priori interpretationi favet.

Unde agitatus ejus domus animus] וינע לבבו *vujjanah lbabo*, agitatum erat cor; nempe, familiæ Davidicæ. Verbo נע exprimitur hic *fluctuantis* animi, & ſibi diffidentis adfectus, quo fit, ut nunc hoc velit, quod antea nolebat, & viciſſim: ut arboris, vento huc illuc agitatæ, rami huc illuc inclinantur.

Populi ei parentis] *Populi ejus*, Judæ tribulium,

3. Quare dixit Jehova Eſaiæ: egredere nunc obviam Achazo, tu & Searjaſubus, filius tuus, ad extremum aquæ ductum piſcinæ ſuperioris, in ſtrata via agri fullonis; 4. eíque dicito: cave tibi & quieſce, neque mollior fiat animus tuus, propter duas caudas titionum fumantium iſtorum, ob iram Retſinis, Syroríımque, & Remaljæ filii; 5. eò quòd malum conſilium ceperint contra te Syria, Ephraim & Remaljæ filius, dicentes: 6. nos conferamus *Jeroſolimam* Judæ, eam obſideamus, perruptam ad nos trahamus, Regémque in ea Tabalis filium conſtituamus. 7. Sic *enim* Dominus Jehova, non

3. Quam ob rem Deus juſſit Eſaiam ire obviam Regi Achazo, una cum filio ſuo, cui nomen erat Jearjaſubo filio, ad extremum aquæ ductum piſcinæ ſuperioris, in via ſtrata Fullonis, eumque alloquitur in hanc ſententiam: 4. Cave tibi, ô Rex, & quieto animo eſto, nec metuas tibi à duobus illis titionibus fumantibus, quippe qui non ita pridem è ſimili periculo evaſerant, & tunc temporis; 5. ſtatuerant oppugnare Jeroſolimam, quo volebant ſe cum exercitibus conferre; 6. ut eam obſiderent, ut, perruptis ejus muris, Regem ei darent Tabalis filium; 7. ſtatuit enim Dominus Creator, rem

bulium, qui erant Davidicæ ſtirpis populus.

Vento] *A facie venti*, id eſt, ante ventum, quo flante rami arborum in contrariam partem flectuntur.

3. *Searjaſubus*] שאר ישוב *ſchear-jaſchoub*; hoc eſt, reliquiæ redibunt. Quod nomen filio Eſaiæ impoſitum erat, ut præ oculis poneret Iſraëlitis, quod ſæpiùs prædixit Propheta, fore ut Judæi in captivitatem abducerentur, ſed inde in patrium ſolum redituras eorum reliquias. Hujuſmodi nomen ominoſum, ut ita loquar, imponit Eſaias alteri filio Cap. VIII, 1. & ſeqq. LXX. Intt. & Latinus perperam priorem partem nominis verterunt, alterâ, quaſi ſola proprium nomen eſſet, omiſſâ: ὁ καταλειφθεὶς Ἰασοὺβ, *& qui derelictus eſt Jaſub.* Aut totum erat vertendum, aut neutra pars. Duci verò voluit Deus à Propheta Sear-jaſubum ſecum ad Achazum, ut Regi ejus conſpectus, aut nomen prolatum in memoriam vaticinium de captivitate & reditu revocaret.

Ad extremum aquæ ductum] *Ad extremitatem aquæ ductûs* &c. Locus fuit extra mœnia Jeroſolimæ, ad occaſum montis Sionis, ex quo ſtetit *Rabſakes*, aut Princeps Pincernarum, à Sancheribo ad Ezekiam & populum Jeroſolimitanum miſſus. Vide infra C. XXXVI, 2. & 2. Reg. XVIII, 17. *Euſebius* in locis: ἀγρὸς τοῦ γναφέως, παρὰ Ἡσαΐᾳ, καὶ δείκνυται εἰσέτι νῦν ὁ τόπος ἐν προαστείῳ Ἱερουσαλήμ: interprete *Hieronymo: Ager fullonis, hoc in Eſaia ſcriptum eſt. Oſtenditur autem nunc usque locus, in ſuburbanis Hieruſalem.* In vicinia fuit hortus Regius, in quem fortè deambulatum ibat Achazus, nondum propiùs obſeſſâ Jeroſolimâ. Perperam *Jac. Borfrerius*, fuiſſe hunc locum air inter orientem & meridiem montis Sionis, fuit enim ad occidentem, meridiem verſùs.

4. *Cave tibi & quieſce*] השמר והשקט *hiſchamer vehaſchket*; hoc eſt, nihil molire in Reges Syrorum atque Iſraëlitarum, ſed intra muros urbis maneto.

Mollior fiat] ירך *jerach*, tener fiat. Quod de timido animo dicitur.

Duas caudas titionum &c.] Proverbialis eſt formula, quâ ſignificantur homines, non ſine clade periculo erepti; ut titionum extrema pars ex igne rapta, ceteris jam combuſtis, & etiamnum fumantibus. Quæ autem pericula eorum notentur, tacente Hiſtoriâ Sacrâ, & breviſſimè res geſtas, iis regnantibus, narrante, dicere nemo poſſit. Sed erat, in vicinia, Thiglath-Philnezer, Aſſyriorum Rex, iis potentior, à quo mala multa pati potuerunt & poſtea paſſi ſunt. Vide 2. Reg. XV, 29.

Retſinis, Syriæque &c.] רצין וארם *retſin vearam*, cùm Retſinus diſtinguatur à Syris, credibile eſt eùm Regem ipſum Syrorum, tum etiam Syros, peculiari nomine Judæis fuiſſe infenſos. Pro his verbis: *ob iram Retſinis* &c. ad finem verſûs 5. habent LXX. Intt. ὅταν γὰρ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ μου γένηται, πάλιν ἰάσομαι, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Ἀρὰμ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Ῥομελίου ὅτι ἐβουλεύσαντο βουλὴν πονηράν. Non tam receſſit ab Hebraïcis *Hieronymus*, qui habet: *in ira furoris Raſin Regis Syriæ* (pro *& Syriæ*) *& filii Romeliæ, eo quòd conſilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim, & filius Romeliæ dicentes.*

Ephraim & Remaljæ filius dicentes] Hic *Ephraïm* ſeorſim nominatur à Rege ejus, *Remaljæ filio*, ut antea *Syria* ſecernitur à *Ratſino Rege*, fortè propter rationem adlatam; ſed Hebraïca hìc mendis carere, quis præſtarit?

6. *Nos conferamus Jeroſolimam Judæ*] נעלה ביהודה *nahaleh bihoudah*, adſcendamus in Judam. Sed cùm ſequatur *obſidio* ac *perruptio*, ſatis liquet agi de Jeroſolima, non de agris Judæ; ſupplevimus ergo vocem *Jeroſolimam*, quæ neceſſariò intelligenda eſt. Attamen LXX. Intt. ἀναβησόμεθα εἰς τὴν Ἰουδαίαν & Hieronymus: *adſcendamus ad Judam.*

Eam obſideamus] ונקיצנה *ounkitſennah*. Eſt propriè *tædio eam adficiamus*, ſeu *vexemus*. Sed intelligitur tædium ac vexatio obſidionis, vel oppugnationis. Vide Jerem. XIX, 9. ubi hoc verbum à LXX. Intt. πολιορκεῖν vertitur.

Perruptam ad nos trahamus] ונבקיענה אלינו *nabkiennah elenou*, perrumpamus eam ad nos; hoc eſt, perruptis muris, atque irruptione factâ, in poteſtatem noſtram redigamus. Vide 2. Reg. III, 26. Jerem. XXXIX, 10. ubi hoc verbum de *eruptione*, & *irruptione* intelligendum. LXX. Intt. omiſerunt vertere, *Hieronymus* verò: *avellamus eam ad nos*, impropriè.

Tabalis filium] Quis ſit בן טבאל *filius Tabalis*, aut *Taberolis*, ut vocem referunt Veteres, prorſus ignotam; ſed neceſſe eſt hominem fuiſſe, qui à partibus hoſtium Judæ ſtaret, eùm eum Regem Jeroſolimæ conſtituere vellent, ſi poſſent.

7. *Non erit hoc ratum*] לא תקום *lo thakoum*, non ſtabit; hoc irritum erit, nam הקים *hekim*

Digitized by Google

non erit, inquit, *hoc* ratum, neque fiet; [8]. nam Syriæ caput eſt Damaſcus, Damaſci verò caput Retſin; at intra ſexaginta quinque annos, *ita* conteretur Ephraïmus, ut ne populus *quidem* futurus ſit. [9]. Caput autem Ephraïmi eſt Samaria, Samariæ verò caput eſt Remaljæ filius. Niſi credideritis, *ſcitote vos* non fore firmos.

[10], Per-

rem non futuram, 8. eſſe enim Syriæ Metropolin Damaſum, Retſinem verò principem Damaſci; ſed intra ſexaginta quinque annos ſic contritum iri Ephaimum, ut ne quidem populus ſit in agris tribus Ephraimi; 9. caput autem Ephraïmi Samariam; ſed Samariæ principem eſſe Remaljæ filium: Sed niſi crederent Jeroſolimitani, nihil fore tutum apud ſuos.

10. Ad-

kim eſt ratum fecit, confirmavit. Vide Gen. VI, 18. XVII, 7. Sam. XV, 11.

8. *Caput Damaſcus*] Metropolis, ut poſtea, *caput* eſt Rex.

Intra ſexaginta quinque annos] בעוד ששים וחמש שנה *behod ſchiſchim vehhameſch ſchanah*, adhuc ſexaginta quinque anni. *Lud. Cappellus*, in notis Criticis ad hunc locum, poſtquàm confutavit Judæorum & *Gasp. Sanctii* calculum, quo tentarunt vaticinium cum veritate Hiſtoriæ in concordiam redigere, finem, intra quem impleri id oportuit, ſtatuit eſſe tempus, quo à Thiglath-philneſero capta Samaria. Tum ſibi objicit, tot annos non eſſe ab hac Prophetia Eſaiæ ad Samariæ exſcidium. Quod non negat, ſed vult, quod & *Hug. Grotio* placuit, ששים *ſexaginta* poſitum eſſe pro שש *ſex*, ita ut in priore numero, ut nec ſemel alibi, decades pro monadibus poſitas, ut 1. Sam. XIII, 5. quod verum videtur & 2. Sam. XV, 7. de quo mihi non conſtat, quamvis negare nollm, ejuſmodi menda in quædam loca irrepſiſſe, quod, ubi oportuit, indicavi. Hoc autem poſito, mens Eſaiæ hæc erit, *Cappello* judice: *intra ſex & quinque* (hoc eſt, undecim) *annos, conteretur Ephraim.* Et ſanè, ut ait, tot ſunt reverâ anni, ab edita hac Prophetia ad ejus implementum. Edita enim eſt ſub finem regni Pekachi, biennio puta, ante ejus obitum; id quod certò colligi poteſt ex Prophetia, quæ mox habetur, verſu 16. hujus Capitis, & ea, quæ infrà habetur Cap. VIII, 4. collata cum 2. Reg. XV, 29. Prophetiâ enim illâ Eſaïas innuit fore, ut intra breviſſimum tempus (biennii puta, quo infantes incipiunt παππάζειν) Retſin, Syriæ Rex, & Pekachus, Rex Iſraëlis, à Rege Aſſyriorum occidantur. Cùm itaque Hoſeas, Elæ filius, ultimus Iſraëlitarum Rex, qui Pekacho ſucceſſit, annos novem, regnaverit, quibus deſinentibus, finem habuit regnum decem tribuum; planum eſt prophetiam hanc Eſaiæ impletam, anno undecimo, ex quo fuit edita; ac proinde omnino videri hîc legendum eſſe שש pro ששים. Hæc *Capellus*, cui poſſit fortè nonnemo adſentiri, ſi quo exemplo probaſſet Hebræos ſolitos dicere *ſex & quinque* pro *undecim*, ubi de una annorum ſumma ſermo eſt. Sed præterea alius poteſt annorum calculus iniri, ut fecit *Jac. Uſſerius*, quem vide, in Annalibus Sacris. Nec verum eſt Pekachum à Rege Aſſyriorum occiſum. Vide 2. Reg. XV, 30. Idem putat hoc vaticinium ab Eſaia quidem anno Achazi 1. Pekachi 18. ante Chriſtum DCCXLII. editum, impletum verò LXV annis poſtea, ante Chriſtum DCLXXVII. fuiſſe. Etſi enim, ut rectè *Uſſerius*, à Salmanaſſare maxima pars populi, ante annos XLIV, tranſlata in Aſſyriam fuerat, & regnum Iſraëlis prorſus extinctum erat; reliquiæ tamen Iſraëlitarum, quæ illic manſerant, populi ſpeciem quandam præbebant. Quaſdam autem eorum reliquias ibi fuiſſe liquet ex 2. Ephemer. XXXIV, 6, 7, 33. XXXV, 18. collatis cum 2. Reg. XXIII, 19, 20. Sed poſtquàm eæ reliquiæ abſorptæ ſunt, multitudine majore novorum colonorum Babyloniorum, Chithæorum, Havæorum, Hamathæorum & Sepharvajimitarum; tum verò Iſraëlitæ, qui illic erant, deſierunt eſſe populus. Vide 2. Reg. XVII, 24.

Mirum eſt, primâ fronte, Prophetam, qui Ephraïmo ultimum exſcidium, intra LXV. annos, prædicit, de Syris nihil addere. Sed minùs mirum videbitur, ſi reputemus fuiſſe Syros & Ephraïmitas fœderatos, ac proinde utroſque ſimul, vel interpoſito certè exiguo tempore, pœnas daturos fuiſſe, ut mox oſtendemus. Certè ita vicini erant Syri & Iſraëlitæ, ut adiri hi vix poſſent ab exercitu, niſi ſubactâ Syriâ.

9. *Niſi credideritis, ſcitote vos non fore firmos*] אם לא תאמינו כי לא תאמנו *im lo thaaminou chi lo theamenou.* LXX. Intt. ἐὰν μὴ πιστεύσητε οὐδὲ μὴ συνῆτε, unde conjicit *Lud. Cappellus*, legiſſe eos non תאמנו, ſed תבינו *thabinou*, intelligetis. Sed *Symmachus*, ἐὰν μὴ πιστεύσητε οὐ διαμενεῖτε, quod *Hieronymus* ſequutus vertit: *ſi non credideritis, non permanebitis.* At *Theodotion*, οὐδ' ὁ μὴ πιστωθεῖτε. *Grotius* putabat, congruentiùs Hebræo ſenſui poſſe verti: *an ideò non creditis, quia non confirmamini?* nempe, ſigno aliquo conſpicuo. Facilius eſt ſenſum invenire, in verbis ſeorſim conſideratis, quàm videre, quid ad rem, quæ agitur, faciant. Eſt locus ſimilis 2. Ephem. XX, 20. האמינו ביהוה אלהיכם ותאמנו *credite Jehovæ Deo veſtro & confirmabimini*; hoc eſt, ſecurè terram poſſidebitis, & Regnum Judæ firmabitur. Quibus in verbis eſt Paronomaſia, figura non infrequens apud noſtrum Prophetam. Vide C. V, 7. Quare ſic & hunc locum intelligendum cenſeo, ut ſit admonitio Prophetæ, niſi Judæi Deo crederent hoc, quod modo dixi, non futurum; ſeu non firmiores futuras iis ſedes, quàm Iſraëlitis & Syris. Supplevi דעו *debou*, *ſcitote*, propter τὸ כי quod ſequitur. Fateor veteres Intt. hanc particulam crediſſe hîc παρέλκειν, cùm eam omiſerint, ac ſanè paſſim abundat. Sed plenior eſt ſententia, ſupplemento addito & ſolet hic Imperativus ſic conſtrui. Vide Gen. XX, 7. 1. Sam. XX, 7. XXIV, 12.

 10. *Ad-*

[10]. Perrexit porrò Jehova adloqui Achazum, hiſce verbis: [11]. pete tibi ſignum à Jehova Deo tuo. E profundo pete, vel etiam ex alto. [12]. Achazus verò, non petam, inquit, neque tentabo Jehovam. [13]. At *Eſaias*, audite, ait, ô domus Davidis, an

10. Addidit & Deus hæc verba ad Achazum per Prophetam referenda Achazo: pete tibi ſignum à Creatore Deo tuo. 11. Rem petito, quæ fiat infra pedes tuos, vel etiam in æthere ſupra caput tuum. 12. Achazus verò, quaſi veritus Deum offendere, negavit, ſe quidquam ſimile a Deo petiturum, ne Deum tentaret, quaſi de potentia ejus dubitaret. 13. Cùm verò fucata eſſet reſponſio, an

10. *Adloqui Achazum*] Per Eſaïam.

11. *Pete tibi ſignum* &c.] Etiam homines pii, iis temporibus, ſignum interdùm à Deo ſibi dari petebant, unde certò intelligerent quidpiam eſſe futurum. Vide Jud. VI, 36. & dicta ad Gen. XXIV, 14.

E profundo pete &c.] *Profundam fac petitionem tuam, aut adtolle in altum:* העמק שאלה או הגבה למעלה *habamek ſchealah o bagbeah lmahalah*; hoc eſt, quidvis pete in terra, vel in cœlo fieri, rémque impetrabis; ne ullum tibi, aut aliis, de divina voluntate & potentia dubium ſuperſit. Sed Veteres Interpretes non eodem prorſus modo, ac nos, verba hæc legerunt. LXX. Intt. omiſerunt vertere vocem שאלה, ſive non compareret in Hebraïco eorum exemplari, ſive ἀβλεψίᾳ vel ipſi, vel librarii, in eorum verſione, omiſerint. Habemus enim tantùm in eorum Codd. εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. Sed alii Intt. Græci camdem vocem שאלה protulerunt *ſcheolah*, non *ſchealah*, ut nos, unde *Aquila* habebat: βάθυνον εἰς ᾅδην, μετεώρισον εἰς ὕψος, *Symmachus* βάθυνον εἰς ᾅδην, ἢ εἰς ὕψος ἄνω, & *Theodotion* βάθυνον εἰς ᾅδην, ὕψωσον ἄνω. Eos ſequutus eſt etiam *Hieronymus*, qui vertit: *in profundum inferni, ſive in excelſum ſupra.* Nec eſt, quod carpatur in ea lectione, notum eſt enim שאול loca profunda dici, & oppoſitio utriuſque ὑπεναντίως recta eſt. Ita ſolet etiam loqui Scriptura. Vide de voce שאול notatâ ad Gen. XXXVII, 35. déque oppoſitione ᾅδου καὶ οὐρανοῦ Eſai. XIV, 14, 15. & Matth. XI, 23. & quæ ad eum locum Interpretes.

Deus autem hìc ſponte ſuâ offert ſignum Achazo, unde intelligeret fore, ut impleretur, quod promiſerat, de excidio ejus hoſtium; cùm ut ab impio Rege, tum etiam ab ejus purpuratis adſenſum veluti extorqueret; unde conſtaret Deum Iſraëlis verum eſſe Deum, résque palam facta Jeroſolimitanos ab Idololatria revocaret. Poterat etiam fieri, ut Prophetæ ſuo auctoritatem & fidem apud eoſdem parere vellet, prædictione eventûs paullò pòſt futuri, ut remotior etiam exſpectaretur.

12. *Neque tentabo Jehovam*] Quaſi diceret Achazus, ſe ſignum non petiturum, quaſi de Dei potentia dubitaret, ejúſque experimentum capere vellet; ſe enim ei fidem habere. Quod aut merum fuit ludibrium, aut ars quam adhibuerit, ne cultores Dei Iſraëlis, difficili tempore, à ſe alienaret. De hoc loquendi genere vide ad Exod. XVII, 2.

13. *O Domus Davidis*] Aderant, nempe, Achazo Principes ex familia Davidis, ut eum, honoris cauſâ, comitarentur; cúmque probare ſe reſponſum Regis oſtendiſſent, aut verbis, aut nutu, totam familiam Davidicam caſtigat Propheta.

Tædio adficere homines] הלאות אנשים *haloth anaſchim.* Vertunt hoc verbum *defatigare*, quod reverà ſignificat, ubi ſermo eſt de labore corporis; ſed ubi agitur de animi moleſtia, eſt *tædium & moleſtiam creare*; quod tamen ἀνθρωποπαθῶς de Deo dictum, ut hic, eſt θεοπρεπῶς de Deo intelligendum. Deo *moleſti ſunt, tædiúmque* adeò ei *creant*, qui neque Veritatis, neque Virtutis rationem ullam habent, & qui ſæpiùs licet ab eo, per Prophetas, admoniti, non redeunt ad ſaniorem mentem; quamvis ejus beatitudinem minime minuant, aut minuere poſſint. *Moleſtia* ergo ac *tædium* ſunt illi actus divini, quibus eorum placita hominum improbat; quod ſupplicio de iis ſumto tandem oſtendit. LXX. Intt. & *Theodotion* vertunt ἀγῶνα παρέχειν, *Aquila* μοχθεῖν, *Symmachus* κοπῶν, quod eodem recidit, ſed poſteriores duo ſunt commodiùs loquuti.

14. *Dominus ipſe ſignum dabit*] Hæc, ante omnia, ex Grammatico ſenſu interpretabimur, tum etiam ad Myſticum deveniemus; nam duplicem ſenſum his verbis ineſſe ſtatuimus, & paucis poſtea oſtendemus. Prædixerat Propheta exitium Syris atque Ephraïmitis, cujus extrema clauſula in LXV annum dilata fuerat; ne autem ſerum hoc nimis videretur, jam intra pauculos annos, quot oporteret elabi, antequàm puer brevi concipiendus à muliere, quæ, cùm loqueretur Eſaias, etiamnum virgo erat, bonum à malo ſecernere poſſet. Signum hoc ſitum erat in certa filii conceptione, qui ſuo tempore naſciturus erat, atque à parentibus Himmanouël, hoc eſt, *Deus nobiſcum* vocitandus, quo nomine auxilium Dei à Propheta Judæis promittebatur; quo Deus ſe veluti obſtringebat, fidémque dabat, fore ut promiſſis ſtaret; & quod audiri non poterat, quin ea res in memoriam revocaretur. Sic antea *Sear-jaſubus* ſignum fuit, aut ſignificatio reditûs reliquiarum Iſraëlis, & mox hic ipſe puer, altero nomine, *Maher-ſalal-chas-bazus* direptionis & vaſtationis Damaſcenorum & Ephraïmitarum. Nec neceſſe fuit diu exſpectari Prophetiæ hujus eventum.

En virgo concipiet &c.] הנה העלמה הרה *hinneh habalmah bara*, ecce puella *fiet* gravida. LXX. Intt. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται. *Aquila* & *Theodotion*, ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ συλλαμβάνει. *Symmachus*, ἡ νεᾶνις συλλαμβάνουσα. Latinus: *Ecce virgo concipiet.* Idem in Comment. ad hunc locum: *Ut cùm Judæis conferamus pedem & nequaquam contentioſo fune præbeamus eis riſum noſtræ imperitiæ, virgo Hebraicè* BETHULA *adpellatur; quæ in præſenti loco non ſcribitur, ſed pro hoc verbo poſitum eſt* ALMA, *quod*

an parum vobis eſt tædio adficere homines, ut etiam Deum meum tædio adficiatis?
14. Itaque vobis Dominus ipſe ſignum dabit; en Virgo concipiet, & pariet filium, & voca-

an parum eſt vobis, inquit Eſaïas, tædio adficere homines, ut Deum ambiguâ reſponſione deludatis? 14. Igitur Deus ipſe dabit ſignum, unde intelligatur vos liberaturus eſſe. Virgo nunc eſt, quæ filium mox concipiet & pariet, qui vocabitur Himmanuël, hoc eſt, Deus nobiſcum.
15. Lac-

quod præter LXX. Intt. omnes Adoleſcentulam *tranſtulerunt.* Attamen, licèt בתולה *bthoulah* dicatur *virgo*, & בתולים bthoulim *virginitas*, nihil vetat quin עלמה *halmah*, idem ſignificet, unde & παρθένον verterunt LXX. Intt. favétque vocis Etymologia; nam *occultam* ſonat, virgines autem ſolebant occultari & domi clauſæ teneri, ut oſtendit *Grotius* ad Matth. I, 22. Nec Judæi, eo tempore, quo à multis ſæculis intermortua erat Hebraïca Lingua, ſcire poterant, quæ ſit Hebraïcorum vocum propria ſignificatio, niſi uſu Scripturæ; ex qua non liquet, עלמה dictam etiam, quæ virginitatem amiſiſſet. Nunc quidem concedunt virginem ubique eâ ſignificari, excepto hoc loco, & Proverb. XXX, 19. qua in re prorſus falluntur. Hìc enim Propheta loquitur de puella, quæ tum erat virgo, quando loquebatur; ſed futura non erat, poſtquàm cum viro concubuiſſet. Loco etiam Proverbiorum *via viri in virgine* noſci negatur, hoc eſt, virginem ab ea, quæ non eſt, ſecerni ſemper non poſſe; ubi *virgo* etiam dici poteſt puella vitiata, non ſtatûs præſentis habitâ ratione, ſed ejus, in quo erat, antequàm vitiaretur. Itaque nihil vetat voce עלמה propriè virginem ſignificari.

Sed audiamus cetera, quæ habet, hac de voce *Hieronymus: Porrò*, inquit, *ALMA, apud eos verbum ambiguum eſt, dicitur enim &* adoleſcentula *&* abſcondita, *id eſt*, ἀπόκρυφος. *Unde & in titulo Pſalmi noni, ubi in Hebræo poſitum eſt* Alamoth, *ceteri interpretes tranſtulerunt*, pro adoleſcentulo, *quod LXX. interpretati ſunt* pro abſconditis, *& in Geneſi legimus, ubi Rebecca dicitur* Alma. *Aquilam non* adoleſcentulam, *nec* puellam, *ſed* abſconditam *tranſtuliſſe. Sunamitis quoque mulier, amiſſo filio, cùm Eliſæi fuiſſet pedibus provoluta & probiberet eam Jeſi, audit à Propheta:* Dimitte eam, quia in dolore eſt, & Dominus abſcondit à me. *Pro eo quod in Latino dicitur* abſcondit à me, *in Hebræo ſcriptum eſt* Eelim Mimmenni. *Ergo* alma *non ſolùm* puella *vel* virgo, *ſed cum* ἐπιτάσει virgo abſcondita *dicitur &* ſecreta, *quæ numquam virorum patuerit adſpectibus, ſed magnâ parentum diligentiâ cuſtodita ſit. Linguâ quoque Punicâ, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, propriè virgo* alma *vocatur.* Pluribus etiam rem perſequitur, quæ apud ipſum legi poterunt. Ex his abunde liquet, Hebraïcâ voce, *virginem* propriè ſignificari non abſurdè poſſe dici; nec quidquam objici, quod ullius ſit ponderis:

Vocabis eam Himmanuël] וקראת שמו עמנואל *vekarath ſchmo himmanouël.* Verbum קראת, omnes Græci Intt. verterunt καλέσεις ſecundâ perſonâ. Si leges קָרָאת, ut Maſſorethæ, referetur ad matrem, ſi קָרָאתָ ad patrem, vel ad quemcumque, qui puerum nomine adpellaturus eſſet; prior enim forma, ut notum fœminina eſt, poſterior maſculina. Nec licet ſcire, quî legerint Græci Interpretes, nam καλέσεις ad utrumque genus refertur, quâ ambiguitate Lingua Hebraïca, Græcâ ceteroquin inferior, ob diſtinctionem perſonarum maſculinarum & fœmininarum, caret. Matthæus vertit καλέσουσι, & *Hieronymus vocabitur*, qui tamen ad hunc locum ſic habet, ex Ed. Martianæi: *verbum* Carath, *quod omnes interpretati ſunt* vocabis, *poteſt intelligi* & vocabit, *quod ipſa videlicet virgo, quæ concipiet & pariet, hoc Chriſtum adpellatura ſit nomine.* Editor obſervat ſic Codd. MSS. habere, ſed eſſe aut errorem Librariorum, aut libertatem *Hieronymi*, qui, more Syriaco, ſecundam perſonam, קראתי extulerit. Prius eſt veriſimilius, cur enim Aſceta Bethlehemiticus Prophetam induxiſſet Syriacâ Linguâ utentem, dum familiam Davidis adloquitur? Quo jure mutaſſet, quod aliter in Hebraïco Codice legebat? Malim voci קראת puncta perſonæ maſculinæ adjici; ut ſit veluti Apoſtrophe ad קורא *kore*, vocantem, quicumque futurus eſſet. Nec rarum eſt, Nominativum, eo modo, ſubaudiri. Vide Indicem Pentateuchi, ad vocem Nominativus. Quem ſenſum expreſſit Matthæus verbo καλέσουσι *vocabunt*; nempe, nomine eum compellantes, aut de eo loquentes.

Hæc omnia poſſunt intelligi de puero mox naſcituro, & fortè quidem Eſaïæ, cujus filii nomina fuerint אתות *othoth*, ſigna apud Judæos; unde intelligerent, nominibus prolatis, quid ſibi mox eſſet futurum. Agitur ſanè de ſigno mox futuro, & propterea à Deo inſtituto, ut rem non usque adeò remotam prænunciaret. Liquere hoc ex tota rei narratione poteſt, primùm enim ſignum proponitur, à quo Judæi intellecturi erant ultimum exitium Ephraïmo incubiturum, intra LXV. annos; quod ſignum debuit jam exſtare, antequàm exactum id tempus eſſet. Remotam rem non proponi, colligere etiam eſt ex particula הנה *hinneh*, ecce, quæ paſſim in Prophetis idem valet ac *mox*, ut ſæpe obſervavimus; nec vertendo particulam *ecce* adhibuimus, niſi quia nihil hìc mutare ſtatueramus. Secundò, adloquitur Propheta Achazum & purpuratos, qui illic aderant, aitque, Dominum illis ſignum daturum, & rem impletum iri intra tempus, quo puer nondum conceptus naſci poſſet, jámque ablactatus eſſet, quamvis nondum bonum à malo ſecerneret; ſignum autem futurum eum ipſum puerum, cui nomen imponeretur *Himmanueli.* Quisquis leget pauca hæc commata, paullò adtentiùs, de re dubitare non poterit; de qua conſulendus etiam *Hugo Grotius* ad Matth. I, 22. quamquam nonnihil ab eo abierimus. Vide & quæ diximus ad Matth. II, 15. in addit. ad *Hammondum.*

Nec tamen hæc obſtant, quo minùs hìc ſit vari-

vocabis eum Himmanuëlem. 15. Butyro & melle veſcetur, ita ut ſciat malum quidem averſari, bonum verò eligere. 16. Sed antequàm ſciat puer averſari malum, & bonum eligere, deſeretur terra, quam tu deteſtaris, propter duos Reges. 17. *Poſtea* Jehova operâ Aſſyriorum Regis, adducet in te, in populum tuum, atque in domum Patris tui, tem-

15. Lacte depulſus comedet butyrum & mel, ita ut ſciat malum & bonum cibum diſtinguere, 16. ſed antequam puer poſſit bonum a malo ſecernere deſeretur terrarum tractus, quem odio habes, propter duos illos Reges tibi infenſos. 17. Poſtea Creator, opera Aſſyriorum Regis longe potentiſſimi, adducet in te, ſobolemque Genearchæ tui, tempora, qualia non fuerunt a tempore, quo Ephraimus

vaticinium inſigne de Chriſto, ut oſtendit *Grotius*, útque nos quoque diximus ad locum poſteriorem Matthæi. Liquet hoc ex verbis, quæ pleniore multò ſenſu Chriſto conveniunt; cum enim non *puella* tantùm, quæ nuper Virgo fuerat, ante conceptionem, ſed etiam Virgo pòſt remanſit, quòd ſine viri opera conceperit; idémque puer *Immanuel*, Deus nobiſcum dici debuit, quia in eo fuit Λόγος, qui, ut docet Joannes principio Evangelii, non tantùm *apud Deum initio erat*, ſed & *fuit* ipſe *Deus*, & *caro factus eſt*, & *habitavit inter nos*; unde, ut verbis Pauli utar Coloſ. II, 9. *habitat in eo tota plenitudo Deitatis corporaliter*; quod de filio Eſaiæ, vel qui tempore Eſaiæ natus eſt, dici non poteſt. Itaque dum Propheta de temporis ſui puero loquitur, ita rem expreſſit, non ſine Divina Providentia, ut verba, quibus utitur, haud paulò meliùs Chriſto conveniant; nec deſcribi iis puer ille potuerit, niſi dilutiore multò ſenſu.

Neque objeceris reliquas circumſtantias, quæ hîc memorantur, & totius orationis propheticæ occaſionem ad puerum illum, Eſaiæ filium, ita pertinere, ut Chriſto aptari nequeant; ſic enim concepta ſunt & alia vaticinia, ut eorum tantùm pars in Chriſtum quadret; quod pluribus oſtendimus etiam ad Matth. C. II, 15. Quibus adde promiſſionem Davidi factam, de prole ei naſcitura, hoc eſt, Salomone, 2 Sam. VII, 12. & ſeqq. 2 Par. XXII, 9. & ſeqq. quæ promiſſio Chriſto aptatur Heb. I, 5. & locum Pſ. II, 7. ubi de Davide, ſine dubio, ſenſu Grammatico, ſermo eſt, qui locus, quaſi ad Chriſtum pertinens, ibidem profertur; quamvis utrobique ſint nonnulla, quæ Chriſto non conveniunt; quia àliquot verba pleniùs multò in eo ſunt impleta, quàm in Davide, vel Salomone. Deus ita *genuiſſe* Chriſtum dicitur, & *pater* ejus vocatur, ut nemo, præter ipſum, eo ſenſu *Filius* Dei dici poſſit; vocetúrque ideò, Dei *unigenitus*. Sunt ergo in vaticiniis ejuſmodi de Chriſto intelligenda, quæ ad eum pertinere poſſunt; reliqua ſunt de iis, de quibus ex orationis ſerie ſermo eſt, capienda; ne fruſtra Scripturæ verba torqueamus, & ludibrium Judæis debeamus. Ex eorum prædictionum interpretatione, quæ eſt in Novo Teſtamento, hoc unum colligere poſſumus Deum curaſſe Prophetas, etiam aliud agentes, ea proloqui; quæ meliùs de Chriſto intelligantur, quàm de iis, de quibus ſolis loqui ſe putabant, & reverâ loquebantur Prophetæ. Quod cur fecerit Deus, noſtrum non eſt dicere, qui, quod de conſilio ſuo non revelavit, fidenter adfirmare religioni ducimus. Sed quoniam, apud Judæos, eæ adducebantur prædictiones, apud eos etiam ſic intellectas voluiſſe intelligimus; qua de re alibi, ut jam monuimus, pluribus egimus.

15. *Butyro & melle veſcetur*] חמאה ודבש יאכל *hhemah oudbaſch jochel.* Multis hunc locum illuſtravit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 12. ubi etiam oſtendit butyrum & mel cibum infantium fuiſſe. Addere poſſumus lacte depulſorum, dum enim lacte utuntur, butyrum & mel eis comedenda non præbentur. Hæc autem dici videntur, ut intelligerent Judæi aliquamdiu puerum victurum, & coram iis obverſaturum, ut intelligerent promiſſionum divinarum veluti arrhabonem extare.

Ita ut ſciat malum quidem averſari &c.] Poſſit videri ambiguum, de quo *malo* ac *bono* agatur, utrum de pravis & bonis factis, quæ ſecerneret, an verò de noxiis & utilibus alimentis; ſed de alimentis intellexerim, propter id, quod præceſſit de butyro & melle, quæ ſunt alimenta.

Deſeretur terra &c.] Intelligi videtur tractus terrarum, qui à Syris & decem Tribubus Iſraëlis incolebatur. Anno poſt eum, quo editum eſt ſuperius vaticinium, ſecundo qui DCCXL. ante Chriſtum natum, aurum & argentum, quod in ærario Templi, & ſuo ipſius adſervabatur, miſit ad Regem Aſſyriorum Thiglath-phileſerum, ut bellum Damaſcenis & Iſraëlitis inferret, quod impetravit. Aſſyriorum Rex non tantùm Syriam ſubegit, ſed etiam, occiſo Rege & tranſlatis aliò populis, extinxit Syrorum Monarchiam. Vide 2. Reg. XVI, 7, 8, 9. Idem etiam Iſraëlitas, qui agros ad ortum Jordanis obtinebant, captivos in Aſſyriam abduxit, tum trajecto Jordane Galilæam invaſit, Nephthalitáſque omnes, quos reliquos Benhadadus fecerat, captivos in Aſſyriam miſit. Vide 1. Ephem. V, 26. 2. Reg. XV, 29.

17. *Operâ Aſſyriorum Regis.*] Eſt, ad calcem verſûs, את מלך אשור *eth melech Aſchour*, pro מאת *meeth*, à Rege, vel ejus operâ. Latini ſermonis uſus effecit, ut voculas haſce ad initium verſûs retraxerim. Cùm autem Achazus, ut à ſe Syros & Iſraëlitas moleſtiſſimos hoſtes amoveret, ſe in ſervitutem dediſſet Aſſyriorum Regi, ut habemus 2. Reg. XVI, 7. XVIII, 7. maximum tamen detrimentum ab eo accepit, ut liquet ex 2. Ephem. XXVIII, 20, 21.

Tempore] *Dies*, ut & in ſequentibus verbis.

18. *Sibi-*

Digitized by Google

tempora; qualia non venerunt, à tempore, quo Ephraïmus à Juda defecit. 18. Eo
die, ſibilo vocabit Jehova muſcam, quæ eſt ad extremos Ægypti rivos; atque apem,
quæ eſt in Aſſyria terra. 19. Venient illæ & quieſcent omnes ad torrentes ſolitudi-
num, in cavernis petrarum, in omnibus ſenticetis, & in omnibus foraminibus.
20. Eo

mus à Judæ Tribu defecit. 18. Eo die Deus vocabit milites Ægyptios, qui ſunt ad oſtia Nili, atque apem, quæ eſt in Aſſyria terra. 19. Venient & caſtra ponent ad flumina ſolitudinum, atque

18. *Sibilo vocabit muſcam*] *Sibilabit Jehova ad muſcam.* De ſibilo ad vocandum adhibito, vide C. V, 26. Hic verò perinde eſt ac, accerſet, adducet; nam muſcæ non vocantur ſibilo, ſed potiùs æris tinnitu. *Muſcæ* verò dicuntur Ægyptii, ob multitudinem, ut rectè vidit Chaldæus; qua de re adi *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 9.

Quæ eſt ad extremos Ægypti rivos] *In extremitate rivorum Ægypti.* Septem διώρυχας Nili rectè interpretatur *Hieronymus*, quia illic deſinunt rivi, in quos ſectus eſt Nilus. Propriè quidem ſignificatur, hoc loquendi genere, Ægyptus inferior, ſed hìc κατὰ συνεκδοχὴν, poteſt pro tota ſumi. Videntur hæc reſpicere ad expeditionem Pharahonis Nechonis, de qua 2. Reg. c. XXIII. ubi ſtipendiarius Rex Judæ factus ei dicitur, verſ. 33. & ſeqq. Vide & 2. Ephem. XXXV, 20. & ſeqq. Alteram expeditionem, de qua mox, reſpicit Propheta.

Apem quæ eſt in Aſſyria terra] Regem Aſſyriorum, qui hiſce temporibus erat etiam Babyloniæ Rex, ut ex *Joſepho* oſtendit *Jac. Uſſerius*, ad annum DCX. ante Chriſtum. Tum autem regnabat Nabopolaſſar, Nebuchadnetſaris pater, qui quidem Nabopolaſſar anno IV. Jehojakimi Regis copias Pharahonis Nechonis, quæ Carchemiſum ad Euphratem ſuperiore expeditione captam tenebant, vicit, ut habet Jeremias XLVI, 2. Nam quod Nebuchadnetſari tribuitur, qui præerat exercitui, id factum ſub auſpiciis Patris, qui etiamnum erat in vivis. *Joſephus* etiam addit Ant. Lib. X. c. 7. Nechonem, cum magnis copiis, ad Euphratem ſe ſe objeciſſe Nebuchadnetſari, & collatis ſignis cum eo pugnaſſe; ſed, eo victo, Babylonium totam Syriam, exceptâ Judæâ, Peluſium usque in poteſtatem redegiſſe. Quod ſi verum eſt, Judæam Babyloniis eo tempore nondum ſtipendiariam factam; brevi poſtea ſubacta eſt, & ſæpiùs malè mulctata. Vide 2. Reg. XXIV. & 2. Ephemer. XXXVI. & adi *Joan. Marshamum* ad regnum Nabopolaſſaris, Sæcul. Ægypt. XVIII. p. 533. Ed. Lond. & ſeqq.

19. *Venient illæ* &c.] Facile eſt intellectu primùm exercitum Nechoris non potuiſſe per Judæam tranſire, etiam pacatum, ſine agrorum elade; ſed præſertim cùm prælio Joſiam, Judæ Regem, viciſſet, Judæisque victor incumberet; deinde Nebucadnetſarem, cum exercitu victore vicinas omnes oras, Peluſium usque, peragrantem, & Judææ, quod & antea fecerat Necho, Regem & ſtipendium imponentem, graviſſimum toti Judææ fuiſſe. Meritò ergo confert eos exercitus Propheta veſpis & apibus, per omnia volitantibus. Pari ſimilitudine uſus eſt Homerus Iliad. B. 87, & ſeqq. quam integram ſubjiciam:

Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἁδινάων
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων,
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
Αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα;
Ὣς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων
Ἠϊόνος προπάροιθε βαθείης ἐστιχόωντο
Ἰλαδὸν εἰς ἀγορήν.

Sicut gentes eunt apum confertarum, è petra cava ſemper recens venientium, in modum autem racemi volant ſuper floribus vernis, & aliæ hac adſatim volant, aliæ illac: ſic horum gentes multæ à navibus & tentoriis ante littus profundum ordine procedebant & turmatim in concionem.

Ad torrentes ſolitudinum] בנחלי הבתות *bnahhale habbattboth.* LXX. Intt. ἐν ταῖς φάραγξι τῆς χώρας. Hieronymus: in *torrentibus vallium.* Revera obſcura eſt origo, adeóque ſignificatio vocis בתה *bathah*, quæ occurrit tantùm bis & quidem apud ſolum Eſaïam hìc & C. V, 6. Chaldæus hìc habet ברחובי קרויא *birhhobe kirvaja*, in foris, aut plateis urbium. Sequuti ſumus Recentiores, quia exercitus ad torrentes, aquæ cauſâ, aut valles etiam, propter copiam pabuli, tendebant. Sic etiam apes & veſpæ.

In cavernis petrarum] Sic vidimus Homerum apes educere πέτρης ἐκ γλαφυρῆς.

In omnibus ſenticetis] בכל הנעצוצים *bechol hanahatſoutſim.* LXX. εἰς τὰ σπήλαια, Latinus: *in omnibus vepretis.* Eſt hoc nomen vel à עץ hets, *lignum*, vel à נעץ nahats *fixit*, quod probabilius.

Foraminibus] נהללים *nahalalim.* LXX. Intt, ῥαγάδα vertunt. *Hieronymus: foramina;* legerunt נחללים *nahhalalim*, à חלל *hhalal* perforavit. Chaldæus: בתי תשבחתא *domus laudis*, ab הלל *laudavit.* Alii ab eadem quidem radice deducunt, ſed quatenus *ſpretus fuit* ſignificat, unde *viles arbores*, aut *dumeta* vertunt. Veſpæ & apes latè quaquaverſùm volitant, ſed præſertim in locis fluridis, ubi è floribus mel colligunt, quod in cavitatibus arborum & rupium recondunt. Verùm exercitus ubique vagantur, ſi quem quærunt, quem capi ducum intereſt, aut ut prædam reconditam inveſtigent. Sic, ſi nonnullos Interpretes audiamus, Manaſſam Aſſyrii *in vepretis* latentem ceperunt. Vide 2. Ephem. XXXIII, 11. Notum eſt enim Hebræos, temporibus duris, cùm omnia, in campeſtribus locis, agerent & ferrent hoſtes, in cavernas fugiſſe, cum pretioſiſſimis quibúsque, ſolitos; & ſæpe ab hoſtibus in illis latebris quæſitos. Vide ad Habdiam verſ. 3.

20. *No-*

[20]. Eo die radet Deus, novaculâ conductâ, trans fluvium *Euphratem*; *hoc eſt*, per Regem Aſſyriorum; caput & pilos pedum, barbam etiam eâ abſumet. [21]. Eo tempore, erit, qui ſervet vaccam unam, & duas oves; [22]. & præ copia lactis, quam ſuppeditabunt, veſcetur butyro; nam butyro & melle veſcetur, quicumque in terra remanſerit. [23]. Eo tempore, omnis locus, in quo fuerint, mille vineæ, millenis nummis argenteis

atque in rupibus cavis montium hærebunt, aut ſenticeta occupabunt. 20. Eo tempore Deus, quaſi novaculâ conductâ, trans Euphratem, ſeu per Regem Aſſyriorum omnia abradi, ſeu auferri curabit, quæ poterunt capi atque archi. 21. Eo tempore erit, qui unâ vaccâ, aut duabus ovibus, quas alet, 22. tantam lactis emulgebit copiam, ut butyri ei numquam deſit copia. 23. Tum etiam loca,

20. *Novaculâ conductâ*] בתער השכירה *bthahar haſſchecchirah*. LXX. Intt. ἐν τῷ ξυρῷ τῷ μεμισθωμένῳ in Cod. Romano, τῷ μεγάλῳ καὶ μεμεθυσμένῳ, quod poſterius ab *Aquila* ſumtum videtur, cujus nomine etiam citatur. Vertit שכירה ex falſa Etymologia, quaſi eſſet à שכר *ſchachar*, cum puncto dextro, quod eſt *inebriavit*, cùm ſit à שכר *ſachar*, cum puncto ſiniſtro, *mercede conduxit*. Rex autem Aſſyriorum dicitur *conducta novacula*, quaſi ut Achazus Thiglath-phileſerum magnâ mercede conduxerat, ut bellum Syris & Iſraëlitis inferret, ut antea diximus: ſic quoque Deus uſurus eſſet Rege Aſſyriorum & Babyloniorum, quaſi milite mercenario, ad devaſtandam Judæam.

Euphratem] Nomen fluvii addidimus, perſpicuitatis cauſâ. Alioquin ab Hebræis κατ' ἐξοχὴν vocari ſolet Euphrates *fluvius*.

Per Regem Aſſyriorum] Hoc additum ἐπεξηγήσεως ἕνεκα, ſive à Propheta ipſo, ſive à Librariis. Nebuchadnecſar fuit, qui Aſſyriam Babylonico Regno ſubjecit, ideoque Aſſyriorum etiam Rex vocatur.

Caput & pilos pedum] Hoc eſt, à capite ad calcem Syros & Iſraëlitas abradet; nam qui *pilos pedum* שער הרגלים *ſchahar haraglajim*, de pilis pudendorum interpretantur, rem turpiculam de ſuo Prophetæ admetiri videntur; nuſquam enim רגלים *raglajim* pudenda viri ſignificat, ne in hoc quidem loquendi genere מימי רגלים *meme raglajim*, aqua pedum, pro urina; quæ ſic vocari videtur, quia mulieribus & viris etiam longioribus veſtibus indutis urina inter pedes cadit. *Hieronymus* ad hunc locum: *In iſta novacula acutiſſima & in his, qui habitant trans flumen Euphratem; in rege, videlicet, Aſſyrio; omnes capillos & pilos totius corporis, à capite uſque ad pedes, decorémque barba, quod virilitatis indicium eſt, radet Dominus de Judæa, ut nihil in illa forte, nihil pulcrum reſideat, ſed effeminatis hominibus, imò ignominioſis mulieribus comparentur.* Malim ſic interpretari, ut intelligamus fore ut Judæis, omnia ab Aſſyriorum Rege eriperentur, ita ut nihil reliquum iis eſſet futurum; metaphorâ è tonſo ad cutem, per totum corpus, deſumtâ. Uno verbo, ſimili tranſlatione detorto, rem exprimunt Latini, cùm dicunt gentem fuiſſe *expilatam*; nam quamvis in *pilus* prima ſit brevis, longa verò ſecunda in *compilare*, atque *expilare*, nihilo ſeciùs inde verba deduxerim; cùm derivatorum non ſit ſemper eadem quantitas, ac primitivorum. Nec ſanè *expilare* poteſt eſſe à *pilum*; nam *pila* non ſunt inter ea, quæ fures rapiunt. *Expilare* ſpoliare ſignificavit eadem tranſlatione, ac *tondere*, pro eo quod eſt ſpoliare apud *Plautum*. Perperam, ob ſyllabæ mutatum modulum, reprehenſus eſt vir doctiſſimus *Aſconius Pedianus* à *Joſ. Scaligero*, quia interpretatus eſt *compilare*, *pilos pervellere*, *fraudare furto*, *ut ne pilos quidem*, *in corpore*, *ſpoliatis relinquat*. Quod & ſequutus eſt *Nonius Marcellus* in *ſuppilare*. Verùm hæc nihil ad Eſaïam.

Barbam etiam abſumet] והזקן תספה *vehazzakan thispheh*. Hæc non tam ad jacturam ullam bonorum pertinere videntur, quàm ad contumeliam, quod & *Hieronymus* verbis adlatis innuit. Vide ad 2. Sam. X, 4. „ Major eſt „ infamiæ nota, ait *Laurentius d'Arvieux*, „ de Moribus Arabum C. VIII. ſecare bar- „ bam cuipiam, quàm flagris, apud nos, cæ- „ dere & lilii formam candente ferro inure- „ re. Vidi Arabem qui, globo ſclopeti in „ mandibula vulneratus, maluerit ferè mori, „ quàm pati Chirurgum, curandi vulneris „ cauſâ, barbam ei demetere. Tam diu mo- „ ratus eſt, antequàm hoc pati ſtatuiſſet, ut „ vermes jam in vulnere cernerentur, & gan- „ græna immineret. Nec poſtquàm reſecta „ eſſet, ſe conſpici, paſſus eſt; nec in pu- „ blicum proceſſit, niſi vultu tecto velo ni- „ gro, ne imberbis cerneretur, & ſic per- „ rexit, donec in priſtinum ſtatum rediiſſet „ barba. Alia etiam, de honore barbæ, apud eosdem populos, in ſequentibus leguntur lectu non indigna.

21. *Eo tempore*] *Eo die.*

Qui ſervet vaccam unam] Hæc ad eos ſpectant, qui, poſt aliorum migrationes, in Judæa manſerant, atque aliquot pecudes ſibi ſervarant; quæ cùm exiguo eſſent numero atque in pinguibus & copioſis paſcuis, in tanta paucitate incolarum, errarent, lacte abundarunt, ita ut multum inde butyrum fieri poſſet. Itaque licèt boni quidpiam ab Eſaïa promittatur, innuitur tamen regionis vaſtitas.

22. *Præ copia lactis quam ſuppeditabunt*] מרב עשות חלב *merob haſchoth hhalab*, præ copia facere lac. Hoc eſt, *præ ubertate lactis*, ut habet *Hieronymus*. LXX. Intt. διὰ τὸ πλεῖστον ποιεῖν γάλα, quaſi pro עשות *facere* legiſſent, vel legendum putaſſent שתות ſchthoth, *bibere*, ut rectè *Lud. Cappellus* obſervavit.

Nam butyro & melle &c.] Cùm defuturi ſint incolæ, non deerit butyrum & mel, magnâ copiâ; quæ minor videbatur antea, ob multitudinem eorum, qui iis veſcebantur.

23. *Millenis nummis argenteis conducendæ*] באלף כסף *beeleph cheſeph*, mille argenteis; hoc eſt,

Digitized by Google

teis *conducendæ*, *converſus* erit in ſpinetum & ſenticetum. [24]. Inſtructus ſagittis & arcu *viator* veniet illuc, quia tota terra ſentibus & vepribus ſcatebit. [25]. Contra in montes omnes, qui ſarculo ſarrientur, non veniet timor ſpineti & ſenticeti, ſed in eos immittentur boves, atque *iidem* à minuto pecore calcabuntur.

Prædicitur vaſtatio Damaſci & Decem Tribuum Iſraëlis, quæ novo ſigno confirmatur. Deus extrema improbis Iſraëlitis minatur mala, piis verò meliorem ſortem pollicetur.

[1]. PRÆTEREA dixit mihi Jehova: ſume tibi magnum volumen, & ſcribe in eo ſtylo hominis, ad properanda ſpolia, & maturandam prædam [2]. Teſ- CAPUT VIII.

loca, quæ vinetis erant referta, magnâ pecuniâ locandis, in ſenticeta convertentur. 24. Victores per ea loca iter facientes, arcu & ſagittis armati erunt, ut latronibus in ſentibus inſidias parantibus reſiſtere poſſint. 25. Contra montes, qui ſarculo ſarriri poterunt, ſecuri erunt, atque à bubus, non minùs paſcentur à minutis pecudibus, quòd latrones illic non tam commodè habitare poſſint.

PARAPHRASIS.

1. AD hæc juſſit Creator Eſaïam ſibi comparare magnum volumen, atque in eo characteribus facilè legendis ſcribere verba, quibus vocarentur homines ad ſpolia undequaque colligenda, atque

eſt, magno pretio conducendæ, propter fertilitatem, numerúmque ingentem eorum, quibus vinum potare conſuetum erat.

Converſus erit in ſpinetum & ſenticetum] לשמיר ולשית יהיה *laſſchamir velaſſchajith jihjeh*, in ſpinam & in ſentem erit. Sed *eſſe in aliquid*, paſſim eſt, id fieri, vel in illud commutari. Significatur paucitas cultorum vinearum, adeóque vinum bibentium.

24. *Inſtructus ſagittis* &c.] *In ſagittis & arcu veniet*; nempe, *viator* ſibi metuens à latronibus & feris, cùm antea inermis poſſet tutò iter facere; propter incolarum copiam, qui latrones & feras fugabant.

Tota terra ſentibus &c.] *Sentis & vepris erit tota terra.*

25. *In montes*] In quos ſe contulerint rari incolæ, quaſi campeſtri regione tutiores.

In eos immittentur boves] *Erit in miſſionem bovis & in conculcationem minuti pecoris.* Antea pecudes in loca plana paſcuis aptiora, herbidáſque valles immittebantur; ita ut montes minùs culti eſſent, minùs quippe fertiles atque pecuariis hominibus ineptiores. Cùm *Hieronymus* ſuperiora, Grammatico ſenſu, expoſuiſſet, eâ fermè ratione, quam ſequuti ſumus, ſic ridet tropologicas aliorum interpretationes, & ſanè meritò, quamvis iis nimiùm & ipſe indulgeat: *Legiſſe me novi, in his locis, latiſſimam & inextricabilem Tropologiam; quòd univerſa, quæ, juxta Hiſtoriam, diſſeruimus, ſpiritualiter Judæis acciderint; vix unam habentibus vaccam & duas oves; munda videlicet animalia; ut nequaquam ſolido cibo, ſed lacte nutriantur infantiæ & comedant mella verborum, quæ deſtillant de labiis mulieris meretricis & vinum non habeant, quod lætificat cor hominis, ſed omnia eorum opera redigantur in ſpinas, ut vulnerentur ab adverſariis, qui percutiunt in obſcuro rectos corde. Quod ſi quando voluerint altiùs quidpiam ſapere, & nimio labore ſudantes de Scripturis Sacris myſticum aliquid invenire, nihilo minùs fruges non adferant doctrinæ, ſed vepribus compleantur & ſpinis, quæ oriuntur in manibus ebrii. Et nequaquam terra eorum atque doctrina ab hominibus, rationalibus animantibus, ſed à bobus, quorum Deus curam non habet, & à brutis animalibus conculcetur.* Quod contingit omnibus, qui nec cognitionem linguarum, nec rectam rationem in conſilium adhibent, cùm Scripturam interpretari adgrediuntur.

COMMENTARIUS
In Caput. VIII.

1. M*Agnum volumen*] גליון גדול *gillajon gadol.* LXX. Int. in Cod. Romano: τόμον καινοῦ μεγάλου, in Alexandrino: τόμον χάρτου καινοῦ μεγάλου, ut habet etiam *Chryſoſtomus.* At *Hieronymus* Latinè ſic eorum verſionem profert: *librum novum & magnum*, ſive aliter legerit, ſive ſic emendandum putarit. *Euſebius* etiam habet in Comment. in Eſaiam: τόμον καινὸν μέγαν. Quod notavi, ut liqueat, quas mutationes paſſi ſint Codices. *Aquila*: κεφαλίδα μεγάλου. *Symmachus*: τεῦχος μέγα. *Theodotion*: διφθέρωμα. גליון idem eſſe videtur ac מגלה *megillah* à ſignificatu verbi גלל *volvit*, licet deducatur à גלה *revelatus fuit.*

Stylo hominis] בחרט אנוש *bhheret enoſch*, ſtylo hominis miſeri; quod interpretantur conſuetâ Scripturæ formâ, quam quivis legere queat. Sed cùm nulla occurrat mentio alius formæ characterum, apud Judæos uſitatæ, neſcio annon aliud quiddam hìc lateat, & fortè quidem grandiores characteres ſignificentur; qua de cauſa etiam Propheta ſumere jubeatur *volumen magnum.* Sed cùm non liqueat, cur ejuſmodi characteres dicerentur חרט

Digitized by Google

2. Teſtes mihi accerſivi fidos, Uriam Sacerdotem & Zachariam Jeberachiæ filium. 3. Congreſſus ſum deinde cum Prophetide, quæ concepit & peperit filium; *quo nato*, dixit mihi Jehova: voca eum nomine Maher-ſalal-chas-bazum, *hoc eſt*, *propera ſpolia*, *matura prædam*. 4. Nam antequàm hic puer poſſit vocare: mi pater, mater mea; tolletur potentia Damaſcena, & præda Samariæ, coram Aſſyriæ Rege. 5. Poſtea perrexit me adloqui Jehova, in hanc ſententiam; 6. quandoquidem hic populus faſtidivit aquam Silloachi

atque ad maturandam prædam. 2. Teſtes mihi advocavi, ait Propheta, Uriam Sacerdotem & Zachariam Jeberachiæ filium. 3 Congreſſus ſum deinde, cum Prophetide, quæ facta gravida peperit filium; qui cùm eſſet natus, juſſus ſum a Creatore, eum vocare *Maher-Salal-chaz-bazus*, hoc eſt: *propera ſpolia*, *matura prædam*. 4. Nam antequàm hic infans poſſit *patrem* & *matrem* vocare parentes ſuos, Imperia *Syrorum*, & *Samaritanorum* à Rege Aſſyriæ erunt ſublata. 5. Poſtea etiam me adloquutus Creator, in hanc ſententiam: 6. quando quidem hic populus faſtidivit aquam Silloachi leniter defluentem & particeps

אנוש *bheret enoſch*, rem in medio doctioribus inveſtigandam relinquo. Eſſet qui conjiceret, hiſce verbis ſignificari characteres *Aſſyrios*, quales ſunt ii, quibus Biblia nunc deſcripta ſunt; cùm res pertineat ad Aſſyriorum Regem. Verùm hoc demum eſt in tenebris micare.

Ad properanda ſpolia &c.] לכהר שלל חש בז *lmaher ſchalal bhaſch baz.* LXX. Intt. τοῦ ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων, hoc eſt, ut horter *celeriter expilationem facere ſpoliorum.* Hieronymus: *velociter ſpolia detrahe*, *citò prædare.* Poſſumus ſuſpicari, hæc eſſe veluti Dei mandata ad Aſſyriorum Regem, ut quàm primùm invaderet Syros atque Iſraëlitas, quæ reverà haud multò poſt exſequutus eſt. Poſſet etiam verti *de accelerandis ſpoliis & properanda præda*; nam notum eſt, frequentem hanc eſſe particulæ ל poteſtatem. Fortè & hìc ſupplenda ſunt mandata de imponendo *Himmanueli* altero nomine *Maher-ſchalal-chaſch-baz.*

2. *Teſtes mihi accerſivi* &c.] Ut, nempe, conſtaret eorum teſtimonio, editum eſſe hoc vaticinium, antequàm res fieret, & qui fortè Chirographo ſuo teſtimonium conſignarent. Intererat, nempe, rem hanc certam eſſe, ne poſt eventum vaticinium fictum ab improbis diceretur.

Uriam Sacerdotem] Mentio fit *Uriæ Sacerdotis*, qui vivebat tempore Achazi, eique in re illicita obſequutus eſt, 2. Reg. XVI, 15. Ut eumdem fuiſſe nemo auſit adfirmare, cùm plures eſſe poſſent Sacerdotes unius nominis: ſic nemo negare ſuſtineat.

Zachariam Jeberachiæ filium.] LXX. υἱὸν Βαραχίου, & Hieronymus *filium Barachiæ* vocat, relecto י. Memoratur 2. Reg. XVIII, 2. 2. Ephem. XXIX, 1. *Zacharias*, qui fuit avus maternus Hezekiæ Regis, ſed nomen patris non additur. Propheta quidem Zacharias filius fuit Barachiæ, ut liquet ex ejus Vaticiniorum C. I, 1. ſed tempora obſtant, quo minùs intelligi poſſit. Meminit & Chriſtus Matth. XXIII, 35. Zachariæ, Barachiæ filii, qui occiſus eſt inter Templum & altare. Sed ſi ſit idem, qui 2. Ephem. XXIV, 20. & ſeqq. memoratur, & reverà eo loco à Judæis eſt occiſus, longè ante hæc tempora, regnante Joaſo, vivere deſiit. Probabilius eſt Zachariam, avum Hezekiæ, intelligi; ſed fatendum nihil verius eſſe, quàm quod non nemo dixit, ὁμωνυμίᾳ καὶ πολυωνυμίᾳ magnas tenebras Antiquitati eſſe obfuſas.

3. *Congreſſus ſum deinde cum Prophetide* &c.] Hanc Prophetidem credibile eſt eſſe Virginem illam, quam concepturam & parituram dixerat Eſaias Cap. VII. & filium ejus eumdem, quem *Himmanuelem* vocari voluerat; ita ut fuerit duplici nomine adpellatus, uno antequàm conciperetur, altero poſtea quàm natus eſſet; nempe, *Maher-Salal-Chaſch-bazi* nomine. Certè hic puer ſignum fuit direptionis mox futuræ Syriæ atque Iſraëliticæ terræ, ut docemur verſu 4.

Hoc eſt, propera] Vertendum fuit nomen, ut impoſitionis ratio intelligeretur; ſed Hebraicè etiam proferri debuit, quia erat nomen proprium, quod tamen facere omiſerunt LXX. & Latinus Intt.

4. *Mi pater & mater mea* &c.] Tempus brevius hic ſtatuitur, quàm antea C. VII. Citiùs enim puer diſcit παππάζειν, quàm ſecernere *bonum cibum à malo.*

Tolletur potentia Damaſcena] ישא את חיל דמשק *jiſcha eth hhel Dammeſchek*, tollet potentiam Damaſci. LXX. λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ. Latinus, *auferetur potentia Damaſci.* Verbum activum paſſivo expreſſimus, quia nominativus abeſt. Subaudiri poſſit נושא *auferens*, ut ſæpe fit; vel etiam יהוה *Jehovah*, quod frequenter ſubauditur.

6. *Aquam Silloachi*] מי השלוח *me haſſchilloahh.* De fonte *Siloë*, aut *Siloam*, ut poſtea vitiolè ſcriptum, qui ad orientem Jeroſolimæ fluebat, duaſque piſcinas illic aquis ſuis implebat, vide quæ ſcripſit *Joan. Lightfootius*, in Harmon. Evangelica P. III. p. 532. & *Hadr. Relandus* Palæſt. Illuſt. Lib. III. p. 857. & ſeq. Adde locis ab iis prolatis hæc *Hieronymi* verba, ad hunc locum: *Siloë fontem eſſe ad radices montis Sion, qui non jugibus aquis, ſed in certis horis, diebuſque ebulliat, & per terrarum concava & antra ſaxi duriſſimi, cum magno ſonitu, veniat dubitare non poſſumus; nos præſertim, qui in hac habitamus Provincia.* Verùm non intelligendus hìc fons propriè dictus, ſed populus Jeroſolimitanus, qui *aqua Siloachi* dicitur; quòd populus ſub imagine aquæ deſcribatur, & quòd is fons potiſſimus eſſet, qui ad Jeroſolimæ mœnia flueret. Vide de *aquis*, pro populo infra C. XVII, 12, 13. Jerem. XLVII, 2. Sic & verſu ſeq. *aqua fluvii*, ſeu Tigridis, dicuntur copiæ Aſſyriorum, è ripis ejus fluvii venturæ; aut Euphratis, ſi Babylonicæ copiæ intelligantur.

Leniter defluentem] Quia ab uno fonte deſcen-

Ioachi leniter defluentem, & *particeps eſt* gaudii Retſinis & filii Remaljæ; 7. ideò Jehova derivabit in eos aquam fluvii vahementem & multam, Regem, *nempe*, Aſſyriorum, cum omni ejus gloria; ſuperabitque omnes ſuos alveos, & ſupra omnes ripas ſuas exundabit. 8. Permeabit Judam, exundabit, tranſibit, & ad collum usque pertinget. Dum extendet alas ſuas, totam terræ tuæ, ô Himmanuël, latitudinem implebit. 9. Confringimini atque conterimini, ô populi, aurem præbete remoti omnes terrarum *homi-*

ticeps eſt gaudii Syrorum, & Tribuum Idololatriæ deditarum; 7. propterea Creator derivabit in eum aquas vehementes & multas; Regem, nempe, Aſſyriorum, cum omni ejus exercitu. 8. Permeabit ille tribûs Judæ agros, quas inundabit ad collum úsque hominum. Dum extendet copias ſuas quaqua verſùm, totam amplitudinem tuam implebit. 9. Terreamini, ô populi, aurem præbete quicumque ad fines usque Tribûs agros Judæ incolitis, accingite vos, & cædamini. 10. Si

ſcendebat, eóque non jugiter ſcaturiente, ut ex *Hieronymo* vidimus; quem tamen mirum eſt vertiſſe, *quæ vadunt cum ſilentio*, quod non conſentit cum *magno ſonitu*. Verùm לאט *leat* eſt *lentè* & lenſim Gen. XXXIII, 14. Significatur exiguus exercitus Regum Judæ, collatus cum Syrorum & Iſraëlitarum copiis; quamobrem Achazus & alii ſibi ab iis metuebant, imò etiam erat, qui Syro & Pekacho faveret, ut ſequentia verba oſtendunt.

Participes ſunt gaudii] משוש את רצין *meſchoſch eth Retſin*, gaudium cum Retſin, & filio Remaljæ; hoc eſt, qui eorum rebus ſecundis gaudent; quaſi eſſet משש *gaudens*, quomodo fortè legendum eſſet. Sin minùs, ſupplendum להם *lahem*, illis; hoc eſt, *quibus gaudium eſt cum Retſine*, ſeu lætis ejus rebus lætantur. LXX. Intt. βύλεσθαι ἔχειν τ̄ Ῥαασὶν καὶ τ̄ υἱὸν Ῥομελίου βασιλέα ἐφ' ὑμῶν. Vulgatus: *adſumſit magis Raſin*. Unde liquet vim vocis eos non eſſe adſequutos. Meliùs Chaldæus: אתרעיאו ברצין, *delectati ſunt Retſine*.

7. *Derivabit in eos*] *Facient adſcendere in eos*. Latinè loquentes in metaphora hæſimus, ex aquis deducta. Vide infra XXV, 4. & Dan. XI, 10, 13, 14.

Aquas fluvii] מי הנהר *me hannahar*. Sic quidem κατ' ἐξοχὴν vocatur Euphrates; ſed ſi ſermo ſit de copiis Aſſyriacis, Tigris erit intelligendus; quia ab ejus ripis erat accerſendus Aſſyriacus exercitus, à Regibus Babyloniorum; poſtquàm Babyloniorum Reges iidem fuerunt ac Aſſyriorum. Hîc autem Nebuchadnetſar intelligendus videtur, qui exercitibus ſuis Iſraëliticam terram inundavit.

Cum omni ejus gloria] *Et omnem ejus gloriam*; hoc eſt, totum ejus exercitum, & regios amicos & ſatellites.

Omnes ſuos alveos] *Adſcendet ſupra omnes ſuos alveos*, אפיקיו *aphikau*, LXX. Intt. φάραγγα ὑμῶν, perperam. *Hieronymus*, *rivos ejus*. Sed quis ferat dici *fluvium adſcendere ſupra rivos ſuos*, pro eo quod eſt exundabit undequaque, nec alveis ſuis contineri ampliùs poterit? Vide, apud *H. Grotium*, exundantium fluminum deſcriptiones.

8. *Permeabit Judam*] חלף ביהודה *hhalaph bihouda*. חלף propriè eſt prorſus permeare, unde *Hieronymus*, *ibit per Judam*. LXX. Intt. planè extra oleas hîc vagantur, qui verterunt finem antecedentis verſûs & initium hujus, his verbis: καὶ περιπατήσει ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑμῶν, καὶ ἀφελεῖ ἀπὸ τ̄ Ἰουδαίας ἄνθρωπον. Pro quibus habet *Hieronymus*, convenienter Hebraïcis noſtris Codd. *& fluet ſuper univerſas ripas ejus, & ibit per Judam inundans*. Nec ſequentia commodiùs verterunt.

Exundavit &c.] Hic eſt, Synonymorum adcumulatio, ut res vehementiùs adſirmetur, magnitudóque oſtendatur vaſtationis Judæ per Babylonios. Sic & in ſeqq. verbis & alibi ſæpe apud hunc Prophetam.

Dum extendet alas ſuas] והיה מטות כנפיו מלא רחב *vehajah muttoth chnaphau mlo rhhab*, & erunt extenſiones alarum ſuarum plenitudo latitudinis (vel *amplitudinis*) terræ tuæ, ô Himmanuel. *Potentiam Aſſyrii*, ait Hieronymus, *& innumerabilis ejus exercitus*, *quem ſub fluminis inundatione deſcripſerat*, *nunc per aliam oſtendit tranſlationem*, *quòd alis ſuis*, *id eſt*, *ducibus & infinitâ multitudine operuerit terram Emmanuëlis*. Certè Nebuchadnetſar, cùm ingreſſus eſt Judæ Tribûs agros, non potuit non latè omnes occupare; cùm pabuli, tum etiam frumentationis cauſâ, præſertim cùm Jeroſolimam, per plures menſes, obſedit; neque enim tantæ copiæ diu poterant illic eſſe, niſi longè latéque frumentum & pabulum quærerent, & aliunde etiam adveherentur.

9. *Confringimini & conterimini*] רעו וחתו *rohou vahhotthou*. Poſterius verti etiam poſſit *conterreamini*, ſed quia de *fractione* anteceſſit, ſervavimus metaphoram. LXX. Intt. γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε, de qua verſione *Hieronymus* ſic habet: LXX. *poſuerunt* ſcitote, *verbum enim Hebraïcum* Roü, *propter* Res *litteræ &* Daleth *ſimilitudinem*, *intellexerunt* Doü. Legimus ex Maſſorethicis punctis Deou, ubi eſt Imperativus verbi ידע. In hoc ipſo verbo ſimiliter peccarunt Jerem. XXXV, 12. Tres alii Intt. Græci συναθροίσθητε λαοὶ καὶ ἡττᾶσθε. Vulg. *congregamini populi & vincimini*. Eſt רעו Imperativus kal à רעע *rahhah*, quod Chaldæis, ut Hebræis, eſt *fregit*, qui ſignificatus hîc optimè convenit, modò paſſivo ſenſu ſumatur.

Remoti omnes terrarum homines] כל מרחקי ארץ *chol merhhake erets*, omnes remoti terræ. LXX. Intt. ἕως ἐσχάτου τ̄ γῆς, alii tres πάντα τὰ πόῤῥωθεν τ̄ γῆς. Remoti, nempe, ratione Judææ, aut Imperii Babylonici, & quidem in ſuperiore Aſia. Hoc autem vult Propheta, eſſe cur omnes populi, & finitimi & remotiores ſibi timerent ab Imperio Babylonico, cui mox acceſſurum erat Aſſyriacum; atque hîc quoque ſub Imperativo Modo latet Tempus Futurum. Vide ad C. VI, 9.

Vos accingite & conterimini.] התאזרו וחתו *hithez-*

homines, vos accingite & conterimini; vos accingite & conterimini. [10]. Conſilium capite, atque irritum fiet, verbum proferte, atque in caſſum erit; quia nobiſcum eſt Deus.

[11]. Sic enim dixit Jehova mihi, in potentia manûs *ſuæ*, & me monuit, ne viam hujus populi ingrederer, in hanc ſententiam: [12]. Ne dicatis *eſſe* conjurationem quotiescúmque ait populus iſte conjurationem *eſſe*; neque timore ejus adficiamini, aut *alios* terreatis. [13] Jehovam *Deum* exercituum Sanctum habetote, is veſter ſit timor, is pavor. [14]. Erit in ſacrarium *bonis*, & lapis *quo mali* percutientur, ac petra, in quam offen-

10 Si conſilium habeatis de ratione, quâ hoſti reſiſtere poſſetis, irritum fiet, quia Deus favet iis, quos ad vos male habendos miſit.

11. Sic enim Creator mihi dixit cùm omnia poſſit, méque monuit, ne mores hujus populi imitarer, in hanc ſententiam. 12. Ne puteiis eſſe conjurationem, quoties hoc populus dicit; neque eum timeatis, aut terreatis alios. 13. Creatorem Deum exercituum ſanctum eſſe credite, is demum vos terreat. 14. Erit ille Aſylum bonis & lapis, quo mali ferientur. Erit petra, ad quam offendit utráque domus Iſraelis. Erit, & fiet ſcorſim tendicula

bithezzeron vabbotthou, hoc eſt, quamvis vos adcinxeritis prælio, pavore tamen corripiemini. Eſt hìc σαρκασμὸς, quo Propheta ridet adparatus bellicos populorum contra Nebuchadnetſarem, & prædicit fore ut vincantur, prout contigit. Vide *Joan. Marshamum* ad regna Nabopolaſſaris, & Nebuchadnetſaris ejus filii. LXX. Intt. ἰσχυκότες ἡττᾶσθε. Meliùs tres alii Græci περιζώννυσθε καὶ ἡττᾶσθε, & Vulgatus: *confortemini & vincimini*. Sed nihil vetabat proprium ſignificatum verbi התאזר *ſe adcinxit* adhibere. Alterum verbum non eſt, propriè *vinci*, ſed *conteri* & *conſternari*, quæ ſunt cladis initium.

Vos accingite &c.] Eſt ἐπίζευξις, ut loquuntur Rhetores, cujus exempla vide apud *Ger. Joann. Voſſium* Inſtit. Orator. Lib. V. C. III, 7. Eâ figurâ vehementia orationi, ut notum eſt, additur.

10. *Conſilium capite*] *Conſulite conſilium, & irritum fiet.*

In caſſum erit] *Non ſtabit*, quod perinde eſt ac, ratum non erit.

Quia nobiſcum eſt Deus] כי עמנו אל *chi himmanou el*. Non eſt hìc nomen filii Prophetæ, ſed adluſio ad id nomen.

11. *In potentia manûs ſuæ*] בחזקת היד *bebhezkath hajjad*, in viribus manûs. Hæc ad ſuperiora verba referenda videntur, ubi Propheta Hebræos ait Dei potentiâ protectum iri.

Et me monuit, ne viam] ויסרני מלכת בדרך *vejiſſereni millechethh bderech*. יסר *jaſar* eſt *docere*, ſed propter particulam ſequentem מ, quæ vim negandi obtinet, vertimus hìc *monere ne*. LXX. Intt. τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ ἀπειθοῦσι τῇ πορείᾳ, quæ ſenſu carent. Meliùs *Symmachus*: καὶ ἀπέστησέ με μὴ πορεύεσθαι τῇ ὁδῷ, & Vulgatus: *in manu forti erudivit me, ne irem in viam.*

12. *Ne dicatis eſſe conjurationem*] לא תאמרון קשר *lo thomeroun keſcher*, non dicetis: conjuratio. Sic 2. Reg. XI, 14. Hatalia conſpecto Joaſo ad columnam ſtante & toto populo lætante & clangente, ob Regis reſtitutionem, *clamavit, conſpiratio, conſpiratio*, קשר קשר *keſcher keſcher*. Crediderim ſpectari ad improbam plebem, vel etiam aulicorum multitudinem, quæ Prophetis, vitia Regum & populi caſtigantibus, ſeditionem exprobrabat; quod Jeremiæ proceres & purpurati non ſemel exprobrarunt. Vetantur ergo Judæi ſapientiores & religioſiores quaſi ſeditioſos traducere Prophetas, unà cum improba plebe vitiis ætatis ſuæ patrocinante. LXX. Intt. pro קשר legerunt קשה *kaſchah*, durum, habent enim σκληρὸν, perperam. *Symmachus* & *Hieronymus*, lectionem noſtram confirmant.

Timore ejus adficiamini] *Timorem ejus timete*; hoc eſt, ne timete caſtigationibus vitiorum poſſe fieri, ut detrimentum capiat Reſpublica. Quod factum tempore Jeremiæ. Vide ejus C. XXVI. & XXXVI.

13, *Sanctum habetote*] תקדישו *thakdiſchou*, ſanctificate; hoc eſt, ſanctum & proinde juſtum habetote, ac proinde timete, ne pœnas à vobis repetat & quidem meritò, quòd injuſti ſitis, ut vobis exprobrant Prophetæ, additis ejus nomine minis. Vide infrà C. XXIX, 23. atque antea V, 16.

Is pavor] *Et is terrens vos.*

14. *Erit in Sacrarium*] Hoc eſt, fiet ſacrarium, ſive aſylum, ad quod religioſi homines confugiant. Vide Ezek. XI, 16. Ideò addidimus *bonis*. LXX. Intt. & *Hieronymus* ſupplerunt *vobis*, minùs commodè; opponuntur enim boni malis.

Lapis quo mali percutientur] לאבן נגף *leeben negeph*. LXX. Intt. & *Symmachus*, verterunt נגף πρόσκομμα & Latinus *offenſionem*, ut intelligatur lapis, ad quem pes offendit. Sed ea voce *plaga* & *ictus* ſignificatur; qualis infligitur, lapide in quempiam jacto. πρόσκομμα dicitur מכשול *michſchol*, quod ſequitur. Ab ejuſmodi lapide, in quem quis offendit, diſtinguitur lapis, qui incidit in quempiam Matth. XXI, 44. ubi Chriſtus de ſe: *qui ceciderit*, inquit, *ſuper lapidem iſtum confringetur; ſuper quem verò ceciderit, confringet eum.* Poſterior eſt אבן נגף, prior אבן מכשול.

Petra in quam offendat] לצור מכשול *ltſour michſchol*. Ut *lapis offendiculi* dicitur is, in quem quis offendens cadit, ſenſu proprio: ita tralaticio hìc Deus ſic vocatur, quia ejus cognitio, ſed qua abuſi fuerant Iſraëlitæ, futura erat eorum exitii occaſio. Huc adludit Paulus Rom. IX, 33. LXX. Intt. hæc contrariâ planè ſententiâ verterunt: οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσεσθε, οὐδὲ ὡς πέτρας πτώματι. Loquendi genera ſunt inuſitata & dura, negatióque ex conjectura addita. Sic ſæpe, in plana via, cæſpitant. *Symmachus* meliùs εἰς λίθον προσκόμματος καὶ εἰς πέτραν πτώματος. *Aquila*, loco

Digitized by Google

offendet utrâque domus Iſraëlis; *fiet* laqueus, & tendicula Jeroſolimæ incolis. 15. Im-
pingent in illis multi, cadent, frangentur, irretientur, & capientur. 16. Colliga teſti-
monium, & obſigna legem, inter diſcipulos meos.
17. Præſtolabor *auxilium* Jehovæ, qui *nunc* abſcondit faciem ſuam Jacobi domui,
idque exſpectabo. 18. En *adſum* ego, & liberi mei, quos mihi dedit Jehova, ut ſint
ſigna & oſtenta, apud Iſraëlem, à Jehova *Deo* exercituum, qui montem Sionem in-
colit. 19. Cùm dixerint vobis: interrogate Necyomantes, divinos, incantatores *evo-
cationes*

dicula Jeroſolimitanis, qui eum, ut par eſt, non colent. 15. Impingent illis permulti, qui cadent, frangentur, in retia eorum cadent, & capientur. 16. At tu, colliga teſtimonium *meum*, *ait Deus*, atque obſigna legem inter diſcipulos meos.

17. Præſtolabor verò auxilium Creatoris, qui nunc averſus eſt à familia Jacobi, idque nihilo ſe-ciùs exſpectabo. 18. En hîc adſum cum liberis, quos mihi largitus eſt Deus, ut ſint, conſtanti ſuâ erga illum Religione, veluti prodigia, apud Iſraëlitas, quæ voluit eſſe. 19. Cùm quis vobis dicet: interrogate Necromantes, divinos, incantatores, demurmurantes evocationes & Magos, ab eo quærite, annon unaquæque gens ſuos peculiares Deos inter-

loco poſteriorum verborum, εἰς στερεὸν σκανδάλου. Latinus: *in lapidem offenſionis & petram ſcandali.*

Utraque Domus Iſraëlis] *In petram offenſionis duabus domibus Iſraëlis*; hoc eſt, regno Judæ & regno Decem Tribuum, quæ duo regna, cùm notum Deum verum ſprevissent, ea de cauſa, in perniciem ſuam ruerunt.

Fiet laqueus &c.] לפח ולמוקש *lphahh oulmokeſch*; repetendum, nimirum, והיה *& erit*. Deus non eſt factus *laqueus* & *tendicula* Hebræis, quaſi hoc ejus fuiſſet conſilium; non eſt beneficentiſſimæ ejus naturæ inſidias miſeris hominibus ſtruere; cùm omnia iis concedat, ſponte ſuâ, ad ſalutem neceſſaria. Vide Parabolam Vineæ Cap. V. Eſaiæ. Verùm ſancta ejus præcepta, quæ faſtidierant, præter Dei conſilium in laqueos iis converſa ſunt, quia ideò graves pœnas dederunt. Sic ipſi τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἀθετοῦντες εἰς ἑαυτοὺς, ut loquitur Lucas C. VII, 30. *Hieronymus*, ad hunc locum interpretationem Nazaræorum ſic profert: *Duas domus Nazaræi* (*qui ita Chriſtum recipiunt, ut obſervationes Legis veteris non amittant*) *duas familias interpretantur Sammai & Hillel, ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi; quorum ſuſcepit ſcholam Akibas, quem Magiſtrum Aquilæ Proſelyti autumant, & poſt eum Meïr, cui ſucceſſit Johanan filius Zachai, & poſt eum Eliezer, & per ordinem Telphon* (fortè *Tarphon* טרפון) *& rurſum Joſeph Galilæus, & uſque ad captivitatem Jeruſalem Joſua.* Atqui conſtat Aquilam, poſt *captivitatem Jeroſolimæ*, ſeu poſt captivitatem Jeroſolomitanorum, quæ contigit imperante Veſpaſiano, vixiſſe; quippe qui temporibus Hadriani floruit. Sed aut Nazaræi doctrinæ temporum erant imperiti, aut *Hieronymum*, memoria feſellit. Addit porrò: *Sammai igitur & Hillel, non multò prius quàm Dominus naſceretur, orti ſunt in Judæa, quorum prior* diſſipator *interpretatur, ſequens* profanus; *eò quòd per traditiones & δευτερώσεις ſuas, præcepta diſſipaverit, atque maculaverit. Et has eſſe duas domus, quæ Salvatorem non receperint, qui factus ſit eis in ruinam & in ſcandalum.* Aptari ſanè hæc duabus illis Scholis poſſunt; ſed de iis hîc agi non crediderim.

15. *Impingent* &c.] Referuntur hæc ad *lapidem*, *irretientur & capientur*, ad *laqueum* & *tendiculam*.

16. *Colliga teſtimonium*] צור תעודה *tſor theboudah*. *Teſtimonia*, aut *teſtificationes*, paſſim vocantur Leges Divinæ, & præſertim Pſ. CXIX. Intelliguntur Legis volumina, quæ ut probè ſervarentur convolvi & ligari ſolebant, ne temerè revolverentur.

Obſigna Legem] חתום תורה *hhathom thorah*. Quæ ſtudioſè ſervabantur non tantum vinciebantur, ſed & ſigillo muniebantur.

Inter diſcipulos meos] בלמדי *blimmudai*. Qui ſoli digni ſunt, qui ſervent libros ſacros, ex quorum doctrina vivunt; non ii, qui eam flocci faciunt. LXX. Intt. mirâ paraphraſi hæc expreſſerunt, in hæc verba: τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν. Meliùs multò *Aquila*: ἔνδησον μαρτύριον, σφράγισον νόμον ἐν τοῖς διδακτοῖς μου. Senſum eumdem expreſſit *Symmachus*, niſi quòd, pro *diſcipulis meis*, habet ἐν τοῖς διατάγμασί μου. *Hieronymus*, vertit *in diſcipulis meis*, ſed in commentario, *juxta Hebraïci ſermonis ambiguitatem*, inquit, *poſſumus & doctrinas interpretari*. Sed in hoc Propheta, למדי יהוה dicuntur *diſcipuli Jehovæ* C. LIV, 13. non *doctrinæ*; nec vox pro *doctrinis* uſpiam ſumitur. Senſus etiam nullus exculpi poſſit ex his verbis: *obſigna legem in meis præceptis*.

17. *Præſtolabor auxilium Jehovæ*] חכיתי ליהוה *hhicchithi lihovah*, exſpectavi Jehovæ, quod loquendi genus *exſpectavi auxilium Jehovæ*, ſignificat paſſim, præſertim in Pſalmis.

Abſcondit faciem ſuam] Averſatur Iſraëlitas, ut ſæpe in Pſalmis.

18. *En adſum* &c.] *Ecce ego* &c. Se Propheta conſpiciendum veluti præbet Judæis, unà cum filiis ſuis duobus, ut eos contemplati ad animum revocarent eorum nomina, ne obliviſcerentur promiſſorum divinorum.

19. *Necyomantes*] אל האבות *el haoboth*, de qua voce vide notata ad Levit. XIX, 31.

Evocationes demurmurantes] המצפצפים *metſaphtſephim*. LXX. Intt. τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας ex Cap. XXIX, 4. ubi vide notata. Rectè *Hieronymus*: *qui ſtrident in incantationibus ſuis*. Nam hæc vox lugubrem ſtridentium quarumdam avium vocem ſignificat, apud hunc Prophetam C. X, 14. & XXXVIII, 14. Hîc verò mortuos, ut putabant vulgò, evocantium querulum murmur & verba ſine ſenſu, de quibus qui ejuſmodi impoſtorum fraudes deſcripſerunt. Sic apud *Lucianum* in Necyomantia

cationes demurmurantes & Magos; *reſpondete* : annon *quivis* populus Deos ſuos interrogat? an pro vivis *ibimus* ad mortuos. [20]. Legem & teſtimonia *auſcultandum*; niſi *ita* loquuntur, ut hæc verba *habent*, nulla certè *erit* illis aurora. [21]. Qui *legem* transgreſſus fuerit, obdurabitur & eſuriet, & cùm famem ſentiet, iraſcetur & maledicet Regi ſuo,

interrogat; ubi opus eſſe putat? ſed negate eos rectè facturos, ſi, pro vivis hominibus, interrogaretis homines mortuos, in numerum Deorum relatos. 20. Legem *Dei* & teſtimonium virorum ſapientum audire vos oportet, ſed eâ lege, ut loquantur quemadmodum loquitur Lex; ſine qua nulla erit umquam vera eruditio. 21. Qui Legis obſervans non erit, in ſuis vitiis obdurabitur, in paupertatem incidet, & quando ei cum fame luctandum erit, tum verò & Regi, & Diis ſuis iraſcetur,

mantia inducitur Mithrobarzanes Magus Babylonius ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἧς οὐ σφόδρα κατήκουον (Menippus, qui ſibi à Mago Tireſiam evocari cupiverat) ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων ἐπιτροχόν τι καὶ ἀσφαλὲς (l. ἀσαφεῖς cum *Heraldo*) ἐφθέγγετο: *longum quempiam ſermonem muſſitans, quem non admodum audiebat* (conſultor) *nam, ut in ludis præcones inepti, volubile quiddam, & incertum ſonabat.* Paullò pòſt deſcribitur idem in luſtratione magica, τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύζων, *eam incantationem ſubmurmurans.* Vocat hoc *infandum murmur Lucanus* Lib. VI, 448. Vide *Deſ. Heraldum* ad *Arnobium*. p. 78. & alia loca, apud *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 18. & adi dicta ad Pſ. LVIII, 6. Participium etiam מצפצף videtur κατ' ὀνοματοποιίαν fictum, ad murmur quoddam, & ſtridorem ſignificandum. Hæc ita verterunt LXX. Intt. Ζητήσατε τοὺς ἐγγαστριμύθους (nempe, אובות *oboth*) καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας ידענים *jidhonim*) τοὺς κενολογοῦντας (המצפצפים) οἳ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσι, ההגים *hammahegim.* Poſtremi iidem, ſunt ac ἐγγαστρίμυθοι. Hieronymus: *quærite à pythonibus & à divinis, qui ſtrident in incantationibus ſuis.* Rem viderunt, ſed *tamquam per nubila lunam*, nec ſingularum vocum vim ſunt adſequuti.

Magos] ההגים *hammahgim*; hoc eſt, murmurantes, nam הגה *hagah*, interdum eſt *murmuravit*, ut cùm vocem columbarum ſignificat. Vide infra XXXVIII, 14. & LIX, 11. Hinc dicti *Magi* ab antiquis Perſis, ob carminum demurmurationem. Non dubium enim eſt, quin inter antiquas Orientalium Linguas, multa eſſet adfinitas.

Reſpondete] Quaſi ſubaudiendum ſit תענו *thahanou*, *reſpondebitis*; ſunt enim hæc reſponſio ad ſuperiora verba.

Quivis populus] עם *ham*, ſed ſupplendum כל *chol*, *quivis.* Neque enim hoc fuit certi cujuſdam populi, ſed omnium, qui conſulebant Deos ſuos de rebus futuris, aut ignotis, quas ſcire cupiebant.

An pro vivis &c.] Abſurdum eſt conſulere *mortuos*; hoc eſt, homines mortuos, populorum tantum benevolentiâ in cœlum ſublatos, qui nihil norunt de iis, quæ apud vivos fiunt; nec minùs abſurdum fuit mortuos quoſvis de rebus ullis interrogare, ut faciebant νεκυομάντεις. Quod vetat Moſes Deut. XVIII, 11.

20. *Legi & teſtimonio*] לתורה ולתעודה *lthorah velithhoudah.* Hæc intelligimus quaſi anteceſſiſſet, aut ſequutum eſſet תקשיבו *thakſchibou*, adtendetis, auſcultabitis, parebitis; ut amandet Propheta ad legem Deut. XVIII, 11. ubi vetantur Hebræi mortuos conſulere: Sic antea verſ. 16. *legis* & *teſtimonii* nominibus Moſaïcos libros adpellat Propheta.

Niſi ita loquantur &c.] *Niſi dicant ſecundùm hoc verbum*; nempe Moſis, quo vetantur divinos & mortuos conſulere.

Nulla erit illis aurora] אין לו שחר *en lo ſchahhar*, nulla ei (hoc eſt, quibusvis, nam anteceſſit verbum plurale) aurora. Difficultatem creat vocula אשר *aſcher*, qui, ſuperioribus verbis præfixa. Sed eſt, ut videtur, hìc vocula adfirmantis, cujus poteſtatis exempla habet *Chr. Noldius*, aut etiam abundat; ut quòd, in *quòd ſi*, quomodo vertit hìc *Hieronymus. Aurora* his futura negatur, qui ad inſtar Legis non loquebantur, ut ſignificetur pœna ſubita; qualis eſſet ejus, qui lectum petens *auroram* non eſſet viſurus, hoc eſt, qui ipſâ illâ nocte, quâ aliter loquutus eſſet, quàm fas erat interiturus eſſet. Poſſit & שחר ſignificare initium lucis, ſeu liberationis, aut rerum ſecundiorum, quæ ſæpe *lux* vocantur, ut *tenebræ* contrà dicuntur res adverſæ. Vide verſ. 22. & IX, 1. Mirè verterunt LXX. Intt. hunc verſum: νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν ἵνα εἴπωσιν οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ. Pro שחר *ſchahhar*, *aurora*, legerunt שחד *ſchahhad*, donum; cetera torſerunt.

21. *Qui legem transgreſſus fuerit*] ועבר בה *vehabar bah*, & tranſiit per eam, quod vix poteſt, aliò referri, quàm ad תורה aut תעודה *legem*, aut *teſtificationem.* Hoc unum objici queat, verbum עבר *habar*, conſtrui cum particula את aut expreſſa, aut ſubaudita; ſed nihil vetat, quin etiam conſtructum fuerit cum ב, quamvis exemplum non occurrat; ut multa alia verba, quæ non unâ ſtructurâ gaudent. Ante עבר ſubaudiendum אשר, vel fortè legendum עובר *hober*, transgrediens. LXX. Intt. ἥξει ἐφ' ὑμᾶς, quod ferri nequeat, niſi pro בה *bah*, legerint בכם *bacchem*, & ſequentia torqueantur, ut exſculpatur ex iis ſenſus parum commodus. Vulg. *& tranſibit per eam*, verbo tenus, ſed non meliore ſententiâ.

Obdurabitur] נקשה ורעב *nikſche verabeb*, induratus & eſuriens. Hoc eſt, ſi ſponte leges divinas transgreſſus fuerit, contumacior in dies fiet, pœnáſque tandem fame dabit. LXX. Intt. σκληρὰ λιμὸς, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent רעב קשה *harab kaſchah*, *fames dura.* Hieronymus *corruet & eſuriet*, quaſi legiſſet, aut legendum credidiſſet נכשל *nichſchal*, pro נקשה.

Regi ſuo] במלכו *bmalcho*, Regi Achazo, aut aliis,

ſuo & Diis ſuis, & ſurſum adſpiciet [22]. nam cùm terram reſpiciet, en verò anguſtiæ, tenebræ, anxia caligo, & nebula circumfuſa.

Vaticinium de cladibus ſeptemtrionalis Judææ, ejúſque reſtitutione & Chriſti adventu ejúſque regno; aliud de calamitatibus Iſraëlitis decem Tribuum incubituris.

1. SED non erit ei caligo, quæ priore tempore anni propterea fuerat, verùm le- CAPUT.
vabit *Deus* terram Zabulonis & terram Nephthalis; at poſteriore *tempore* gra- IX.
vior

tur ſurſum adſpiciens; 22. nam ad terram, hoc eſt, ad plebem ſi confugiant, nullam viam evadendi, omnibus æquè exhauſtis, inveniet.

PARAPHRASIS.

1. SED nulla tunc erit anxietas eorum, qui antè anxii fuerant, quia Deus agros Zabulonis & Nephthalis levabit; ſed gravior incumbet Lacûs Galilææ accolis, eisque, qui ſunt trans

aliis, quos imitatus commenticios Deos coluerit, quaſi eos colens beatior futurus eſſet; contraria omnia experietur, cùm gravior erit annonæ penuria. Ejuſmodi enim homines, in terram proni, nec niſi corporea mala ſentientes, non poterant ad ſaniorem mentem, niſi malis corporis, revocari.

Et Diis ſuis] Solebant enim Ethnici, rebus adverſis laborantes, Diis ſuis conviciari. Exempla plura vide ad Elegiam I. *Pedonis Albinovani*, verſ. 130 & ſeq. 187 & ſeq. Nimirum, ſe deceptos putabant à Diis, quos non coluerant; niſi quia ſperabant, ſe ab iis corporis bona accepturos, & quæ tamen conſequuti non erant.

Et ſurſum adſpiciet] Cogitabit de Deo cœleſti, & vero, quem antea coluerat. Nec ſequentia huic interpretationi adverſantur. Vide Deut. IV, 39.

22. *Nam cùm terram* &c.] ואל ארץ יביט *veel erets jabbit*, & terram reſpiciet; hoc eſt, nam miſeram terram Judææ contemplatus, ſibi nullam ſpem ab hominibus ſupereſſe facilè intelliget. Nemo mirabitur τὸ ו verſum eſſe à nobis *nam cùm*; ea enim particula locum omnium particularum, & interdum plurium obtinet, ut docebit *Chriſt. Noldius*, in Conc. Particularum.

Anguſtiæ, tenebræ &c.] Hîc tot ſynonyma congeſta maximas calamitates futuras indicant. Res eſt frequens apud Eſaïam. Vide antea vers. 14, 15, & 17.

Anxia caligo] מעוף צוקה *mebouph tſoukah*, obtenebratio coarctationis, vel anxietatis. Verbum עוף *bouph* eſt ſæpe obtenebraſcere, & עיפה *hephah*, caligo; quæ ſignificatio pulcrè conſentit cum aliis vocibus hîc adhibitis. Quare nihil neceſſe eſt aliam quærere.

Nebula circumfuſa] אפלה מנדח *aphelah menuddahh*, obſcuritas compulſa, quales nebulæ circumfuſæ & veluti in unum locum compulſæ. Legendum crediderim מנדחה *menuddahhah*, ut participium genere conveniat cum antecedente voce, quæ eſt fœminini generis. Multæ ſunt Enallagæ generis, quas ſuſpicor librariorum potiùs eſſe, quàm Scriptorum Sacrorum. LXX. Intt. καὶ ἰδοὺ ἀπορία στενὴ, καὶ σκότος, θλίψις, καὶ στενοχωρία καὶ σκότος ὥστε μὴ βλέπειν. *Hieronymus: & ecce tribulatio & tenebræ, diſſolutio & anguſtia & caligo perſequens, & non poterit avolare de anguſtia ſua.* Quæ ſunt adeò confuſa, ut quid ſingulis verbis Hebraïcis ex adverſo reſpondeat intelligere vix liqueat; nec profectò tanti eſt.

COMMENTARIUS
In CAPUT IX.

1. *SEd non erit ei caligo*] לא מועף *lo moubaph*, non obtenebrabitur; hoc eſt, res lecundiores erunt.

Qui priore tempore anxius propterea fuerat] לאשר מוצק לה *laaſcher moutſak lah*, ei qui anguſtiatus fuerat ejus; nempe, caliginis, causâ. מוצק ex analogia tam poteſt ad יצק *fudit, liquefecit*, referri, quàm ad צוק *anguſtiari*; ſed res ipſa oſtendit agi hîc de anguſtia. לה vertimus *propterea*, ſeu *propter eam*, nam ל ſæpe propter ſignificat. Vide *Noldium* ad ſignif. 28.

Priore tempore] בעת הראשון *babeth bariſchon.* Tempore, nempe, Thiglath-philezeri Aſſyriorum Regis, qui incolas eorum tractuum captivos in Aſſyriam abduxit. Vide 2. Reg. XV, 27. & ſeq. Eo tempore malè habiti fuerunt. Iis verò abductis, quos abducere viſum erat Thiglath-philezero, reliquis, ad Salmanaſeri uſque expeditionem, melius fuiſſe ex hoc vaticinio colligimus; quamvis rei circumſtantias, propter Hiſtoriæ Sacræ brevitatem, ignoremus. Hæc perabſurdè verterunt LXX. Intt. niſi ſit eorum verſio mirè à Librariis corrupta. Sic enim habent: καὶ οὐκ ἀπορηθήσεται ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν ἕως καιροῦ. τοῦτο πρῶτον πίε. Vulg. *& non poterit avolare de anguſtia ſua, primo tempore.* Fragmenta aliorum Intt. nimis lacera ſunt, quàm ut lucem ullam fœnerentur.

Levabit Deus] Eſt tantùm הקל *bekal*, ſed ſupplevimus vocem *Deus*, quæ multis in locis

vior incubabit viæ maris, trans Jordanem, Galilææ gentium. [2]. Populus *tamen*, qui ambulabat in tenebris, videbit lucem magnam, & habitantibus terram umbræ mortiferæ lumen adfulgebit. [3]. Gentem multiplicaſti, ei auxiſti lætitiam; lætata eſt coram te, ut *in* hilaritate meſſis, *&* ut exſultare ſolent *homines*, cùm ſpolia dividunt. [4]. Etenim jugum oneris ejus, & baculum humero ejus *impactum*, virgam exactoris, qui

trans Jordanem. Attamen populus ille, qui antea in tenebris jacebat, magnam lucem, ſuo tempore, videbit. 3. Illius tractûs incolas numero auxiſti, ô, Deus, ejus res ſecundas ampliaſti, & valde lætata gens eſt ut poſſit dici non minùs hilaris fuiſſe, quam ii, qui copioſam meſſem habuerunt, aut qui ſpolia multorum hoſtium victorum inter ſe dividunt. 4. Etenim onera ei antea impoſita, & exactorum ſævitia, ſine miſericordia, extorta, ab illorum humeris amoviſti, ut tempore, quo Madianitæ ſunt victi. Omnis enim multitudo hoſtium tumultuantium vidit ſua comburi, & veſtes ſuas cruentas poſitum igni ſuppeditare.

6. Puer

cis ſupplenda eſt, ut ſæpe notavimus. Nec ejuſmodi calamitates quiſquam levare poterat, præter Deum. LXX. Intt. ταχὺ ποίει, quaſi הקל eſſet Imperativus Hiphil, quod poſtea mutatum in πίε & repetitum unà cum ποίει, ut rectè vidit *Grotius*, probante etiam *L. Cappello*. Vulgatus: *adleviata eſt.* Sed cùm verbum Hebraicum ſit activum, & nominativus commodè ſubaudiri queat, & ſoleat etiam; præſtat id ſupplere. *Hieronymus*, ad hunc locum, docet nos Nazaræos eum, ad hunc modum, eſſe interpretatos: *Primo tempore hæ duæ tribus, Zabulon & Nephthali ab Aſſyriis captæ ſunt, & ductæ in hoſtilem terram, & Galilæa deſerta eſt, quam nunc Propheta dicit relevatam eſſe, eo quòd peccata populi ſuſtineret.* Sed coacta hæc eſt interpretatio, nam הקל *hekel* hìc opponitur τῷ הכביד *hichbid*, gravabit; unde intelligere licet τὸ הקל de ſublevatione, ſeu minutione oneris, in bonam partem, intelligendum.

Terram Zabulonis &c.] Notum eſt Nephthalitas & Zabulonitas ad ſeptemtriones Judææ fuiſſe, ac proinde irruptionibus Syrorum atque Aſſyriorum primos omnium fuiſſe objectos; unde factum, ut, in priore irruptione Aſſyriorum, duce Thiglath-phileſero, urbes eorum tractuum captæ ſint, earúmque incolæ in Aſſyriam abducti, ut habemus 2. Reg. XV, 29. Quod contigit biennio, poſt editum hoc vaticinium. Vide Propheticam Chronologiam.

Hieronymus, ad hunc locum, *notandum* vult, *quod teſtimonium hoc Evangeliſta Matthæus, non juxta LXX. ſed juxta Hebræos poſuerit.* Quod verum eſt, ad paucula verba quod adtinet, ſed non in omnibus; quo veriſimile fit ab Evangeliſta ſententiæ, quàm verborum, ut ſolent Novi Teſtamenti Scriptores, majorem rationem habitam fuiſſe. Adfert etiam Nazaræorum interpretationem, his verbis, quæ proximè ſequuntur antea adlata: *Poſtea autem non ſolùm duæ Tribus, ſed & reliquæ, quæ habitabant trans Jordanem, & in Samaria, ductæ ſunt in Captivitatem, hoc Scriptura nunc dicit; quòd regio, cujus populus primus ductus eſt in captivitatem, & Babyloniis ſervire cœpit, æquè priùs in tenebris verſabatur erroris, ipſa primùm lucem prædicantis viderit Chriſti, & ex ea in univerſas gentes ſit Evangelium ſeminatum.*

Sententiam, nimirum, hujus loci duplicem eſſe ſtatuebant, quarum altera impleta eſt temporibus Eſaïæ, cùm primùm à Thiglath-phileſero ſunt captivi abducti Nephthalitæ & Zabulonitæ; deinde terra illa adlevata eſt eorum exercitu, iterúmque ab Iſraëlitis culta, ac tandem quando hæ ipſæ reliquiæ, cum ceteris Tribubus Iſraëlis, ſunt à Salman-eſero rurſus abductæ in Aſſyriam, quæ calamitas priore gravior fuit: altera verò à Chriſto demum impleta, cùm Evangelium in Galilæa prædicavit. Ac ſanè quæ habentur hìc à verſu ſecundo ad 7. multò excellentiùs impleta ſunt, Chriſto prædicante Evangelium, quàm aut Eſaïæ temporibus, aut reditu è Captivitate Babylonica; cùm ſeptemtrionales oræ Judææ coli ab Iſraëlitis iterum cœperint, qui paullatim in maximum populum excreverunt.

At poſteriore tempore] והאחרון הכביד *vehabbaron hichbid.* Videtur eſſe pro ובאחרון *oubaabbaron*, & poſteriore; ita ut nominativus *Deus* ſit hìc iterum ſupplendus; tempus enim non preſſit Iſraëlitas; ſed Deus iis, illo tempore, infenſus. Hìc autem obſervet Lector neceſſe eſt, quod jam innuimus, quatuor hìc prædici: 1. Captivitatem, per Thiglath-phileſerum: 2. meliorem, eo digreſſo, ſortem Iſraëlitarum: 3. graviorem iis calamitatem, per Salman-eſerum illatam; quæ omnia paucis verbis verſûs primi continentur: 4. denique vers. 2. & ſeqq. ad 7. atque aliam liberationem multò majorem priore, & quæ contigit ex grammatico ſenſu, cùm poſt reditum è Captivitate Babylonica, Judæi ſeptemtrionales patriæ tractus receperunt & multitudine ſuâ paullatim impleverunt; ſpirituali verò, & quidem longè præſtantiore, cùm illic vox Chriſti audiri cœpta eſt. Quæ ſi probè intelligantur, totum hoc vaticinium dilucidius multò erit.

Viæ maris, trans Jordanem] הכביד דרך הים עבר הירדן *hichbid derech haijam heber hajjarden.* Viâ maris trans Jordanem ituris Jeroſolimâ, ubi vivebat Eſaïas, erat per agros Zabulonitarum, ſi quis trajiceret lacum Genneſarethicum, ab occaſu in ortum; aut etiam Nephthalitarum, ſi quis Jordanem, ſupra eum locum, tranſmitteret paullò magis ad ſeptemtrionem. Cùm veniſſet in ea loca Salmaneſer, invaſiſſetque agros omnes Iſraëlitarum, & captâ tandem ipſâ Samariâ, per triennium obſeſſâ, incolas omnes trans Euphratem abduxiſſet; multò majorem cladem iis locis & belli morâ, & captivitate incolarum omnium

Digitized by Google

qui in ea *erat*, confregiſti; ut tempore, quo Madianitæ *ſunt cæſi*. 5. Omnis enim turba tumultuantis *magno* ſtrepitu, veſtis in cæde volutata incendetur, ut ſit pabulum ignis. 6. Puer enim nobis natus eſt, filius nobis eſt datus, imperium ejus humero imponetur. *Quisquis de eo loquetur* vocabit eum nominibus admirandi, conſultoris divi-

6. Puer enim nobis naſcetur, cui imperium conſultoris divini, fortis, patris perpetui, principis. 7. Nul-

omnium intulit.

Galilææ Gentium] גליל הגוים *glil baggojim.* Vide not. ad Gen. XIV, 1. & 1. Reg. IX. 10.

2. *Populus tamen*] העם החלכים *baham baholecbim*, populus ambulantes, aut incedentes. Addimus hic *tamen*, quia eſt clara horum cum poſtremis verbis oppoſitio. Hebræa Lingua non connectit orationem, ut Latina, ideoque pluribus, paucioribusve opus eſt conjunctionibus, in verſione Veteris Teſtamenti Latina. *In tenebris ambulare* propriè quid dicatur omnes norunt, tranſlato verò ſenſu eſſe cum adverſis conflictari ſciunt omnes, qui V. T. legerunt, ut ſæpe monuimus ad Jobi & Pſalmorum Libros. Vide tamen, ſi opus ſit, ad Gen. XV, 12. Sed & optimè *tenebrarum* nomine deſcribitur ignorantia populorum, ad quos Evangelium primùm pervenit; qualis erat non tantùm Ethnicorum, ſed & Judæorum, cùm nondum Evangelium audiſſent.

2. *Viderunt lucem magnam*] Cùm tenebris *lux* ſit contraria, neceſſe eſt *luce*, tralatione ſat eleganti, res ſecundiores ſignificari; quod & frequenter fit in Hebræorum ſtylo. Vide Job XVIII, 18. XXXI, 26. Itaque *videre lucem* eſt frui rebus ſecundis, quod Galilææ incolis contigit ſæpe; temporibus præſertim Macchabaïcis, quibus ingenti numero erant. Verùm *Lux* etiam cognitionem melioris Religionis aptiſſimè ſignificat, quæ Chriſti ævo Galilæis, ante omnes, obtigit. Hinc Petrus 1. Ep. II, 9. ait Deum *à tenebris vocaſſe* Judæos, *in admirabile lumen ſuum* & 2. Ep. I, 19. *Sermonem ipſum propheticum confert lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat.*

Umbræ mortiferæ] Difficillima tempora, hoc loquendi genere, hìc & alibi ſignificantur, præſertim in Pſalmis & apud Jobum. Talia fuerunt extrema tempora Regni Judæ & Captivitatis; à quibus poſtea liberati ſunt Judæi. Ignorantia etiam eâ umbrâ aptè ſignificari poteſt.

3. *Gentem multiplicaſti*] Galilæa ſemper viris abundavit; & tempore *Joſephi* longè populoſiſſima fuit. Sic ille Lib. I, 11. c. 3. in Græcis de B. J. πολλοὶ πάντοτε Γαλιλαῖοι, καὶ οὔτε δειλία ποτὲ τοὺς ἄνδρας, οὔτε λειπανδρία τὴν χώραν κατέσχε. *Semper multi fuere Galilæi, neque metus umquam viros, neque virorum penuria regionem occupavit.* Quod credibile facit fertilitas agrorum Gallilææ, quampluribus, eodem loco, deſcribit Hiſtoricus Judæus; qui & hoc habet, de incolarum numero: πόλεις πυκναὶ καὶ τὸ τῶν κωμῶν πλῆθος πανταχοῦ πολυάνθρωπον, διὰ τὴν εὐθηνίαν ὡς τὴν ἐλαχίστην ὑπὲρ πεντακισχιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις ἔχειν οἰκήτορας: *urbes crebræ ſunt, & vicorum multitudo ubique populoſa, propter annonæ copiam, ita ut minimus ſupra quindecim millia colonorum habeat.* Eadem ratione fieri etiam, antiquioribus temporibus, facilè potuit, ut Deo regionem belli & direptionis immunem præſtante, brevi, poſt reditum è Captivitate Babylonica, colonis abundaret. Poſtea, prædicato illic Evangelio, credibile eſt multos fuiſſe Chriſtianos.

Ei auxiſti] In margine eſt לו *ei*, nempe genti, rectè; in textu לא *non*, perperam, quod tamen *Symmachus* & Latinus ſequuti ſunt.

Lætata eſt coram te] Lætitia eſt pacis atque abundantiæ comes, ſed lætitia *coram Deo* memoratur, ut ſignificetur gaudium, quale eſt proborum; quo nihil ſit Religioni minùs conveniens, aut indecorum; ut res etiam in Chriſtianos quadrare poſſit.

In hilaritate meſſis] Ubi copioſa fuit meſſis, ibi etiam hilaritas ſumma eſt, & meſſorum & eorum, qui agrorum domini ſunt. Quare magna lætitia intelligenda eſt. Sed non ſunt ſingula hic verba nimiùm penſitanda, quaſi ſub ſingulis lateret neſcio quid arcanum; quod nimiam conjectandi licentiam parit, & ludibrio Scripturam exponit. Neque magis *meſſem Evangelicam*, in hac comparatione, quæſiverim cum *Hieronymo*.

3. *Ut exſultare ſoleret*] כאשר יגילו *chaaſcher jagilou*, ut exſultabunt, ut ſolent exſultare, quæ frequens vis eſt Futuri.

Cùm ſpolia dividunt] Hoc eſt, in victoria, poſt quam ſpolia dividentur.

4. *Jugum oneris ejus* &c.] Tyrannicas & nimias exactiones hæc ſignificant, quas à Syris, Aſſyriis & Babyloniis, ducibus dominis, paſſi fuerant Iſraëlitæ. Quæ pertinent ad deſcriptionem felicitatis populi; nec ſingula ſunt per fidiculas ad Religionem Chriſtianam, quæ ceteroquin homines beat, trahenda.

Baculum humero ejus impactum] *Baculum humeri ejus.* Quo ab exactoribus verberabantur ejus humeri, niſi dicto audiens eſſet.

Ut die, quo Madianitæ ſunt cæſi] *Ut die Madianis.* Reſpicit Propheta, ut videtur, ad ingentem victoriam, quam Gedeon de Madianitis retulit, & quæ narratur Jud. C. VII.

5. *Omnis enim turba tumultuantis* &c.] כי כל סאון סאן *chi chol ſeon ſoen.* LXX. Intt. πᾶσαν ἢ ὅλων ἐπισυνηγμένων. *Symmachus* πᾶσα βία ἐβιάσθη. Vulg. *omnis violenta prædatio.* Quæ hìc tantùm occurrunt duæ voces, סאון & סאן, negotium faceſſerunt Interpretibus, cùm præſertim in linguis Hebraïcæ vicinis ſimile nihil invenirent. Nos verò exiſtimamus adfines hac eſſe voces verbo שאה *ſchaah*, quod eſt *vaſtari* ſtrepitu & tumultu, apud hunc ipſum Prophetam C. VI, 11. XXXVI, 26. unde & שאון *ſchaon*, tumultus C. XXIV, 8. XXV, 5. LXVI, 6. Adfinitas litterarum

divini, fortis, patris perpetui, principis pacis 7. Nullus *erit* ſinis amplificanti imperium & paci, ſolio Davidis, & regno ſuo *ab ea parte*; ita ut id ſtabiliturus & firmaturus ſit jure *dicundo* & juſtitiâ, ab hoc tempore, in perpetuum. Zelotypia Jehovæ, *Dei* exercituum, hoc faciet.

8. Verbum

7. Nullum finem faciet ampliationi imperii & pacis ſolio Davidis partæ, ita ut id habiturus & firmaturus ſit, dum jus dicet, & juſtitiam in perpetuum ſtabiliturus. Zelotypia Creatoris, Dei exercitum jura ſua nemini conferentis, neque ſibi auferri patientis hoc, perficiet.

8. Lo-

ſchin & *ſamech*, quæ ſunt ambæ ſibilantes litteræ, ut ſic dicam, quamvis prior ſit pinguioris ſoni, poſterior gracilioris, rem probabilem facit. Quis etiam audeat adſirmare punctum διακριτικὸν rectè eſſe poſitum in verbo שאן? Quis ſcit annon olim punctum eſſet ſiniſtrum, aut certè ſic pronunciaretur? Adjectio etiam vocis ברעש *in ſtrepitu* idem ſuadet. Hiſce autem verbis deſcribitur exercitus Chaldæorum, qui magno tumultu Judæam invaſit; cujus tamen imperium diu non obtinuerunt, cùm Cyrus Babylonem in ſuam ditionem redegerit.

In cæde volutata] *In ſanguinibus.*

Incendentur &c.] Hoc eſt, milites Babylonii & omnis eorum adparatus, ſic delebuntur, ut nulli ſint ampliùs, quaſi igne abſumti fuiſſent. Spirituali ſenſu, poſſumus dicere hic ſpectari inimicos Evangelii, qui omnes perituri erant. Quin & contumaces Judæi, cædibus polluti, & incenſo Templo conciderunt.

6. *Puer enim nobis natus eſt*] Reſpici hìc primo ſenſu exiſtimat *Grotius* Hezekiam, Achazi filium; ſed perperam interpretatur *natus eſt*, quaſi de futuro intelligendum eſſet, *naſcetur*; cùm videantur hæc vaticinia, vivo Achazo, edita, & quidem ſub vitæ ejus finem; quo tempore dudum natus erat Hezekias, qui anno ætatis vigeſimo quinto regnare cœpit, ut docemur 2. Reg. XVIII, 2. Sed fortè de Meſſia cogitabat, qui ſeptingentis, poſt hæc, annis & eo ampliùs naſciturus erat; aut hæc multò excellentiùs, ſecundo, ſeu ſpirituali ſenſu, ad Meſſiam pertinere agnoſcit, eamque in rem Chaldæum etiam Interpretem laudat, qui משיחא Meſſiam hìc ſignari ait. Reverà elogia, hic in *puerum* congeſta, longè aptiùs Chriſto conveniunt, quàm Hezekiæ; in quem vix quadrant, etiam ſenſu admodum diluto, ut ſic loquar. Præterea hic verſus inchoatur particula כי *chi*, quâ ratio redditur eorum, quæ dicta ſunt, de pernicie hoſtium, hoc eſt, Chaldæorum; quæ dici poſt mortem Hezekiæ contigit. Scio à *Grotio* intelligi horum hoſtium nomine Sancheribum, & Aſſyrios, qui, fruſtrà obſeſſâ Jeroſolimâ, ab Angelo deleti ſunt: ſed ſeries horum vaticiniorum repugnat, ut ex noſtra interpretatione liquet. Septemtrionalibus enim incolis Judææ, de quibus vers. 1. hujus Capitis non contigerunt, quæ vers. 2. & ſequentibus promittuntur, niſi poſt reditum è Babylonica Captivitate, imò etiam aliquantò poſt, & fortè quidem ſeriùs.

At τὸ כי *chi*, ad Meſſiam relatum, oſtendit veritatis Evangelicæ inimicos, propter Chriſti adventum, delendos fuiſſe. Itaque eò propendeo, ut credam *puerum & filium*, quem natum Eſaias ait, eſſe filium ejus *Himmanuelem*, qui fuit imago Meſſiæ, ita tamen ut hic non ille puer; cui non magis conveniunt laudes, quæ ſequuntur, quam Hezekiæ, in ſenſu ipſo non deſcribatur, ſed ſub ejus perſona Meſſias diu poſtea venturus; quaſi diceret Propheta, verum illum *Himmanuelem*, cujus umbra nomine ſuo tantùm, erat puer modò natus, ſuo tempore venturum & talem futurum, qualis mox deſcribitur.

Imperium ejus humero imponatur] ותהי המשרה על שכמו *vatthehi hammiſehra hal ſchechmo*. LXX. Intt. οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ deductâ voce Hebraicâ, à שר *ſchour*, dominari, & quidem rectè. Verum *Aquila*, τὸ μέτρον ἐπ' ὤμου αὐτοῦ, quaſi legiſſet משורה *meſura*, ſed perperam, ut & paullò pòſt. *Menſura* enim viri, qui deſcribitur, humero non imponitur; ſed *imperium*, quod meritò inſtar oneris habetur. *Symmachus*, & *Theodotio* παιδεία, cujus verſionis ratio me fugit. Itaque rectiùs *Hieronymus*, LXX. Intt. ſequutus, habet *principatum*, Sic & Latini ſunt loquuti, ut apud *Ciceronem*, pro L. Flacco, c. 38. *De ſumma Republica taceo? quam vos univerſam, in hoc judicio, veſtris, humeris veſtris, inquam, humeris ſuſtinetis.*

Quisquis de eo loquetur vocabit eum &c.] ויקרא שמו *vajjkra ſchmo*, & *vocabit nomen ejus*; quicumque, nempe, de eo colloquetur, vel קרא *vocans* quisquis ſit. Frequens hæc eſt Ellipſis Nominativi, Vide Ind. Pentateuchi, in *Nominativus*.

Nominibus admirandi, conſultoris divini] Diximus *nominibus*, non *nomine*, quia, quæ ſequuntur, non ſunt auribus Latinis unum nomen; quamvis fortè, apud Hebræos, pro uno nomine haberentur, pro tribus hiſce verbis: אל פלא יועץ *el phle johets* habent. LXX. Intt. μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. quibus nihil adfine eſt in Hebraïcis, יועץ *conſiliarius* ſunt. Crediderim, horum Intt. temporibus eo modo deſcriptum Meſſiam. *Aquila* verò: θαυμαστὸς, σύμβουλος, ἰσχυρὸς, verbo tenus, niſi quòd אל ſæpiùs *Deus* vocatur quàm *fortis*. *Symmachus*: παραδοξασμὸς, βουλευτικὸς, ἰσχυρὸς, ubi prima vox eſt incommodè ficta. *Theodotion*: θαυμαστῶς βουλεύων, ἰσχυρὸς. Duas primas voces conjungit, ſine cauſa. *Hieronymus*; *admirabilis*, *conſiliarius*, *Deus*. Maluimus conjungere duas poſteriores, ut intelligatur Meſſias futurus *conſultor divinus*, vel cujus divina eſſent conſilia; hoc eſt præcepta, ut reverà ſunt. De hoc loquendi genere, vide notata ad Gen. X. 9. XXIII, 6. & 2. Sam. XVI, 23. Idem eſt ac quod dicitur infra de

Meſſia

8. Verbum emiſit Dominus in Jacobum, & cecidit in Iſraëlem. 9. Scivit rem to-
tus populus Ephraimi & incola Samariæ, in ſuperbia & faſtu animi dicentes : 10. ce-
ciderunt lateres, at quadrato *lapide ædificia* inſtaurabimus; cæſæ ſunt ſycomori, ſed ce-
dris eas mutabimus. 11. Atqui Jehova hoſtes Retſinis eo ſuperiores reddet, adverſa-
rioſque ejus *in eum* exſtimulabit. 12. Aramæus *veniet* ab Oriente & Philiſthæus ab
Occidente, & vorabunt Iſraëlem toto ore. Nec omnibus hiſce ejus ira placabitur, ſed
manus ejus erit adhuc exſerta. 13. Nam populus non redibit ad eum, à quo percuſſus
fuerit,

8 Loquutus eſt Deus in Iſraëlem, & impleta ſunt ejus verba. 9. Res innotuit & probata eſt omnibus Ephraimitis, & incolis Samariæ, qui, præ ſuperbia, dixerunt: 10. Ceciderunt lateres, at quadrato lapide ædificia noſtra inſtaurabimus. Cæſæ ſunt ſycomori, ſed cedros eis ſubſtituemus. 11. At Creator hoſtes Retſinis victores præſtabit, hoſtibuſque ejus de eo victoriam concedet, & eos excitabit. 12. Syrus veniet cum exercitu ab Oriente, & Philiſthæus ab Occidente, qui Iſraëlem deglutient; nec tamen his calamitatibus Juſtitia Divina placabitur, cujus manus erit etiamnum exſerta, ad feriendos. 13. Nam Populus Iſraëliticus

Meſſia C. XI, 2. in eo fore *ſpiritum conſilii & fortitudinis*. *H. Grotius* interpretatur *conſultorem Dei*, per Prophetas conſulentem. Verbum ipſum יעץ tam eſt *conſilium accepit*, quàm *dedit*, ſed יעץ plerumque eſt *conſiliarius*, nec fortè aliter uſquam ſumitur.

Fortis] Et quidem vere maximâ fortitudine, quâ multa mala & tandem mortem crudelem paſſus eſt, dum de ſua ipſius gente bene merebatur; imò & de toto humano genere quamvis ei etiamnum ignotus eſſet. Præ hac fortitudine, ea quæ dicitur militarium virorum, quippe quæ nocendo hoſtibus quieſcit, nullius eſt pretii. Fortitudine benefica, etiam ergo eos, qui ei acerrimè adverſantur, ut mors quoque, eorum gratiâ, conſtanter obeatur, ea eſt demum fortitudo divina. De Ezekiæ Regis fortitudine in Scriptura pauca legimus.

Patris perpetui] אבי עד *abi had*; nempe, primùm populi ſui, hoc eſt credentium; deinde & totius humani generis, quod ad fidem & meliorem frugem vocavit quoque patienter fert, quamvis graviſſimè in ipſum delinquat, dum id ſervare vult. LXX. Intt. verterunt: ἄξω γὰρ εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, quaſi legiſſent pro אבי עד שר שלום hæc verba: אביא על שרי שלום abi hal ſchare ſchalom, *adducam* ad *principem pacis*, *quæ minùs* commoda lectio. In vocula אבי *abi* abundat litterula י, ut ſæpe alibi. Vide Gen. X, 21. 2. Par. II, 52. אבי עד *abi had* vertimus *patris perpetui*, quod עד cum *ſegol* ſignificet *perpuitatem* aut *æternitatem* non minùs, ac עד cujus exempla congeſſit *Val. Schindlerus*. Inde ad *æternitatem* propriè dictam ſignificandum dicunt לעולם ועד *lawolam vaved*, quod eſt frequens.

7. *Ad ampliandum*] Eſt in noſtris Codd. Hebraicis: לםרבה *lmarbeh*, quæ vox habet hoc ſingulare quòd ſit *Mem* clauſum; quod ſolet tantùm uſui eſſe in fine, in media voce. Quod retulerim ad culpam librarii antiqui, qui ſcripſerat Codicem, quo utebantur Maſſoretæ, qui mendum calami non auſi ſunt emendare Codicis hic σφάλμα. *Lud. Capellus* exiſtimat ם eſſe in media voce, quòd olim ſcriptum eſſet לם רבה *lam ribbah*, quemadmodum בם *bam* ponitur, pro להם *lahem*. Quia verò duæ illæ voces non erant disjunctæ, ſed conjunctis, לםרבה, ſunt punctatæ à Maſſoretis; quaſi eſſet לְמַרְבָּה, quod magis propriè ſignificat *multiplicanti*, quàm, *amplitudini*, ſenſu utrobique non incommodo.

8. *Verbum ſuum*] Eſt in noſtris Codicibus דבר quòd eſt *verbum*; attamen LXX. Intt. legerunt דֶבֶר quod eſt *peſtis*, quod tamen, ut bene notavit *Lud. Cappellus*, minùs aptum eſt huic loco; ubi ſermo non eſt de *peſte*, ſed de revelatione ad Jeroſolimitanos miſſa. Hoc jam obſervarat *Hieronymus* ad hunc locum.

9. *Sciet populus omnis* &c.] Cùm Samariæ incolæ & Ephraïmitæ, eſſent hoſtes infenſiſſimi Tribuum Judæ & Benjaminis rem audiviſſent, gaviſi ſunt; quòd ſperarent, ſe poſſe eſſe participes ſpoliorum Utriuſque Tribûs, quàm Aſſyrii, unà cum ſociis, ad inopias redegiſſent; quod teſtati dicentes, ſibi hactenus domos fuiſſe lateritias, ſed in poſterum habituros ædes marmoreas, quæ erant Jeroſolimæ.

10. *Sycomori* &c.] Nullius pretii erant hæ arbores, ſi compararentur cum cedris.

10. *Lateres ceciderunt*] Hoc eſt, tempus mox erit, quo Majorum noſtrorum domus lateritias mutabimus marmoreis; quales poterant eſſe Jeroſolimæ, à temporibus Salomonis, qui ſummopere ditarat eam urbem. Hoc videntur partim animadvertiſſe LXX. Intt. qui habent: πλίνθοι πεπτώκασιν; ἀλλὰ δεῦτε λαξεύσωμεν λίθους, vix enim lapides ad ædificandum habere poterant, niſi ex urbe Jeroſolimitana. Sed ſequentia eorum Interpretum verba magis ab Hebræis diſſident.

11. *Tollet Jehova hoſtes Retſinis* &c.] Hæc ſunt verba Prophetæ, quibus oſtendit, Retſinem pœnas daturum belli contra Judæos ſuſcepti. Vide 2. Reg. XVI, 7. Mirum eſt LXX. Interpretes legiſſe, loco τοῦ *Retſin* רצין, quod fuit nomen Regis Syriæ, הר צין har Sion, *montem Sionem*; ſive ex conjectura, ſive quòd vitioſo Codice uterentur, in quo eſſet librariorum lapſus; unde credibile fit, cùm Verſio, quæ dicitur LXX. Intt. eſt adornata, à Judæis Codices Hebraïcos parum emendatos vulgò tractatos fuiſſe. Alioqui credibile non eſt, tot locos tam malè converſos fuiſſe, ab hominibus qui LXX. Intt. dicuntur. Ceterùm hoſtes illi Regis Syriæ memorantur 2. Reg. XVI, 7.

Conjunget] יסכסך *jeſachſech* LXX. Intt. habent hic διασκεδάσει, & C. XIX, 2. ἐπεγερθήσονται, cùm utrobique optimè conveniat notio *conjungendi*, ut mihi quidem videtur.

12. *Aram à fronte*] מקדם *mikkedem*: quod verti

fuerit, nec Jehovam *Deum* exercitûs quæret. 14. Exſcindet Jehova ab Iſraële caput & caudam, ramum & juncum, uno die. 15. Senex & honoratus ſunt caput, Propheta autem falſa docens cauda. 16. Erunt qui beatum prædicent, & fallentes populum hunc, & qui beati ab iis prædicentur abſorpti. 17. Propterea nec eorum juvenibus delectabitur Dominus, nec eorum pupillorum ac viduarum cum miſerebitur; quia quotquot

liticus non redibit propterea ad meliorem frugem, Deumque colet, ut par eſt. 14. Uno die Creator reſecabit ab Iſraële primores & plebeculam, quaſi caput & caudam, aut quaſi ramum arboris, & plantam junci. 15. Senes atque honorati ſunt capitis inſtar, & Pſeudoprophetæ caudæ loco ſunt. 16. Sunt parati ad beatum prædicandum hunc populum; & qui beati ab iis prædicantur, ſunt abſorpti. 17. Ideò Deus nec juvenibus eorum pupillis, ac viduis; cùm ſint omnes ſimulatores Religionis, at reverà nequitiæ dediti, & cum inſanorum, hoc eſt, impiorum more loquantur. Propterea iis nequaquam favet, & paratus eſt, ad

verti etiam poſſit *ab Oriente*; nam *Oriens* habebatur anterior pars mundi, quia illinc ſol oritur; cujus rei exempla quævis Lexica ſuppeditabunt. Vide & Indicem noſtrum Hebraicum in Pentateuchum. Dicebatur Occidens אחור *abhor*, poſtica *pars*, qualis erat pars quæ ſpectabat ad Mediterraneum Mare, ut regiones Philiſthæorum, Sidoniorum & Tyriorum. Hinc LXX. Intt. ἀφ' ἡλίου ἀνατολῆς. Mirum eſt verba ſequentia *Philiſthæo à tergo*, verſa eſſe à LXX. τοὺς Ἕλληνας ἀφ' ἡλίου δυσμῶν, cùm Philiſthæi minimè eſſent *Græci*. Sed fortè hac voce intellexerunt *Ethnicos*, quod tamen loco non convenit, cùm Syri non minùs eſſent Ethnici, quàm Philiſthæi. In Commentario *Hieronymi* eſt *Philiſthiim*, tam in Editione *Eraſmi*, quàm in ea, quam emiſit Monachus Benedictinus Lutetiæ. Sed & in antiquiſſimis Codicibus, Romano & Anglicano, legitur τοὺς Ἕλληνας. Attamen poſterior lectio videtur eſſe antiquior, quia nulla fuit ratio mutandi Φυλιστιείμ in Ἕλληνας, quæ poſterior lectio non potuit à LXX. Intt. qui dicuntur, orta eſſe, cùm Philiſthæos ſoleant vocare ἀλλοφύλους. Vide, quæ notavimus ad Exod. XV, 14.

14. *Caput & caudam*] Hoc eſt primores, qui muneribus publicis fungebantur, & plebeios homines.

Ramum & juncum] Hebraica Verba ſunt: כפה ואגמון *chipphah veagmon* LXX. Intt. μέγαν καὶ μικρόν. Duæ hæ voculæ ſunt πολύσημοι, ſed neutra ſignificat *magnum* aut *parvum*. Videntur Interpretes ex conjectura interpretati eſſe, propter antecedentia verba, ubi fit mentio *capitis* & *caudæ*. Unde LXX. Intt. habent vers. 14. Καὶ ἀφεῖλε Κύριος ἀπὸ Ἰσραὴλ κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, μέγαν καὶ μικρὸν, quaſi neceſſe eſſet duo poſteriora verba, ex duobus prioribus interpretari; quod nec abſurdum eſt, ſed tamen dubium. Aiunt כפה *chipphah* eſſe *ramum*, & ſignificare hîc ſummates; אגמון *agmon* verò eſſe *juncum*, & deſignare homines plebeios. Adeantur modò *Schindlerus* & *Joan. Buxtorfius* in *Lexicis*.

15. *Elato vultu*] נשוא פנים *nſchou phanim*, elatus facie, hoc eſt, qui, ut ſibi nullius ſceleris conſcius, fidem ſuam vel fronte ſuâ & cervice erectâ prodit. Talem vult Eſaïas eſſe ejuſmodi vatem, qui poſſit jure haberi primi ordinis.

16. *Erunt qui beatum prædicent hunc populum, eum in errorem conjicientes, at qui ita beati prædicati fuerint, abſorbebuntur*. Erant nempe, qui gratiam Jeroſolimitanorum ambibant, laudibus falſò in eum congeſtis. Erant, ſcilicet, inter veros Prophetas alii, qui revelationes fictitias proferebant; quibus ſe venditabant, apud plebem.

17. *Quamobrem propter juvenes non lætatur*, &c.] Quod, ut videtur, majorem fidem haberent Pſeudoprophetis, qui eis prædicebant id quod ipſi optabant; non quidquam, quod eis verè à Deo revelatum eſſet.

Quia omnes ſunt ſimulatores virtutis] כי כלו חנף *chi chullo hhaneph*; quia *omnis* (Jeroſolimæ incola) *ſimulabat* חנף eſſe quem nunc *Hypocritam*, hoc eſt, Hiſtrionem vocamus, qui ſimulat ſapientem, cùm non ſit; quod hominum genus propagatum eſt ad tempora uſque Jeſu Chriſti, qui Phariſæis hoc vitium vehementiſſimè exprobrat: quo Deus eo magis offenditur, quòd ſe larvâ virtutis tegit, & impietatem fovet, dum pietatem ſimulat. Vocem חנף unâ non potuere vertere LXX. Interpretes, qui pro eo habent ἄνομοι καὶ πονηροί. Dixere Evangeliſtæ ὑποκρίτας, hoc eſt *Hiſtriones*, quales erant Phariſæi, qui verbis & factis imitabantur eos, qui feriò pii erant, nec tamen ipſi erant. Sed jam ante ea tempora, vox illa uſitata à Judæis Græcè loquentibus, ut videre licet, in Concordiis Trommii. Hinc etiam Gloſſæ Græco-Latinæ Labbæanæ ὑποκρίτης vertunt *Diſſimulator*, *Simulator*, ὑποκριτικὰ *ſubdola*, ὑποκριτικὸς *ſimulatus*, *Hiſtrionicus*.

Non eſt averſa ejus ira] *Non rediit*, לא שב. Quando quis aliquò proceſſit, ut aliquid faciat, non redit, niſi perfecerit; ideòque *non redire* dicitur *ira*, quæ non eſt ſedata, ſed pœnas repetit ab eo, à quo eſt commota. Pro *ira* eſt Hebraicè אף *aph*, hoc eſt, *naris*; quia iræ indicia cernuntur in naribus hominum iratorum. Bene LXX. Intt. οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμός, *Hieronymus*; *non eſt averſus furor eſt*. Sed quia Deus pœnas ſumit de pertinacibus peccatoribus, quas reverâ ſunt meriti; an poteſt à prudenti Interprete dici *furere*? Non puto, quamquam *ira brevis furor* eſſe dicitur. Reverâ loquendum, præſertim Chriſtianis, reverentiùs de Deo; qui non debet dici *furere*. Scio Theologos prudentiores vocem prudenti interpretatione mollire. Sed prorſus eâ abſtinere reverentius eſſet. Scio & in V. T. ſæpiſſimè occurere, ut Concordiæ docebunt, *furorem Dei*. Non omnino poſſunt vitari ab hominibus, cùm de Deo loquuntur, ἀνθρωποπαθείαι, ſed vitandæ ſunt quatenus li-

Digitized by Google

quot ſunt virtutis ſimulatores ſunt, ac mali, & omne os inſana loquitur. Propter hæc omnia, non placatur ejus ira & manus ejus eſt adhuc extenſa. [18]. Ardebit improbitas inſtar ignis, ſentes & ſpinas abſumentis, ac locadenſa ſilvæ incendentis, ita ut eorum fumus in altum evehatur. [19]. Propter excandeſcentiam Jehovæ *Dei* exercituum, caligo terræ incumbet: populus ut pabulum ignis erit, neque quiſquam fratri ſuo parcet. [20]. Rapiet ad dextram, & *tamen* eſuriet; comedet ad ſiniſtram, nec *tamen* ſatiabitur; quiſque carne brachii ſui veſcetur. [21]. Manaſſa Ephraïmum *ſpoliabit*, Ephraïmus Manaſſam, *quamvis* ſimul contra Judam *ſteterit*. Propter hæc omnia, non placatur Dei ira, & manus ejus eſt adhuc extenſa.

Pergit Propheta graviſſimas calamitates prædicere Iſraëlitis, nec minores minatur Aſſyriis, ob crudelem eorum devaſtationem; Iſraëlitáſque ſolatur, ſpe ſecundiorum rerum factâ.

[1]. VAE iis, qui iniqua proponunt edicta, & qui mandarunt moleſta ſcribi; *quæ alii* ſcripſerunt, [2]. ut ne pauperibus jus dici poſſet, útque miſeris populi mei judicia — Caput X.

ad pœnas de iis ſumendas. 18. Improbitas eorum erit inſtar ignis ardentis, ſentes abſumentis, & denſiſſimas etiam ſilvas incendentis, ita ut ingens illinc exeat fumus. 19. Propter iram Creatoris, ejuſdémque Dei, qui exercitibus præeſt, Caligo terræ incubabit. Populus verò erit velut pabulum ignis, nec quiſquam fratri ſuo parcet. 20. Hinc rapiet aliena, nec tamen habebit, quo ſatietur, illinc verò cogetur, conjunctiſſimorum facultates abſumere. 21. Manaſſa Tribus Ephraïmiticam expilabit, & Manaſſæam Ephraimitica, quamvis duæ illæ Tribus, conſpirarint contra Tribum Judæ, cujus imperium excuterent. Propter perfidiam populi, ab eadem origine orti, Juſtitia Divina pœnas repetit.

PARAPHRASIS.

1. VAE iis, qui proponunt iniqua Edicta, & curant ab aliis ſcribi; 2. ut impediant ne pauperibus jus dicatur; útque viduæ pauperum præda ipſorum fiant, quemadmodum etiam liberi.

licet; præſertim à Chriſtianis iis, quibus gloria Dei cordi eſt. Vix de homine ſapiente (cujus ſapientia evaneſcit collata divinæ) dici queat, eum *furere*, cùm juſtam iram, ſeu *indignationem* oſtendit.

18. *Manus ejus extenſa*] Hoc eſt, paratus eſt, ad pœnas ſumendas, aut jus ſibi obſtinati peccatoris puniendi, eique minatur; ut Pater, etiam optimus, minatur liberis pœnas, ſi quid contra bonos mores moliantur, aut faciant; minásque, quas exſequitur, ſi contumaces liberos experiatur. Ita ſe gerit Deus, qui eſt Pater communis Humani Generis, idemque eorum Judex longè æquiſſimus.

19. *Incenſa erit, inſtar ignis, improbitas*] בערה כאש רשעה *babara chaeſch riſchah.* Eſt hic πρότασις comparationis, cujus ἀπόδοσις ſequitur. Hìc verò voce *improbitatis*, quæ incenditur, ſunt intelligendi improbi Iſraëlitæ, de quibus in ſequentibus verbis, & nominatim Tribus Manaſſæ, Ephraïmi, & Judæ; quæ inter ſe colligi novi belli flammam excitarent; cùm deberent cogitare, de fœdere antiquo inſtaurando, ut ſe poſſent contra Syros & Aſſyrios, tueri; quibus alioqui nullo modo poterant eſſe pares. Hi, ſunt qui deſcribuntur communi incendio perituri, & quorum, magna pars etiam virorum Iſraëlitarum, periit. Si eorum temporum Hiſtoriam haberemus, paullò adcuratiorem, multa intelligeremus in Eſaïa aliiſque Prophetis; quæ nunc nullo ingenii acumine poſſumus dilucidare. Sed hinc ſatis liquet, tres memoratas Tribus, propter diſcordias hìc memoratas, fuiſſe prædam Ethnicorum. Potentes quidem erant Aramæi, ſive Syri, & Aſſyrii; ſed à tota Gente Iſraëlitarum concordium potuiſſent repelli. At diſſimilia ſacra, indéque exorta diviſio animorum, totam tandem gentem Babyloniis ſubigendam tradidit.

COMMENTARIUS
In Caput. X.

1. QUi *iniqua proponunt edicta*] החקקים חקקי און *hakhokekim bhikeke aven*, condentibus leges iniquitatis.

Mandarunt moleſta &c.] *Et ſcribere jubentibus moleſtiam* (עמל hamal) *ſcripſerunt* ſupplendum *quæ alii*. Poſſunt intelligi mali Conſiliarii, qui Principibus auctores fuerant pravarum legum, quas ipſi quidem non ſcripſerant, ſed Principes, aut eorum Scribæ.

Ut ne pauperibus jus dici poſſet] *Ad faciendum declinare à judicio tenues.* LXX. Intt. ἐκκλίνοντες κρίσιν πτωχῶν. *Hieronymus* habet: *ut opprimerent in judicio pauperes*, non ſatis propriè. Poſſunt ſignificari ii, qui, Judices cùm ſint, artem adhibent, quâ fit, ut ne tenuibus jus dicant; vel qui curant Edicta à Prin-

dicia negarentur, ut eſſent viduæ earum præda ipſorum, & pupillos deciperent. 3. Quid facietis die, quo à *Deo* viſemini, & deſolationis è longinquis oris venientis? Ad quem confugietis, auxilii cauſâ? Ubi deponetis divitias veſtras? 4. *Quid facietis* ne incurramini inter vinctos, néve inter cæſos cadatis? Omnium horum cauſâ, non placata eſt ira Dei, ſed manus ejus eſt etiamnum porrecta.

5. Væ *vobis*, Aſſyrii, *ait Deus*, virga iræ meæ (*nam* virga hæc eſt manus eorum, indignationis meæ). 6. In gentem virtutis ſimulatricem eos mittam, & de populo, cui iraſcor, mandata eis dabo, ut *eum* ſpolient & deprædentur, ita ut exponatur concurſationi, inſtar luti platearum. 7. At illi non ſic cogitabunt, neque animus eorum ita *rem*

liberi! 3. Quid facietis verò, homines iniqui, eo die, quo Deus de vobis, judicio lato, pœnas repetet, atque hoſtem è longinquo propterea adducet? Ad cujus auxilium confugietis? Ubi deponere potentis divitias veſtras? 4. Quid facietis, ne inter captivos abducamini onere preſſi, vel ne inter cæſos reliquamini inſepulti? Horum, quæ dixi, cauſâ nondum placata eſt erga vos Juſtitia Divina, ſed parata eſt ad pœnas de vobis ſumendas.

5. Væ vobis, ô Aſſyrii, ait Deus, qui eſtis inſtar virgæ, quâ indignatus utor in gentem hanc Princeps pacificus. 6. In gentem, quæ *Religionem* ſimulat, mittam eos & contra populum, cui iraſcor, atque ei in mandatis dabo, ut ſpolia auferat, utque prædam rapiat, eámque conculcet, ut lutum platearum, propter nimiam ejus copiam. 7. Ille verò non ita judicabit, nec ſic reputabit; ſed ejus animus eò ſpectabit, ut deleat non paucas gentes

Principibus proponi, quibus vetentur hoc facere; qualia eſſent quæ *Privilegia* vocantur, quibus privatis, ſine ulla lege, irrogatur mulcta, aut ſingulare quiddam conceditur, quo ſanctioni legis quiſpiam eximitur. Unde factum fuerat ut apud Romanos, inter leges XII. Tabularum & Sacratas, hæc eſſet: PRIVILEGIA NE IRROGANTO. *Cicero* pro Domo ſua C. XVII. *Vetant leges ſacratæ, vetant XII. Tabulæ leges privatis hominibus irrogari (id eſt enim privilegium) nemo umquam tulit. Nihil eſt crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minùs hæc civitas ferre poſſit.* Vide & C. XLII. Nimirum, cuivis à legibus jam antea latis pœna irrogari jure poterat, non ex lege poſt factum, cujus cauſâ ſupplicium dabat, lata; nec remitti ſanctionem legis ſat erat, ſine ſumma utilitate publica, ei qui in eam legem deliquerat.

2. *Utque miſeris populi mei* &c.] לנטות מדין *lintſol miſchphat hanije hammi* ad rapiendum judicium miſerorum populi mei, עניי עמי LXX. Intt. ἁρπάζοντες κρίμα πενήτων τοῦ λαοῦ μου. Latinus: *vim facerent cauſæ humilium populi mei*, quod nec ſat proprium eſt; intelligi enim videtur id, quod faciunt judices, qui negant, ſe jus de re quapiam dicturos, propter aliorum potentiam, adlato eam in rem privilegio.

3. *Quo à Deo viſemini*] *Viſitationis*, hoc eſt ſupplicii, quod à vobis repetet, eo tempore, quo vos inviſet, perruptores legum compertos damnabit.

E longinquis oris venientis] ממרחק תבוא *mimmerhhak thabo*. Præfigendum hiice voculis אשר, quæ è longinquo veniet. Ex Aſſyria, nempe, ad Tigridis ripas ſita.

Ubi deponetis divitias veſtras] ואנה תעזבו כבודכם *anah thabazebou chebodchem*, ubi relinqueritis gloriam veſtram. Sed כבוד *chabod* divitias etiam ſignificat, ut obſervavimus ad Gen. XXXI, 1.

4. *Quid facietis*] Quaſi eſſet מה תעשו *mah thabaſchou*, quod neceſſariò ſupplendum.

Ne incurramini] בלתי כרע *bilthi charah*, ne incurvetur, ſic & poſtea pro *cadatis* eſt *cadant*, quæ perſonarum mutationes frequentes ſunt, præſertim in Propheticis libris, ſed Latinè loquentibus non ferendæ. Quare etiam ſecunda perſona hìc eſt ab *Hieronymo* adhibita. Alii vertunt: *ſine me curabitur* &c. Quod nec improbo, ſed ſæpe בלתי *bilthi* ſimpliciter negat.

Inter vinctos] תחת אסיר *thahhath aſſir*, ſub vincto; hoc eſt, inter vinctos, qui ſarcinulis onuſti incedunt incurvi, aut alienas etiam fortè bajulare coacti. *Hieronymus: ſub vinculo.*

Inter cæſos] תחת הרוגים *thahhath harougim*, cum interfectis, ut habet *Hieronymus*.

Ira Dei] *Ira ejus.*

5. *Væ vobis Aſſyrii*] הוי אשור *hoi Aſchour.* Minatur Aſſyriis, qui nequaquam meliores erant Iſraëlitis, imò fortè deteriores; quamvis eorum opera uteretur, ad pœnas de Iſraëlitis ſumendas.

Nam virga hæc eſt &c.] ומטה הוא בידם זעמי *oumatteh hou bjadam zahmi*, & virga hæc, in manu eorum, indignationis meæ, ſententia eſt parentheſi clauſa; quâ Deus oſtendit, cur Aſſyrios vocaverit *virgam iræ ſuæ*; nimirum, in eorum manum virgam indignationis ſuæ ab ipſo latam; hoc eſt, victorias Aſſyriis de Iſraëlitis conceſſum iri, non quod iis, potiùs quàm Iſraëlitis, faveret Deus; ſed tantùm ut Iſraëlitæ meritas pœnas darent.

6. *Eos mittam*] *Mittam eum.* Sed plurali numero loquuti ſumus de Aſſyriis, ut faciliùs diſtinguerentur quæ de iis dicuntur, ab eo, quod ad Iſraëlitas pertinet. Propheta ipſe etiam plurali uſus eſt, in ſuperioribus verbis.

De populo cui iraſcor] *Super populo iræ meæ*

ut eum ſpolient &c.] לשלול שלל ולבז בז *liſchlol ſchalal velaboz baz*, ad ſpoliandum ſpolium & ad prædandam prædam. His adluditur ad nomen מהר-שלל-חש-בז *Maher-ſchalal-chaſchbaz.*

Deponatur conculcationi] Hoc eſt, ſummo contemtui, quod contigit Tribubus in captivitatem abductis à Salman-eſero, Aſſyriorum Rege, è qua nonniſi pauci redierunt, ſi conferantur cum iis, qui manſerunt.

7. *At illi non ſic cogitabunt*] *Et ille non ſic putabit*

rem reputabit; nam animus iis *erit* perdere atque exſcindere gentes non paucas. 8. Dicet enim, *apud ſe*: annon proceres noſtri ſunt ſimul Reges? 9. Annon Chalno eſt ſicut Charchemis? Annon Chamatha eſt, ut Arphadum? Annon Samaria eſt inſtar Damaſci? 10. Quemadmodum manus noſtra nacta eſt inanes *Deos*, & ſculptilia Regnorum: *ita & nanciſcetur Deos* è Jeroſolima & Samaria. 11. Annon, quemadmodum habuimus Samariam & Deos ejus nihili, ſic etiam Jeroſolimam & ejus ſimulacra habebimus.

12. Attamen cùm abſolverit Dominus omne opus ſuum, in monte Sione & Jeroſolimæ,

gentes, Jactabit enim, apud ſe, proceres ſuos eſſe totidem Reges. 8. Nonne ſunt inſtar Regum Charcheſii? Nonne Chalno ejusmodi erit? Annon etiam erit Chamatha, inſtar Arphadi? Annon Damaſcus eorum loco habebitur, ut Samaria? 10. Quod manus mea exſequuta contra Idololatrica regna, & ſculptilia Jeroſolimæ ac Samariæ.

11. Annon id quod feci Samariæ, atque falſis Diis, exſequar etiam Jeroſolimæ & ejus ſimulacris.

12. Poſtquàm verò Dominus impleverit quidquid ſtatuerit, adduci curabit in montem Sionem exſules omnes Iſraelitas, & pœnas ſumet de ſuperbia Regis Aſſyriorum, propter ejus intolerandam ſuperbiam;

putabit, hoc eſt, Aſſyrius. Pergit enim Propheta ſingulari uti. Quamvis ſecunda prælia & victorias, in bello cum Syris & Iſraëlitis, deberent Aſſyrii uni Deo Iſraëlitarum; rem totam peritiæ ſuæ rei militaris, & fortitudini copiarum ſuarum acceptam referebant; quod Deum in eos accendit.

Nam animus eis erit &c.] *Ad pendendum in corde ſuo, & ad exſcindendum.* Subauditur מזמות *cogitationes*, vel *molitiones*, quæ futuræ erant in animo Salman-eſeri, & quas reverà exſequutus eſt, ut & Sancheribus ejus ſucceſſor. De quibus vide, quæ collegit *Joannes Marshamus*, ad ſæculum Ægyptiacum XVII.

8. *Annon proceres noſtri*] שרי *ſcharai*, proceres mei, aut etiam duces. Sic inducitur loquens Aſſyrius, & textus quidem Rex, ut *Salman-eſer* ejúſve ſucceſſor; qui, dum Deus ſivit, pro miniſtris habuerant regulos. Unde Princeps pincernarum vocat Sancheribum, *magnum Regem.* Sic & factitarunt poſtea Babyloniorum Reges. Vide 2. Reg. XXV, 28.

9. *Annon Chalno eſt ſicut Charchemis*] הלא ככרכמיש כלנו *halo cheCharchemiſch Chalno.* Hoc eſt, Chalnonem non minùs quàm Charchemiſium ſubegimus, quamvis munitæ urbes eſſent. כלנו hic dicitur, quæ כלנה Gen. X, 10. quam diximus Chalonitidis, ad Tigrin, Metropolin videri; *Charchemiſium* verò fuiſſe urbem munitam ad Euphratem, ubi in eum Chahoras influit, ad 2. Paral. XXXV, 20.

Annon Chamatha eſt, ut Arphadum] חמת *hhamath*, nomen fuit duarum urbium, ut docet *Hieronymus*, ad Cap. VI, Hamoſi; ad hæc verba: *pergito in Hamath magnam: nunc*, inquit, *Antiochia nominatur.* Magnam *autem vocat, ad diſtinctionem* minoris Emath, *quæ adpellatur Epiphania. Uſque hodie pergentibus Meſopotamiam, prima manſio vocatur* Emmos *corrupto quidem vocabulo, ſed priſtini nominis veſtigia retinens. Cujus regio vocetur* Reblatho, *in qua, præſente Nabuchodonozore, Regis Judæ Sedekiæ interemti ſunt filii & oculi illius excæcati.* Idem adfirmat de Epiphania, in hunc Eſaiæ locum, ſed pleniùs rem ad Hamoſum exponit. De Arphado diximus ad 1. Reg. XVIII, 34. Has Syriæ urbes reverà ſubactas fuiſſe ab Aſſyriis liquet ex 2. Reg. XVIII, 34. & ex hoc ipſo Propheta, ubi eadem hiſtoria narratur.

Annon Samaria &c.] Utraque enim captâ aut certè Damaſco, Sancheribus ſe jactaturus erat. Vide infrà c. XXXVI, 19. Hic multa finxerunt LXX. Intt. aut Librarii: habent enim pro verſibus 8. & 9. qui minimè obſcuri ſunt: καὶ ἐὰν εἴπωσιν αὐτῷ, σὺ μόνος εἶ ἄρχων; καὶ ἐρεῖ, οὐκ ἔλαβον τὴν χώραν τὴν ἐπάνω Βαβυλῶνος, καὶ Χαλάνης, οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη, καὶ ἔλαβον Ἀραβίαν καὶ Δαμασκὸν, καὶ Σαμάρειαν; Quæ in Hebraïcis, nullâ ratione, inveniri queant.

10. *Manus noſtra nacta eſt*] מצאה *matſeah*, invenit; quod hìc eſt perinde ac *ſubegit*, *cepit*, ut & in ſequentibus.

Inanes Deos ac ſculptilia regnorum] לממלכות האליל ופסיליהם *lmamlechoth haelil ouphſilehem.* Vertimus quaſi eſſet: אלילי ממלכות ופסיליהם *elile mamlechoth ouphſilehem*, quia nullum ſat commodè ſenſum alium è verbis extricare poteramus, quid enim aliud velint hæc verba: *regna Dei nihili, & ſculptilia eorum?* LXX. Intt. hìc de ſuo ſententiam commenti ſunt: ὃν τρόπον ταύτας ἔλαβον, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς λήψομαι. *Theodotion* καθάπερ εὗρεν ἡ χείρ μου τὰς βασιλείας τοῦ εἰδώλου. Vulg. *quomodo invenit manus mea regna idoli: ſic & ſimulacra* &c.

Ita & nanciſcetur Deos è Jeroſolima &c.] Quatuor priores voces ſupplevimus, è re ipſa; eſt enim hìc comparatio: quemadmodum vicimus alias gentes, cum ſuis Diis commenticiis; nec alia ἀπόδοσις poteſt eſſe, quàm ſic: & Diis Jeroſolimæ & Samariæ ſuperiores erimus. Non multùm abeunt jactationes Præfecti Pincernarum, quæ exſtant infra C. XXXVI, 18. & *ſeqq.* XXXVII, 10. & *ſeqq.* LXX. Hìc: ὀλολύξατε τὰ γλυπτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν Σαμαρείᾳ, quaſi, pro האליל *haelil*, legiſſent הילילו *helilou*, lugete, addito ו è ſequenti voce, quamvis & ſequentes, ſic mutant: פסלים בירושלם ובשמרון *pheſalim birouſchalem ouwſchomron.* Abſurdè hìc loquens inducitur Sancheribus, quaſi fuiſſent, ſub Hezekia, ſimulacra commentitiorum Deorum Jeroſolimæ; quia Achazo regnante ſuerant; quomodo etiam loquitur C. XXXVI, 7.

11. *Quemadmodum habuimus*] *Ut feci Samariæ —— ſic faciam Jeroſolimæ;* hoc eſt, ut Samariæ incolas ad deditionem adegimus, ſimulacráque eorum fregimus, aut abſtulimus pretioſiore metallo conflantia: ſic faciemus Jeroſolimitanis, eorúmque Diis.

12. *Attamen cùm abſolverit Dominus* &c.] *Et erit cùm abſolverit*, &c. Cùm de Judææ vaſtatione

limæ, viſam etiam, *inquit* fructus ſuperbi animi Regis Aſſyriæ, & gloriationem, *quâ* oculos tollet. 13. Nam dicet: robore manûs meæ *hæc* geſſi, & ſapientiâ meâ, quia prudens fui, amovi fines populorum, theſauros eorum diripui, ac demiſi *in ſepulcrum locorum* incolas, inſtar fortis viri. 14. Manus mea mœnia populorum invenit inſtar nidi, & quemadmodum ova ab *avibus* relicta colliguntur, *omnia*, per omnes terras, corraſi; nec fuit ulla *avis*, quæ alam moveret, aut os aperiret ad pipiendum.

15. An gloriari licet ſecuri contra eum, qui eâ cædit, aut terræ ſe jactare contra eum, qui

perbiam; 13. Dixit enim ſe magnâ ſuâ potentiâ effeciſſe, quod voluerat, quia prudenter ſe geſſerat, atque à ſe amoverat fines populorum vicinorum, quod ipſi paraverant; ſe etiam demiſiſſe *in ſepulcrum* incolas, quippe iis potentius. 14. Tam facilè muros hoſtium ſuperavit, ac ſi eſſet alis præditus; quæ nidum ſuum earum ope petit. Quidquid reliquum factum erat, quaſi ab ave relicta ova, abſtulit, imò etiam reliquos pullos; nec manſerunt, qui cantillarent, iis in locis. 15. Non poteſt ſecuris gloriari, ob id quod fit eo inſtrumento, ab eo, qui id movet; nec ſerra jactare id, quod ejus ope fit ab iis, qui ea utuntur; nec virga, id quod præſtat, propter brachium, quod eam

vaſtatione eorum agrorum, per Aſſyrios, ſupplicium ſumſerit; tum etiam ſe convertet in Aſſyrios, qui graves ei pœnas etiam dabunt. ו, quo inchoatur hic verſus, vertimus *attamen*, quia eſt oppoſitio inter hæc & ſuperiora. Poſſis etiam vertere *At*.

Viſam etiam, inquit, fructus &c.] Addidimus, *inquit*, quia hic Deus primâ loquitur, non Propheta. Quando Deus *viſere* oppreſſos dicitur, perinde eſt, ac ſi diceretur eos *liberare*, & contra cùm improbos, intelligitur eos punire; quia juſtus judex ſic ſe gerit, ubi talia animadvertit. Vide not. ad Geneſ. XXI, 1.

Fructus ſuperbi animi] *Fructum magnitudinis cordis*. Fructus qui è ſuperbia Regis Aſſyriorum naſcituri erant, fuerunt immania facta in vaſtatione agrorum Iſraëliticorum, atque adrogantes & contumelioſi in Deum jacti ſermones, quales hìc habentur. Sic *fructus operum* Mich. VII, 13. ſunt mala malorum factorum confectaria.

Gloriationem, quâ oculos tollit] תפארת רום עיניו *thiphreeth roum benau*. תפארת, quod ornatum & ſplendorem plerumque ſonat, hìc ſumitur ἀντὶ τῦ καλλωπισμῦ, pro jactatione. Superbi hominis eſt *oculos tollere*, uti & apud Græcos & Latinos, *tollere ſupercilium* eſt ſuperbire. Hinc *oculi elati* ſunt ſuperbi Pſ. XVIII, 28. & *elatus oculis* ſuperbus Pſ. CI, 5. Fortè tamen hìc intelligitur gravius delictum, qualis ſuperbia, quâ putabat Sancheribus ſe, invito Deo Jeroſolimitarum, urbem ei ſacram expugnaturum, ut liquet ex ſermonibus Præfecti Pincernarum, quos recitat Eſaïas C. XXXVI. Hoc demum erat *oculos contra Deum tollere*, quod in Epicuro ſuo turpiter & ſtolidè jactat *Lucretius* Lib. I, 67.

Primùm Grajus homo mortales tollere contrà
Eſt oculos auſus, primúſque obſiſtere contrà.

13. *Amovi fines* &c.] Hoc eſt, vicinorum populorum agros in ditionem meam redegi; nam quæ ſunt in unius poteſtate non indigent ampliùs finibus aut terminis; quibus à ceteris ejuſdem domini agris diſtinguantur.

Theſauros eorum diripui] עתידותיהם שושתי *hothidothechem ſchoſchethi*. Maſſorethæ legunt עתודותיהם *bathoudotham*, in margine. E poteſtate Radicis, conſtat *res paratas* ſignificari, ac proinde divitias, theſauros, & omnem adparatum. Hinc LXX. Intt. τὴν ἰσχὺν αὐτῶν, At Latinus: *principes eorum deprædatus ſum.* עתוד *bathid* propriè eſt *hircus* & metaphoricè *dux*, ſed tum eſt maſculini generis, legendúmque proinde eſſet עתודיהם *bathidehem*, ut verti poſſet *principes eorum*. Sed veteres Interpretes non ſunt uſque adeò Grammaticorum canonum obſervantes.

Demiſi in ſepulcrum locorum incolas] אוריד כאביר יושבים orid chaabir joſchebim, *feci deſcendere, ut fortis, habitantes*. Supplevimus שאלה *ſcheolah*, in ſepulcrum, quia agitur de victoriis, & cum voce *Sepulcrum* aut ſynonymis ſæpe hoc verbum conjungitur. Vide Job XXXIII, 24. Pſalm. XXIII, 20. Proverb. V, 5. & infra C. XIV, 15. יושבים *joſchebim* ſunt *habitantes*, aut *ſedentes*. Incommodè verterunt LXX. Intt. σείσω πόλεις κατοικουμένας. *Hieronymus: deſtruxi quaſi potens in ſublimi reſidentes*. Maſſorothæ in margine, pro כאביר *chaabir*, legunt כביר quod quid ſit hìc non adſequor.

14. *Mœnia populorum* לחיל העמים *lhhel habammim*. Prior vocula *robur*, *propugnaculum* ſignificat. *Mœnia* vertimus, quia videbatur agi de urbibus.

Invenit inſtar nidi] Tam facilè cepi urbes, quàm pueri nidum aviculæ. Quæ mira eſt jactatio, nec inelegans.

Corraſi] אספתי *aſaphthi*, hoc eſt, in apothecas, & in æraria mea contuli, hæc enim eſt propria verbi poteſtas.

Nec fuit ulla avis &c.] Multas quidem Sancheribus victorias retulerat, multámque prædam coacervarat, ſed non uſque adeò facilè. Sunt hæ thraſonicæ gloriationes, quibus orientales populi ſemper ſummopere delectati ſunt.

15. *An gloriari licet*] *An gloriabitur*; quo Futuro, ſine negatione, ſignificatur quod licet facere; additâ negatione, aut interrogatione, ſignificatur quod licet facere; additâ negatione, aut interrogatione, quod non licet. Vide Gen. II, 16. & præcepta negativa Decalogi. Proverbialis eſt loquendi ratio, quâ ſignificabant eum, quem alius, inſtrumenti loco, habebat in re quapiam conficienda, non oportere gloriari ob rem confectam, ſed honorem ejus conferre in primum auctorem.

Aut virga quaſi agitaret &c.] *Quaſi agitaret virga eam adtollentes*; hoc eſt, & gloriari licet virgæ, quaſi moveret brachium ejus, qui eam tollendo agitat?

Aut

qui eam movet; aut *virgæ*, quaſi agitaret virga eos, qui eam tollunt, *aut quaſi* ad-
tolleret virga, nec eſſet ſignum. 16. Ideò mittet Dominus. dominus *Deus* exercituum,
in pingues *Aſſyrios* maciem, & loco gloriæ eorum ſubjiciet flammam incendii, ut ac-
cenditur ignis
17. Lux Iſraëlis convertetur in ignem, & Sanctus ejus in flammam, ardebitque &
abſumet eorum ſpinam & ſentem, die uno. 18. Gloriam eorum ſilvæ & Carmeli,
ad carnem ejus, conſumet, eritque veluti conſternatio ſigniferi. 19. Reliquæ ar-
bores

eam movet. 16. Propterea mittet Dominus (intelligo Dominum *Deum* Exercituum) pinguibus Aſſyriis maciem; ſeu divitibus paupertatem. 17. Deus, lux Iſraelis, convertetur, ut ſic loquar, in magnum incendium, quod brevi tempore conſumet eorum ſpinas, hoc eſt, copias armatas. 18. Amœniſſimas eorum ſilvas, ſive in campis, ſive in montibus abſumet, eritque tantus ab eo terror, ut conferri queat cum metu ſigniferi; qui abjicit, flagitio militari, vexillum, ut faciliùs fugiat. 19. Reliquæ eorum copiæ ad paucos redigentur, ut vel puer militum numerum inire poſſit.

Aut quaſi adtolleret virga, nec eſſet lignum] *Ut adtollit virga, non lignum*, כהרים מטה לא עץ *chebarim matteh lo bets*. Repetendum è ſuperiore Colo מרימיו *tollentes eos*. In duobus prioribus Colis, nihil ſubaudiendum, ſed in duobus poſterioribus plura; quia facilè ex antecedentibus intelligi poſſunt. Non ſenſerunt hoc veteres, Intt. qui dicuntur, cùm habeant: μὴ δοξασθήσεται ἡ ἀξίνη ἄνευ (על non ſignificat *ſine*, ſed *contrà*) τοῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ; ἢ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτόν; ὡς ἄν τις ἄρῃ ῥάβδον ἢ ξύλον καὶ οὐχ οὕτως. Meliùs Hieronymus: *numquid gloriabitur ſecuris, contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? Quod ſi elevatur virga contra elevantem ſe, & exaltetur baculus, qui utique lignum eſt.* Sed לא eſt *non*, non *utique*.

16. *Dominus, Dominus Deus exercituum*] אדון אדני צבאות *adon adonai tſebaoth*. LXX. Intt. Κύριος σαβαώθ. Sed אדני non conſtruitur magis cum voce ſequente, quàm ſi eſſet יהוה, ideóque ſupplevimus *Deus*, quod ſæpe exprimitur.

In pingues Aſſyrios] *In pingues ejus*; nempe, Aſſyrii, de quibus antea, qui, direptionibus ſubactarum gentium, ſaginati erant.

Loco gloriæ eorum] תחת כבודו *thahhath chebodo*. Poſſis voce *gloriæ* divitias intelligere, quæ ſubitò, velut incendio, perierint. Sed & *gloria* gentium, unà cum divitiis quibus gloriantur, ut Aſſyrii vers. 13. perit. Reſpici poteſt ingens illa clades, quam, ad deditionem fruſtra Jeroſolimam hortatus, paſſus eſt Sancheribus, de qua Eſaïas C. XXXVII, 36. & ſeqq. In qua multæ divitiæ, veluti ſubito incendio, perierunt unâ nocte. *Flammam incendii* propriè dicti non intelligendam videntur innuere poſtrema verſûs verba; nec ullum in caſtris Aſſyriorum fuiſſe narratur.

Subjiciet flammam incendii &c.] *Incendet incendium, ut incendium ignis*; hoc eſt, tam ſubito caſu prædam amittent, quàm ſubita eſt ex incendio ignis, ſeu propriè dicta jactura.

17. *Lux Iſraëlis convertetur in ignem*] *Erit lux Iſraëlis in ignem*. Lux Iſraëlis dicitur hìc Deus, qui pro *luce*, hoc eſt, favore, quo Judæos proſequebatur, *ignem abſumentem* ſe ſe Aſſyriis præſtitit. Vide IV, 24.

Abſumet eorum ſpinam &c.] Hoc eſt, eos, ſpinarum inſtar, quæ facilè exſiccantur, atque inflammantur, nec diu ardent, breviſſimo tempore delebit. Vide de ſpinis ocyus abſumtis Pſ. CXVIII, 12. Referenda eſt res, ut diximus, ad ſtragem ſubitam Aſſyriorum, in Saneheribi caſtris. Qui LXX. Intt. nomine circumferuntur, in hunc librum, mirum in modum ceſpitarunt, & licentiâ ſummâ in eum ſunt graſſati. Pro verbis *ſanctus ejus* &c. ſic habent: ἁγιάσει αὐτὸν ἐν πυρὶ καιομένῳ καὶ φάγεται ὡσεὶ χόρτον τὴν ὕλην. Alia hiſce etiam audaciora non referam, ut nec antea retuli.

18. *Gloriam eorum ſilvæ & Charmeli*] כבוד יערו וכרמלו *chebod jabaro vecharmillo*. Conferuntur Aſſyrii cum ſilva & monte arbuſtis denſo; quibus pulcritudo & amœnitas omnis detraherentur, ſi ſubitum incendium virorem omnem depaſceretur. כרמל *charmel* ergo montis Judææ amœniſſimi nomen hìc uſurpatur, ad ſignificanda decora omnia & ornamenta, imò & robur ipſum regni Aſſyriaci; quæ illâ nocte periere, quâ centum octoginta quinque millia armatorum periere, ut habemus infrà C. XXXVII, 36. Nimis tamen παραφραστικῶς tria verba adlata expreſſerunt LXX. Intt. nec verbis ſatis aptis: ἀποσβεσθήσεται τὰ ὄρη, καὶ οἱ δρυμοί.

Ab anima ad carnem uſque] Non ſatis hæc conveniunt montis & ſilvæ arboribus & virgultis; ſed ſermo eſt de hominibus perituris, quorum ambuſtâ carne, vita perit. Πρότασις & ἀπόδοσις comparationis miſcentur.

Conſternatio ſigniferi] כמסס נסס *chimſom noſes*. LXX. Intt. neglectis prorſus verbis: καὶ ἔσται ὁ φεύγων ὡς ὁ φεύγων ἀπὸ φλογὸς καιομένης. *Hieronymus: & erit terrore profugus*; eo quòd נוס *nous* ſit *fugere*. Sic etiam poſtremam vocem intellexerat *Symmachus*, qui habebat: καὶ ἔσται ὡς τετμημένος ὁ φεύγων. Cùm ſigniferi in exercitu cohortes, aut legiones, ſeu quocumque nomine militum συντάγματα vocare libeat, circa ſe retineant, pro lege militari, quâ nullum majus erat flagitium; quàm ſigna abjicere, aut deſerere inter hoſtes; ſi contingat ſigniferi, cujus eſt commilitones dehortari & conglobatos circa ſe retinere, *animum*, ut more Hebraïco loquar, *liqueſieri*, hoc eſt, conſternari; tum verò exſpectanda eſt maxima exercitûs clades, omnibus ordinem deſerentibus, & quâ fuga datur palatis.

19. *Reliquæ arbores ſilvæ*] Quæ incendio

abſumtæ

bores ſilvæ eorum erunt numero paucæ, ut puer eas ſcribere poſſit. 20. Eo tempore pergent ampliùs reliquiæ Iſraëlis, & quod evaſerit è domo Jacobi eo niti, à quo plagas acceperint; nitentur verò Jehovâ, Sancto Iſraëlis. 21. Quod ſupererit redibit, quod ſupererit è Jacobo, ad Deum potentem. 22. Nam etſi fuerit populus tuus, ô Iſraël,

ſit. 20. Ab eo tempore, qui ſupererunt è reliquiis Iſraelis deſinent niti auxilio Aſſyriorum, quibus ante freti erant, atque ad cultum veri Dei revertentur. 21. Quicumque ſupererunt, è reliquiis Iſraelis, ad Deum omnipotentem revertentur. 22. Quamvis enim Iſraelitæ æquaſſent numerum arenæ, quæ eſt in littore maris; ii demum pro ſuo officio redibunt, ad cultum Dei, non

abſumtæ non fuerint; hoc eſt, milites, qui ſe fugâ cladi eripuerint, aut in caſtris, funeſtâ illâ nocte, non fuerint.

Numero paucæ] *Numerus.*

Ut puer eas ſcribere poſſit] *Et puer ſcribet eas*; hoc eſt, militum reliquorum nomina non ægrè ſcribere queat.

20. *Eo tempore non pergent ampliùs reliquiæ* &c.] *Et erit, die illo, non addet ultra reſiduum Iſraëlis*; hoc eſt, qui ſupererunt è Tribu Judæ & aliis in Judæa, non ampliùs nitentur Aſſyriorum potentiâ, ut ſe ſe contra inimicas gentes tueantur; quod fecerat Achazus, qui, cùm non poſſet vim Syrorum & Iſraëlitarum ſuſtinere, confugerat ad Regem Aſſyriorum, cui vim ingentem auri & argenti pependerat, 2. Reg. XVI, 8. 2. Ephem. XXVIII, 20. Hezekias verò etiam, ante cladem Aſſyriaci exercitûs, ſervire deſierat Aſſyriis, ut habemus 2. Reg. XVIII, 7. ſed tamen, cùm in Judæam veniſſet, urbéſque eapere cœpiſſet Sancheribus, trecentis argenti & triginta auri talentis iram ejus placare fruſtra tentaverat, ut ibidem eſt vers 15. Verùm, poſt hanc cladem, ab ejus metu planè liberatus eſt.

A quo plagas acceperint] A quo malè habiti fuerint, cùm ingenti ære redemti fuiſſent, ut in eadem Hiſtoria legimus.

21. *Quod ſupererit redibit*] שאר ישוב *ſchear jaſſchoub.* Nomen eſt alterius filiorum Eſaïæ, ad quod adludit, ut verſu 6. ad nomen alterius. *Reditus ad Deum* ejus eſt, qui ab eo diſceſſerat, quod duplici ratione fit. Altera quidem eſt ejus, qui ad commentitios Deos defecit, quales ſine dubio permulti fuere ſub Regibus Idololatris, iiſque plures multò in captivitatem à Syris, vel Aſſyriis abducti; altera verò ejus, qui cultum veri Dei profeſſus, tamen ex legibus divinis vitam ſuam non inſtituit. *Ad Deum* ergo *potentem redit* qui, Idolatriæ nuncio remiſſo, ſolum verum Deum colere denuo incipit, & qui, improbis moribus exutis, vitam ad leges divinas iterum exigit.

22. *Et ſi fuerit populus tuus, ô Iſraël* &c.] Hæc videntur ſpectare ad decem Tribus Iſraëlitici Regni, quæ ingenti numero hominum abundabant, & quorum pauci, ſi cum multitudine aliorum conferrentur, ſive ad cultum veri Dei, ſive ad bonos mores redierunt. Quamvis enim plures è X. Tribubus ad ſaniorem mentem redierint, ſequentibus ætatibus, poſt reditum è Captivitate Babylonica, ætate Eſaïæ, eámque proximè ſequutis, longè maxima pars Iſraëlitarum Idololatriâ juxta ac vitiis demerſa interiit. Sic & temporibus Meſſiæ, quamvis in ingentem multitudinem excreviſſent Judæi, per Romanum & Parthicum Imperium; attamen perpauci verè Chriſto fidem habuerunt, quod iis exprobrat Paulus, adlato hoc loco Eſaïæ, Rom. IX, 28, 8. Sic Majorum pervicacia fuit veluti imago contumaciæ poſterorum, qui iterum Prophetæ vaticinium implevere.

Redibit] Ad Dei veri cultum & bonos mores, ut ante diximus.

Summam definitam.] כליון חרוץ *chillajon hharouts.* Primùm hîc כליון *chillajon* vertimus *ſummam*, quia Propheta hîc opponit ingenti numero Iſraëlitarum improborum *reliquias* tantùm, hoc eſt, ſummam minorem eámque definitam, quia magna futura non erat. Ac ſanè כליון *abſolutum* quid ac *finitum* ſonat, à כלה, in Pihel, *finivit*, *abſolvit*, qualis eſt ſupputatio è pluribus numeris additis confecta. Hinc LXX. Intt. λόγον verterunt, hoc eſt, calculum. Deinde alteram vocem חרוץ *hharouts* perinde eſſe ac *definitam*, ut ſit Pahul à radice חרץ *hharats*, cujus propria eſt poteſtas *ſecuit*, translatieia *ſtatuit*, *definivit*; unde ימים חרוצים *dies definiti* homini dicuntur Job XIV, 5. LXX. Intt. hîc συντελῶν *abſolvens*, quaſi legiſſent חורץ *hhorets*, participium præſens. *Hieronymus* hîc habet: *conſummatio adbreviata*, pro brevi calculo.

Properabit in juſtitia] שוטף צדקה *ſchoteph tſedakah*, pro בצדקה *bitſedakah*, *in juſtitia.* LXX. καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ ſed non conſtat שוטף uſpiam eſſe συντέμνων, quæ eſt ſignificatio antecedentis verbi. Vulgatus *inundavit juſtitiam*, ſine ſenſu. Itaque maluimus adhibere Chaldaïcam verbi ſignificationem, quâ *properare* eſt. Ut ſermo ſit de *properatione calculi*; quod hîc adprimè convenit, cùm agatur de cenſu paucorum hominum, qui *properari*, ſeu brevi abſolvi poteſt. Quod dudum notaveramus ad Rom. IX, 23. in additamentis Hammondianis.

23. *Summam enim eámque definitam mox ſubducet*] כי כלה ונחרצה עשה *chichalah venebharatſah hoſcheh*, nam ſummam & definitam faciens. Participium præſens eſt pro paullò poſt futuro, ut paſſim. כלה נחרצה *chalah nehheratſah* idem eſt ac antea כליון חרוץ; unde LXX. Intt. habent λόγον συντετμημένον. *Hieronymus*: *conſummationem & adbreviationem*, obſcurè. Propheta rem repetit, vehementioris adfirmationis cauſâ. Sententia eſt: à Deo cenſum populi ad veri Dei cultum, caſtigatioréſque mores reducis, actum iri, nec de re dubitandum eſſe.

In terra univerſa] *In medio totius terræ*: nempe Judææ. LXX. Intt. ſignificantiùs æquo,

ἐν

Iſraël, inſtar arenæ maris, *id dumtaxat*, quod ſupererit, in eo redibit; ſummam definitam properabit, in juſtitia, [23]. ſummam enim, eámque definitam Dominus Jehova, *Deus* exercituum, in terra univerſa, mox ſubducet. [24]. Idcirco, ſic dixit Dominus Jehova *Deus* exercituum, ne tibi timeas, popule mi, qui habitas Sionem, ab Aſſyrio,

non alii. 23. Numerum enim certum, nec adeò magnum, Dominus Creator, qui præeſt Exercitibus, ex tota terra ſubducet exitio numerum non ita magnum, qui juſtitiæ amans erit; 23. certum enim numerum hominum, conferendum cum numero Majorum illorum, qui ex tota regione, quam coluerunt Iſraëlitæ, ad officium rediget. 24. Quare vetat Deus, qui exercitibus præeſt, te

ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ, agitur enim tantùm de Judæorum reliquiis, iiſque exiguis; cùm decem Tribus in captivitatem abductæ fuiſſent, numquam, ſi familias quasdam excipias, rediture; multique Judæ tribules Syrorum & Aſſyriorum bellis periiſſent.

24. *Te virgâ percutiet*] Quod factum cùm Sancheribus urbes munitas Judæ cepit, atque expilavit. Vide 2. Reg. XVIII, 13.

Fuſtem ſuum te tollet] Tibi quaſi ſervo, minitabitur; minari enim, ſublato fuſte, ſervis heri ſolent.

In via Ægypti] Cùm, nempe, Sancheribus, bello Ægyptiaco confecto, de quo Eſaïas C. XX. rediret, captis urbibus Judææ munitis, miſit Legatos ad Hezekiam Lachiſo; unde pecuniam extorſiſſe non contentus ſibi Jeroſolimam dedi poſtulavit, ut habemus 2. Reg. XVIII. & infra XXXVII. ſuperbis in Deum & homines verbis. Id eſt, fuſtis ſublatus in Hezekiam, & quidem *in via Ægypti*, ſi quis eò Jeroſolimâ iret, illic enim ſitum erat Lachiſum. *Euſebius*, in locis Hebraïcis. Λαχις καὶ ταύτην ἔλαβεν Ἰησοῦς, τὸν βασιλέα αὐτῆς ἀνελών. μέμνηται αὐτῆς καὶ Ἡσαίας, καὶ εἰς ἔτι νῦν κώμη Ἐλευθεροπόλεως ἀπέχουσα σημείοις ζ'. πρὸς Νότον ἀπιόντων εἰς τὸ Δαρωμάν. κεῖται καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ φυλῆς Ἰούδα. *Hieronymo* interprete: LACHIS *in tribu Juda, ſed & hanc cepit Jeſus, Rege ejus interfecto. Meminit hujus Eſaïas & Hieremias, & nunc villa eſt in ſeptimo milliario ab Eleutheropoli euntibus Daromam.* Conjiciantur oculi in Tabulam Judææ ab *Had. Relando* concinnatam, cum milliarium ſignis, & res ad oculum liquebit; quamvis loci Eſaïæ non meminerit, qui tamen hîc non dubiâ luce perfunditur. Abſurdè LXX. Intt. neglectâ optimâ Prophetiarum Interprete Hiſtoriâ: πληγὴν γὰρ ἐπάρω ἐπὶ σε, τοῦ ἰδεῖν Αἰγύπτου, quod pervertere ſententiam, non vertere eſt.

25. *Brevi enim & breviſſimo etiam tempore*] כי עד מעט מזער *chi hod mehat mizhar*, nam adhuc parum, paullulùm. Si hæc Prophetia pronunciata ſit, circa medium Hezekiæ regnum, brevi poſtea impleta eſt cùm XIV. regni ejus anno ingens clades, de qua diximus, impoſita ſit Sancheribo. LXX. Intt. ἔτι γὰρ μικρὸν, non ſatis ἐμφατικῶς. Vulgatus: *Adhuc enim paullulùm, modicúmque.*

Definet, in eorum hominum perniciem] כלה על תבליתם *chaleh hal thablitham*, hoc eſt, aut *conſummetur*, ſeu ad extremum erumpat in eorum perniciem; vel tum demum *definat*, cùm perierint, nam verbum כלה *chalah* utrumque ſignificat. LXX. Intt. παύσεται ἐπὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν. Rectè ad primam vocem quod adtinet, ſed תבלית & βουλὴ ſimile nihil habent, præter duas litteras, nec convenit ſenſus. Vulgatus: *conſummabitur ſuper ſcelus eorum.* Sed תבלית neque ſignificatione radicis, neque ſingulari uſu huc trahi poteſt. בלה *belah* eſt *veteraſcere*, & *vetuſtate teri*, unde תבלית *thablith*, de rei interitu ſumi rectè poteſt: ut à כלה *abſumi*, *perfici*, formatur תכלית *thaclith conſumtio*, *perfectio*. Reſpicitur ad cladem luctuoſæ Aſſyriis noctis, de qua ſæpe diximus.

26. *Quo cædetur ut Madianitæ*] כמכת מדין *chemacchath Midjan*, ut plaga Madianis. Si alludunt hæc ad hiſtoriam, quæ habetur Jud. VII. reſpici videtur ad ſimilitudinem circumſtantiæ cujuſpiam inſignioris, quam indicare, in obſcuritate Hiſtoriæ illius ævi, noſtrum non eſt. Non abſurdè tamen dixeris, quamvis unâ nocte clades Aſſyriorum confecta fuerit, ita ut nulla plaga ſupereſſet; attamen unius etiam noctis calamitate ita oppreſſos Madianitas, ut nihil niſi fugam & internecionem exercitus exſpectare potuerint.

Ad rupem Horebi] Ad quam occiſus eſt Horebus, עורב, alter Madianitarum dux, Jud. VII, 25.

Virga ejus] Hoc eſt, exercitus, qui virgæ inſtar in manu Dei fuit.

Ad mare] Erythræum, ſeu ſinum Arabicum, vel etiam Mediterraneum; nam Chuſitis, ſive Madianitis ad utrumque mare porrigebatur. Intelligi enim videtur Thirhaka Chuſitidis Rex, quem Sancheribus audivit adventare, ut prælio cum ipſo decerneret, ut eſt 2. Reg. XIX, 9. Eſaïæ C. XXVII, 9. Unde factum, ut quàm primùm Jeroſolimam ſibi dedi cuperet, deditionémque minis impetrare, ſed fruſtra.

Eam tollet, in via Ægypti] Via Ægypti fuit, ſi quis eò Jeroſolimâ contenderet, per Chuſitidem, ad mare Mediterraneum. Ut ſuſtulerat *fuſtem*, Sancheribus in Hezekiam, *in via Ægypti*, unde tantas minas effuderat: ſic ei minatus eſt Thirhaka, *è via Ægypti*, unde exercitus ejus adventare ferebatur.

27. *Onus eorum* &c.] Aſſyriorum nempe, qui Judæis graves erant. Regnum tamen Aſſyriacum etiamnum ſub Eſar-hhaddone, Sancheribi F. aliiſque Regibus floruit, donec Babylonii Reges eos etiam oppreſſere. Vide *Jac. Uſſerii* Annales Sacros, ad hæc tempora.

Præ pinguedine laxabitur jugum] וחבל על מפני שמן *vehhubbal hol mipphene ſchamen*. LXX. Intt. καὶ καταφθαρήσεται ὁ ζυγὸς ἀπὸ τῶν ὤμων ὑμῶν, quaſi legiſſent: שכמך *humero tuo*, ut antea. Sed incommodè, Vulgatus: *computreſcet jugum è facie olei*, quæ ſenſu carent. Videtur hoc velle Propheta, Judæorum res ita convalituras, ut vel ſolâ eorum potentiâ,

 quæ

rio, qui te virgâ percutiet, & fuſtem ſuum in te tollet, via Ægypti. 25. Brevi enim, & breviſſimo *etiam* tempore, ira & indignatio mea deſinet in eorum *hominum* perniciem. 26. Concitabit contra eos Jehova, Deus exercituum, flagellum, *quo cædatur*, ut Madianitæ cæſi ſunt ad rupem Horebi; virga ejus, *qui eos percutiet*, erit ad mare, iſque eam tollet, in via Ægypti. 27. Eo tempore, onus eorum ab hume-

te timere Aſſyrium, ô Iſraëlitica turba, quæ Jeroſolimam incolis, cùm ille tibi minabitur: 25. Breviſſimo enim tempore elapſo, ait Deus, deſinam tibi iraſci, in hoſtium tuorum perniciem. 26. Excitabit enim contra eos flagellum, quo cædentur eodem modo, quo Madianitæ ad montem Horebum cæſi ſunt. Virga ejus, qui eos cædet, erit ad mare, quà aditur è Palæſtina Ægyptus. 27. Eo tempore, qui vos jugo ſuo antea preſſerint, ô Judæi, non ampliùs vobis

quæ *pinguedine* ſignificatur, Aſſyrii, poſt tantam cladem, omnia Judæis onera ſint remiſſuri.

28. *Venient Hajatham*] בא על עית *ba hal Hejjath*. Veniet in Hajatham. Crediderim hæc intelligenda de Aſſyrio, ſed ante cladem acceptam; memorarique urbes Tribuum Judæ & Benjaminis vicinas Jeroſolimæ, aut non remotas in Ephraïmi agris; quas Aſſyriacæ copiæ capturæ atque expilaturæ erant. LXX. Intt. εἰς πόλιν Ἀγγαὶ, quaſi legiſſent עי *hai*, vel *gai*, ut ſæpe pronunciabant, ut *Gaza*, *Gomorra*, aliáque nomina, quæ ab *Hain*, inchoantur. Nomen *Ajath* retinuit *Hieronymus*. Sed ubi fuerit hoc oppidulum non liquet, niſi eſſet idem ac עי *hai*, quod non procul fuit à Bethele, & vocatur Ἀγγαὶ à LXX. Intt. de quo *Euſebius* in locis, aut quæ dicitur Nehem. XI, 31. עיא *hajah* & conjungitur cum Michmaſo, Bethele, & aliis oppidis, quæ inhabitarunt Benjaminitæ reduces è Captivitate Babylonica. Quod non eſt vero abſimile.

Migrone Micmaſum] במגרון למכמש *bMigron lMichmaſch*. LXX. Intt. ἐν Μαγεδδὼ καὶ ἐν Μαχμὰς. Vulg. *in Magron apud Machmas*. De priore loco *Euſebius*, in locis: Μαγδὼν ἢ Μαγρὼν, ἔνθα ἐκαθίσθη Σαοὺλ: Magdon *ſive Magron, ubi ſedit Saül.* Reſpicit ad 1. Sam. XIV, 2. unde liquet locum illum fuiſſe non procul à Giba Saülis, in Benjaminis Tribûs agris. Idem de Michmas: Μαχμὰ εἰς ἔτι κώμη μεγίστη ἐν ὁρίοις Αἰλίας, Μάχμας ἐπικαλουμένη, ἀπὸ σημείων θ'. πλησίον Ῥαμά. *Hieronymus*: Machmes *uſque hodie vicus grandis oſtenditur, in finibus Æliæ, antiquum nomen retinens, novem ab ea millibus diſtans, juxta villam Rama.*

Recenſebunt arma ſua] יפקד כליו *japhkid chelau*. LXX. Intt. θήσει τὰ σκεύη αὐτοῦ & verbum hoc, conjugatione *Hiphil*, eſt *committere, deponere* apud aliquem. Vulg. *commendabit vaſa ſua*; quaſi adparatum ſuum illic eſſet depoſiturus, veluti in armamentario, Aſſyriorum Rex. Quia verò bellum jam tum fuiſſe gerendum, non adparandum, intelligimus; ſatius viſum, rem referre ad ſignificatum conjugationis *Kal*, & de *recenſione armorum* intelligere, ita ut duces inſpecturi illic & probaturi arma militum eſſent.

29. *Trajicient vadum Gebatne*,] Quodnam fuerit hoc vadum, ſatis non liquet, niſi quod vicinum eſſet Gebæ, vel Gibhæ.

Geba erit diverſorium] גבע מלון לנו *gebah malon lanou*. גבע *gebah* & גבעה *gibbah* eſt una eadémque urbs Benjaminitica, & quidem Sacerdotalis, Joſ. XXI, 17. 1. Ephem. VI, 60. In ea habitabat Saül; unde dicitur, in ſequentibus verbis, *Giba Saulis*. Veteres pronunciabant *Gabaa*. LXX. Intt. παρελεύσεται φάραγγα καὶ ἥξει εἰς Ἀγγαὶ, planè extra rem. *Hieronymus*: *tranſierunt curſim Gabæ ſedes noſtra*, quaſi לנו *lanou* eſſet *nobis*, & quaſi מעברה *mahbarah* non eſſet vadum, ſed tranſitus. Sed Vide Jud. III, 28. Eſai. XVI, 2.

Contremiſcet Rama] Quæ vicina fuit Gibhæ, & proinde ad ſeptemtriones Jeroſolimæ. Vide Jud. XIX, 12, 13. Euſebius in locis: Ῥαμὰ, φυλῆς Βενιαμὶν, πόλις Σαοὺλ, ἀπὸ ς' σημείων βορρᾶν ἀντικρὺ Βεθήλ. μέμνηται αὐτῆς καὶ Ἱερεμίας. Hieronymus: Rama *in Tribu Benjamin, civitas Saulis, in ſexto milliario ab Ælia ad ſeptemtrionalem plagam, contra Bethel, meminit & hujus Jeremias.* Sola *Gibah* dicitur *urbs Saulis*. Sed error *Euſebii*, quem hìc ſequutus eſt nimis ſecurè *Hieronymus*, ex hoc ipſo loco ortus eſt, ubi ſic habent LXX. Intt. φόβος λήψεται Ῥαμᾶ, πόλιν Σαοὺλ, φεύξεται, pro Γαβαὰ Σαοὺλ φεύξεται.

30. *Filia Gallimorum*] בת גלים *bath Gallim. Euſebius*: Γαλλεὶ (Γαλλεὶμ) ὅθεν ἦν Φαλτὶ ὁ λαβὼν τὴν Μιχὸλ γυναῖκα Δαβίδ. μέμνηται ταύτης καὶ Ἡσαΐας. λέγεται δὲ πλησίον Ἀκκαρὼν εἶναί τις κώμη Γαλιλαία (Γαλλὶμ) καλουμένη: Interprete *Hieronymo*: Gallim *unde fuit Phalthi, qui, poſt fugam David, Michol uxorem ejus acceperat. Meminit & hujus loci Eſaïas. Dicitur autem quidam eſſe juxta Accaron vicus, qui vocatur Gallim.* Reſpiciunt ad hunc Eſaïæ locum, nam *Gallim* qui memoratur infrà C. XV, 8. videtur fuiſſe in Moabitide, ut rectè obſervavit *Jac. Bonfrerius*.

Adtende Laïſa] לישה *laiſchah*, *Euſebius*: Λαῖσαι (pro Λάϊσα) ταύτην ἑλόντες υἱοὶ Δὰν ᾤκησαν, οὔσαν Σιδῶνος, καὶ ἐπεκάλεσαν αὐτὴν Δὰν, ἣ γέγονεν ὅριον τῆς [illegible]. μέμνηται αὐτῆς καὶ Ἡσαΐας, κεῖται δὲ καὶ νῦν πλησίον Πανεάδος, ἐξ ἧς καὶ Ἰορδάνης πρόεισι. *Laiſa*, ut Hieronymus, *hanc filii Dan captam manu, poſſederunt, cùm procul eſſet à Sidone, & vocaverunt Dan. Fuit autem terminus Judeæ, contra ſeptemtrionem, à Dan uſque Berſabee ſe tendentis. Meminit hujus & Eſaias. Sita eſt autem juxta Paneadem, de qua Jordanis fluvius erumpit.* Sed rectè judicavit *Jac. Bonfrerius* eam, quæ hìc memoratur & 1. Macch. IX, 15. fuiſſe in Benjamine, non procul ab urbibus, quarum hìc mentio fit.

Vos humiles Hanathothæ] עניה ענתות *hanijah hanathoth*. Eſt adluſio ad nomen urbis, quæ adluſio, Latinâ Linguâ, exprimi nequit, ô ante has voces ſubaudivimus. Abſuit jam ab antiquis temporibus, nam LXX. Intt. habent:

humero tuo, aut præ pinguedine laxabitur jugum. 28. Venient Hajatham, tranſibunt Migrone Michmaſum, recenſebunt arma ſua. 29. Trajicient vadum, Geba erit diverſorium, *in quo* pernoctabunt; contremiſcet Rama, Giba Saülis fugam capeſſet. 30. Tolle vocem tuam filia Gallimorum, adtende Jajiſa, & *vos* humiles Hanathothæ. 31. Vagabitur Madmena, & incolæ Gabimorum aufugient. 32. Adhuc diem conſiſtent Nobi; agitabit verò manum ſuam mons filiæ Sionis, collis Jeroſolimæ. 33. Mox Dominus Jehova, Deus exercituum, ramos decutiet cum terrore, *hominés*que proceræ ſtaturæ ſuccidentur & ſublimes deprimentur. 34. Ferro cædet loca devia ſilvæ, & Libanus per illuſtrem cadet.

Deſcriptio

vobis nocere poterunt. 28. *& ſeqq.* Venient quidem in Benjaminitarum agros; ſed brevi tempore in iis commorabuntur; quare erit cur gaudeatis, ô Benjaminitæ. 33. Dominus Creator paullò poſt exercitus vobis infeſtos, quamvis ſelectis militibus conſtantes, videbit victos, &c. *Pluribus ſequentium Paraphraſin moliri non conabimur, propter Hiſtoriæ Sacræ ſilentium, aut nimiam brevitatem, ſed quæ proximè ſequuntur ſunt multò majoris momenti.*

PARA-

bent: ἐπακούσεται Λαϊσα, ἐπακούσεται ἐν Ἀναθώθ, parum Grammaticè. Meliùs *Hieronymus*: *adtende Laïſa, pauper Anathoth.* Notum eſt Jeremiæ Prophetæ patriam fuiſſe, de qua vide & *Hieronymum* ad Jer. I, 1. *Euſebius*: Ἀναθώθ, πόλις κλήρου Βενιαμὶν ἱερεῦσιν ἀφωρισμένη περὶ τὴν Αἰλίαν, ὡς ἀπὸ σημείων γ'. ἐντεῦθεν Ἱερεμίας ὁ προφήτης.

31. *Madmena*] מדמנה *madmenah.* LXX. Intt. Μαδεβηνὰ, ſollemni mutatione τοῦ μ in β in MSS. Codd. in quibus ſimiles ſunt, ab aliquot ſæculis. *Hieronymus*, *Medemena*: *Euſebius* ſcribit; Μεδεβηνὰ, quæ ei eſt, φυλῆς Ἰούδα. καὶ ἔστι νῦν κώμη, inquit, Μηνοῒς πλησίον Γάζης, πολίχνη. κεῖται καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ, ſic & *Hieronymus*, niſi quòd ſcribit *Medemana.* Sed non videtur hæc tam remota à Jeroſolima, viciniſque urbibus fuiſſe.

Incolæ Gebimorum] ישבי הגבים *joſchebe haggebim.* Videntur ſic vocata edita quædam loca eorum tractuum, nam גבים deduci videtur à גבה *altus fuit.* *Euſebius*: Γηβείμ, ταύτης Ἡσαΐας μνημονεύει. καὶ νῦν ἐστι Γηβὰ κώμη ἀπὸ σημείων ε'. Γοφνῶν ἐρχομένων εἰς Νέαν πόλιν. Scribit *Hieronymus Gabim*, pro *Gebim*: ut putat *legendum Bonfrerius.* Gophna autem diſtabat Jeroſolymâ Neapolin verſùs quindecim milliaribus, ſi credimus *Euſebio*, in Φάραγξ Βότρυ. Unde intelligere licet, loca, quæ Gebim vocantur, fuiſſe viginti milliaribus ad ſeptemtriones, Neapolin verſùs, à Jeroſolima remota.

32. *Conſiſtent Nobi*] עוד היום בנב לעמד *hod hajjom bNob labamod*, adhuc dies unus Nobi, ad conſiſtendum. Nob urbs fuit ſacerdotalis, in Tribu Benjaminis. Vide ad 1. Sam. XX. 1. An hæc autem dicantur de incolis Nobi, an verò de hoſtibus non ſatis liquet. LXX. Intt. παρακαλεῖτε σήμερον ἐν ὁδῷ τοῦ μένειν; quod quomodo exſculpſerint ex Hebraïcis non intelligo. Meliùs *Hieronymus*: *adhuc dicitur: ut in Nobo fletur.* Motus hoſce Eſaïas Aſſyriaci exercitûs & rumores memorat, ut intelligerent Jeroſolimitani mox ejus cladem inſtare, cùm eos vidiſſent.

22. *Agitabit manum ſuam*] ינפף ידו *jenopheph jado*, LXX. Intt. τῇ χειρὶ παρακαλεῖτε Vulgatus meliùs: *agitabit manum ſuam*, ſed quis, aut quem in finem nemo, ut puto, oſtenderit, ita ut dubitare ampliùs non liceat. Fortè *mons* ipſe *filiæ Sionis*, *collis Jeroſolimæ* dicitur agitare manum, ut ſignificet Propheta à Jeroſolimitanis ſignum eſſe dandum; quo moneant eos, qui extra urbem, metu hoſtium, vagabantur, in urbem potiùs venirent, ut eam ſecum, contra Aſſyrios, defenderent. Intelligenda autem manus non nuda, ſed vexillo inſtructa; quod è longinquo, ex altiſſimis turribus agitatum à pluribus proſpici poſſet, eóſque de ingreſſu in urbem mœnibus & propugnatoribus tutam monere. Vide Cap. XIII, 1. & notata

33. *Mox Dominus*] *Ecce Dominus*, ſed הן & הנה paſſim rei mox futuræ præmittuntur. Ac ſanè non multò poſt minas Aſſyrii Regis, exercitus ejus ab Angelo, nocte, deletus eſt.

Ramos decutias] מסעף פארה *mſahepb phurah.* סעיף *ſahiph* eſt ramus, unde *Pihel* סעף *ſiheph* eſt cædere ramos. פארה *phurah* verò ramus eſt à פרה *pharah*, fructus protulit, qui è ramis pendent. Vide Ezech. XVII, 6. XXXI, 5. LXX. Intt. ex conjectura συνταράσσει τοὺς ἐνδόξους. Hîc exercitus confertur cum ſilva denſa & ramis referta, adeóque rami cæſi videntur eſſe gregarii milites, qui ſunt plerique occiſi: dum *trunci*, ſeu duces, dimiſſi, cladis acceptæ teſtes oculati & nuncii futuri. At *Hieronymus*: *confringet lagunculam.* Sequutus eſt *Aquilam*, qui hîc habebat κεραμεῖον, quæ tamen poteſtas vocis non eſt, nec loco convenit. *Symmachus* & *Theodotion* λαόν, quod ad rem nihil facit. Ex conjectura, eáque parum felici, verterunt, cùm ex Ezekiele conſtet פארות *phoroth* eſſe ramos.

Homines proceræ ſtaturæ] רמי הקומה *rame hakkomah*, alti ſtaturâ. Intelliguntur majoris ſtaturæ milites, qui validioribus lacertis, & terrore ipſo adſpectûs, victoriam polliceri videbantur.

Sublimes deprimentur] הגבהים ישפלו *haggebohim jiſchphalou.* Reges & proceres humiliùs de ſe & ſuis ſentient, eùm antea non hominibus tantùm ſed & ipſis Diis, tam vero, quàm falſis inſultare ſtolidè ſolerent. Vide infrà C. XXXVI, 14. *& ſeqq.*

34. *Libanus per illuſtrem cadet*] לבנון באדיר יפול *Libanon beaddir jipphol.* Exercitus, ut diximus, Cedris in Libano confertis confertur. אדיר *addir* autem hîc, ſeu *illuſtris*, videtur eſſe inſignis Angelus ἐξολοθρεύτης, à quo ſunt, unâ nocte, CLXXXV. millia hominum occiſa. LXX. Intt. ὁ δὲ Λίβανος σὺν ὑψηλοῖς πεσεῖται, ſed *Libanus* ipſe ſignificat ſublimes arbores, & ב potiùs inſtrumentum innuit, quàm id quod ſimul cadit. Sic tamen vertit etiam Latinus. *Val. Schindlerus* ſubaudit ביד *bejad* vertitque *manu illuſtri cadet.* Res ipſa oſtendit אדיר *addir* dici Angelum, cujus ſolius operâ clades illata eſt exercitui Sancheribi.

1. *Prodi-*

Deſcriptio Meſſiæ ejusque munerum, & vocatio Gentilium ac Judæorum ad cognitionem Euangelii.

[1]. PRODIBIT Surculus è ſtirpe Jiſaïs, & germen ex ejus radicibus creſcet. [2]. Incumbet ei ſpiritus Jehovæ, ſpiritus ſapientiæ & prudentiæ, ſpiritus conſilii & forti-

PARAPHRASIS.

CAPUT XI. 1. ERIT tempus, quo ex ſtirpe Iſaïs, Patris Davidis, orietur ſurculus, qui longè major erit omnibus ejus Majoribus, quamvis Regibus. 2. Ille à Deo donabitur ſpiritu ſapientiæ, prudentiæ, conſilii, fortitudinis, ſcientiæ & timoris

COMMENTARIUS
In CAPUT. XI.

1. *Prodibit ſurculus* &c.] Cùm Vaticinia Eſaiæ, ut nec aliorum Prophetarum, non ſint ſemper ſingularibus inſcriptionibus diſtincta; res ipſa nos doceat oportet, ubi tranſeant Prophetæ ad aliud argumentum; quemadmodum fit, in hoc loco. Putabat *Hug. Grotius* redire Eſaïam ad laudes Hezekiæ, de quibus egerat C. IX, 6. & ſeqq. & ſub quibus, ut vult, ſenſu ſublimiore laterent Meſſiæ encomia. Ego verò, cum bona viri magni venia, ſub laudibus Meſſiæ, occultum eſſe, ſi quod ſit in hoc loco, crediderim Hezekiæ elogium; cui pars eorum, quæ hîc leguntur, convenire non poſſunt, niſi diluto admodum ſenſu. Paraphraſtes etiam Chaldæus hîc משיחא Meſſiam illum inſignem invenit, à quo *Armillum*, deſtructum iri ait, quod Hezekiæ nullo modo congruit. Ante omnia, hîc verſus vix in eum quadrat, dicitur enim proditurus חטר גזע ישי *ſurculus è ſtirpe Iſaïs*, quod vix dici queat, niſi de ſtirpe ad paucos redacta, & quæ per virum unum, aut alterum incolumis ſervetur. Conſtat hoc potuiſſe de Joaſo dici, qui unus è ſtirpe regia, aut certè Regis Achazjæ ſuperfuit, ut liquet ex 2. Reg. XI. ſed nullum fratrem fuiſſe Hezekiæ, nec ullum ſuperfuiſſe è ſuperiorum Regum proſapia, nuſquam ait Hiſtoria Sacra. Temporibus verò Chriſti ad paucos redacta erat Regia familia, atque usque adeò pauper & contemta, ut Joſephus, vir Mariæ Virginis, faber eſſet. Quare verè dici potuit nihil ejus ſupereſſe, præter truncum reciſum בצע *betſab*, quod ita interpretatur *Val. Schindlerus.* Ac ſanè בצע interdum apud Arabes eſt lignum *cædere & rumpere.* Sed &, pro affinitate litterarum ד & ז, quæ apud Orientales miſcentur, hæc vocula non aliena eſt à radice Hebraïca גדע *gadba*, ſecuit. Sic גדבר *gdabar* & גזבר *gitsbar* quæſtor dicitur, & זרוע *zroah* brachium eſt Chaldæis דרע *dorah* aliáque ſimilia. LXX. Intt. חטר *bhoter*, ῥάβδος, *Aquila* aptiùs ῥαβδίον exiguam virgam, hoc eſt ſurculum vertit. מגזע *miggetſan*, verterunt LXX. Intt. ἐκ τῆς ῥίζης incommodè, nam radix eſt שרש *ſchoreſch*. Meliùs *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* ἀπὸ κορμῶ *à trunco reciſo*, nam eſt à κείρω *tondeo*, *reſeco.*

Germen ex ejus radicibus] נצר משרשיו *netſer miſchoraſchau*. LXX. Intt. ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης, *Aquila* ἀκρέμονα, *Symmachus* & *Theodotion* βλαστὸν, quæ omnia *germen*, videntur ſignificare, quod vi ſucci, quo alitur arbor, è radice, aut parte trunci radici propinqua emittitur. Talia de Hezekia non poterant dici, cùm ſtirps Iſaïs ad unum redacta non eſſet. Errant ut idem, quem diximus, *Joſephus*, qui legali ſtirpe genus ad Salomonem, naturali ad Nathanem referebat, ut oſtenderunt viri docti, qui de redigenda in concordiam Genealogia Chriſti, qualis eſt apud Matthæum, cum ea quæ apud Lucam legitur.

2. *Incumbet ei ſpiritus Jehovæ*] ונחה עליו רוח יהוה *nabbath balau rouabh Jebovab*, requieſcet ſuper eo ſpiritus Jehovæ. A ſpiritu Dei defluunt omnis generis virtutes, tam ad intellectum, quàm ad voluntatem pertinentes, quæ in ſequentibus verbis memorantur; quas quidem nemo neget aliquatenus fuiſſe in Hezekia, ſed prorſus intra modum fuere; at ſpiritus *ſine menſura* in Chriſto fuit, omnisque generis virtutibus animum ejus ornavit, & quidem tantis, quantas humana natura capere poterat, de qua hîc Propheta.

Spiritus ſapientiæ &c.] Hos genitivos ita intelligendos, ut ſignificent effectus rei, quæ antecedente voce ſignatur, notum eſt. Itaque vult Propheta ſapientiam, prudentiam, conſilium, fortitudinem, ſcientiam, timorem Dei, quæ non ſint indolis aut induſtriæ humanæ effectus, ſed Spiritûs divini in Chriſto agentis, divina, ut ſic loquar, βλαστήματα. *Sapientia*, חכמה *bhokmah*; Prudentia, בינה *binah*; *Conſilium*, עצה; & *ſcientia*, דעת dahath, in Libris Sacris, paſſim confunduntur; nec eas virtutes, è diverſis nominibus ſubtiliùs diſtinguere conſultum videtur. Græci Philoſophi, variè hæc definierunt, ſed ne apud Græcos quidem ſcriptores, Philoſophicarum definitionum ſemper ratio haberi ſolet, nedum ut apud Hebræos, ejusmodi λεπτολογίαι nequaquam raræ ſint. Itaque ſatis erit dixiſſe, his verbis ſignificari conſummatam ſcientiam rerum divinarum, & perfectam prudentiam in iis revelandis, condendáque & regenda Eccleſia Chriſtiana. *Fortitudo* גבורה *gborah*, ea eſt, de qua diximus ad C. IX, 6. *Timor Jehovæ*, יראת יהוה *yirath Jehova*, eſt pietas, ut habet verſio *Hieronymi*; de qua virtute, in Chriſto homine, nimis argutè philoſophati ſunt

ſortitudinis, ſpiritûs ſcientiæ & timoris Jehovæ. 3. Spirabit timorem Jehovæ, nec ex oculorum adſpectu judicabit, neque ex auditione aurium caſtigabit. 4. Judicabit ex juſtitia tenues, caſtigabit rectè pauperes terræ, oriſque ſui virgâ terram percutiet, & ſpiritu labiorum ſuorum occidet improbum. 5. Erit juſtitia cingulum lumborum ejus, & fides cingulum renum.

6. Habitabit lupus cum agno, pardus cum hædo recubabit, vitulus & catulus leonis,

moris Creatoris. 3. Aliud nihil ſpirabit, præter timorem Dei, nec umquam ex ſola externa ſpecie, aut rumoribus de quoquam judicium feret. 4. De tenuibus juſta judicia feret, & pauperibus, ſi contingat eos peccaſſe, jus ex æquitate dicet; nec, ex rumoribus, incertam ſententiam pronunciabit. Virga oris ſui puniet, & ſententiâ ſua reum morti addicet. 5. Numquam erit juſtitiæ immemor, & bonæ fidei, ſed perpetuò animo meditabitur. 6. Eo regnante, poterit dici vir

ſunt Theologi Scholaſtici; cùm aliud nihil ſit, niſi reverentia ſumma Numinis, conjuncta cum adcuratiſſima obedientia; quæ in verè piis non eſt alterius generis, quàm in Chriſto homine, nec differt, niſi perfectione, quæ in Chriſto ſumma eſt; in Chriſtianis, quicumque ſint, ſi cum Magiſtro conferantur, non niſi inchoata, dum in terris verſantur.

3. *Spirabit timorem Jehovæ*] והריח ביראת יהוה *vahariach bejirath Jehovah*. Quod verbo tenus vertunt: *& odorari* (hoc eſt, & olfactus) *ejus in timore Jehovæ*; quod quid ſit non intelligo. Sunt, qui velint *ſagacitatem* innui, in rebus ad Dei reverentiam pertinentibus; ſed cùm hoc abundè dicatur in antecedentibus verbis, nec usquam occurrat id loquendi genus, hoc ſignificatu; maluimus eorum ſequi ſententiam, qui rem ſic capiunt, ut dicatur *reſpiratio ejus* fore *in timore Jehovæ*; hoc eſt, more Latino, nihil eum ſpiraturum, niſi pia. Fatemur tamen nobis alibi in V. T. non occurriſſe eam rationem loquendi; ſed res ipſa eam poſtulare videbatur. LXX. Intt. ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου θεοῦ, quod ſequutus eſt *Hieronymus*; quia fortè non poterant Hebraïcam metaphoram exprimere Græcè, aut Latinè. Propiùs tamen ad eum accedere potuiſſent; ſi Græci dixiſſent πνεύσει φόβον κυρίου & Latinus *ſpirabit* & hoc eſt, cogitata, facta & dicta ejus omnia eò ſpectabunt, ut homines ad timendum Deum adducat, ejúſque virtutis inſigne exemplar erit.

Nec ex oculorum adſpectu judicabit] ולא למראה עיני ישפוט *velo lmare henau jiſehphot*; hoc eſt, è ſpecie externa rei, ſe ſe oculis ingerente, judicium non feret, ſed ex interiore rerum & hominum cognitione; quod eſt juſti judicis, factúmque à Jeſu Chriſto, cùm in terris eſſet, quia *non opus habebat, ut quis teſtaretur de homine, ipſe enim norat quid eſſet in homine*, Joan. II, 25. ſed multò pleniùs in ultimo judicio fiet.

Ex auditione aurium caſtigabit] Ut ceteri homines, qui ſæpe ex rumoribus, & quidem incertis, aut etiam falſis, alios vituperant. Quamvis hæc duo poſteriora, aliquo modo, de juſto Rege dici queant, qui neque ſpeciei externæ, neque famæ, aut delatoribus facilè credit, ut bene, aut malè de quopiam ſentiat: attamen longè ſemper vel prudentiſſimi Principis, longéque abeſt perſpicacia à cognitione Chriſti.

4. *Caſtigabit rectè pauperes* &c.] במישור *bmiſchor*, *in rectitudine*; hoc eſt, non caſtigabit ex contemtu, vel calumniis; ſed cùm jure caſtigari poterunt: contra quàm ſolet fieri. LXX. Intt. habent, ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς, omiſſâ voce במשור, ſive Interpretum culpâ, ſive caſu, aut Librariorum incuriâ. At *Hieronymus*, qui non capiebat, quid ſibi vellet pauperum caſtigatio, vertit: *arguet in æquitate pro manſuetis terræ*, eò quòd ſit לענוי ארץ *lehanave erets*, quaſi ל ſignificaret *in gratiam* eorum, de quibus ſermo eſt. Verùm hæc eſt ſolita conſtructio verbi הוכיח *hochiahh*, etiam ubi caſtigationem eorum ſignificat, ut ſupra C. II, 4. & alibi. Præterea hoc vult hìc Propheta à Meſſia caſtigatum non iri pauperes, niſi במישור, in rectitudine, cùm rectum & æquum erit eos caſtigari.

Oris ſui virgâ &c.] Vitia & delicta Judæorum graviter increpabit. Quod fecit Chriſtus, longè meliùs quàm potuit ab Hezekia fieri.

Spiritu labiorum, &c.] Sermonibus ſuis oſtendet improbos mortis eſſe reos. Sæpe enim verba in Hiphil declarandi vim ſubjectam habent. Poſſunt tamen hæc intelligi de ultimo judicio, ubi Chriſtus ſententiam decretoriam feret, quâ improbi mortis æternæ pœnas luent.

5. *Cingulum lumborum ejus* &c.] Perinde eſt ac ſi diceret eum indutum, hoc eſt, inſtructum iri juſtitià & fide. Vide ejuſmodi loquendi genus Job. XXIX, 14. Pſ. CXXXIII, 9. & Epheſ. VI, 4.

6. *Habitabit lupus cum agno*] Hoc & tribus ſequentibus verſibus ſignificat Propheta, ut putat *Grotius*, altam pacem, quâ Judæi fruiti ſunt ſub Hezekia, poſt Sancheribi cladem & fugam. Sed ejusmodi deſcriptio pacis, poëticis, ut ita dicam, coloribus ornata, feliciorem multò ſtatum indicat. Hinc Poëtæ ſimilibus ſunt uſi, in aureæ ætatis bonis pingendis, unde *Virgilius* Georg. Lib. I, 129. & ſeqq. eo tempore virus ſerpentibus detrahit & lupis prædandi aviditatem; ea enim ſequentibus tantùm tribuit, ubi de ætate, quam aureæ ſuccedere voluit Jupiter:

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,
Prædarique lupos juſſit, pontúmque moveri.

Ideòque ubi vult rediturae ætatis aureæ ſignificare, contraria prorſus habet, ut Ecloga IV, 21. *& ſeqq.*

I Ipſa

nis, ac ſaginatæ pecudes unà *erunt*, & parvus puer eos ducet. 7. Vacca & urſa paſcentur ſimul, adcubabunt juxta eorum catuli, & leo, ſicut bos, veſcetur palea. 8. Ludet lactens ſupra foramen *cavi* aſpidis; & ſupra cavum reguli ablactatus, *ſine noxa* manum extendet. 9. Non malefacient, neque nocebunt, in toto monte mihi ſacro; quia terra plena erit cognitione à Jehova *demiſſa*, quemadmodum mare aquis, quæ *alveum ejus* tegunt. 10. Eo tempore radicem Jiſſaïs, quæ ſtabit quaſi vexillum, gentes requirent, eritque quieta ejus ſedes, *nec ſine* gloria. 11. Eo etiam tempore, Dominus ſecundùm

vir malus pacem habere cum bono, ſine noxa; quaſi lupus in eodem ſtabulo viveret cum agno, aut pardus cum hædo, aut vitulus, & leonis catulus unà ſaginarentur; eoſque duceret, quò vellet, puer; 7. vacca etiam & urſus unà habitarent, & alia ejusmodi poſſent fieri pacificè, quàm id non fieret quod hìc futurum prædicitur, *&c.*

10. Eo tempore, gentes quærent eum, cujus vexillum ſtabit; nempe, Jiſſaïs prolem; cujus ager tunc erit quietus, nec ſine gloria. 11. Secundum

Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ,
Ubera, nec magnos metuent armenta leones.

Et paullo pòſt:

Occidet & ſerpens & fallax herba veneni.

Rurſus Ecl. V. 60.

Nec lupus inſidias pecori, nec retia cervis
Ulla dolum meditantur, amat bonus otia Daphnis.

Sic & *Claudianus* in Prol. Lib. II. Rapt. Proſerpinæ, ubi deſcribit effectum Lyræ Orphei alterius, poſt Herculem, orbis pacificatoris:

Securum blandi leporem fovere moloſſi,
Vicinúmque lupo præbuit agna latus.
Concordes varia ludunt cum Tigride Damæ,
Maſſylam cervi non timuere jubam.

Sed ante eos *Theocritus* Idyll. XXIV, 84. in vaticinio de tempore, quo pacatus foret orbis, ab Hercule:

Ἔϛαι δὴ τοῦτ' ἆμαρ, ὁπηνίκα νεβρὸν ἐν εὐνᾷ
Καρχαρόδων σίνεσθαι ἰδὼν λύκος οὐκ ἐθελήσει.

Erit ille dies quando hinnulum in ſuo ſtrato lupus, dentibus ſerratis, videns lædere nolet. Scio proferri & hanc in rem à *Lactantio* Lib. VII, c. 24 Verſus Sibyllæ Erythrææ, quos imitatus ſit *Virgilius*. Sed jam dudum Sibyllæ commenticiæ eſt detracta larva, ſub qua latuit impoſtor neſcio quis Semi-Chriſtianus, qui hunc locum Eſaïæ exſcripſit; ſæculo, poſt Chriſtum natum, ſecundo.

7. *Veſcetur palea*] Hoc eſt, non ampliùs præda laceratarum pecudum veſcetur. Non eſt in ſingulis quærendus peculiaris ſenſus, hoc enim tantùm ſummatim velle videtur Propheta, feras ſævitiam depoſituras; hoc eſt, homines, qui viciſſim hoſtiliter ſe geſſerant, mites invicem futuros. De pace à Meſſia parta diximus ad Cap. IX, 6. ubi *princeps pacificus* vocatur.

8. *Ludet lactens* &c.] Quaſi virus ſerpentibus eſſet detractum; quia Evangelio nequitia hominum, ſibi invicem nocentium, emendanda erat.

9. *In monte mihi ſacro*] *Sanctitatis meæ.* Res vix convenire poteſt Templo, id quod quadrat in Eccleſiam Chriſtianam, quæ omne hominum genus in ſinum ſuum recepit, & latiùs longè patuit, quàm Templum, imò etiam quàm tota Judæa.

10. *Radicem Jiſſaïs*] Hoc eſt, germen quod ex ejus radicibus creverit, ut vers. 1. Ad Hezekiam nuſquam leguntur conveniſſe Gentes, quæ poſtea magno numero ad cœtum Meſſiæ, ex Jiſſaïs poſteris, concurrerunt.

Quæ ſtabit quaſi vexillum] אשר עמד לנס *aſcher homed lenes*, quæ ſtabit in vexillum, aut ſignum. Metaphora petita à more militari, ex quo vexillum in loco edito ſtatuebatur, ut populi, ejus conſpectu & motu, vocarentur ad arma, quò convenientes in ſua vexilla dividerentur. *Aquila* verterat ὃς ἀνίϛαται εἰς σύσσημον λαῶν. *Symmachus* εἰς σύσσημον τῶν λαῶν. Rectè, ut incommodè LXX. Intt. ἄρχειν ἐθνῶν. Vide C. XIII, 2.

11. *Secundùm manum ſuam admovebit*] Videtur hoc pertinere ad vocationem Judæorum, temporibus Evangelicis, ad cognitionem Chriſti; nam priùs, jam erant vocati, ſub Perſarum Imperio, ad colendam iterum Judæam; ſecunda vocatio, διασπορᾶς Ἰουδαίων, facta eſt à Chriſto & Apoſtolis, prioréque fuit longè præſtantior.

Ut recuperet] לקנות *liknoth*, ad poſſidendum; ſed Hebræi carent verbis compoſitis. *Aquila* & *Theodotion* τοῦ κτήσασθαι, pro ἀνακτήσασθαι. *Symmachus*, poſt LXX. Intt. τοῦ ζηλῶσαι, quaſi legiſſent לקנא *likno* quod ſenſum parit minimè ineptum; quia Deus ad zelotypiam concitavit Judæos, vocatione Gentium. Vide Paulum ad Rom. XI, 14.

Quidquid ſupererit reliquiarum &c.] *Reſiduum populi ſui, quod ſupererit.* Quamvis hæc poſſint, ſenſu grammatico, intelligi de iis Judæis, qui poſt reditum, ex imperii Perſici Orientalibus Provinciis, in Judæam, remanſerant in exteris nationibus, quique poſtea popularibus ſuis ſeſe adgregarunt; excellentiùs tamen de vocatis ad Evangelii cognitionem exponantur licet. Paulus etiam, loco laudato, vocat eos λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος, ut ad Eſaïam adluſiſſe videri poſſit, Rom. XI, 4.

Ex Aſſyria] Quò ab Aſſyriis tranſlati fuerant, regnante præſertim Salman-eſero.

Ex Ægypto] Multi enim Judæi in Ægyptum profugerant, cùm nollent à Babyloniis abduci, ut liquet è poſtremis Jeremiæ Capitibus

cundùm manum ſuam admovebit, ut recuperet quidquid ſupererit reliquiarum popu-
li ſui, ex Aſſyria, ex Ægypto, è Pathyride, & Chuſitide, ex Helamitide, è Baby-
lonia, Chamatha, & Inſulis Maris.
12. Adtollet vexillum Gentibus, colligétque pul-
ſos Iſraëlitas, & diſperſas Judæ *familias* è quatuor terræ angulis congregabit.
13. A-
movebitur zelotypia Ephraimi, atque hoſtes Judæ exſcindentur, Ephraimus non erit
æmulus Judæ, neque Juda hoſtiliter inſectabitur Ephraimum.
14. Involabunt ad la-
tus Philiſthæos, mare versùs, ſimul prædas agent ex Orientalibus, Idumæis & Moa-
bitis injicient manus, atque Hammonitæ iis *dicto* audientes erunt.
15. Funditus ex-
ſcindet

cundùm, illo tempore, Deus dabit operam, ut in patriam redeant Iſraelitæ ex Aſſyria, ex Ægypto, è Pathyride, è Chuſitide, è Babylonia, Chamatha & Inſulis Maris. 12. Adtollet velum vexillum Gentibus, colligetque extules Iſraelitas & præſertim Jeroſolimitanos per omnes vicinas oras ſparſos. 13. Definet Zelotypia Tribûs Ephraimitarum, & Judæ hoſtes delebuntur, Ephraimitæ non invidebunt Tribui Judæ, neque hæc Tribus bellum inferet illis. 14. Invadent ad latus ſuum Philiſthæos, ad mare internum, Occidentem versùs ſedes ſuas habentes; ſimulatque prædas aget ab iis, qui ſunt ad Ortum Iſraelitarum, Idumæis & Moabitis. Quin & Moabitæ iis dicto audientes erunt. 15. Funditus evertet gentes,

bus gentes non convenire; ſed adprimè quatuor. Intelligenda verò hìc potiſſimùm eſt inferior Ægyptus, quia ſuperior ſequente voce ſignificatur.

E Pathyride] פתרום *phathros.* Quod omiſerunt LXX, Intt. *Hieronymus, Phathros.* Adſenſi ſumus *Sam. Bocharto*, Thebaïdem, ſeu ſuperiorem Ægyptum interpretanti, in iis quæ adnotavimus ad Gen. X, 14.

E Chuſitide] מכוש *micchouſch.* Idem oſtendit hanc regionem eſſe eamdem, quæ Madianitis vocatur, in Ægyptum & Judæam, ut diximus ad Gen. X, 6.

Ex Helamitide] מעילם *mehelam*; hoc eſt Elymaïde, quæ ad ortum Tigridis, inter Mediam & Suſianam. Vide ad Gen. X, 22.

E Babylonia] משנער *miſſchinhar.* Vide ad Gen. X, 10.

Chamatha] Ea parte Syriæ, quæ circa Antiochiam, ut poſtea Chamatha dicta eſt, erat, & in qua ſequentibus ætatibus, præſertim tranſlato ad Græcos imperio, permulti Judæi, ad tempora usque Romanorum fuere. *Joſephus* Ant. Jud. Lib. XII. c. 3. multis docet, quì Judæi ſint à Regibus Aſiæ, Seleuco ejúſque poſteris, inſignibus beneficiis adfecti, & plurium urbium civitate donati. Idem etiam profert litteras Romanorum ducum, & Senatûs conſulta in gratiam Judæorum Lib. XIV. c. 16. quæ integra invenientur in Ed. Oxonienſi V. C. *Joan. Hudſoni*; cùm ſuperiores *Joſephi* Editiones mutilæ, hac in parte, fuerint.

Et inſulis maris] Eſaïæ ævo nondum videntur migraſſe, magno certè numero, Judæi in Maris Ægei inſulas. Sed potuerunt jam eſſe complures, in vicinis præſertim inſulis Cypro, & Arado, atque in non multis fortè remotioribus, ut Rhodo & aliis.

12. *Adtollet vexillum*] Vide ad vers. 10.

Pulſos Iſraëlitas] נדחי ישראל *nidhhe Jiſchraël*, pulſos Iſraëlis; hoc eſt, Hebræos, è decem Tribubus, quaquaverſum disjectos, per vicinas & remotiores gentes; ſive fugâ, cùm ab Aſſyriis & Babyloniis malè haberentur; ſeu captivitate eò tranſlati.

Diſperſas Judæ familias] נפצות יהודה *nephoutſoth Jehoudah*, diſperſas Judæ; nempe, משפחות *miſchphehhoth*, familias; niſi ſit pro תפוצות *thephoutſoth* diſperſionibus, ſeu διασπο-ρᾶς, hoc eſt, diſperſis.

13. *Amovebitur zelotypia* &c.] Quæ, à Jerobohamo usque, qui decem Tribus avulſerat Regibus Judæ, fuerat inter eas & Judam, cui ſedem regni Jeroſolymam invidebant.

14. *Involabunt ad latus Philiſthæos*] ועפו בכתף פלשתים *vehaphou bekatheph Peliſchtim.* LXX. Intt. πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, ſed כתף *chatheph* nusquam, apud Hebræos, aut vicinos Orientis populos, quoad quidem res nobis innoteſcere potuit, *navem*, ſignificat; neque Philiſthæi navigationem exercuiſſe, ut Tyrii & Sydonii, dicuntur. Reſpicere omnino videtur Eſaïas ad victorias de Philiſthæis à Regibus Judæ relatas, quales memorantur tempore Hezekiæ 2. Reg. XVIII, 8. aliæque quarum non meminit fortè Hiſtoria.

Prædas agent ex Orientalibus] *Spoliabunt filios Orientis*; hoc eſt, Arabas, qui ſic vocari ſolent in Scriptura. Vide Job. I, 1.

Idumæis & Moabitis injicient manus] Edom & *Moab* משלוח ידם *miſchloahh jadam* miſſio manûs eorum; hoc eſt, ii erunt, quibus manum injiciant, ſeu quos ſibi ſubigant.

Dicto audientes] משמעתם *miſchmahtham*, auditus eorum; hoc eſt, in ditione eorum, ita ut dicto ſint audientes.

15. *Funditus exſcindet Jehova linguam* &c.] והחרים יהוה לשון ים מצרים *vehehherim Jehovah lſchon jam Mitſrajim.* LXX. Intt. ἐρημώσει Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου, omiſſâ voce *linguam*, fortè quia quid ſibi vellet ignorabant. Tres alii: ἀναθεματιεῖ Κύριος τὴν γλῶσσαν θαλάσσης Αἰγύπτου. Latinus: *deſolabit Dominus linguam maris Ægypti.* Conſtat quidem החרים eſſe ἀναθεματίζειν, ſed ubi de terra ſermo eſt ſignificat *internecioni devovere*, ac proinde *exſcindere*; nihil enim hic vetat quominùs animi deſtinationem ſequatur effectus. Vide Malach. C. IV, 6, Jam quæritur quid ſit hìc *lingua* maris, ánve ſic dicatur Ægyptus ipſa, aut mare Ægyptium. Sunt qui velint *linguam maris Ægypti* eſſe *mare algæ*, ut vocatur in ſcriptura Mare Rubrum, aut potiùs Idumæum; ſed quid eſt *anathemate ferire*, vel *devovere mare*? Crediderim Ægyptum inter Nilum & Mare Rubrum dici *linguam*, hoc eſt, longum terræ tractum, quem mare lambit,

ſcindet Jehova linguam maris Ægyptum, agitabit manum in flumen, vehementiâ ſpiritûs ſui, idque percutiet in ſeptem alveis, & faciet ut calceatis *pedibus* poſſit tranſiri.
16. Erit ſtrata via reliquiis populi ejus, qui ſupererit in Aſſyria; quemadmodum fuit Iſraëli eo die, quo ex Ægyptia terra adſcendit.

Canticum Eucharisticum Iſraëlitarum ad Deum.

CAPUT. XII. 1. DICES eo tempore: Laudabo te, ô Jehova, quia cùm mihi indignatus eſſes, placata eſt ira tua, & me ſolatus es. 2. En Deum ſalutis meæ, confidam, nec pavebo; quia fortitudo mea & canticum meum Jah Jehova.
3. Haurietis aquas lætantes è fontibus ſalubribus. 4. Dicetis, eo tempore: Laudate Jehovam, invocate nomen ejus; nota facite, inter populos, facta ejus; nomen ejus

gentes, quæ littora Maris Idumæi incolunt & Mare ipſum ſibi ſubjiciet. Quin & fluminis Nili domini fient, qui ſeptem oſtiis in mare deſcendit, ſed tunc poterit vadari, aqua deficiente. 16. Via etiam aperietur Iſraëlitarum reliquiis, quæ ſunt in Aſſyria, quemadmodum olim Iſraëlitis omnibus, cùm ſunt ex Ægypto educti. 17. Ceteris Iſraëlitis patebunt viæ ſtratæ, a locis in quibus exſulant, & præſertim ex Aſſyria, quemadmodum viæ eorum majoribus apertæ fuerunt.

PARAPHRASIS.

1. DICETIS, ô Iſraëlitæ, Deo hoc Canticum, quo ei gratias agetis: Laudibus te tollam, quia cùm mihi merito indignareris, tamen placata eſt tua juſtitia, & me clementia tua ſolata eſt. 2. Deus me ſervavit, eique confidam, neque quidquam timebo, quia mihi fortitudinem largietur, & laudes ejus canendi rationes ſuppeditabit Creator meus.
3. Læti haurietis, ô Iſraëlitæ, aquas è fontibus ſalubribus. 4. Tum vero dicetis laudandum eſſe Deum, eumdemque invocandum, & facta ejus mirabilia inter alios populos celebranda, ut nomen ejus, & mirabilia facta omnibus eſſe nar-

bit, quaſi linguam terræ maritimam, cui Deus exitium minatur; quod ei contigit, cùm eam invaſit Nabuchodonoſor, prout minati erant Jeremias Capp. XLIII, XLIV, XLVI, & Ezekiel C. XXIX. & duobus ſeqq.
Agitabit manum in flumen] Quaſi Deus, manu porrectâ, flumen percuſſiſſet.
Vehementiâ ſpiritûs ſui] Immiſſo ſimul vento vehemente; quod fecit, ut Iſraëli mare Idumæum, ſicco pede, tranſeundum præberet.
Idque percutiet in ſeptem alveis] והכיהו לשבעה נחלים *vehicchahu leſchibhah nehhalim*, & feriet eum in ſeptem alveos. Nota ſunt ſeptem Nili oſtia, per quæ evolvitur fluvius in mare, per ſeptem alveos.
Et faciet, ut calceatis pedibus poſſit tranſiri] והדריך בנעלים *vehidrich bannehalim*, & faciet incedere in calceis; vento, hoc eſt, vento vehemente aquas in meridiem refuſas ita ſuſtinebit, ut ſeptem alvei ſicco pede tranſiri queant. Non tamen eſt ſtatuendum factum id eſſe, eodem modo, quo in mari Idumæo, tempore Moſis; ſed tam facilè & tam ſecurè redituras ex Ægypto reliquias Judæorum, quàm olim id mare trajecerant Iſraëlitæ. Prophetæ, nimirum, res magnis imaginibus pingunt, quarum ſingula verba non ſunt ita intelligenda, ut proprio ſenſu ſint impleta. Totus deſcriptionis complexus ita capiendus, ut figuratæ orationes ſolent, quarum ſcopus totus eſt ſpectandus. Scopus autem hic eſt facilis & tutus Iſraëlitarum ex Ægypto reditus.
16. *Erit ſtrata via* &c.] Hoc eſt, via quamvis longa ex Aſſyria in Judæam tuta erit, æque ac ſtrata & munita via, cum in finem, ut Judæi è regionibus trans Tigrin & Euphratem in patriam facili & commodo itinere redire poſſent. Ac ſanè tutò eos rediiſſe ſatis liquet è libris Heſdræ & Nehemiæ.

COMMENTARIUS
In CAPUT XII.

1. D*ices eo tempore*] *Dices eo die*; hoc eſt, ea tibi contigerint, ô Iſraël, propter quæ poteris & debebis animitus Deo gratias agere, in hanc, aut ſimilem ſententiam.
Quia cum mihi &c.] *Quia iratus fuiſti in me, rediit ira tua, & ſolatus es me.*
2. *En Deum ſalutis meæ*] Vel: *en Deus ſalus mea*; hoc eſt, σωτήρ μου, ut habent LXX. Intt. & *Theodotion*, *Salvator meus*, ut *Hieronymus*.
Canticum meum Jah] זמרת יה *zimrath jah*. *Legendum omnino videtur* זמרתי *zimrathi* canticum meum; hoc eſt, mihi ſuppeditavit argumentum dicendi ei hujus cantici. Vide not. ad Exod. XV, 2.
3. *Haurietis aquas lætantes* &c.] *In gaudio*. Hic interloquitur Propheta, Deúmque confert cum fonte ſalubris aquæ, hoc eſt, omne auxilii genus à Deo favente experturi.
E fontibus ſalubribus] *E fontibus ſalutis.*
4. *Nomen ejus excelſum commemorate*] *Commemorate nomen ejus eſſe excelſum*; hoc eſt, eum laudate, quia omnia ab eo pendent.

5. *Rem*

ejus excelſum commemorate. 5. Canite Jehovæ, quia rem ſublimem fecit, quæ per totam terram nota facta eſt. 6. Tolle vocem, lætos clamores mitte, ô tu quæ Sionem habitas; quia apud te magnus eſt Sanctus Iſraëlis.

Prædictio de Babylonis exſciaio, reditúque Judæorum.

1. ORATIO prolata in Babylonem, quam in viſo accepit Eſaïas, Amoſi filius. CAPUT XIII.
2. In monte exceiſo, adtollite vexillum, vociferamini ad eos, *qui in eum venient*; agitate manum, & ingrediantur oſtia Procerum. 3. Ego mandata dedi mihi conſecratis, vocavi fortes meos *viros*, ut iram meam *exſequantur*, qui celſitudinis meæ cauſâ exſultant. 4. Strepitus *eſt* multitudinis in montibus, inſtar multi populi, ſonitus regnorum & gentium, quæ coïvere. Jehova Deus exercituum recenſet exercitum, *quo* bellum *gerat*. 5. Veniunt è terra longinqua, è finibus cœli, Jehova &

narranda. 5. Cantate ejus opera, quæ per totam terram innotuerunt. 6. Lætas voces emitte, in ejus honorem, tu qui Jeroſolimam incolis; quandoquidem ſe usque adeò potentem & ſanctum erga te præſtitit Deus Iſraëlitarum.

PARAPHRASIS.

1. ORATIO hæc eſt prolata contra Babylonem, in viſo nocturno Eſaiæ, Amoſi filio, oblato. 2. In altiſſimum montis jugum ferte vexillum, ibidemque figite, magnis clamoribus eo vocatis iis, qui in vicinia erunt, atque eo venient. Agitate manum, quaſi eo ſigno ad vos eos vocantes, ſinitéque eos in ædes procerum ingredi. 3. Ego mandata dedi mihi conſecratis, fortésque viros juſſi exſequi quod juſtitia poſcebat. 4. Auditur ſtrepitus multitudinis, & gentium, quæ ad bellum ſe parabant. 5. Veniunt etiam è remotis oris, qui exſequantur quæ decrevi

5. *Rem ſublimem fecit*] כי גאות עשה *chi geouth haſchah*, quia ſublimitatem fecit. Nempe, ut populus ſuus ex omnibus cœli plagis in patriam tutò & facilè rediret.

6. *Tolle vocem, lætos clamores mitte*] צהלי ורני *tſahali varonni*. צהל & רנן duæ radices ambigui ſignificatûs, quæ pro re, quæ agitur, lætos clamores emittere, aut triſtes vertuntur. Hic de lætitia ſermonem eſſe dubium non eſt.

Apud te magnus eſt] Hoc eſt, magnum, ac potentem ſe ſe erga vos præſtitit.

COMMENTARIUS
In CAPUT XIII.

1. O*Ratio prolata in Babylonem*] משא בבל *maſſcha Babel*. LXX. Intt. ὅρασις κατὰ Βαβυλῶνος. *Aquila* ſæpe φορτίον, *Symmachus* βάρος, Theodotion λῆμμα. Significatur quævis oratio prolata, ſive in meliorem, ſive in ſequiorem partem. Vide *Joan. Cocceium*, in Lexico ad radicem נשא, quæ de prolatione verborum ſæpe intelligenda, & not. 2. Reg. IX, 25.

Quam in viſo accepit] אשר חזה *aſcher hhazah* quam vidit, ſed quia prolata oratio, aut ſententia *videri* Latinè non dicitur, circumloquotione rem exprimere neceſſe habuimus.

2. *In monte excelſo*] על הר נשפה *hal har niſchpheh*. LXX. Intt. ἐπ' ὄρους πεδινοῦ, incommodè, nam נשפה eſt *eminuit*, *editus* fuit, unde שפי *ſchephi* locus eminens, pluribus locis. Vide *Cocceium* ad radicales שפה. Eam ſignificationem hìc res ipſa poſtulat, *ſignum* enim militare non, niſi è loco alto, adhibetur. Vide ad C. XI, 10.

Agitate manum] Vexillo inſtructam, ut Cap. X, 32.

Ingrediantur oſtia principum] Ut militiæ nomen dent apud duces, qui conſcribunt copias in Babyloniam, Cyrum, nempe, ejúsque duces; non excluſit tamen alios, qui poſtea cum Babyloniis bellum geſſerunt; nam omnes clades, quas umquam paſſura erat Babylon, hìc prædicuntur, cùm de ultimo ejus exſcidio hìc ſermo ſit. Hæc autem loquendi ratio *oſtia principum* eſt Perſarum & vicinorum populorum, apud quos θύραι βασιλέως pro regia pęſſim occurrunt. Vide ad Eſther III, 19.

3. *Mihi conſecratis*] למקדשי *limkudaſchai*, conſecratis meis. Habentur *conſecrati* Deo, qui ei, licet inſcii, ad evertendam & ſolo æquandam Babylonem navabunt.

Ut iram meam exſequantur] לאפי *laphi*, ad iram meam; hoc eſt, ut ſint juſtitiæ meæ in Babylonios miniſtri.

Qui celſitudinis meæ cauſâ exſultant] עליזי גאותי *hallitſou gaavathi*, exſultantes celſitudinis meæ; hoc eſt, qui ea facient, quæ celſum me eſſe ſupra omnes Deos & homines oſtendent, quaſi propter me prudentes & ſcientes Babylonem oppugnaturi eſſent.

4. *In montibus*] Nempe, in exercitu; cujus operâ Babylonem cepit Cyrus, erant copiæ è montanis regionibus, è quibus fortiſſimi Perſæ, Medi, Armeni & Chaldæi ſeptemtrionales. Quod non ignorant, qui tres priores libros Cyropædiæ *Xenophontis* legerunt & præſertim Lib. II. & III. quique vel levem Geographiæ Orientalis cognitionem ſibi compararunt. Nec Cyrus, ut docet *Xenophon*, Babylonicum bellum adgreſſus eſt, niſi bellicoſiſſimis quibusque gentibus in ditionem ſuam redactis, & victo etiam Crœſo.

Exercitum, quo bellum gerat.] *Exercitum belli.*

5. *Veniunt è terra longinqua* &c.] Longinqua,

& inſtrumenta ejus iræ, ad perdendam totam terram *Babylonicam.* ⁶. Ululate, quia proximus eſt dies Jehovæ, veluti vaſtatio ab omnipotente veniet. ⁷. Propterea omnes manus remiſſæ erunt, & omne ægrorum mortalium cor colliqueſcet. ⁸. Terrebuntur, tormina & dolores eos comprehendent, parturientiſque inſtar cruciabuntur, alii ad alios, flammato vultu, ſtupentes reſpicient. ⁹. Eo dies Jehovæ veniet, crudelis, indignatio

vi contra Babylonios, eorúmque ditionem. 6. Eſt quod ululetis, nam proximum eſt tempus, quo Creator dabit operam, ut Babylonia vaſtetur. 7. Tum verò homines remittent quod ſtatuerant, terrebunturque, & conatus ſuos omittent. 8. Metus eos invadet, aliique alios reſpicient, inſtar mulieris partum exſpectantis, auxiliúmque obſtetricis implorantis. Alii alios auxilium ſibi laturos exſpectabunt, ſed fruſtra. 9. Tempus mox aderit, quo Creator ſtatuit pœnas exigere de Babyloniis, vaſtitate eorum ditionis atque excidio, in quo mali homines e medio tollentur.

10. Qui

qua, nempe, Judææ, ſed non Babyloniæ; Armenii enim, Chaldæi, Medi & Perſæ non erant uſque adeò Babylone remoti. Hæc autem Prophetæ oratio habita eſt ad Judæos, quos ſuo ſermone alloquitur, non ad Babylonios.

E finibus cœli] Populare eſt hoc quoque loquendi genus, nam cœli terras ambienti nullus eſt finis.

Totam terram] Nempe Babyloniam, ut addidimus, vitandæ ambiguitatis cautâ; agit enim Propheta de cladibus Babyloniorum. Malè οἰκουμένην hìc LXX. Intt. Itaque Babylonicus ager ſignificatur.

6. *Dies Jehovæ*] Tempus quo Jehova de Babyloniis pœnas ſumet, quod ſi hominibus remotum videri poterat; quibus breve tempus longum eſt, propter vitæ brevitatem, at Deo *propinquum* erat; qui eſt æternus, & cui præ æternitate finitum omne tempus breve eſt, ac pænè nullum.

Vaſtatio ab omnipotente] כשר משדי *cheſchod miſſchaddai*, quæ eſt paronomaſia aliâ linguâ non facilè exprimenda. LXX. Intt. τριβὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ, Latinus: *quaſi vaſtatio à Domino.*

7. *Omnes manus remiſſæ erunt*] Babyloniorum & ſociorum, qui fuerunt Arabes & Aſiæ Minoris incolæ, ut docebit *Xenophon* Lib. VII. Cyropædiæ.

9. *Tormina*] צירים *tſirim*. LXX. Intt. οἱ πρέσβεις, malè, *Theodotion* πτωχαὶ, non multò commodiùs; cum agatur de torminibus puerperæ. Vide 1. Sam. IV, 19. & Eſaiæ XXI, 5.

Alii ad alios, flammato vultu &c.] *Quisque ad proximum ſuum ſtupebunt, facies flammarum facies eorum.* Facilis eſt intellectu Babyloniorum ſtupor, cùm ſprevíſſent Cyrum, copiáſque ejus, intra breve tempus, intra urbem viderent; à quibus dum feſtum celebrarent, imparati ſunt oppreſſi. Cùm per fluvium exhauſtum ingreſſi eſſent urbem Cyri milites, τῶν ἀπαντώντων (Βαβυλωνίων) οἱ μὲν ἀπέθνησκον παιόμενοι, οἱ δ᾽ ἔφευγον πάλιν εἴσω, οἱ δ᾽ ἐβόων. οἱ δ᾽ ἀμφὶ τὸν Γάβρυαν συνεβόων αὐτοῖς ὡς κωμασταὶ ὄντες καὶ αὐτοί. καὶ ἰόντες ᾗ ἐδύναντο ὡς τάχιστα, περὶ τοῖς βασιλείοις ἐγένοντο. καὶ οἱ μὲν σὺν τῷ Γαβρύᾳ καὶ Γαδάτᾳ τεταγμένοι κεκλεισμένας εὑρίσκουσι τὰς πύλας τοῦ βασιλείου, οἱ δ᾽ ἐπὶ τοὺς φύλακας ταχθέντες ἐπεισπίπτουσιν αὐτοῖς πίνουσι πρὸς φῶς πολὺ, καὶ εὐθὺς ὡς πολεμίοις ἐχρῶντο αὐτοῖς. ὡς δὲ κραυγὴ καὶ κτύπος ἐγίγνετο, αἰσθόμενοι οἱ ἔνδον τοῦ θορύβου, κελεύσαντος τοῦ βασιλέως σκέψασθαι τί εἴη τὸ πρᾶγμα, ἐκθέουσι τινὲς ἀνοίξαντες τὰς πύλας; οἱ δ᾽ ἀμφὶ τὸν Γαδάταν ὡς εἶδον τὰς πύλας χαλώσας εἰσπίπτουσι, καὶ τοῖς πάλιν φεύγουσιν εἴσω ἐφεπόμενοι, καὶ παίοντες ἀφικνοῦνται πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἤδη ἑστηκότα αὐτὸν καὶ ἐσπασμένον ὃν εἶχεν ἀκινάκην εὑρίσκουσι. καὶ τοῦτον μὲν οἱ σὺν Γαδάτᾳ καὶ Γαβρύᾳ πολλοὶ ἐχειροῦντο καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δὲ ἀπέθνησκον, ὁ μὲν προβαλλόμενός τι, ὁ δὲ φεύγων, ὁ δέ γε καὶ ἀμυνόμενος ὅτῳ ἐδύνατο. *Occurrentium* (Babyloniorum) *hi quidem vulnerati, illi verò retro fugiebant, introrſum alii rurſus vociferabantur. Qui erant cum Gobrya ſimul cum illis clamabant, quaſi & ipſi comiſſarentur, & progredientes quàm celerrime poterant, circa regiam pervenerant. Qui erant cum Gobrya & Gadata inſtructi, januas regiæ clauſas invenerunt. Qui verò in vigiles aciem direxerant, irruerunt in eos bibentes ad multum ignem, & ſtatim eos hoſtiliter habuerunt. Cùm autem clamor ac ſtrepitus ortus eſſet, qui intus erant audiverunt tumultum, & jubente eos Rege videre, quid eſſet negotii, apertis foribus procurrunt. Qui verò erant cum Gadata, patefactas fores intuiti irruunt, & intrò rurſus fugientes ſequuti, cædentéſque perveniunt ad Regem, & jam ſtantem cum ſtricto acinace, quem habebat, inveniunt: & hunc quidem qui erant cum Gadata & Gobrya, plures cùm eſſent obtruncant, interfectis etiam iis, qui ei aderant, ac partim aliquid objiciebant, partim fugiebant, partim ſe fugabant, partim ſe, quacunque re poterant, tuebantur.* Hæc ſunt verba *Xenophontis* Lib, VII. p. 192. Ed. Leunclavianæ, unde liquet quàm aptè Propheta Babylonios trementes, & quò ſe verterent neſcientes deſcripſerit. Idem etiam intelligere eſt ex eo quod habet *Herodotus* Lib. I. c. 191. ἐξ ἀπροσδοκήτου σφι παρίσταντο οἱ Πέρσαι. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ οἰκημένων, τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἑαλωκότων, τοὺς τὸ μέσον οἰκέοντας τῶν Βαβυλωνίων οὐ μανθάνειν ἑαλωκότας, ἀλλὰ (τυχεῖν γάρ σφι ἐοῦσαν ὁρτὴν) χορεύειν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι, ἐς ὃ δὴ καὶ τὸ κάρτα ἐπύθοντο; *ex improviſo eis Perſæ adſtiterunt, & cùm capti eſſent qui extrema urbis incolebant Babylonii, propter urbis tamen magnitudinem non ſentiebant (ut fertur ab iis qui iſthic habitant) eos captos eſſe, ſed quòd fortè dies feſtus eis eſſet, exercendis choreis atque oblectationibus operam dabant, donec planè etiam hoc reſciverunt.*

9. *Ut terra in vaſtitatem convertatur*] Propheta hìc temporibus remota conjungit, neque enim Babylonia in vaſtitatem converſa eſt; niſi multis, poſtquàm à Cyro capta eſt, ſæculis. Floruit enim Babylon ſub imperio Perſico, ſtabatque, cùm ab Alexandro eſt everſum.

dignatio & ardor iræ *eò ſpectabant*, ut terra in vaſtitatem convertatur, *Deúsque* peccatores ex ea exterminabit.

10. Stellæ enim cœli, quæ eorum fiducia *ſunt*, non fulgebunt luce ſuâ, obſcurabitur Sol in ortu ſuo, nec Luna emittet ſuum ſplendorem. 11. Rationem repetam ab orbe de nequitia *ſua*, atque à ſontibus de iniquitate ſua; faciam ut deſinat adrogantium tumor, & ſuperbiam tyrannorum dejiciam. 12. Efficiam ut homo ſit auro pretioſior. 13. Propterea

10. Hi exſpectabant auxilium à ſtellis, quas colebant, terrebuntur, quaſi Sol & Luna mox eſſent futuri ſine luce. 11. Repetam, aiebat Deus, rationem ab hominibus nequitiæ ſuæ, pœnas exigam ſcelerum ab iis admiſſorum, eósque malè, ut meriti ſunt, habebo. 12. Tot homines eo tempore occidentur, ut rariores futuri ſint auro omnium puriſſimo & pretioſiſſimo. 13 Propterea cœlum concutiam, & terram ſuo loco dimovebo, ut juſtum ſupplicium de Babyloniis ſumam. 14. Fugient

everſum. Sed à Seleuco Nicatore, conditâ in vicinia Seleuciâ, deleri cœpit; donec paullatim prorſus interierit. Vide hac de re *Sam. Bochartum* Phlegi Lib. IV. c. 13. ubi deditâ operâ de ejus urbis exſcidio agit. Verùm Propheta acceptas, uno tempore, Babylonis clades, recitavit quaſi continuas: ut qui duas turres, quarum altera poſt alteram ædificata eſt, quaſi unum ædificium vident; quia longinquitate ſpatium interjectum evaneſcit.

Peccatores] *Peccatores ejus.*

10. *Quæ eorum fiducia ſunt*] כסיליהם *chſilehem* LXX. Intt. ὁ Ὠρίων, abſurdè, reſecto præſertim pronomine. *Aquila* & *Theodotion* vocem Hebraïcam χεσιλείμ, cùm neſcirent quid eſſet, retinuerant. *Symmachus*: *ſtellæ earum Hieronymus*, *ſplendor earum.* Maluimus כסילים *chſilim* eodem modo vertere, ac ſi eſſet כסלים *chſalim*, à כסל *cheſel*, quod *ſpem* aut *exſpectationem* ſignificat, & fortè quidem inanem. Vide Job. VIII. 14. ſtellas & præſertim Planetas coluerunt, omniáque ab iis pendere voluerunt; quæ habet *Thom. Stanleius* Philoſ. Orient. Lib. I. C. 11. & 18. ו voci præfixum interpretati ſumus ut אשר *aſcher*, quomodo ſæpe vertendo exprimi debet. Vide *Chriſt. Noldium.*

Non fulgebunt luce ſuâ] *Non facient lucere lumen ſuum.* Sic ſolent Orientales maximas calamitates, converſionéſque inſigniores rerum deſcribere. Vide infrà XXIV, 29. LX, 20. Matth. XXIV, 29. & ad eum locum Interpretes. Nec nimis urgenda ſunt hæc & talia verba, quæ ſunt ab hominibus territis & calamitoſis inventa; quibus omnia ruere, cœlúmque terræ miſceri videntur, cùm nimiis malis premuntur.

11. *Rationem repetam ab orbe* &c.] *Viſitabo ſuper orbem malitiam.* Imperium Babylonium vocatur hìc *Orbis* תבל *thebel*, propter magnitudinem; præſertim tempore Nebucadneſaris, quo latiſſimè patuerat, ut vel ex Jeremia liquet. Vide *Joan. Marshami* ad ejus regnum, in Ægyptio Canone.

Adrogantium tumor] Reſpiciuntur Reges Babylonii, eorúmque præfecti; quorum incredibilis ſuperbiæ ſpecimina ſat multa habemus in Libro Danielis Prophetæ.

12. *Pretioſior obrizo*] אוקיר מפז *okir mippbaz*; hoc eſt, rariores reddam auro, ſeu magnam eorum multitudinem è medio tollam, ut ad paucos redigantur. Quod factum primùm ſub Cyro, qui victricia arma, per agros Babyloniorum, ante captam urbem, ſine multis cædibus, circumferre non potuit; qualia tunc erant belli jura, duaſque inſignes victorias de Babyloniis eorúmque locis retulit, ut narrat *Xenophon* Lib. IV. Cyropædiæ. Si vera eſt hiſtoria Crœſi, quam narrat *Herodotus*, Reges ipſos captivos comburere ſolebant Perſæ, etiam vivos; quod eſt crudelitatis horrendæ genus. Quæ etiam in vilem plebem major multò erat. Secundò, prælio, ad mœnia ſua commiſſo, victi ſunt Babylonii, non ſine multorum cæde, quòd ſub mœnibus ſuis audaciùs pugnarent. Poſtea quidem, captâ urbe, multi primâ nocte ſunt occiſi; ſed reliqui agros ſuos colere juſſi, qui frumenti hordei, milii & ſeſami feraciſſimi erant. Tertiò, Babylonii à Dario Hyſtaspide cùm defeciſſent, graviſſimam obſidionem paſſi ſunt; in qua ne frumentum deeſſet, ſtrangularunt omnes mulieres, exceptis matribus & unâ in ſingulis familiis, ut narrat *Herodotus* Lib. III. c, 150. Quâ ſævitiâ, dimidiam minimùm partem incolarum amiſerunt. Dein, captâ urbe, tria millia procerum ſunt in crucem ſublata, ut idem ait c. 159. Vulgo parcitum narrat, ſed poſt multam etiam plebis cædem, cùm quinquaginta tantùm millibus uxorum indiguerint, ad generis propagationem, ut habet poſtea idem Hiſtoricus; qui numerus exiguus erat tanto populo, quantus ante clades fuerat. Cladium poſtea, in ſuperſtite Hiſtoria, quas paſſi fuerint Babylonii, nulla eſt memoria. Hoc tantùm conſtat exhauſtam fuiſſe urbem, cùm ejus incolæ Seleuciam ad Tigrin tranſirent. Vide *Bocharti* collectanea, loco antea adlato. Ceteroqui tam breves habemus Hiſtorias, tamque mutilas Perſici Imperii, ut nemo auſit negare ullas alias Babyloniis contigiſſe calamitates, præter eas, quarum Hiſtorici, qui ſuperſunt, meminere. Non eſt ergo mirum, ſi hodie ſingularum vaticinii Eſaiæ partium implementa ſubtiliter oſtendere nequeamus. Ad hæc omnia accedit, ſtylum Propheticum crebris & magnis hyperbolis, Orientalium more, refertum eſſe; quod ſæpe, in hiſce Commentariis, obſervavimus, ſæpiùs etiam verum comperient, qui Prophetas, adhibito judicio, legerint. Nec omittendum paucitatem hominum in agris Babyloniis è peſtilentia, eujus nulla ſuperſit memoria, potuiſſe oriri.

13. *Propterea tremefaciam* &c.] Hæc pertinent, ut & antecedentia, vers. 10. ad mutationem, quæ facta eſt in Aſiæ ſuperioris & inferio-

pterea cœlum tremefaciam, & terra ſuo loco dimovebitur, propter indignationem Jehovæ *Dei* exercituum, & diem excandeſcentiæ ejus iræ. 14. Erit *Babylonius*, ut caprea à *venatoribus* pulſa, ut ovis, quam nemo *ad gregem* cogit; unus quisque *ſociorum ejus* ad populum ſuum aufugiet. 15. Quisquis deprehendetur, confodietur, & quis-

14. Fugient cum ſummâ celeritate, & fugabuntur a quovis, ut capreæ a venatoribus pulſæ, aut inſtar ovis, quam nullus paſtor ad gregem cogit; omnésque eorum locis repetent patriam ſuam, ne clade Babyloniorum obruantur, ac revera gladio cadet quisquis eis adhærebit. 15. Quisquis eorum in manus hoſtium incidet illico occidetur, ut & omnes, qui amicitiam eorum coluerint.

inferioris Imperiis, cùm omnia ſunt in manum Cyri tradita; quæ non potuit contingere, ſine maximo animorum motu; quibus *cælum*, ut ſic loquar, *ruere* videbatur.

14. *Erit Babylonius* &c.] Quia, nimirum, per Babyloniorum agros, cum exercitu vagatus quidquid erat hominum ruri in urbem compulit. Etenim tendens Babylonem, ut narrat *Herodotus* c. 189. Lib. I. ad Gyndem amnem ſubſtitit; quem cùm non poſſet trajicere, cúmque unus ex ſacris equis eo ſubmerſus fuiſſet; fluvium iratus, in centenos & octogenos alveos utrimque derivavit; in quo opere totam æſtatem abſumſit. Tum Babylonem exercitum duxit, conflixitque cum Babyloniis, quos intra mœnia victos continuit; ſed cùm munimenta urbis perrumpere non poſſet, Euphratem, eo anni tempore tenuiorem fluentem, cum dimidia exercitûs parte derivavit in paludem, & per alveum exhauſtum in urbem ingreſſus eſt. Dum hæc ageret, Babylonios, qui ruri vivebant, aliosque, qui peregre fuerant, nec ante obſidionem ingreſſi erant urbem, variè ſine dubio exagitarunt copiæ, quæ circumquaque pabulatum & frumentatum mittebantur. Quare Prophetæ eleganter *Babylonium* confert cum *caprea à venatoribus pulſa*. *Babylonius* autem & *à venatoribus*, ex re ipſa, ſupplevimus.

Quam nemo ad gregem cogit] ואין מקבץ veen mkabbets, *& nemo compellit* ad gregem, vel in caulam.

Unusquisque ſociorum ejus &c.] Omnes enim ſocii Babyloniorum, ut Crœſus & alii, qui in ejus exercitu fuerant, cùm cæſus eſt à Cyro, ante expeditionem Babyloniceam in patriam redierant; exceptis paucis Ægyptiis, aliisque, qui in ejus exercitu, fidem ejus ſequuti, militabant, quæ habet *Xenophon* Libri VII. initio. Idem etiam non procul ab initio Lib. VI. ubi adparatus Crœſi deſcripſit, docet in ejus exercitu fuiſſe Thraces, Ægyptios & Cyprios navibus advectos, tum Cilicas, Phrygas utrosque, Lycaonas, Paphlagonas, Cappadocas, Arabas, Phœnicas & cum Babylonio Rege Aſſyrios, Jones & Æoles, propéque Græcos omnes Aſiam incolentes; qui omnes victi ad ſuos diſceſſere, nec obſeſſis Babyloniis auxilium ferre auſi ſunt.

Ad populum ſuum reſpiciet] Hoc eſt, ut ſequentia oſtendunt, ad ſuos revertetur; quod factum eſt, poſt victoriam Cyri de Crœſo. Scio quidem *Herodotum* Lib. I. c. 76. narrare, æquo Marte pugnatum eſſe à Perſis & Crœſo, ſed circumſtantias prælii adcuratiùs multò narrat *Xenophon*; cui propterea fidem potiùs, hac in re, habendam puto. Interim narrat etiam in ſequentibus à Crœſo dimiſſos omnes ſocios, ut quinto pòſt menſe redirent; quod conſentit cum iis, quæ habet hic Propheta.

15. *Quisquis deprehendetur, confodietur* &c.] Nempe, extra Babylonis muros deprehenſus, ſive ſocius, è populis vicinis; quamvis enim diſceſſiſſent à Crœſo ſocii, finitimi populi nondum omnes fidem exuerant.

Se Babylonis adgregabit] Supplevimus *Babyloniis*, perſpicuitatis causâ. נספה *niſpheh* vertimus, *qui ſe adgregarit*, vel adjunxerit, quæ eſt ſignificatio verbi ספה cùm alibi tum infrà C. XXIX, 1. XXX, 1. ſi quis usque adeò temerarius, aut imprudens fuit, ut Babyloniis extra mœnia deprehenſis ſe jungeret, occiſus eſt unà cum illis.

Adlidentur lapidibus] Supplevimus *lapidibus*, ut Pſ. CXXXVII, 7. ut res meliùs intelligeretur. Verbum Hebraïcum רטש *ritteſch* hoc propriè ſignificat. Vide 2. Reg. VIII, 12. Hoſ. X, 14. XIV, 1. Non legimus quidem, apud Veteres, qui de duplici expugnatione Babylonis ſcripſerunt, quidquam ſimile; ſed nec in Hiſtoria Regum aut Ephemeridum, ubi narratur excidium Jeroſolimæ; & tamen contigit, ut colligere eſt ex Pſalmorum loco adlato; ubi ejusmodi adliſio optatur Babyloniis, ut iis rependeretur quod Jeroſolimitanis fecerant. Sic bellum antiquiſſimis temporibus geſtum vel è fabulis intelligere poſſumus, quæ Aſtyanactem, Hectoris filium, ab Ulyſſe præcipitem datum è turre narrant; è priſco, nempe, barbarorum ſæculorum uſu, erga eos qui multi cadere noluerant. *Quintus Smyrnæus* Lib. XIII, 251. *& ſeqq.*

Οἱ δ' ἐπὶ Ἀστυάνακτα βάλον Δαναοὶ ταχύπωλοι
Πύργου ἀφ' ὑψηλοῖο, φίλον δέ οἱ ἦτορ ὄλεσσαν,
Μητρὸς ἀφαρπάξαντες ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐόντα,
Ἕκτορι χωόμενοι, ἐπεὶ σφίσι πῆμα κόρυσσε,
Ζωὸς ἐών.

Danai, celerum equorum domini, Aſtyanactem dejecerunt ex alta turre, carámque ei vitam abſtulerunt matri ulnis erepto, quòd Hectori ſuccenſerent, qui tanta mala eis cumulaverat, dum viveret. Perſæ, qui Crœſum etiam vivum comburere voluerunt, ſi *Herodoto* credimus, quique tria millia procerum Babyloniorum cruci ſuffixerunt, non nimis miſericordes erant; quàm ut ejusmodi, qui ſe & ſua conſtantiùs defendiſſent. Vide de hoc, ut ſic dicam, injuſto jure *H. Grotium* de J. P. & B. Lib. III. c. 4. & 11.

17. *Medos*

quisquis ſe *Babyloniis* adgregabit gladio cedet. [16]. Parvuli eorum liberi adlidentur *lapidibus*; coram ipſis, diripientur domus eorum, & uxores comprimentur. [17]. Exin ego concitaturus ſum in eum Medos, qui argentum nihili facient, nec auro delectabuntur. [18]. Sagittarii pueros adlident, eos fructûs uteri non miſerebitur, neque eorum oculi liberis *Babyloniorum* parcent. [19]. Erit Babylon decus regnorum & gloria ſuperbiæ Chaldæorum, ut ſubverſio à Deo *immiſſa* Sodomæ & Gomoræ. [20]. Deſerta erit

fuerint. 16. Pueri & puellæ Babyloniorum lapidibus adlideatur, & uxores comprimentur. 17. Mox in eos concitabo Medos, quos muneribus pretioſorum metallorum non poterunt ſibi conciliare. 18. Eorum Sagittarii pueros Babylonios adlident lapidibus, neque redimi à ſe patientur. 19. Itaque Babylon, Metropolis potentiſſimi atque antiquiſſimi Imperii, quâ potiſſimùm Chaldæi gloriantur, ita ſubvertetur; ut poſſit ejus exſcidium cum Sodomæ & Gomorrhæ ſubverſione comparari. 20. Mutabitur in ſolitudinem, in qua

17. *Medos, quia argentum*] Auri cupidiores & minùs feri malunt redimi à ſe captos, quàm eos occidere. Alii verò iræ & crudelitati indulgentes, omni redemptionis pretio ſpreto, captivos, ac ſupplices trucidant, ut apud *Homerum* & *Virgilium* videre eſt; è quibus ſingulis unum tantùm locum promam. Sic Adraſtus Menelao, à quo vivus captus fuerat, ne ipſum occideret, Iliad. Z. 46.

Ζώγρει, Ἀτρέος υἱὲ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα.
Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος.
Τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα,
Αἴκεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Quæ cùm accipere vellet Menelaus, negavit Agamemnon accipienda, Adraſtúmque occidit. Sic quoque Magus Æneæ, Æneid. X, 526.

Eſt domus alta, jacent penitus defoſſa talenta
Cælati argenti, ſunt auri pondera facti,
Infectique mihi; non hîc victoria Teucrûm
Vertitur, aut anima una dabit diſcrimina tanta.
Dixerat. Æneas contrà cui talia reddit:
Argenti atque auri memoras quæ magna talenta
Gnatis parce tuis, belli commercia Turnus
Suſtulit iſta prior, jam tum Pallanta perempto.

Ad quem locum, gemini Poëtæ alia indicat loca, ut & nonnullorum ſcriptorum, *Joan. Ludovicus Lacerda*, quem, ſi ita videatur conſule. Deſcribuntur hi homines, gloriæ aut ultionis avidiores, quemadmodum hìc Medi, qui *nihili facere argentum* dicuntur, negantúrque *auro delectari*; non quòd ſpernerent, ſed quia ultionis voluptatem iis præferebant. Si mors Cyri ſic contigit, ut narrat *Herodotus*, ſique ei ex vero à Thomyride objecta eſt auri ſitis, nequaquam id metallum faſtidiebat.

18. *Sagittarii*] קשתות *kſchethoth*, arcus.

19. *Decus regnorum*] Hoc eſt, regnum quod ſummopere, præ ceteris omnibus, decorum eſt. Legenda quæ de regno Nebukadnetſaris collegit *Joan. Marshamus*, ad Sæc. XVIII. Ægyptiacum.

Gloria ſuperbiæ] תפארת גאון *tiphreeth gaon*, hoc eſt, quâ Chaldæorum gloriatur ſuperbia. Vide Cap. XIV, 13. & *ſeqq.* Babylonis deſcriptionem habet idem & *Sam. Bochartus* Phal. Lib. IV. c. 13.

Ut ſubverſio à Deo immiſſa] כמהפכת אלהים את סדם *chmahochephath elohim eth Sedom*, ut ſubverſio Dei Sodomam; nam apud Hebræos, nomina verbalia regunt caſum verbi, ut pluribus exemplis oſtendit *Sal. Glaſſius* Phil. Sacræ Lib. III. Tract. III. Can. 41. Vide & *Symeonem de Muis*, adſertionis Hebraïcæ Veritatis contra *Joan. Morinum* p. 121. *Non* ſunt quidem ſolum Babylonis, ejúsve ager, ſubverſa, ut Sodomæ & Gomoræ, cum agris ſuis; ſed in horrendam ſolitudinem converſa. Valde errant, qui ſibi fingunt Sodomam ſtetiſſe poſt ſubverſionem, ut hìc locus oſtendit & alia apud Jeremiam.

20. *Deſerta erit* &c.] *Non habitabit in perpetuum.* Deſerta & ſolo æquata reverâ eſt, a multis ſæculis, ut variis auctoritatibus probavit *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. IV. c. 15. quibus addas licet teſtimonium nobilis Romani *Petri Vallenſis* Itinerarii Turcici Ep. XVII. Bagdado anno MDCXVI. data, unde ſe contulit ad Euphratem, ut videret reliquias antiquæ, ut putant, Babylonis; quæ ſitæ ſunt in ruderibus neſcio cujus ædificii quadrati, quod ſuſpicatur fuiſſe Templum Beli. Ea rudera ſunt lateres partim in fornace cocti, & partim ſole tantùm ſiccati. Mœnium etiam erant reliquiæ nonnullæ; ſed omnia circumquaque vaſta. Ingens eſt planicies, Euphrate ab occaſu in ortum Tigrin versùs defluente diviſa. Narrat quidem *Petri Vallenſis* loca fuiſſe latrociniis Arabum infeſta, ſed qui illic tendere non ſoleant.

Non habitabitur in ætates futuras] לא תשכן עד דור ודור *lo thiſchchon haddor vador*. LXX. Intt. οὐδὲ μὴ εἰσέλθωσιν εἰς αὐτὴν διὰ πολλῶν γενεῶν. Vulgatus: non *fundabitur*, unde colligit *Lud. Cappellus* eum legiſſe, לא תכון *lo thiccbon*. Nihil neceſſe eſt, cùm Veteres Intt. paſſim παραφραστικῶς vertant. *Non habitabit* referendum ad incolas, nec paſſivo uſi ſumus, quia res aliter Latinè dici non poterat. Intelligenda autem hæc non ſunt, de ætate Prophetæ, aut de proximè futurarum quapiam; ſed de ea quâ Babylon ab incolis deſeri cœpit, poſtquàm numquam eſt inſtaurata, aut iterum incoli cœpta, usque ad hoc ævum. Nec in eo ſtatu, in quo ſunt, ab aliquot ſæculis, imperia Turcarum & Perſarum, facilè ea urbs inſtaurari poſſet; quod & de antiquiſſima urbe Ninive, aliiſque ſimilibus dici queat.

Non tendet illic Arabs] Vagantur quidem, per ea loca, Arabes *Beduini*, ut vocantur, ſed tentoria illic vix ſtatuunt, propter viciniam Baghdadenſis præſidii.

Curabunt pecudes recubare] ירביצו *jarbitſou.*

erit in perpetuum, non habitabitur in ætates futuras; non tendet illic Arabs, nec paſtores illic curabunt *pecudes* recubare. [21]. Recubabunt illic ſilveſtres feles & implebunt domos eorum ululatibus; habitabunt ibi ſtruthiones & ſaltabunt capreoli. [22]. Alternis ſibi

qua nulla amplius ædificabitur urbs; nec erit umquam ulla nova Colonia, quæ illam inſtaurare nitatur. Illic ne Arabes quidem vagi, aut alii paſcent pecudes ſuas. 21. Nulla animalia bruta illic invenientur, niſi ſilveſtres ſtruthiones ac capreoli, quorum ululatus audientur. 22. Sibi invicem reſpondebunt

LXX. ἀναπαύσονται, Vulg. *requieſcent*, quaſi non יִרְבְּצוּ, ut habent Maſſorithæ, ſed יִרְבָּצוּ legiſſent. Atqui eſt vox propria pecudum, poſt paſtum requieſcentium. Vide vers. ſeq. & *S. Bochartum* Hier. P. 1. L. II. c. 44. ubi plura exempla collegit.

21. *Silveſtres feles*] ציים *tſijim* LXX. Intt. θηρία. Vulg. *beſtiæ*. Tres alii Græci σιιμ ſed eumdem vide ibid. Lib. III. c. 14.

Domos eorum] בתיהם *bathehem*; nempe, eorum, qui Babylonem habitabant, ſeu Chaldæorum.

Ululatibus] אחים *ohhim* LXX. & *Theod.* ἤχου. Priores ſæpe Hebraica Græcis ſono non abludentibus vertunt. *Aquila* τυφῶνες, *Symchus* αἰχώμ, Latinus *draconibus*. Sequuti ſumus *Bochartum*, quem vide Ibid. c. 15.

Struthiones] בנות יענה *benoth jahanah*. *Aquila*: *Symm.* & *Theod.* στρουθοκάμηλοι, & Vulgatus *Struthiones*, quod confirmat idem P. 2. Hier. Lib. II. c. 11. LXX. Intt. abſurdè, σειρῆνες, quo nomine notæ tantùm fuerunt aves fabuloſæ. Quare fruſtra Veteres hanc eorum interpretationem defendere conati ſunt.

Capreoli] שעירים *ſchehirim*. *Aquila* τριχιῶντες, *Theodotion*, ἐθελοτριχιῶντες, Vulgatus, *piloſi*; ſive hirſutam feram intellexerint, quales plures ſunt, ſive *Cacodæmones*, ſub hircorum forma ſe ſe conſpiciendos, ut aiunt, præbentes, ut LXX. Intt. qui habent δαιμόνια. Nos hìc *capreolos*, vertimus, quæ ſunt animalia in deſertis viventia & τοῖς שעירים, ſeu *hircis* ſimilia, ut eodem generis nomine cenſeri queant: alioqui ſolent propriè צבים vocari.

22. *Thoës*] איים *ijim*. Vocem ipſam ſervarunt tres Græci Intt. at LXX. ὀνοκένταυροι. *Thoës* eſſe copioſè oſtendit *Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 12.

In altis eorum ædibus] באלמנותיו *beelmenothau*, pro בארמנותיו *bearmenothau*, niſi ſit liquidarum permutatio; quæ tamen in Linguis Orientalibus nulla, aut rara eſt.

Dracones] תנים *Thanim*, de quibus vide *Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 14.

Delicioſis ædificiis] בהיכלי ענג *bebechale honeg*, in palatiis voluptatis; hoc eſt, in ædificiis ubi antea domini omnis generis voluptatibus tenebantur. Ex hoc, ut puto, Eſaïæ loco natæ ſunt fabulæ Mohammedanorum de cumulo laterum coctorum & crudorum, quæ putantur eſſe rudera templi Beli, ut jam diximus. Sic de iis *Petrus Vallenſis* Ep. XVII. Baghdado data anno MDCXVI. *Intus*, inquit, *ſi intres per ſuperiores partes, ſunt ſpeluncæ quædam, ſed usque adeò ruinis oppletæ, ut intelligere non liceat, cui vſui fuerint. De quibusdam etiamnum dubito, an ſimul cum ædificio ſint ædificatæ, an verò poſtea à ruſticis, ut eò ſe reciperent, quod vero propius videtur. Attamen Mohammedani ſomniant in iis damnatos ſupplicíis Harutum & Marutum Angelos, quos ferunt à Deo in terram demiſſos; ut ſpecularentur, ſi bene memini, quî ſe gererent homines, aut ut de iis judicium ferrent, illic captos eſſe amore mulieris, quæ ad illos confugerat, ut inter ſe & virum diſceptatores eſſent, eámque ad adulterium ſecum admittendum tentaſſe. Promiſit mulier ſe iis obſequuturam, ſi modò ab iis doceretur preces, quibus recitatis, Angeli, quotiescumque volebant, deſcendere è cœlo, rurſúsque eò adſcendere poterant. At poſtquàm eas edocta eſſet, continuò preces recitavit, atque extempló in cœlum ſubvecta eſt, relictis in terra Angelis deluſis, & propter admiſſum peccatum ad adſcendendum non ampliùs idoneis. Quare Deus in tentati adulteris pœnam; cùm ipſi maluiſſent ſupplicium in hoc mundo luere, quàm in altero, eos damnavit ſuſpenſione, in ea ſpelunca, ubi ſuſpenſi pilis, palpebrarúmne, an ſuperciliorum, neſcio, usque ad diem judicii.* Quæ fortaſſe Mohammedani à Judæis acceperunt. Certè Judæi ex malè intellecto loco Geneſ. VI, 2. Angelos mulierum amore captos primi dixerunt.

Prope eſt ut adveniat &c.] Cùm *longum* & *breve* ſint notionum relativarum nomina, ut oſtendimus *Artis Criticæ* P. II. Sect. 2, c. IV. ſunt intelligenda ex ejus, qui loquitur, uſu. Deus verò eſt, qui ore Prophetæ loquitur, & apud quem *mille anni ſunt inſtar heſterni diei*, ut habetur Pſ. XC, 4. ubi vide notata, & 2. Pet. III, 8. Itaque mirum non eſt eum loqui, de ultimo exſcidio Babylonis, quaſi propinquo, quamvis poſt aliquot ſæcula futuro, ſub Seleucidarum imperio.

Rectè ad hoc Caput obſervavit *H. Grotius* futurum fuiſſe, ut clariùs, exactiúsque poſſemus interpretari hunc Prophetam, ſi Aſſyriaca *Abydeni*, & *Beroſi* Babylonica exſtitisſent; nunc verò & in Sacris Litteris pauca earum rerum & fermè ad Judæos pertinentia adtingi, & Profanas Hiſtorias nos deficere. Quod nemo negare queat, ſed vix quisquam pro certo habeat quod addit calamitatem, quæ hìc Babyloni prædicitur eveniſſe inter tempora *Sennacheribi* Aſſyrii & Nabuchodonoſori Chaldæi. Rationem tamen hanc profert, quâ res credibilior fiat, quòd inter illa tempora Medi præpolluere, ſub Dejoce aliisque Regibus, quorum *Herodotus* & *Cteſias* mentionem faciunt; & facilè potuerunt Babylonem expugnare; quòd ea ante Nabuchodonoſori tempora, neque magna admodum, neque bene munita fuerit; ut ex *Beroſo* & *Abydeno* intelligi poteſt. Sed certò quidem conſtat à Regibus Aſſyriis, & primùm quidem ab Eſar-haddone occupatum fuiſſe imperium Babyloni-

ſibi invicem thoës, in altis eorum ædibus, reſpondebunt, & dracones in delicioſis æ-
ſtivis erunt. Prope eſt ut adveniat tempus Babylonis, nec dies ejus protrahantur.

1. NAm miſerebitur Jehovam Jacobi, eligétque etiamnum Iſraëlem, & faciet ut in CAPUT. XIV.
ſolo ſuo quieſcat. Se etiam eis adgregabit peregrinus & adhærebit domino Ja-
cobi. 2. Adducent eos populi & intromittent in locum ſuum. 3. Hereditates adibunt
homines domûs Iſraëlis, in terra Jehovæ, ut ei ſint ſervi & ancillæ: captivóſque eos
abducent, à quibus abducti fuerant atque exactoribus ſuis dominabuntur. 4. Eo die,
quo Jehova tibi dederit quieſcere à dolore tuo, à tremore tuo & à ſervitute dura, quam
ſervieris; pronunciabis figuratam orationem hanc de Rege Babylonis, his verbis:
Quo-

debunt etiam thoës, & dracones, in ruderibus altarum ædium Babyloniorum. Quæ brevi & nulla interpoſitâ longâ morâ; exſequutioni mandabuntur.

PARAPHRASIS.

1. NAm brevi, poſt calamitates Iſraëlitarum in Babylonia exantlatas, Creatorem eorum miſerebitur, útque iterum in patria ſua quieſcant faciet. 2. Nec tantùm Jacobi poſteros reducet, ſed etiam alienigenas, Religionem Judaïcam amplexos, eis adjunget. 3. Ipſi Judæi eos admittent inter eos, qui hæreditates Iſraëlitarum, in terra Judæa, poſſidebunt, locorum, quorum ſtirpes exſtinctæ erunt; ita ut ſint Dei Iſraelis cultores, in ipſius terra, ſimúlque ſervi & ancillæ, ac pareant quaſi captivi Iſraelitarum, qui tributa iis in Chaldæa ſolverant. 4. Eo tempore, quo concedet vobis, ô Iſraelitæ, Creator immunitatem tributorum, & aliorum onerum, ærumnarumque, quibus premebamini, in dura ſervitute; pronunciabitis figuratam orationem de Rege Babyloniorum, hanc in ſententiam.

Qui factum eſt, ut liberatemur exactoribus tributorum,

Babylonicum, poſt octennii interregnum; ſed nihil quidquam dicitur, his temporibus, de Regibus Medis, qui Babylonem ceperint, & multò etiam minùs, qui urbem prorſus deleverint, atque in ſolitudinem redegerint, neque apud *Herodotum*, neque apud *Xenophontem*, qui de Regibus illis Medis multa habent. Quin & *Herodotus* apertè ait Babylonem tum primùm eſſe captam, cùm à Cyro eſt occupata. Lib. I. c. 191. ubi narrato ejus ſtratagemate, addit: καὶ Βαβυλὼν μὲν οὕτω τότε πρῶτον ἀραίρητο: & Babylon *quidem ſic* PRIMUM *capta eſt*. Sed verum eſt à Nabuchodonoſoro auctam, ornatam & munitam majorem in modum fuiſſe, quod conſtat ex *Abydeno* & *Beroſo*. Rem pluribus non diducam, ſat erit *Jac. Uſſerium* & *Joan. Marshamum* ad hæc tempora conſuluiſſe.

COMMENTARIUS
In CAPUT XIV.

1. N*Am miſerebitur Jehovam Jacobi*] Hæc non ſunt cum proximè antecedentibus conjungenda, ſed cum expugnatione Babylonis, per Cyrum; qui, primò Babylonici Imperii anno, Judæis in patriam redeundi Templique Jeroſolimitani inſtaurandi poteſtatem fecit. Sequentia enim eò reſpiciunt, fueruntque hæc miſericordia Dei erga Judæos clara indicia.

Eligétque etiamnum] Hoc eſt, Iſraëlem, ut peculiarem, electúmque à ſe populum, benignè rurſus habebit.

2. *Se iis adgregabit peregrinus*] נלוה הגר עליהם *nilvah bagger halehem*. LXX. Intt. vertunt, גר *ger* γειώραν, alii meliùs προσήλυτον, advenam, ut *Hieronymus*. Intelliguntur, ut notum eſt, ejuſmodi *advenæ*, qui Judaïcam Religionem amplectebantur.

Adducent eos populi] *Sument eos populi & intromittent* &c. Quod factum ex edicto Cyri, quod habetur Heſdr. I. 2. & ſeqq.

3. *Captivóſque* &c.] Hoc velle videtur, à Judæis abductum iri ſervos, quos ſibi comparaverint, è gentibus, à quibus ipſi captivi olim abducti fuerint. Nunquam enim Judæi imperium in gentem ullam, ad ortum Euphratis, habuerunt. Paruerunt ii populi Perſarum Regibus, deinde Seleucidis. Sed nihil vetuit Judæos ſervos abducere, quos trans Euphratem ſuo ſibi ære paraverant.

4. *Pronunciabis* &c.] ונשאת המשל הזה *venaſchatha hammaſchal hazze*, & tolles hanc orationem figuratam. Sæpiùs oſtendimus משל eſſe ἐσχηματισμένον λόγον, qualis eſt ſequens. Vide ad Proverb. I, 1. Non prædicit Vates hæc ipſa verba pronunciatum iri à Judæis, ſed eum futurum eorum ſtatum, eúmque Babyloniorum, ut tali oratione Judæi uti poſſint in Babylonios.

Quomodo ceſſavit exactor &c.] Nempe, Babylonius, qui dum ſtetit Imperium Babylonicum, acerbè à Judæis tributa exigebat, quæ poſtea ipſi pendere Perſis coacti ſunt. Tanta erat Babyloniorum potentia, ante Cyrum, támque exigua ſpes Judæis redeundi in patriam, ſi opem humanam ſpectaſſent, ut potuerint poſtea mirabundi exclamare: *quomodò ceſſavit exactor*, & quæ ſequuntur.

Auri penſio] מדהבה *madhebah*. Chaldaïca vox, nam pro זהב *zahab* pronunciabant Chaldæi דהב *debab*; ut poſſis vel hinc intelligere, eorum exactionum immunes fore prædici Judæos. Mirum eſt hoc intellectum non fuiſſe à LXX. Intt. qui habent ἐπισπουδαστής, nec *Aquila*, qui habebat λιμὸν, Meliùs *Hieronymus tributum*.

5. *Ver-*

Quomodo ceſſavit exactor & deſiit auri penſio? 5. Fregit Jehova fuſtem improborum & virgam dominantium. 6. Verberantem iracundè populos ictibus, qui vitari non poterant, dominantem in indignatione gentibus, non prohibuit quominùs inſectarentur *alii*. 7. Quievit *&* tranquilla fuit tota terra & lætas voces emiſit. 8. Etiam abietes propter te lætatæ ſunt, cedri Libani *exclamarunt*: ex quo jacuiſti, nemo ad nos adſcendit, qui nos cæderet. 9. Sepulcrum deorſum commotum eſt, propter te, ut

butorum, neque ea ampliùs ſolvimus? 5. Deus, ſcilicet, fregit auctoritatem publicanorum, neque eorum fuſtes ampliùs timemus. 6. Babylonios, qui malè habebant alios populos, qui viribus eos non æquabant, nequaquam protexit, ne ſimilia & ipſi paterentur. 7. Quievere quicumque inviti parebant antea eorum imperio, poſt excuſſum eorum jugum, ſummopere lætati ſunt vicini omnes populi. 8. Imo Abietes & Cedri Libani, quas magno numero cædebant in Libano, in uſum Babyloniorum ædificiorum, viſæ ſunt dicere; ex eo tempore, quo diruta eſt Babylon; neminem in montes Syriæ, ubi erant, veniſſe, ut ligna cæderet. 9. Ipſi mortui è ſepulcris egreſſi ſunt, quaſi

5. *Verberantem iracundè* &c.] *Verberantem populos in ira.* Quod faciebant Chaldæi, homines immites & imperioſi; ut ſatis, vel ex Daniele, liquet.

Ictibus, qui vitari non poterant] מכת בלתי סרה *macchath bilthi ſarah* percuſſione ſine receſſione; hoc eſt, quam recedendo nemo vitare poterat; una voce Græci ἀπαραιτήτῳ non ἀνιάτῳ ut habent LXX. Intt. ſeu *inſanabili* ut Vulgatus.

Non prohibuit quominùs inſectarentur alii] מרדף בלי חשך *murdaph bli bhaſchach*, verbo tenus, *factum inſectari non prohibuit.* Verbo חשך reguntur ſuperiores accuſativi, qui alioqui ſunt ſine regimine. LXX. Intt. ἣ οὐκ ἐφείσατο, Latinus: *perſequentem crudeliter.* Neutrum ſat commodè.

7. *Quievit & tranquilla fuit* &c.] Nempe, liberata ab imperio duro Nebuchadnetſaris & ejus ſucceſſorum Evilmaradochi, Neriglissoori, Laboſoarchodi, & Nabonnedi, ut eos vocat *Beroſus*, apud *Joſephum* Lib. I. contra Apionem.

Etiam abietes] Hæc, quibus rebus ſenſu deſtitutis, tribuuntur adfectus humani, adhibentur ad deſcribendam omnium incredibilem lætitiam; quòd Babyloniorum ſuperbia tandem dignas pœnas luiſſet, à Cyro domita. Notum eſt Poëtas idem facere ſolitos, ſive velint deſiderium, ſive luctum, aut gaudium inſolitum ſignificare. Sic *Virgilius* Ecl. I, 49.

—— Ipſæ te, Tityre, pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.

Ecl. V, 20.

Exſtinctum Nymphæ, crudeli funere, Daphnin
Flebant, vos coryli teſtes & flumina Nymphis.

& vers. 27.

Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum, montésque feri ſilvæque loquuntur.

& vers. 62.

Ipſi lætitiâ voces ad ſidera jactant
Intonſi montes, ipſæ jam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta.

Nec minùs elegantia ſunt Eſaïæ verba, nec minùs ſuaviter aures ferirent, ſi modulis adjuvarentur. Vide & Pſ. LXV, 14. LXIX, 35.

8. *Exclamarunt*] Supplendum hoc fuit, propter verba ſequentia. Vide ſimilem Ellipſin vers 16.

Nemo ad nos adſcendit &c,] Quia Babylonii Reges, dum Syria potiti ſunt, ſeu à tempore Nebukadnetſaris ad Nabonnedi regnum, magnam copiam abietum & cedrorum in Libano curarunt ſecari; ut laquearia, aliáque iis ficrent, in Babyloniis ædificiis. In Libano enim ſectæ trahebantur vi hominum & jumentorum, non ſine magno ſumtu, ad Euphratem, unde ſecundo flumine Babylonem usque deſcendebant. Exſtinctu illorum imperio nec Cyro Babylonem curante, nemo ejusmodi ſumtus ad eam ornandam facere voluit, aut potuit.

9. *Sepulcrum deorſum commotum eſt*] שאול *ſcheol.* Hic iterum Proſopopœia eſt, ſed quam vocarent Græci Rhetores ἐπικεκαλυμμένην. Sepulcrum ipſum, ſeu Crypta ſubterranea, in qua finguntur omnes Orientis Reges, in ſoliis ſedere, perpetuo ſomno, oppreſſi, niſi excitentur, veluti perſona inducitur, hoſpites ſuos excitans, ut obviam eant Babyloniorum Regis Umbræ illuc deſcendenti. *Euſebius* in locum, quaſi non ſenſiſſet figurata hæc eſſe, ita habet: φθάνας δὲ τοὺς ἐκεῖ πάντας ὁ ᾅδης, καὶ ἡ ἐφεστῶσα ταῖς τῶν τεθνηκότων ψυχαῖς δύναμις, ὥσπερ τὶς δεσμωτηρίου τυγχάνουσα φρουρός. *omnes autem qui ſunt illic prævertens Hades, & potentia, quæ præeſt animis mortuorum, ceu quædam carceris cuſtos* &c.

Ut tibi advenienti obviam iret] לקראת בואך *likrath boacha*, obviam adventûs tui.

Excitavit, tuâ cauſâ, mortuos] עורר לך רפאים *borer leha rphaim. Aquila & Theodotion* ἐξήγειρέ σοι ῥεφαΐμ, ſervatâ voce Hebraïcâ. LXX. συνηγέρθησάν σοι πάντες οἱ γίγαντες, & Vulgatus: *ſuſcitavit tibi Gigantes.* Res ipſa oſtendit ſignificari mortuos, hìc & multis aliis locis. Itaque à LXX. Intt. & Hieronymo γίγαντες abſurdè hìc memorantur, ut & γηγενεῖς Prov. IX, 18. Vide & infra XXVI, 14. 19.

Primores terræ] עתודי ארץ *bathoude arets* Propriè *capri*, vel *arietes*; qui cùm ſint duces gregis, *proceres* etiam, tralaticio ſignificatu, ſic vocantur, ut hìc, quod ſequentia verba oſtendunt.

Omnes gentium Reges] Quaſi locus eſſet ſubterraneus, in quo ſederent omnes proceres & Reges, in ſoliis. Ex ejuſcemodi deſcriptionibus figuratis mortuorum, nata eſt vulgi

Digitized by Google

ut tibi advenienti obviam iret. Excitavit, tui cauſâ, mortuos & omnes primores terræ, omnes gentium Reges juſſit ſurgere è ſoliis ſuis. 10. Omnes illi te adloquuti ſunt his verbis: etiámne tu confectus es morbo, ſicut nos, & nobis ſimilis factus es. 11. Demiſſáne eſt in ſepulcrum ſuperbia tua, *unà cum* ſonitu nabliorum tuorum, an tibi ſubſtrati ſunt vermes, & vermes te operuerunt? 12. Quomodo cecidiſti è cœlo, Lucifer Auroræ fili? Quomodo reciſus es & *dejectus* ad terram, *tu* qui Gentes debilitabas? 13. Tu dicebas, apud animum tuum: in cœlum adſcendam, ſupra aſtra Dei tollam ſolium.

quaſi tibi, ô Babylonica turba, obviam irent, atque alii alios propterea excitarent. 10. Qui jacebant in ſepulcris, ſurrexerunt ex inferna illa ſede, omnes Terrarum proceres obviam iverunt Babylonis, & Præfectus Inferorum excitavit pridem mortuos, qui exclamaverunt: tune etiam in eaſdem calamitates ac nos. Deſcendiſtine, ô ſuperba urbs, in ſepulcrum, unà cum nabliis tuis, quorum ſonus non ampliùs auditur, ut fieres eſca vermium? 12. Quomodo cecidiſti è cœlo in ſepulcrum, lucidiſſima ſtellarum & filia Auroræ? Quomodo ab aliis ſeparata delata es in tenebras ſepulcri. 13. Apud te, tacitus te ipſe conferebas cum Deo, quaſi futurus eſſes eo potentior, eoque

vulgi opinio, de ſitu Inferorum ſub terra, dum figurata oratio, propriæ inſtar, habetur. Non fuit hæc Eſaiæ mens, ut nec fortè antiquiſſimorum ſapientum, qui & apud alias Gentes ſic ſunt loquuti. Sat liquet Regibus mortuis non adſurgere, vel obviam ire alios Reges, aut potiùs aliorum antea defunctorum animos animis eorum, qui poſtea moriuntur. *Hieronymus* ad hunc locum: *hæc emphaticôs*, inquit, *legenda ſunt & ſcenæ modo, non quò tuta ſint ſed quòd fieri potuerint; niſi fortè animas Regum, quos interfecerat inſultantes Regi Babylonio occurriſſe credimus. Solatium enim malorum eſt, cùm inimicos viderint eadem ſuſtinere.* Sunt reverâ hæc inſtar ſcenæ Tragicæ, in quâ excitarentur mortui, ut dicerent quod poſſent dicere, ſi res ita haberet.

10. *Te adloquuti ſunt, his verbis*] *Reſponderunt* (ענו hanou) *& dixerunt tibi.* Sed ענו etiam dici de eo, qui prior loquitur, notum eſt.

Confectus eſt morbo] חלית *hhilletha*, ægrotaſti & mortuus es. Manifeſtò hîc ſpectatur cædes Nabonnedi, qui obtruncatus eſt à Perſis, ut habet *Xenophon*, loco ad Caput ſuperius adlato. In fragmento tamen *Beroſi*, apud *Joſephum*, Nabonnedus narratur Borſippam, in qua erat, Babylone captâ, tradidiſſe ſponte ſuâ Cyro, à quo in Carmaniam dimiſſus eſt, incolumis. Sed vellem haberemus ipſum *Beroſum*; neque enim *Joſepho*, per omnia, fidere licet. Adferuntur etiam ſimilia ex *A'ydeno*, quem etiam in noſtras manus perveniſſe vellem.

11. *Unà cum ſonitu*] Supplevimus *unà cum*, nam ſive cantores & muſici cum Rege fuerint occiſi, ſive tantùm conticuerint, perinde eſt. Utroque modo, periit ſonus inſtrumentorum Muſicorum.

Nabliorum] Vide de hoc inſtrumento notata à nobis ad 1. Sam. X, 5.

An tibi ſubſtrati ſunt &c.] *Sub te ſternetur vermis* (רמה rimmah) *& tegentes ſe vermis* תולעה tholehah; hoc eſt, an cadaver tuum, in ſuperioribus atque inferioribus partibus, abroditur à vermibus; quod fit in cadaveribus inſepultis, aut nequaquam more Ægyptiaco conditis, donec in merum ſceleton redacta ſint.

12. *Quomodo cecidiſti è cœlo*] Ad cœlum tolli potentia dicitur, quæ ſummopere augetur, & divinæ à plebe, atque adulatoribus æquatur; & vice verſà, è cœlo cadere, cùm minuitur, aut deſtruitur. Etiam Latini ſic loquuntur interdum. Vide notata à nobis ad Lucam X, 18. in Additamentis Hammondianis.

Lucifer, fili Auroræ] הילל בן שחר *helel ben ſchahhar*. LXX. Intt. ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων, ſic & *Hieronymus*: *Lucifer qui mane oriebaris.* הלל deduxerunt ab Hiphil החל hehel *lucem emiſit, illuſtravit*, quod nomen lucidiſſimo Planetarum optuiné convenit; qui videtur etiam deſcribi verbis *filius Auroræ*, quæ quàm proximè antecedit. Jam hoc nomen optimè etiam quadrat in potentiſſimum Regem Orientis. Chaldæus interpretatur *ſplendidum inter filios hominum, ſicut ſtellam ſplendentem inter ſtellas.* *Hieronymus* tamen ad hunc locum, ait *in Hebraïco, ut verbum exprimamus ad verbum legi*: quomodo decidiſti è cœlo? ulula, fili Diluculi; *quaſi* הילל deducendum ſit à ילל, ſitque imperativus *Hiphil*, ut reverâ eſſe poteſt. Sequuti tamen ſumus LXX. Intt. quod & fecerunt Judæi Ferrarienſes, in verſione Hiſpanica verbo tenus: *luzero hijo de mañana*, quia *filius Auroræ* meliùs conſentit cum *Luciferi* nomine, quàm cum ululatu.

Reciſus es & dejectus] Eſt tantum נגדעת *nigdabthah*, reciſus eſt; ſed quia ſequitur לארץ *laarets*, ad terram, ſupplendum fuit Latinè loquenti *dejectus es.* Senſus eſt perſpicuus: tu, quem potentia tua in cœlum, opinione hominum, ſuſtulerat, quomodo in terram dejectus es; hoc eſt, potentia illa tua, & hominum exiſtimatione excidiſti?

13. *In cœlum adſcendam* &c.] Hæc & ſequentia ſignificant augmentum potentiæ auctoritatis & gloriæ, quod ſibi in poſterum Babylonii Reges pollicebantur. Mirum eſt *Grotium* hæc intellexiſſe de terra Judæa, quæ *cœlum* dicatur, quòd Deo dicata eſſet; cùm nullum exemplum proferat. Locus enim Dan. VIII, 10. ubi *exercitus cœli* dicuntur Sacerdotes Judæi, nihil facit ad rem, nam *cœlum* hîc ſignificat idem ac in loquutione, qua ſtellæ ſic vocantur, non quaſi ſtellæ Judææ, ſed quæ in cœlo ſunt, veluti exercitus Dei. Mirum etiam eſt à magno viro hæc ita capi, ut ſuperiora, quaſi pertinerent ad *Sancheribum*, Aſſyriorum Regem, cùm ſint

 pars

ſolium meum & ſedebam in Monte conventûs, qui eſt ad latera ſeptemtrionalia. 14. Ad-
ſcendam ſuper excelſas nubes, & ſimilis ero Altiſſimo. 15. Attamen in ſepulcrum
demiſſus eſt, ad latera foveæ. 16. Qui te videbunt, *&* contemplabuntur, prudenter
ſe gerent *&* *dicent*: hiccine eſt vir, qui terram commovebat, & tremefaciebat regna;
17. *qui* orbem in ſolitudinem redegit, urbes ejus diruit, nec captivis ſuis *umquam* car-
cerem aperuit? 18. Omnes Reges Gentium honorificè jacuerunt, quiſque domi ſuæ.
19. Tu vero abjectus es è ſepulcro tuo, ut ſurculus exſecrandus, *ut* veſtis occiſo-
rum,

eóque invito poſſes ſedere in Monte Templi Jeroſolimitani, qui eſt ad ſeptemtrionem urbis. 14. Adſcendam, inquiebat, veluti ſupra nubes, rebus meis geſtis, & ſummis Diis æquabor. 15. Attamen in foveam demiſſus es, atque in latere ejus mortuus jaces. 16. Qui illic videbunt te, prudentiores fient, atque cadavere tuo conſpecto dicent: hiccine eſt, qui omnes ſibi ſubditos jactabat, & timorem omnibus injiciebat; 17. qui vicinos ſedibus ſuis migrare coegit, qui incolis regna ſpoliavit, omneſque terruit, nec captivis umquam carcerem aperuit. 18. Vidimus alios Reges honorificè in patriis monumentis, poſt mortem, jacentes. 19. Tu verò ejectus e ſepulcro, quo es indignus,

pars vaticinii in Babylonios, quibus Sancheribus non imperabat; ut liquet ex legatione Merodach-Baladanis ad Hezekiam 2. Reg. XX, 12.

Sedebo in monte conventûs] בהר מועד *behar mohed*, hoc eſt, in monte, in quem conveniebant Judæi, ad conventum habendum, coram Deo. Quibus ſignificatur ſuperbia Babyloniorum Regum, qui in perpetuum putabant ſe regnaturos in Judæa, atque in Monte Sacro veluti ſolium poſituros; nam *ſedere* eſt interdum regnare & jus dicere populis, ut Pſ. XXIX, 10. & Apoc. XVIII, 7. Soli nimirum, Reges, ſolio poſito, adſtantibus purpuratis, ſedere ſolebant.

Qui eſt ad latera ſeptemtrionalia] בירכתי צפון *bejarchethe tſaphon*. Vide Pſ. XLVII, 3. & notata.

14. *Super excelſas nubes*] *Super excelſa nubis*, על במותי עב *hal bamothe hab*. Hæc ſunt jactatio potentiæ ſe ſe Deo æquantis.

15. *Ad latera foveæ*] אל ירכתי בור *el jarchethe bor*. Videntur Babylone etiam, aut alibi in Oriente, fuiſſe ſepulcra, qualia erant in Ægypto; ubi effodiebantur putei, ad quorum latera cavabantur cryptæ, & quidem in dura rupe; in quibus cryptis, ad latera, cavata etiam erant *columbaria*, de quibus Vide *Raphaël. Fabrettum* Inſcript. C. I. & in quibus deponebantur thecæ mortuorum, non combuſtorum, ſed conditorum; nam crematorum erant tantùm urnæ, cum cineribus. In Ægypto multæ ejuſmodi *Catacombæ*, ut eas vocamus, à curioſis viſuntur, omniúmque ſpectatorum admirationem pariunt. Omnes qui Ægyptum deſcripſerunt, in itinerariis, tales memorant; ſed nemo curioſiùs inſpexit ac deſcripſit, quàm diligentiſſimus peregrinator *Paulus Lucaſius*; qui nuper plura Ægypti itineraria Gallico ſermone edidit, atque utramque Ægyptum, inferiorem & ſuperiorem, notiores multò fecit, quàm erant antea.

16. *Qui te videbunt* &c.] *Videntes te, contemplabuntur te, prudenter ſe gerent: hiccine* &c. Satis liquet ſupplendum *dicent*. Vide ad vers. 8.

Hiccine eſt vir &c.] Hæc nulli meliùs conveniunt quàm Nebucadnetſari, & ſucceſſoribus ejus, ad Cyrum; qui tamen eorum numero eximendus, quia imperium à Babyloniis ad Perſas tranſtulit. Sed poſtremò Babylonicorum Regum Nabonnedo exprobrantur etiam deceſſorum facta; quæ, quatenus potuit, imitatus eſt.

Terram commovebat &c.] Qui terras vicinas terrore implebat, quod fecit præſertim Nebucadnetſar, ſed & ejus ſucceſſores; qui, quoad ejus fieri potuit, ut diximus, ejus exemplum ſequuti ſunt.

17. *Orbem in ſolitudinem redegit*] Populóſque captivos abduxerat. Vide fragmenta Veterum, de ejus regno, à *Joan. Marshamo* collecta. Sed ad Judæam potiſſimùm reſpicere videtur Propheta, cujus incolas migrare coegit; nec, dum vixit, paſſus eſt in patrium ſolum redire, quod imitati etiam ſunt ejus ſucceſſores; ad Cyrum uſque, qui eos in patriam redire voluit.

18. *Honorificè jacuerunt*] *Omnes, aut quot quot ſunt decubuerunt in gloria*; hoc eſt, plerique funebri pompâ, ſollemnibúſque adhibitis cærimoniis, Majorum ſuorum ſepulcro illati ſunt.

19. *Abjectus es è ſepulcro tuo*] Superiora ſuadent hoc voluiſſe Eſaiam, cadaver ultimi Babyloniorum Regis ſepulcris Regum non fuiſſe illatum.

Ut ſurculus exſecrandus] כנצר נתעב *chenetſer nithhab*. LXX. Intt. ὡς νεκρὸς ἐβδελυγμένος. *Hieronymus: quaſi ſtirps inutilis*; qui ad hunc locum: *Pro eo quod*, inquit, *nos diximus: quaſi* ſtirps inutilis, *& in Hebræo legimus* CHANESER NETHAB, *Aquila interpretatus eſt:* quaſi ſanies polluta. NESER *autem propriè virgultum adpellatur, quod ad radices arborum naſcitur, & quaſi inutile ab agricolis amputatur; poſſumus id ipſum* ſaniem tabémque *intelligere. Aquila* uſus erat voce ἰχὼρ, quæ nihil habet adfine ſignificatui vocis נצר *netſer*. *Theodotion* ὡς βλαςὸς, quæ eſt propria vocis Hebraïcæ poteſtas. *Symmachus* ὡς ἔκτρωμα, quod videtur hîc ſignificari voce נצר tralaticio ſenſu ſumtâ; ut enim נצר *netſer*, ſurculus ad radices enatus ſæpe interit antequàm in ramum adoleſcat: ſic *fœtus abortivus* perit, antequàm maturitatem adeptus ſit. Dicitur hîc *abominandus*, eo quod pollutus haberetur; unde fiebat, ut ne ſepulcro quidem ſollemniùs inferretur, quod hîc ſignificari videtur. Quod & in ſeqq. innuunt LXX. Intt.

Ut veſtis occiſorum] Quæ etiam immunda con-

rum, qui confoſſi ſunt gladio, deſcenderunt, uſque ad Lapides foſſæ; & inſtar cadaveris conculcati. 20. Non conjungeris in ſepulcro cum illis, quia terram tuam perdidiſti, populumque tuum occidiſti. In perpetuum ſilebitur ſtirps improborum. 21. Parate cædem filiis ejus, propter iniquitatem patrum eorum: ne ſurgant, ne poſſideant terram, ne orbis ſuperficiem urbibus impleant. 22. Surgam contra eos, ait Jehova, *Deus* exercituum, atque Babylonis exſcindam nomen, ſuperſtites, filium & nepotem, ait Jehova. 23. Faciam, ut ſit poſſeſſio hericii, & paludes aquæ. Demergam eam in profundum lutum, *ut eam* perdam, ait Jehova *Deus* exercituum.

24. Ju-

indignus, qui jaceres cum Majoribus tuis, atque inſtar veſtis hominis gladio confoſſi, & ſepulti. 20. Nequaquam eum ejúſque incolas occidiſti. In æternum enim exſtinguetur memoria ſtirpis tuæ. 21. Ejus poſteros occidite, quia improbitatem majorum ſuorum imitati ſunt, néve eorum unquam memoria, quaſi bonorum, à vobis celebretur. Ne poſteri eorum feliciores iis ſint, quandoquidem eorum nequitiam imitati ſunt; nihil poſſideant, nedum ut urbibus à ſe conditis terram impleant. 22. Creator, qui etiam exercitibus præeſt, minatus, eſt ſe Babylonis nomen exſtincturum, deletâ eâ urbe. 23. Faciam, ut animantibus ſedes fiat, útque paludoſa uligine madeat, & luto abundet.

4. Deus

cenſebatur, cadaveri quippe detracta, & cruore reſperſa.

Qui confoſſi ſunt gladio] מטעני חרב *metohane hhereb*; quod participium hic intelligendum, ex Arabica & Chaldaïca vocis ſignificatione, de confoſſis.

Ad lapides foſſæ] אל אבני בור *el abne bor*; nempe, ad ſarcophagos in lateribus foſſæ collocatos, ut thecas mortuorum excipiant, de quibus antea diximus. Puto hoc Eſaïam velle, cadaveribus confoſſorum detractas veſtes pertuſas & cruentatas, nec cum cadaveribus, quæ abluebantur, eſſe columbariis illatas, ſed quaſi pollutas projectas. Quare cum his veſtibus confert cadaver inſepultum.

Et inſtar cadaveris conculcati] Inſepulti, LXX. Intt. hæc non ſunt interpretati, ſed pro iis habent: ὃν τρόπον ἱμάτιον αἵματι πεφυρμένον οὐκ ἔσται καθαρὸν, οὕτως οὐδέ σὺ ἔσῃ καθαρός, quæ ſunt gloſſa; quâ explicuerunt cur Rex Babyloniorum, cujus cadaver inſepultum relictum fuerat, collatum ſit cum veſte ſanguinolenta, quæ impura habetur.

Non conjungeris in ſepulcro &c.] Indignus judicaberis ſepulcro, cui alioqui cadavera Regum, juſtis perſolutis, inferri ſolent; quia ditionem tuam, ignaviâ & negligentia tuâ, Perſis prodidiſti, & populum cædi expoſuiſti. Nabonnedus enim, ſpreto exercitu Perſarum, non ſatis attendit eorum cœpta. Si enim ſpeculatores emiſiſſet, accepiſſétque, Cyrum in derivandis Euphratis aquis occupatum fuiſſe; facilè intellexiſſet ejus conſilium irritúmque feciſſet, ut apertè docet *Herodotus* Lib. I. c. 191. poſtquàm narravit ita exhauſtam fuiſſe Euphratis aquam, ut vix medium femur tranſeuntis militis madefaceret: οἱ μὲν νῦν προεπύθοντο ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι τὸ ἐκ τοῦ Κύρου ποιεύμενον, οὐδ᾽ ἂν περιιδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, διέφθειραν κάκιστα. κατακληΐσαντες γὰρ πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἐληλαμένας, ἔλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν κύρτῃ. νῦν δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου σφι παρέστησαν οἱ Πέρσαι. *Si nunc Babylonii priùs audiſſent, vel ſenſiſſent quod agebat Cyrus, neque contemſiſſent Perſarum ingreſſum in urbem, eos malè perdidiſſent; nam obſeratis omnibus, quæ ad flumen ferunt, portulis conſcenſiſque muris quæ, erant per labra fluvii ductæ, Perſas quaſi in naſſa cepiſſent; nunc verò ex inopinato adſuerunt.* Ea fortè de cauſa, Babylonii cadaver Regis ſepelire neglexerunt, cùm Cyrus poteſtatem iis feciſſet ſepeliendi mortuos, ut quidem habet *Xenophon*.

In perpetuum ſilebitur] *Non vocabitur in perpetuum ſemen improborum.* Hoc eſt, tandem peribit poſteritas improborum. Eſt veluti γνώμη, quâ Propheta ſignificat malorum Principum, non ſecus ac Regum Babyloniorum, poſteritatem prorſus exſtinctum iri.

21. *Parate cædem* &c.] הכינו לבניו מטבח בעון אבותם *hakinou lbanau mabtheabh baavon abotham*, parate filiis ejus cædem, in iniquitate patrum eorum; quam, nempe, non improbant. Vide hac de re *H. Grotius* de Jure B. & P. Lib. II. c. 21. §. XIV.

Videtur Propheta hîc adloqui Medos, aut Perſas. *Beroſus* quidem & *Abydenus*, apud *Joſephum* Libel. contra Apionem, volunt hunc Nabonnedum ultimum Regem Babylonis, Borſippæ obſeſſum à Cyro, urbem tradidiſſe, propter eáque comiter ab eo exceptum in Carmaniam incolumem dimiſſum. Sed cùm *Xenophon* diſertè occiſum dicat, in ſubita occupatione Babylonis, per copias Cyri, réſque cum hoc vaticinio conſentiat, credidimus potius *Xenophonti* quàm aliis, quorum fragmenta tantùm habemus, apud Veteres.

22. *Babylonis exſcindam nomen*] Non patiar ullum ſupereſſe, qui ſe Babylonium dicet. Quod poſtremò factum eſt, cùm Babylonii Seleuciam, ad Tigrin, migrarunt, & Seleucienſes dicti ſunt. Ante hæc tempora, non potuit dici Babylonis exſciſſum eſſe nomen.

Superſtites] שאר *ſchear*; quod non eſt confundendum cum שְׁאֵר *caro*, ut faciunt qui *conſanguineum*, aut *propinquum* vertunt; nam conſanguineus Hebræis dicitur *caro* propinqui. LXX. rectè κατάλειμμα, & Vulgatus *reliquiæ*. ſenſus eſt, neminem ſuperfuturum, qui ſe Babylonium dicat; cùm antea maximæ & ſplendidiſſimæ urbis cives ſolerent patriam ſuam jactare.

Filium aut nepotem] נין ונכד *venin vanecbed*. LXX. Intt. ſimpliciter σπέρμα, *Hieronymus*: *germen & progeniem*: Nihil vetabat propriè vertere. Vide Gen. XXI, 23. Job. XVIII.

23. *Hericii*] קפד *kippod*, de qua voce vide

24. Juravit Jehova, *Deus* exercituum, hiſce verbis: *ne vivam*, niſi, quemadmodum, cogitavi ſic fiat, & ut conſilium cepi, *res* ſic rata ſit, 25. me fracturum Aſſyrios, in terra mea, & in montibus meis me eos conculcaturum. Amovebitur à populis jugum

24. Deus exercituum in hanc formulam exſcidium Babylonis juravit, ne vivere credar, niſi conſilium meum de Babylone exſequar, & niſi exſequutioni mandetur, rèſque fiat. Faciam ut in ejus ſolo nihil ſit præter herinaceos, & uliginem, & lutum, ait Deus; à quo boni ac mali eventus, qui exercitibus contingunt, prorſus pendent. Juravit Jehova Deus exercituum id futurum, quod prædixerat. 25. Se fracturum vires Aſſyriorum, & conculcaturum in Palæſtinæ montibus; atque eo modo jugum ejus ab Iſraëlitis excuſſum iri;

26. Eadem-

de *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 90. ubi copioſè oſtendit eſſe *hericium* aut *hyſtricem.*

Paludes aquæ] Rem intelligere eſt è loco *Arriani* Lib. VII. c. 21. unde liquet magnam partem Babyloniæ in ſtagna, à Cyri tempore, converſam fuiſſe & paludoſam factam, ad ætatem usque Alexandri eo incommodo laboraſſe; cui remedium adlaturus fuiſſe videtur, ſi diutiùs vixiſſet; nec rem ampliùs ejus ſucceſſores curarunt. Ut altiùs rem repetam, docet nos *Herodotus*, Lib. I. c. 184. ante Semiramidem Reginam, Euphratem per campos Babylonicos reſtagnaſſe, ſed coërcitum fuiſſe, aggeribus ab ea conſtructis. Idem Cap. 185. narrat Nitocrin, quinque ætatibus juniorem, Reginam mutaſſe decurſum fluvii ob rationes, quæ nihil faciunt ad id quod nunc agitur, ripáſque ejus aggeribus maximis munuiſſe; qui conſtabant terrâ è ſtagno excavato egeſta; in quod ſtagnum, lapidibus cinctum, ſi opus eſſet, emitti aqua fluvii poterat. Cyrus verò cùm ſtratagema meditaretur, de quo diximus, derivavit, ut ait *Herodotus* c. 190. Euphratem in id ſtagnum, quâ derivatione vadoſus factus eſt; ſed ab eo tempore, quoties intumeſcebat Euphrates, toties inundabat Babylonios campos, delatus per alveum, qui poſtea *Pallacopas* dictus eſt, facilè enim ripas ſtagni ſuperabat. „ Pallacopas, ergo, ait *Arrianus*, quem brevitatis „ causâ Latinè tantùm proferam, ex Eu„ phrate alveus eſt perfoſſus, non ex fon„ tibus exoriens fluvius. Euphrates enim è „ montibus Armeniis defluens, hiberno tem„ pore, intra ripas labitur, cùm non abun„ det aquâ. Ineunte autem vere, multóque „ magis ſub ſolſtitium æſtivum, magnus in„ cedit, ripisque ſuperatis, in terram Aſſy„ riam irrumpit. Tunc enim nives in Ar„ meniis montibus liquatæ aquas ejus ſum„ mopere augent; atque in magnam altitu„ dinem elatus, univerſam circumjectam re„ gionem obruat, niſi ſi quis eum diducat „ per Pallacopam in lacum ac paludes expo„ neret; quæ quidem ab hoc alveo initio „ facto, usque ad regionem Arabiæ conti„ guam, & inde quidem in ſtagnoſa loca, „ ac tandem per multos ei occultos meatus „ in mare feruntur. Plura non exſcribam, nam ſatis hinc liquet, ſi negligerentur aggeres Euphratis, nec aqua derivaretur per Pallacopam in ſtagnum; neceſſe fuiſſe, partem Babyloniæ in ſtagna & paludes converti. Quod minatur hìc Propheta & re ipſâ factum eſt; cùm, propter infrequentiam incolarum, res non ampliùs curata.

Demergam eam &c.] וטאטאתיה במטאטא *titethiah bmateote.* LXX. Intt. θήσω αὐτὴν πηλοῦ βάραθρον εἰς ἀπώλειαν. Deduxerunt, nempe, à טיט *lutum*, aut ejusdem originis eſſe putarunt, ut ſi deriventur à טוט quod ſit perinde ac טאט, ut לט & לאט, aliaque ſimilia. ac ſane res adprimè loco convenit. Minatus eſt enim Deus, ſe converſurum Babyloniam in *ſtagnum aquæ*; non potuit autem reſtagnare Euphrates, per regionis plana, quia multas lutulentas voragines illic crearet, in molli præſertim ſolo. *Arrianus* loco laudato: ἰλυώδης τὰ ἐν ταύτῃ γῆ, καὶ πηλὸς ἡ πολλὴ αὐτῆς, οἷα δεχομένη τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ: *limoſa iis in partibus terra, & pleraque cænum, quippe quæ admittit aquam fluvii.* Propter eas rationes, ſequuti ſumus LXX. Intt. At *Hieronymus*: *ſcopabo eam in ſcopas terens*, quemadmodum Thalmudici etiam interpretati ſunt ex lingua, ut aiunt, Arabica; cùm rem ex Arabiſſa ſerva intellexiſſent. Non video tamen *Caſtellum*, aut Arabicæ Linguæ Lexicographos verbum ullum Arabicum adfine habere, quod verrere ſignificet. *Lud.* quidem *Cappellus* obſervat verbum טאטא *tataa*, apud Arabas, eſſe *inclinari humum versùs*, quod faciunt verrentes; ſed hoc nimis remotum eſt.

24. *Juravit Jehova* &c.] Novum eſt vaticinium, contra Aſſyrios, quódque citiùs multò quàm ſuperiùs, vivo quippe Eſaïâ, impletum. Jus jurandum autem adhibuit Deus, ut oſtenderet rem omnino futuram, nec eſſe has tantùm minas, quæ exſequutioni interdum non mandantur, ſed certas prædictiones.

25. *Me fracturum*] Hæc manifeſtè ad cladem Sennacheribi pertinent, cujus hiſtoria hiſce vaticiniis inſerta eſt Cap. XXXVI. & ſeqq.

A populis] *Ab illis*, ſed quia ſequitur מעל שכמו *ab humero ejus*, neceſſe fuit antecedere nomen, ad quod commodiùs referri poſſet.

Conſilium quod cepi] *Conſilium conſultatum* העצה היעוצה *habetſah hajjehoutſah*; hoc eſt, quod non mutabitur, ut quæ homines temerè decernunt, nullo adhibito priùs ſatis maturo conſilio, unde ſitut res mutetur. Non deliberat quidem Deus, neque conſulit cœleſtis aulæ proceres, de iis, quæ facturus eſt; ſed hic more humano, apud homines, loquitur. Vide ad. 1. Regum XXII, 19.

De tota terra &c.] De terris & gentibus vicinis.

28. *Anno*

jugum eorum, & onus ejus ab humeris. 26. Hoc eſt, conſilium, quod cepi, de tota terra; hæc eſt manus mea extenſa in omnes Gentes. 27. Cùm autem Jehova, *Deus* exercituum, conſilium ceperit, quis id irritum faciet? *cùm* manus ejus extenta fuerit, quis eam retrahet?

Vaticinium in Philiſthæos.

28. ANNO, quo mortuus eſt Rex Achazus, edita eſt hæc oratio: 29. Ne læteris, CAPUT,
tota Palæſthina, quòd fracta ſit virga ejus qui te percutiebat; nam è radice XIV.
ſerpentis egredietur regulus, & fructus ejus erit hydrus volans. 30. Paſcentur tenuium
primoge-

PARAPHRASIS.

26. Eadémque operâ Aſſyriorum tyrannidem in omnes Gentes fractum iri. 27. Cùmque hoc ſit Dei conſilium à nemine irritum faciendum. Quis enim manus ab eo exſertas impediet, ne faciant id quod ſtatuit?

28. Anno verò, quo Rex Achazus mortuus eſt, hoc vaticinium à Deo editum eſt: 29. Ne gaudeas tota Palæſtina, quòd fracta ſit virga, quâ flagellabaris, nam ſerpenti noxio ſuccedent alii non minùs nocentes, hoc eſt hoſtes æquè noxii atque formidoloſi. 30. Non tamen cibus deerit pauperibus, & dum nequiorum ſecura quiete fruuntur

COMMENTARIUS
In CAPUT XIV.

28. *Anno quo mortuus eſt*] Anno DCCXXVI. ante Chriſtianam Æram, regnante apud Aſſyrios Salman-eſero.

Edita eſt hæc oratio] היה המשא הזה *hajah hammeſcha hazzeh*, fuit hæc oratio; nimirum, à Propheta pronunciata.

29. *Ne læteris, tota Palæſtina*] אל תשמחי פלשת כלך *al thiſchmehhi Phleſcheth chullech*. Hoc eſt moneo te Palæſtina, quanta es, ne læteris, quia propterea res tuæ meliùs non habebunt.

Quod fracta ſit virga ejus &c.] Cladem paſſi erant Philiſthæi, regnante Huzzijâ, qui & Hazarja, ut habemus 2. Ephem. XXVI, 6. & ſeqq. Ei ſucceſſit Jothamus, qui ſucceſſorem habuit Achazum; cujus anno 3. Philiſthæi & Idumæi rebellarunt in Judæ Regem; & plures urbes planitiei & tractûs meridiani à Philiſthæis captæ ſunt; ut eſt 2. Ephem. XXVIII, 13. & ſeqq. nam acciſæ vires Achazi erant ab Iſraëlitis & Syris. Tredecim annis poſt has victorias Philiſthæorum, edita eſt hæc Prophetia, anno Achazi 16. & ultimo, quo cùm mortuus eſſet, credibile eſt Philiſthæos publicæ hilaritatis indicia edidiſſe; fortè quòd ſibi minùs timerent ab Hezekia Rege adoleſcente, quàm ab Achazo. In eam hilaritatem hîc invehitur Propheta.

E radice ſerpentis &c.] Proverbialis eſt formula, qua uſi videntur Hebræi in eos, qui inimico mortuo lætabantur, non reputantes poſſe fieri, ut quiſpiam ex ejus poſteris iis infenſior eſſet, & magis noceret, quàm fecerant ejus Majores; nam ſerpente vulgari nocentior eſt Regulus, & Regulo nocentior Hydrus, aut Cherſydrus volans, vel quia volat peſtem latiùs ſpargit. Translatione ab arboribus ſumtâ, *è radice ſerpentis* dicitur naſci ſerpens, ut *ſurculus*: quemadmodum vidimus antea *ſurculos* dici poſteros. Vide ad Cap. XI, 1. *ſurculus* verò hic eſt *Hezekias* pronepos *Huzzijæ*, à quo malè habiti fuerant Philiſthæi. Hezekias enim *concidit Philiſthæos, Gazam usque & fines, à turri, in qua erant milites præſidiarii, ad urbem usque munitam*, ut habemus 2, Reg. XVIII. 8.

Egredietur regulus] יצא צפע *jetſe tſephah*. Probavit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 9. צפע eſſe *regulum*, ubi etiam c. 10. hunc Eſaïæ locum pluribus expoſuit. Cave autem ita ceperis hunc locum, quaſi vellet Propheta re verâ ex alius ſpeciei ſerpentis ovo baſiliſcum; neque enim, ut norunt Phyſici, eo modo miſcentur ſpecies. Jam diximus hæc verba eſſe παροιμιώδη, ejusmodi autem verborum ſpectandus eſt potiſſimùm ſcopus, nec nimiùm urgenda ſingulorum poteſtas. Alibi diximus משלים *mſchalim* eſſe breves comparationes, qualis hæc eſt. Perinde enim eſt, ac ſi diceret Propheta: quod fieret, ſi quis, morſus à ſerpente non admodum noxio, incideret in regulum; aut ſi regulum fugiens offenderet Hydrum volantem: idem vobis continget, ô Philiſthæi, qui ægrè tuliſtis victorias ab Huzzia de vobis relatas; ſed multò graviores clades ab Hezekia patiemini. Vide & ad Cap. LIX, 9.

Fructus ejus] Hoc eſt, partus, aut ſœtus, ut *fructus uteri*.

Hydrus volans] שרף מעופף *ſcharaph mehopheph*. LXX. Intt. ὄφεις πετάμενοι, *Hieronymus: abſorbens volucrem*: incommodè. Sunt Hydri, aut Cherſydri volantes, quales quotannis in Ægyptum veniunt è Nubia, & quos niſi Ibes abſumerent, peſtiferos experirentur Ægytii. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. LIII. c. 13.

30. *Paſcentur tenuium primogeniti*] ורעו בכורי דלים *rehou bchore dallim*. Eximii, in ſuo gegenere, aliquando dicuntur primogeniti, ut Job. XVIII, 13. Hic verò *tenuium primogeniti* vocantur incolæ meridianorum Judææ finium, incurſionibus Philiſthæorum, Idumæorum, Madianitarum, aliorúmque Arabum expoſiti; iis præſertim temporibus, quibus

primogeniti & pauperes ſecurè requieſcent; at faciam, ut radix tua intereat fame, quæ reliquias tuas occidet. 31. Ulula, ô porta, exclama ô urbs; colliqueſcat tota Palæſthina; nam ab Aquilone venit fumus, nec ſolitarius erit, temporibus ei præſtitutis. 32. Quid dicent legati gentis? *Hoc*, *nempe*, Jehovam fundaſſe Sionem, atque in eo confidentes futuros pauperes populi ejus.

Prædi-

tur neceſſariis, ad vitam ſuſtentandam, adeóque videant ſobolem ſuam exſtingui. 31. Ululate & clamores tollite Urbes Palæſtinæ; nam ab Aquilone fumus urbium incenſarum tollitur, nec hoc ſolo malo, tempore præſtituto, premeris. 32. Quid verò dicent Prophetæ veſtri? Creatorem facturum ut pauperes & pii Jeroſolimitani? Nimirum, confugiendum ad Deum, qui in monte Sione Templum ſuum poſuit, cujus cauſâ poterunt boni, pauperes licet, confidenter Jeroſolimæ vivere, & neceſſariis tutò frui.

1. Oratio

bus regnum Judæ ab Iſraëlitis, ac Syris, tum etiam ab Aſſyriis premebatur. Ceterùm ורעו *rabou* ambiguum eſt, cùm ſignificare queat, *paſcent greges ſuos*, vel *ipſi paſcentur*, qui antea, paſtu deſtituti, ob vicinorum latrocinia, fuerant. Poſteriore ſenſu intellexerunt LXX. Intt. & Vulgatus, quorum priores habent βοσκηθήσονται πτωχοὶ δι' αὐτοῦ, alter verò *paſcentur primogeniti pauperum.*

Faciam ut radix tua intereat fame] Voce שרש *ſchoreſch* ſignificatur propriè *radix* plantæ, quæ cùm interit, tota planta moriatur neceſſe eſt. Ergo cùm dixit Deus facturum ſe, ut fame *radix* Philiſthæorum prorſus interiret, perinde eſt, ac ſi diceret, ſe penitus eam gentem exſtirpaturum. Quod cœpit facere *Hezekias*, deinde abſolverunt varia Philiſthæorum adverſa, fames &c.

Quæ reliquias tuas occidet] *Et reſiduum tuum occidet*; nempe, fames. At Vulgatus ad Deum refert, cùm habeat *interficiam*, licèt ſit יהרג *occidet.* Meliùs LXX. ἀνελεῖ, ſed viciſſim rectè antea Vulgatus: *interire faciam* המתי *hamathi*, malè verò Græci ἀπολῶ. Quæ, ut & ſimilia, notanda ſunt, ut meminerimus, quàm parum Grammaticæ obſervantes fuerint.

31. *O porta — ô urbs*] Sat notum eſt שער *ſchabar*, portam ſumi pro *urbe.* Itaque perinde eſt, ac ſi repetitum fuiſſet nomen עיר *hir*, urbs. Rectè *Hieronymus* habet: *ulula porta, clama civitas.*

Colliqueſcat tota Palæſthina] נמוג פלשת כלך *namog Phleſcheth chullech* Videtur ſubaudiendum תהי *thebi* & legendum נמוגה *nmogab*, liquefacta. LXX. Intt. qui habent πόλεις addunt τεταραγμέναι, incommodè. *Hieronymus: proſtrata eſt*, non ſatis aptè. Sed legiſſe videntur נמוגה quomodo legendum eſt, ſive referatur ad *urbem* עיר, ſive ad Palæſthinam פלשת, quia utraque vox eſt fœminini generis. Notum eſt מג *moug*, eſſe propriè *ſolvi*, *liqueſcere*, & metaphoricâ notione, pro eo quod eſt viribus deſtitui præ timore.

Ab Aquilone fumus venit] *Fumus* hîc ſumi videtur pro ira, ut Pſ. XVIII, 9. & 2. Sam. XXII, 9. ubi conjunguntur: *adſcendit fumus in ira.* Vates Hezekiam iratum ab Aquilone venientem in Philiſthæos, nam Jeroſolima eſt aquilonaris pleræque Philiſthæorum terræ, deſcribit.

Nec ſolitarius erit] Poteſt res intelligi de Hezekiæ exercitu, aut futurum erat, ut Rex Judæ ſolus non eſſet; aut, ſi mavis, de aliis Philiſthæorum hoſtibus, aliunde eorum agros invadentibus. Utrum aptius ſit poſſet nos uberior hiſtoria docere; verùm nullam habemus.

32. *Quid dicent*] Aut *quid reſpondebunt* מה יענה *mah jahaneh*, quid reſpondebit, nempe, quiſque legatorum.

Legati gentis] מלאכי גוי *malache goi* LXX. Intt. βασιλεῖς ἐθνῶν, quaſi legiſſent מלכי *malche*, à מלך *melech*, rex. *Aquila* & *Theodotion*, βασιλεῦσι ἔθνους. *Symmachus* ἀγγέλοις, & Vulgatus: *nunciis.* Crediderunt ל excidiſſe, aut ſubaudiendum eſſe.

Hoc, *nempe*] Quæ verba ſupplevimus, quia videntur ſequentia eſſe reſponſum, quod fieri oportebat legatis Philiſthææ gentis; aut quod iis à Judæis dicendum erat, quærentibus quâ fiduciâ bellum ſibi inferretur; nempe, rem ſuſceptam fuiſſe à fretis Deo Iſraëlis; quamvis opibus tunc temporis non abundarent, quas profuderat Achazus, in conciliandа ſibi Aſſyriorum Regis gratia.

Prædi-

Prædicuntur calamitates Moabitarum.

1. ORATIO in Moabitas. Cùm noctu vaſtata eſt Har Moabi; ut cùm de nocte direpta eſt Kir, Moabus ſiluit. 2. *Sed* adſcendet in Ædem *Dei ſui* & Dibonem in edita loca, ut Nebuntem lacrimis proſequatur, & propter Medebam Moabus ululabit. In omnibus capitibus erit calvitium, & omnis barba radetur. 3. In ejus viis accincti erunt *homines* ſacco, in tectis ſuis, inque foris tota ululabit, *atque* in lacrimas ſolve- CAPUT XV.

PARAPHRASIS.

1. ORatio in Moabitas, Iſraëlis vicinos. Cùm noctu ab hoſtibus capientur urbes & Har, & Kir Moabitarum urbes, vix mutire audebunt; ne ſe hoſtibus prodant, aut ne eorum iram in ſe augeant. 2. Confugient in Ædes Deorum ſuorum, cladéſque Dibonitarum, & Nebuntinorum & Medabæorum deflebunt. Erit apud eos publicus luctus, quo omnes & capillos & barbam deponent. 3. In viis publicis nemo occurret niſi capillis & barba tonſus, ac ſacco veſtis loco accinctus. Audientur undequaque ululatus, nec ullus

COMMENTARIUS
In CAPUT XV.

1. O*Ratio in Moabitas*] משא מואב *maſchah Moab*, pro על מואב *hal Moab*.

Cùm noctu &c.] Si exſtaret hiſtoria Moabitidis eorum temporum, poſſemus dicere quò hæc reſpiciant; at cùm nos prorſus deficiat, omnia ſint obſcura neceſſe eſt. *H. Grotius* putabat, quæ Propheta Moabitis minatur, contigiſſe Salman-eſeri operâ; at multò malim ea differre ad ætatem Nebuchadneſſaris, quandoquidem eadem Moabitis prænunciat Jeremias & ſæpe iiſdem ferè verbis, Vaticiniorum ſuorum C. XLVIII. quod cum hoc conferatur. Contigerunt autem aliquamdiu poſt exſcidium Jeroſolimæ, ut ad Jeremiam oſtendemus.

Har] ער *har*. Urbs nota Moabitidis ad Arnonem fluvium, quæ videtur poſteà à Macedonibus dicta Ἀρεόπολις, quaſi ער *har* idem fuiſſet ac Ἄρης. *Euſebius* in locis: Ἀρ τόπος τοῦ Ἀρνωνᾶ, παρὰ δὲ τοῖς ό Νὴρ ὀνομάζεται: *Hieronymo* interprete: *AR, locus vel oppidum Arnonis, quod à LXX. per extenſam vocalem* ἢρ *dicitur.* Ejus meminere etiam in *Arnon* & in *Moab*, ſub nomine Ἀρεοπόλεως. Poſteriore loco confundunt eam cum Rabbath-Moab; quo nomine ſignificabatur maxima urbs ac Metropolis Moabitidis. *Aquila* & *Symmachus* habent hìc πόλις quaſi legiſſent עיר *hir*, *Theodotion* & Vulg. Ἀρ.

Conticuit] נדמה *nidmah*, quod adfine eſt verbo דום *ſilere*, quieſcere. LXX. Intt. ἀπολεῖται, quæ eſt interdum ſignificatio verbi דמה. Vulgatus *conticuit*. Videtur reverâ opponi ſilentium ejulatui vers. 2.

Kir] קיר quod LXX. Intt. τὸ τεῖχος, & Latinus: *murus*. Videtur tamen aliis Intt. eſſe proprium nomen, ut ſit eadem urbs, quæ Kircheres dicitur Jerem. XLVIII, 31.

2. *Dei ſui*] Hoc ſupplevimus, quaſi integra loquutio fuiſſet בית אלהיו *beth elohau* quia בית *bajith* non eſt nomen loci, & quæ ſequuntur ſuadent agi de loco Deo conſecrato.

Dibonem] דיבן *Dibon*, de qua *Euſebius*, poſt cognominem urbem memoratam quæ fuit una ex Iſraëlis ſtationibus in deſerto: ἔστι δὲ ἄλλη καὶ ἔτι κώμη παμμεγέθης παρὰ τὸν Ἀρνωνᾶν, ἡ τοπαλαιὸν ἦσαν τῶν υἱῶν Μωὰβ καὶ μετὰ ταῦτα Σηὼν τοῦ Ἀμοῤῥαίου· οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπέλαβον καὶ γέγονε φυλῆς Γάδ. μέμνηται δὲ αὐτῆς Ἡσαΐας ἐν ὁράσει τῇ κατὰ τῆς Μωαβίτιδος, καὶ Ἱερεμίας: *Hieronymo* Interprete: *eſt & alia Dibon villa pergrandis, juxta Arnonem, quæ cum priùs fuiſſet filiorum Moab, & poſtea Sion, Rex Amorrhæorum, jure belli, tenuiſſet, à filiis Iſraël capta atque poſſeſſa in partem venit filiorum Gad. Meminit hujus Hieremias, & Iſaïas in viſione contra Moab.* Iterum incidit in manus Moabitarum, cùm decem Tribus in captivitatem abductæ ſunt. Quod de multis urbibus, quarum hìc mentio fit, dicendum.

Ut Nebuntem &c.] *Ad fletum ſuper Nebo. Euſebius*: Ναβὼ, πόλις υἱῶν Ῥουβὶν ἐν χώρᾳ Χαναὰν, ἧς καὶ Ἡσαΐας μέμνηται ἐν ὁράσει κατὰ τὴν Μωαβίτιδος καὶ Ἱερεμίας, *Hieronymo* interprete: *Nabo, civitas filiorum Ruben, in regione Galaad* (meliùs quàm Chanaan) *cujus meminit Iſaïas, in viſione contra Moab & Hieremias.* Cap. XLVIII. 1. & 22.

Medebam] *Euſebius*: Μηδαβὰ, πόλις ἡ μέχρι νῦν ἐστι τῆς Ἀραβίας, Μηδαβὰ εἰς ἔτι νῦν καλουμένη πλησίον Ἐσεβών. *Hieronymus*: *Medaba usque hodie urbs Arabiæ, antiquum nomen obtinens, juxta Eſebon.*

Calvitium] Non ex morbo, ſed ex tonſura. Indicium fuit luctûs. Vide Jerem. XLVIII. 17.

3. *In lacrimas ſolvetur*] יורד בבכי *jored babbechi*, deſcendens in fletu, quaſi reſolveretur in lacrimas, ſeu ita liqueſieret, ut lacrimis ſuis abſumeretur. Legendum videtur יורדה *joredah*, participio fœminino, nam ejusdem generis ſunt antecedentia ſuffixa. Miſcentur tamen hìc paſſim genera, quia nunc ratio habetur *urbis*, nunc verò *hominum*, in uno eodémque commate.

4. *Chesbon*] חשבון *hheſchbon*. *Euſebius*: Ἐσεβὼν, πόλις Σηὼν τοῦ Ἀμοῤῥαίου ἐν γῇ Γαλαὰδ, ἣν ἔλαβεν ἐκπολεμήσας τὸν βασιλέα Μωάβ. μέμνηται αὐτῆς Ἡσαΐας ἐν ὁράσει κατὰ τῆς Μωαβίτιδος. καλεῖται νῦν Ἐσβοῦς ἐπίσημος πόλις τῆς Ἀραβίας ἐν ὄρεσι τοῖς ἀντικρὺ τῆς Ἱεριχοῦς, κειμένη ὡς ἀπὸ σημείων κ΄. τοῦ Ἰορδάνου. *Hieronymus* habet: *Eſebon, urbs Sion*

L 2 *Regis*

ſolvetur. 4. Elhale, vóxque earum audietur Jahatſam usque, idcóque armati Moabi vociferabuntur; anima ejus malè habebit.

5. Cor

ullus erit, qui non ejulat. 4. Clamores Chesbonitarum atque Elhalenſium audientur. Jahatſum usque Moabi etiam armati vociferabuntur, quamvis milites non ita facilè aliorum morte ereptorum moveri ſoleant, propter mala, quibus opprimentur.

5. Quin

Regis Amorrhæorum, in terra Galaad, quæ, cùm fuiſſet antè Moabitarum, ab Amorrhæis, jure belli poſſeſſa eſt. Meminit hujus Hieremias, Eſaïas quoque, in viſione contra Moab. Porrò nunc vocatur Esbus; urbs inſignis Arabiæ, in montibus, qui ſunt contra Hiericho, viginti à Jordane millibus diſtans.

Elhale] Iidem: Ἐλεάλη, πόλις ἐν τῇ Γαλαὰδ τῶν Ἀμορραίων, ἣ γέγονε φυλῆς Ῥουβὶν, ἧς μέμνηται Ἡσαΐας ἐν ὁράσει κατὰ τῆς Μωαβίτιδος. κεῖται καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ καὶ σώζεται εἰς ἔτι νῦν κώμη μεγίστη, ἡ πλείω σημείου ἑνὸς ἀπέχουσα τῆς Ἐσβοῦς: *Eleale, civitas Amorrhæorum in Galaad, quæ cecidit in ſortem tribus Ruben. Meminit hujus & Eſaias, in viſione contra Moab & Hieremias. Sed & uſque hodie villa grandis oſtenditur in primo ab Esbus milliario.*

Jahatſam uſque] Iidem: Ἰεσσὰ, ἔνθα Σηὼν βασιλεὺς τῶν Ἀμορραίων ἐπολεμεῖτο. μέμνηται καὶ αὐτῆς Ἡσαΐας ἐν ὁράσει κατὰ τῆς Μωαβίτιδος. κεῖται καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ, καὶ δείκνυται νῦν μεταξὺ Μηδαβὰμ καὶ Δηβοῦς: *ubi adverſus Seon, Amorrhæorum Regem, dimicatur. Meminit hujus Eſaias, in viſione contrà Moab, ſed & Hieremias, & uſque hodie oſtenditur inter Medabam & Deblathaim.* At Hieronymus ad hunc locum: *Urbs Jaza mortuo mari imminet, ubi eſt terminus provinciæ Moabitarum.* Quod diſſentit à ſuperioribus & à veritate, ut opinor, nam יהץ Jahatſam fuiſſe in finibus regni Sichonis, ad Arnonem torrentem, colligere poſſumus ex Num. XXI. 23. Meliùs *Grotius* ad extremos usque fines, ad ortum, nempe, ubi Jahtſa, interpretatur. Neſcio tamen an verè conjiciat *Zizam* hanc dictam *Ptolemæa*, ſitus enim non ſatis conſentit. *Medaba* & *Dibon* eodem in tractu fuere, non ad mare mortuum. Bethlemitico Aſcetæ per omnia fidere tutum non eſt; nec ſcio an rectè mutarit Δηβοῦς in *Diblathaim*, de quo Jerem. XLVIII. 22. Minùs diſtat *Debus* à voce *Dibon*.

Armati Moabi] חלוצי מואב *hhalouſe Moab.* Propriè ſic dicuntur *expediti*, nempe, milites. Vide Num, XXXII, 21, 27. LXX. Intt. ἡ ὀσφὺς & vox quidem Hebraïca *lumbos* etiam ſignificat, ſed loco non convenit. *Hieronymus* meliùs *expedit*. Sic *Aquila* ἔξαμοι & *Symmachus* εὔζωνοι.

5. *Cor meum* &c.] Hoc eſt, ex animo exclamabo. Vide Jerem. XLVIII, 31.

Profugi ejus Tſoharem uſque] בריחה עד צער *bribheab bad Tſohar.* Verba obſcuriſſima, ut & ſequentia. LXX. Intt. ἡ καρδία τῆς Μωαβίτιδος βοᾷ ἐν αὐτῇ ἕως Σηγὼρ, quaſi pro בריחה legiſſent tantùm בה *bah*, in ea. Vulgatus: *vectes ejus uſque ad Segor*, & certum eſt voce בריחים *bribhim*, vectes tranſverſarios ſignificari. Sed quid hoc ad rem? Sequutus ſum eorum ſententiam, qui interpretantur *profugos* à verbi ברח poteſtate, quà *fugere* ſignificat, ut deſignentur profugi, qui ex interiore Moabitide lacum Aſphaltiten versùs fugerent, quaſi illinc in Judæa perfugium quæſituri, ut in ejus ſolitudinibus laterent. Hæc enim omnia, poſt captam Jeroſolimam & abductum in Babyloniam populum Judæ futura erant, quod magis ac magis è ſequentibus liquebit.

Sunt inſtar juvencæ triennis] עגלת שלישיה *beglath ſchliſchijah* LXX. Intt. δάμαλις γάρ ἐστι τριετής, ſed Jerem. XLVIII. 34 ἀγγελίαν σαλισία, quaſi eſſet nomen proprium. Vulgatus: *vitula conternans.* Aut legerunt עגלה *beglah*, in ſtatu abſoluto, aut conſtructum pro abſoluto eſſe putarunt, quod minùs veriſimile. R. *Salomo Jarchi* cenſuit, ſubaudiendum ילדה *jeldah*, genita, ut intelligatur *juvenca tertio partu matris nata*, quam vult eſſe robuſtiorem; ſed cùm res ſit incerta, oporteret etiam vocem legi in ſtatu abſoluto. Eorum ſententiæ accedimus, qui putant, *juvencam trimam* ſignificari. Sed quò referetur *juvenca triennis*? LXX. Intt. referre videntur ad Moabitidem. *Hieronymus* verò ad Tſoharem, ex traditione Hebræorum, quam ſic refert ad Gen. XIX. in Quæſtionibus Hebraïcis. *Quæritur*, inquit, *quare cùm primùm fugæ montis Segor prætulerit* (Lotus) *& eam in habitaculum ſuum voluerit liberari; nunc de Segar rurſum ad montem migret? Reſpondebimus veram eſſe Hebræorum conjecturam de Segar, quòd frequenter terræ motu ſubruta*, Salila *adpellata ſit, timueritque Lot dicens: ſi cùm ceteræ adhuc urbes ſtarent, iſta ſæpe ſubverſa eſt, quantò magis nunc, in communi ruina, non poterit liberari?* Mera ſunt iſta commenta Judæorum, qui ut locum Scripturæ interpretentur, fabulam, ſi opus ſit, fingunt. Reverà profugi Moabitarum dicuntur *vitula triennis*, hoc eſt, inſtar vitulæ trimæ; nam paſſim ſupplendum כ comparationis ut omnes norunt. Hoc quidem admittit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 41. ſed vult ſic verba connecti: *Cor meum clamat* (id eſt *ego clamo*) *ſunt vitula triennis.* Tum adfert, ut *vocem ſuſtulerunt à Tſohare ad Choronajimos, inſtar vitulæ triennis.* Sed hæc ipſa oſtendunt referri poſtrema verba oportere ad Moabitas, qui hìc deſcribuntur mugientes inſtar vitulæ trimæ, quæ tum eſt robuſtiſſima & vehementiſſimè mugit; nam in eo pecudum genere βαρύτερον φθέγγονται αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων, ut ait *Ariſtoteles*. Vide *Bochartum* loco indicato.

Non clivum Luchithi &c.] *Nam adſcenſus Luchith adſcendet in eo, nam* (in) *via Choronajim clamorem fractionis excitabunt.* De clivo Luchithi, ſic *Euſebius*: Λουείθ, μεταξὺ Ἀρεοπόλεως καὶ Ζοόρων, κώμη νῦν καλουμένη Λουιθ. Hieronymus: *Luith, hujus meminit Eſaias, & eſt uſque hodie vicus inter Areopolim & Zoaram, nomine Luitho.* Zoara, ſeu Segor fuit

ad

5. Cor meum propter Moabum clamabit, profugi ejus Tſoharem usque *ſunt inſtar* juvencæ triennis, nam clivum Luchithi flentes adſcendent, & in via Choronajimorum clamorem cladis excitabunt. 6. Aquæ Nimrimorum deſolatæ erunt, quia aruerit fœnum, deeritque tenuis herba, nullus erit viror. 7. Propterea reliquum *nihil* faciet *hoſtis* & de-

5. Quin & ego, propter Moabitarum calamitates, ex animo ejulatum edam, cùm eos Tſoharum fugere videbo, inſtar juvencæ triennis boantis, nam flentes clivum Luchiti clivum adſcendent, & in via Choronajimorum ejulatibus ſuis calamitatem ſuam teſtabuntur. 6. Aquæ Nimrimorum deficient, areſcetque fœnum, & omnes tenuiores plantæ aruerunt, nec ullus viror in terra erit. 7. Itaque hoſtis fines Moabitarum ingreſſus nihil reliqui faciet, omniaque in Babyloniam auferet, etiam

ad orientalem ripam lacûs Aſphaltitæ, ut oſtendimus in Diſſertatione *de ſtatua Salina*, T. V.

Et in via Choronajimorum] כי דרך חרנים *chi derech Choronajim*, perinde eſt ac ſi ſcriptum eſſet ובדרך *oubderech*, non enim ratio redditur proximè ſuperiorum, ſed comparationis Moabitarum ejulantium cum vitula mugiente.

Clamorem cladis excitarunt] זעקת שבר יעערו *zahakath ſcheber jehoherou*. LXX. Intt. βοὴ σύντριμμα καὶ σεισμὸς non ſatis aptè. *Aquila* meliùs κραυγὴν συντρίμματος (pro quo perperam συντριμμὸν laudatur) ἐξεγεροῦσιν; habet enim Latinus *clamorem contritionis levabunt*: hoc eſt, excitabunt ubique clamores quibus acceptam à Babyloniis cladem lugebunt. יעערו alii putant eſſe pro יעורו *jehorerou* quomodo à עור *hour* formatur Futurum *Piel*. Conjiciunt & ירועעו *jerohahou* à רוע, repetita radicali, ut Eſaïæ c. XVI, 10. Prius malim, ut ſit Librarii mendum pro יעוררו *jehorerou*. שבר *ſcheber*, quod eſt propriè *fractio* non rarò *cladem* ſignificat, quâ animi & vires franguntur, ut Hamos. VI. 6.

6. *Aquæ Nimrimorum*] מי נמרים *me Nimrim*. *Euſebius*: Νεμηρὶμ Ἡσαΐας ἐν τῇ ὁράσει κατὰ τῆς Μωαβίτιδος, καὶ Ἱερεμίας. καὶ νῦν ἐστι κώμη Βενναμαρὶμ ἐν βορείοις Ζοάρων. Hieronymus: *Nemrim, cujus meminit Iſaïas, in viſione contra Moab, & Hieremias. Nunc autem eſt vicus nomine Benamerium, ad ſeptentrionalem plagam Zoaræ.* Crediderim legendum in *Euſebio* Μηναμηρὶμ, & Latinè *Menamerim*, frequenter enim μ & β in MSS, ita ſimilia ſunt, ut diſtingui vix poſſint.

Deſolatæ erunt] משמות יהיו *meſchammoth jihjou*, deſolationes, vel ſolitudines erunt. Deferentur propter aquæ, ac proinde pabuli penuriam, cùm utroque abundare ſolerent. Quæ calamitas à cœlo augebitur, direptionibus hoſtium.

7. *Reliquum nihil faciam*] יתרה עשה *jitbrah haſchah*. Supplevimus לא *lo*, non & איב *ojeb*, hoſtis, quæ neceſſaria ſunt ad ſenſum conſtituendum. Deſertâ ab incolis urbe, hoſtes omnia auferent. LXX. Intt. μὴ καὶ οὕτως μέλλει σωθῆναι: ſine ſenſu, & nullâ ratione habitâ verborum Hebraïcorum. *Hieronymus* nihilo meliùs: *ſecundùm magnitudinem operis*.

Depoſitum ejus] פקדתם *phekudatham*, depoſitum eorum; nempe, incolarum urbis. Uſi ſumus ſingulari, perſpicuitatis causâ, ut & in poſtrema voce; ſed Hebræi paſſim numeros miſcent. Oppidani fortè pecunias ſuas terræ commiſſuri erant, quas, latebris inventis, avecturi erant Babylonii. Latinus: *& viſitatio eorum*.

Ad vallem ſalicum deferet] על נחל הערבים ישאום *hal nahhal haharabim jiſſchaoum* LXX. Intt. ἐπάξω γὰρ ἐπὶ τὴν φάραγγα Ἄραβας, καὶ λήψονται αὐτήν. *Torrentem ſalicum*, habet *Hieronymus*, & in Commentario ad hunc locum: *pro ſalicibus in Hebræo legimus*, inquit, ARABIM, *quod poteſt & Arabes intelligi, & legi ORBIM, id eſt, villa in finibus eorum ſita; cujus à pleriſque accolæ in monte Oreb Eliæ præbuiſſe alimenta dicuntur; quod nomen, propter ambiguitatem, transfertur & in* corvos, *atque* occidentem *locáque* campeſtria. *Eſt autem ſenſus: juxta morbi magnitudinem, erit viſitatio. Viſitationem hîc non pro remedio, ſed pro plaga accipe* —— *Torrentem ſalicum Babyloniæ accipe flumina, de quibus David*: in ſalicibus in medio ejus ſuspendimus organa noſtra, *ſive vallem Arabiæ*, per *quam pergitur ad Aſſyrios*. Locus Pſ. CXXXVII, 2. reverà huc facit & *vallis ſalicum* aptè dicitur Babylonia; quæ, Euphratis pluribus alveis ſecta, aptiſſima erat ejusmodi arboribus alendis. Hinc etiam ſatis liquet agi de cladibus, quas Nebucadnezar Moabitis illaturus erat. Ceteroqui nomen *Arabum*, aut *Orbitorum* quod memoratur in Hiſtoria Eliæ 1. Reg. XVII, 4. nihil ad rem facit; nam ad eos, quicumque ſint, non ſunt ablatæ Moabitarum opes. Fuit quidem mons חרב *bhoreb* in Arabia, ſed nihil facit ad ערבים *Harbim*, nec Elias latuit ad ullum ejus nominis montem, ſed ad torrentem Cherith

8. *Eglajimos uſque*] אגלים *Eglajim*, de qua urbe ſic *Euſebius*: Ἀγαλλείμ, καὶ νῦν ἐστιν Αἰγαλλεὶμ κώμη πρὸς νότον Ἀρεοπόλεως, διεστῶσα σημείοις η΄. *Agallim, hujus meminit Eſaïas, in viſione contra Moab. Eſt autem Agallim vicus ad auſtralem partem Areopoleos, diſtans ab ea millibus octo.* Convenit ſitus.

Beer-Elimos] באר אלים *beer-elim*. Videtur eſſe puteus, aut locus ſitus ad puteum, de quo Num. XXI, 16,17, אלים hîc dicuntur, qui illic שרים *principes*, quæ eſt etiam ſignificatio non infrequens vocis אלים Vide Pſ. XXIX, 1. Locus is fuit ad ſeptentrionem Areopoleos.

9. *Aquæ Dimonis*] מי רימון *me Dimon* LXX. Intt. τὸ ὕδωρ τὸ Δειμών. Sed Latinus *Dibon*. *Euſebius* & *Hieronymus* in locis vocant etiam Διβὼν aut Δηβὼν, mendosè, quia in MSS. β & μ ſæpe miſcentur. Fuit, tempore *Euſebii*, κώμη παμμεγέθης παρὰ τὸν Ἀρνωνᾶν *villa prægandis ad Arnonem*.

Replebuntur ſanguine] מלאו דם *maleou dam* Putat *Grotius* alludi ad vocem רימון *dimon* ſed obſtat interpoſitum י quod oſtendit deducendam vocem à דום *doum*, non à דם *dam*. *Hieronymus*

depoſitum ejus ad vallem ſalicum deferet. [8]. Circumivit clamor ad fines Moabi, ululatus ejus eſt Eglajimos usque, & Beer-Elimos. [9]. Aquæ Dimonis replebuntur ſanguine; imponam enim, *quaſi malorum* acceſſiones, elapſis Moabi, & reliquiis terræ leones.

CAPUT XVI.

[1]. MIttite agnum dominatori terræ, è Petra Deſerti, ad montem filiæ Sionis. [2]. Inſtar avis vagæ, nido emiſſæ, erunt filiæ Moabi, *ad* vada Arnonis. [3]. Advocato

etiam apud eum depoſita. 8. Clamores audiuntur, usque ad ultimos Moabitidis fines, Eglajmos usque, & Beerelimos. 9. Aquæ Dimonis ſanguine adcolarum rubebunt; accedent enim nova mala, à leonibus, qui magno numero ex Arabia deſerta in Moabitidem venient & reliquos Moabitas deglutient.

PARAPHRASIS.

MIttite, ô Moabitæ, è Petra Deſerti Jeroſolimam ad Dominum eorum eumdemque Regem Judæorum. 2. Moaditides puellæ ad vada Arnonis, inſtar avium territarum, fugient. 3. Advo-

ronymus ad hunc locum aliter ſentit de nominibus *Dibon* & *Dimon*: *Ne quis Scriptoris vitium putet*, inquit, *& errorem emendare dum vult faciat; una urbs & per M & per B ſcribitur. E quibus Dimon* ſilentium *interpretantur*, *Dibon* fluens. *Iudito utroque nomine*, *propter latices*, *qui* taciti *fluant*, *uſque hodie indifferenter &* Dimon *&* Dibon, *hoc oppidulum dicitur*. Verum eſt דוב *doub*, apud Chaldæos, eſſe fluere, ut זוב *zoub* apud Hebræos; ſed crediderim potiùs duo fuiſſe loca, quorum nomina ſint confuſa poſtquàm alter periit; idque eo faciliùs, quòd adfinis ſit utriusque prolatio.

9. *Quaſi malorum acceſſiones*] נוספות *noſaphoth*, additiones; quales ſunt, præter hoſtilem vaſtationem, incurſiones leonum. LXX. Intt. habent Ἄραβας, latrocinia, nempe, exercentes; quod verum eſſe poteſt, ſed non eſt vocis propria ſignificatio. Vulgatus meliùs *additamenta*.

Elapſis Moabi & reliquiis terræ leones] לפליטת מואב אריה *liphletath Moab arieh*, evaſioni Moabi leonem; hoc eſt, iis qui è Babyloniorum manibus evaſerint, leones. LXX. Intt. ϗ ἀρῶ τὸ σπέρμα Μωὰβ ϗ Ἀριὴλ abſurdè. *Hieronymus* rectiùs *qui fugerint de Moab leonem*, ex Arabia, nempe, deſerta.

Et reliquiis terræ] ולשארית ארמה *veliſcheerith adamah*, & reliquiis terræ, ut habet *Hieronymus*. LXX. Intt. ϗ τὸ κατάλοιπον Ἀδαμα.

COMMENTARIUS
In CAPUT XVI.

1. M*Ittite agnum dominatori terræ*] Hic locus, ut multi alii, oſtendit, ut vulgò Interpretes putant, etiam Chaldæus, Prophetas interdum, abrupto veluti orationis filo, ad alia ſe ſe proripere; quæ ſunt è re ipſa, non ex ſerie orationis, intelligenda. Talia ſunt etiam ex eorumdem ſententia, quæ dicuntur vers. 6. nec connecti poſſunt cum proximè antecedentibus, ſed cum hoc verſu. Probè videtur adnotaſſe ad hunc locum *Grotius*, olim Moabitas ſolitos ad Davidem mittere munus, ut habemus 2. Sam. VIII, 2. Deinde etiam ad Reges Iſraëlis, ad Achabum usque, ut eſt 2. Reg. VIII, 4. ubi agni & verveces à Rege Moabitarum miſſi dicuntur. Hìc autem, extincto Iſraëlis regno, jubet Propheta, ut putat vir ſummus, Moabitas id tributum Hezekiæ perſolvere; nam non eſt referendum quod hìc & vers. 5. habetur ad vaſtatæ Moabitidis tempora, de quibus antea, & poſtea Propheta, cùm nullum eſſet regnum Judæ futurum. Plures de Meſſia agi volunt, ad quem agnoſcendum Propheta Moabitas hortetur. Crediderim, è re ipſa, ſignificari Chaldæos, qui Jeroſolimam invaſerant, ad quos mittendi muneris Propheta Moabitis auctor eſt; non in eorum gratiam, ſed Judæorum, qui ad eos profugerant; ne Chaldæi eos per Moabitidem inveſtigarent, & in Babyloniam abducerent.

Mirum eſt LXX. Intt. nullâ ratione habitâ verborum vertiſſe, ἀποστελῶ ὡς ἑρπετὰ ἐπὶ τὴν γῆν. Paullò meliùs *Hieronymus*: *emitte agnum*, *dominatorem terræ*. Sed hæc quoque ſine ſenſu. מושל hic eſt pro למושל *lmoſchel*, nam paſſim ל ſupplendum. Vide *Noldium* in Exemplis Ellipſeos ad ſignif. XLIV. Nec negat *Hieronymus* poſſe verti *dominatori*. Intelligitur ex hac ſententia Chaldæus exercitus aliquamtisper, poſt captam Jeroſolimam, in Judæa moraturus.

È Petra deſerti] מסלע מדברה *miſſelah midbarah*. Meliùs putat *Grotius* poſſe verti: de *Petra ad deſertum*, quaſi ה in מדברה eſſet ſignum motûs ad locum, ut intelligas hæc imperari Moabitis omnibus, quorum fines è Petra, ab Idumæis poſſeſſi, ad deſertum Jordanis pertingebant. Attamen tam frequenter urbs hæc vocatur *Petra deſerti*, ut malim τὸ ו eſſe paragogicum, aut, ſi quis malit, delendum. Nec ſat commodè מרברה *midbarah* refertur ad deſertum Jordanis, cùm Petra cincta eſſet undecumque deſertis locis. De Petra Deſerti egit multis *Sam. Bochartus*. Phalegi Lib. I. c. 44. & pluribus etiam *Hadr. Relandus* in Palæſtina Illuſtrata, Lib. III. ubi vir doctus putat,

3. Advocato concilium, fac decretum, fac ut metis inſtar, umbrâ tuâ, ipſo meridie, expulſos occultes, nec vagos reveles. 4. Habitent apud te expulſi mei, ſis, ô Moabitis, eis latibulum contra vaſtatorem; deſinet enim is, qui *eos* emulget, deficiet vaſtatio, abibit è terra qui *eam* conculcabat. 5. Ponetur ſella, in benignitate, inſidebit ei fideliter in tentorio Davidis, judex qui jus quæret & juſtè *judicare* properabit.

6. Au-

3. Advocate concilium, déque ejus ſententia, occultate profugos, vel ipſo meridie, nec vagos hoſtibus tradatis. 4. Habitent profugi Iſraëlitæ, ô Moabitis, apud te latibulum, contra eos, qui eorum patriam vaſtarunt, deſinentque eos ſpoliare, & calcare eorum agros. 5. Tum demum, apud Iſraëlitas, ſedebunt judices, in urbe, in qua habitavit David, & finem litibus imponet juſtâ ſententiâ prolatâ.

6. No-

tat, nos perperam apud *Euſebium* in locis Hebraïcis, in voce *Cades-barne*, verba hæc emendari voluiſſe ἐνέχει πόλει τῆς Παλαιστίνης & legi τῆς Ἀραβίας. Mutari non vult, quia, ut putat, *Palæſtina tertia* ea regio dicta eſt, tempore Synodi I. Nicænæ, quod colligit ex ſubſcriptionibus Epiſcoporum. *Hieronymus* etiam *Ailath* collocat *in extremis finibus Palæſtinæ*. Ubi *Euſebius* habebat tantùm ἐν ἐσχάτοις. *Palæſtinæ* delendum etiam cenſuimus, quod vult vir eruditus retineri, quòd intelligatur *Palæſtina tertia*. At addi debuiſſet ut ubique *tertia*; quis enim potuit ſcire Palæſtináne ſecunda, an prima, aut tertia ſignificaretur, niſi aliunde ſitum ejus urbis teneret? Ad ſubſcriptiones Synodi Nicænæ I. quod adtinet, eas nequaquam æquales Synodo haberi, ſed recentiores multò & nominibus commenticiis refertas eſſe paullò eruditioribus notum eſt. Ejus rei indicium eſt ipſa mentio Palæſtinæ tertiæ, docuit enim *Guid. Pancirolus* Cap. CVII. ad notitiam Imp. Orientalis, Palæſtinam ſub Gratiano, in duas Provincias diviſam fuiſſe; ſiquidem Theodoſius, *in utraque Palæſtina*, Judæorum Synedria, ſeu Seniorum, ac Magiſtratuum Collegia fuiſſe ſcribit in L. *Judæorum* C. *de Judæis*. Quod ſequutus eſt *Car. à S. Paulo* in Geographia Sacra Lib. XII. de Patriarchatu Jeroſolimitano. Vide & *Jac. Gothofredum* ad Leg. XLII. Cod. Theodoſiani *de Appellationibus*. Sed res non eſt tanti, ut diutiùs ei immoremur.

2. *Inſtar avis vagæ* &c.] Ad aliud, ex ſententia multorum Interpretum, ſubitò tranſit Propheta, ut diximus; non enim res geſtæ aut gerendæ, ordine à Prophetis proponuntur, quod meliùs Hiſtorici faciunt; ſed per ambages Angelorumque miniſteria, & propheticum ſententiarum tormentum præcipitant liberum ſpiritum; ut potius adflati animi vaticinatio adpareat, quàm hiſtoricæ narrationis ordo. Quæ verba à Scriptore minimè laudando partim deſumta, mutavimus, prout par erat. Sententia eadem eſt horum *Hieronymi* verborum ad initium hujus Cap. *Quod interpretamur non eſt Hiſtoria, ſed Prophetia. Omnis autem Prophetia ænigmatibus involvitur, & præciſis, tum de alio loquitur & tranſit ad aliud, ne ſi ordinem Scriptura conſervet, non ſit vaticinium, ſed narratio.* Hæc diximus ex vulgari ſententia, ex qua hæc de Meſſia intelliguntur, quam tamen in medio relinquimus; quia ex conjectura non incommoda aliter locus enarrari poteſt, quam tamen conjecturam nemini obtruſam volumus.

3. *Nido emiſſæ*] קן משלח *Ken mſchullahh*, pro מקן *mikken*, è nido. LXX. Intr. maluerunt ὡς πετεινοῦ ἀνιπταμένου νεοσσὸς ἀφῃρημένος. *Aquila*: πετεινὸν μεταναστεῦον, νοσσιὰ ἐξαπεσταλμένη. Vulgatus: *avis fugiens & pulli de nido evolantes*. Omnia eodem fermè ſenſu.

Ad vada Arnonis] מעברות *mabbaroth*, ſubaudiendum על *hal*, ad.

3. *Advocato concilium*] *Adducito concilium*. Adloquitur ſubitò Moabitas Propheta, ut iis commendet profugos Iſraëlitas; cùm ceteri abducerentur captivi, aut mox abducendi eſſent, à præfecto Nebuchadnetſaris. Simul innuit, ideò Moabitas idem ab eo Rege paſſuros, quòd erga Iſraëlitas immiſericordes fuiſſent. Loquitur de re futura, quaſi præſente, more prophetico.

Ipſo meridie] בתוך צהרים *bthoch tſoborajim*, in medio meridiei; hoc eſt, fac ut tutò lateant, licèt poſſent inveniri, ſi quærerentur.

4. *Deſinet enim qui eos emulget*] המץ *hammets*; expreſſor, aut emulſor, hoc eſt, qui eos ſpoliat; cùm nempe, videbit Judæam vacuam, profugos, apud alias Gentes non inveſtigabit. Vocem המץ Veteres non intellexerunt. LXX. συμμαχία σου. Vulgatus: *pulvis*, quaſi legendum eſſet *hammots*. Meliùs Chaldæus: אנס prædo. Quod factum eſt, quia Nebuchadnetſar, auditâ morte patris, properavit Babylonem, mandatâ Nabuzardani curâ abducendorum captivorum, cum reliquo exercitu; qui magnis itineribus abeuntem ſequi non poterat. *Beroſus* apud *Joſephum* Ant. Jud. Lib. X. c. 11. αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων, μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας, ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν Βαβυλῶνα: *cùm accepiſſet paullo poſt Patris mortem Nabuchodonoſorus rebus Ægypti* (in quam expeditionem ſuſceperat, non ſine clade Ægyptiorum, ſed quam poſtea repetiit) *aliarumque gentium compoſitis, captivos ex Judæis, Phœnicibus, Syris, & Ægypti populis concredidit quibuſdam ex amicis una cum exercitu & reliquis, quæ uſui eſſe poſſent, ut abiret in Babyloniam, & cum paucis profectus, per ſolitudinem Babylonem ſe ſtitit.*

Abibit è terra] תמו *thammou*, defecerunt calcans è terra; hoc eſt, qui terram Judæam conculcaverint, ſubactâ gente abibunt.

5. *Ponetur ſella* &c.] De Meſſia hæc intelligunt, certè haud paullò meliùs ei conveniunt, quàm ulli alii, ſi poteſtatem verborum urgeamus. Poſſit tamen non abſurdè intelligi

6. Audivimus adrogantiam Moabi, ſuperbiſſimus eſt; ſed ſuperbiæ & elationi & iracundiæ ejus pares non ſunt vires. 7. Idcirco ululabunt Moabitæ alii ad alios, quotquot ſunt. Ad muros Kir-chareſethæ colloquemini, ſed perculſi. 8. Nam arva Chesbonis vaſtabuntur, *ut* & vineta Sibmæ, domini gentium frangent electas ejus vites, *quæ* usque ad Jahzerum pertigerant; erraverant per deſertum palmites ejus ſe extenderant

6. Novimus quæ ſit adrogantia Moabitarum, qui ſuperbiſſimi ſunt, ſed eorum ſuperbiam, quâ tument, aut iracundiam, quâ tam facilè exardeſcunt, nequaquam æquant. 7. Ideóque illi fruſtra ululabunt, nemo eorum ululatibus movebitur. Convenient ad muros Kir-chareſethæ, ut malis ſuis medeantur, ſed ita percellentur calamitatibus quas, jam tulerint, ut nihil boni ſperare queant. 8. Vaſtabuntur Chesbonenſes agri & vites

telligi Gedalja, Achikami filius, quem Judææ abeuntes Babylonii præfecerunt, & ad quem Judæi omnes, qui in patria ſupererant, aut profugerant ad vicinos, poterant tutò redire, & patrios agros, modò obſequerentur Chaldæis, colere; quod videre eſt apud Jeremiam C. XL. & ſeqq. Poſtea, perfidiâ furentium Judæorum, eſt interfectus, ut habet idem Propheta. Sed nihil obſtat quominùs de eo dici queat: *ponetur ei ſella benignè* &c. nempe, à Babyloniis, quorum quidem nomine præfuturus erat reliquiis Judæ, poteſtatem ei conceſſum iri ex legibus patriis juris popularibus ſuis dicendi, ejúsque populi æquo imperio regendi. Certè ejus poteſtatem & regimen valde probavit Jeremias Propheta, & popularibus perſuadere conatus eſt, ut ſe ſe iis ſubjicerent; quod ſi feciſſent vitam ſecuram in patria iis pollicebatur; ſed fruſtra fuerunt ejus adhortationes, apud efferatum populum.

In benignitate] בחסד *bebheſed*, hoc eſt, benefaciendi Judæorum reliquiis animo, non ut tyrannorum more regerentur.

Inſidebit ei fideliter] וישב עליו באמת *vejaſchab balau beemeth*, & ſedebit ſuper eo, in veritate. Conjungi paſſim ſolent חסד & אמת hoc eſt, *benignitas* & *fides*, ut ſignificetur juvandi ſtudium conjunctum cum bona fide, ſive data ſit, ſive veluti data, per communionem naturæ humanæ, ſtatuatur. Vide ad Gen. XXIV, 21.

In tentorio Davidis] Hoc eſt, ut quaſi Davidis vicem gereret, in Republica Populi Hebræi gubernanda. *Tentorium*, ut paſſim, eſt domus, quod non ædificium tantùm ſignificat, in qoo habitarat David; ſed quod erat in ſolo, quod olim Davidis fuerat.

Judex qui jus quæret] *Judex & quærens judicium*; hoc eſt, boni judicis atque ex jure recepto ſententiam ferentis officio fungens.

Juſta judicare properabit] *Properans juſtitiam*, quod eſt contrarium mali judicis moribus, qui lites, utilitatis ſuæ cauſâ, diutiſſimè pendere cupit; quod ſumtibus exhaurit litigantes, eſtque iis, quorum juſta eſt cauſa, intolerandum.

Iracundia ejus pares non ſunt vires] *ſuperbia, elatio & iracundia ejus, non ſit* לא כן בדיו LXX. Intt. οὐχ οὕτως ἡ μαντεία σου οὐχ οὕτως. Si בדים deducamus à בדא *mentitus* eſt, ſignificabuntur *mendacia*, cui poteſtati nullus eſt hìc locus, Sed cùm propriè ſignificet *ramos*, & *vectes*, tralaticiè verò *membra*, aut *oſſa* Job. XVII, 16. mirum non eſt hìc pro *viribus* ſumi. Hìnc *Symmachus* οὐχ οὕτως οἱ βραχίονες αὐτοῦ, & Vulgatus *fortitudo ejus*; quod optimè huic loco convenit, cùm aptiſſimè opponatur ſuperbiæ defectus virium, ſine quibus ridicula eſt elatio.

7. *Moabitæ alii ad alios*] *Moab ad Moab.* Ejulantes Moabitæ fruſtra ad aliorum ſimiliter ejulantium auxilium confugient.

Ad muros] אל אשישי *el aſchiſche*, ad fundamenta, quæ pro muris ſumi videntur. Reſpicit ad colloquium ad eam urbem habitum.

Kir-chereſethæ] קיר חרשת *Kir-bhareſcheth* Omnino videtur nomen eſſe urbis Moabiticæ quæ קיר חרש etiam dicitur Jerem. XLVIII, 31, 36. & infra in hoc Cap vers. 12. Vide not ad 2. Reg. III, 25. Hìc verò mirè impediti ſunt Veteres. LXX. Intt. τοῖς κατοικοῦσι Δεσὲθ, quaſi pro quatuor vocabulis, quibus inchoatur hic verſus, legiſſent: אל יושבי רשת *el joſchebe deſcheth*, quæ eſt mira depravatio, aut vocum, quarum characteres fugiebant vitioſa lectio. Mirum talia ab *Euſebio*, aut certè ab *Hieronymo* ex *Origenis* Hexaplis emendata non fuiſſe. *Aquila*, τοῖς πολυχρονίοις μου τοίχῳ ὀστρακίνῳ μελετήσατε, quaſi legiſſet ישישי *jeſchiſchai*, grandævis meis, & quaſi *Kir-chareſeth* eſſet nomen adpellativum, quod ſignificaret *murum teſtaceum*. *Symmachus* τοῖς εὐφραινομένοις ἐν τῷ τείχει τῷ ὀστρακίνῳ, quaſi אשישי derivandum eſſet à שוש *ſchouſch*, lætari, quod ſequutus eſt *Hieronymus*, qui habet: *his qui lætantur ſuper muros coctì lateris*. Hinc, ut & ex multis aliis locis, Lexicis eos caruiſſe, quibus vocum ſignificatus certus conſtitueretur, ſatis liquet.

Colloquemini] תהגו *thehegou*, ab הגה *hagah meditari, loqui, garrire*, è quibus verbi poteſtatibus quænam ceteris ſit præferenda non conſtat. LXX. Intt. μελετήσεις, *Aquila* μελετήσατε *Symmachus* φθέγξασθε & Vulg. *loquimini*.

Sed perculſi] אך נכאים *ach nchaïm*, *etiam*, aut *ſed perculſi*. Videtur agi de trepidis conſiliis captis ad muros Kir-chareſethæ.

8. *Sibmæ*] *Euſebius*: Σαβαμά πόλις Μωὰβ ἐν Γαλαάδ, ἣν ἔλαβε πόλις Ῥουβὴν, μέμνηται δὲ ἐ αὐτῆς Ἡσαΐας ἐν ὁράσει κατὰ τῆς Μωαβίτιδος: *Sebama civitas Moab, in terra Galaad, quæ cecidit in ſortem tribûs Ruben. Meminit & hujus Eſaïas in viſione contra Moab.* Vide Num. XXXII, 38. & Joſ. XIII, 19. Hanc Amorrhæi Moabitis abſtulerant, cùm eſt ab Iſraëlitis ſubacta, ſed iterum ad Moabitas rediit, ut hinc liquet, atque Jerem. XLVIII. *Hieronymus* ad hunc locum teſtatur *inter Eſebbon & Sabama vix quingentos paſſus fuiſſe.* Poſteriora celebria erant, ut hinc & Jerem. XLVIII. 32. liquet.

Domini gentium] Babylonii Pro בעלי *bahale*,

rant, & tranſierant mare. 9. Quamobrem fletu proſequar Jahazerum & vites Sibmæ; irrigabo te lacrimis meis, ô Chesbon, *téque*, ô Elhale, quia ad æſtivos tuos *fructus* ac meſſem tuam concidit celeuſma. 10. Deficiet hilaritas & exſultatio in Charmelo, in vineis tuis nemo lætam vocem emittet, nemo vociferabitur, vinum in torcularibus nemo calcabit, faciam ut deſinat celeuſma.. 11. Ideò viſcera mea ad Moabum inſtar citharæ

tes Sibmæ. 9. Quare lacrimis proſequar Jahazeri calamitates, & dolebo vites Sibmæ fuiſſe erutas. Eodem luctu proſequar te, ô Chesbon, & te Elhale, quia in collectione æſtivorum tuorum fructuum & præſertim frumenti, nulla erit hilaritas. 10. Nulla lætitiæ ſigna, in Charmelo, audientur, neque in vinetis tuis, cùm vindemiabis, aot racemos in torcularibus calcabis, voces ullæ hilaritatis indicia audientur. 11. Ideò viſcera mea frement, auditâ totius Moabitidis calamitate, & præſertim

bale, domini, legerunt LXX. Intt. בלעי *balebe*, cùm habeant καταπίνοντες *deglutientes*, minùs commodè, ut alia multa, in hoc vaticinio, quæ non moramur.

Uſque ad Jahzerum] *Euſebius*: Ἰαζὴρ, πόλις τῶν Ἀμοῤῥαίων, ἀπὸ ι. σημείων Φιλαδελφίας πρὸς δυσμὰς, ἐν τῇ νῦν περαίᾳ τῆς Παλαιστίνης, ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην, ἣ γέγονεν φυλῆς Δὰν (*imò* Γὰδ) παρατείνει δὲ ἕως Ἀροὴρ, ἥ ἐστι κατὰ πρόσωπον Ῥαββά. μέμνηται τῆς Ἰαζὴρ Ἡσαΐας ἐν τῇ ὁράσει κατὰ Μωαβίτιδος καὶ Ἱερεμίας —— διέστηκε δὲ τῆς Ἐσεβὼν σημείοις ιε΄. καὶ φέρεται ἀπ᾽ αὐτῆς ποταμὸς μέγιστος ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ἐκπίπτων: Hieronymus: *Jazer, civitas Amorrhæorum, in decimo lapide Philadelphiæ; ad ſolis occaſum trans Jordanem, quæ fuit terminus tribûs Gad, extenditúrque uſque Aroër, quæ & ipſa reſpicit uſque Rabbam. Meminit urbis Jazer & Eſaïas, in viſione contra Moabitidem, ſed & Jeremias —— diſtat ab Eſabon quindecim millibus, è qua magnum flumen erumpens à Jordane ſuſcipitur.* Hinc aliquomodo intelligere licet, quem tractum terrarum occuparint Jahzeri vineta.

Palmites ejus] שלוחתיה *ſchloubhotheah*, miſſiones ejus, quod de palmitibus & propaginibus intelligi poteſt.

Tranſierunt mare] Mortuum, nempe, ultra quod ad occidentem potuerunt ferri palmites, ut & illic plantarentur, propter vini præſtantiam.

9. *Fletu proſequar*] *Flebo in fletu.* Hoc eſt, digna erit ea urbs, quæ defleatur, propter calamitatem, quam patietur. Non fuit enim cur Judæi Moabitas perpetuos ſuos hoſtes, & qui Rubenitis urbes eripuerant, lacrimis proſequerentur, & tempore, quod proximè ſequutum eſt captivitatem Babylonicam, vix ſatis Iſraëlitæ habuerunt lacrimarum, quas ſuis ipſorum malis impenderent. Vide & Jerem. XLVIII, 32.

Irrigabo te lacrimis meis] אריוך *arajavech*, pro ארוך *aravech*, à רוה *rigavit*. *Sequitur* רמעתי *dimbathi*, pro ברמעתי *bdimbathi*. LXX. τὰ δένδρα σου κατέβαλεν, abſurdè. Rectè *Hieronymus*: *inebriabo te lacrimâ meâ*, niſi quòd ſatius fuiſſet *irrigabo*.

Ad æſtivos tuos fructus] על קיצך *hal Ketſech*. Vide Hamos I. 14. LXX. Intt. ἐπὶ τῷ θερισμῷ, nam קיצים *ketſim* ſunt fructus æſtivi, ut ficus, aliique, & vox ſequens קציר *ktſir* ſine dubio eſt *meſſis*. *Ad æſtivos tuos fructus*, perinde eſt ac, tempore, quo colligebantur. *Hieronymus* minùs bene: *ſuper vindemiam tuam*, quæ nuſquam ſic vocatur, cùm vox deducta ſit à קיץ kajits, *æſtas*.

Ac meſſem tuam] על קצירך *hal ktſirech*, quod conſtanter *meſſem* ſignificat. Attamen LXX. Intt. ἐπὶ τῷ τρυγητῷ σου. Vulgatus meliùs: *ſuper meſſem tuam*.

Concidit celeuſma] הידד נפל *hedad naphal*. הידד eſt celeuſma, ſeu vox illa læta meſſorum, aut vindemiatorum, ſe ſe invicem ad opus excitantium, & lætantium. Vaticinatur Eſaïas fore, ut nullum audiatur celeuſma, tempore meſſis, aut vindemiæ, propter regionis vaſtitatem, quam nemo culturus erat. Hìc autem נפל verti *concidit*, quod eſt perinde ac deſiit; metaphorâ ductâ fortè è foliis arborum, quæ cadentia deſinunt. LXX. Intt. audacter æquè ac abſurdè: καταπατήσω καὶ πάντα πεσοῦνται, nec multò meliùs *Hieronymus*: *vox calcantium irruit*. Sequentia tranſlationem noſtram confirmant.

10. *Deficiet hilaritas & exſultatio*] נאסף שמחה וגיל *neeſaph ſchimhha vagil*. Verbum נאסף *neeſaph* propriè collectus eſt ac reconditus in apothecam; tralatitiè eſt *deſiit*, quia quæ collecta & recondita ſunt, non ampliùs in loco, in quo erant, comparent. Tum idem valet verbum אסף ac סוף *ſouph*, quod eſt *deſinere*. Vide Joël II. 10. & alia exempla, apud *Val. Schindlerum*, in Lex. Pentaglotto.

In Charmelo] מן הכרמל *min baccharmel*, ab agro. Notum eſt כרמל eſſe nomen montis in Galilæa, ſed hìc quemvis montem cultum ſignificat. At *Hieronymus* Charmeli quidem montis nomen eſſe putat, ſed quod hìc ſumatur pro quovis loco amœno, & ferace, qualis ille mons erat. *Idioma*, inquit, *Scripturarum eſt, quod ſemper Charmelum montem opimum atque nemoroſum, qui Ptolemaïdi imminet, & in quo oravit Elias, fertilitati & abundantiæ comparet; ac per hoc ſignificat omnem lætitiam & fertilitatem de uberrimis quondam urbibus auferendam.* Vulgò arvum fertile ea voce ſignificatum interdum volunt; crediderim potius montem excelſum ſic interdum dictum, nomine montis Judææ. Vide etiam *Sam. Bochartum* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 48. quamvis per omnia ei non adſentiamur.

Nemo vociferabitur] לא ירעע *lo jerohab*, non vociferabitur, pro לא איש *nemo*. Moris erat, in copioſa præſertim vindemia, lætas vociferationes edere.

Nemo calcabit] *Non calcabit calcans*; hoc eſt, ut habet *Hieronymus*, qui calcare conſueverat.

Faciam ut deſinat celeuſma] Vide ad vers. 9.

11. *Viſcera mea* &c.] Hoc eſt, totus

M com-

tharæ frement, atque inteſtina mea ad Kir-chareſam. [12]. Cum animadverſum fuerit *fruſtra* laboraſſe Moabum in excelſo loco, ibit ad ſacrarium ſuum, ut exoret Deum, nec poterit.

[13]. Hæc verba ſunt, quæ protulerat Jehova ad Moabum, eo tempore. [14]: Nunc verò loquutus eſt, in hanc ſententiam: tribus annis, quales anni mercenarii, exactis, ſpernetur gloria Moabi, in omni turba majore, & quod ſupererit parvum *erit*, puſillum, nec magnum.

Vaticinia in Damaſcenos atque Iſraëlis decem Tribus.

CAPUT XVII.

1. ORATIO contra Damaſcum. Mox Damaſcus urbs eſſe deſinet, critque ruinæ acervus. [2]. Relinquentur urbes Haroheri gregibus, recubabunt *in iis*, nec quiſquam *eos* terrebit. [3]. Deſinet eſſe munitus locus in Ephraïmo, regnumque Damaſcenum & reli-

ſertim Kir-chareſæ. 12. Poſtquàm deprehenſum fuerit, Moabitas in montibus ſuis locisque, ubi ſacra faciebant, fruſtra laboraſſe, ſe conferent in ſua ſacraria, ut verum Deum invocent; verum eos nequaquam exaudiet Deus.

13. Hæc ſunt verba Dei de Moabitis, eo tempore, prolata; 14. at nunc de iis, hanc in ſententiam, loquutus eſt: intra tres annos exactos, ſpernetur gloria Moabitarum, apud pleroſque, & ſi quid famæ iis ſuperſit, id vero exiguum erit.

PARAPHRASIS.

1. MOX Damaſcus; quæ antiqua & ſplendida urbs eſt, delebitur a ſuis fundamentis, nec erit quidquam ejus reliquum, præter rudera. 2. Relinquentur urbes circa Haroherum ad *Arnonem* gregibus, qui in iis tutò quieſcent, nemine, propter ſolitudines vicinas, eos abigente. 3. Nulla erit urbs, aut arx munita in Ephraïmitarum agris; regnumque Damaſcenum, & cete-

ræ

commovebor. Sententia eſt, tanta erit ejus clades, ut digna futura ſit, cujus causâ omnes commoveantur, etiam hoſtes.

12. *Ad ſacrarium ſuum*] Ad Templum aliquod ſanctius ceteris, apud Moabitas.

Ut exoret Deum] להתפלל *lebithphallel* ad ſupplicandum, ſed verbum ſequens *non poterit* oſtendit eſſe intelligendam ſupplicationem, quæ exaudiatur.

13. *Eo tempore*] מאז *meaz*, è tunc; nempe, cùm primùm per Eſaiam Moabitidi calamitates prænunciavit. Quod quodnam fuerit tempus non indicavit Propheta, nec conjiciendo adſequi poſſumus, uti nec tempus, quo hæc dicta ſunt.

14. *Tribus annis, quales anni* &c. Hoc eſt, res non differetur in tempus remotius exacto triennio. Putat *Hieronymus* poſſe hæc referri ad victoriam Sennacheribi de Moabitis, quos in captivitatem abduxit. Sed nulla ejus rei mentio, in Hiſtoria Sacra. Itaque alteram interpretationem, quam proponit, hic prætcrimus: *Poteſt*, inquit, *& de Babylonica captivitate prædici, quod poſt captam Jeruſalem & tranſitum annorum trium, Moab à Chaldæis vaſtanda ſit.*

Parvum &c.] Quod res exprimitur triplici ratione, ſcilicet, perpaucos homines in Moabitide, relictum iri. Hæc vis eſt repetitionis, ſive iiſdem, ſive diverſis verbis fiet. Vide C. XVII, 12.

COMMENTARIUS
In CAPUT. XVII.

1. URbs eſſe deſinet] *Removebitur ab urbe* מוסר מעיר *mouſar mebir:* מן eſſe negativum nemo neſcit. Refert hæc *Grotius* ad tempora Salman-eſeri, Aſſyriorum Regis. Potuit & ad Sancheribi regnum, aut ad aliquod aliud, nimis enim eſt brevis Hiſtoria Sacra, quàm ut quidquam de ea re, hauriri ex ea queat; & Orientalium rerum Hiſtoriæ profanæ dudum perierunt, inertiâ Veterum.

2. *Relinquentur urbes Haroheri gregibus*] עזבות ערי ערער *hazuboth bare Harober*, relictæ urbes Haroheri. Notum eſt fuiſſe urbem *Haroberum* in Moabitide ad Arnonem, de qua hic non agit Propheta, ſed de tractu quodam Syriæ; in quo plures urbes fuerunt, quæ dicebantur *urbes Haroheri.* Cujus tamen nominis Syriaci tractûs nulla occurrit in Veteribus mentio, aut quidquam ei ſono adludens: nulla in recentioribus Geographis, aut Itinerariorum ſcriptoribus, quod equidem norim. *Grotius* tamen profert nomen Αὔειρα, cujus *Ptolemæus* meminit, & quod putat vir magnus eſſe contractionem vocis *Harober*; quod tamen nomen meliùs exprimeretur voce *Aureira*, quomodo fortè ſcripſit *Ptolemæus*. LXX. Intt. habent hic καταλελειμμένη εἰς τὸν αἰῶνα, quaſi legiſſent aut legendum putaſſent עד עלם pro ערי ערער, & עזבה pro עזבות. Vulgatus *derelictæ civitates Aroër.* Suſpicari fortè quis poſſit, cùm ערער *harbar* credatur eſſe *myrica*, arbuſtum deſertorum, urbes nonnullas Syriæ dictas, quod cinctæ eſſent *myricis*, *urbes myricæ.* Sed plus ſatis eſt conjecturarum.

Gregibus] *Gregibus erunt.*

3. *Munitus locus*] מבצר *mibtsar*, deſinet munitio ab Ephraïmo. Conjungit Propheta Ephraïmi-

reliqua Syria erunt ſicut gloria Iſraëlitarum, ait Jehova, *Deus* exercituum. 4. Eo tempore, minuentur divitiæ Jacobi & carnis ejus pinguedo maceſcet. 5. Quando ſegetis meſſem colliget, & brachium ejus ſpicas metet, erit inſtar ejus, qui in valle Rephæorum ſpicas legeret. 6. Relinquentur ei *aliquot* racemi, *aut* ut quando deſtringitur olea, duæ aut tres baccæ in ſummo ramo, aut quatuor, vel quinque in feraciſſimis ramis; ait Jehova, Deus Iſraëlis. 7. Die illo reſpiciet homo factorem ſuum, & oculi ejus Sanctum Iſraëlis intuebuntur. 8. Non reſpiciet ad aras *erectas* operi manuum ſuarum,

dtæ Syriæ urbes, eodem ſtatu erunt, quo Iſraëlitæ, magnas clades perpeſſæ, ait Creator, qui exercitibus præeſt.

4. Eo ipſo tempore, minuentur Iſraëlitæ, & qui, præ copia, erant antea pingues, macilenti evrunt, propter neceſſariorum penuriam. 5. Quando ſegetes metent, brachioque ſpicas ſubjicient, perinde erit ac ſi quis in coemeterio, in quo nihil ſeritur, ſegetes quæreret. 6. Pauci tantùm ei relinquentur racemi, perinde ac qui oleas colligeret, atque in ſingulis ramis, quos deſtringeret, pauciſſimas oleas in ſingulis ramis inveniret. 7. Eo tempore homines Iſraëlitæ memores erunt ejus, qui eos creavit, atque ejus auxilium implorabunt. 8. Non ampliùs in aris fictitiorum Deorum ſacra facient, nec rationem habebunt lucorum, quos

Ephraïmitas cum Syris, propter fœdus, quod inter eorum Reges fuit, & ſimul re verâ concidere, Aſſyriorum invaleſcente potentiâ, ut antea vidimus.

Reliqua Syria] ושאר ארם *ouſchear Aram.* Latiſſimè patuit, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. I. c. 6. hoc nomen. Hic tamen videtur tantùm intelligi, quod eo nomine vocabatur ad occaſum Euphratis, cùm ſit hìc de Syria Damaſcena ſermo. Tales fuere tractus, qui vocabantur Aram-tſoba, Aram-beth-rechob, & Aram-Mahacha, de quibus vir doctiſſimus adeundus, eo, quem diximus, loco.

Erunt ſicut gloria Iſraëlitarum] Vincentur ab Aſſyriis, atque omnis generis clades ab iis patientur; quales decem Tribus paſſæ ſunt, ab iiſdem.

4. *Minuentur divitiæ Jacobi*] ידל כבוד יעקב *jiddal chbod Jahacob*, adtenuabitur gloria Jacobi. ידל eſt à דלל quod occurit eo ſenſu infra c. XIX, 6. & XXXVIII, 15. Sæpe diximus כבוד *chabod* ſignificare etiam divitias.

Pinguedo carnis ejus] Significantur opes. Sic *adeps olei*, *vini* & *frumenti* dicuntur opima, quæque in eo rerum genere, unde divitiæ parabantur. Vide Num. XVIII, 12, 29, 30. Pſ. LXXXI, 17. LXX. Intt. hìc habent: ἔκλειψις δόξης Ἰακὼβ, καὶ τὰ πίονα τῆς δόξης αὐτοῦ σεισθήσεται, cùm liceret aptiùs & elegantiùs vertere; quantò enim meliùs erat *pinguedo carnis* quàm *pinguia gloriæ*? Rectiùs multò *Hieronymus: Adtenuabitur gloria Jacob & pinguedo carnis ejus emarceſcet.*

5. *Quando ſegetis meſſem colliget*] והיה כאסף קציר קמה *vehajah cheeſoph katſir kamah*, & erit quando colliget meſſem ſtantis ſegetis; hoc eſt, cùm ſub brachio ſiniſtro colliget ſpicas unà cum culmo, quem dextrâ ſecet, ut fieri ſolet in meſſe. LXX. Intt. καὶ ἔσται ὃν τρόπον ἐάν τις συναγάγῃ ἀμητὸν ἑστηκότα, καὶ σπέρμα σταχύων ἀμήσῃ. Pro quatuor poſtremis vocibus, eſt in Hebraïcis: וזרעו שבלים יקצור *ouzerobo ſchibbalim jiktſor*, & brachium ejus, vel brachio ſuo, ſpicas metet. Quamvis ſit tunc ſementis in ſpicis, de ea non agitur, ſed de brachio ſpicas ſecante. Res non eſt dubia. Incommodè etiam *Hieronymus: Et erit ſicut congregans in meſſe, quod reſtiterit & brachium ejus ſpicas leget.* In his verbis loquitur Propheta de meſſe, non de ſpicilegio, de quo in ſequentibus tantùm verbis.

Erit inſtar ejus, qui in valle Rephæorum, ſpicas legeret] והיה כמלקט שבלים בעמק רפאים *vehajah chimlakket ſchibbolim behemek Rephaïm.* Sententia eſt, adeò tenuis erit meſſis, ut in ipſa meſſe non plures ſecet ſpicas, quàm qui poſt meſſem legeret relictas à meſſoribus. Res clara eſt. Erat autem etiam *Vallis Rephaïm* in Judæ agris, de qua Joſ. XVIII, 16. & Sam. V, 18, 22. unde fortè deſumta eſt hæc loquendi ratio, ad ſignificandam fertilitatem vallis. LXX. Intt. ἐὰν τις συναγάγῃ στάχυν ἐν φάραγγι στερεᾷ. Alibi verterunt κοιλάδα τιτάνων, de qua vide *Euſebium*, in locis Hebraïcis, & quæ ad eum *Jac. Bonfrerius.* Hieronymus: *& erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaïm, quidni legens ſpicas?* Aptiùs certè loquutus eſſet.

6. *Relinquentur ei aliquot racemi*] Duabus aliis comparationibus idem, ac ſuperiori, exprimit Propheta; dum confert Iſraëlem cum vinea, in qua aliquot racemi poſt vindemiam relinquentur, aut cum olea, in qua pauculæ oleæ ſuperſunt. Pro *racemis* עוללות *hololoth*, qui ſunt racemi racematori relicti, habent. LXX. Intt. καλάμην, incommodè. Vide infra C. XXIV, 13, Mich. VII, 1. Hinc עולל *racemavit* Jerem. VI, 13. Meliùs ergo Vulgatus *racemos* vertit.

Aut ut quando deſtringitur &c.] Addidi *aut*, quia eſt hìc altera comparatio. Sic & infra C. XXIV, 13. eadem duplex comparatio exprimitur.

Baccæ] גרגרים *gargerim*, à Chaldaïca ſignificatione verbi גרר, quâ *trahere*, *adtrahere* ſonat, quia *trahendo* baccæ colliguntur. LXX. Intt. ῥῶγες ἐλαίας.

In ſummo ramo] *In capite rami*, בראש אמיר *broſch amir.* LXX. ἐπ᾽ ἄκρου μετεώρου. Res ipſa oſtendit *ramum* intelligi, ut vertit Vulgatus.

In feraciſſimis ramis] בסעפיה פריה *biſhiphéah phirjah*, in ramis ejus fructûs ejus, quod non ſatis intellexerunt LXX. Intt. qui habent ἐπὶ τῶν κλάδων αὐτῶν καταλειφθῇ. Vulgatus: *in cacuminibus ejus fructûs ejus.*

7. *Reſpiciet homo factorem ſuum*] De creatore ſuo, in adverſis, incipiet cogitare & ad eum confugere.

8. *Solis delubra*] חמנים *bhamanim.* LXX. Intt.

rum, nec intuebitur id quod fecerint ejus digiti, nec lucos, nec ſolis delubra. 9. Eo tempore, urbes eorum munitæ erunt inſtar terræ relictæ dumis & fruticibus, quos propter Iſraëlitas deſeruerint, eritque *illic* ſolitudo. 10. Quia oblita es, *ô Samaria*, Dei ſalutis tuæ *auctoris*, & rupis tuæ munitæ immemor fuiſti; ideò plantabis plantas amœnas, ſed quod ſecet alienus ſeres. 11. Cùm plantaveris, & creſcere curaveris, & citò ſementem germinare, ut ſit acervus demeſſæ *ſegetis*, die quo illam poſſeſſurus eſſes, *erit tibi inſtar* doloris ſolatio deſtituti.

12. Væ

quos plantarint, aut templorum ſolis. 9. Eo tempore, non munitiora eorum oppida non erunt, ac terræ dumis & fruticibus conſitæ, quas propter Iſraëlitas deſeruerint, & quæ ſine incolis manſerint. 10. Quia, ô Samaria, oblita es Dei, à quo ſervata es, nec ad ejus auxilium confugere voluiſti; ideò poſtquàm colueris plantas amœnas, earum fructibus non frueris, ſed alius eos colliget. 11. Cùm ſementem ſeveris & colueris, ac confeſtim creſcere curaveris; dic quo fructus meſſurus eras, nihil invenies, & ſine ſolatio eris, quod ſpe tuâ excideris.

12. Væ

Intt. βδελύγματα, nimis generaliter. *Hieronymus*, *delubra* ſed peculiariter *templa ſolis* dicuntur, à חמה *bhammah*, ſol. Job. XXX, 28.

9. *Urbes eorum munitæ*] *Urbes munitionis eorum inſtar terræ relictæ dumis* &c. כעזובת החרש *chabazouboth babhoreſch*, inſtar relictionis dumi. Hic החרש והאמיר *hebhoreſch vahaamir* ſunt dumus & frutex, qui in locis incultis ſponte ſuâ creſcunt, & remanent ubi creverunt. Significat in urbibus munitis nulla futura eſſe præſidia, quæ alioqui dumos evellerent.

Propter Iſraëlitas deſeruerint] Si hæc recta eſt lectio, intelligendum erit, Syros, ſine præſidiis, urbes munitas deſeruiſſe, ut majore exercitu contra Aſſyrios, hoſtem communem, Iſraëlitis ſuppetias ferrent. Sed fortè commodiùs legeremus מפני בני אשור *mipphene bne Aſſchour*. At LXX. Intt. αἱ πόλεις σου ἐγκαταλελειμμέναι, ὃν τρόπον κατέλιπον οἱ Ἀμοῤῥαῖοι καὶ οἱ Εὐαῖοι ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Vulgatus: *ſicut aratra & ſegetes, quæ derelictæ ſunt à facie filiorum Iſraël*. *Hieronymus* in commentario, *vomeris & acervi ſegetum*. Reverâ verbum חרש *bharaſch* eſt *arare*, ſed חרש *bhoreſch* nuſquam hoc ſignificat, ſed *ſilvam*, aut *ſaltum*. Vide 1. Sam. XXIII, 16. & 2. Ephem. XXVII, 4. Nec אמיר *ſegetem* ſonat, ſed *ramum*, ut vers 6. aut *virgultum*, quod ſine trunco ſingulari plures ramos è radice emittit. *Aquila* verterat, *teſta & emir*, Symmachus *ſilva & emir*, *Theodotion* utrumque Verbum Hebraïcum retinuerat ἆρς καὶ ἀμίρ. Quomodocumque vertas, ſupererit difficultas non facilè ſuperanda, ſine antiquioribus Codicibus, qui dudum perierunt.

10. *O Samaria*] Adfixa & verba ſunt hìc fœminina. Quare ſubaudiendum aut *Samaria*, aut ארץ ישראל *terra Iſraëlis*, nam adloquitur Deus Iſraëlitas.

Plantas amœnas] נטעי נעמנים *nithe nahamanim*, plantas amœnorum, niſi נטעי ſit pro נטעים *ntahim* in ſtatu abſoluto, aut intelligantur plantæ, quæ in amœnis locis coli ſolent. *Aquila* & *Theodotion*, *plantationem pulcram*, *Symmachus*, *bonam*; quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent נצע נעמן *netsah nahaman*. At LXX. Intt. φύτευμα ἄπιστον. Videntur legiſſe נטע נאמן *nethah neeman*, & vertiſſe πιστὸν, quæ eſt ſignificatio vocis נאמן, additúmque & è voce φύτευμα. Sic & *Hieronymus*, qui habet *plantationem fidelem*. Verba ejus digna ſunt, quæ huc transferantur: *Miretur quiſpiam cur pro* plantationibus pulcris & bonis, *quod Aquila ſequitur & Theodotio & Symmachus interpretati ſunt*, *vel* fidelem plantationem *diximus*. *Verbum Hebraïcum* NEEMANIM, *ſi per Aleph litteram ſcribatur*, πιστὰς, *id eſt*, fideles *ſonat*, *ſi verò per Ain & dicatur* NEAMENIM, *pulcram ſignificat*. Si recta eſſet prior lectio, intelligeretur planta, quæ non fallit colentem, ſed bonâ fide, ut ſic dicam, fructum ſperatum proferre ſolet. Contra *mendaces* plantas vocabant, quæ agricolam fallebant. Vide Hoſ. IX, 2. Hab. III, 17.

Sed quod ſecet alienus ſeres] וזמרת זר תזרענו *vezimrath zar thizrahennou*, putamen alieni ſeres illud. LXX. Intt. σπέρμα ἄπιστον, perperam. *Vulgatus*: *germen alienum ſeminabis*, incommodè: nam זמרה zimrah non eſt *germen*. Intelligit Propheta arbores plantaturos Iſraëlitas, ſed quarum fructu alieni veſcentur.

11. *Cùm plantaveris* &c.] *In die plantam tuam creſcere facies*, *& mane ſemen tuum germinare facies*, &c. Hìc ביום *bjom* eſt non ipſe dies, quo opus ſit, ſed perinde eſt, ac *poſtquàm*, ut res ipſa clamat.

Die quo eam poſſeſſurus eſſes] *Die poſſeſſionis*, hoc eſt, tempore quo inciperes ejus proventu frui; nam ea demum verè à nobis poſſidentur, quibus fruimur. *Hieronymus* ſic ad hunc locum ſcribit: *Pro eo quod nos*, *juxta Aquilam*, *& Symmachum* & *LXX. interpretati ſumus in die hereditatis*, *quod Hebraïcè dicitur* BIOM NEHELA, *legi poteſt in Hebraïco* in die peſſimâ. Debuiſſet dicere *in die morbi*, ut deducatur נחלה *nhhalah* à חלה *ægrotavit*. Sed non eſt in uſu eo ſignificatu.

Inſtar doloris ſolatio deſtituti] וכאב אנוש *oucheeb anouſch*, & dolor deſperatus. LXX. Intt. ὡς πατὴρ ἀνθρώπου, quia legerunt וכאב אנוש *& ut pater hominis*, ſine ſenſu; qui clarior non fit additione κληρώσῃ τοῖς υἱοῖς σου. Superiora verba non meliùs verterunt. Nec multò rectiùs Latinus: *in die plantationis tuæ labruſca*, *& mane ſemen tuum florebit*. *Ablata eſt meſſis*, *in die hereditatis & dolebit graviter*. אנוש *anouſch* eſt deſperatus. Vide Jerem. XXX, 15, 18. Reverâ collectis ab alieno fructibus, perit omnis ſpes proventu illius anni fruendi. Sed audiendus hic etiam *Hieronymus*: *Pro eo*, inquit, *quod Aquila & Theodotion interpretati ſunt* & dolebit homo, *nos docti ab Hebræis*, *pro* homine, *qui linguâ eorum dicitur*

ENOS

12. Væ turbæ populorum multorum, *qui* marium adinſtar fremunt, & ſtrepitui nationum, quæ ut validæ aquæ perſtrepent: 13. Populi ſicut multa aqua frement, ſed *Deus* increpabit *eam turbam*, & fugiet è longinquo, & perſequente *hoſte*, *erit* inſtar glumæ montium & inſtar quiſquiliarum ante turbinem. 14. Veſperi orietur *ſubita* perturbatio; *atque* ante matutinum tempus perierit *turba*. Hæc pars erit eorum, qui nos deprædati fuerint, hæc ſors eorum, qui nos ſpoliaverint.

Vaticinia in Ægyptios.

1. VÆ terræ ſiſtri alati, quæ es trans flumina Chuſitidis. 2. Quæ mittis per mare imagines & quidem in vaſibus junceis, in aquæ ſuperficie! Ite nuncii celeres CAPUT. XVIII.

res

12. Væ inſanæ multitudini populorum, quæ in aris inſtar fremit, aut murmurat haud aliter ac aqua fluvii è ſuperiore loco magno impetu cadentis! 13. Fremere poſſunt populi inſtar torrentis; at ſi Deus adverſetur ei multitudini, antequàm videat hoſtem aufugiet, non ſecus ac gluma montium, vento flaute, aut quiſquiliarum, quæ in viis publicis turbine rapiuntur. 14. Veſpere orto, fuerit ſeditio, quæ ante matutinas horas oppreſſa fuerit. Hæc erit ſors eorum, qui prædas ex agris noſtris abegerint; has pœnas ferent, qui nos ſpoliarint.

P A R A P H R A S I S.

1. VÆ terræ, quæ tinnitu ſiſtri delectatur, & quæ es Chuſitide à Palæſtina ſejuncta; 2. Quæ imagines in vaſibus junceis, per mare mittis. Ite nuncii celeres ad gentem, quæ per

longum

ENOS *interpretati ſumus* ANUS, *id eſt*, *graviter*. De cujus verbi ambiguitate pollicetur ſe acturum ad Jeremiam, quod fecit ad C. XVII. indicatâ tantùm varietate prolationis earumdem litterarum; unde conſtat ei planè ignota fuiſſe puncta vocalia, non minus ac ſuperioribus Interpretibus.

12. *Væ turbæ*] Videtur reſpicere ad Iſraëlitarum & Syrorum exercitus ingentes, quibus tamen ſe & ſua tueri non potuerunt.

Qui marium ad inſtar frement] Comparatio ter repetitur, qua de re vide ad C. XVI, 14. Elegans ſimilitudo in animum etiam *Ovidii* incidit, qui de rumore populi Metam. XV, 602.

Qualia ſuccinctis, ubi trux inſibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt; aut qualia fluctus
Æquorei faciunt, ſi quis procul audiat ipſos,
Tale ſonant populus.

13. *Sed Deus increpabit*] Supplevimus vocem *Deus*, quæ ſæpe ſubauditur, in hiſce libris.

Fugiet è longinquo] Antequàm videat hoſtem, fugæ ſe dabit, nedum ut eum exſpectare, & prælio cum eo decernere ſuſtineat.

Perſequente hoſte] רוּדַּף *ruddaph* in Conjugatione paſſiva, cui vocem ſimilem cùm non haberent Latini, ſic, ut fecimus, rem expreſſimus. Hieronymus *rapietur*, incommodè.

Inſtar quiſquiliarum] כגלגל *chegalgal* LXX. Intt. κονιορτὸν τροχοῦ verterunt, quia *rotam* ſignificat. Sed & poſſunt ſignificari quævis quiſquiliæ, ut folia excuſſa, aliáque levia corpora, quæ vi venti, ſine ulla rotarum opera, facile devolvit. Vide Pſ. LXXXIII, 14. Repetitio radicalium rei ſummam volubilitatem ſignificat, pro Hebraïcæ Linguæ idiomate. *Hieronymus* habet: *ſicut turbo coram tempeſtate*; incommodè, niſi voce *turbo* intellexerit corpus rotundum & leve, quod tempeſtate facilè rapitur. Sed præſtabat ambiguitatem vitare, quàm ita loqui.

14. *Veſperi orietur ſubitus tumultus*] *Tempore veſpertino & ecce tumultum*, בלהה *ballabah*, quod idem ac בהלה *behelah*, terror, tumultus. LXX. Intt. πένθος, impropriè. Vulg. *turbatio*.

Atque ante matutinum tempus] בטרם בקר *bterem boker*. LXX. Intt. πρὶν πρωῒ καὶ οὐκ ἔσται, nempe, πλῆθος ἐθνῶν, quod ſupplendum. Depravavit hæc *Hieronymus*, dum vertit: *in tempore veſperæ, & ecce turbatio in matutino & non ſubſiſtet*. Exemplum quidem ejus rei eſt inſigne, quod Sennacheribi exercitui unâ nocte contigit; ſed eò non reſpicitur, verùm ad Iſraëlitarum & Syrorum multitudinem; quam facilè diſſiparunt Aſſyrii.

Qui nos deprædati fuerint] Iſraëlitæ & Syri.

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT XVIII.

1. VÆ *terræ ſiſtri alati*] Sequentia manifeſtò oſtendent hæc ad Ægyptios pertinere, quamvis initio tantùm Cap. XIX. nomine adpellentur. Nec ordo, in hiſce vaticiniis, usque adeò ſervatur, nihil ut loco ſuo ſit motum. *Siſtrum alatum*, ut vertimus, eſt Hebraïcæ צלצל כנפים *tſiltſel chnaphajim*. LXX. Intt. πλοίων πτέρυγες. Sed primùm צלצל nusquam *naves* ſignificat, & oporteret ſcriptum fuiſſe כנפי צלצל *chanphe tſiltſel*, ut verti poſſet πλοίων πτέρυγες, ut ſciunt, qui Hebraïcæ Grammaticæ elementa norunt. Hinc *Aquila* σκιὰ πτερύγων, ſed צל *tſel* quidem *ambra* eſt, at non צלצל. Verùm verterat, ut docet *Hiero-*

nymus

res ad gentem in longitudinem extenſam , & depilatam ; ad populum terribilem ; ex quo eſt, & ulteriùs ad gentem Kau-Kau, & conculcationis, cujus terram fluvii diripiunt.

longum terrarum tractum ; ad utramque ripam Nili ſedes habet ad Gentem tonſam, ad Populum, qui vicinis ſuis terrori fuit, qui *Kau-Kau* dicitur ; & cujus agros paullatim Nilus aliique minores fluvii

nymus σκιὰ πτερύγων, quaſi vox eſſet dividenda ; quod non eſt à Fragmentorum collectoribus obſervatum. *Symmachus* ὁ ἦχος πτερύγων *ſonitus alatus*, quod ſenſu caret. Meliùs *Hieronymus*, qui vertit *cymbalo alarum*, niſi quòd hic agatur de *ſiſtro* non de *cymbalo* ; nam צלצל eſt *ſiſtrum*, non *cymbalum*, ut oſtendimus ad 2. Sam. VI, 5. quò Lectorem amandamus. Nullum fuit celebrius inſtrumentum in Ægypto, quàm *ſiſtrum*, nec ullum etiam ei genti tam peculiare ; quo fit, ut optime eo diſtingui poſſit. Vide *Laur. Pignorium* in Expoſitione Tabulæ Iſiacæ pag. 67. & ſeqq. ac *Hieron. Boſſium* de ſiſtro, inſertum 2. Tomo Ant. Rom. *Sallingeriano*.

Primus nomen Hebraïcum ſiſtri retexit *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. IV. c. 2. Sed perperam id confudit cum cymbalo, ut ad Samuëlis locum jam monuimus, atque alibi oſtendimus. Nec putem צלצל כנפים *ſiſtrum alatum* dici, ut diſtingnatur à cymbalo illis *alis*, à quo non minùs differt in omnibus aliis. *Alas* putem dici virgarum tranſmiſſarum foraminibus ſiſtri capita, quia erant ad utrumque ejus latus. Quin & interdum deſinebant in capita reflexa ſerpentum, quæ inſtar alarum utrimque eminebat. Ergo optimè deſignatur Ægyptus elogio *terræ ſiſtri alati*.

Trans flumina Chuſitidis] מעבר לנהרי כוש *mebeber lnahare Chouſch*. Veteres omnes & Recentiores Intt. verterant Æthiopiam ; ſed *Bochartus*, loco indicato, oſtendit argumentis, quibus nihil reponi queat, *Chus* dici partem Arabiæ ; quæ media erat inter Ægyptum & Judæam. Profectò Ægyptus collata cum ſitu Judææ non eſt trans flumina Æthiopiæ, cùm Æthiopia ſit potiùs trans flumina Ægypti ; ſed Ægyptus, ſi propriè loquamur, fuit trans flumina Chuſitidis ; ſeu partis Arabiæ, quæ à mari Rubro porrigebatur ad mare internum. Flumina ea fuerunt Beſor in poſterius hoc mare incidens, Rhinocorura in lacum Sirbonidem, & Trajanus amnis in mare Rubrum, ad Heroum urbem, & Corys fluvius, è quo Regem Arabum tres aquæ elices, in viam, quà Babylone in Ægyptum ivit Cambyſes, deduxiſſe narrat *Herodotus* Lib. III. c. 9.

2. *Quæ mittis in mare imagines*] השלח בים צירים *haſſcholeahh bajjam tſirim*. Cùm præceſſerit ארץ *erets* fœminini generis, deberet eſſe השלחה *haſſcholahh* participium fœmininum : ſed ſubauditur מצרי *mitsri* vel איש מצרים *iſch mitsrajim*, vel *vir Ægyptius*. Sic paſſim, apud Hebræos, miſcentur genera κατὰ τὸ σημαινόμενον, ut loquuntur Grammatici. צירים *tſirim* verterunt LXX. Intt. & *Theodotion* ὅμηρα, cur verò non intelligo. *Aquila* verò πρεσβευτὰς & *Symmachus* ἀποστόλους, Vulgatus *legatos*, quæ eſt interdum vocis poteſtas. Verùm *Bochartus* verè putavit, צירים *tſirim* eſſe *imagines*, è ציר, quatenus *formam* ſignificat, quo ſenſu legitur vox צירים infrà C. LV, 16.

Et quidem in vaſibus junceis] ובכלי גמא *oubichle gome*. LXX. Intt. & *Theodotion* ἐν σκεύεσι παπύρω, *Aquila* βιβλίνω quod idem eſt, *Symmachus* διὰ σκευῶν παπυρίνων. *Hieronymus in vaſis papyri*. Manifeſtò hoc quoque ad Ægyptum pertinent. *Theophraſtus* Hiſt. Plant. Lib. IV. c. 11. deſcriptâ hac paluſtri plantâ in Ægypto frequentiſſimâ : ὁ πάπυρος πρὸς πλεῖστα χρήσιμος· καὶ γὰρ πλοῖα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς βίβλου ἱστία τε πλέκουσι, καὶ ψιάθους, ἐσθῆτάς τινας, καὶ στρωμνὰς, καὶ σχοινία τε καὶ ἕτερα πλείω ; *Papyrus ad permulta utilis, ex eo enim navigia faciunt, atque è cortice telam texunt & tegetes & veſtes quasdam, & ſtragulas, & funes, aliaque plura*. *Plinius* ex eodem Lib. XIII. H. N. c. 11. *Ex ipſo quidem papyro navigia texunt & è libro vela, tegetéſque, nec non & veſtem, etiam ſtragulam, ac funes*. Nempe, radicibus ligneis, & caule, pice illitis, navigia texebant, cortice verò alia tenuiora, ut vela, veſtes, chartam. Navigia ejusmodi non Nilo tantùm, ſed mari ipſi credere audebant. Idem *Plinius* Lib. VI. c. 22. de inſula Indici maris Taprobane : *quondam credita XX. dierum navigatione à Praſiana gente* (Indica) *diſtare, mox, quia papyraceis navibus, armamentisque Nili petentur ad noſtrarum navium curſus*, VII. *diebus diſtare*. Quem locum adduxi, ne quis miretur hìc Prophetam dicere Ægyptios mittere per mare imagines & quidem *in vaſibus junceis*. Ea verba vult *Bochartus* reſpicere ad conſuetudinem Ægyptiorum, qui quotannis Byblum, in Phœniciam, per mare, caput papyraceum Apidis mittebant, ut prodidit auctor Libri de Dea Syria, inter Opera *Luciani* : Κεφαλὴ ἑκάστου ἔτεος ἐξ Αἰγύπτου ἐς τὴν Βύβλον ἀπικνέεται πλώουσα τὸν μεταξὺ πλόον, ἑπτὰ ἡμερέων, καί μιν οἱ ἄνεμοι φορέουσι θείῃ ναυτιλίῃ. τρέπεται δὲ οὐδαμά, ἀλλ' ἐς μούνην τὴν Βύβλον ἀπικνέεται. καί ἐστι τὸ σύμπαν θῶυμα. καὶ τοῦτο ἑκάστου ἔτεος γίγνεται, τὸ καὶ ἐμεῦ παρεόντος ἐν Βύβλῳ ἐγένετο, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐθεησάμην Βυβλίνην. *Caput* (Apidis de quo antea) *quotannis ex Ægypto Byblum venit, trajectum interpoſitum, ſeptem dierum, emetiens. At id venti divinâ navigatione ferunt. Nuſquam avertitur, ſed Byblum ſolam venit, quod totum negotium eſt mirandum. Id autem quotannis fit, quod etiam, me præſente, Bybli contigit & Byblinum caput vidi*. Diabolicâ vi factum vult vir ſummus, ſed & fraude humana facile falli potuerunt creduli Idololatræ.

Ite nuncii celeres] Propheta jubet hoc ſuum vaticinium celeriter in Ægyptum mitti, ut poſtea ex eventu intelligerent divinitus hæc ſibi à Deo prædicta.

Ad gentem in longitudinem tractam] ממשך *memuſchach*. Reſpicitur, ut puto, ad figuram Ægyptiæ terræ, cujus longitudo quadruplo

ripiunt. 3. Vos omnes, qui orbem incolitis & terram habitatis, cùm extolletur vexillum è montibus, videte; & cùm clanget tuba audite. 4. Sic enim dixit mihi Jehova:

fluvii in mare rapiunt. 3. Vos omnes Gentes, qui orbem terrarum colitis, circa nos, adtenti eſtote, cùm videbitis vexilla è montibus erecta; aurémque tubis præbete. 4. Sic enim dixit Creator. quieſcam

druplo major eſt latitudine; ſi ſuperiorem, nempe, Ægyptum inferiori addas. Quod inſpectæ Ægypti tabulæ veteres & recentiores docebunt. Hinc *Strabo* Lib. XVII. p. 1138. Ed. Amſtel. ἔοικεν οὖν κειρίᾳ πτυσσομένῃ ἐπὶ μῆκος ἐξῃρημένων τῶν ἐπὶ πλέον ἐκτροπῶν: *itaque ſimilis eſt faſciæ in longitudinem explicatæ, demtis frequentibus diverticulis*; hoc eſt, Nili ad utrumque latus declinationibus.

Depilatam] מרט *morath*. *Herodotus* de inſtitutis ſingularibus Ægyptiorum L. II. c. 36. Οἱ ἱρέες τῶν Θεῶν, τῇ μὲν ἄλλῃ, κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρῶνται. τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος, ἅμα κήδεϊ, κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς, τοὺς μάλιστα ἱκνέεται. Αἰγύπτιοι δὲ ὑπὸ τοὺς θανάτους ἀνιεῖσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι, τάς, τε ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ ἐν τῷ γενείῳ, τέως ἐξυρημένοι: *Deorum Sacerdotes alibi comati ſunt, in Ægypto raſi. Apud alios, lex eſt ſtatim in funere tonderi capitibus eos, qui maximè defunctum contingunt: Ægyptii poſt mortes, (* conſanguineorum *) promittunt capitis cæſariem, cùm in capite & mento antea eſſent raſi.* Poſtea etiam de Sacerdotibus c. 37. οἱ δὲ ἱρέες ξυρεῦνται πᾶν τὸ σῶμα διὰ τρίτης ἡμέρης ἵνα μήτε φθεὶρ, μήτε ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνηταί σφι θεραπεύουσι τοὺς θεούς: *Sacerdotes, tertio quoque die, totum corpus radunt, ne quis pediculus, dum Deos colunt, aut aliud quidpiam ſordium adhæreat.*

Ad populum terribilem ex quo eſt] אל עם נורא מן הוא *el ham nora min hou*, ad populum terribilem ab ipſo; quod perinde eſt ac *ex quo ille eſt*, ſeu ab eo tempore quo populus fuit. Ægyptii, nimirum, antiquitatem ſui regni ſummopere extollebant, volebántque non ſenſim creviſſe, ut alia regna, quæ è parvis magna facta fuerant. Regnaverant, apud eos, Dii primùm, tum Semi-Dei, ut ajebant, ac poſtremò homines, quorum primus Menes fuerat. Conſulendus, ea de re, *Joan. Marſkamus* in προκατασκευῇ & ad ſæculum I. Ægyptiacum, ubi omnia ad antiquitates primævas Ægyptiorum pertinentia corraſit. Scio eum velle annos regnorum Deorum & Semideorum eſſe tantùm periodum aſtronomicam; ſed ita vulgò res non capiebatur, nec ita loquebantur Ægyptii, ut Aſtronomicam Periodum quiſquam hìc poſſet quærere. Quamobrem Propheta ſic eſt loquutus, ut vulgò ſentiebant Ægyptii, útque eos rideret, & veluti nuncios ad eos miſſurus, qui calamitates futuras eis aperirent, inter alia ait: *ite ad formidandam illam gentem, ex quo fuit, imò & ulteriùs*; quæ poſtrema ſunt ſarcaſmus in tempus illud commenticium, quo regnabatur Ægyptus, non ab hominibus, ſed à Diis & Semi-deis. Reverà Ægyptus antiquiſſimum erat regnum, & potentiſſimum, pro captu temporis, quo Menes regnavit; ſed tempus illud, quod dicebant fuiſſe הלאה *haleah*, ulteriùs, cùm pauci incolæ eſſent in Ægypto, aut etiam nulli, merum erat aurium ludibrium.

Ad gentem kau-kau] Diximus in *Arte Critica* P. I. Cap. IV. T. III, 12. videri à Propheta ſic vocari σαρκαστικῶς Ægyptios præſertim paluſtres, qui Sillicyprio utebantur, quod vocabant KIKI, aut KAUKAU, mutatâ dialecto. Sententiam non mutavi, ex quo vidi apud *Herodotum* Lib. II. c. 94. ubi de eo fructu ſermo eſt, legi in Codice Medicæo TEKI. nulla enim ratio eſt, cur in ejuſmodi voce emendatior habeatur reliquis; cùm præſertim hanc plantam etiam *Diodorus* Siculus vocet KIKI, Lib. I. p. 31. Ed. Hanovianæ, & *Strabo* KIKKI. Lib. XVII. p. 1179. Ed. Amſt, & *Dioſcorides* M. M. Lib. IV. c. 164. & *Plinius* Lib. XV. c. 7. Paullò pluribus locum *Herodoti* Lib. II. c. 94. proferam, ut Sarcaſmi ratio pateat. Ἀλείφατι δὲ χρέωνται οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες, ἀπὸ τῶν Σιλλικυπρίων τοῦ καρποῦ, τὸ καλέουσι μὲν Αἰγύπτιοι KIKI ποιεῦσι δὲ ὧδε. παρὰ τὰ χείλεα τῶν τε ποταμῶν καὶ τῶν λιμνέων σπείρουσι τὰ Σιλλικύπρια ταῦτα, τὰ ἐν Ἕλλησι αὐτόματα ἄγρια φύεται. Ταῦτα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ σπειρόμενα καρπὸν φέρει πολλὸν μὲν, δυσώδεα δέ. τοῦτον ἐπεὰν συλλέξωνται, οἱ μὲν κόψαντες ἀπιποῦσι, οἱ δὲ φρύξαντες ἀπέψουσι, καὶ τὸ ἀπορρέον ἀπ' αὐτοῦ συγκομίζονται. ἔστι δὲ πῖον, καὶ οὐδὲν ἧσσον τοῦ ἐλαίου τῷ λύχνῳ προσηνές· ὀδμὴν δὲ βαρέαν παρέχεται: *Ægyptii qui paluſtria adcolunt unguento utuntur, ex fructu Sillicypriorum, quod adpellant* KIKI, *hunc in modum conficientes. Sillicypria hæc, quæ apud Græcos ultro agreſtia naſcuntur, ad labra fluviorum ſtagnorúmque Ægyptii ſerunt, eáque in Ægypto multum quidem fructum ferunt, ſed graveolentem. Hunc cùm collegerunt, alii tuſum ad ignem, alii in ſartagine coquunt & quod ex iis defluit excipiunt, pingue quiddam, nec minus lucernæ idoneum, quam oleum ſed graveolentiam exhibens.* Sat fœdum hoc fuit unguentum, apud gentem præſertim munditiæ ſtudioſam, ut juſtam occaſionem ejus ridendæ ſuppeditaret aliis gentibus. Objiciunt quidem ipſos Iſraëlitas caſtigari à Propheta C. XXVIII. 14. quòd adjungerent צו לצו צו לצו קו לקו קו לקו *tſau latſau, tſau latſau, kau lakau, kau lakau*; ſed eadem loquendi ratio non eſt, & additamentum voculæ צו *tſau* oſtendit de multitudine præceptorum agi.

Hic קו קו *kau kau* LXX. Intt. verterunt ἔθνος ἀνέλπιστον, quaſi à קוה *kivvah exſpectavit, ſperavit*, deducendum eſſet; ſed repetitio radicalium potiùs multa ſperantem, aut multiplicem ſpem ſignificari oſtenderet. *Aquila* ὑπομένον, *tolerans*, Hieronymus *exſpectantem, exſpectantem*; quorum ſenſum & rationem vix quiſquam inveniat. Nec faciliùs intelligas quid ſit *gens lineæ lineæ*, ut alii vertunt. Contra cur Ægyptii dici queant *gens kau-kau*, ex noſtra explicatione colligere licet, non improbabili ſuſpicione; cui adhærebimus, donec melius quiddam inveniatur.

Et conculcationis] ומבוסה *oumbouſah*. LXX. Intt.

hova: Quieſcam & contemplabor, in loco meo firmo, ſicut *ſentitur* æſtus ſerenus poſt lucem *exortam*, aut nubes roſcida in calore meſſis. 5. Nam ante meſſem, cùm gemmare *vitis* deſierit, & uva acerba matureſcet *poſt* florem: *erit qui* flagella falcibus reſecet & propagines

quieſcam & contemplabor è loco meo, ut ſentitur æſtus ſerenus, poſt ortam lucem, aut nubes roſcida in æſtu meſſis. 5. Nam ante tempus meſſis, cùm vitis non ampliùs gemmas emittet, erit qui falcibus flagella reſecet, atque propagines amputando amoveat. 6. Relinquetur, eodem tempore, vinea avibus montium, & beſtiis terræ, avéſque æſtate illic manebunt, & beſtiæ terreſtres hiema-

Intt. καταπεπατημένον, *Aquila* συμπεπατημένον, ut referatur ad ἔθνος, & *Hieronymus conculcatam*; nempe, gentem. Sed nomen eſt ſubſtantivum; nec poteſt referri ad גוי, quod maſculinum eſt, ſi participium eſſe, aut adjectivum ſtatuatur. Videtur autem Ægyptia gens dici *gens conculcationis*, quòd omnia ejus oppida, & omnes vici, exundante Nilo, culta, eſſent aggeribus cincta; qui conculcatâ terrâ conſtabant, ut firmaretur contra impetum aquarum Nili, ut fit etiamnum hodie, alioquin omnia fuiſſent ſubmerſa. *Herodotus* Lib. II. c. 97. ἐπεὰν δ' ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώρην, αἱ πόλιες μοῦναι φαίνονται ὑπερέχουσαι, μάλιστα ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ νήσοισι· τὰ μὲν ἄλλα τῆς Αἰγύπτου πέλαγος γίνεται: *cùm regionem ſupergreſſus eſt Nilus, ſolæ urbes adparent exſtantes inſulis Ægæi maris ſimillimæ; cetera verò Ægypti mare fiunt.* Urbibus conjunxerim κωμοπόλεις, ſi quæ, per totum annum habitabantur; quod fit credibile, ob ingentem incolarum multitudinem. In campeſtri & plana regione, qualis eſt inferior Ægyptus, non ſervarentur urbes, niſi collibus aut aggeribus inædificarentur, aut undequaque munirentur; quibus ſi κωμοπόλεις etiam cingantur, exundante Nilo non decedunt incolæ. *Strabo* Lib. XVII. p. 1137. Ed. Amſt. ἐν ταῖς ἀναβάσεσι τοῦ Νείλου, καλύπτεται πᾶσα καὶ πελαγίζει πλὴν τῶν οἰκήσεων. αὗται δ' ἐπὶ λόφων αὐτοφυῶν ἢ χωμάτων ἵδρυνται, πόλεις τε καὶ ἀξιόλογοι (ſic lego, non ἀξιόλογοι καὶ) κῶμαι νησίζουσαι κατὰ τὴν πόρρωθεν ὄψιν: *Nili exundationibus tota* (Ægyptus) *tegitur, in modum maris, exceptis habitationibus: hæ autem in nativis collibus, aut aggeribus, ſunt ædificatæ. Urbes & potiſſimi vici, ſunt inſtar inſularum, ſi è longinquo ſpectentur.* Vide & *Diodorum* Siculum Lib. I. p. 32. ubi ait Ægyptios facilè avertere Nilum μικροῖς χώμασι, aliáque habet huc facientia. Poſſit etiam res intelligi de *conculcatione* pecudum, quæ immittuntur agris ſatis, ut idem teſtatur, ubi ait agricolas τούτοις συμπατήσαντας, quarto pòſt menſe ad meſſem redire.

Cujus terram fluvii diripiunt] אשר בזאו נהרים ארצו *aſcher bazzou neharim artſo.* Verbum בזאו *bazaou* videtur eſſe ab inuſitato in libris ſacris בזא *baza*, potiùs quàm irregulare à בז *bazaz.* Manifeſtum eſt hìc agi de exundatione Nili, eam terram ſibi veluti vindicantis, dum terras omnes, exceptis urbibus & vicis aggeribus tectis, inundat; ut mirum ſit potuiſſe in ea re labi interpretes.

3. *Vexilla è montibus*] Vide ad Cap. III, 2.

4. *Contemplabor in loco meo firmo*] אביטה במכוני *abbita bimchoni.* LXX. Intt. ἐν τῇ ἐμῇ πόλει. *Aquila* ἐν στερεώματι, nam *Hieronymus* Latinè citat *in firmamento*, & vertit *in loco meo.* Videtur cœlum intelligi, non Jeroſolima; nam clades, quas Ægypto minatur Propheta, videntur, poſt Jeroſolimæ excidium impletæ, à Nabuchodonoſoro.

Sicut ſentitur æſtus ſerenus &c.] כחם צח עלי אור *chebhom tſabh hale or.* Locus obſcuriſſimus, & de quo tamen Græci Interpretes *Aquilæ*, aut *Symmachi* verſiones proferre dignati non ſunt, dum in locis claris verba eorum proferunt, quod paſſim miratus ſum. LXX. Intt. poſtquàm ſuperiora verba verterunt hoc modo: ἀσφάλεια ἔσται ἐν τῇ ἐμῇ πόλει, ſic pergunt: ὡς φῶς καύματος μεσημβρίας, quod quid ſibi velit, qui cum antecedentibus connecti queat, aut qui conveniat verbis, quæ legimus, comminiſci nequeo. *Hieronymus: quieſcam & conſiderabo in loco meo: ſicut meridiana lux clara eſt.* Intelligo quid ſit *videre in meridiana*, aut clara *luce*; ſed eam ſententiam, neque in Latinis verbis, neque in Hebraicis video. Reliquos Interpretes proferre atque expendere longum eſſet & tædioſum. Dicam quid ſuſpicer de loci ſententia, non quid mihi ſit compertum. Hoc ergo videtur velle Deus, ſe ex alto deſpicientem tam libenter viſurum quod fiet in Ægypto, quàm ſentitur libenter ab hominibus *calor ſerenus poſt exortam lucem*, quæ noctem frigidam ſequuta eſt. עלי אור vertimus *poſt lucem*, eſt enim non infrequens hæc ſignificatio particulæ על, ut docebit *Chriſt. Noldius* ad ſignif. 20. Verùm ne quid diſſimulem, dubito an hìc locus ſatis emendatus ad nos pervenerit; certè loco, ſi ſententiam ejus adſequor, meliùs convenire videretur קר *kor*, frigus, quàm אור *or*, lux. Adficiar, ait Deus, eo ſpectaculo, quemadmodum vos homines, cùm *poſt frigus* hibernum *æſtum ſerenum* ſentitis, aut cùm *in æſtu meſſis, roſcidâ nube* in pluviam reſolutâ refrigeramini. Ut חם *hhom* æſtus dicitur hìc צח *tſabh* hoc eſt, *ſerenus*, ſic ventus Jerem. IV, 11.

5. *Ante meſſem*] Hìc ſub imagine vitis, quæ, poſt emiſſos omphaces, putaretur, nullóſque proinde fructus proferre poſſet, deſcribitur Ægyptus, cujus adparatus omnis bellicus, nondum perfectus, advenientibus Babyloniis, irritus futurus erat. Iis in oris, diu ante meſſem omphaces jam grandiores cernuntur in vitibus.

Cùm gemmare vitis deſierit] כתם פרח *chetham pherahh*, cùm perfecta erit gemmatio. Satis liquet debere hic ſubaudiri vitem, nam de vite agi ſequentia oſtendunt. LXX. Intt. ὅταν συντελεσθῇ ἄνθος ſed פרח eſt potiùs *gemma*, quàm *flos*. Vulg. *cùm totus effloruit*, incommodè.

Poſt

Digitized by Google

propagines amputando removeat. 6. Relinquetur ſimul *vinea* avibus montium, beſtiisque terræ; volucris in ea æſtatem deget, & omnis beſtia terræ hiemabit. 7. Tempore illo adferetur munus Jehovæ, *Deo* exercituum, *à* populo in longitudinem extenſo & depilato, & à populo terribili, ex quo eſt & ulteriùs, *à* gente Kau-Kau, & conculcata, cujus terram flumina diripiunt, *adferetur, inquam, munus* ad locum *dictum de* nomine Jehovæ, *Dei* exercituum, *ad* montem Sionem.

1. ORatio *in* Ægyptum: Mox Jehova vectus nube levi ingredietur Ægyptum, atque ex ejus conſpectu ſe amovebunt Dii nihili Ægyptiorum, horumque animus CAPUT XIX.

humabunt. 7. Eo tempore ad Creatorem, qui præeſt exercitibus, & bello, adferentur munera, à populo, qui Nili ripas ad Æthiopiam usque, longo tractu, habitat, & tonſis crinibus eſt; à populo, qui jam ab initio vicinis terrori fuit, etiam cùm in plura regna eſſet diviſus; à Gente, quæ Gens Kau-Kau vocitatur, quæ aggeribus diligenter conculcatis arcet Nili exundationes, quamvis frequenter exundet; à Gente illa adferentur munera ad montem Sionem, qui mons Creatoris vocatur, à Deo, qui ei præſentem ſe eſſe oſtendit.

PARAPHRASIS.

QUo Prophetæ caſtigationes in Ægyptios habentur, & minæ proferuntur. MOX Creator inconſpicuus, ſed Nube quaſi vectus, Ægyptum ingredietur, ex eaque Cacodæmonas expellet, quo fiet, ut Ægyptiis animi deſint, quia verus Deus fictitia Numina expellet; utque idem popu-

Poſt florem] Eſt tantùm נצה *nittſah*, flos, ſed ſubaudiendum אחרי *abhare*, poſt, nam nonniſi poſtquàm flos excidit, omphax matureſcere poteſt. Veteres verſiones ita ſunt intricatæ, ut vix intelligi queant. LXX. Intt. καὶ ὄμφαξ ἐξανθήσῃ ἄνθος ὀμφακίζουσα, *Hieronymus: immatura perfectio germinabit.* Neque rem, neque verba adtenderunt.

Erit qui flagella falcibus reſecet] וכרת הזלזלים במזמרות *vecharath hazzalzalim bammazmeroth* LXX. Intt. καὶ ἀφελεῖ τὰ βοτρύδια τὰ μικρὰ τοῖς δρεπάνοις. In Hebraicis ſubauditur nominativus כורת choreth, *ſecans*, quæ ellipſis frequentiſſima eſt, ſed à Græcè loquente vox ſubaudita ſuppleri debuit. זלזלים *zalzalim* dicuntur palmites, ut videtur, à *movendi* ſignificatu, qui eſt etiamnum verbo Arabico זלזל *zalzala*, quia vel levi vento agitantur. Ideò *Hieronymus: præcidentur ramuſculi falcibus.*

6. *Beſtiisque terræ*] ולבהמת הארץ *oulebehemath haarets*, ubi בהמה ſumi videtur pro quibusvis quadrupedibus, cùm propriè de majoribus tantùm dicatur.

Volucris æſtatem deget] Cùm Ægyptus, inferior certè, tota tecta ſit aqua, magnâ parte æſtatis, à ſolſtitio æſtivo ad æquinoctium, nec quidquam emineat præter arborum cacumina & altiora loca, quorum nonnulla erant vitibus conſita, ſolæ aves poterant æſtivare in Ægypto. Sed viciſſim hiberno tempore, quo paſcua ſummopere virent & abundant, poſt aquarum receſſum, hibernant in paſcuis pecudes; quæ tempore exundationis in ſtabula coactæ fuerunt. Quod poſſemus probare Recentiorum, qui Ægyptum viderunt, teſtimoniis, niſi res eſſet nota. Itaque in hac deſcriptione, quamvis aliò ſpectante, adluditur ad Ægyptum. Sed ſententia eſt, omnes Ægypti proventus ab hoſtili exercitu abſumtum iri; nec ſunt ſingula verba, præter orationis ſcopum, minutatim explicanda.

7. *Tempore illo* &c.] Non eſt intelligendum illud ipſum tempus, quo à Babyloniis vaſtabatur Ægyptus, & quo in ruinis Jeroſolima & templum jacebant; ſed ſequentes ætates ſub Perſarum imperio, cùm Jeroſolima & Templum fuiſſent inſtaurata. Satis conſtat, Judæos in Ægypto creviſſe, ad quos fortè etiam multi acceſſerunt Proſelyti, qui omnes Jeroſolimam oblationes ad Dei Templum mittere potuerunt. Quæ tamen referri nolim ad Oniam, qui Templum in Ægypto ſeriùs condidit Jeroſolimitano æmulum; nam contra ad Templum ſuum ejusmodi munera avertere conabatur. Vide *Joſephum* Ant. Jud. Lib. XIII. c. 6.

A populo] Eſt tantùm עם ſed eſt pro manifeſtò מעם *meham*, à populo. Quod notamus, ne quis miretur, tam ſæpe à nobis ejusmodi particulas expleri. Sic LXX. Intt. ἐκ λαοῦ, & Vulg. *à populo*, nec verbum paſſivum הובל *houbal*, quod anteceſſit aliter, conſtructionem expediri patitur.

In longitudinem &c.] Eadem verba, quæ antea ad vers. 2. ſunt expoſita. Mirum eſt à LXX. Intt. aliter eſſe verſa, hoc loco, ubi habent: ἐκ λαοῦ τεθλιμμένου καὶ τετιλμένου, καὶ ἀπὸ λαοῦ μεγάλου ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον· ἔθνος ἐλπίζον καὶ καταπεπατημένον, ὅ ἐστιν ἐν μέρει ποταμοῦ τῆς χώρας αὐτοῦ. Sed fortè ex alia verſione deſumta ſunt hæc verba.

Dictum de nomine Jehovæ] *Nominis Jehovæ.*

COMMENTARIUS
In Caput XIX.

1. O*Ratio in Ægyptum*] משא מצרים *maſſcha Mitſrajim*, oratio Ægypti; hoc eſt, ad Ægyptum pertinens, ut alibi paſſim. *Aquila* ἆρμα hic, ut alibi ſemper, quamvis a-

nimus intra eos colliqueſcet. [2]. Committam Ægyptios cum Ægyptiis, bellum gerent inter ſe fratres & amici, urbs cum urbe, regnum cum regno. [3]. Exhaurietur ſpiritus Ægypti, *qui* in ea eſt, conſilium ejus abſorbebo, interrogabitque eos, qui muſſitant, Necyomantes, & divinos *quosvis*. [4]. Tradam Ægyptum in manus dominorum durorum, dominabitur iis Rex vehemens, ait Dominus Jehova, *Deus* exercituum. [5]. Deficient aquæ à mari, & fluvius exſiccabitur, atque exareſcet. [6]. Amovebuntur flumina, adtenuabuntur, & exſiccabuntur canales Ægypti, cannæ & junci marceſcent.

populus animum deſpondeat. 2. Ægyptios Ægyptiis collidam, amicique amicis bellum inferent. 3. Sapientiâ deſtituentur, nec ſcient, quid ſibi faciendum ſit, ita ut, Necyomantes, ejusque generis homines conſulturi ſint. 4. Eos Tyrannis, à quibus malè habeantur, permittam, ait Creator, Deus exercituum. 5. Deficient eos aquæ, adeò ut oſtia Nili navigari nequeant. 6. Tenuior erit aqua fluvii, quam ut commodè navigari poſſit, & aqua ſuâ Ægyptus fœcundari, juncisque & arundines, penuriâ aquæ fluvii, deſtituentur Æ-

gyptii

liter ſit editum in Ed. Hieronymiana nupera, contra antiquiſſimum Cod. MS. ut obſervavit Editor Fragment. Hexaplorum.

Mox Jehova] *Ecce Jehova.*

Vectus nube levi] Vectus nube etiam deſcribitur 2. Sam. XXII, 12.

Se amovebunt] Non audebunt conſiſtere contra Nebuchadnetſaris exercitum, cui favebit Deus; hoc eſt, fruſtra erunt Ægyptii invocantes Deos ſuos, quibus illudet Babylonius. Vide Jerem. XLIII, 12, 13. & C. XLVI, 13. & ſeqq. de cladibus Ægypto à Babyloniis inferendis.

3. *Spiritus Ægypti*] Spiritus prudentiæ, vel prudentia, ut ſequentia oſtendunt.

Qui muſſitant] האטים *haittim*. LXX. Intt. ἀγάλματα αὐτῶν. *Hieronymus* meliùs *divinos*. אט *at*, quod eſt adfine huic voci eſt *leniter*, & *ſenſim*, & ſic dicti videntur à demurmurationibus, quas tenui voce recitabant. Vide ad Cap. VIII, 19.

Necyomantes] האבות *haoboth*. Vide nos, ad Levit. XIX, 31. & 1. Sam. XXVIII, 7.

4. *Dominorum durorum*] אדנים קשה *adonim kaſcheh*, dominorum duri, quia *dominorum* voce unus intelligitur; aut quia קשה hic ſubſtantivè ſumitur. LXX. Intt. κυρίων σκληρῶν & *Hieronymus*, *dominorum crudelium.*

Rex vehemens] מלך עז *melech haz*. LXX. βασιλεῖς σκληροὶ, *Hieronymus*, *Rex fortis*. Eſt potiùs qui vehementer vult quod vult, qualis erat Nebuchadnetſar, ut intelligere eſt ex Hiſtoria Danielis. עז neque corporis, neque animi robur ſonat, ſed vitium animi vecordis, qui vult ſibi per omnia pareri. Vide Gen. XLIX, 7. Num. XVIII, 28.

5. *Deficient aquæ maris*] נשתו מים מהים *niſchthou majim mehajjam*, ebibentur aquæ è mari; quod malè intellexerunt. LXX. Intt. qui habent πίονται οἱ Αἰγύπτιοι ὕδωρ τὸ παρὰ θάλασσαν. Meliùs *Hieronymus*: *areſcet aqua de mari*. Si iis temporibus, apud Hebræos, receptam hanc ſententiam, fluvios oriri è vaporibus è mari evectis, & pluviæ inſtar recidentibus, conſtaret; eò reſpici hîc diceremus, ut & Eccleſ. I, 7. *Diodorus* quidem Lib. I. p. 34. ait, Sacerdotes Ægyptios putaſſe, Nili aquam ex Oceano venire; ſed an tempore Eſaïæ ſic ſentirent, non conſtat. Prædicit hîc Propheta maximam calamitatem, quæ Nili adcolis contingere poterat; hoc eſt, exundationem fluvii multò minorem fore, quam neceſſe erat, ut Ægyptum fœcundaret, vocâtque aquas ita ſparſas per eam regionem *aquam è mari*, quia reverà tunc non tam videtur eſſe exundatio fluvii, quàm maris; unde factum, ut *Herodotus* Ægypti aquis tectæ ſpeciem eſſe maris Ægæi, & urbes videri inſulas dicat: quod dixit etiam *Strabo*, & confirmat *Diodorus*, qui urbes confert cum Cycladibus inſulis. Vide dicta ad C. XVIII, 2. Itaque mirum videri non debet, à Propheta dici has aquas eſſe *è mari*, cùm tantâ copiâ Ægypto ſuperfundantur. Fore autem, ut *ebiberentur aquæ* ait, quia quando ſunt minore copiâ, quàm opus eſt ad irrigandam & fœcundandam Ægyptum; terra illa tenuis & ſitiens brevi tempore eam combibit, nec ſeri poteſt, nec ſata alere. Quæ, quia omnibus nota, veterum teſtimoniis confirmari non opus eſt. *Herodotus* Lib. II. *Strabo* XVII. *Diodorus* I. & *Plinius* V. affatim ſuppeditabunt.

Fluvius exſiccabitur] Quia aquis ex Æthiopia paucioribus defluentibus, quòd minores interdum cadant illic pluviæ, tenuior fluit; unde ad ripas ejus omnia exareſcunt, quod in ſequentibus deſcribitur à Propheta.

6. *Amovebuntur flumina*] והאזניחו נהרות *heeznichou neharoth*. Paſſivo uſi ſumus, quia activo fuiſſet addendum nomen, quod regeret. Subaudiendum eſt מימיהן *memehen* aquas ſuas. LXX. ἐκλείψουσι, Latinus, *defecerunt*. Nilus ejusque alvei *amovere* dicuntur *aquas ſuas* à terra, quam more ſolito non inundant.

Canales Ægypti] יארי מצור *jeore matſor*. יארים *jeorim* dicuntur non alveus nativus Nili, ſed innumerabiles foſſæ & canales manu factæ, ad derivandam quaquaversùm Nili aquam; quod & Veteres & Recentiores, qui de Ægypto egerunt, teſtantur. Ne eadem voce ſemper uteremur, nunc *canales*, nunc *rivos*, nunc *foſſas*, nunc *alveos* vocavimus. מצור *matſor* Ægyptum vertimus, ex ſententia *Sam. Bocharti* Phalegi Lib. IV. c. 24. Vide etiam ad 2. Reg. XIX. 24.

Cannæ & junci marceſcent] קנה וסוף קמלו *kanneh veſouph kemelou*. *Cannæ* ſunt quævis arundines, סוף verò *alga*, qualis erat in *mari algæ*. Sunt plantæ paluſtres & ripis fluviorum gaudentes; qui ſi præter modum minuantur, eæ plantæ intereunt, aut certè marceſcunt. Apud Syros קמל *Kmal* eſt *ægrotavit*, & plantæ morbus maximus eſt marcor.

7. *Prata*

marceſcent. 7. Prata, quæ ſunt ad rivos, *imò* juxta alveorum oſtia, & omnia, quæ ſata ſunt *ad* foſſas, exareſcent; expelletur *tumor* & nullus erit. 8. Mœrebunt piſcatores, & lugebunt, qui jaciebant hamum, in rivos expandentes retia in aquas languebunt. 9. Pudore adficientur, qui parant nitentia linea & textores reticulorum. 10. Naſſæ, *&* omnes,

gyptii. 7. Prata, quæ fluvii aquis virebant, areſcent, ad ipſa Nili oſtia, & quæcunque ſata erant ad varias ejus derivationes, ſiccabuntur deficiente aqua. 8. Mœrebunt piſcatores, qui nec in Nilo, nec in lacubus arte factis ullos invenient piſces. 9. Pudebit ſuæ artis eos, qui antea retia, è lino Ægyptio nectebant, quia exerceri non potent. 10. Naſſæ & omnes, qui catarrhactas ſtagnis

7. *Prata, quæ ſunt ad rivos*] ערות על יאור *baroth bal jeor*. Cùm ſermo ſit de re, quæ ad rivum, propter penuriam aquæ, exareſcit, jam ſatis liquet eſſe plantas, aut loca, in quibus ſatæ ſunt; ſed utrum ſit, nemo certò dixerit, donec major lux exoriatur. Vertimus Jud. XX, 13. מערה *mabarah*, gramineum campum, quia locus ab ea ſignificatione alienus non erat. Pariter hic *prata* vertendum cenſuimus, ſimili de ratione, cum nonnullis Recentioribus Intt. Τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν πᾶν τὸ κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ. Ubi ἄχι idem eſt ac אחו *abhou*, quod carectum ſonat, Gen. XI, 2. 18. Vulgatus: *nudabitur alveus rivi à fonte ſuo*, quia ערות eſt à ערה *nudavit*. Sed legi oporteret חערה *thabareh*.

Imò juxta alveorum oſtia] על פי יאור *bal phi jeor*, ad os foſſæ, vel rivi. Quod interpretor de oſtio foſſæ, hoc eſt, de loco, per quem aquam è Nilo accipit, & ad quod aqua ſolebat eſſe copioſior, cùm ad extremas foſſas, ſi longiores eſſent, minor aquæ copia perveniret, propter varias derivationes, aut ſolum altius. Aliquid ſimile intelligi poſtulat ratio, quà loquitur Propheta, qui ubi dixit, *ad rivum*, continuò ſubjicit, *juxta eorum alveorum oſtia*; quibus verbis plus dicit, quàm antecedentibus, ideóque præfiximus *imò*, ſed hæc verba nec Veteres Intt. nec Recentiorum multi intellexerunt. פי *phi*, os, interpretati ſumus *oſtia*, quà voce ſignificare volumus conjunctionem διωρύγων, ut à Græcis vocantur, cùm Nilo, per quas ejus aquas accedentes excipiunt & decedentes emittunt. Sic & *Strabo* Lib. XVII. Moeridis lacui tribuit duo στόματα, quibus Nili aquas admittebat, & reddebat. Ἐπίκειται δὲ, inquit, τοῖς στόμασιν ἀμφοτέροις τῆς διώρυγος κλεῖθρα, οἷς ταμιεύουσιν οἱ ἀρχιτέκτονες, τό, τε εἰσρέον ὕδωρ, καὶ τὸ ἐκρέον: *utrique autem foſſæ oſtio clauſtra impoſita ſunt, quibus architecti & influenti & effluenti aquæ moderantur.*

Et omnia, quæ ſata ſunt ad foſſas] וכל מזרע יאור *vechol mizrab jeor*, pro על יאור *bal jeor*, ad foſſam.

Expelletur humor & nullus erit] נדף ואיננו *niddaph veenennou*, intelligitur manifeſtò Nilus vel *humor*, quod ſupplevimus. LXX. Intt. καὶ πᾶν τὸ σπειρόμενον διὰ τοῦ ποταμοῦ ξηρανθήσεται ἀνεμόφθορον, non ſatis commodè, perit enim ſiccitate, non vento. Latinus non multò commodiùs: *omnis ſementis irrigua* (imò non irrigua) *ſiccabitur, areſcet & non erit.*

8. *Mœrebunt piſcatores* &c.] Quia propter tenuitatem aquæ, in Nilo, & foſſarum ſiccitatem, nulli aut pauci piſces capi poterunt; cùm piſcoſiſſimus alioqui ſoleret eſſe Nilus, adeóque tam in foſſis, quàm in ejus proprio alveo, magnâ copiâ piſces caperentur. Vide not. ad Exod. I, 7.

9. *Qui parant nitentia lina*] עבדי פשתים שריקות *obede phiſhim ſchrikoth*, operantes lina optima. שריקות interpretantur LXX. Intt. τὸ λίνον τὸ σχιστόν, neſcio quare; *Hieronymus: linum pectentes*, cujus nec rationem adſequor; *Symmachus* κτενιστόν, *pectinatum*, quod non video quì cum Hebraica voce conſentiat. Recentiores *variegata, reticulata, fulva, optima*, nulla etiam certâ ratione ducti. *Nitentia*, candore, nimirum, ex Arabiſmo vertimus, in quo שרק *ſcharaka* interdum eſt *nituit, ſplenduit*. Notum eſt lino abundaſſe Ægyptum, & quidem nitente, ſolóque eo indutos Sacerdotes fuiſſe, munditiei cauſâ. Adeatur vel *Plinius* H. N. Lib. XIX. ab initio, ubi copioſiſſimè varia lini genera deſcribit, quorum nonnulla laudat à *candore* & *ſplendore*. Sic de Ægyptio lino C. I. *Ægyptio lino minimùm firmitatis, plurimùm lucri; quatuor ibi genera, Taniticum ac Peluſiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus, in quibus naſcuntur.* Eorum *candor* elegans erat in veſtibus, ſed plagis conficiendis ineptum, ut docet *Gratius* in Cynegetico vers 42. & ſeqq.

Vix operata ſuo ſacra ad Bubaſtia lino
Velatur ſonipes æſtivi turba Canopi.
Ipſe, in materia damnoſus candor inerti,
Oſtendit longè fraudes atque exterruit hoſtem.

Tenuiſſimo, nempe, lino vix ſatis tegebantur Sacerdotes, candoréque ejus terrebantur feræ; quæ faciunt ad laudem Ægyptiaci lini.

Textores reticulorum] אורגים חורי *oregim bhorai*. LXX. Intt. ἐργαζομένους τὴν βύσσον, *Hieronymus, texentes ſubtilia*. Alii *candida*, quod cuivis opificio lini candentis convenit. Maluimus חורי *bhorai*, idem habere ac חורים *bhorim* foramina, atque intelligere, non telam denſiorem, ſed reticula rariora, ut aërem admitterent, qualia erant Conopeorum; quibus arcebantur κώνωπες, *culices*, ſed aër tranſmittebatur; quorum Conopeorum uſus maximus fuit in Ægypto, éſtque etiamnum hodie. Hinc *Horatius* Epod. IX, 16. de adparatu bellico Antonii & Cleopatræ:

Intérque ſigna (turpe!) militaria
Sol adſpicit Conopeum,

Rationem inventi Conopei habet *Herodotus* Lib. II. c. 95. his verbis: πρὸς δὲ τοὺς κώνωπας ἀφθόνους ἐόντας τάδε σφι ἐστὶ μεμηχανημένα· τοὺς μὲν τὰ ἄνω τῶν ἑλέων οἰκέοντας οἱ πύργοι ὠφελέουσι ἐς οὓς ἀνα-

nes, qui catarrhactas vivariis faciunt, frangentur. [11]. Profectò ſtulti ſunt proceres Tanitici, ſapientes *illi &* conſiliarii Pharahonis, conſilium inſaniit. Quomodo dicere ſuſtinebatis Pharahoni, *quisque de ſe*: ego ſum filius ſapientium, ego proles priſcorum Regum? [12]. ubi ſunt Sapientes tui, *ô Ægypte*? Indicent nunc tibi, & notum faciant, quodnam

gnis faciebant deficient. 11. Inſania invadet Taniticos proceres, ſapientes conſiliarii Regum Ægypti inſania laborabunt, nec ullum ſanum conſilium Regibus ſuppeditare poterunt. Qui verò ſapientiam, apud Reges, jactare poterunt, & gloriari, ſe eſſe poſteros ſapientum virorum, ac prolem etiam priſcorum Ægypti Regum. 12. Ubi ſunt ſapientes, quibus gloriari ſolebas, ô Ægypte? Nunc tibi aperiant, quodnam ſit conſilium Creatoris, qui etiam exercitibus præeſt, de Ægyptiis. 13. Tanitici

βαίνοντες κοιμῶνται· οἱ γὰρ κώνωπες ὑπὸ τῶν ἀνέμων οὐχ οἷοί τε εἰσὶ ὑψοῦ πέτεσθαι. Τοῖσι δὲ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέουσι τάδε ἀντὶ τῶν πύργων ἄλλα μεμηχάνηται· πᾶς ἀνὴρ αὐτέων ἀμφίβληστρον κέκτηται, τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται· ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβληστρον, καὶ ἔπειτα ἐνδὺς ὑπ' αὐτῷ καθεύδει· οἱ δὲ κώνωπες, ἢν μὲν ἐν ἱματίῳ ἐνειλιξάμενος εὕδῃ, ἢ σινδόνι, διὰ τούτων δάκνουσι· διὰ δὲ τοῦ δικτύου, οὐδὲ πειρῶνται ἀρχήν: *ſunt autem, adverſùs culices, quorum magna vis eſt, hæc excogitata. Illos quidem, qui ſupra paludes colunt, juvant turres, quas dormituri adſcendunt, nam culices ventus prohibet in alta volare. At qui circa paludes habitant alia, turrium vice, ſunt machinati, hæc videlicet; ſinguli ſuum habent rete, quo per diem piſces capiunt, eodémque noctu utuntur, ad cubile, in quo requieſcunt. Circumdant illud rete, deinde ſubeuntes, ſub illo ſomnum capiunt; qui ſi veſte, aut ſindone involuti dormirent, eos per iſta culices morderent, per retia verò omnino nec conantur.* Pet. *Belonius* Obſerv. Lib. II. c. 35. *Cùm noſtrûm ſinguli noctu, inter dormiendum, à culicibus ita vexati fuiſſemus, ut poſtridie ex anthematibus laborare videremur, id intelleximus, noctu eſſe tegendam faciem, dormiendo ſub papilionibus, aut in ſummis ædibus ſub dio. Legentes tamen poſtea Herodotum eum ſimilia ſcripſiſſe deprehendimus.* Sic & alii Recentiores, in Cairi deſcriptione. Ideò *reticula* vertimus, ut Chaldæus, qui habet מצדן *matsdan*, retia. Hi autem omnes opifices, in ſiccitate, lugere dicuntur, vel quia retibus opus non erat, cùm non eſſent piſces; vel quia lini copia non ſuppetebat, quo telas & reticula conficerent; quòd Nilus agros non fœcundaſſet.

10. *Naſſæ*] והיו שתתיה מדכאים *vehajah ſchetotheah meduchaim*, & erunt *naſſæ ejus* (nempe Ægypti) contritæ; qui Participii ſignificatus utrique membro non convenit. Ideóque vertimus *frangentur*, quod proprie convenit naſſis, quæ lacerantur, & κατὰ μεταφορὰν viris, quorum animi calamitate franguntur. LXX. Intt. ἔσονται οἱ ἐργαζόμενοι αὐτὰ ἐν ὀδύνῃ, parum commodè. Vulgatus non meliùs: *& erunt irrigua flaccentia.* Omnia in omnibus invenirentur, ſi ita vertere liceret. Vox שתות *ſchatboth* occurrit rurſus Pſ. XI, 3. Sed aliud illic ſignificat. Qui *retia* hìc vertunt eò ſuperioribus verbis adducti videntur; ſed cùm ſat dictum ſit de *retibus*, de naſſis rem intelligemus, quibus capiuntur, & vivi ſervantur etiam piſces in aqua. Eſt à שית *ponere*, quia in iis piſces reponuntur. Hinc *Aquila* αἱ ἀποθέσεις αὐτῆς, rectè, ſi intelligantur de *apothecis* piſcium, ſed malè addit τεθλασμέναι quod apothecis non convenit, pro מדכאים *meduchaim*. Deteriùs *Theodotion* ταπεινὰ αὐτῆς τεταπεινωμένα. Sed tametſi non abſurdè conjeciſſe videmur, meliora adferentibus facilè adſentiemur.

Qui catarrhactas vivariis faciunt] כל עשי שכר אגמי נפש *chol boſche ſcheber agme nepheſch*, omnes facientes clauſtrum ſtagnorum animæ; hoc eſt, quicumque faciunt catarrhactas ſtagnis, in quibus vivi piſces ſervantur. LXX. Intt. proríus aliter; καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὸν ζύθον, *qui faciunt zythum*, ſeu cereviſiam ex hordeo, quod artificium frequens fuit in Ægypto, propter vini penuriam, ut teſtantur *Herodotus* Lib. II. c. 77. & alii, qui de Ægypto egere. Sed שבר eſt frumentum, non hordeum. Vide Gen. XL, 19. nec usquam *potus* eâ voce ſignificatur. Itaque *Hieronymus* vertendum putavit: *omnes, qui faciebant lacunas, ad capiendos piſces.* Sed nec שבר usquam eo ſenſu occurrit, nec cetera verba conſentiunt. Videtur eſſe oſtium ſtagni, quod oſtium fit fracto aggere, quo cingitur ſtagnum, ut illac aqua irrumpere & erumpere poſſit. Vide ad vers. 6. locum *Strabonis*, de Moeride lacu. Erat lacus ille piſcina ingens manu facta, ut docet *Herodotus* Lib. II. c. 149. his verbis: τὸ δὲ ὕδωρ ἐν τῇ λίμνῃ αὐθιγενὲς μὲν οὐκ ἔστι (ἄνυδρος γὰρ δὴ δεινῶς ἐστι ταύτῃ) ἐκ τοῦ Νείλου γὰρ κατὰ διώρυχα ἐσῆκται, καὶ ἓξ μὲν μῆνας ἔσω ῥέει ἐς τὴν λίμνην, ἓξ δὲ μῆνας ἔξω ἐς τὸν Νεῖλον αὖτις. καὶ ἐπεὰν μὲν ἐκρέῃ ἔξω, τότε τοὺς ἓξ μῆνας ἐς τὸ βασιλήιον καταβάλλει, ἐπ' ἡμέρην ἑκάστην τάλαντον ἀργυρίου ἐκ τῶν ἰχθύων, ἐπεὰν δὲ ἐσίῃ τὸ ὕδωρ ἐς αὐτὴν εἴκοσι μνέας: *Aqua ſtagni nativa non eſt, utpote ſolo illo admodum arido, ſed à Nilo per rivum inducta; & ſex quidem menſibus in ſtagnum influit, totidem retrò in Nilum: illisque ſex menſibus, quibus è ſtagno effluit, ditans regium fiſcum talentis argenti ſingulis, in ſingulos dies, proventu piſcium; cùm aqua influit, viginti minis.* Erant, nempe, ut res ipſa oſtendit, útque è *Strabone* etiam vidimus, שברים *ſchebarim*, quibus apertis aqua admittebatur & emittebatur, ſimúlque piſcis naſſis, aut retibus capiebatur. Tales piſcinæ erant & alibi, ſine dubio, in Ægypto, lucri causâ, effoſſæ. Itaque hìc dicuntur Architecti, qui clauſtra ejusmodi faciebant & curabant, animo fracti, cùm viderent, propter aquæ tenuitatem, nullum catarrhactarum ſuarum eſſe uſum. Obiter etiam obſervandum ut καταῤῥάκτης dicitur porta aquæ oppoſita, à καταῤῥήγνυμι, *cùm impetu defluo*, vel *erumpo*: ſic שבר *ſcheber* Hebræis dictam portam, per quam aqua irrumperet, & erumperet, à verbo שבר *rupit, diſrupit.*

11. *Proceres*] שרי צען *ſchare tſoban*, principes

naṁ conſilium ceperit Jehova, *Deus* exercituum, de Ægypto. [13]. Stulti facti ſunt proceres Tanitici, errarunt primores Memphitici; feſellerunt Ægyptum, *in* angulo tribuum ejus. [14]. Jehova miſcuit ei ſpiritum perverſum, quo in errorem inducta eſt Ægyptus, in omni opere ſuo, quemadmodum errat *vacillando* ebrius, in ſuo vomitu. [15]. Non

13. Tanitici proceres inſaniâ laborant, nec ſapientiores ſunt iis Memphitici, quippe qui Ægyptios feſellerunt, qui inferiorem Ægyptum colunt. 14. Deus prudentiâ ſpoliavit Sapientes Ægyptios, qui feſellerunt populares ſuos, pravis ſuis conſiliis, quibus in errorem eos induxerunt; ita ut in omnibus ſuis negotiis errarint, quaſi fuiſſent ebrii, qui vacillando laberentur, & vomitu eſſent levandi.

pes Tſohanis; quæ antiquiſſima fuit urbs, & in qua priſci Reges, Ægypti certè inferioris, ſedem regiam habebant. Vide not. ad Gen. XLV, 10. ſtultitiæ Taniticos Proceres inſimulat Propheta, eò quòd prava conſilia Regi darent, & ſuperbiam ejus alerent; quod fecerunt tempore Nebuchadnetſaris, cujus victricia arma ſenſerunt. Vide Jeremiæ Cap. XLVI.

Sapientes illi & conſiliarii] חכמי יעצי פרעה *hhachme johatſe pharho* eſt pro ויעצי *& conſiliarii*, quia utrumque eſt in ſtatu conſtructo; ſin minùs legendum eſſet חכמים in ſtatu abſoluto.

Quommodo dicere ſuſtinebatis] איך תאמרו *ech thomerou*, quomodo dicetis; hoc eſt, dicere ſolebatis, aut ſuſtinebatis.

Quisque de ſe] Supplendum hoc fuit, ut ſuperiora cum ſequentibus conjungerentur.

Ego ſum &c.] *Filius* quidem poteſt dici *diſcipulus*, ſed nihil obſtat, quin vox hìc propriè ſumatur pro homine docto, à doctis oriundo; quales erant, aut eſſe debebant Sacerdotes Ægyptii, qui principes Senatûs erant. *Diodorus* Siculus Lib. I. p. 66. τῆς δὲ χώρας ἁπάσης εἰς τρία μέρη διῃρημένης, τὴν μὲν πρώτην ἔχει μερίδα τὸ σύστημα τῶν ἱερέων, μεγίστης ἐντροπῆς τυγχάνον παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις, διά τε τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν, καὶ διὰ τὸ πλείστην σύνεσιν τοὺς ἄνδρας τούτους ἐκ παιδείας εἰσφέρεσθαι: *regionis totius, quæ in tres partes diviſa eſt, primam habet Sacerdotum ſocietas, quæ popularibus maximæ eſt venerationi, cùm propter pietatem erga Deos, tum quia hi viri ſummam ex eruditione prudentiam adferunt.* Paullò pòſt: καθόλου γὰρ περὶ τῶν μεγίστων οὗτοι προβουλευόμενοι συνδιατρίβουσι τῷ βασιλεῖ, τῶν μὲν συνεργοί, τῶν δὲ εἰσηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι γινόμενοι: *omnino enim de maximis rebus hi primi ſententiam dicentes morantur cum Rege, aliorum quidem adjutores, aliorum verò auctores & magiſtri.*

Ego filius priſcorum regum] אני בן מלכי קדם *ani ben malche kedem*, *ego filius regum antiquitatis.* Erant, nempe, Sacerdotes è regia ſtirpe.

12. *O Ægypte*] Perſpicuitatis causâ, hoc ſupplevimus, licèt adfixum antecedens ſit maſculini generis, quia intelliguntur nunc *viri*, nunc *terra*.

Indicent nunc tibi &c.] Irridet Propheta vanas pollicitationes Sacerdotum Ægyptiorum, qui Aſtrologiæ & Haruſpicinæ ope futura ſe ſcire poſſe jactabant. Idem *Diodorus*, in proximè ſequentibus verbis; καὶ διὰ μὲν τῆς ἀστρολογίας καὶ τῆς ἱεροσκοπίας τὰ μέλλοντα προσημαίνοντες: *per aſtrologiam & victimarum inſpectionem futura prædicentes.* Unde colligere licet in poteſtate Cocodæmonum non eſſe poſitum, quæ ſtatuit Deus prævidere, niſi ea ipſe revelet.

Notum faciant] ידעו jedehou, *ſciant*, quod hìc eſt pro יודיעו *jodehou*, ſcire faciant.

13. *Primores Memphitici*] שרי נף *ſchare Noph*, quod eſt perinde ac מף *moph* Hoſ. IX, 6. hoc eſt, Μέμφις, urbs nota Ægypti, ſupra verticem τοῦ Delta, LXX. ἄρχοντες Μέμφεως & *Hieronymus: principes Memphis.* Fuit & βασίλειον τῶν Αἰγυπτίων, ut ait *Strabo* Lib. XVII. p. 807. eámque pluribus deſcribit *Diodorus* Lib. I. p. 46. ſed priùs de ea ſcripſerat *Herodotus* Lib. II. c. 99. Antiquiſſima fuit, quippe quæ à Mene, primo Ægypti Rege, condita fuerat. Vide quæ de ea collegit *Joan. Marshamus* ad I. Sæculum Ægyptiacum, ubi de Memphitarum regno.

In angulo tribuum ejus] פנת שבטיה *phinath ſchbateah*, Subaudiendum ב *in*. Fuit Memphis ſita ad angulum Nili meridiem versùs; paullò enim, infra Memphim, in duos alveos dividitur, quibus totam complectitur Ægyptum inferiorem. Res eſt omnibus nota. *Tribus* Ægypti forsè dicuntur *Nomi*, in quos inferior Ægyptus erat diviſa; niſi volueris hoc intelligere de generibus Ægyptiorum, ſed prius malim.

14. *Miſcuit ei ſpiritum perverſum*] מסך בקרבה רוח עועים *maſach bkirbah rouahh hivvehim* miſcuit in medio ejus ſpiritum perverſitatum. Propriè apud Hebræos, ut apud Græcos & Latinos, *miſceri* dicitur liquor, qui bibendus cuipiam offertur. Vide antea C. V, 22. Sed *vinum miſcetur*, prophetico ſtylo, ei, cui graves calamitates imminent. De quibus rationibus loquendi, ad ſatietatem, egit *Thom. Gatakerus Advers. Poſtumorum* Cap. V. & ſeqq. quem conſulent, qui ea farragine indigebunt. Pro *vino* autem hìc habetur *ſpiritus* & quidem *perverſitatum*; quo ſignificatur infelix animi adfectio, quâ quis peſſima quæque conſilia optimis præfert. עועים *hivvehim* formatur à עוה *hivva*, pervertit, depravavit, duplicatione radicalis, quâ indicatur perverſitas ſumma conſiliorum; quâ paſſus eſt Deus Ægyptios in perniciem ſuam ruere, ut pœnas improbè factorum darent. Cùm enim ſermo eſt de Deo, *malum morale*, ut loquuntur, nullo modo ei tribui quaſi auctori, poteſt; ſed tantùm ut patienti contingere, quod impedire poſſet, ſi vellet. Quis ſuſtineat dici Deum auctorem & ultorem ſcelerum?

Quo in errorem inducta eſt] *Et in errorem induxerunt Ægyptum.* Poſſint quidem hæc intelligi de perverſa quadam prudentia, quâ Memphitici proceres Regi ſtulta conſilia, de

 regni

15. Non erit Ægypto opus, quod fecerit caput, aut cauda; ramus aut truncus. 16. Eo tempore, erit Ægyptus, mulierum inſtar; contremiſcet & pavebit, propter agitationem manûs Jehovæ, *Dei* exercituum, quam ſuper ea moverit. 17. Erit terra Judæ terrori Ægypto, quisquis ejus apud eam mentionem fecerit, pavebit *Ægyptus*, propter conſilium Jehovæ, *Dei* exercituum, quod de ea ipſe ceperit.

18. Tempore illo, erunt quinque urbes in terra Ægyptia, quæ loquentur Linguâ Chanahanis, & jurabunt per Jehovam, *Deum* exercituum, una earum dicetur Hircheres; *hoc eſt*, *Heliopolis*. 19. Die illo erit altare Jehovæ, in media terra Ægyptia, & cippus Jehovæ, ad ejus fines. 20. Eritque in ſignum & teſtimonium Jehovæ, *Dei* exercituum, in terra Ægyptia, *ex quo intelligere licebit*, invocatum *ab Ægyptiis* fuiſſe

di. 15. Non erit, quod Proceres aut Plebs fecerint toti Ægypto tribuendum. 16. Tunc temporis Ægyptus erit mulieribus ſimilis, & pavebit, eo quod manum moverit Creator, idemque exercituum dux. 17. Erit tribus Judæ terrori Ægypto, quæ timebit quotieſcumque ejus mentionem fieri audiet; propter conſilium Creatoris, qui & rerum bellicarum curam gerit, quod quale ſit ignorabunt Ægyptii.

18. Eo tempore erunt quinque urbes in Ægypto, ubi loquentur oppidani, de Deo eodem modo, quo Iſraëlitæ, & per Deum Iſraelis jurabunt; unde liquebit, eos non male ſentire, quarum una vocabitur Hir-cheres; hoc eſt, Urbs Solis. 19. Eo tempore erit altare Creatoris, in media Ægypto, & cippus ejus ad regionis fines; 20. Quod erit ſignum & teſtimonium Deo præbitum, in media Ægypto; e quo liquebit, aliquando, in ea regione, ab Ægyptiis invocatum Creatorem; propter eos, a quibus male habebantur, & miſſum ab eo ad eos liberatorem principem virum, qui eos auctoritate ſua texerit, propter-

regni adminiſtratione, ſuggeſſerint; unde factum ſit, ut nihil ei ex voto cederet. Sed prætiterit fortaſſe interpretari verba Prophetæ de prava Religione Ægyptiorum, quæ nitebatur fraudibus Sacerdotum, & calamitatum cauſa fuerit.

15. *Caput aut cauda* &c.] Proverbiale eſt loquendi genus, de quo ad Cap. IX, 13. Senſus ejus hic eſſe videtur, Ægyptios nihil adgreſſuros magni, aut parvi, quod eis bene cedat; ſed quidquid id erit irritum fore. Cap. IX. *caput* & *truncus* proceres ſignificare videntur, *cauda* & *ramus* plebem. Hic verò ubi de re ſermo eſt, non de perſonis, *res magnas* duobus prioribus verbis, *parvas* poſterioribus intelligimus. Notum eſt proverbiales formulas nunc huic, nunc illi rei aptari, ſi modò aliqua ſit inter eos convenientia.

16. *Propter agitationem manûs* &c.] מפני תנופת יד *mippbene thenoupbath jad. Agitatione manûs Jehovæ* intelligenda videtur expeditio Nebuchadnetſaris; quâ inchoatâ, ſic conturbari cœpit Ægyptus, ut nihil prudenter faceret, quo poſſet Babylonii Regis conatum irritum facere, ſed tota, penuriâ conſilii, trepidaret.

17. *Erit terra Judæ* &c.] Deſerta quidem futura erat eo tempore, ſed cùm Babyloniorum copias illac, commodiſſimâ quippe viâ, adventare nuncii adlaturi eſſent, ſibi illinc malum imminens Ægyptii accepturi erant.

Terrori] לחגא *lebboga*; Quod poſſit etiam *titubationi* verti; nam חגג, unde hæc vox, mutato ה in א eſt *titubare*, inſtar ebrii, Pſ. CVII, 27, *Aquila* verterat γύρωσιν, ut faciunt titubantes. LXX. εἰς φόβητρον, Vulgatus *in pavorem*.

Ipſe ceperit] הוא יועץ *hou jobets*, ipſe conſilium capiens.

18. *Tempore illo*] *Die illo*; hoc eſt, ſequente ætate, nam non potuit Ægyptus ſimul malè haberi à Nebuchadnetſare & liberari. Referenda hæc videntur ad tempora, quibus, exſtincto Nebuchadnetſare, res Babyloniorum retro cedere cœperunt, atque Ægyptii libertatem recuperarunt.

Quæ loquentur linguâ Chanahanis] Hoc eſt, linguâ Hebræorum, quorum ſermones de Deo imitaturi erant; poſtquàm vidiſſent, ſe pœnas ei dediſſe ab Eſaia & Jeremia præſertim, cùm in Ægypto eſſet, prædictas. Certè hæc fuit graviſſima ratio, cur Deo Iſraëlis Ægyptii aliquot crederent, ſi modò res ad eorum aures pervenit; quam accipere potuerunt à Judæis inter ipſos verſantibus.

Jurabunt per Jehovam &c.] Hoc eſt, eum colent, nam non jurant homines per Deum, quem non colunt. Vide C. XLV, 23. & quæ de hoc loquendi genere diximus ad Deut. VI, 13.

Una earum dicetur Hir-cheres] עיר ההרס *hir hahheres*. *Aquila* & *Theodotion* πόλις Ἄρες. *Symmachus* πόλις ἡλίου, & *Hieronymus*, *civitas ſolis*. Conſtat ſanè *Heliopolin* celeberrimam urbem fuiſſe, inter Nilum & Mare Erythræum, è regione Memphis, metropolin Nomi Heliopolitæ; cujus *Herodotus*, *Strabo*, *Plinius*, alii meminere. Attamen LXX. Int. habent hìc πόλις Ἀσεδέκ, quaſi legiſſent הצדק hattſedek, *juſtitiæ*. Attamen Gen. XLI, 45. & XLVI, 20. tum etiam Ezek. XXX, 17. ubi eſt און Hebraicè, habent Interpretes, qui LXX. dicuntur, Ἡλίου πόλιν. Sed verſio ea non eſt ab uno viro, aut ab uno Interpretum Collegio concinnata. Si liceret conjicere de nominibus quinque aliarum urbium, dicerem eas eſſe, quæ memorantur Jeremiæ C. XLIV, 2. Migdol (*Herodoto* Magdolus) Thachphanches (eidem *Daphnæ*) Noph, ſive *Memphis*, & quarta in terra *Pathros*, ſeu Pathyride, quæ nomine non adpellatur, fortè *Amon-no*, ſive Dioſpolis. In iis habitarunt Judæi, qui Chaldæorum metu poſt captam Jeroſolimam in Ægyptum migrarant, eóque invitum Jeremiam abduxerant. Quibus, improbis quippe, licet extrema mala iis Propheta minetur, potuerunt tamen nonnulli pii admitti

Digitized by Google

ſe Jehovam, propter eos, à quibus opprimebantur, & miſſum *ab eo* ad eos ſervatorem & principem virum, qui eos liberarit. 21. Innoteſcet verò Jehova Ægypto, agnoſcent Ægyptii Jehovam, eo tempore; ſacra facient, munus offerent, & vota nuncupabunt, ac ſolvent Jehovæ. 22. Imponet Jehova plagas Ægyptiis, & curabit, revertentúrque ad Jehovam, qui exorabilis iis erit, hominésque ſanabit. 23. Eo tempore, ſtrata erit via ex Ægypto, in Aſſyriam, venient Aſſyrii in Ægyptum, Ægyptiique in Aſſyriam *ibunt*, eique ſervient. 24. Eo tempore, tertius erit Iſraël, cum Ægyptiis & Aſſyriis, in cujus terra erit benedictio. 25. Iis benedicet Jehova, *Deus* exercituum, his verbis: benedictus eſto populus meus Ægyptius, opus manuum mearum eſt Aſſyrius, at Iſraël poſſeſſio mea.

Vaticinium

proptereáque invocatum. 21. Quâ occaſione innoteſcet Creator omnium rerum Ægypto, & agnoſcetur à nonnullis Ægyptiis eo tempore; ſacra facient, muneráque offerent, & vota nuncupabunt, ac ſolvent re ipſa Creatori. 22. Is plagas Ægyptiis imponet, quas ipſe etiam curabit, quo tempore revertentur illi ad Creatorem, quem exorabilem experientur, atque in curandis paratum, quod & faciet, pro ſingulari ſua beneficentia. 23. Eo tempore, erit via munita, per quam Aſſyrii venient in Ægyptum, Ægyptiique ſe in Aſſyriam conferent. 24. Eo tempore Iſraëlitæ, Ægyptii, & Aſſyrii eo beneficio utentur, ut commodiùs commercia inter ſe habeant. 25. Iis benedicet Creator, idemque Deus exercituum his verbis: bene ſit Ægyptiis, qui ſunt populus meus. Aſſyrii ſunt opus manuum mearum, ut alii; at Iſraëlitæ ſunt, ſingulari de cauſa, proprius populus meus.

PARA-

admiſiſ eſſe, qui vaticinia ejus Ægyptiis aperuerint, & ipſi qui, cùm ea impleta vidiſſent, Judaïcam Religionem amplexi ſint. Quod intelligi nolim de incolis omnibus eorum locorum, ſed de nonnullis; quod ſatis eſt, ut dicentur quinque urbes *linguâ Chanabanitide* loquuturæ, *& per Jehovam juraturæ*. Verùm hæc in medio relinquimus, modò vaticinio ſarta, tectáque maneat ſua auctoritas, atque in quinque Ægypti urbibus, ſive hæ ſint, ſive aliæ, Ægyptii plures Judaïſmum ſint amplexi. De Heliopoli, vide dicta ad Gen. XLI, 44.

19. *Altare Jehovæ*] Stante Jeroſolimitano altari, non dubium eſt, quin hoc illicitum fuerit; ſed cùm nondum eſſet reſtitutum, nec poſſent Judæi in patriam vaſtatam & Babylonius parentem redire, fortaſſe nefas non fuit, ſacra in Ægypto facere. Certè rem quaſi illicitam non deſcribit Propheta. Quod tamen ſi minùs placeat, tralaticio ſenſu hæc intelligi poterunt de iis, qui Deo Iſraëlis, in Ægypto, cultum ſpiritualem adorationis, precum, laudum & actionum gratiarum exhibituri erant.

Cippus Jehovæ] מצבה ליהוה *matſabah lJhovah*. LXX. στήλη τῷ Κυρίῳ, Vulgatus: *titulus Domini*. Cippos fieri, in terra Deo ſacra, Lex etiam vetuerat Levit. XXVI, 1. & Deut. XVI, 22. Sed aut licitum hoc fuit in Ægypto, ut Deus in ea terra coli inſcriptione declararetur; aut tranſlatum eſt loquendi genus, quo ſignificatur ab incolis nonnullis Ægypti Deum habitum iri dominum. Solebant enim Reges in ſubactis terris columnas relinquere, quæ victoriarum eſſent monumenta & ſigna imperii; quod de Seſoſtri, Ægypti Rege, memorant. Vide not. ad 1. Reg. XIV, 25.

20. *Ex quo intelligere licebit*] Perſpicuitatis causâ, hæc addidimus, quæ neceſſariò ſubaudienda; quaſi in ea columna inſcriptio fuiſſet, quâ Deo gratias agebant Ægyptii, Judaïcæ Religionis proſelyti, liberationis ab eo impetratæ.

Propter eos à quibus opprimebantur] Chaldæos, nempe, qui invaſuri erant Ægyptum, quæ tamen mox iis erat eripienda.

Servatorem] Qui quis fuerit ſciremus, ſi hiſtoriam eorum temporum haberemus; cùm nulla ſit ab exſcidio Jeroſolimæ, ad Cyrum; neque à Judæis, neque ab aliis ſcripta. Sequentia etiam cur dicantur meliùs intelligeremus.

21. *Innoteſcet Jehova* &c.] Fortè hæc impleta ſunt, ſub imperio Perſico, poſtquàm Ægyptii Cambyſi Cyri F. paruerunt. Vide *Herodotum* Lib. III. ab initio.

22. *Imponet Jehova plagas* &c.] Per victoriam Cambyſis.

23. *Strata erit via* &c.] His verbis frequens ſignificatur commercium futurum inter Aſſyrios & Ægyptios, quod retulerim ad initia Darii Hyſtaſpidæ, quo jugum Perſarum æquo animo tulerunt Ægyptii.

In Aſſyriam] Hoc eſt, in Imperii Perſici Provincias, quarum non ultima fuit Aſſyria; qua de cauſa, etiam ipſi vocantur *Aſſyrii*, in ſequentibus verbis. Græci etiam paſſim ita loquuntur, cùm Aſſyriam vocent Babyloniam. Sic *Herodoto* Babylonii dicuntur Α᾽σσύριοι Lib. I. c. 177. ubi de Cyro iis imminente, poſt Aſiam Minorem in ditionem redactam: Α᾽σσυρίοισι ἐπετίθετο, pro eo quod eſt Βαβυλωνίοισι. Sic & in ſeqq. verbis c. 178. Τῆς δὲ Α᾽σσυρίης ἐστι μέν κου καὶ ἄλλα πολίσματα μεγάλα πολλά· τὸ δὲ ὀνομαστότατον καὶ ἰσχυρότατον ——— ἦν Βαβυλών: *Aſſyriæ ſunt quidem aliæ multæ urbes magnæ, celeberrima verò & munitiſſima erat Babylon*. Vide & Capp. 185. 193. 199. &c. *Xenophontem* Cyrop. Lib. IV, V. & alibi ſæpiùs, & *Strabonem* initio Libri XVI.

COM-

Digitized by Google

Vaticinium in Ægyptum & Chuſitidem.

CAPUT XX.

1. EO ANNO, quo venit Tharthan Aſdodum, cùm miſſus eſſet à Sargone Aſſyriorum Rege, oppugnaſſétque Aſdodum, & id cepiſſet; 2. Eo, *inquam*, tempore loquutus eſt Jehova per Eſaïam, Amotſi filium, in hanc ſententiam, ito & ſaccum è lumbis tuis abjicito; ſolve etiam calceum è pedibus tuis. Sic ille fecit, ivitque nudus & ſine calceis; 3. Dixitque Jehova; quemadmodum inceſſit ſervus meus Eſaïas nudus & ſine calceis, per triennium, ut eſſet ſignum & oſtentum Ægypto & Chuſiti-

PARAPHRASIS.

1. EO anno, quo Tharthan, qui præerat copiis Aſſyriorum Regis Sargonis, oppugnavit Aſdodum, idque cepit; 2. Eo, inquam, tempore, loquutus eſt Deus per Eſaiam, Amotſi filium, in hanc ſententiam: 3. Saccum, quo es indutus, abjicito, exue etiam calceos, à pedibus tuis. Paruit verò Deo Propheta, proceſſitque per vias Jeroſolimitanas nudo corpore, nudiſque pedibus, per triennium; ut ſingulari hoc facto ad ſe populos converteret, eſſetque res veluti oſtentum. Quo peracto, dixit Deus *per alium Prophetam*: quemadmodum proceſſerat Eſaias nudus & ſine calceis per triennium, ut haberetur quaſi oſtentum Ægyptiis & Chuſitis, ſeu Madianitis, Arabiæ populo: 4. ſic fore, ut Aſſyriorum Rex Ægyp-

COMMENTARIUS
In CAPUT XX.

1. E*O anno, quo venit Tharthan* &c.] Res erat notiſſima, tempore Eſaiæ, Jeroſolimitanis, aliiſque viciniis; nunc nos planè fugit. Is Tharthan inter Duces Sancheribi fuerat, ut liquet ex 2. Reg. XVIII, 17.

Aſdodum] אשדוד *aſchdod*, quæ è Græcis *Azotus* vocatur, urbs notiſſima Philiſthæorum, quam Azarias, Rex Judæ, iis ereptam munierat. Vide 2. Par. XXXVI, 6.

A Sargone Aſſyriorum Rege] Succeſſor Sancheribi fuit is; quem vocat Scriptura אסר-חדן *Eſar-chaddon*, ut infrà C. XXXVII, 38. Idem vocatur hîc, ut docti viri putant, סרגן *Sargon*; ſive non uno nomine vocatus ſit, ſive hæc ſit depravatio ſuperioris, quales in nomina barbara ſæpiſſimè irrepſerunt. Is in Canone Chaldæorum Regum, adpellatur Ἀσαράδινος, regnaréque cœpit Babylone Æræ Nabonaſſareæ ann. LXVIII. & Manaſſæ, Regis Judæ XXXIV. De eo vide *Joan. Marſhamum* ad Sæculum Ægyptiacum XVII. p. 483. Ed. Lond.

2. *Per Eſaïam*] ביד ישעיהו *bjad Jeſchahjahou*, per manum Eſaïæ. Atqui in ſequentibus ipſum Eſaïam adloquitur Deus; quod verum quidem eſt, ſed per eum loquutus eſt, cùm Propheta, quæ à Deo acceperat, hominibus narravit, aut ſcripto ab omnibus legenda mandavit, ut fecit Eſaïas.

Saccum è lumbis tuis abjicito] Ut hæc intelligantur, ſciendum eſt, Prophetas indutos fuiſſe, non veſtibus, quales ab aliis hominibus geſtabantur, ſed *ſaccis*: hoc eſt, laxiore veſte, ſuper impoſita tunicæ aut cuti, & quidem rudiore materiâ conſtante, & ne diffluerent cingulo coriaceo cinctis; quod multis probavit *Henr. Hammondus* ad Matth. III, 4. qui adiri poterit. Vide & 2. Reg. I, 8. & Zach. XIII, 4. cum quibus locis confer Apoc. VI, 12. XI, 5, 6. Hinc intelligere licet, hîc Prophetam juberi nudum prodire; exceptis tamen, ut puto, ſubligaculis, quibus velabantur, quæ aperire, ſalvo pudore, non licet.

Sic ille fecit &c.] Intelligendum per triennium, ut ſequentia oſtendunt, ubi ait Deus *inceſſiſſe ſervum ſuum Eſaïam nudum & ſine calceis per triennium.* In narratione adcurata, dictum priùs eſſet à Deo juſſum hoc Prophetam per triennium facere, & poſtea omiſſum. Sed in hiſce Libris Rhetorum canones, de narratione, minimè ſervantur. Exempla ſimilia ſuppeditabit Index noſtri Pentateuchi ad vocem *Narratio.*

3. *Dixitque Jehova*] Exacto, nimirum, triennio, poſt mandata Prophetæ data.

Signum & portentum] Ut portenderet id, quod futurum erat Ægyptiorum & Madianitarum captivis in Aſſyriam abducendis. Tales rationes per ſigna portendendi plures ſunt apud Jeremiam & Ezekielem. Vide & antea C. VIII, 17. & Ezek. XII, 6, 11. XXIV, 24, 27. Qui videbant Prophetas talia facientes, quæ fieri non ſolebant, quærebant, cur ita ſe gererent, & quamvis non ſemper, è veſtigio, reſponderent; tamen non poterant, qui videbant, dubitare, non eſſe hoc de nihilo, & cùm res contingebat, quæ innuebatur, accedente declaratione Prophetarum, eventum & mutum, ut ſic loquar, vaticinium altiùs memoriæ infigebant; quàm ſi res verbis tantùm prædicta fuiſſet, quæ ab omnibus non audiebantur, poterántque, nullâ adtentione adhibitâ, prætervolare, memoriáque faciliùs elabi.

Chuſitidi] Vide not. ad Cap. XV, 1.

4. *Rex Aſſyriorum*] Fortè *Aſar-chaddon*, *qui* veræ Aſſyriæ Rex fuerat, antequàm Babylonia etiam potiretur, quamvis expeditionis nihil ad Judæos pertinentis non exſtet hiſtoria. Sin minùs, res referenda erit ad Nebuchadnetſaris expeditionem, de qua antea diximus. Vocatur Rex Aſſyriorum, ob rationem adlatam ad vers. 23. C. XIX.

Æ-

Digitized by Google

Chuſitidi. ⁴. Sic abducet Rex Aſſyriorum Ægyptios captivos & Chuſitas migrantes, pueros & ſenes, nudos atque excalceatos, retectis natibus, *in* Ægyptiorum ignominiam. ⁵. Territi erant & pudore ſuffuſi, ob Chuſitidem, quam reſpexerant, atque Ægyptum, quâ gloriabantur. ⁶. Dicet tunc temporis incola hujus inſulæ: en ſic *habet* is, quem reſpexeramus, *&* ad quem, auxilii causâ, confugeramus, ut liberaremur à Rege Aſſyriorum, quomodo nos evaderemus?

Prædicuntur clades Babyloniorum, Idumæorum & Arabum.

1. ORATIO in deſertum maris. Ut turbines in meridie, ut *brevi* tranſeant, veniunt è deſerto, è terra formidanda: ². *ſic* viſum durum mihi eſt oblatum. Perſi- CAPUT. XXI.

gyptios & Madianitas captivos abduceret, & ſenes & pueros nudos corpore & ſine calceïs, ut Ægyptios ſuæ ſortis puderet. 5. Iſraëlitas territum iri, & pudore perfuſum, cùm viſuri eſſent calamitatem Madianitidis & Ægypti, quarum amicitiâ gloriabantur. 6. Dicturos etiam inferioris Ægypti incolas, quam Mare & Nilus undequaque cingunt inſtar inſulæ, miſerrimam eſſe ſortem ſuam; quandoquidem Madianitæ & Ægyptil tam malè eſſent ab Aſſyriis habiti, ii ipſi, ad quorum auxilium antea ſolerent confugere, ut liberarentur ab Aſſyriorum tyrannide. 6. Incolas inferioris Ægypti dicturos, cùm tam malè haberetur Madianitis, ad cujus auxilium confugere ſolebant, ut liberarentur à Rege Aſſyriorum; ſe non poſſe eripi tyrannidi ejus.

P A R A P H R A S I S.

1. VATICINIUM in deſertum, quod eſt ad Mare Perſicum. Veniunt turbines è meridiana plaga, ſed non ſunt diuturni. Veniunt à tractu ardenti deſerti, ſuntque parum ſalubres.

2. Sic mihi durum oblatum viſum ventus ille periculoſus, quando ſubitò incipit flare. Venite Perſæ, eam urbem obſidete etiam; efficiam enim, ut gemitus, quem creabat ea urbs, deſinat. 3. Propterea

4. *Ægyptios captivos*] *Captivitatem Ægyptiorum*, vel *Ægypti*, ut poſtea *Chuſitas migrantes*, pro eo, quod eſt in textu: *migrationem Chus.*

Retectis natibus] In ignominiam utriusque gentis.

In Ægyptiorum ignominiam] ערות מצרים *hervath Mitſrajim*, pro ערות *in nuditatem*, quæ quia pudenda eſt, perinde hic eſt ac ignominia. Vide 1. Sam. XX, 30. ubi *nuditas matris* eſt ejus *ignominia.*

5. *Ob Chuſitidem, quam reſpexerant*] מכוש מבטם *micChouſch mabbatham*, propter Chus, reſpectum ſuum; hoc eſt, propter Chuſitas, quorum auxilio freti fuerant. LXX. Intt. ἐφ' οἷς ἦσαν πεποιθότες, & Vulg. *Ab Æthiopia ſpe ſua.* Quia qui auxilium ab aliquo exſpectant, oculos in eum defigunt, ſi præſens ſit, ut opem ejus implorent; ideò *reſpicere* interdum eſt auxilium exſpectare, & *reſpectus* perfugium, etiam apud Latinos; quod non probabo, quia nec res rara eſt, nec ſermo eſt de Lingua Latina, ſed de Hebraïca. Vide Pſ. CXXIII, 2, 3. Eſ. XLV, 22. Speraverant, nempe, Ægyptii à Chuſitis vicinis auxilium, contra Aſſyrios, aut Babylonios; at, eos tueri non potuerunt auxiliares copiæ, quæ & ipſæ cæſæ ſunt.

Quâ gloriabantur] תפארתם *thiphartham*, gloriationem ſuam; quam jactabant non poſſe hoſtili exercitu intrari, cùm propter difficilem aditum ab ortu, ubi, præter urbes munitas, erant paludes vel arenæ, & ubi modicus exercitus majorem ſiſtere poterat; tum etiam propter multitudinem populi arma, ut ſua tueretur, capturi. Verbum פאר in Hithpaël, habet *gloriandi* ſignificationem. Vide Cap. X, 15.

6. *Incola hujus inſulæ*] יושב האי הזה *joſcheb hai hazzeh.* Incolæ inferioris Ægypti, quæ erat inſula, cùm à ſeptemtrionibus mari, ab ortu, meridie, & occaſu Nilo ſit cincta, ut notum eſt. Sic etiam de ea loquutus eſt *Diodorus* Siculus. Lib. I. p. 30. ubi, deſcriptis ejus finibus, quos Nilus & mare ambiunt: ἡ δὲ ΝΗΣΟΣ αὕτη, inquit, πολλαῖς διώρυξι χειροποιήτοις διείληπται, τὴν χώραν περιέχει καλλίστην τῆς Αἰγύπτου: *eſt hæc* INSULA *foſſis multis, manu factis, interſecta, & tractum pulcherrimum Ægypti complectitur.*

Sic habet is, quem reſpexeramus] *En ſic reſpectus noſter*; hoc eſt, Chuſita, priùs, quàm Ægyptii, victus. Nempe, Aſſyriorum Rex, quisquis fuerit, Chuſitas, ingreſſum ejus regionis ſervantes, vicit & ſubegit, ac tum demum Ægyptum eſt ingreſſus. Mirum eſt quàm longè doctiſſimus H. *Grotius* à ſententia hujus Capitis aberrarit; quod facilè intelligent, qui noſtra hæc cum ejus adnotatis conferent.

C O M M E N T A R I U S
In Caput XXI.

1. IN *deſertum maris*] מדבר ים *midbar jam*, deſerti maris. Niſi ſequentia oſtenderent de Babylonia hic agi, ex hac deſcriptione vix poſſemus intelligere, quæ regio his verbis deſignetur. Nunc quærendum ſupereſt, cur vocetur *deſertum maris*, nec diu dubitare licet; cùm enim ſine dubio mare ſignificetur Babyloniæ quàm proximum, nullum aliud eſt,

Digitized by Google

Perfidus ille perfidè ſe gerit, vaſtator ille *etiamnum* vaſtat. Adſcendite Elymæi, obſidete *eam urbem* Medi; faciam *enim*, ut gemitus omnis, *quem creare ſolebat*, deſinat. 3. Idcirco impleti ſunt lumbi mei dolore, tormina adprehenderunt me, ut tormina parturientis. Diſtortus ſum, ut ne audirem; turbatus ſum, ut ne viderem. 4. Palpitavit cor meum; horror me concuſſit, & auroram, quam cupiebam, convertit mihi in pavorem,

3. Propterea mihi lumbi dolent, & tormina me corripuerunt, qualia ſunt puerperæ. Diſtortus ſum, ne audirem querelas ejus, & ita turbatus, ut audire non poſſem. 4. Præter id, quod fieri ſolebat, palpitavit cor meum, atque horror me concuſſit. Cum ſolerem auroram exſpectare, quæ me

eſt, quàm Perſicum; juxta quod fuerunt Chaldæi ad ortum, & Arabes ad occaſum, ut *Ptolemæi* tabulæ oſtendent. Sic & Strabo Lib. XVI p. 1074. Ed. Amſtel. Ἔστι δὲ καὶ φῦλόν τι τῶν Χαλδαίων, καὶ χώρα τῆς Βαβυλωνίας ὑπ' ἐκείνων οἰκουμένη, πλησιάζουσα καὶ τοῖς Ἄραψι καὶ τῇ κατὰ Πέρσας λεγομένῃ θαλάσσῃ: *eſt autem & tribus quædam Chaldæorum, & regio Babyloniæ ab iis culta, finitima etiam Arabibus & mari, quod dicitur Perſicum.* Proxima mari propter æſtum, & aquæ inopiam deſerta erant, ſuntque etiamnum hodie; quapropter Chaldæa vocatur hìc *deſertum maris*, & nomine oræ meridianæ tota Babylonia deſignatur; fortè ſtylo prophetico innuente agi de eo terrarum tractu, qui olim æquè deſertus futurus erat, ac ora maritima Chaldææ, prout Eſaias prædicit Cap. XIII.

Ut turbines] כסופות *chſouphoth*. τὸ כ oſtendit oportere ſequi כן *ſic*, quod propterea verſui ſecundo præfiximus.

Ut brevi tranſeant] לחלוף *labhaloph*, ad tranſeundum; quo verbo celer mutatio interdum ſignificatur, ut Pſ. XC, 5, 6. & de vento etiam uſurpatur Job. IV, 15. Hab. I, 11. ſunt in calidioribus regionibus ſubiti turbines, qui ſummopere terrent, ſed brevi tempore durant.

E deſerto] E meridianis oris, ut antea dixit Propheta.

Veniunt] בא *ba*, pro באו *baou*, nam anteceſſit סופות *ſouphoth*.

E terra formidanda] Ex ora maritima, aut Arabia vicina, quæ formidanda fuit, vel ob latrocinia Arabum, vel ob æſtum intolerandum; quo morbi fermè omnibus, qui eas adeunt oras, creantur, de quibus multa habet *Joannes Chardinus* in Perſico Itinerario, ubi narrat iter ſuum ad Sinûs Perſici portum, qui *Bandar-Abaſſi*, à Perſis vocatur; quibus morbis fit, ut locus æſtivo tempore ab incolis deſeratur.

2. *Sic viſum durum*] חזות קשה *bhazouth kaſchah*: hoc eſt, viſum, quod dura prænunciat Babyloniis. Jam diximus כן *chen* ita, debere his verbis præfigi, propter *ut*, quod anteceſſit. In ſuperiore verſu vertendo, & connectendo cum hiſce verbis mirè ceſpitarunt LXX. Intt. qui habent: ὡς καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι, ἐξ ἐρήμου ἐρχομένη ἐκ γῆς φοβερὸν τὸ ὅραμα. Nec multò feliciùs *Hieronymus*, qui habet: *ſicut turbines ab Africo veniunt, de deſerto venit, de terra horribili. Viſio dura* &c. ſæpe כן ſubauditur. Vide Gen. IX, 3. & alia exempla, apud Noldium n. 15. ad hanc particulam.

Perfidus ille perfidè ſe gerit] הבוגד בוגד *habboged boged*. Prius ſignificat adſuetum fidem frangere, poſterius eſt pro tempore præſenti, quo ſignificatur, non deſiiſſe Babylonium perfidè ſe gerere. LXX. Intt. ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ, meliùs, quam *Symmachus*, qui ſecundo loco habet ἀθετοῦνται in paſſivo, quámque *Hieronymus*, cujus eſt hæc verſio: *qui incredulus & infideliter agit*. Si haberemus Hiſtoriam Babyloniçam eorum temporum, meliùs intelligeremus, quò hæc reſpiciant. Sed magna illa Orientis Imperia neque condita eſſe, neque ſtetiſſe, ſine multa perfidia & populationibus regnorum vicinorum, non eſt creditu difficile.

Adſcendite Elymæi] עלי עלם *bali Helam*. עלי eſt Imperativus fœmininus, quia refertur ad ארץ *terram*, quæ ſubauditur, ut paſſim, & in ſeqq. verbis: צורי מדי *obſide* tu terra Medorum; hoc eſt, vos Medi. Adhortatur Propheta, longo antè tempore, Elymæos, ut arma capiant in Babylonios; quod fecere tantùm temporibus Cyri, ſub quo demum *cecidit Babylon*, ut in ſequentibus habemus. Helam autem fuit Imperii Perſici provincia meridiana, in qua fuit urbs Suſa, ut docemur Dan. VIII, 2. quod non ſatis animadverſum à *Sam. Bocharto*, qui Phalegi Lib. II. c. 2. cùm interponit inter Mediam & Meſopotamiam; cùm is ſitus fuerit Adiabenes potiùs, ſeu Aſſyriæ propriè dictæ. Vide *Chriſtoph. Cellarium* in Geogr. Aſiæ Lib. III. c. 19. Paruerunt Elymæi Cyro, cùm Abradata, captâ Pantheâ uxore, ſe ſe Perſis & Medis adjunxit, ut habet *Xenophon* Lib. VI. Cyrop. ideóque vocantur ad oppugnandam Babylonem, una cùm Medis, qui etiam in ejus exercitu fuerunt. Jamdudum Medi erant Babyloniis infenſi, ut liquet è Lib. IV. Cyropædiæ.

Faciam enim &c.] אנחתה השבתי *anbhetha hiſchbhatthi*, gemitum ejus faciam ceſſare; hoc eſt, gemitum, non quo ipſa gemebat, ſed quem creabat populis vicinis. Ea ambiguitas conſtructionis Genitivi ſolius rei, quæ agitur, cognitione, diſcuti poteſt. Vide *Artis Criticæ* P. 2. Sect. I. c. 12. Quod autem dicit Propheta, ſe effecturum, ut deſinat gemitus, non ideò dicit, quòd ipſe hoc eſſet facturus, ſed quòd prædicat rem futuram; facere enim dicuntur interdum Prophetæ, quæ, Deo jubente, vaticinantur. Vide Jerem. I, 10.

3. *Impleti ſunt lumbi mei dolore*] Potuerat Eſaias reſciviſſe crudelia Babyloniorum facta, quorum fama in Judæam pervenerat; & quæ ejuſmodi erant, ut vel remotis populis, ea audientibus, miſericordiam & dolorem excitare poſſent. Alioqui non ſolebant Judæi multùm συναλγεῖν, aliorum populorum calamitatibus. Verùm hoc ipſum, quòd Propheta condoleſceret, auditis eorum miſeriis, magnitudinem earum

pavorem. 5. Inſtruere menſam, è ſpecula proſpicere, edere, bibere *deſinite*; ſurgite duces, *atque* ungite clipeum. 6. Sic enim mihi dixit Dominus: ito, colloca hominem,

me levabat, auxit meam anxietatem. 5. Deſinite inſtruere menſam in turri & proſpicere, quid fieret, dum epularemini. Duces conſurgite, vósque vos ad pugnam, uncto clipeo, parate; 6. Hæc enim mandata à Deo accepi, collocandum eſſe quempiam, qui, quod fieret, ſpecularetur, &

earum oſtendit. Sic & Cap. XV, 5. Propheta ſe Moabitarum malis commotum deſcribit, ut & Jeremias XLVIII, 31.

Diſtortus ſum, ut ne audirem] נעויתי משמוע *nehevethi miſſchemoab.* מ habet hic vim negativam, aut, ſi quis malit, verti poterit *poſt*, ut & in ſequentibus verbis. Hæc oſtendunt gravitatem malorum, quæ optaſſet Propheta ſe non audiſſe, vel poſt quæ audita usque adeò conturbabatur, quaſi ea ipſe ſentiret.

4. *Palpitavit cor meum*] תעה לבבי *thaha lbabi*, erravit cor meum; usque adeò palpitavit, ut non uni loco adfixum, ſed errare & vagari in pectore videretur. LXX. Intt. ἡ καρδία μου πλανᾶται, rectiùs, quàm *Hieronymus*, qui habet: *emarcuit cor meum.*

Auroram, quam cupiebam] נשף חשקי *neſcheph bhiſchki* auroram cupiditatis meæ; hoc eſt, quam videre cupiebat, ſperans fore, ut minùs adficeretur, ortâ die, calamitatibus, quas audiverat, quàm per noctem. LXX. Intt. ἡ ψυχή μου ἐφέστηκε, quaſi pro נשף legiſſent נפשי *naphſchi*, anima mea. Sequentem vocem cur ita verterint, uti fecerunt, non intelligo. Nec adſequor, quî *Hieronymus* potuerit vertere *Babylon dilecta mea*, nullámque ejus rei rationem reddiderit. *Grotius* ad hunc locum habet, in antecedentibus verbis, pro *tenebræ obſtupefecerunt me*, ut eſt in *Hieronymo*, eſſe in Hebræo: *terruit me crepuſculum*. Imò verò eſt פלצות בעתתני *phalatſoth bebathathni*, horror terruit me; poſtea verò ſequuntur verba נשף חשקי *aurora deſiderii mei*, pro quibus vertit *Babylon dilecta mea*. Ait *Grotius*, illud *Babylon* interpretem addidiſſe, ad ſenſum, non malè. Sed non licet addere verbum, quod nihil ad rem facit, alterum verò pretermittere. Poſtea etiam habet Vulgatus, pro שם לי לחרדה *ſcham li labbaradah*, poſuit mihi in pavorem, *poſita eſt mihi in miraculum*, quæ nec Grammaticæ ratio, nec poteſtas verborum patitur.

5. *Inſtruere menſam* &c.] Hæc omnia verbotenus vertimus, niſi quòd addidimus *deſinite*, quaſi deeſſet שבתו ſchibthou, *deſinite*; quia, quæ hîc habentur, non poſſunt fieri, dum ad arma conſurgitur, & velle hoc videtur Propheta, qui Babyloniorum hoſtes adloquitur, non eſſe ampliùs tempus convivandi, interimque in locis editis ſpeculas conſtituendi, quæ moneant, ſi fortè quas hoſtium copias adventantes videant; ſed belli inferendi hoſti.

E ſpecula proſpicere] צפה הצפית *tſapho hattſaphith*. Omiſerunt vertere LXX. Intt. certè in noſtris Codicibus. *Hieronymus* verò: *contemplare è ſpecula comedentes & bibentes*, contra Grammaticam; nam hæc omnia ſunt in Infinitivo ערך, צפה, אכל, שתה, *haroch*, *tſapho*, *achol*, *ſchatho*. Reſpicitur ad conſuetudinem populorum bellum gerentium, qui in editis ſpeculis certos homines collocabant, qui ignibus, aut voce ſignificarent, ſi quid vidiſſent, aut ſciri intereſſet. Sic apud *Æſchylum* Agamemnon, unâ nocte, per ignes accenſos ſignificat Clytemneſtræ captam eſſe Trojam, vers 290. & ſeqq. ubi Clytemneſtra oſtendit, quî tam brevi tempore potuerit rem reſcire. Quærenti Choro

Καὶ τίς τόδ' ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλων τάχος;

Quis nunciorum ad tantam celeritatem pervenit? reſpondet:

Ἥφαιστος Ἴδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας.
Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
Ἔπεμπεν.

Vulcanus Ida fulgidum emittens jubar, lampas verò lampadem huc à nuncio igne miſit. Tum juga ordine memorat, per quæ accenſi fuerant ignes, réſque è Troade Mycænas delata. Vide locum, ſi opus ſit. Sic & apud *Herodotum* Græci, ad Artemiſium caſtra habentes, captas tres naves Græcas à Perſis πυνθάνονται παρὰ πυρσῶν ἐκ Σκιάθου, *intelligunt per ignes è Sciatho* Lib. VIII. c. 192. Sic Philippus Macedoniæ Rex, apud *Livium* Lib. XXVIII. c. 5. *ut ad omnes hoſtium motus poſſet occurrere, in Phocidem, atque Euboeam, & Peparethum mittit, qui loca alta eligerent, unde editi ignes adparerent. Ipſe in Tiſao (mons eſt in altitudinem ingentem cacuminis editi) ſpeculam poſuit, ut ignibus procul ſublatis, ſignum, ubi quid molirentur hoſtes, momento temporis, acciperet.* Idem teſtatur Lib. XXII. c. 19. *multas & locis altis poſitas turres Hiſpanis, quibus & ſpeculis & propugnaculis adversùs latrones utebantur. Xenophon* Cyrop. Lib. III. c. II. 1. de Chaldæis montes incolentibus: ἀεὶ σκοποί εἰσιν ἐκείνων, οἳ σημαίνουσι τοῖς ἄλλοις ὅ, τι ἂν ὁρῶσι: *ſemper ſunt ſpeculatores illorum, qui aliis quidquid vident ſignificant.* Sic & *Ovidius* Triſt. Lib. III. Eleg. IX, 10. cùm Medea patrem fugeret, ait monitam navem ejus adventare, à ſpeculatore eam in rem inſtituto:

Quem procul ut vidit, tumulo ſpeculator ab alto
Hoſpes, ait, noſco Colchide vela, venit.

Plura etiam hac de re habet *God. Stewechius* ad *Vegetium* Lib. III. c. 8. & *Thomas Stanlejus* in Agamemnon *Æſchyli*, vers 1.

Surgite duces] Perſæ, nempe, & Medi exercitus Cyri.

Ungite clipeum] Ut magis ſplendeat. LXX. Intt. ἑτοιμάσατε θυρεούς, Vulg. *arripite clipeum.*

6. *Sic enim mihi dixit*] Perinde eſt, ac ſi diceret, ſe in mandatis à Deo accepiſſe, de ſpeculatore in edito loco collocando, à quo ſatis intellecturi eſſent, quid agerent hoſtes. Hæc & ſequentia in viſo geſta.

 7. *Currum*

nem, qui ſpeculetur, *& qui*, quod viderit, tibi indicet. 7. Vidit autem currum, par aurigarum, currum aſini, & currum cameli, & adtendit, multúmque fuit, quod adtenderet. 8. Clamavit deinde, *inſtar* leonis: in ſpecula, ô Domine, ſto jugiter interdiu, atque in excubiis meis permaneo, totis noctibus. 9. En verò venit currus viri, & par aurigarum, quod dicere cœpit: cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſculptilia Deorum ſuorum contrivit humi adflicta. 10. O tritura mea & fili areæ meæ, quod

& me moneret. 7. Obſequutus ſum, viditque ille currum, par aurigarum, & currum, quem duo aſini traherent, erat enim currus aſini & alius cameli, & diligentiſſimè adtenderet, ut videret, quid futurum eſſet. 8. Tum vero rugit, inſtar leonis: Domine, ſto, per totum diem, in ſpecula, atque excubo, per totam noctem. 9. Ecce verò currum unius viri, quem regebant duo aurigæ, qui coeperunt dicere; Babylon cecidit, unà cum omnibus ſuis Diis, ſeu Deorum ſimulacris fractis & humi jacentibus. 10. O vos, qui operam mihi datis ad triturandum meum triticum in mea area, quod audivi è Deo Creatore, belli moderatore, & Deo Iſraelis, vobis indicavi.

11. Eſt

7. *Currum, par aurigarum*] Hæc ita intellexerim, à ſpeculatore proſpectum primùm eſſe *currum* רכב *recheb*, aut *currus*, deinde propiùs venientibus illis, vidiſſe diſtinctiùs duos eſſe currus, quibus inſidebant duo aurigæ, quos vocat פרשים *pharaſchim*, adluſione, ut opinor, ad Perſarum nomen, qui פרסים *pharſim* Hebræis dicuntur; & currum quidem unum fuiſſe duorum aſinorum, alterum verò duorum camelorum; denique, cùm propiores facti eſſent, interrogatos à ſpeculatore quid novi adferrent? reſpondiſſe aurigas: *cecidit, cecidit Babylon* &c. רכב צמר פרשים, interpretantur LXX. Intt. ἀναβάτας ἱππεῖς δύο, quaſi legiſſent, רוכב *rocheb*, quod ſeſſorem ſignificat; incommodè. Meliùs Vulgatus: *currum duorum equitum*, niſi quod rectiùs fuiſſet, *currus duorum aurigarum*; nam *equites* Latinè non vocantur, qui curru vehuntur. Poſtea eamdem vocem *adſcenſorem* bis vertit, ut LXX. Intt. ἀναβάτην. *Symmachus* verterat ἅμα ζεῦγος ἱππέων, quod probatur à *Bocharto* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 6. & alibi. Sed quamvis negare nolim, interdum fortè פרש ſumi pro *equo*, ut vult vir longè doctiſſimus, res huic loco non convenit, nam צמר פרשים diceretur par aſinorum & par camelorum, quæ ſingula currum trahebant. Meliùs ergo intelligemus hæc de iis, qui vehebantur utroque curru, ſeu de aurigis; qui mittebantur, ut nunciarent Babyloniis exſcidium.

Cur verò non potiùs ſeſſores imponantur, aut ſingularibus equis, aut dromadibus camelis, ut celeriùs ſpargeretur; ſed curribus à camelis & aſinis trahendis, qui lentiùs iter faciunt, fateor me neſcire; niſi fortè hæc animalia oneribus adſueta fuerint, veluti imagines Babylonis jugum Perſarum ſubituræ. Qua de cauſa, פרשים *pharaſchim* dicuntur etiam aurigæ, per adluſionem minimè obſcuram ad *Perſarum* nomen.

Adtendit] Res erat adtentione digna, videre currus ejuſmodi animalibus junctos, quæ non ſolebant vulgò currus trahere. Eſt Hebraicè: והקשיב קשב רב קשב *vehikſchib keſcheb rav keſcheb*, & intendit adtentionem, multam adtentionem; propter novitatem ſpectaculi. LXX. Intt. ἀκρόασαι ἀκρόασιν πολλὴν, malè, & Vulg. *contemplatus eſt diligenter, multo intuitu*.

8. *Inſtar leonis*] אריה *arjeh*, pro כאריה *chearjeh*. Vix ulla particula frequentiùs ſubauditur, quàm כ ſimilitudinis, & ſæpe etiam cum hac ipſa voce *leo*. Vide Pſ. LVII, 7. Prov. XXVIII, 15. Soph. III, 3. *Clamor inſtar* clamoris, vel rugitus *leonis* eſt ingens clamor. LXX. Intt. hic perabſurdè: κάλεσον οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιάν. Melius Latinus: *clamavit leo: ſuper ſpeculam* &c. *Aquila* verterat λέοντα, *Symmachus* λέαινα, *Theodotion* ἀριήλ.

In ſpecula, ô Domine &c.] Eſt hîc אֲדֹנָי quomodo Deum ſignificat. LXX. habent: κύριος εἶπεν, incommodè Vulgatus: *ſuper ſpeculam Domini*. Sed ſpeculator reſpondet Eſaïæ, quem compellat his verbis: *Domine mi*, ut ſolet fieri. Quare legimus, re flagitante, אֲדֹנִי *domine mi*.

In excubiis meis] על משמרתי *hal miſchmarthi*, ſuper cuſtodia mea, in loco, è quo me obſervare oportet, ſi quem ignem alicunde accendi videam.

9. *Currus viri & par aurigarum*] רכב איש צמר פרשים *recheb iſch tſemed pharaſchim*. Breviùs res exprimitur, quàm antea, ſed eodem redit; hoc eſt, *currus*, quo unus vir vehitur, & duo aurigæ; nempe, ſinguli in ſingulis curribus. Vide Cap. XXII, 6. LXX. ἀναβάτης ξυνωρίδος, & Latinus: *adſcenſor vir bigæ equitum*. Legerunt, nempe, ברכב *chbereb*, ſed perperam.

Quod dicere cœpit] *Et reſpondit* (ויען *vajjahan*) & dixit, quod ſignificat, vel interrogatum reſpondiſſe, vel ſponte ſuâ dixiſſe. Nam utraque poteſtas eſt Hebraico verbo ſubjecta.

Cecidit, Cecidit Babylon] Hoc eſt, magnam cladem paſſa imperio excidit. Quod quomodo factum ſit, diximus ad Cap. XIII.

Omnia ſculptilia Deorum &c.] כל פסילי אלהיה *chol phſile elohejah*. Credibile eſt, Cyrum ſtatuas Deorum Babyloniorum in humum adflictas fregiſſe, ut fecit Xerxes Græcorum Diis, quia veteres Perſæ Deos ſine ſtatuis colebant. Rationem rei aperit *Herodotus* Lib. I. c. 131. Οἶδα —— ἀγάλματα μὲν καὶ νηὼς, καὶ βωμὼς ὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι. ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι ὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τὺς Θεὺς, καθάπερ Ἕλληνες, εἶναι: *Novi —— ſtatuas quidem & templa & altaria nefas putare eos ſtatuere; imò & ſtultitiæ inſimulant*

quod audivi à Jehova, *Deo* exercituum, Deo Iſraëlis, nunciavi vobis.
[11]. Oratio in Dumam: ad me clamatur è monte Sehire: vigil, quid *vidiſti* à nocte? quid à nocte *vidiſti*? [12]. Vigil verò, venit, inquit, mane, imò etiam nox; ſi quærere *vultis*, quærite, revertimini, *&* venite.
[13]. Oratio in Arabiam: in ſilva Arabiæ moramini, ô Synodiæ Dedanæorum. [14].
Et

11. Eſt oratio Dumæ, quæ è monte Sehire mihi clara voce dicente. Vigil quid vidiſti à nocte, quid a nocte vidiſti? Ille verò mihi 12. Ait vigil: venit dies, quem ſequuta eſt nox, ſi quærere, quid ſpeculæ viderint, vultis, ad eas ite, & redite ad me, mihi nunciaturi, quid audieritis.
13. Oratio io Arabiam: Moremini in ſilva quadam Arabiæ, ô Synodiæ Dedanæorum, 14. &
aquam

mulant eos, qui faciunt; ut mihi quidem videtur, quia non crediderunt Deos humana forma præditos eſſe, ut Græci. Vide & Lib. ejusdem c. 181. de Templo Beli, ſine ſimulacro. Ea de cauſa, delubra Deorum, in Græcia, combuſſit Xerxes; qua de re, vide loca congeſta à *Barn. Briſſonio* Lib. II. de Regno Perſico p. 171. Edit. Sylburgianæ. Rem ei exprobrant Græci, apud *Herodotum* Lib. VIII. c. 109. & 144. Attamen, ejus Hiſtorici ævo, aliter ſe res habuit apud Perſas; de qua egimus in Indice Philologico Philoſophiæ Orientalis *Thomæ Stanleii*, ad vocem *ſtatuæ*.

Contrivit humi adſtricta] Coacti hoc facere à Cyro; vel Babyloni tribuitur, quod pati & videre neceſſe habuit. Vide infrà C. XLVI, 1. & Jerem. L, 2.

10. *O tritura mea & fili areæ meæ*] מדשתי ובן גרני *medusſchathi ouben gorni.* LXX. Intt. ἀκούσατε οἱ καταλελειμμένοι, οἱ ὀδυνώμενοι, nimis paraphraſticè. *Latinus, Tritura mea & filii areæ meæ.* Retulerunt ad Judæos, quos adloquitur Propheta, & vocat *trituram ſuam & filios areæ ſuæ*; quibus verbis bonos ſignificari crediderim, quaſi ut grana tritici, in area à paleis & glumis, à malis ſeparatos. Hi enim ſoli erant bona fruges Judææ. Similis metaphora eſt Matth. III, 12.

11. *In Dumam*] משא דומה *maſſcha Doumah.* LXX. Intt. ὅραμα τῆς Ἰδουμαίας, ſed Idumæa dicitur אדום *Edom*, aut *terra Edomi* non דומה *Dumah.* Ideò Latinus: *onus Duma. Euſebius:* Δουμὰ, φυλῆς Ἰούδα. κώμη μεγίστη, νῦν ἐν τῷ Δαρωμᾷ, ἐν ὁρίοις Ἐλευθεροπόλεως, ἀπὸ σημείων ιζ΄. *Duma in Tribu Juda, vicus grandis in Daroma, hoc eſt, ad Auſtralem plagam, in finibus Eleutheropoleos, decem & ſeptem ab ea milliaribus diſtans.* Videtur is locus, tempore Eſaïæ, fuiſſe in ditione Idumæorum, nec ab eorum limitibus multùm aberat.

11. *Ad me clamatur* &c.] Jam ſe Propheta quaſi ſpeculatorem ipſe inducit, Idumæósque interrogantes, ecquid è ſpecula vidiſſet.

Quid vidiſti nocte?] A præterita nocte. Sibi, nempe, timentes, inducuntur Idumæi, & talia quærentes, ut ſibi caveant. Non quærunt, quid nocte viderit ſpeculator, qui nihil videre potuerat, niſi ignes.

12. *Venit, inquit, mane* &c.] Hoc eſt, à matutinis horis ad veſpertinas nihil vidi.

Si quærere vultis &c.] אם תבעיו בעיו *im thibbajou babajou*, ſi quærentis, quærite; hoc eſt, ſi vultis ſcire, an adventent hoſtes, ipſi ſpeculemini. Quibus verbis negat Propheta ſe eorum causâ ſpeculari velle. Videtur innuere, Idumæos ad ſe veniſſe, & quæſiviſſe, esſétne quod ſibi ab hoſtibus ſuis timerent; ſed ſe reſpondiſſe, nihil ſibi à Deo, ea de re, revelatum.

Revertimini & venite] שבו אתיו *ſchbou ethajou.* Redite in montes veſtros & venite iterum ad me, quæſituri, ſi quid à Deo, de vobis, accepero.

13. *Oratio in Arabiam*] משא בערב *maſſcha babarab.* Omiſſa eſt horum verborum verſio in noſtris Codd. LXX. Intt. Alii *Aquila, Symmachus, Theodotion*, Vulgatúsque *in Arabia.* Volunt nonnulli Arabiam dictam ἀπὸ τοῦ ערב *harab* miſcuir, quòd eſſet miſtura Gentium, à qua incolebatur; unde ipſi Arabes duo genera Arabum agnoſcebant, quorum alii à *Kahtano*, qui idem ac *Joctan* Heberi filius, orti erant; alii ab Adnano, è prole Iſmaëlis. Priores *puri Arabes*, alii *facti* dicebantur. Arabes ipſi putant ſe dictos ab Araba, quæ Tahamæ regionis pars eſt. Sed nihil eſt certi. Vide *Ed. Pocockium*, initio Notarum ad ſpecimen Hiſt. Arabum *Gregorii Abulfaragii.*

In ſilva Arabiæ moramini] ביער בערב תלינו *bajjahar babarab thalinou*, in ſilva, in Arabia commorabinini. Ex ſequentibus verbis adparet, Prophetam adloqui Dedanæos, Arabiæ populos. Habent tamen LXX. Intt. ἐν τῷ δρυμῷ ἑσπέρας κοιμηθῆς, & *Hieronymus* æquè infeliciter: *in ſaltu ad veſperam dormietis.* Sed non eſt propria poteſtas verbi לון *loun*, quæ eſt pernoctare, & tranſlatitia morari. Multò rectiùs, qui *ſilvam in Arabia*, vel *Arabiæ* vertunt. In ſilvis Palmarum multi Arabiæ populi vivunt, quæ jucundiſſimæ ſunt, præſertim ubi copia eſt aquæ: quemadmodum, apud hoſce Arabas, fuiſſe ſequentia oſtendunt.

O Synodiæ Dedanæorum] ארחות דדנים *orhhoth Dedanim.* ארחה *orhhah*, hic eſt, *Synodia* ſeu *Caravana*, ut nunc loquuntur, hoc eſt, turba hominum ſimul iter facientium, ut Gen. XXXVII, 24. *Dedan* urbs fuit Arabiæ, ad ſinum Perſicum, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. IV. c. 6.

14. *Adferte aquam obviam ſitienti*] לקראת צמא התיו מים *likrath tſame bethajou majim*, obviam ſitienti facite venire aquam. Per ſiticuloſa illa loca iter facientibus vicini adferebant aquam, nullo, aut vili pretio. Quod fit etiamnum in gratiam Caravanarum, quæ ex Perſide, aut Ægypto Meccham tendunt, & inde ad ſua redeunt per ſolitudines, ut Itineraria multa nos docent. Incommodè verterunt LXX. ἐν τῇ ὁδῷ Δαιδὰν & Latinus *in ſemitis Dedan*;
nam

Et adferte aquam obviam ſitienti; incolæ terræ Themæ, cum pane vagis occurrite; [15]. Nam vagantur, ut fugiant gladios, gladios porrectos, arcus tentos & grave prælium. [16]. Dixit enim Dominus mihi: intra annum, qualis eſt annus mercenarii, abſumentur omnes opes Kedarenorum. [17]. Quod ſupererit è numero ſagittariorum fortium è filiis Kedaris, ad paucos redigetur, nam Deus Iſraëlis loquutus eſt.

Prophetiæ de Jeroſolima & Sebna Regiæ præfecto.

CAPUT XXII.

ORATIO prolata in Vallem Viſionis. Quid tibi nunc eſt, ut univerſa in tecta adſcenderis? [2]. Tumultibus plena eſt urbs ſtrepera, civitas læta. Confoſſi tui non

aquam ſitientibus viatoribus adferte; vos incolæ Themæ, occurrite cum pane, nam per avia loca iter faciunt, ne incidant in latronum armatorum copias, paratos ad vim iis adferendam. 16. Dominus enim me monuit, intra annum vertentem, Kedarenorum opes omnes abſumptum iri, & Sagittarios è prole Kedaris ad paucos redigendos; nam ita loquutus eſt Creator Iſraelitarum Deus.

P A R A P H R A S I S.

1. ORATIO in Vallem Viſionis, ſeu Jeroſolimam prolata. 2. Urbs eſt, quæ tumultibus plena, & tamen læta. Mortui tui, Jeroſolima, gladio non ſunt confoſſi, neque in acie ceciderunt.

nam Synodias Dedanæorum adloquitur Propheta, eáſque ad hoc humanitatis officium, in iis oris pernecеſſarium, hortatur. Vide Job. XXII, 7.

Incolæ terræ Themæ] *Terræ* תימא *Thema.* Eſt tractus vicinus, ad mare Perſicum, quem incolebant *Thani*, aut *Thæmi* populi *Ptolomæo* dicti, in deſcriptione Arabiæ Felicis. Aliud eſt תימן *theman*, ut legerunt LXX. Intt. ut & *Hieronymus*, qui habet *terram Auſtri*; nam ſic vocatur tractus Idumææ Jerem. XLIX, 7, 20.

Vagis occurrite] Nempe Kedarenis, ut poſtea videmus, à Babyloniis fortè victis; nam per omnes illas oras arma circumtulerunt, nec alius erat, à quo ſibi poſſent timere.

15. *Nam vagantur, ut fugiant* &c.] *A facie gladiorum errarunt.*

Et grave prælium] *Et à facie gravitatis belli*, aut *prælii*. Victi in Arabia deſerta, auſtrum verſùs, ubi fuere eorum ſedes, vix aliò fugere poterant Kedareni, quàm in eos tractus Arabiæ, qui ſunt ad mare Perſicum.

16. *Qualis eſt annus mercenarii*] *Ut anni mercenarii*, hoc eſt, ſtatim poſt annum exactum. Vide C. XX, 3. Fortè & hic annus ab exſcidio Jeroſolimæ inchoandus.

Abſumentur omnes opes Kedarenorum] כלה כל כבוד קדר *chalah chol chbod kedar*, quod verti etiam queat: *deſinet omnis gloria Kedaris.* Sunt Cedrei *Plinii* in Arabia deſerta. Vide Cant. I, 5. & *Sam. Bochartum* Phal. Lib. III. c. 14.

17. *Quod ſupererit è numero*] *Reliquiæ numeri arcûs fortium filiorum Kedaris imminuentur.* De his *Euſebius*: Κηδὰρ ἐν Ἐζεκιὴλ ἄρχοντες Κηδὰρ καὶ ἐν Ἠσαΐᾳ καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ ἐν ἐρήμῳ τῆς Ἀραβίας· ἔστι δὲ χώρα Ἀβραάμ. Crediderim excidiſſe aliquot voces inter duas poſtremas, quales hæ ſunt Κηδὰρ ἡ τοῦ Ἰσμαὴλ τοῦ, ut vertendum, ſit *regio Kedar filii Iſmaël, qui Abrahami.* Certè habet *Hieronymus*: *eſt autem regio in Eremo Saracenorum à filio Iſmaëlis Cedarita cognominata.* Ubi malim *Cedaritis* legere.

C O M M E N T A R I U S

In CAPUT XXII.

1. *IN vallem viſionis*] גיא חזיון *ge hhizzajon.* Quod omnes Græci φάραγγα ὁράσεως verterant, exceptis LXX. Intt. qui habent Σιὼν pro voce poſteriore; non quòd aliter legerint, Sed quia reverà ſermo eſt de Jeroſolima, quæ ſic dicitur ab Eſaïa, propter viſa, quæ divinitus ei, in ea urbe, ſunt oblata. Quemadmodum ſub imagine *montis Sionis*, aut *Dei* deſcribitur alibi hæc urbs in montibus condita: ſic quoque *vallis* dici potuit, ob valles montibus ſeu collibus illis interpoſitas.

Quid tibi nunc eſt] Reſpicit ad tumultum, qui fuit Jeroſolimæ, cùm Sancheribus urbes Judææ munitas cepiſſet, & ipſi Jeroſolimæ, quamvis acceptis ab Hezekia muneribus, immineret. Vide 2. Reg. XVIII. & infra apud Prophetam c. XXXVI. & 2. Ephem. XXXII, 3. & ſeqq.

2. *Urbs ſtrepera*] עיר הומיה *hir homijah*; nempe, propter concurſum hominum, ſacrorum causâ, illuc convenientium.

Civitas læta] קריה עליזה *kirjah haliza*, urbs lætitiâ geſtiens; propter multitudinem ſacrorum euchariſticorum, in quibus convivia agitabantur.

Confoſſi tui &c.] חלליך *hhalalajich*, qui ſunt propriè gladio *confoſſi*, ſed hic dicuntur homines occiſi variis ſuppliciis. Intelliguntur Jeroſolimitani, qui per agros ſparſi poſtea à Sancheribi copiis capti ſunt & excarnificati.

In acie mortui] מתי מלחמה *mthe milhhamah*, mortui prælii. Nullæ fuerant copiæ, quæ cum Aſſyriis

non ſunt confoſſi gladio, neque in acie mortui. 3. Omnes duces tui vagâ fugâ arcum unà fugerunt, & vincti ſunt, omnes ex tuis inventi vincti ſunt ſimul, cùm procul à *prælio* auſugiſſent. 4. Propterea dixi: ne me adſpicite, amaro fletui meo indulgebo, ne feſtinate me ſolari, ob vaſtationem filiæ populi mei. 5. Nam dies eſt tumultûs, conculcationis & perplexitatis Domino Jehovæ, in Valle Viſionis; evertit murum, & clamor eſt ad montem. 6. Elymæi ſumſerunt pharetram, in curru hominis *&* aurigas, Kir verò retexit ſcutum. 7. Amœniſſimæ tuæ valles refertæ ſunt curribus, & equites caſtra poſuerunt, portam versùs. 8. Amovit operimentum Juda, &

runt. 3. Omnes tui duces, variâ fugâ ſparſi ſunt, & in vincula conjecti; omnes ſimul vincti inventi ſunt, cum pugnam fugiſſent. 4. Ideo dixi, me à vobis non eſſe ſpectandum, velle me amaris lacrimis indulgere, nec eſſe cur me ſolari conaremini, quod vaſtata ſit Jeroſolima, à popularibus meis condita. 5. Eſt enim tempus turbarum, calamitatum, atque anxietatis, quas iis immiſit Dominus Creator, in vallem Viſionis; cujus evertit muros, ita ut clamoribus ad montes vocentur. 6. Perſæ pharetras ſuas & arcus ſumſerunt in currus, & Kirenſes retexerunt clipeos. 7. Amœniſſimæ Judææ valles ſunt confertæ curribus militaribus, equitatusque hoſtilis caſtra poſuit ad unam è portis Jeroſolimæ. 8. Amovit ea, quæ tegebant oppidanos, eòque tempore arma ſumſiſtis,

Aſſyriis confligere eſſent auſæ, mœnibus enim clauſum ſe tenuit Hezekias.

3. *Vagà fugâ arcum unà fugerunt*] נדדו *nadedou*, vagati ſunt unà ab arcu. Ut ſagittarios Aſſyriorum fugerent latè ſparſi ſunt.

Vincti ſunt] In vincula conjecti ſunt à copiis Aſſyriorum, Judæ agros peragrantibus.

4. *Ne me adſpicite*] שעו מני *ſchebou minni* adſpicite procul à me. *Grotius* vult eſſe verba Jeroſolimæ; ſed Prophetæ, qui ſemper hic loquitur, eſſe videntur, deflentis calamitates Judææ.

Amarori fletûs mei indulgebo] אמרר בבכי *amarer babbechi*, amarus ero in fletu, ſignificatur hominis amarè flentis dolor, cui vult indulgere.

Ob vaſtationem filiæ populi mei] Ob vaſtatos Judææ agros. Nam *filia populi* dicitur ipſe populus, Hebraïſmo noto, ut *filia Sionis* pro Jeroſolimitana plebe.

6. *Perplexitatis Domino Jebovæ*] Hoc eſt, tumultus hic, conculcatio hominum pedibus equorum & perplexa conſilia, quorum nullus eſt felix exitus, ſunt Divinæ Juſtitiæ, pœnas de populo Judæo repetentis, effectus.

Evertit murum] מקרקר קיר *mkarker kir*. Intelliguntur muri minorum oppidorum, quæ cùm ſatis munita non eſſent, aut ſat validis præſidiis non tenerentur, à Sancheribo, perfractis muris, capta ſunt.

Ad montem] Confugiebant vicorum, & minorum urbium incolæ in montes, ut vim hoſtilem fugerent, ut oſtendimus ad Abdiam. Sed eos per ardua montium inſequuti erant Aſſyrii, unde clamores cædentium & cæſorum audiebantur. Vide 2. Reg. XVIII, 13. & ſeqq.

6. *Elymæi ſumſerunt pharetram*] Elymæi tum aut parebant Aſſyriis, aut certè ſocii eorum erant; undeetiam factum, ut, cùm poſtea Aſſyrii Babylone regnarent, Elymæorum copias in caſtris ſuis habuerint; quod conſtat ex eo, quòd Panthea, Abradatæ Suſorum Regis, quæ fuit Elymaïdis Metropolis, in eorum caſtris à Cyro capta ſit, abſente Abradata, ut habet *Xenophon* Cyropædiæ Lib. V. ab initio. Elymæi eximii ſagittarii habebantur, ut intelligere eſt etiam ex Jerem. XLIX, 35. Vide & quæ collegit ea de re *Bochartus*, Phal. Lib. II. c. 2.

In curru hominis & aurigas] ברכב אדם פרשים *brecheb adam phraſchim*. Intelligitur currus, in quo ſinguli erant ſagittarii, & auriga, qui regeret equos, dum ſagittarius è ſuperiore loco ſagittas in hoſtes ſpargeret. Factum hoc videmus in curribus Græcorum & Trojanorum, niſi quòd non ſagittarii eſſent in curribus, ſed viri ſtrenui, qui haſtis & gladio inſtructi erant. Quod in *Homeri* Iliade paſſim videre eſt, ubi prælia deſcribuntur. Vide & Cap. XXI, 7, 9.

Kir verò retexit ſcutum] קיר ערה מגן *kir berah magen*, nudavit ſcutum. Nempe, coriis tegebant ſcuta, ut ſplendentia ſervarentur; quæ coriacea integumenta detrahebant, cum pugnandum erat. Vix aliter res intelligi poteſt & ſolebant etiam hoc facere Romani. Vide *Cæſarem* de B. G. Lib. II. c. 21. & ad eum doctiſſimum virum *Joan. Daviſium*. *Kir* verò eſt nomen proprium tractûs Aſſyriæ, aut vicini regni, unde gravis armaturæ milites habuit Sancheribus. Nullum tamen nomen ſimile invenimus in iis locis, excepto nomine *Karduchorum*, & quidem ſolâ primâ ſyllabâ. Sed multa facta eſt in nominibus mutatio. LXX. verterunt συναγωγὴν παρατάξεως, quod nihil ad rem; Latinus non meliùs: *parietem nudavit clipeus*.

7. *Amœniſſimæ tuæ valles*] Alibi equites caſtrametari vix poſſint, nullus enim eſt eorum uſus in montanis, & pabuli, aquationisque in vallibus tantùm copia eſt. Interim cùm hæc ſint cultiſſima & feraciſſima loca Judææ, exercitus hoſtiles illic caſtra habere, ſine graviſſima Judæorum jactura, non poterant. Pro *amœniſſimis vallibus* eſt מבחר עמקים *mibhhar hamakim*, electio vallium, quod Latinè ſic efferri non poterat, nec multò rectiùs dicas *electas valles*, ut LXX. & *Hieronymus*.

Portam verſùs] Non procul à portis Jeroſolimæ. Habemus Præfectos Pincernarum, & Eunuchorum, cum multis copiis, Jeroſolimam veniſſe, 2. Reg. XVIII, 17.

8. *Amovit operimentum* &c.] יגל את מסך *jegal eth maſach*, retexit velum, tegumentum. Juda *integumentum*, ſeu protectionem Dei dicitur amoviſſe, eò quod ad ejus auxilium, tempore Achazi, non confugiſſet. Sic *nubes*, quæ Symbolum fuit protectionis divinæ, מסך *maſach* vocatur Pſ. CV, 39.

Reſpexiſtis] *Reſpexiſti*. Vide ad vers. 11. & ſupra ad C., XX, 5, 6.

Ad

& reſpexiſtis, illo die, ad arma domûs ſilvæ. 9. Vidiſtis multas eſſe in urbe Davidis ruinas *murorum*, & collegiſtis aquam piſcinæ inferioris. 10. Tum domos Jeroſolimæ numeraſtis, eáſque, ad ſarcienda mœnia, diruiſtis. 11. Alveum feciſtis inter duos muros aquis piſcinæ veteris, ſed non reſpexiſtis ad eum, qui eam fecit, neque ejus formatorem, à longo *tempore*, intuiti eſtis. 12. Vocavit *vos* Dominus Jehova, *Deus* exercituum, die illo ad fletum, ad planctum, ad calvitium, atque ad induendum ſaccum; 13. En verò, *apud eos fuit* gaudium & hilaritas cædendo boves, mactando oves, comedendo carnem, bibendo vinum; *cùm diceretis*: *edamus* & bibamus, cras enim moriemur. 14. Tum verò revelatum eſt auribus meis *à* Jehova, *Deo* exercituum: non ignoſcetur vobis hoc ſcelus, donec moriamini, ait Dominus Jehova, *Deus* exercituum.

15. Sic etiam dixit mihi Dominus Jehova, *Deus* exercituum: ito, adi iſtum Acrario

ſiſtis, quæ in Villa Salomonis ſervabantur. 9. Vidiſtis multas ruinas in urbe Davidis, & ut urbem eâ parte muniretis, collegiſtis aquam piſcinæ inferioris, quâ arcerentur hoſtes. 10. Præterea domos urbis veſtræ numeraſtis, & multarum nihil niſi rudera eſſe deprehendiſtis, quibus uſi eſtis ad ruinas mœnium ſarciendas. 11. Alveum feciſtis excipiendæ aquæ piſcinæ veteris; ſed nullam habuiſtis rationem ejus, qui eam aquam creavit, neque de eo cogitaſtis. 12. Eo tempore Creator, idemque Deus exercituum, vocavit vos ad lacrimas, ad planctum, ad deponendam cæſariem, atque ad induendum ſaccum. 13. Attamen, apud vos, ſumma hilaritas fuit, immolaſtis boves, mactaſtiſque oves, & eorum carnem comediſtis, ſimulque vinum bibiſtis, cum dictitaretis: *edamus & bibamus, cras enim moriemur.* 14. Tum verò mihi dictum eſt à Creatore, eodémque Deo, qui exercitibus præeſt, non remittetur vobis hoc ſcelus, donec moriamini, ait Dominus Creator, idémque Deus exercituum.

15. Sic etiam adloquutus eſt me Dominus Creator,

Ad arma domûs ſilvæ] אל נשק בית היער *el neſchek beth hajjahar*. Oportuit eſſe armamentarium intra urbem, quod, cur ſic vocaretur, non conſtat. Vide 1. Reg. VII, 2. Caſtigat Propheta Jeroſolimitanos, quòd majorem rationem habuiſſent adparatuum belli, quàm auxilii divini. Quam tamen caſtigationem non tam ad Hezekiam, hominem Dei timentem, pertinere putarim, quàm ad populum Jeroſolimitanum. Vide ad vers. 11.

9. *Multas eſſe in urbe Davidis ruinas*] בקעי *bekihe* fiſſuras urbis Davidis vidiſtis, quod eſſent multæ. Vide 2. Par. XXXII, 4. & ſeqq.

Collegiſtis aquam &c.] Hoc eſt, impediiſtis, ne extra mœnia urbis flueret.

Piſcinæ inferioris] Erat enim ſuperior, de qua C. VII, 3.

10. *Numeraſtis* &c.] Ut ſciretis, quo numero ædium indigeretis, ut murorum ruinas ſarcire poſſetis.

11. *Piſcinæ veteris*] Eſt eadem ac ſuperior. Vide 2. Par. XXXII, 30.

Ad eum, qui eam fecit &c.] Non vult homines, qui piſcinam illic cavaverant, ſed Deum fontis ipſius auctorem, cujus aquis piſcina implebatur, adtendi. Neque enim dubium eſt, quin fontes à divina creatione ortum ducant, & Providentiâ ejus conſerventur, &, ſi ita ei videatur, exſiccentur.

Intuiti eſtis] Auxilium ejus quæſiviſtis, ut vers. 8. Vide & not. ad C. XX, 5, 6. Hezekias quidem, quamvis omnia providiſſet, quæ, prudentiâ humanâ, provideri poterant, de divino auxilio, quo fretos Jeroſolimitanos eſſe oportebat, eos monuerat; ſed ejus verborum homines carnales exiguam rationem habuerant. Vide 2. Par. XXXII, 10.

12. *Gaudium & hilaritas* &c.] Quod Jeroſolimam ſat munitam eſſe jam putarent; ſatque neceſſariis omnibus inſtructam, ad obſidionem, ſi opus eſſet, tolerandam; ſive quòd Sardanapali more, etiam ante extremam cladem, genio indulgendum cenſerent.

Edamus & bibamus &c.] Ex *Horatio*, talia protulit *Grotius*. Tale & Petronianum illud:

Heu! Heu! nos miſeros! Quàm totus homuncio nil eſt!

Ergo vivamus, dum licet eſſe bene.

14. *A Jehova*] Eſt tantum יהוה *Jehovah*, ſed ſubaudiendum מאת meeth, ut ם Gen. IV, 2.

Non ignoſcetur vobis] *Non expiabitur* (יכפר jechuppar) *hæc iniquitas vobis*; hoc eſt, nullo piaculo veniam ejus impetrabitis.

Donec moriamini] Per reliquam vitam pœnas mihi luetis. Si his temporibus nota fuiſſet animi immortalitas, locus erat idoneus admonendi improbos, de pœnis alterius vitæ. Eam enim non credebant, qui dicebant: *edamus, bibamus, cras enim moriemur.*

15. *Sic etiam* &c.] Cùm hæc pronunciavit & ſcripſit Eſaïas, ut obſervavit *Grotius*, nondum erat Eljakimus Magiſter Domûs Dominicæ, quam dignitatem poſtea accepit; eámque tum demum geſſit, cùm Sancheribus venit ad Urbem. Quare, inquit, hæc dicta ſunt cùm Salmanaſar Samariam cepiſſet, & Sebna tunc Magiſter Domûs Dominicæ eſſet. Verum eſt hoc vaticinium, quod ſequitur, prolatum fuiſſe, antequàm Sancheribus mitteret duces Jeroſolimam, qui urbem ad deditionem hortarentur; quia eo tempore Eljakimus erat Regiæ præfectus, ut liquet ex 2. Reg. XVIII, 18, 37. Sed minimè conſequens eſt, vaticinium fuiſſe eo ipſo anno, quo capta Samaria, pronunciatum. Hæc enim urbs capta eſt anno VII. Hezekiæ, ut habemus 2. Reg. XVIII, 9. Sancheribus verò anno XIV. ejuſdem Regni in Judæam venit, ut eſt ibidem vers. 13. Non opus eſt, nos ſtatuere ſeptennio minimùm, ante Sancheribi adventum, eſſe prædictum Sebnæ, fore ut munere dejiceretur; ſatis eſt ante hoc, quod diximus, tempus eſſe factum. Nec putandum, ea, quæ continentur 14. primis commatibus hujus Cap. eſſe

Digitized by Google

rio præfectum. Sebnam, qui Regiæ præeſt, *eique dicito:* [16]. Quid hîc tibi eſt? quis tibi hic eſt *conſanguineus*, ut excideris hîc tibi ſepulcrum? *Imitatus eſt* excidentem in loco edito ſepulcrum, atque in rupe ſibi tabernaculum ſtatuentem. [17]. En verò Jehova te omnino dejiciet, ô vir potens, devolvet, [18]. & volutabit inſtar pilæ, per terram latè patentem. Illic morieris, & illic *erunt* quadrigæ tuæ glorioſæ ignominia domûs domini tui. [19]. Expellet te è ſtatione tua, & de gradu deturbabit.

[20]. Eo verò die, vocabo ſervum meum Eljakimum Chiskijæ filium. [21]. Eum induam tunicâ tuâ, cingulo tuo eum cingam, poteſtatem tuam in ejus manum dabo, fiétque pa-

tor, qui præeſt exercitibus; adito iſtum Ærario præfectum, Sebnam, qui Regiæ præeſt, eumque ſic adloquere: 16. Quid tibi hic eſt negotii? Quisnam tibi hic conſanguineus, ut tibi ſepulcrum excideres ſimitaturus eos, qui ſepulcrum, in alta rupe, exciderent, atque in rupe ſibi veluti tabernaculum ſtatuentes? 17. Creator te omnino, ô vir, qui tibi potens videbaris, te devolvet, 18. & pilæ inſtar per humum latè patentem volutabit. Ibi morieris, atque illic putreſcent glorioſæ iſtæ tuæ quadrigæ, ô dedecus domûs patroni tui. 19. Dejiciet te ex hac ſtatione tua, déque munere tuo deturbabit.

20. Ad id tuum munus vocabo ſervum meum Eljakimum, Chiskijæ filium. 21. Eum induam tunicâ iſtâ tua, muneris tui indicio, cingulo tuo eum cingam, poteſtatémque tuam in eum transferam, &

eſſe ante ſequentia ſcripta, aut dicta ab Eſaia. Satis conſtat, ordinem Prophetiarum, in Libris Sacris, non ſemper conſentire cum ordine temporis.

15. *Ærario præfectum*] הסכן *haſſochen*. LXX. Intt. εἰς τὸ παστοφόριον. Hieronymus: *ad eum qui habitat in Tabernaculo.* Cùm סכן *ſachan prodeſſe* ſignificet; meritò alii *præfectum Ærario* eſſe putarunt, nihil eſt enim quod magis uſui ſit, in rebus ad hanc vitam pertinentibus, quàm pecuniæ. *Aquila* tamen σκηνοῦντα, & *Symmachus* σκηνοποιοῦντα, quaſi ad vocis ſonum adludere voluiſſent. Sed ſaltem שוכן *ſchochen* eſſet legendum, & ne hoc quidem neceſſariò id ſignificaret; præterquàm quòd aliud fuit Sebnæ munus, ut ſequentia oſtendunt.

Qui Regiæ præeſt] על הבית *hal habbajith* ſupra domum; nempe, Regiam. Subauditur פקיד *phakid*, *præfectus*.

Eique dicito] Quaſi eſſet: ואמור לו *veemor lo*, quod omnino ſupplendum.

16. *Quis tibi hic eſt*] Nempe conſanguineus; unde colligere eſt fuiſſe peregrinum.

Ut excideris hic tibi ſepulcrum?] Quare, ſi hæc verba ſint propriè intelligenda, videtur in monte Sione ſepulcrum habuiſſe, aut alibi in Jeroſolimæ vicinia, in rupe cavatum. Suſpicor tamen ſub his verbis hunc latere ſenſum, elationem Sebnæ ei fore funeſtam, éque ſublimi dignitate dejectum iri, in exſilium abiturum, in eóque poſt multos errores, moriturum; ita ut hic ſit occulta comparatio. Videant acutiores.

Imitatus es &c.] Hoc ſupplevi, quia ſequitur לו *ſibi*.

17. *Te omnino dejiciet*] מטלטלך טלטלה *mtaltelcha taltelah*. Radicalium repetitio notat vehementem & celerem dejectionem. טול in *Hiphil* eſt *jacere*, hìc verò, ubi agitur de ſublimi ſepulcro, eſt in *Pihel*, *dejicere*.

Vir potens] גבר *gaber*. LXX. ἄνδρα, ſed quia eum adloquitur, vocativo caſu rem exprimere maluimus. *Hieronymus: aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus.* Ait in Commentario alios vertiſſe *virum*, ſed ſe edoctum à Præceptore ſuo ſignificari *gallum gallinaceum*, quo ſenſu reverà occurrit in Rabbinicis libris, ſed in Sacris nusquam.

Devolvet] עטך עטה *hotecha hatoh*. עטה *hout* eſt *involare*, celeriter rapere, quam poteſtatem verbo עטה ſubjectam etiam eſſe putant optimi Lexicographi. Quare vertimus *devolvet*, quia ſermo eſt de cadavere è ſublimi ſepulcro devolvendo.

18. *Volutabit inſtar pilæ*] צנוף יצנפך צנפה כדור *tſanoph jitsnaphcha tſnepha chaddour*. Volutando volutabit te volutatione. LXX. Τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον καὶ ῥίψει σε. Reverà צניף *tſaniph* eſt cidaris capiti *circumvoluta*. Sed cùm addatur כדור *chaddour*, inſtar pilæ, ſat conſtat agi de circumvolutione, qualis eſt cadaveris ex edito loco devoluti. Infrà C. XXIX, 3. כדור *chaddour* eſt *in orbem*. Ex Arabiſmo interpretati ſumus, ubi דור *dawara* eſt interdum *in gyrum verti* & *rotundum eſſe*. *Hieronymus* etiam: *quaſi pilam*, rectè, ut è dictis liquet; ſed miror antecedentia verba ab eo eſſe verſa: *coronans coronabit te tribulatione*, deinde *quaſi pilam mittet te*. Veteres palpando vertebant loca obſcuriora, ut fecerunt hìc Græci & Latinus, qui non ſatis ad rem adtenderunt, neque ad linguæ Hebraïcæ, aut vicinarum uſum.

Illic morieris] Hæc verba ſuſpicionem antea adlatam confirmant.

Erunt quadrigæ tuæ glorioſæ] מרכבות כבודך *marchebotb chebodcha*, quadrigæ gloriæ tuæ; hoc eſt, currus, quibus tanto cum faſtu Jeroſolimæ vehebaris, dedecori erunt familiæ regiæ, quæ tam malum virum ſic ornaverat; poſtquàm juſtas pœnas dederit.

19. *De gradu deturbabit*] ממעמדך יהרסך *mimmahaacha jeherſecha*, è ſtatu tuo demolietur te; hoc eſt, è munere aut miniſterio tuo. Quàm proximè Latinè loquentes ad Hebraïcum idioma acceſſimus.

21. *Eum induam tunicâ tuâ* &c.] Hæc omnia perinde valent, ac, induam eum munere tuo; quòd Magiſter Regiæ certo veſtium genere ab aliis Aulicis diſtingueretur.

Cingulo tuo eum cingam] ואבנטך אחזקנו *abnetcha abhazzekennu*, baltheo tuo eum *confirmabo*; quia renes baltheo cinctæ firmiores ſunt. LXX. Intt. τὸν στέφανόν σου δώσω αὐτῷ κατὰ κράτος, abſurdè, nam אבנט nusquam *corona* eſt, Ipſi LXX. in Lege ζώνην vertere ſolent. Sic & Vulgatus *cingulo tuo*.

P 22. *Im-*

pater incolarum Jeroſolimæ & domûs Judæ. 22. Imponam clavem domûs Davidis ejus humero; & aperiet, nec quiſquam claudet; claudétque, nec quiſquam aperiet. 23. Pangam eum *ut* clavum in locum ſtabilem, & erit in ſolio gloriæ domûs patris ſui. 23. Pendebunt ex eo omnes divitiæ patriæ domûs, vaſa maxima & omnia vaſa minora, cùm crateres, tum omnia inſtrumenta nabliorum. 24. Deinde, ait Jehova, *Deus*

& coletur à Jeroſolimitanis, ac à domo tota Judæ pater vocabitur. 22. Inſigne muneris humero ejus imponam clavem Davidis, qua ſignificabitur ejus auctoritas, & fiet Jeroſolimitanorum & domûs Regiæ, imo & totius Tribûs Judæ præfectus. Eà clave, aperiet ærarium, idque claudet, nec quiſquam, eo invito, aperiet, aut claudet. 23. Pangam eum, quaſi clavum materiæ duræ impactum, atque in ſella honorifica patriæ Tribûs ſedebit. 23. Ejus cuſtodiæ credentur omnes divitiæ paternæ Tribûs, & pretioſa quæque vaſa, quæ ſunt in Ærario Regio, & omnia inſtrumenta Muſica. 24. Denique

22. *Imponam clavem*] Ritus videtur fuiſſe, quo munus Magiſtri Domûs Regiæ conferebatur. Sic apud *Callimachum* Hymno in Cererem, de Deæ Sacerdote vers. 45.

—— κατωμαδίαν δ' ἔχε κλεῖδα.

habebat clavem ex humero pendentem. Ad quem locum vide Virum Illuſtrem *Ezech. Spanhemium.*

Et aperiet &c.] Ejus ſolius erit claudere & aperire Ærarium, aliáſque Apothecas rerum pretioſarum; hoc eſt, nihil deprometur, aut recondetur, niſi ex ejus mandatis. Huc alluditur Ap. III, 7.

23. *Ut clavum in locum ſtabilem*] כיתד במקום נאמן *chejathed bmakom neeman.* LXX. Intt. ἄρχοντα ἐν τόπῳ πιστῷ, Vulgatus meliùs: *pax illum in loco fideli.* Sed *ſtabilem*, aut *firmum* vertere ſatius erat; comparationem enim ſuam deſumit Propheta è clavo muro firmo impacto, qui nec vacillat, nec cadit & omnia ab eo ſuſpenſa facilè ſuſtinet. Contraria omnia videmus, ſi in muro non ſatis firmo figatur clavus. Sequentia rem manifeſtò oſtendunt.

נאמן propriè eſt *fidus*, qui non fallit, qualis murus firmus, qui paxillum, aut clavum ei hærentem firmum præſtat, quodcumque pondus ex eo pendeat.

Erit in ſolio gloriæ patris ſui] Videntur hæc indicare Eljakimum è prole regia fuiſſe, ac proinde, cùm ſummo honore frueretur, in aula Hezekiæ, quodam modo in majorum ſolio ſediſſe.

23. *Omnes divitiæ*] *Omnis gloria*, כבוד *chabod*, quæ vox ſæpe divitias ſignificat.

Vaſa maxima] הצאצאים והצפיעות *battſeetſaïm vebattſephiboth.* His verbis ſignificari videntur majora vaſa, quia ſequuntur minora; ſed qualia eſſent, neſciverunt Veteres, neque nos comminiſci poſſumus; ideóque generis nomine uſi ſumus. Omiſerunt LXX. Intt. *Aquila*, ut ait *Hieronymus*, retinuerat ipſa verba Hebraica, quæ ſic ſcribit SASAIM & SEPHOTH, ipſe habet *vaſorum diverſa genera.*

24. *Peſſum ibit onus* &c.] נגרות *nichrath*, exſcindetur onus; hoc eſt, cadens peſſum ibit; omnia, nempe, Eljakimo amoto, vel mortuo, dilapidabuntur, fortaſſe Manaſſæ Hezekiæ F. temporibus.

COMMENTARIUS
In Caput XXIII.

i. **N***Aves Tharſiſienſes*] Quæ in Tharſiſiam ire ſolebatis, de qua vid. notata ad 2. Reg. X, 22. Deletâ enim Tyro, nemo erat, qui auderet inſtruere naves in Tharſiſiam mittendas, nec quidquam erat nauticæ turbæ, quo victitaret. Quod ſi ſermo ſit de inſula Thaſſo, quæ paruit Macedoniæ Regibus, quæque etiam *Tharſis* dicitur, ut oſtendimus ad Gen. X, 4. prædicitur hìc interdicta Tyriis navigatio in Macedoniam.

Ita vaſtabitur &c.] שדד מבית מבוא *ſchuddad mibbajith mibbo*; verbotenus: *vaſtabitur ne domus, ne ingredi.* Nam מן vim negativam paſſim habet. Vide *Chriſt. Noldium* ad hanc particulam num. XXI. Attamen LXX. Intt. ὅτι ἀπώλετο καὶ οὐκέτι ἔρχονται ἐκ γῆς: *Hieronymus* verò, *quia vaſtata eſt domus, unde venire conſueverant.* Sed vide uſum τοῦ מן ſimilem huic, quem hìc eſſe ſtatuimus, apud hunc Prophetam XXIV, 10. LVI, 2, 6. LVIII, 13. LIX, 1, 2.

E terra Chitthæorum] Intelligimus Macedoniam, ut diximus ad Gen. X, 4. Sed antequàm ea de re agamus, expendenda nobis eſt adnotatio viri ſummi *Hug. Grotii*, ad Capitis hujus vers. 1. *Nihil hic*, inquit, *de Nebuchodonoſoro, multóque minùs de Alexandro Magno cogitandum. Omnia enim hæc vaticinia inter ſe cohærent, & ad tempora proxima pertinent.* Ego verò, quod tanti viri pace dictum ſit, non magis puto in hiſce vaticiniis ordinem ſervari, quàm in aliis multis; neque enim Prophetas miſit Deus, ut futuri temporis hiſtorias, eo ordine, quo futuræ erant, narrarent; ſed nunc hoc, mox illud aperirent, nequaquam obſervatâ rerum ſerie hiſtoricâ. Exemplum eſt Cap. XIII. ubi prædicitur exſcidium Babylonis, quod erat tantùm tempore Cyri, Perſarum Regis, inchoandum, nec niſi ſub Alexandri ſucceſſoribus conſummandum; nec res aliter intelligi poteſt, niſi verba torqueantur ut illic fecit vir magnus, dum ὕστερον nimiùm δικαιῶν. Jeremiæ etiam Prophetiæ ſunt, ad tempus quod adtinet, confuſæ, ut omnes norunt.

Quod præceſſit, ait vir magnus, *vaticinium pronunciatum eſt Salmanaſaro urbem obſidente, continétque res iſtas, & quæ ſequutæ ſunt ſub Sennacheribo:* ſed nuſquam legimus in Hiſtoria Sacra, à Salman-eſero obſeſſam Jeroſolimam, nec quidquam eſſe videtur Cap. XXII. quod

Deus exercituum, amovebitur clavus impactus in locum firmum exſcindetur, & cadet; ac peſſum ibit onus, quod ex eo pendet, quia loquutus eſt Jehova.

Oratio in Tyrum pronunciata, tum ejus urbis inſtauratio.

Caput. XXIII.

1. ORATIO in Tyrum pronunciata. Ululate naves Tharſiſienſes, quia ita vaſtabitur, ut ne *ſuperſit* domus, neque *quisquam in eam* ingrediatur. E terra Chitthæorum *futura*

24. Denique, ait Creator, Deus exercituum, amovebitur, ſi ei videatur, clavus materiæ duræ impactus, exſcinderurque & cadet, ac unà cum eo quicumque ab eo pendent, quia eſt ſententiâ Creatoris exauctoratus.

PARAPHRASIS.

1. U*Lulate*, ô nautæ Tharſiſienſes, quia Tharſis ita vaſtabitur, ut ne una quidem ſuperſit domus integra, nec ullus in ea habitet. E Macedonia clades illa veniet, quæ revelata eſt. 2. Silete

quod eò pertineat, ut ex Commentario noſtro rem diligentiùs expendenti liquebit; ubi omnia ad tempora Sancheribi non incommodè retulimus.

Nam, ut ex Menandro Epheſio diſcimus & ex Joſepho Lib. IX. Hiſtoriæ antiquæ, Rex Aſſyriorum Salmanaſar, ſubactâ Samariâ, quam ſub Phœnices nomine comprehendit Menander, Tyriis bellum intulit, certavit claſſe, fecit ut pretia rerum, apud Tyrios, multùm incenderentur. Tandem ipſe decedens reliquit cuſtodes ad flumina & aquæ ductus, qui Tyrios ab aqua omni, (haud dubiè & à commercio) arcerent, idque toleratum Tyriis, per annos quinque.

Hæc ſunt reverâ in verbis *Menandri*, exceptis iis, quæ de incenſa annona ait *Grotius*; quod nec credibile eſt, ſi Tyrii ſuperiores longè maritimis viribus erant; quippe qui, ut ait is Hiſtoricus, duodecim navibus ſuis ſexaginta naves ab Aſſyriis in eos miſſas, abductis D. captivis, disjecerunt. Sed mihi, ne quid diſſimulem, ſuſpecti ſunt Annales Tyriorum, quos Græcè vertiſſe dicitur *Menander*; niſi ipſum aut imperitiæ, aut malæ fidei ſuſpectum habere malimus. Poſtquàm dixit Elulæum, Tyriorum Regem, Kittæos, quicumque ſint, qui ab eo defecerant, ad officium iterum redegiſſe, ſic pergit ἐπὶ τούτους (Kittæósne, an Tyrios velit neſcio) πέμψας ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς ἐπῆλθε Φοινίκην πολεμῶν ἅπασαν· ὅστις σπεισάμενος εἰρήνην μετὰ πάντων ἀνεχώρησεν ὀπίσω: *in hos cùm Aſſyriorum Rex* (Salmanaſar) *miſiſſet, armis totam Phoenicen invaſit* (Quibus verbis *Grotius* intellexit regnum decem Tribuum) *& omnibus pacatis retroceſſit.* Mox ſequitur: ἀπέστη τε Τυρίων Σιδὼν, καὶ Ἄκη, καὶ ἡ Παλαίτυρος καὶ πολλαὶ ἄλλαι πόλεις, αἳ τῷ τῶν Ἀσσυρίων ἑαυτὰς βασιλεῖ παρέδωκαν: *defeceruntque à Tyriis Sidon, Ake & multæ aliæ urbes, quæ Aſſyriorum Regi ſe dediderunt.* Vox Παλαίτυρος ſuſpecta meritò eſt *Joan. Marshamo*, cùm ſit recentior, quam ut hiſce temporibus conveniat, neque potuerint veteres Tyrii à Tyriis deficere. Stabat enim hoc tempore ſola ea urbs, quam in continente habebant Tyrii, antequàm ſub Nebucadnetſare ſe in vicinam inſulam transferrent, ubi, novâ urbe conditâ, prior dicta eſt antiqua Tyrus, cujus tantùm ſupererant rudera. Poſtea cùm narraſſet *Menander* Aſſyriorum Regem claſſe adortum Tyrios, atque ab iis victum diſceſſiſſe, addidit, eum conſtituiſſe φύλακας ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῶν ὑδραγωγείων, οἳ διακωλύσουσι τοὺς Τυρίους ἀρύσασθαι, *cuſtodes ad fluvium & ad aquæductus reliquiſſe, qui impedirent, ne Tyrii inde aquam haurirent.* Καὶ τοῦτο, inquit, ἔτεσι πέντε γενόμενον ἐκαρτέρησαν πίνοντες ἐκ φρεάτων ὀρυκτῶν: *idque, cùm per quinquennium factum eſſet, patienter tulerunt ex effoſſis puteis bibentes.* Primùm hoc Aſſyrii Regis conſilium inane erat, cùm mari libero uterentur Tyrii, poſſéntque è remotioribus fluviis aquatum ire. Deinde ne verbum quidem ait *Menander*, de capta Tyro. Ideóque ad hæc tempora non pertinet exſcidium Tyri, cujus hic deſcriptionem, apud Eſaïam, habemus. Vide & ad 1. Reg. V, 3. Epiſtolas fictas, quaſi è Tyriorum tabulariis depromtas, ut ad locum oſtendimus.

E terra Chittæorum &c.] Si credimus *Grotio*, Cittiæi è Cypro inſula ad Imperium Aſſyriorum reducti ſtatim in Hiſpaniam renunciaverunt, Tyrum Aſſyriorum armis claudi undique. Sed ex ipſo *Menandro* intelligere eſt, Tyrios mari nequaquam clauſos fuiſſe, cùm Aſſyriorum claſſem disjeciſſent. Deinde an *Tharſis*, de quo hic ſermo eſt, ſit Indica, an verò *Thaſus*, non liquet, & multò minùs an ſit Hiſpanica urbs *Tarteſſus*. Nos ita rem capimus, ut Tyrii ſibi calamitatem imminere à copiis Alexandri, quæ è Macedonia venerant, intellexiſſe dicantur.

Negat verò *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. III. c. 5. hæc Eſaïæ referri oportere ad Macedonas, cùm non agatur de poſtremo Tyri exſcidio, ſed de priore, cujus auctor fuit Nabuchodonoſor. At nullum hic eſt indicium, è quo conſtet de Nabuchodonoſoro agi. Quia vero putabat *Chittæos* dici Romanos, quibus hic nihil negotii eſt, probat ſententiam *Salomonis Iarchii*, qui putabat, hîc voce כתים *chitthim* ſignificari כותיים *chouthijim*, id eſt, Chuthæos; cui conjecturæ, ut opinatur, plurimùm favet, quòd hujus Cap. verſu 12. Eſaïas כתיים, geminato *Jod*, ſcribat, ut ſcias non agi de כתים, quorum nomen numquam ita ſcribitur ſed de *Chutæis*. Itaque non probat, quòd Maſſorethæ alterum *Jod* ſuppreſſerint, & quòd *Chiric* ſcripſerint pro *Kibbuts*, extulerintque vocem *Chitthim* pro *Chthijim*; niſi fortaſſe ſic quoque vocati fuerint *Chuthæi*, qui iidem ſunt, qui *Ciſſii*, nempe, Suſianæ incolæ ad ortum Babyloniæ, quo nomine ſignificantur hîc Babylonii. Sed hæc omnia ſunt meræ con-

futura res ei revelata eſt. [2]. Silete, incolæ inſulæ, *ea*, *quibus* mercator Sidonius, trajecto mari, eam implevit. [3]. Sementis Sichoris, *quæ eſt* in aquis multis, meſſis fluminis eſt proventus ejus, & emporium fuit *Tyrus* gentium. [4]. Pudore ſuffunditor, Sidon, nam loquutum eſt mare, *ſeu* munimentum maris, his verbis: non parturiam, non pariam, neque educabo juvenes, aut eveham virgines.

5. Cùm

2. Silete incolæ Tyri, quam colonis inſtruxit Sidon, quæ eam navibus advit, 3. & tritico ex Ægypto inſtructam, emporium ſibi eſſe voluit.

4. Tu vero, ô Sidon, pudore ſuffunditor, nam ſic loquuta eſt Tyrus, cui mare eſt munimenti inſtar, ut ſignificarit incolas ſibi defuturos utrusque

jecturæ, æquè facilè rejiciendæ ac proferuntur. Putat etiam favere ſuæ ſententiæ verſus 12, & 13. ſed eum errare ad eos verſus oſtendemus.

Et revelata eſt] נגלה למו *niglah lamo.* Sive vertas *eis* vel *ei* perinde eſt, prius enim refertur ad Tyrios, alterum ad Tyrum; hoc eſt, ad eumdem populum. Revelari autem hìc dicitur, quod pateſit verbis, ut hiſce Eſaiæ, vel rebus ipſis, cùm Tyrii ſibi imminere victorem Alexandri exercitum intellexerunt.

2. *Silete, incolæ inſulæ*] דמו יושבי אי *dommou joſchebe i.* LXX. Intt. τίνι ὅμοιοι γεγόνασι, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent לְמִי דָּמוּ. Sed *Aquila*, *Symmachus* & Vulgatus *ſilendi* ſignificatum adhibuerunt. *Incolæ inſulæ* ſunt hìc incolæ Inſularum maris mediterranei, in quibus Tyrii negotiabantur, atque ubi mercium Apothecas habebant. Hos vult Propheta tacere, id quod intererat Tyriorum taceri, dum Rex Chittiæurum Tyrum obſidebat.

Ea, quibus mercator Sidonius &c.] Mercator Sidonius eſt idem ac Tyrius. Antiquis temporibus multò magis florebat Sidon, quàm Tyrus, quæ ignota erat; ſed poſtea longè ſuperavit Sidonem. Vide *Joan. Marshamum* ad Sec. XI. Ægyptiacum p. 290. Ed. Lond. Jubet autem Eſaias inſulares illos tacere, eſſe apud ſe merces Tyriorum repoſitas, ne omnes à Macedonibus, qui tum rerum potiri cœperant, auferrentur; quaſi, jure belli, ad ſe devolutas.

Eam implevit] Nempe, *Inſulam*, Eſt Hebraicè *te impleverunt.* Sed mutationes ejuſmodi temporum & perſonarum Latini non ferunt. *Grotius* putavit, eſſe hìc *Inſulam*, pro ora maritima, more Hebræo; qui mos an ſatis conſtet dubito. Ait etiam Tyri partem fuiſſe *in Inſula*, quam novimus, Eſaiæ temporibus, fuiſſe in continenti, nec tranſlatam in inſulam, niſi Nebuchadneſaris ævo, quod pluribus oſtendit idem *Marshamus*, quem laudavimus, ad Sæculum Ægyptiacum XVIII. p. 537.

3. *Sementis Sichoris*] שחר *ſchibhor* Nilum eſſe oſtendimus ad Gen. XV, 18. & Joſ. XIII, 3. Locum hunc Eſaïæ & Jerem. II, 18. numquam expenderant, qui hoc negarunt. Tyrii non petebant triticum è ripis Rhinocoruræ, quod aliis gentibus venderent, ſed è ripis Nili. Hìc verò dicitur *ſementis Sichoris*, *quæ eſt in aquis multis*, vel quia aquis multis Nili fœcundatur id ſolum, in quo ſementem faciebant Ægyptii, vel intelligendum eſt perinde eſſe, ac *ad aquas multas*; hoc eſt, ad Nili διώρυχας, quæ magno numero erant, ut omnibus notum.

Meſſis fluminis] קציר יאור *ktſir jeor.* Meritò ſegetes Ægyptiacæ dicuntur *meſſis* ..., cùm Ægyptus ejus exundatione fœcundaretur, & ad ejus varias διώρυχας ſegetes meterentur. Quod nemo unquam ſomniavit de Rhinocorura, ut mirum ſit, viros doctos crediſſe, eum fluvium שחור *ſchibbor* dictum; quo nihil abſurdius fingi potuit.

Eſt proventus ejus] Quia, nempe, Tyrii coëmebant frumentum Ægypti, quod avehebant in varias inſulas, aut loca maritima interni maris, ubi non tanta erat tritici copia; vel in Apothecas recondebant, ut ſi quæ alicubi eſſet ſterilitas, eò deferretur, non ſine lucro vendendum. Quod factitant etiamnum hodie Hollandi Mercatores, præſertim Amſtelodami, atque olim quoque factitarunt.

Emporium fuit Tyrus gentium] ותהי סחר גוים *vatthehi ſhhar gojim.* LXX. Intt. μετάβολοι ἐθνῶν, Latinus; *negotiatio gentium.* Maluimus *emporium* vertere, eodem ſenſu, ſed aptiore vocabulo. *Grotius tabernam* vertit, non abſurdè, ſed commodiùs viſum urbem *emporium* dicere, quàm *tabernam.*

4. *Pudore ſuffunditor, Sidon*] Pudere debebat Sidonius, cùm viderent everſâ planè Tyro, ab Alexandro, nullam inſtaurationis ſpem ſupereſſe; cùm ipſi ab Alexandro reſtituti fuiſſent.

Loquutum eſt mare, ſeu munimentum maris] אמר ים *amar jam.* Tyrum *mare* vocat, ut videtur, propter perpetuum commercium maritimum, & quidem ingenti navium copiâ quaquaverſùm emiſsâ. Quod cùm obſcurius eſſet, ut res faciliùs intelligeretur, addidit Propheta מעוז הים *maboz hajjam.* Sic Joſ. XIX, 29. dicitur *urbs munitionis Tyrus* עיר מבצר צר *bir mibtſar Tſor.* Munitiſſima erat non tantùm antiqua Tyrus, ſed etiam nova, cùm ab Alexandro non niſi ſeptem menſium obſidione capta ſit; atque hæc quidem potiore jure dici poterat *munimentum maris*, quia erat in ipſo mari, in inſula quippe ſita, cùm illa eſſet in continenti.

Non parturiam, non pariam &c.] Hæc in præterito dicuntur. לא חלתי ולא ילדתי וגו׳ *lo hhalthi velo jaladthi* &c. Sed apud Prophetas tempora miſcentur, atque è re ipſa colligendum Lectoribus relinquunt, futuráne res an præterita ſignificetur. Certum autem eſt, Tyrum ante obſidionem Nebuchadneſaris, imò etiam Alexandri, fuiſſe incolis frequentiſſimam. Itaque futuro rem expreſſimus, quæ vera eſſe non poterat, niſi de eo tempore.

Per-

Google

5. Cùm *rei* rumor adferetur ad Ægyptios, dolebunt, quando hæc audient *de* Tyro. 6. Tranſite Tharſiſiam, ululate incolæ inſulæ. 7. An hæc vobis urbs exſultabunda, cujus antiquitas eſt a priſcis temporibus, & quam pedes è longinquo ducebant ad peregrinandum? 8. Quis conſilium hoc cepit de Tyro, quæ coronam *ſuis* imponit, cujus

que ſexûs. 5. Quæ cùm audient Ægyptii de Tyro, ſummo dolore adficientur, quia ſi Tyrus incolis deſtitueretur, defuturi eſſent, qui Ægyptiorum triticum, aliis vendendum, apud eos emerent, ut Tyrii ſolebant. 6. Trajicite, dicent Ægyptii, in Macedoniam, ibique cum incolis terræ lugete, vos Inſulares. 7. In vobis exſultabit urbs, quæ antiquiſſima eſt, & quam pedes adeunt è longinquo, qui navibus aliquo transvehi cupiunt? 8. Quis conſilium hoc de Tyriis cepit, qui civibus ſuis velut diademate caput cingunt, & cujus negotiatores, quod habent in apothecis, majore

Perperam ergo LXX. Intt. οὐκ ὤδινον, οὐδὲ ἔτεκον ἐξέθρεψα νεανίσκους, οὐδὲ ὕψωσα παρθένους. Vulgatus quoque: *non parturivi, & non peperi & non enutrivi juvenes, nec ad incrementum perduxi virgines.* Non potuit induci Tyrus ita loquens, quo tempore capta eſt à Nebuchadneſare, aut ab Alexandro; ſed reverà nullam prolis, quæ Tyria vocaretur, educandæ ſpem habere potuit. Cùm enim vidiſſent muros & portum Sidonii obſeſſum eſſe captos, confugerunt in Agenorium, indéque ſe converterunt in Macedonas; tum verò, ut habet *Arrianus* Lib. II. c. 24. „ Alexander, cum ſcutatis, in eos progreſſus alios pugnantes occidit, alios fugientes ſequutus eſt: quo in loco magna cædes facta eſt; cùm & à porta urbs capta eſſet, & Cœni copiæ in eam tranſiiſſent. Macedones enim, *inquit Hiſtoricus*, ira perciti in Tyrios graſſabantur, cùm quòd obſidionis diuturnitatem ægrè ferrent, tum quòd nonnullos ſuorum Sidone navigantes captos & in murum ſublatos, ut ab exercitu cernerentur, cæſos in mare præcipitaſſent. Tyriorum circiter octo millia interfecta. Qui verò in Templum Herculis confugerant (erant autem præcipui quique Tyriorum Magiſtratus, & Rex Azemilchus, & quidam Carthaginienſium, qui conſulendi Oraculi gratiâ venerant, in honorem Herculis, ex veteri conſuetudine, in Metropolin ſe conferentes) iis omnibus Alexander veniam conceſſit, reliquos in ſervitutem redegit. Tyriorum atque exterorum, qui ſuperfuerant, XXX. millia ſub haſtam miſſa. Hinc intelligere licet nullam, aut exiguam ſpem fuiſſe paucis illis Tyriorum primoribus, quibus veniam conceſſit Alexander, recidivæ Tyri inſtaurandæ, & prole veterum ejus incolarum denuo frequentandæ.

Diodorus quidem Siculus, ante *Arrianum*, jam dixerat Lib. XVII. plures VII. M. virorum fuiſſe occiſos; ſed præterea addiderat, duo millia Juvenum fuiſſe in crucem ſublata. Si illi credimus, imbellis ætas & ſequior ſexus ſub corona venierant, & tanta inventa fuerat captivorum copia, ut, licet antea plerique Carthaginem avecti fuiſſent, ſupereſſent tamen XIII. M. captivorum. Sed tantùm ei fidei habere non ſuſtineam, quantùm *Arriano*. Fallitur certè graviter, cùm narrat inſtauratam Tyrum ab ipſo Alexandro, quod contigit tantùm ejus beneficio Sidonii, ut narrat *Curtius* Lib. IV. c. 1. ad quem vide *Joan. Freinshemium*.

Ait etiam *Curtius* Alexandrum, exceptis iis, qui in Templa confugerant, omnes interfici, ignémque tectis injici juſſiſſe; tum, *his per præcones*, inquit, *pronunciatis, nemo tamen armatus à Diis opem petere ſuſtinuit. Pueri virginéſque Templa compleverant; viri, in veſtibulo ſuarum quisque ædium, ſtabant parata ſævientibus turba. Multis tamen ſaluti fuere Sidonii, qui intra Macedonum præſidia erant; hi urbem quidem inter victores intraverant; ſed cognationis cum Tyriis memores (quippe utramque urbem Agenorem condidiſſe credebant) multos Tyriorum etiam protegentes, ad ſua perduxere navigia; quibus occultati Sidona devecti ſunt. Quindecim millia, hoc facto, ſubducta ſævitiæ ſunt.* Eum numerum, de quo nihil *Diodorus*, nihil *Arrianus*, nimium meritò cenſent viri docti; nec paſſi eſſent Macedones irati tot capita ſibi eripi. Tum pergit *Curtius*, his verbis: *quantumque ſanguinis fuſum ſit vel ex hoc exiſtimari poteſt, quòd intra munimenta urbis ſex millia armatorum trucidata ſint. Triſte deinde ſpectaculum victoribus ira præbuit Regis; duo millia, in quibus occidendi defecerat rabies, per ingens littoris ſpatium pependerunt.* Quæ omnia recitanda cenſuimus, ut adpareret, non niſi huic tantæ Tyriorum calamitati convenire Eſaiæ vaticinium.

Aut evehebam virgines] ורוממתי בתולות *romamthi bthouloth*, hoc eſt, alam donec ad juſtam ſtaturam perveniant.

5. *De Tyro*] כשמע צר *chſchemah Tſor*, ſecundùm *auditum Tyri*, pro על צר *hal Tſor*, de Tyro.

Tranſite Tharſiſiam] Redite Tharſiſiam, neque ampliùs de Tyria negotiatione cogitate. Quænam Tharſiſia, Indicáne, an Hiſpanienſis, an Macedonica ſignificetur, non ſatis liquere diximus ad vers. 1.

Incolæ inſulæ] Inſularum maris interni, quas non ditabit per multos annos Tyrus, donec inſtauraretur.

7. *Cujus antiquitas* &c.] מימי קדם קדמתה *mime kedem kadmathah*, à diebus antiquis antiquitas ejus. Non æquavit quidem Sidonis antiquitatem, ſed tamen antiqua, Eſaïæ temporibus, urbs erat, ſi ante Trojæ excidium condita fuit, ut putabatur; qua de re, vide *Joan. Marshamum*, ad Sæculum XI. Ægyptiacum p. 290.

Quam pedes è longinquo ducebant &c.] *Ducent eam pedes ejus è longinquo ad peregrinandum.* Quæ non tantùm mari, ſed & terrâ, pedeſtri itinere, longinqua itinera ab initio ſuſcipere auſa eſt, mercaturæ causâ. Inde mercator dictus eſt סוחר *ſohher*, à סחר *ſahhar*, vagari

jus negotiatores ſunt principes, & mercatores *homines* honorati terræ? 9. Jehova, *Deus* exercituum hoc conſilium cepit, ut pollueret elationem omnium *ejus* ornamentorum, utque viles redderet honoratos omnes homines terræ. 10. Tranſi terram tuam, ut rivum, filia Tharſiſiæ, nullum eſt ampliùs cingulum. 11. Manum ſuam *Deus* extendit in mare, & terrorem incuſſit regnis; juſſitque Jehova negotiatorem munitiones ſuas diruere, 12. & dixit: ne ampliùs exſulta, o virgo filia Sidonis, oppreſſa à Chittæis, ſurge,

re copiâ ſimul vendere ſolent, quamobrem pluris fiunt? 9. Creator idemque Deus, qui bello præeſt, hoc conſilium cepit, ut in contemtum adduceret ejuſmodi ornamenta, utque viles redderet honeſtiſſimos terræ incolas. 10. Tranſi terram tuam, ut rivum, filia Macedoniæ, nullum enim eſt fretum, quod impediat. 11. Deus enim extendit manum ſuam in mare, & terruit vicina regna, quæ facilius adiri poterant, a Tyriis, qui non amplius a continenti ſejuncti fuerunt: 12. dixitque; ne amplius gloriare, o Tyre, colonia Sidoniorum, oppreſſa a Macedonibus, tranſi in conti-

vagari, ut apud Græcos ἔμπορος, ἀπὸ τοῦ πορεύειν, ſeu ab itineribus.

8. *Quis conſilium* &c.] Inducit Propheta alium ipſum interrogantem; quaſi mirum, atque incredibile eſſet, quemquam fore, qui tam munitam urbem & divitiis uſque adeò abundantem, obſidere auderet.

Quæ coronam ſuis imponit] המעטרה *hamaatirah.* Ita ſuos mercaturâ ditans, ut Regum divitias æquent, & ſummos honores, apud eam, obtineant.

Mercatores] כנעניה *chenhaneha*; Chananæi ejus, quia Chananæi commerciis florebant, apud Sidonios & Tyrios; ideò eorum nomen, commune erat omnibus, etiam è Chanahanane non oriundis. De hoc nomine vide quæ habet *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. IV. c. 34.

Honorati terræ] Ut ſolet fieri in Emporiis, ſed apud populos, quales erant Iſraëlitæ, agriculturæ & pecuariæ deditos, non magni fiebant Mercatores; cùm præſertim ejuſmodi homines, cum variis Gentibus, commercia habere neceſſe eſſet.

9. *Jehova, Deus exercituum*] Reſponſio Prophetæ, quâ oſtendit, Tyri exſcidium non fore, ſine ſingulari Providentia Divina, prout ipſi erat à Deo revelatum; ac proinde non eſſe, cur quiſquam, ob Tyriorum opes, ac munitiones, meliora ſperaret.

Ut pollueret elationem &c.] לחלל גאון כל צבי *lhhalel geon chol tſabi*, ad profanandam ſuperbiam totius ornatûs. Quaſi diceret, ut omnia ornamenta in lutum dejecta fœdaret; quo loquendi genere ad ſummam humilitatem redactam fore Tyrum ſignificat.

10. *Tranſi terram tuam, ut rivum*] עברי ארצך כיאר *hibri artſech cajeor.* Adloquitur Propheta Tyrios, quos jubet tranſire per agros ſuos, quos Macedones occuparant, ut tranſirent rivum, aut fluvium, in quo nemo moratur; ut in eas gentes abducerentur, quibus erant ſervituri, nam, ut antea vidimus, ſunt à Macedonibus venditi.

Filia Tharſiſiæ] בת תרשיש *bath Tharſchiſch.* Ut *filia Sionis*, & *filia Babylonis*, perinde ſonant, ac Jeroſolimitani & Babylonii; ſic *filia Tharſiſiæ* dicuntur Tharſiſienſes, hoc eſt, Tyrii, propter frequentia in Tharſiſia commercia, ac proinde longas in ea commorationes.

Nullum eſt ampliùs cingulum] אין מזח עוד *en mezahh hod.* Occurrit vox מזח *mezahh* pro cingulo. Pſ. CIX, 19. Hìc tralatitio ſenſu ſumitur pro exercitu Tyrum à terra obſidente, & illinc cingente, ut nemo Tyrius per Macedonum præſidia tranſire poſſet. Hæc autem videntur σαρκαστικῶς dici, propriè enim ſignificant licere Tyriis per agros ſuos tranſire, cum nemo obſtaret; ſed innuit Tyrios per ſuos ipſorum agros tranſituros, quaſi per alienos, cùm ſine mora in iis eſſent vendendi, atque aliò avehendi. LXX. verterunt prima verba: ἐργάζου τὴν γῆν σου, quaſi legiſſent עברי *hibdi*, cole; ſequentia verò, καὶ γὰρ πλοῖα οὐκέτι ἔρχεται ἐκ Καρχηδόνος, quem ſenſum finxerunt. Vulgatus: *tranſi terram tuam, quaſi flumen, filia maris, non eſt cingulum ultra tibi.* *Symmachus* pro poſtremis tribus voculis: *non poteris ultrà reſiſtere.* Verba Græca non exſtant. Si conferantur aliæ interpretationes, cum hac noſtra, longè petitæ & coactæ videbuntur, ſpero, rem paullò adtentiùs expendentibus.

11. *Manum ſuam Deus extendit*] Vox *Deus*, vel *Jehova*, manifeſtò eſt è ſuperioribus repetenda. Deus manum ſuam *extenſiſſe in mare* dicitur, quòd nemo inſulanorum, quales erant Aradenſes & Cyprii vicini, aliique multi, ſed remotiores, metu Alexandri Tyriis ſuppetias ferre auſuri eſſent.

Negotiatorem] *Chananæum*, ut antea. Alexander juſſit captivos diruere mœnia Tyri, ne qui rurſus, occupato oppido, dum alibi bellum geſturus erat, rebellaret.

Munitiones ſuas] מעזניה *mehuzneah*, LXX. ἀπολέσαι αὐτῆς τὴν ἰσχύν. Vulgatus: *ut contereret fortes ejus.* Fœmininum ſuffixum refertur ad Tyrum. Sed ſenſûs rationem habuimus, qui eſt idem.

12. *O virgo, filia Sidonis*] בתולת בת צידון *bthoulath bath Tſidon.* Vertimus quaſi ſcriptum eſſet בתולה *bthoulah*, quia ſic legendum videbatur, aut eſſe ſtatus conſtructus pro abſoluto, ut Lam. I, 15. Tyrus *filia Sidonis* dicitur, quia à Sidoniis condita, antiquior enim fuit Sidon.

Oppreſſa à Chitthæis] המעשקה כתים *hammehuſſchakah Chitthijim*, pro מאת כתים *meeth Chitthim*, à Citthæis; hoc eſt, Macedonum operâ.

Surge, tranſi] Ut captiva abducaris, ſicut antea vidimus.

Ne tibi quidem illic &c.] Ne in ſervitute quidem meliùs habeberis. Erant enim ſervitutes potiores internecione, & quædam nequaquam, ſub heris iniquis & ſævis, meliores.

13. *En*

... , tranſi, *quamquam* ne tibi quidem illic quies erit. [13]. En terram Chaldæorum, populus ille non fuerat, Aſſyrii eam condiderunt deſerti incolis, arces ejus erexerunt, excitarunt altas ejus domos; deinde eam in ruinas redegerunt. [14]. Ululate naves Tharſilienſes, quia vaſtata eſt munitio veſtra.

[15]. Poſtea oblivioni mandabitur Tyrus, per ſeptuaginta annos, diebus unius Regis.

continentem; quamvis ne quidem eo modo quietem nanciſci poteris. 13. Eſt in vicinia Chaldæa, cujus incolæ non erunt amplius, quod fuerunt, Condita illa gens fuerat ab Aſſyriis, & colonis inſtructa à ſolitudinibus vicinis, qui arces Chaldææ excitarunt, atque altas domos ædificarunt, quas poſtea ſolo æquarunt. 14. Ululate naves Macedonicæ, quia vaſtata eſt inſula, quæ eas portu excipiebat, & tutas præſtabat.

15. Poſtea parvi fiet Tyrus, per ſeptuaginta annos, quibus Rex regnabit, quibus exactis eum ſpernet, & cantilenis, quales Meretrices canunt, qualis

13. *En terram Chaldæorum*] Duplices fuerunt Chaldæi. Alii ad Boream, & Armeniis vicini, de quibus *Xenophon* Cyropædiæ Lib. III. p. 20. & ſeqq. Ed. Vechelianæ. Alii ad Auſtrum Babylonis, de quibus hìc ſermo eſt. Exemplum autem eorum profert Propheta, ut Tyrios doceat, quemadmodum Aſſyrii, qui Chaldæorum meridianorum conditores fuerant, poſtea eorum regionem populati ſunt: ſic Macedonas, è quibus magnas divitias, è Thaſo inſula avectas, Tyrii ſibi olim coacervarant, cauſam aliquando futuros, cur funditus Tyrus periret.

Populus ille &c.] Populus fuiſſe negantur incolæ vagi tractuum Meſopotamiæ meridianorum; quia in nullas urbes convenerant, neque leges ullas, aut magiſtratus communes habebant; ſed, more Arabum, ſejunctis familiis, vagabantur.

Aſſyrii eam condiderunt] אשור יסדה *Aſchour jeſadah*, Aſſur fundavit eam; nempe, terram; hoc eſt, populos ejus vagantes in urbes compulit, legéſque eis dedit. Quod Græci vocant κτίζειν, Latini *condere*. Vide ad Gen. I, 1.

Deſerti incolis] לציים *ltſijim*. Hac voce ſignificantur incolæ aridorum locorum, ac proinde ſolitudinum, Pſ. LXXII, 9. LXXIV, 14. Hìc ſunt incolæ Meſopotamiæ meridianæ, ubi ad ortum erant Chaldæi, ad occaſum Arabes. Quando verò Aſſyrii eas oras incolis inſtruxerint, deinde vaſtarint, nec Hiſtoria Sacra, nec aliæ, quæ ad manus noſtras pervenerunt, nos docent; dubiúmque eſt, an Aſſyrii, propriè dicti, qui Tigrin, ad ſeptemtriones Babyloniæ, adcolebant, an verò Babylonii, qui etiam Aſſyrii dicti ſunt, intelligantur. Malim tamen poſteriores intelligere, cùm, quamdiu floruit Babylon, in ejus ditione tractus illi fuerint, quippe propiores.

Arces ejus erexerunt] בחוניו *babhounau*. Sic legunt Maſſorethæ pro בחיניו *babhinau*, quod eſt in contextu, prout vox ſcribitur etiam Jerem. VI, 27. ubi ſumi videtur pro ſpecula, vel turri, è qua ſpeculator proſpicit. Huc pertinet Arabica vox בחנה *babhanaton*, pro ampliore Arabum habitatione, apud *Giggeium*. *Theodotion* verterat ἔπηξαν ἐπάλξεις αὐτῆς. Mirum vertiſſe *Hieronymum* eo modo, qui planè abit ab Hebraïcis: *in captivitatem traduxerunt robuſtos ejus*; nam הקימו *hekimou* numquam ſignificat *duxerunt in captivitatem*, neque altera vox בחוניו *babhonau*, robuſtos ejus. Hìc miſturam generum videre etiam licet, cùm adfixum ſit hìc maſculinum, quamvis fœmininum anteceſſerit & ſequatur. Sed foeminina referuntur ad ארץ *terra*, maſculinum ad עם populus, κατὰ τὸ σημαινόμενον.

Excitarunt] עררו *hororou*; perperam Volgatus, *ſuffoderunt*.

In ruinas redegerunt] שמה למפלה *ſchammoh lmappbelah*, poſuit eam in ruinam.

14. *Ululate* &c.] Vide ad vers. 1.

Munitio veſtra] Tyrus, in cujus portu tutæ erant naves veſtræ.

15. *Poſtea*] *Et erit illo die.* Sed agitur hìc de poſtero tempore.

Oblivioni mandabitur Tyrus] Nemo eam inſtaurare adgredietur, neque ad eam, negotiorum cauſâ ſe conferet.

Per ſeptuaginta annos] Per duas ætates XXXV. annorum.

Diebus unius Regis] Seleuci, ut videtur, Nicatoris, qui primus Syriæ Rex fuit. Capta eſt Tyrus ab Alexandro annis CCCXXXII. ante Chriſtianam Æram, quibus ſi detraxeris LXX., erit annus ante Chriſtum CCLXII. quo regnare cœpit Antiochus ὁ Θεὸς, tertius Syriæ Rex. Itaque hìc nulla ratio habetur regni Antiochi Soteris, quod fuit tantùm XIX. annorum. Sed quis præſtiterit hìc nullum eſſe mendum à librariis admiſſum? *Grotius*, qui, ut diximus, Tyri exſcidium, de quo hìc ſermo eſt, Salmaneſero tribuit, vult pro שבעים *ſchibbathajim* ſeptuaginta, legi שבעה *ſchibbah*, ſeptem, nulla ſatis firmâ ratione, cùm nullo teſtimonio conſtet, ſeptennio pòſt, eſſe inſtauratam Tyrum, cùm ne captam quidem à Salmaneſero liqueat. Itaque cùm certò conſtet, Tyrum ab Alexandro captam & deletam, omniáque, quæ hìc habentur apud Prophetam, rei optimè convenìant, præſtat hos annos; ſive *ſeptuaginta*, ſive pauciores; ab eo tempore numerare. Legimus quidem, per bella ſucceſſorum Alexandri, nunc hos, nunc illos, Tyrum & Sidonem occupaſſe; ſed potuit Tyrus præſidium eſſe militare, quamvis ſplendorem non recuperaſſet, neque commercium priſtinum inſtauraſſet.

Erit Tyro inſtar cantici &c.] Videtur adludere ad morem eorum populorum, quo meretrices exoletæ citharâ canendo vitam tolerabant, & quibus à plebe occinebatur ejuſmodi cantiuncula, ut ludibrio haberentur.

16. *Sume citharam*] Talia dicta videntur iis, quæ juventutis flore non ampliùs placere poterant; quamquam citharistriæ plerumque eſſent

Digitized by Google

gis. Exactis verò ſeptuaginta annis, erit Tyro inſtar Cantici meretricii: [16]. ſume citharam circumi urbem, meretrix oblivioni mandata, fac ut *inſtrumentum illud* probè pulſes, multa Cantica canito, ut memoreris. [17]. Poſt ſeptuaginta annos, curam Tyri geret Jehova, revertetur illa ad quæſtum ſuum; & negotiabitur cum omnibus regnis terræ, quæ ſunt in ſuperficie telluris [18]. Ejus verò commercium & lucrum erunt ſacra Jehovæ, nihil recondetur, neque reponetur; quia commercium ejus incolarum erit coram Jehova, ut ad ſatietatem comedant, útque validum munimentum habeant.

Propheta graves prædicit Judæis calamitates, à quibus tandem eos liberatum iri pollicetur.

CAPUT XXIV. 1. MOX Jehova exhauriet atque exinanibit terram; ſuperficiem ejus ſubvertet, & incolas disjiciet. [2]. Erit populus ut Sacerdos, ſervus ut herus, ancilla ut hera,

qualis hæc eſt: 16. ſume tibi citharam, & dum eam pulſas, circumito urbem, ô Meretrix oblivioni mandata, fac ut citharam pulcrè pulſes, multaque ejuſmodi. 17. Poſt ſeptuaginta annos, denuo Deus curam geret Tyri, quæ ad lucrum ſuum ſe conferet, & negotia habebit cum omnibus regnis, in quibus Mercatura aliquo modo coletur. 18. Ejus verò urbis commercium & lucrum ſacra erunt Creatori; nihil è lucro recondetur, quia lucrum illud fiet, veluti ſpectante Creatore, ut Tyru habeant, quo ſuſtentari poſſint; & habebunt urbem probè munitam, quæ invadi non poterit facilè.

P A R A P H R A S I S.

1. MOX Creator exhauriet terram Judæam, atque incolas ejusdem disjiciet. 2. Eodem loco habebit homines plebeios ac Sacerdotes, ſervum ac herum, ancillam ac heram, ementem ut vendentem, mutuum dantem eodem loco & accipientem; fœnus ſolventem, ac exigentem

eſſent & ipſæ meretrices, dum ætas patiebatur. Sententia eſt, contemtum iri Tyrios opibus deſtitutos, & vili operâ victum quærere coactum iri. Sed hæc ita intelligenda ſunt, ut contigerit intra ſeptuaginta annos, ab exſcidio Tyri; quo tempore exacto, iterum mercaturas facere cœpturi eſſent Tyrii.

17. *Negotiabitur*] וזנתה *zanethah*, quod propriè quidem eſt *fornicabitur*, ut habet *Hieronymus*, ſed hic omnino ſumitur pro eo, quod eſt *mercaturas facere*, ut ſequentia ſatis oſtendunt. Hinc LXX. Intt. ἔσται ἐμπόριον, quod ſequutus eſt, & Interpres Chaldæus, qui habet: ותהי מספקא סחורה *vatthehi mſapphekaſehhorah*, & erit ſufficiens negotiatio. Quod probat etiam *Hieronymus* Commentarii Lib. V.

18. *Sacra Jehovæ* &c.] *Sanctitas Jehovæ.* Crediderim reſpici ad multitudinem Judæorum & Proſelytorum Judaïſmi, qui Tyri negotiaturi erant; unde lucri decimas Jeroſolimam mittebant. *Hieronymus* Comment. Lib. V. ad hæc verba: *Hæc ſecundùm hiſtoriam necdum facta comperimus, niſi fortè putandum eſt, quòd poſt ædificationem Jeruſalem, & inſtaurationem Tyri, amicæ inter ſe fuerint civitates & ad templum Dei crebrò Tyrii dona tranſmiſerint.*

Nihil recondetur &c.] Non opus erit, ut occultent; aut in loca tutiora divitias ſuas mittant, præ vicinorum Regum metu, à quibus nihil erit, quod timeant.

Commercium ejus incolarum &c.] *Incolis coram Jehova erit negotiatio ejus*; hoc eſt curæ Deo erit, nequid eis deſit, aut noceat.

Utque validum munimentum habeant] למכסה עתיק *limchaſſeh hathik*, ad operimentum firmum. LXX. Intt. μνημόσυνον ἔναντι κυρίου fictâ ſententiâ, ubi nullam repetiebant. *Hieronymus*: *& veſtiantur uſque ad vetuſtatem*, quæ non ſunt multò meliora. Maluimus intelligere de munimento, quo, adversùs ſubitos hoſtium impetus, tecti erant Tyrii.

C O M M E N T A R I U S

In CAPUT XXIV.

1. E*Xhauriet atque exinanibit*] בוקק הארץ ובולקה *bokek haarets uboleka h.* בקק eſt propriè *paſtinavit*. Vide Hoſ. X, 1. Nah. II, 2. & בלק *evulſit*. Vide Nah. II, 11. Hîc tralaticio ſenſu eſt exhaurire, vel ſpoliare incolis, ut ſequentia ſuadent. LXX. Intt. καταφθερεῖ τὴν οἰκουμένην καὶ ἐρημώσει αὐτήν. Vulg. *diſſipabit terram & nudabit eam.* Si minùs propria hæc ſunt, fatendum, ſi quis propriè verteret, *paſtinabit & evellet terram*, fore, ut à nemine intelligeretur. Vide vers. 3.

Superficiem ejus ſubvertet] ועוה פניה *vehivvah phaneah*, depravabit, vel invertet faciem ejus. Propriè hoc diceretur de hortulano, aut agricola, qui terram antea incultam, non tantùm evulſione dumorum, quibus obſita erat, ſed & inverſione glebarum, ope ligonis, vel aratri, excipiendæ ſementi pararet. LXX. Intt. non malè ἀνακαλύψει τὸ πρόσωπον αὐτῆς, incommodè verò Vulgatus: *adfliget faciem ejus*, quaſi legiſſet, aut legendum putaſſet ענה *hinnah*, adfliget.

2. *Erit populus ut Sacerdos* &c.] *Et erit ſicut populus, ſicut Sacerdos* &c. ſolito Hebraïſmo. Significant hæc ſummam confuſionem inter Judæos futuram, cùm nullum foret hominum diſcrimen; quod factum in captivitate Babylonica, quæ omnes æquavit, eodémque

hera, emens, ut vendens, mutuum dans, ut accipiens, fœnerator, ut qui ſolvit fœnus. 3. Exhaurietur terra & diripietur, quia verbum hoc proloquutus eſt Jehova. 4. Lugebit, *ac* defluet terra, languebit & defluet orbis, langueſcent, qui ſublimioris ſunt dignitatis *in* populo terræ. 5. Terra polluta eſt ſub incolis ſuis, quia transgreſſi ſunt leges, inſtituta mutarunt, atque irritum fecerunt fœdus perpetuum. 6. Propterea terram abſumet perjurium, qui eam habitant deſolabuntur, comburentur qui eam incolunt, & ſupererunt pauci homines. 7. Lugebit muſtum, languebit vitis, ingemiſcent omnes hilarioris ingenii *homines*. 8. Ceſſabit hilaritas tympanorum, deſinet ſtrepitus exſultantium, ſuperſedebitur à gaudio citharæ. 9. Inter cantica non *ampliùs* bibent vinum, amara erit potantibus ſicera. 10. Frangetur urbs inanis, claudetúrque

tem. 3. Exhaurietur terra, atque ſpoliabitur, quia Creator hoc prædixit. 4. Lugebit terra, atque exhaurietur; languebit quiſquis ad majorem dignitatem evectus fuerit, inter populares ſuos. 5. Incolæ terræ Judææ habebuntur polluti, quia leges neglexerint; inſtituta priora mutaverint, ac fœdus cum Deo perpetuum irritum habuerint. 6. Quamobrem Judæa exhaurietur, perjuriis; incolæ ejus minuentur; comburentur prædia eorumdem; quo fiet, ut ad paucos redigantur. 7. Muſtum corrumpetur, languebunt vineta, & gement omnes alioquin hilarioris animi incolæ. 8. Nulla poſthac audientur tympana, nec lætantium voces, nec aures mulcebit cythara. 9. Nemo canet inter bibendum, amaráque fiet ſicera, quæcumque fuerit. 10. Urbs ſpoliata incolis, animum deſpondebit, claudentúrque domus, ne quis eas ingrediatur.

démque ſervitutis jugo preſſit.

Mutuum dans, ut accipiens] כמלוה כלוה *chammalveh challoveh*. LXX. Intt. δανείζων ὡς ὁ δανειζόμενος. *Hieronymus: ſicut fœnerator, ſic is, qui mutuum accipit.* Sed fœnus & mutuum non ſunt idem. Hoc vult Propheta, eamdem fore ſortem divitis ac pauperis; nam mutuum dat, qui habet: accipit, qui non habet. Vide Deut. XXVIII, 4. Prov. XXII, 7.

Fœnerator, ut qui ſolvit fœnus] כנשה כאשר נשה בו *channoſcheh chaaſcher noſcheh bo*. Hebræis fœnerator, & fœnus ſolvens uno nomine ſignificabuntur, nec poſterior à priore ſecernitur, niſi additione Præpoſitionis ב. Vide Deut. XXIV, 11. Jerem. XV, 10. LXX. Intt. ὁ ὀφείλων ὡς ᾧ ὀφείλει. Hieronymus: *ſicut qui repetit, ſic qui debet.* Sequutus eſt *Symmachum*, qui habebat: ὡς ὁ ἀπαιτῶν οὕτως ὁ ἀπαιτούμενος.

3. *Exhaurietur terra* &c.] *Paſtinando paſtinabitur terra, & diripiendo diripietur.* Vide ad vers. 1.

4. *Defluet*] נבלה *nabelah*. Quod propriè dicitur de deciduis arborum foliis, poſtquàm marcuerunt. Vide Pſ. I, 3. & Eſai. I, 30. XXXIV, 4. Tum ad homines languore confectos transfertur. Vide Pſ. XVIII, 46.

Qui ſublimioris ſunt dignitatis] מרום עם הארץ *marom ham haarets*, altitudo populi terræ, ut habet Vulgatus. Meliùs LXX. Intt. ὑψηλοὶ τῆς γῆς.

5. *Terra polluta eſt ſub incolis*] והארץ חנפה תחת יושביה *vehaarets hhanepha thahhath joſchebeah*. Eſt quidem חנף *hhaneph*, ſimulator virtutis, quem ὑποκριτὴν, *hiſtrionem* Scriptores Sacri vocant; ſed verbum, ubi de terra ſermo eſt, vix aliter, quàm *pollui*, verti poteſt. Vide Num. XXXV, 32. Jerem. III, 1. 2. LXX. Intt. ἠνόμησε διὰ τοὺς κατοικοῦντας αὐτήν. *Symmachus*: ἐφθονοποιήθη ὑπὸ τῶν κατοικούντων αὐτήν. Vulgatus: *infecta eſt ab habitatoribus ſuis.*

Inſtituta] חק *hhok*.

6. *Terram abſumet perjurium*] אלה אכלה ארץ *alah achelah arets*, jusjurandum comedet terram; hoc eſt, perjuria incolarum cauſa erunt, cur terra Judæa iis omnibus ſpolietur. Itaque אלה hic non eſt de ſimplici jurejurando intelligendum, ſed de violato. Vide Jerem. XXIII, 10. LXX. Intt. ἀρὰν verterunt, & Vulgatus *maledictionem*, quæ non eſt propria vocis ſignificatio, ſed jusjurandum non ſervatum; quo quiſpiam ſibi malè precatus eſt, niſi id ſervarit, convertitur reverâ in diras preces.

Comburentur] חרו *hharou* LXX. Intt. πτωχοὶ ἔσονται. Vulgatus: *inſanient*. *Symmachus*: ἐκτρυχωθήσονται. Sed verborum חרה & חרר, à quibus חרו formare æquè licet, non dubia eſt ſignificatio, poteſtque res intelligi de combuſtione nonnullorum hominum à Chaldæis, aut certe prædiorum.

7. *Lugebit muſtum, languebit vitis*] Orientales προσωποποιίαι, quibus *muſtum* inducitur *lugens*, quòd à nemine bibatur, & ægra vitis, quòd à nemine colatur; quod perinde valet, ac ſi dixiſſet Propheta, neminem futurum in Judæa, qui vinum biberet, vitémque coleret, quibus verbis maxima vaſtitas ſignificatur.

Ingemiſcent &c.] Cùm paucitatem ſuam circumſpicient, & latrocinia vicinorum horrebunt.

8. *Tympanorum*] Inſtrumenta ab hilaribus pulſari ſolita. Vide not ad Gen. XXXI, 27.

9. *Non ampliùs bibent* &c] Tantus erit omnium mœror & metus, ut nemo hilaria cantica ſit cantaturus, vinúmque bibiturus, inter canendum.

Amara erit] Ingrata erit luctu & metu perturbatis.

Sicera] Vide ad Cap. V, 11.

10. *Frangetur urbs inanis*] קרית תהו *kirjath thohou*, urbs inanitatis. Vult *Grotius* ſignificari his verbis urbem Bethel, quam Judæi vocabant בית און *beth-aven*, urbem vanitatis. Nemo tamen dixerit און *aven* & תהו *thohou* idem eſſe, cùm poſteriùs ſit tantùm *inanitas*. Hiſce verbis tam deſignari poteſt Jeroſolima, quàm Bethel; ſive res intelligatur de ſolitudine in urbe futura, ſeu de commenticiis Diis; nam & in ſolitudinem converſa eſt à Babyloniis,

Digitized by Google

que omnis domus, ne *quis eam* ingrediatur. [11]. Clamor *non erit*, propter vinum, in plateis, obtenebrabitur omnis lætitia, *alio* migrabit gaudium terræ. [12]. Remanebit in urbe ſolitudo, atque *in* deſolatione frangetur porta, [13]. Sic enim res habebit in media terra, *atque* in mediis populis, ut cùm deſtrictæ ſunt oleæ, & ut cùm racemationes, poſt abſolutam vindemiam, fiunt.

[14]. Hi tollent vocem, hilarésque voces mittent, & ob Jehovæ ſublimitatem vociferabuntur ab occidente. [15]. Itaque, ô vos illuſtrati, gloriam tribuite Jehovæ; in inſulis maris audiatur nomen Jehovæ Dei Iſraëlis. [16]. Ab extrema terra cantus audivimus, decorabitur innocens. Dixi vero: macies mihi, macies mihi! væ mihi! Perfidi perfidè egerunt, & perfidiam perfidioſorum exſequuntur. [17]. Pavor, fovea &

diatur. 11. Strepitus nullus in plateis audietur, excitatus ab iis, qui ſe liberalius invitant; omnis lætitia hinc exſulabit, quaſi gaudium in alia loca migraſſet. 12. Erit Jeroſolymæ maxima incolarum penuria, ut vel à paucis ejus portæ perfringi poſſint; 13. Sic enim res habebit in Judæa, ut nihil in ea relinquatur, quemadmodum cùm oleæ deſtringuntur, quibus nullus fructus relinquitur; aut cum poſt vindemiam racematione, ſi quis ſupereſt racemus, colligitur.

14. Qui vero manſerint, in occidentali parte Palæſtinæ canticis ſuis ſublimem Dei poteſtatem extollent. 15 Itaque vos, qui ſummo lumine revelationis illuſtrati, laudes Creatoris celebrate. Quin imò, in Inſulis maris interni, audiantur voces Creatorem omnium celebrantis. 16. Ab extrema Palæſtina jam pias voces audivimus Deum celebrantium, qui in pretio habebuntur. Dixi mihi deteriorem ſortem impendere, & qui fidem violant, eos male habituros. 17. O perfidi erga Deum atque Homines, vobis exitium creabitis. Pavor, fovea, atque inſidiæ vobis imminent. 18. Qui

niis, & fœdâ Idololatriâ ſeſe inquinaverat temporibus Iſaiæ, ſub Achazo & ſuo Manaſſa, ante & poſt Hezekiam; propterea que eſt à Deo captivitati devota. Itaque hæc non pertinent ad vaſtitatem, quam intulit Salman-eſer agris decem Tribuum, ſed ad ipſius Jeroſolymæ excidium.

11. *Clamor non erit* &c.] Hic addidimus negationem, quam neceſſariò res poſtulat, ut hæc conſentiant cum antecedentibus verbis, verſûs 9. quaſi ſic inchoaretur verſus. לא תהיה צוחה *non erit clamor*. Vociferatio enim vini causâ, non fit in plateis urbis devaſtatæ, & cujus pauculi incolæ, ſi qui ſunt, in luctu jacent. Vertit quidem *Grotius clamor ſuper vinum*, hoc eſt, major clamor quàm qui ebriorum eſſe ſolet. Sed eſt dura interpretatio.

Obtenebrabitur omnis lætitia] ערבה כל שמחה *harebah chol ſchimchah*; hoc eſt, mutabitur in mœrorem, nam paſſim res ſecundæ luce, adverſæ tenebris ſignificantur. Poſſit & verti è Syriſmo: *occidet omnis lætitia*, ut ſol dicitur *occidere*, quæ non eſſet inelegans tranſlatio.

12. *In deſolatione frangetur porta*] ושאיה יכת שער *ouſchеijah juccabath ſchahar*. Verba obſcura, quæ clariora fient, ſi ea ita intelligamus, quaſi ſcriptum eſſet ובשאיה *oubiſchеijah*, & in deſolatione, ut ſenſus ſit, in tanta ſolitudine fore, ut urbes (nam *porta* paſſim urbs dicitur) ſponte collaberentur in ruinas.

13. *Ut cùm deſtrictæ ſunt oleæ*] כנקף זית *bnokeph zajith*. LXX. Intt. ὃν τρόπον ἐάν τις καλαμήσηται ἐλαίαν, οὕτως καλαμήσονται αὐτούς. Vulgatus: *quomodo ſi paucæ oleæ, quæ remanſerunt excutiantur ex olea.* Quibus verbis deſcribitur paucitas Judæorum, qui in Judæa remanſuri erant, aut qui per vicinas oras ſparſi forent; éaque confertur cum paucis illis oleis, quæ poſt reliquas collectas, in extremis ramis manent. Vide ſimilem comparationem Cap. XVII, 6.

Ut cùm racemationes &c.] כעוללות אם כלה קציר *cheholeloth im chalah katſir*, ut racemationes, aut racemi reliqui, cùm abſoluta eſt vindemia. Altera comparatio ejuſdem ſententiæ ac ſuperior. Vide locum Cap. XVII, 6.

14. *Hi tollent vocem* &c.] Pauci antea memorati, qui magnâ lætitiâ, expleto captivitatis Babylonicæ tempore, adficientur, cùm ſuos videbunt è Babylonia reduces. Paſſim Prophetæ, ubi dura Hebræis prænunciarunt, læta addunt; ne ſe prorſus deſertos à Deo rati animum deſponderent, alienisque Religionibus ſe ſe adjungerent.

Ab occidente] מים *mijam*, *à mari*. Hi opponuntur iis, qui ab oriente ex Meſopotamia redituri erant.

15. *O vos illuſtrati*] בארים *baſirim*. Omiſerunt vertere LXX. Intt. *Hieronymus: in doctrinis. Lud. Cappellus* putabat idem eſſe ac מאורה *meourah*, quod *ſpeluncam* ſignificat apud hunc Prophetam C. XI, 8. Alii in vallibus. Cenſuimus eſſe participium præteritum à באר, quod in *Pihel* eſt *clarè explicare*, unde בארים putavimus poſſe dici eos, quibus clarè potentia Dei, redire Judæorum è Babylonia, innotuiſſet. Alibi quidem non legitur, in hoc ſenſu; ſed nec aliorum ſignificatuum ullum exſtat exemplum.

16. *Ab extrema terra*] *Ab ala terræ*; hoc eſt, *à finibus terræ*, ut rectè Vulgatus; nam *ala veſtis* Hebræis eſt ejus extrema ora.

Decorabitur innocens] צבי לצדיק *tſebi ltſaddik* decus juſto, nempe, *erit*; quod de Judæis è Babylonia reducibus intelligitur, qui certè populis, quibus ſervierant, innocentiores erant.

Macies mihi!] רזי לי *razi li*. Non verterunt hæc verba LXX. Intt. *Aquila, Symmachus & Theodotion*: τὸ μυστήριόν μου ἐμοί. & Vulgatus: *ſecretum meum mihi*. Sed quid ad hæc faciunt ſequentia verba *væ mihi*! Videntur indicare neſcio quid calamitatis præceſſiſſe. Obſcurus eſt locus, de quo ne conjiciendo quidem quidquam proferri probabile poſſit.

Perfidi &c.] בגדים בגדו ובגד בוגדים בגדו *bogedim bagadou, oubeged bogedim bagadou*. LXX. Intt. conjungunt, cum antecedentibus: οὐαὶ τοῖς ἀθετοῦσι (leg. pro לי, ל ante ſequentem vocem) οἱ ἀθετοῦντες τὸν νόμον. *Aquila & Symmachus*: οὐαί μοι ἀθετοῦντες ἠθέτησαν. Vulgatus: *væ mihi! prævaricantes prævaricati ſunt.* Satis pater

& laqueus, ô incola terræ, tibi incumbent. 18. Fugiens, ob ſtrepitum paventium, incidet in foveam; & qui adſcenderit è media fovea laqueo capietur; catarrhactæ enim ex alto aperientur, & fundamenta terræ commovebuntur. 19. Confringuet ſe terra, diſrumpet ſe terra, movebit ſe terra. 20. Nutabit terra inſtar ebrii, & agitabit ſe inſtar tugurii. Gravis ei incumbet defectio, concidet, nec poſtea reſurget. 21. Tempore illo Jehova animadvertet in excelſum exercitum in alto; & in Reges terræ, in terra. 22. Colligentur ſimul vincti in foveam, & claudentur in carcere, ſed poſt multos dies inviſentur. 23. Erubeſcet Luna, pudore ſuffundetur Sol, quia regnabit Jehova, *Deus* exercituum, in monte Sione & Jeroſolimæ, corámque Senioribus ejus erit gloria.

Deus

18. Qui fugam, præ metu, capeſſere conabitur incidet in inſidias; & qui fugam capeſſet in laqueum incidet. Quinimò cœli catarrhactæ in eos aperientur, dum fundamenta terræ movebuntur. 19. Terra hiabit & inaudito motu concutietur. 20. Nutabit, ut videmus ebrios vacillare, aut tuguria vento huc, illuc, inclinari. Gravis imminet Judææ calamitas, itáque proſtrabitur, ut ſine reſurgendi ulla ſpe jaceat. 21. Eo tempore Deus pœnas ſumet de Angelis, qui defecerunt in cœlo, atque in Reges, qui terram incolunt. 22. Vincti & conjecti in carcerem, ſervabuntur in fovea, nec viſentur, niſi pluribus poſtea diebus. 23. Tum verò, Creatore, per ſe regnante, Sol & Luna, hoc eſt, humanæ poteſtates vel maxima lumina longè minora videbuntur, quàm Divina Lux, quæ ceteras omnes obſcurabit.

PARA-

patet caſtigari Judæos, ſed quò potiſſimùm hæc ſpectent non liquet. Eſt in repetitione verborum nonnulla, Hebraïcis certè auribus, elegantia.

17. *Pavor, fovea & laqueus*] פחד ופחת ופח *phabbad, vaphabbath, vaphabb.* elegans παρονομασία, quà figurà Propheta delectabatur. In ſequente verſu iteratur, non ſine gratia.

Tibi incumbet] *Super te.*

18. *Ob ſtrepitum paventium*] מקול הפחד *mikkol haphabbad*, à voce pavoris; hoc eſt, qui, audito tumultu & trepidatione timentium, aufugiet, propterea tamen non elabetur.

Incidet in foveam] אל הפחת *el phabbath*, in aliud periculum.

Adſcenderit è media fovea] Periculo liberatus fuerit, quo circumventus erat, inſtar feræ in foveam delapſæ.

Laqueo capietur] בפח *bapphabb.* In tertium periculum incidet, quod perinde eſt, ac ſi negaretur evaſurus.

Catarrhactæ] ארבות *arubboth.* Vide ad Gen. VII, 11. Eſt deſcriptio ſummæ rerum omnium confuſionis, qualis oriretur inter eos, qui ex immodicis pluviis Diluvium ſibi timerent, & ſimul terræ motu maximo terrerentur. Hæc perturbatio, is pavor fuit, in Judæa, cùm Nebuchadnetſar Jeroſolimam obſedit & cepit, eáque captà Judæos captivos abduxit.

Fundamenta terræ &c.] Hæc & ſequentia id quod diximus ſignificant, & coacervatio phraſium ſynonymarum ἔμφασιν quamdam & ἐνέργειαν majorem orationi addunt.

19. *Confringet ſe*] *Confringendo ſe confringet*, ſic & in ſequentibus. Deſcribitur terra veluti concuſſionibus variis & violentis ſe ſe abrumpens; quæ eſt imago confuſionis maximæ in Republica.

20. *Inſtar tugurii*] כמלונה *chammelounah* LXX. Intt. & *Theodotion*, ὀπωροφυλάκιον, Latinus *tabernaculum unius noctis.* Intelligitur, nempe, tugurium frondibus tectum ad ſervandam ὀπώραν, quod vel minimo vento concutitur.

Gravis ei incumbet defectio] וכבד עליה פשעה *vechabad haleha phiſchbah*, & gravis erit ſuper eam defectio ejus; hoc eſt, graves de ejus defectione ſumentur pœnæ.

Nec poſtea reſurget] *Nec addet ſurgere*; nimirum, paullò pòſt, ſed tantùm elapſis LXX. annis Captivitatis.

21. *Animadvertet*] *Viſet*; hoc eſt, pœnas ſumet.

In excelſum exercitum in alto] על צבא המרום במרום *hal tſeba hammarom bammarom*, in exercitum altitudinis, in altitudine. LXX. Intt. ἐπὶ τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ quaſi צבא idem eſſet ac צבי *ornatus.* Hieronymus: *in militiam cœli in excelſo.* Propriè ſignificantur ſtellæ, minùs propriè Angeli; quos intelligit *Hieronymus*, in locum, & quidem malos, quibus præfecturam regnorum concedit. Certè exercitus hominum non intelliguntur, cùm diſtinguantur ab exercitibus Regum. Intelligit *Grotius* de imaginibus aſtrorum, quas in collibus colebant Aſſyrii, aliique Ethnici. Vellem eſſet exemplum, ex quo conſtaret interdum ſic imagines aſtrorum vocari. Nolim tamen malis Angelis tribuere regnorum præfecturas, nec certè Daniel Propheta, qui ejus rei meminit, malos uſquam ſignificat fuiſſe Angelos regnorum præfectos. Præſtiterit intelligere Cacodæmonas, ἐπουράνια loca obtinentes, qui concitaturi erant Babylonios, ad Hebræos crudeliter habendos, quemadmodum fecerunt.

In Reges terræ] Babyloniorum, quorum unus à Cyro in prælio interfectus, alter intra mœnia Babylonis, ut docet *Xenophon*, in Cyropædia.

22. *Colligentur vincti*] Judæi, quorum nonnulli *in foveam* & *carcerem* ſunt conjecti.

Poſt multos dies] *Poſt multitudinem dierum*, nam מ in מרב *merob*, perinde eſt ac *poſt*, hoc eſt, poſt LXX. annos.

23. *Erubeſcet ſol* &c.] Sunt hæc veluti poëtica, quibus ſignificantur, Judæos honorificentiſſimè à Cyro dimiſſum iri; quod reverà factum, ut ex Edicto ejus liquet. Vide Heſræ C. I, 2.

Regnabit &c.] Cùm denuo illic coli incipiet, unde verè eum regnare in cœlo liquebit; quippe qui promiſſum, ante longum tempus datum, de reducendis Judæis in avitas ſedes, impleverit.

Corámque ſenioribus &c.] Hoc eſt, erit cur ejus ſeniores, ſeu proceres Hebræorum, propter impletas Dei promiſſiones, glorientur.

Deus cantico laudatur, ob liberationem bonorum & ſupplicium malorum. Tum deſcribuntur vocatio Gentium & lætitia Iſraëlis; cùm hoſtes ſuos malè mulctatos videbit

CAPUT XXV.

1. O Jehova; Deus meus es; te extollam, laudabo nomen tuum, quia feciſti mirabilia, & conſilia tua, à longo *tempore fuerunt* veritas certa. 2. Convertiſti urbem in acervum, oppidum munitum in ruinam, & domos altas alienorum, ne ſint ampliùs urbs, néve umquam inſtaurentur. 3. Propterea gloriam tibi tribuent populi fortes, urbésque gentium terribilium te timebunt. 4. Quia fuiſti munimentum tenui, munimentum egeno, *cùm* in anguſtia *verſaretur*, perfugium contra inundationem, umbra contra æſtum; ſuperbia enim potentium *eſt* inſtar exundationis, *quâ* murus *evertitur*. 5. Sicut æſtus in ſiccitate *corpora debilitat*: ita ſtrepitum alienorum minues.

PARAPHRASIS.

1. O Creator, quem ſolum ut verum & mihi faventem Deum colo, numquam deſinam te laudare, ob mirabilia opera tua, & conſilia; quæ, à longiſſimo tempore, certiſſima eſſe deprehendi. 2. Convertiſti urbem in ruderum acervos, atque oppidum munitum in ruinas dejectarum domuum, ita ut numquam inſtaurentur. 3. Propterea gentes bellicoſæ, gloriam tuam prædicabunt, earúmque incolæ, quamvis fortes, te formidabunt; 4. quia tenuem defendiſti, atque egenum, cùm in magnis periculis verſaretur, tutatus es. Perfugium eſt contra inundationem, umbra contra Solis æſtum; ſuperbia potentium inter ſe perniciem alicujus parentium; eſt inſtar exundationis torrentis, quâ vel murus evertitur. 5. Sicut immodicus æſtus corpora etiam firma debilitat;

COMMENTARIUS
In Caput XXV.

1. O *Jehova, Deus meus es* &c.] Te oſtendiſti verè mihi favere, pro vi loquendi generis, *Deum alicujus eſſe*; pro eo, quod eſt ei, ſingulari ratione, favore; de quo vide not. ad Gen. XVII, 8. Eſt autem hic canticum gratiarum actionis, quod in anteceſſum fundit Propheta; ut intelligatur fore ſine dubio, ut Judæi promiſſorum divinorum impletionem viderent.

Mirabilia] *Rem mirabilem*; reductionem, nempe, Judæorum in avitas ſedes.

A longo tempore fuerunt &c.] עצות מרחק אמונה אמן *betſoth merabbok emounah amen*, conſilia (nempe, tua) è longinquo veritas, firmitas. עצות eſt pro עצותיך *betſothecha*. *Veritas*, *firmitas*, perinde eſt ac veritas certa, & cui fidere Iſraël poſſit. LXX. Intt. אמן protulerunt *Amen* habent enim γένοιτο, & Vulg. etiam *Amen*.

2. *Convertiſti urbem in acervum*] שמת מעיר לגל *ſchamtha mehir laggal*, poſuiſti ex urbe in acervum; hoc eſt, feciſti, ut urbes improborum in acervos ruderum converterentur. Quod liquebat, exempli causâ, ex urbibus Iſraëlitarum, Moabitarum & Judæorum.

Oppidum munitum] קריה בצורה *kirjah betſourah*. Potuiſſet dicere מקריה *mikkirjah*, ut antea & poſtea eſt מעיר *mehir*. Sed perinde erat.

Neve umquam inſtaurentur] לעולם לא יבנה *lebolam lo jibbaneh*, in perpetuum non ædificabitur; hoc eſt, numquam inſtaurabitur.

3. *Populi fortes*] עם עז *ham haz*, populus fortis. Significat ipſos populos bellicoſos, quibus innoteſcerent mirabilia Dei facta, futuros Dei timentes. Quod vix contigit, antequàm fortiſſimæ ſeptemtrionis gentes ad fidem Chriſtianam adducerentur. Sed & quadam tenus impletum eſt in Nebuchadnetſare Babyloniorum Rege, in Cyro, aliiſque Perſarum Regibus; qui meliùs de Deo Judæorum ſenſerunt; quàm antea ſenſerant; ut oſtendunt Edicta Nebuchadnetſaris apud Danielem Cap. III. & IV. & Cyri Heſræ C. I.

4. *Contra inundationem*] Invaſionem potentiorum, præ ſuperbia finibus ſuis egredientium, ut fluvius, qui ripis ſuis non ampliùs continetur. Vide C. VIII, 7, 8.

Umbra contra æſtum] Nihil gratius, ac ſalubrius præſertim in calidis oris, umbrâ arboris, æſtivo tempore. Ideò *umbra* paſſim protectionem ſignificat. Vide Num. XIV, 9. Jud. IX, 15.

Exundationis, quâ murus evertitur] כזרם קיר *chzerem kir*, ut inundatio muri. LXX. Intt. hîc nihil viderunt. *Hieronymus*, *quaſi turbo impellens parietem*. Si *turbine* intellexit *aquæ verticem* rectè vertit; ſi venti, minùs commodè. Vide infra XXVIII, 2. XXXII, 2.

5. *Corpora debilitat*] Hoc neceſſariò ſubaudiendum, expreſſimus.

Sicut æſtus] Eſt tantùm חרב *bhoreb*, ſed repetendum כ *ut* è ſuperioribus. Addidimus & *minor fit*, re ipſâ poſtulante. Vulgatus τὸ כ repetendum vidit, ſed omiſſione neceſſariorum ſupplementorum orationem obſcuravit, ſic enim habet: *ſicut æſtus in ſiti tumultum alienorum humiliabit, & quaſi calore ſub nube torrente propaginem fortium marceſcere faciet.*

minues. *Sicut* æſtus nmbrâ nubis *minor fit*: ita propago potentium reprimetur.
6. Excipiet Jehova, *Deus* exercituum, omnes populos, in hoc monte, convivio *carnis* pinguium *pecudum*, convivio fecum; pinguium, *inquam*, medullâ plenarum, & fecibus purgatarum.
7. Tollet in hoc monte operimentum faciei, operimentum, quod impoſitum eſt omnibus populis, integumentum *quod*, oppanſum *eſt* omnibus gentibus. 8. Deſtruet mortem, ita ut victa ſit. Detergebit lacrimam Dominus Jehova ex omnium facie, opprobrium populi ſui è tota

tat; ita etiam poteſt alienorum ſtrepitum minuere.

6. Excipiet Creator *Deus* exercituum, omnes populos convivio, in hoc monte Jeroſolimitano, adponétque iis carnes pinguium pecudum, medullâ plenarum, & fecibus probè purgatum vinum.

7. In hoc monte tollet velum, quod obſtabat, quo minùs omnes gentes eum eſſe, qui erat, intelligerent. 8. Mortem, & quæ eam ſequuntur, abolebit, & lacrimas ab omnium facie abſtergebit, nec quidquam populo ſuo exprobrari poterit. 9. Tum

ciet. Sed בצל עב *btſel hab* verti nequit *ſub nube torrente*, quamvis צלה *tſalah* ſignificet *torrere*. Meliùs *Theodotion* ἐν σκιᾷ νέφους. Ceterùm comparationes hæ, quæ auribus Latinis ac Græcis duræ videri queant, Orientalibus familiares erant, ut ſunt etiamnom hodie.

6. *Excipiet Jehova* &c.] Hæc numquam verbo tenus impleta ſunt. Propterea *Grotius* ea interpretatur de ultione Dei; quod ferri poſſet; ſi dixiſſet Propheta; fore ut Deus carnem fortium virorum alitibos ac feris ad convivium vocatis laniandam præberet, ut Apoc. XIX. Sed hìc excipiuntur ipſi populi convivio, & ſequentia de poblica hilaritate agi oſtendunt. Itaque hæc intellexerim de convivio nuptiarum Evangelicarum; ſeu de vocatione Ethnicorum ad cognitionem veri Dei; quæ ad montem Sionem, hoc eſt, Eccleſiam Chriſtianam, fieri dicitur; neque enim hæc pauculis Judaïſmi Proſelytis conveniunt.

Carnis pinguium pecudum] שמנים *ſchmanim*, hoc eſt; מבשר שמנים *mibbeſchar ſchmanim*, è carne *pinguium faciet convivium*.

Convivia fecum] משתה שמרים *miſchtheb ſchmarim*. Cùm in opiparo convivio potandæ convivis non offerantur *feces*; intelligendum hoc de copia vini, quæ ebibi debebat, ob multitudinem convivarum, ad fundum usque cadorum; quaſi diceres *ad fecem ſiccare*, ut loquitur *Horatius*. Sequentibus hæc interpretatio confirmatur; ut mox videbimus.

Pinguium, inquam, medulla plenarum] שמנים ממחים *ſchmanim memubhajim*. Vocantur hæ pecudes מחים *mabhim* ſupra C. V, 17. Sed מחים ſcribitur Pſ. LXVI, 5. Eſt à מח *medulla*, quia ſanarum & pinguium pecudum oſſa medullâ abundant. Videtur hìc eſſe participium Puhal pro ממחחים *memobhablim*, à radice inuſitata מחח *moach*, quæ *pinguem eſſe* ſignificavit, & in Pihel *ſaginari*. Suſpecta certè eſt hìc terminatio dualis numeri, cùm duæ pecudes non ſatis eſſent tanto convivio. Uſitatum fuiſſe, apud Arabes, hoc loquendi genus, de pinguibus pecudibos oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 45.

Fecibus purgatarum] Hoc eſt, vini fecibus probè purgatis: Eſt Hebraïcè שמרים מזקקים *ſchmarim mezukkakim*. LXX. Intt. πίονται οἶνον. *Hieronymus*: *Convivium vindemiæ*, quaſi muſtum eſſet intelligendum. *Aquila* & *Symmachus* meliùs πότον τρυγιῶν διυλισμένων, utrumque enim eodem modo vertiſſe putem, quamvis verba *Aquilæ* ſic proferantur πότον διυλισμένον, quæ *Aquilæ*, preſſè vertere ſoliti, vix eſſe potem. Opiparo convivio convenire videntur non modò caro ſaginatarum pecudum, ſed & vinum vetus probè defecatum. Quomodo vinum fieret διαυγὴς, docet *Caſſianus Baſſus* Geopon. Lib. VII, 22. quam artem non ignorant OEnopolæ hodierni, præſertim Hollandi.

In explicatione ſpiritualis ſenſûs, cave ne ſingula verba ad vivum reſeces, néve carnis pinguis, & vini limpidi comparationem inſtituas, ne conjecturas inanes pro ſententia prophetica lectoribus propines. Satis ſit ſub imagine lauti convivii deſcribi prædicationem Evangelii; quâ mens non minùs alitur & corroboratur, quàm corpus ſaginatorum carne & generoſo vino; unde & Chriſtus cum nuptiis eam confert. Vide Matth. XXII.

7. *Tollet*] בלע *balleh*, abſorbebit, hoc eſt, faciet, ut deſinat, ut vers. 8.

Operimentum faciei &c.] פני הלוט *phne halloth* faciem operimenti. Eſt Hypallage pro *operimento faciei*, operitur enim facies, ſed operimento facies nulla eſt. Ejusmodi Hypallages exempla collegit *Sal. Glaſſius* Phil. Sac. Lib. III. Tr. 1. Can. XLIII. לוט vertimus *operimentum*, aut *tegmentum*, aut *velum*, quia conſtat verbum לוט *louth* eſſe *involvere* veſte quapiam 1. Sam. XXI, 9. 1. Reg. XIX, 13. Quæ ſignificatio eſt etiam radicis adfinis verbi לאט *laat*, 2. Sam. XIX, 5. *Grotius* hìc vult hiſce verbis denotari à Propheta, terrorem ab Aſſyrio, qui populos omnes veluti occæcaverat. Sed Aſſyriorum hic nulla vel minima mentio; nec tamen quia de Aſſyriis nonnulla antea haboit, ideò quæ ſequontur omnia ad Aſſyrios pertinent. Hìc agitur de velo ignorantiæ & adſectuum humanorum; quibus fiebat, ut, initio prædicationis Evangelicæ, omnibos Gentibus doctrinæ divinæ præſtantia & veritas laterent. Ut ergo is, cujus faciei oppanſum eſt velum, præſertim paullò craſſius, nihil videret eorum, quæ ante ipſum eſſent: ſic & Gentiles; cùm primùm aliquid de Evangelio inaudiverunt, contemtui habuerunt, ut liquet exemplis *Taciti*, *Plinii* Junioris, & *Suëtonii*. Sed poſtquàm latiùs ſparſum eſt Evangelium; atque Ethniciſmi abſurditas in clara luce collocata, trecentis poſt Chriſtum annis, *operimentum faciei* prorſus Ethnicis ablatum. Videtur Propheta deſumſiſſe hoc loquendi genus ex Hiſtoria Moſaïca Exod. XXXIV, 33. unde & Paolus deſumſit κάλυμμα, de quo agit 2. Cor. III, 14. & ſeqq. ex quo fiebat, ut Judæi lectione Vet.

ta terra amovebit, nam Jehova *ſic* eſt loquutus. 9. Dicet *Iſraël*, eo tempore; en hunc Deum noſtrum, exſpectavimus ejus *auxilium*, nóſque liberabit; hic eſt Jehova, quem exſpectavimus, exſultabimus & lætabimur, in ejus liberatione; 10. requieſcet enim manus Jehovæ, in hoc monte, & ſub eo conculcabitur Moabus, ſicut palea in ſterquilinio

9. Tum verò exclamabunt veri Iſraëlitæ: en Deum noſtrum, cujus auxilium exſpectabamus, nec id nobis recuſabit. Hic eſt Creator, quem tamdiu exſpectavimus, hic nos liberabit; jam exſultabimus, & toto animo lætabimur, eò quod nos liberaverit. Hic verè eſt Creator ille, quem hactenus exſpectavimus, nec ejus adventu lætari umquam deſinemus; lætabimur, & gaudebimus ejus liberatione; 10. aderit enim huic monti Sioni auxilium Dei, nec ei nocere poterunt

Teſtamenti nequaquam adducerentur ad amplectendum Novum. Mirum eſt quàm variè & quàm incommodè verterint Veteres. LXX. Intt. χρίσονται μύρον ἐν τῷ ὄρει τούτῳ παράδος ταῦτα πάντα ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἡ γὰρ βουλὴ αὕτη ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. *Aquila* ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο τὸ πρόσωπον τῆς σκέπης. Sic & *Theodotion*. *Symmachus*: πρόσωπον τοῦ ἐξουσιαστοῦ τοῦ ἐξουσιάζοντος πάντων τῶν ἐθνῶν. Vulgatus: *faciem vinculi colligati ſuper omnes populos & telam, quam orditus eſt ſuper omnes nationes*. Unde ſatis liquet, velum etiam eorum animis impoſitum, ne viderent, quod iis obverſabatur.

Integumentum quod oppanſum eſt] המסכה הנסוכה *hamaſſechah hanesouchah*, integumentum tectum; pro eo quod eſt, quo gentibus tecta fuerit ad ea tempora veritas Evangelica.

8. *Deſtruet mortem* &c.] בלע המות לנצח *billah hammaveth lanetſahh*, abſorbebit mortem in victoriam. LXX. Intt. κατέπιεν θάνατος ἰσχύσας, ſine ſenſu. *Aquila*: καταποντίσει τὸν θάνατον εἰς νῖκος. *Symmachus*: καταποθῆναι ποιήσει τὸν θάνατον εἰς τέλος. *Hieronymus*: *præcipitabit mortem in ſempiternum*. Reverà לנצח ſæpe perinde eſt ac *in perpetuum*. Sed Paulus 1. Cor. XV, 14. hæc verba ſic profert; κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, ut intelligatur fore, ut mors vincatur, qui ſenſus huic loco optimè convenit. *Abſorpturus*, hoc eſt, deſtructurus hic *mortem* dicitur Deus, non in gratiam Iſraëlis ſecundùm carnem, ſed in gratiam Chriſtianorum; qui per tria prima ſæcula, occiſi ſunt crudeliter ab Ethnicis, Religionis Chriſtianæ causâ; dum Judæus nemo, propter ſuam Religionem, occideretur. Mors ergo à Deo *victa eſt*, cùm Imperium Romanum in manus Principum Chriſtianorum tranſiit, nec ampliùs occiſi ſunt Chriſtiani; quia populi omnes, qui Romano Imperio parebant, aut longè maxima pars, & vicinæ etiam Gentes liberæ ad ſeptentriones Chriſtianorum cœtibus ſe ſe adgregarunt. Paulus etiam ſublimiùs rem intellexit de humani generis ſtatu poſt reſurrectionem. *Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tum fiet ſermo, qui ſcriptus eſt: abſorpta eſt mors in victoriam.* Quod perinde eſt, ac ſi diceret: iterum, & ſublimiore quidem ratione, id fiet, quod habet Eſaïas Propheta: *abſorpta eſt mors in victoriam.* Toties enim res fieri, aut impleri dicitur locus Vet. Teſtamenti, quoties quidpiam contingit, cui aptari rectè poteſt. Vide not. ad Matth. II, 15. & IV, 14. in addit. ad *Hammondum*.

Detergebit lacrimam &c.] Tranquillis rebus eis conceſſis, Deus luctum abiget ab iis, cui antea erant obnoxii.

Opprobrium populi ſui] Infamiam intelligo, quâ Chriſtiani inurebantur, quaſi homines mali & conſcelerati, ab Ethnicis. Quocumque ſenſu hæc de Judæis intelligantur, friget planè & fidiculis extorquetur è Prophetæ verbis. Attamen *Grotius* expoſuit hæc, de liberatione Jeroſolimitanorum ceterorúmque Judæorum à Sennacheribo, quæ ſanè numquam concoquere potuimus. Sunt quidem in antecedentibus atque in ſequentibus, quæ ad Judæos tantùm, populóſve vicinos eorum temporum ſpectant; ſed Prophetæ paſſim miſcent vaticinia, intra paucos annos, vel aliquot ſæcula, imò & plura, implenda; ita ut pars vaticinii ad veterem Iſraëlem, pars ad novum pertineat, ut jam aliquoties vidimus in Eſaïa, & in hoc ipſo Capite.

9. *Dicet Iſraël*] E re ipſa ſupplevimus vocem *Iſraël* neceſſariò ſubaudiendam. Quis enim hæc dicere potuit, præter Iſraëlem?

En hunc Deum noſtrum] Vel: *hic eſt Deus noſter*, quæ pia eſt gloriatio, ob certum auxilium Dei, quod experturi erant Chriſtiani, vel etiam Judæi, ad quos hæc quoque referri queant; neque enim neceſſe eſt totum vaticinium ad eoſdem referri. Vide 2. Par. VII, 14. coll. cum Heb. I. 5. ubi pars vaticinii convenit Chriſto, pars poſteritati Davidis.

10. *Requieſcet enim manus* &c.] Aderit auxilio ſuo monti Sioni, ſive Jeroſolimæ, aut Judæis.

Sub eo conculcabitur] Pedibus; nempe, populi Judæi; quod tamen quando ſit impletum, non liquet ex Hiſtoria. Nos quidem amandat *Grotius* ad Cap. XI, 14. Sed de tempore conculcatorum à Judæis Moabitarum nihil habetur.

In ſterquilinio] במו מדמנה *bomo medmenah*. Eſt quidem in contextu במי *bmi* ſed Maſſorethæ legunt in margine במו *bmo*, *quod eſt idem ac* ב *in*, ut & Jobi XXXVII, 8. מדמנה *madmenah* hoc tantùm loco legitur, ſed videtur idem eſſe ac דמן *domen*, quod eſt fimus Pſ. LXXIII, 11. & 2. Reg. IX, 37. In Lingua etiam Arabica דמן *damana* eſt terram *ſtercoravit*. LXX. tamen Intt. habent hîc καταπατηθήσεται ἡ Μωαβῖτις, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἅλωνα ἐν ἁμάξαις, & *Symmachus* καὶ ἀλοηθήσεται τὸν Μωὰβ ὑποκάτω αὐτῆς ὡς ἀλοῶνται ἄχυρα, ὡς πηλόν. Sic & *Hieronymus*: *& triturabitur Moab ſub eo, ſicut teruntur paleæ in plauſtra.* Quod in Commentario hiſce verbis illuſtrat: *Hoc juxta ritum loquitur Palæſtinæ & multarum Orientis Provinciarum, quæ ob pratorum & fœni penuriam,*

quilinio conculcatur. [11]. Extendet *Deus* apud eum *populum* manum ſuam, ut qui natat manus extendit ad natandum, deprimet ſuperbiam ejus cubitis manuum ſuarum. [12]. Munitionem ſublimem murorum tuorum demittet, dejiciet, faciétque, ut, ad pulverem usque, terram tangat.

Canticum precum & gratiarum actionis.

1. EO tempore, canetur hoc canticum, in terra Judæ: Urbs eſt valida nobis; faciet *Deus*, ut *nobis* ſaluti ſint ejus muri & munimentum, quod eſt ante muros. CAPUT XXVI.
[2]. Aperite

runt Moabitæ, qui vicinorum pedibus calcabuntur, ut res viliſſimæ. 11. Deus, apud hunc populum, manus ſuas, ut ita loquar, movebit ſicut ii, qui natant, & ſolo veluti cubitorum motu, hoc eſt, facillimè ſuperbiam hujus populi deprimet. 12. Alta Moabitarum mœnia dejiciet, & pulveri vicino æquabit.

PARAPHRASIS.

1. EODEM tempore, audietur Canticum, per omnes agros Tribûs Judæ, in hanc ſententiam: Eſt cur Deo gratias agamus, quod nobis munitiſſimam urbem dederit; ut neque mœnia, neque munitiones ante mœnia facilè ſuperari

nuriam, paleas præparant eſui animantium. Sunt autem carpenta ferrata, rotis per medium, in modum ſerrarum, ſe volventibus, quæ ſtipulas conterunt & comminuunt in paleas. Quæ, ut vera, aliena ſunt ab hoc loco, niſi מדמנה *madmenah* plauſtrum ſignificet, quod mihi veriſimile non fit. Docti quidam viri ideò volunt Græcos Intt. legiſſe מרכבה *merchabah*, ſed ea vox *quadrigam* potiùs, quàm *plauſtrum* ſignificat, quod עגלה *hagalah*, & מעגלה *mahgalah* dicitur. דוש eſt quidem *triturare*, ſed nihil vetat, quin, tralaticio ſignificatu ſit *calcare*, ut vertimus, quia *ſterquilinium* non trituratur, ſed calcatur.

11. *Ut qui natat manus extendit ad natandum*] כאשר יפרש השחה לשחות *chaaſcher jephareſch haſſchobhe liſchhhoth*. שחה eſt *natavit* Pſ. VI, 7. LXX. Intt. ὃν τρόπον ἐταπείνωσε αὐτὸς τοῦ ἀπολέσαι, incommodè. Meliùs *Symmachus*: καθὼς ἀναπλώσει ὁ νηχόμενος εἰς τὸ κολυμβῆσαι. Vulgatus: *ſicut extendit natans ad natandum*. Comparatio eſt, quæ ſic pleniùs concipienda: ut qui natat hinc atque inde manus extendit & jactat: ſic Deus quaquaversùm extentâ manu eos feriet & dejiciet.

12. *Munitionem ſublimem*] מבצר משגב *mibtſar miſchgab*, munitionem ſublimitatis. LXX. Intt. τὸ ὕψος τῆς καταφυγῆς. *Symmachus*: ὀχύρωμα τοῦ ὕψους. Latinus: *munimenta ſublimium murorum* &c.

Demittet השח *heſchahh*. Futurum Hiphil verbi שחח *ſchahhahh*, *demiſſus eſt*.

Ad pulverem usque &c.] Efficiet, ut totus murus concidat pulverique miſceatur, quod fit, quando captæ urbis murus ſolo æquatur. Vide vaticinium in Moabitas C. XV. & infra C. XXVI, 5.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXVI.

1. E*O tempore*] *Eo die*, quando, nempe, Judæi è captivitate Babylonica, reduces erunt.

Urbs eſt valida &c.] עיר עז *hir hoz*, urbs munitionis &c. Poſt inſtaurata à Nehemia mœnia, quæ & ſequentibus temporibus firmiora facta ſunt.

Faciet Deus &c.] ישית *jaſchith*, ponet, nimirum, *Deus*, quæ vox paſſim ſubaudienda in hiſce libris. Poſtea ſequitur: *ſalutem muros & antemurale* ישועה חומות וחל *jeſchouhah hhomoth vahhel*. LXX. Intt. ἰδοὺ πόλις ἰσχυρὰ, καὶ σωτήριον θήσει τὸ τεῖχος καὶ περίτειχος. Debuiſſent addere Θεὸς poſt θήσει. Hiulca hic ſunt fragmenta *Aquilæ* & *Symmachi*. Sed mirum eſt *Hieronymum* vertiſſe, *Urbs fortitudinis noſtræ, Sion, Salvator; ponetur in ea murus & antemurale*; nusquam enim hic occurrit vox *Sion*; nec commodè poteſt ſuppleri, nec ישועה eſt *Salvator*, ſed *latus*; nec verbum ישית paſſivum eſt, ſed activum. Ad ſenſum quidem quod adtinet, non multùm intereſt, an vertatur ea Conjugatio verbo activo vel paſſivo, ut fecit *Hieronymus*, verſu ultimo antecedentis Capitis; ſed ſine ratione non debent miſceri, ut hic factum. Voce חיל *hhel* videtur intelligi foſſa urbis, & vallum fortè extra foſſam; ſi modò tale quid fuit, iis temporibus. *Hieronymus* ad hunc locum: *Pro eo, quod vertimus* antemurale, *Symmachus* firmamentum *interpretatus eſt; ut ipſi muri munitionibus cincti ſint, & vallo foſſaque & aliis muris, quos in ædificatione caſtrorum ſolent* loriculas *dicere*.

2. *Aperite portas*] Nempe, reducibus ex Judæis; qui poſt tempora Nehemiæ, cùm audirent inſtauratam eſſe Jeroſolimam, eò redierunt è ſedibus, quas ad ortum Euphratis habebant.

Ut ingrediatur] *Et ingredietur*.

Gens juſta] Sic ſe vocabant Judæi, cùm Gentem ſuam Gentilibus comparabant.

Fidei obſervans] שמר אמנים *ſchomer emounim*. LXX. Intt. φυλάσσων ἀλήθειαν. Vulgatus

2. Aperite portas, ut ingrediatur gens juſta, & fidei obſervans. 3. Cogitatio *eſt* firma, conſervaturum te pacem, *inquam*, quia in te repoſita eſt fiducia 4. Fidite Jehovæ in perpetuum; quia in Jah Jehova eſt rupes æterna; 5. nam dejecit incolas altorum locorum, urbem ſublimem depreſſit, depreſſit eam ad humum usque, effecitque, ut pulverem tangeret. 6. Conculcaverunt eam pedes, pedes pauperis & greſſus tenuium. 7. Semita innocentis recta *eſt*, rectà orbitam ejus dirigit. 8. Etiam *in* via jurium tuorum exſpectavimus te; ad nomen tuum & memoriam tuam cupiditas animi noſtri *tendebat*. 9. Animo meo te deſideravi noctu, etiam ſpiritu meo: intra me, te mane quæſivi, nam quando judicia tua *feruntur* in terra, incolæ orbis juſtitiam diſcunt. 10. *Si* parcatur ſonti, non diſcit juſtitiam; ſed in terra recta iniquè ſe geret, nec ſublimitatem

rari poſſint. 2. Aperite portas veſtras, Jeroſolymitani, ut Gentiles veſtri, pii & fidei obſervantes homines, ingrediantur. 3. Omnino nobis perſuaſum eſt, vos pacis obſervantes futuros, atque ea fruituros, eo quod vobis fidamus. 4. Creatori fidem habete, in perpetuum, quia eſt inſtar rupis immotæ; ſi enim editorum locorum incolas, migrare cogit in humiliora, atque in humum dejicit, abjectis ſuperbis omnibus factis & dictis. 5. Eam urbem conculcaverunt pedes pauperum, & tenuiſſimorum hominum. 7. Recta eſt vita innocentis & rectà orbità percurritur. 8. Etiam in via recta & conſentiente cum jure a te, *o Deus*, conſtituto, te exſpectavimus. Sed nomen tuum & juris a te conſtituti normam Cupiditas noſtra tendebat. 9. Cùm noctu de te cogitarem tacitus intra me, mane quærebam; num quando judicia tua feruntur in terra, & rei dant pœnas, ejus incolæ diſcant juſtitiam? 10. Si ignoſcatur ſonti, non diſcit, quid ſit juſtitia; ſed in

gatus: *cuſtodiens veritatem.* Meliùs *Aquila* φυλάσσων πίστιν.

3. *Cogitatio eſt firma*] יצר סמוך *jetſer ſamouch*, figmentum fultum. יצר *jetſer* eſt hic *cogitatio*, ut Gen. VI, 5. ubi vide notata. Cùm verò ea demum in corporibus firma ſint, quæ ſunt probè fulta, סמוך *ſamouch*, ad cogitationem tranſlatum, hic *firmam* & *certam* ſonat. Hinc Pſ. CXII, 8. *conſtans animus*, dicitur סמוך *fultus*. *Aquila* verterat πλάσμα ἐστηριγμένον, *Symmachus* ἐπηρεισμένον, quæ eodem recidunt. *Hieronymus* ad hunc locum: IESER SAMUCH, *quod Aquila & Symmachus ſimiliter tranſtulerunt* πλάσμα ἐπηρεισμένον, quod tamen eſt ſolius *Symmachi*, ut notavit Fragmentorum nuperus collector; ſed confudit *Hieronymus* in unam geminas interpretationes, quia idem eſt utriusque ſenſus. Pergit verò ille: *hoc eſt, error noſter ablatus eſt, ſive cogitatio noſtra firmata eſt, quæ priùs inter te & idola fluctuabat, ut nequaquam circumferamur omni vento doctrinæ, ſed in te Dominum Salvatorem totâ mente credamus. Pro quo, ut ſenſus manifeſtior fieret, tranſtulimus:* vetus error abiit: Sed eſt hæc Paraphraſis, eaque à ſenſu aberrans, pro interpretatione.

Conſervaturum te pacem] תצר שלום *thittſor ſchalom*, quibus præfigendum eſt כי ὅτι, quod non raró ſubauditur.

Quia in te repoſita eſt fiducia] כי בך בטוח *chi bcha batouahh*, quia in te confiſum eſt. *Aquila*: ὅτι ἐπ᾽ αὐτῷ πεποίθαμεν, quaſi legiſſet בו בָטחו. LXX. Intt. aut *Theodotion*, cùm ſint Codd. in quibus præfixus eſt hiſce verbis Aſteriſcus, ἐπί σοι ἐλπίδι ἤλπισαν, ut hic verſus cum ſequenti conjungatur. Vulgatus: *quia in te ſperavimus*, quaſi legiſſent בטחנו.

4. *Rupes æterna*] צור עולמים *tſour holamim*, *rupes ſæculorum*, hoc eſt, perfugium numquam defecturum.

5. *Incolas altorum locorum*] ישבי מרום *joſchebe merom*, *incolæ altitudinis*; hoc eſt, quorum urbes in montibus ſitæ erant, quales Moabiticarum multæ.

Depreſſit eam ad humum &c.] Solo æquavit, ut C. XXV, 12.

6. *Conculcaverunt eam pedes*] *Conculcabit eam pes* &c. Hoc eſt, domos ejus ſolo æquatas conculcabit viator.

7. *Recta eſt*] *Rectitudines* ישרים *jeſcharim*.

Rectà orbitam ejus dirigit] ישר מעגל צדיק תפלס *jaſchar mahgal tſaddik thephalles*. ישר *jaſchar* eſt hic pro בישר *bejaſchar*, in recto, quod perinde eſt ac בְיֹשֶׁר *in rectitudine*. LXX. Intt. in Cod. Romano ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν καὶ παρεσκευασμένη. In Alexandrino, duæ poſteriores voces rectiùs præmittuntur ceteris. Vulgatus: *rectus callis juſti ad ambulandum* ſed פלס *phalles* nusquam *ambulare* ſignificat. Vide not. ad Pſ. LXXVIII, 50. Hoc velle videtur Propheta, Deum à bonis offendicula omnia amovere, ne labantur, ſeu hoc de vitæ communis calamitatibus, ſeu de iis, quæ ad peccandum adducere poſſent, intelligatur.

8. *In via jurium tuorum*] ארח משפטיך *orehh miſchphatecha*, pro בארח *beorahh*, in via; hoc eſt, dum jura, ſeu leges tuas obſervamus.

Exſpectavimus te] Hoc eſt, favorem, vel auxilium tuum, quia legum obſervantibus fauturum te, vel opitulaturum promiſiſti. Sic paſſim verbum קוה *kivvah*, conjunctum cum nomine Dei ſumitur.

Memoriam tuam] זכרך *zichrecha*, perinde eſt ac *nomen*, quia nomen excitat *memoriam* rei, cujus nomen eſt, eámque ad poſteros usque propagat. *Nomen* autem *Dei* frequentiſſimè perinde eſt, ac ipſe Deus.

Tendebat] Latinè loquentibus ſupplendum hoc fuit. Alioquin intelligi non potuiſſet: *nomini tuo & memoriæ tuæ cupiditas animi noſtri.*

9. *Animo meo*] נפשי *naphſchi*, בנפשי *bnaphſchi*, ut poſtea רוחי pro ברוחי *brouhhi*. *Deſiderare* & *quærere* idem ſunt ac *orare*, ad auxilium confugere, ubi de Deo ſermo eſt.

Judicia tua feruntur in terra] משפטיך לארץ *miſchphatecha laarets*, judicia tua terræ; nempe, feruntur. Hebræi dicunt יעשו *jehaſchou* ſiunt eodem ſenſu; hoc eſt, cùm pœnas de malis ſumis, & bonos præmiis adficis. *Judicare* enim dicitur Deus, cùm judicia ſua exſequitur.

10. *Si parcatur ſonti*] יחן רשע *jubhan raſchah*, benignè habeatur, ſubauditur אם *im*, ſi. LXX. Intt.

Digitized by Google

mitatem Jehovæ videt. 11. Jehova ſublata eſt manus tua, nec tamen *exteri* vident; *at* videbunt & pudore adficientur, ex invidia erga populum tuum, *cùm* etiam ignis hoſtes tuos abſumet.

12 O Jehova, efficies, ut pax nobis ſit, nam omnia etiam opera noſtra *effecta* nobis dediſti. 13. Jehova Deus noſter, *cùm* imperarent nobis Domini præter te; attamen in te tantùm *fiduciam ponebamus*, & *ſolum* nomen tuum memorabamus. 14. Mortui non reviviſcunt, vita functi non reſurgunt, ac perinde *cùm* viſiſti & deleviſti *hoſtes*, ſimul omnem

in recta, ſe iniquè gerit, nec ſublimitatem Creatoris intelligit. 11. O Creator, ſublata eſt tua manus, nec tamen rem exteri intelligunt; at mox intelligent, & pudore ſuffundentur; ex invidia, qua populum tuum proſequuntur, etiam cùm ignis hoſtes tuos abſumet.

12. O Creator, efficies, ut pace fruamur; nam omnia opera noſtra *effecta* nobis dediſti. 13. O Creator, Deus noſter, cùm alii nos Dominis parebamus, quàm tibi; attamen in te ſolo fiduciam noſtram collocabamus, & ſolum tuum auxilium, quaſi divinum, proferebamus, cui fides haberetur. 14. Mortui vitam non recuperabunt, nam morte ſemel functi, non redeunt in vitam, ut antea. Quamobrem cùm ſemel eorum memoriam deleviſti, ſimul ac in perpetuum pereunt.

15. A

Intt. πέπαυνται γὰρ ἀσεβεῖς, incommodè. *Aquila* & *Theodotion* ἐλεήθη, *Symmachus* ἐλεηθῇ: Utrumque hoc verbo ſignificatur. Vulgatus: *miſereamur impio*. Meliùs tertia perſona adhibetur, cùm eam adhibeat Eſaïas, & ſententia clarior ſit. Hoc vult, ſi Deus parcat homini ſonti, propterea ſontem meliorem non fieri.

In terra recta] בארץ נכחות *chearets nechobhoth*, in terra rectitudinum. Vide LIX, 14. Hoc eſt, in terra, ubi recta ſunt aliorum incolarum facta. Hinc *Hieronymus* vertit: *in terra ſanctorum*. LXX. verba neglexerunt, nec ſenſum ſunt adſequuti. His verbis reorum nequitia ſumma deſcribitur, cùm ne exemplis quidem rectis meliores fiant.

Nec ſublimitatem &c.] Non animadvertit, Deum eſſe ſummum judicem, qui pœnas à malis repetit.

11. *Sublata eſt manus tua*] רמה ידך *ramah jadecha*, quaſi parata ad feriendos malos, hoc eſt, ſic adfectus es erga malos, ut paratus ſis ſupplicio eos adficere.

Nec tamen exteri vident] בל יחזיון *bal jebbezajoun*. Hic בל, ut in ſuperioribus verbis, perinde eſt ac לא *lo*. Addidimus *exteri* נכרים *nochrim*, quia *invidere populo*, nempe, Dei, dicuntur.

At videbunt &c.] Cùm hæc opponantur antecedentibus, præfiximus adverſativam *ut*. Vulgatus: *exaltatur manus tua & non videant; & confundantur*. Quæ non cohærent. LXX. Intt. meliùs: *οὐκ ᾔδεισαν, γνόντες δὲ αἰσχυνθήσονται.*

Ex invidia erga populum tuum] קנאת עם *kinath ham*, pro, מקנאת עמך *mikkinath hammecha*; quia invidebunt populo tuo, cùm pœnas dabunt, erubeſcent; nam rubor etiam ex invidia naſcitur. LXX. Intt. ζῆλος λήψεται λαὸν ἀπαίδευτον. *Hieronymus* habet: *confundatur zelus populi*, quaſi legiſſet: תבוש קנאת *thaboſch kinath*, quod tamen non videtur fuiſſe in ejus Codice, ſic enim, ut nos, legerunt LXX. Intt. Sic & *Aquila*, qui habebat αἰσχυνθήσονται, *Symmachus* & *Theodotion*, qui verterant αἰσχυνθήτωσαν. Sed *Hieronymus* exiguam Grammaticæ rationem habet. In Commentario explicat: *confundantur vel zelus populi, vel zelantes populi*.

12. *Efficies, ut pax nobis ſit*] תשפת שלום לנו *thiſchphoth ſchalom lanou*, diſpones pacem nobis.

Omnia enim opera noſtra &c.] כל מעשינו פעלת לנו *chol mahaſchenou phahal thalanou*, omnia opera noſtra perfeciſti nobis; hoc eſt, effeciſti, ut quidquid adgreſſi ſumus è voto ceſſerit. Malè LXX. omiſſâ voce, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. *Hieronymus*: *omnia opera noſtra operatus es nobis*. Res potuit Latiniùs & feliciùs verti. De præmiis etiam in Commentario perperam interpretatur.

13. *Fiduciam ponebamus*] Subaudivimus בטחנו *batabhnou*, quod neceſſariò ſupplendum, aut ſimile quiddam, ut חסינו *hhaſinou*, quo referatur vocula בך *beha*, *in te*.

Et ſolum nomen tuum &c.] Repetenda hìc animo vocula antecedens לבד *lbad*, tantùm. Alii illi *domini* ſunt Chaldæi, ſeu Babylonii, & Perſarum primus Rex Cyrus; à quibus non ſunt adducti Captivi Judæi ad colendos alienos Deos, aut fiduciam in hominibus reponendam.

14. *Non reviviſcunt*] לא יחיו *lo jibhjou*, non vivent; hoc eſt, in vitam redire non ſolent. Intelliguntur quivis, ſed hoc proponitur, ut inde colligatur, Babylonios, ſemel ſubactos à Cyro, & domitos, numquam priſtinam potentiam recuperaturos: quemadmodum ſemel mortui non reviviſcunt.

Vita functi non reſurgunt] רפאים בל יקמו *rphaïm bal jakoumou*, mortui non ſurgent. LXX. Intt. οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσι, quia רופאים *rophéim* ſunt medici, ſed legendum non eſt יקימו *jakimou* excitabunt, ſed יקומו *jakoumou*, ſurgent. Quando רפאים & מתים ponuntur ἐν παραλλήλῳ, ut hìc, utrumque ſignificet *mortuos*, ut jam omnibus notum. *Aquila* ſervarat vocem ῥαφαίν. *Symmachus* γίγαντες, perperam, hoc quidem in loco, ut & *Hieronymus*. Chriſtiani hæc ita intelligere debent, ut intelligantur de tempore, quod ad ultimum Judicium ſabitur, propter quod mortui excitabuntur. Verùm ante Chriſtum hæc non ita revelata erant.

Cùm viſiſti & deleviſti] פקדת ותשמידם *phakadtha vetheſchmidem*, viſiſti & deleviſti eos. Subaudiendum כאשר *chaaſcher*, cùm. Sed pro ſuffixo alterius verbi *hoſtes* poſuimus, quia de iis ſermo eſt.

Eorum memoriam &c.] Poſſit hoc intelligi de poſteris Babyloniorum, quibus exſtinctis, gentis memoria deletur, quod tandem iis contigit.

Digitized by Google

omnem eorum memoriam perdidiſti. [15]. Perrexiſti, ô Jehova, huic genti, perrexiſti huic genti *benefacere*, gloriam conſequutus es, & fines omnes terræ ampliaſti. [16]. O Jehova, in anguſtia te inviſerunt *Iſraëlitæ*, fuderunt ſubmiſſam orationem, *cùm* caſtigatio tua iis *incumberet*. [17]. Qualis eſt mulier prægnans, *quando* partui proxima eſt *cùm* dolores ſentit, & clamat in laboribus ſuis: tales fuimus, *procul* à facie tua *amandati*. [18]. Concepimus, dolores ſenſimus, ac veluti ventum peperimus; liberationem conſequuta non eſt terra, nec ceciderunt *reliqui* orbis incolæ. [19]. At revixerunt mor-

15. A multis ſæculis conſtanter huic populo benefacere perrexiſti, gloriámque tibi magnam peperiſti, & fines agrorum, quibus eum donaveras, ampliaſti. 16. O Creator, cùm rebus anguſtis urgerentur Jacobi poſteri, ad te confugerunt, atque humiles preces apud te fuderunt, dum caſtigatio tua iis incubuit. 17. Qualis eſt animus mulieris parturientis, & dolores partûs acriores ſentientis, ac ejulantis: talis fuit ſors noſtra, cùm procul à te amandati eſſemus. 18. Concepimus, dolores ſenſimus, nec quidquam peperimus, præter ventum. Liberata non eſt terra noſtra, nec ceteri terrarum incolæ ceciderunt. 19. Sed recuperarunt vitam cultores tui, qui exſtincti videbantur.

Expergiſcimini & lætas voces emittite, vos qui periiſſe & ſepulti videbamini; nam ros tuus, ô Deus, eſt inſtar roris, quo delapſo olera naſcuntur & creſcunt; ad quod exemplum excitabit terra

15. *Benefacere*] Supplevimus להטיב *lehetib*, nam verbum יסף *jaſaph* tam in malam partem ſumi ſolet, quàm in bonam. Quare, cùm hìc agat Propheta de beneficiis in Judæos collatis, vitandæ ambiguitatis causâ, hoc addidimus.

Gloriam conſequutus es] נכברת *nikbatha*, glorificatus es; ob liberatos Judæos.

Et fines omnes terræ ampliaſti] רחקת כל קצוי ארץ *rahhaktha chol katſve erets*, amoviſti omnes fines terræ. Cùm neque à temporibus Eſaïæ ad Cyrum, atque à Cyro ad finem Reipublicæ Judaïcæ, fines Judæorum ſint ampliati; tralaticio ſenſu, hæc intelligi debere videntur de vocatione Gentium ad veri Dei cognitionem. Nec obſtare poteſt orationis ſeries, cùm hic Propheta ſæpe à vaticiniis ad Hebræam Gentem pertinentibus ad ea, quæ Chriſtianiſmum reſpiciunt, ſubitò tranſiliat; quod liquidum, eſt cùm ea dicit, quæ Judæis minimè conveniunt, ſed in Chriſtianos ſolos quadrant.

16. *Te inviſerunt Iſraëlitæ* &c.] פקדוך *phkadoucha*. Perinde eſt ac בקשוך *bikkeſchoucha* quæſiverunt te; hoc eſt, precibus ad te confugerunt. LXX. Intt. ἐμνήσθην σου impropriè & mutatis numero & perſonâ, ſine cauſa. Meliùs *Hieronymus*: *requiſiverunt te*. Addimus *Iſraelitæ*, perſpicuitatis causâ, hæc enim referuntur ad *gentem*, cui Deus benefecit.

Fuderunt ſubmiſſam orationem] צקון לחש *tſakoun labhaſch*. LXX. Intt. ἐν θλίψει μικρᾷ, quod neque ad verba, neque ad rem quidquam facit. Latinus: *in tribulatione murmuris*. Eſt quidem צוק *tſok*, aut צוקה *tſokah anguſtia*. Sed hìc eſt tertia pluralis verbi צוק, quod eſt, inter alia, *fundere*, cúmque ſequatur לחש *labhaſch*, quod eſt ſermo ſubmiſſâ voce pronunciatus; rectiùs verterunt, qui de oratione ad Deum intelligunt; quales erant orationes Judæorum, ut à captivitate liberarentur; quas nonniſi ſubmiſſâ voce fundere audebant, metu Chaldæorum. Alioqui לחש magis propriè de murmure Magorum dicitur. Vide Eccleſ. XIII. Jerem. VIII, 17. & hujus Prophetæ C. III, 3.

Cùm caſtigatio tua iis incumberet] מוסרך למו *mouſarcha lamo*, pro במוסרך *bmouſarcha*, in increpatione tua ad illos; hoc eſt, dum tu eos caſtigares. Hìc *caſtigatio* eſt pro ſupplicio, ut Prov. XIII, 24. XXII, 11, 15. *Caſtigatio* quidem Latinè eſt propriè, quæ fit verbis, ſed nec rarò pœnam ſignificat.

17. *Qualis eſt mulier* &c.] Comparatio non infrequens Prophetis, ad ſignificandum ſtatum populi magnâ calamitate preſſi, quâ ſe ſe expedire nequit: ut puerpera infirma, quæ dolores quidem ſentit, ſed parere nequit; ſive fœtus ſit æquo major, ſive pro fœtu ſit in utero moles, ſive nondum pariendi articulus adſit. Vide Pſ. XLVIII, 7. Jerem. XLIX, 24. L, 43.

Quando partui proxima eſt] תקריב ללדת *thakrib laledeth*. Ante hæc ſupplendum כאשר *chaaſcher*, quando, quod ſæpe ἐλλειπτικῶς omittitur.

Clamat in laboribus ſuis] *In doloribus* בחבליה *babhabaleha*. Supplendum eſt: *nec tamen parit*.

18. *Concepimus* &c.] Omnia conati ſumus, ut nos tyrannide Chaldæorum liberaremus, gravémque & longam obſidionem paſſi ſumus, ſed omnia irrita fuerunt.

Quaſi ventum peperimus] כמו ילדנו רוח *chemo jaladnou rouahh*, quaſi peperimus ventum, inanis fuit labor noſter, *ventus* enim pro re inani ſumitur. Vide Hoſ. VIII, 7.

Liberationem conſequuta non eſt terra] *Salutes non fecimus* (in) *terra*. Neque enim ſervata eſt terra Judæa, rebellione Sedekiæ, ſed extremas ſibi accerſit calamitates.

Reliqui orbis incolæ] Addidimus *reliqui*, ut diſtinguerentur à Judæis, qui non minùs erant *incolæ* orbis, quàm Chaldæi.

19. *Mortui tui, ô Deus*] Mortui, qui reſurrexerunt, ſunt Judæi, qui è Babylonia, ubi veluti mortui jacebant in ſervitute, redierunt. Addidimus, *ô Deus*, quia hæc eſt oratio, in qua reduces è Babylonia Deum compellantes à Propheta inducuntur.

Cadavera noſtra] נבלתי *nbelathi*, cadaver meum ſurrexerunt. Sed נבלה pro cadaverum multitudine, ſeu *ſtrage* ſumitur. Hactenus gratiarum actiones, quas reducibus olim Judæorum futuris tribuebat Eſaïas, ut ejus æquales mala & bona, quæ ipſos & poſteros ſuos manebant, ſcirent. Cetera ſunt ipſius Pro-

mortui, *ô Deus*, cadavera noſtra reſurrexerunt.

Expergiſcimini, & lætas voces tollite, ô qui incolebatis pulverem; quia ros tuus; *ô Deus*, eſt ros oleris, & terra mortuos ejiciet, *è ſinu ſuo*. ²⁰. Age, mi popule, ingredere penetralia tua, & poſt te januam tuam claude, abde te, per pauca momenta, donec præterierit indignatio. ²¹. Mox enim egreditur è ſuo loco Jehova, ut pœnas iniquitatis exigat, ab incolis terræ, *quo tempore* terra cædes apud te admiſſas revelabit; nec mortuos ſuos ampliùs teget.

Libera-

ra mortuos, eóſque è ſinu ſuo emittet. 20. Age, mea gens, ingredere penetralia tua, & januam claude, abde te, per breve tempus, donec Dei indignatio placata ſit. 21. Mox enim Creator è penetrali ſuo exibit; ut pœnas exigat ab incolis terræ. Tum verò terra cædes apud te latentes patefaciet; neque occultabit cadavera; quæ tegit.

PARA-

Prophetæ, Iſraëlitas adloquentis.

Expergiſcimini &c.] הקיצו *hakitſou*, hoc eſt, excitate vos, eſt enim verbum activum; ut Gallicè dicimus: *réveillez vous*. Poteſtatem Conjugationis *Hithpaël* obtinet, niſi alios compellet Propheta. Eſt Apoſtrophe Prophetæ ad reduces, quos ſpiritu prophetico prævidebat in patriam, poſt captivitatem, redituros.

Qui incolebatis pulverem] Quia non major ſpes erat, ſi opem humanam reſpicerent, redituros ex Babylonia Judæos, quàm mortuos in pulvere jacentes vitam recuperaturos. Simili imagine uſus eſt poſtea Deus, apud Ezekiel, C. XXXVII.

Eſt ros oleris] טל אורת *tal oroth*. Omiſerunt vertere poſteriorem vocem LXX. Intt. *Hieronymus* verò vertit: *ros luminum*, quod ſic interpretatur in Commentario: *Ros Domini, juxta fabulas Poëtarum, vincens omnes herbas Pæonias, vivificabit corpora mortuorum. Et quomodo jactis in terram ſeminibus, ros paulatim creſcere facit herbas & ad fruges ſui generis pervenire: ſic Domini ros, qui pro miſericordia ponitur, ros erit luminum plurimorum. Quod Hebraïcè dicitur* OROTH. Lectis primis verbis hujus interpretationis, nemo non exſpectaret, *Hieronymum* tandem dicturum אורת *oroth* eſſe *olera*; quæ, demiſſo rore, è ſeminibus naſcuntur & creſcunt, quid enim *rori* cum *luminibus*? אורת manifeſtò dicuntur olera 2, Reg. IV, 39. ubi ἀριὼθ habent LXX. Intt. alius verterat ἀγριολάχανα, & *Hieronymus herbas agreſtes*. Hæc eſt comparatio, ſed paullò intricatior, cujus eſt hìc ſenſus: ut ros à te demiſſus, ô Deus, educit, madefactis ſeminibus, è terra oleta: ſic benignitate tuâ fiet, ut terra mortuos emittat, ita ut iterum vivant. Eadem hæc tranſlatione dicuntur, quâ antè reditus è captivitate dicitur *reſurrectio mortuorum*.

Et terra mortuos ejiciet è ſinu ſuo] וארץ רפאים תפיל *veerets rphaim thapphil*, & terra mortuos faciet cadere. LXX. Intt. ἴαμα αὐτοῖς ἐστι, ἡ δὲ γῆ τῶν ἀσεβῶν πεσεῖται, ubi nulla Grammaticæ aut verborum ratio habetur, ſed veluti palpando ſenſus inconcinnus quæritur, & quidem fruſtra. *Hieronymus* in hunc locum: *Pro* RAPHAIM *ſoli LXX.* impios *tranſtulerunt.* Fallitur, verterunt ἴαμα, quod eſt *ſanatio*, quem ſenſum putaverunt latere in voce רפאים, quia Radix רפא eſt *curavit*. Vocem verò ἀσεβῶν addiderunt de ſuo, ſenſûs causâ. *Aquila* vocem ipſam retinuerat. *Symmachus* habebat γιγάντες. Intelliguntur, ut jam diximus, *mortui*, ſed tralatitio ſignificatu, pro hominibus miſeris, & quorum ſortis melioris ſpes nulla videbatur eſſe; qui cùm in ſedes avitas redierunt, viſi ſunt reſurrexiſſe. Verbum תפיל, quod eſt propriè *faciet cadere*, vertimus *ejicere* è ſinu; quia de reſurrectione ſermo eſt, quæ, ſi propriè res intelligatur, fieri non poteſt, niſi terra mortuos è ſinu ſuo veluti ejiceret. Hinc Apoc. XX, 13. ubi de reſurrectione: *& dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors ac ſepulcrum mortuos, qui in iis erant, dederunt*; ubi actio tralatitio ſenſu tribuitur mari, morti & ſepulcro, quemadmodum hìc terræ. Vide & C. XXVII, 13.

20. *Age, mi popule, ingredere*] Eſt admonitio Prophetæ, quâ Judæis ſuadet, ut quieti exſpectent tempus liberationis è captivitate, quod quaſi breve deſcribit; quia reverâ breve futurum erat, collatum cum tempore, quo terram ſuam antea incoluerant, & poſt captivitatem culturi erant.

Abde te, per pauca momenta] Videntur hæc petita ex eo, quod faciunt, qui, procellâ pluviæ, aut grandinis cadente, ſe ſe in penetralia abdunt, donec deſævierit, & ſudum cœlum factum ſit.

21. *Egredietur è loco ſuo Jehova*] Hoc eſt, Deus, qui veluti diſſimulavit, quid ſentiret de pravis Chaldæorum, ſeu Babyloniorum factis, mox quid de iis ſentiret, everſo eorum imperio.

Ut pœnas iniquitatis &c.] *Ad viſitandam iniquitatem* —— *ſuper eum.* Vide C. XXVII, 1.

Ab incolis terræ] Nempe, in qua erant Judæi; hoc eſt, Babyloniæ.

Terra cædes apud ſe admiſſas &c.] *Et revelabit terra ſanguines ſuos*; hoc eſt, è ſuppliciis, quæ ſumet Deus de Babyloniis, liquebit, oblitum cum non eſſe ſanguinis hominum innocentium, quem ſuderint, non aliter ac ſi cruorem in ſe effuſum terra eructaret.

COM-

Liberatio Iſraëlitarum à pœnis, quas paſſi erant, quæ hic deſcribuntur.

CAPUT XXVII. TEMPORE illo, Jehova, gladio ſuo duro, magno & valido, pœnas ſumet de magno piſce, *qui* Zygæna *dicitur;* déque *alio* magno piſce, *qui* tortuoſus *vocatur*, occidétque cetum, qui eſt in mari. ². Tempore illo *erit* vinea *racemi* rubri, de qua canite

PARAPHRASIS.

1. TEMPORE illo, Creator gladio ſuo duro magno & valido piſcem (quem *Zygænam* vocabo) Babyloniorum, nempe Regem, atque alium (qui *tortuoſus* à me dicetur, éſtque Rex Ægypti.) 2. Eo inquam tempore erit vinea, vitibus, rubrum racemum proferentibus inſtructa, quam canticis celebrare fas eſt. 3. Ego,

COMMENTARIUS
In CAPUT XXVII.

1. P*Oenas ſumet de*] *Viſitabit ſuper*, ut C. XXVI, 21.

De magno piſce] על לויתן *hal livjathan*. LXX. Intt. ἐπὶ τὸν δράκοντα. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* ſervarunt vocem ipſam λευιαθάν. Sic & Vulgatus. Hic pro magno quovis piſce ſumitur, apud Jobum pro Crocodilo. Sequentia verba oſtendunt, hic eſſe nomen generis, quod in iis ad certam ſpeciem reſtringitur.

Qui Zygæna dicitur] נחש בריח *nabhaſch bariabh*, ſerpentem vectis. LXX. Intt. ὄφιν φεύγοντα, quod ברח *barabh* ſit *fugere*. Sed נחש *nabhaſch* hic idem eſt, ac תנין, *thanin*, quod *draconem*, & *magnum piſcem* ſignificat, ut obſervavit *Sam. Bochartus* ex Hamoſi IX, 3. Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 13. Idem docebit *piſcem vectis*, aptè dici eum, quem *Zygænam* vocant Græci, quod in extremo roſtro habeat ζύγον tranſverſum jugum, aut vectem. *Aquila* verterat ὄφιν μόχλον. *Symmachus* ὄφιν συγκλείοντα. Sed Ζύγαινα omnino ſignificari videtur. Obſcurius eſt quod quæritur de Rege, qui iis verbis αἰνιγματωδῶς deſcribitur; nam deſcribi Reges ſatis convenit inter Eruditos, & res ipſa oſtendit. Qui Cacodæmonem hic deſignari volunt, eos non moror, quippe qui meram conjecturam, ſine ulla ratione probabili, ſequuntur. Re adcuratè expenſà, his verbis Regem Babyloniorum ſignificari crediderim, ænigmaticâ *Zygænæ* adpellatione, piſce verò *tortuoſo* Regem Ægypti. Ratio prioris adpellationis hæc mihi occurrebat, vocari eum *Zygænam* ex diſpoſitione Euphratis & Tigridis, inter ſe, dum Babyloniorum agros ſecant; ſi enim Euphratis alveum ab occaſu in ortum ſpectes, quà fertur in Tigrin, eum poſſis habere inſtar corporis Zygænæ, Tigrin verò, ſeu præcipuum ejus alveum Naharmalchan, per angulos rectos ſecantem, inſtar jugi tranſverſi, quod eſt in extremo *Zygænæ* roſtro. At *Piſcis tortuoſus* dicitur Rex Ægypti, propter tortuoſum Nili ex Aethiopia per Ægyptum decurſum. Oculi conjiciantur in Tabulas Geographicas Babyloniæ & Ægypti réſque veriſimilior videbitur. Erant certè hi duo ſoli Reges, à Nabuchodonoſoris ævo, Judæis graves & formidoloſi. Babylonius Rex ultimus Nabonidus à Cyro imperio deturbatus eſt, Amoſis verò Ægypti Rex à Cambyſe Cyri F. ut habet *Herodotus* Lib. I, II. & III.

Deque alio magno piſce] ועל לויתן *vehal livjathan*. Addidimus *alio*, quod Latinè loquenti neceſſarium erat, ſatis enim liquet de alio ſermonem eſſe.

Qui tortuoſus vocatur] נחש עקלתון *nabhaſch bakallethon*. Jam antea diximus voce נחש ſignificari magnum piſcem. מעקל *mehukkal* eſt contortus Hab. I, 4. & עקלקלות *bakalkalloth*, viæ *tortuoſæ* Jud. V, 6. Pſ. CXXV, 5. *Aquila*, ὄφιν ἐσκολιωμένον. LXX. & *Symmachus* σκολιὸν, Vulgatus *tortuoſum*. Hic ſignificari videtur aut piſcis ita vocatus, niſi nomen ſit datà operà fictum propter Nili inflexiones. *Diodorus* Bibl. Lib. I. p. 28. de Nilo: καμπὰς ποιεῖται μεγάλας, ποτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν Ἀραβίαν, ἐπιστρέφων, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὴν δύσιν καὶ τὴν Λιβύην ἐκκλίνων: *magnos anfractus facit nunc ad ortum & Arabiam ſe convertens, nunc ad occaſum & Libyam declinans*, Vide & ſequentia, ubi & ad meridiem redire dicitur. Sic etiam *Heſiodus* de Cephiſſo amne per Orchomenum fluente, apud *Strabonem* Lib. IX. p. 292. Ed. Gen. *Caſauboni*..

Καὶ δὲ δι' Ὀρχομενοῦ εἰλιγμένος εἶσι δράκων ὥς.
& per Orchomenum gyris contortus it, inſtar Draconis. Hinc certè ἔγχελυς dicta videtur *anguilla*, & fortè hic ipſe piſcis ſignificatur, qui inter majores cenſeri poteſt, ob inuſitatam longitudinem, certè nonnullis in fluviis; ut in Gange, ubi erant *tricenos pedes* longæ, ut ait *Plinius*, Lib. IX. c. 3. nec fortè in Nilo minores inveniebantur.

Cetum, qui eſt in mari] את התנין אשר בים *eth batthannin aſcher bajjam*. תנין quemvis piſcem majorem, licèt non ſit cetacei generis, ſignificat. Videtur autem non innui alius Rex, præter duos memoratos; multi enim metuendi erant, tunc temporis Judæis, præter eos; ſed uterque tam Babylonius, quàm Ægyptius, communi nomine ſignari. *Mare* autem dicitur quivis magnus populus, quales erant, qui Nabonido & Amaſi parebant. Vide C. XVII, 12. 13. Quod ſi mavis propriè magis intelligere *mare* de ingenti aquæ copia; Ægyptus inundabatur Nilo, ſic & Babylonia Euphrate, ut vidimus antea ad Capp. XIV, XVII. & XVIII.

2. *Erit vinea racemi rubri*] כרם חמר *cherem*

Digitized by Google

canite: 3. Ego Jehova cuſtodiam illam, ſingulis momentis, atque eam rigabo; ne *quid* ei noceat, noctu & interdiu eam cuſtodiam. 4. Ira mihi *in eam* nulla *ampliùs eſt*; utinam ſentem aut veprem *haberem* in bello! Eum invaderem, ſimúlque incenderem. 5. Aut adprehenderet munimentum meum, & pacem faceret mecum, & mihi parêret. 6. Venient *dies*, *quibus* radices aget Jacobus, florebit & pullulabit Iſraël, implebitque ſuperficiem orbis proventu. 7. Numquis plagâ percutientis percuſſit eum? an

3. Ego, *omnium* Creator, illam perpetuò cuſtodiam, & rigabo, ubi opus erit. 4. Nulla amplius eſt mihi concepta in eam ira. Utinam, in bello, mihi occurrerent ſentes, aut vepres! Ea arbuſta invaderem, & comburerem; 5. aut ingreſſus munimentum meum, mecum pacem iniret, & mihi parêret. 6. Venient iterum dies, quibus Jacobi poſteritas radices aget, florebit, implebitque orbem ſuis poſteris. 7. Numquis eam impunè per-

rem hhemer, vineam ruboris. Voculam חמר vertimus *merum* Deut. XXXIII, 14. Hic verò *rubrum* ſubaudientes *racemum*, ex uſu Linguæ Arabicæ, in qua חמר *hhamara* eſt *rubuit*; qualia vina Orientis generoſiora, unde paſſim *Homero* αἴθοψ οἶνος. Nec ſanè dixeris *vineam meri*, omnis enim vinea *merum* profert, ſed non vinum rubrum. Vide not. ad Gen. XLIX, 12. Qui vertunt *vinum, quod deferbuit*, rem vineæ non ſatis convenire non animadvertunt, aut eſſe putant epitheton otioſum; omne enim vinum deferveſcit, vel intra paucas hebdomadas. Nomine autem *vineæ* intelligitur terra Judæa, cum ſuis incolis. Vide ſuprà V, 1. & Ezek. XVII, 6, 7, 8.

De quo canite] ענו לה *hannou lah* reſpondete ei. Sed ענה tam inchoare cantum, quàm ſubſequi reſpondendo, ſignificat.

3. *Cuſtodiam illam*] *Cuſtodiens illam*, ſed futuro rem expreſſimus, quia hìc eſt non tantùm præſentis temporis, ſed & futuri ſignificatio.

Singulis momentis] לרגעים *lirgahim*, in momenta. Hæc omnia ita, in verſione LXX. Intt. obſcura ſunt & confuſa, ut neque quid velint, neque quid legerint ſatis adſequi poſſimus. Ideò jam olim *Hieronymus: multùm*, inquit, *Hebraicum in hoc loco à LXX. Editione diſcordat*. Ipſe vertit לרגעים *lirgahim* repente, perperam. Eſt *ſingulis momentis*, ut Job. VII, 18.

Atque eam rigabo] אשקנה *aſchkenah*: O miſſa eſt copula; neque enim hæc jungenda cum ſuperioribus, ſed ſeorſim intelligenda. Servatur enim per ſingula momenta vinea, ſed non ſingulis momentis rigatur. In calidis illis regionibus vites rigantur, ne exſiccentur; aut plantantur in humidioribus locis. Vide Ezek. XVII, 6. & ſeqq. Abſurdè *Hieronymus: propinabo illi*, quid eſt enim *propinare vineæ*?

Ne quid ei noceat] פן יפקד עליה *phen jiphkod haleha*, ne viſitet ſuper eam: quod verbum in malam, æquè ac in bonam partem ſumitur. Subauditur hìc nominativus פוקד *phoked*, pro more Hebræorum, eóque ſignificatur quidquid poteſt nocere vineæ, ut *hoſtis*, *fur*, aut *noxa* quævis, vel à rebus inanimatis. *Hieronymus* eodem ſenſu: *ne fortè viſitetur contra eam.*

4. *Ira mihi in eam nulla ampliùs eſt*] Antea iratus fuerat Deus vineæ ſuæ, ſeu de Iſraëlitis improbis & contumacibus pœnas ſumſerat; jam negat eam à ſe ampliùs malè habitum iri; quod tamen conditionem complectitur, ſi modò fructus exſpectatos proferat.

Utinam ſentem, aut veprem &c.] *Quis dabit ſentem, veprem in bello, progrederer in eum, comburerem eum ſimul. Sentis & vepris* videntur dici Judæorum hoſtes, qui non minùs eis noxii fuerant, quàm ſentes & vepres vineæ nocere ſolent. Sententia loci videtur eſſe; ſi quis hoſtis vineæ meæ nocere adgrederetur, eum brevi, inſtar ſentiecti, cui ignis injicitur, abſumerem. Hæc ſunt deſcriptio favoris Dei, quo Judæos è captivitate reduces texit.

5. *Aut adprehenderet munimentum meum*] או יחזק במעזי *o jehhazek bemahuzzi*; hoc eſt, ad me confugeret, quaſi ad certum & tutum perfugium, mecúmque pacem coleret. Quod videtur ſignificare, hoſtes Judæorum non aliter evaſuros eſſe pœnas divinitus in eos immittendas, niſi ſe ſe adgregent, Deúmque verum cum iis colant.

6. *Venient dies, quibus radicem aget*] הבאים ישרש *habbaim jaſchreſch*, ſupplevimus ימים *jamim*, quod fortè excidit, certè ſubaudiendum eſt. LXX. Intt. οἱ ἐρχόμενοι τέκνα Ἰακὼβ, βλαστήσει. Vulgatus: *qui egrediuntur de radice Jacob*. Quibus Grammaticas regulas conculcarunt. ימים באים *jamim baim*, dies venientes, genus eſt loquendi notiſſimum. Vide infrà C. XXXIX, 6. Jerem. VII, 32. & ſæpiùs. Adi, ſi opus eſt, Concordantias Buxtorfianas.

6. *Radices aget* &c.] Pergit in tranſlatione è vinea deſumta, ad ſignificanda Judæorum incrementa; quæ iis non contigerunt, niſi poſt reditum è captivitate Babylonica, & quidem pluribus pòſt annis.

Implebit] *Implebunt*, quia agitur de multis. Pro בתנובה *bithnoubah* eſt tantùm תנובה in ſequentibus verbis, quibus incrementum Judæorum prædicitur tantum futurum; ut orbem impleat. Quod reverâ, poſt tempora captivitatis contigit, poſt quæ Judæam, Syriámque impleverunt Judæi, latéque per Imperia Seleucidarum, Lagidarúmque ſparſi ſunt, & poſteà etiam per Imperii Romani provincias; quod paſſim *Philo* & *Joſephus*; imò & Novi Teſtamenti Libri nos docent; ex quibus liquet permultos non in Aſia tantùm, ſed etiam in Græcia & Romæ fuiſſe Judæos.

7. *Numquis plagâ* &c.] Hæ duæ interrogationes vim habent negandi, perindéque valent, ac ſi dixiſſet Propheta Judæos à nemine eſſe ad internecionem deletos; ac proinde fore, ut iterum, labentibus ſæculis, convaleſcerent. Verbo tenus habet Propheta: *an plagâ* per-

Digitized by Google

an occiſione occiſorum eſt occiſus? 8. In menſura cùm dimiſeris eam gentem, *ô Deus*, contendes pro ea. Removit duro ſuo vento, die *quo flabat* Eurus. 9. Idcirco hac re expiabitur iniquitas Jacobi, is erit omnis fructus, ut amoveat peccatum ſuum, dum ponet omnes lapides altaris *Dei nihili*, ut lapides calcis diſperſos, nec ſtabunt luci, nec templa Solis. 10. Urbs munita *fiet* deſerta, erit habitatio miſſa ac derelicta, deſerti inſtar; illic paſcetur vitulus, ibi recubabit & ramos ejus abſumet. 11. Cùm arue-
rint

percuſſit, aut prolem ejus occidit? 8. Poſtquàm eam, ô Deus, dimiſiſſe videberis, tamen pro ea contendet. 9. Ideo expiabitur, hac re, iniquitas Iſraelitarum; hunc unum fructum ſine colligent, quod a pecato abſtinebunt, dum omnes lapides, quibus conſtant altaria fictitiorum Deorum, diſjicient;

percutientis cùm percuſſit eum (nempe, percuſſor) *an ut occiſione occiſorum ejus occiſus eſt*; quæ internecionem ſignificant. LXX. Intt. habent: μὴ ὡς αὐτὸς ἐπάταξε, καὶ αὐτὸς οὕτως πληγήσεται, καὶ ὡς αὐτὸς ἀνεῖλεν οὕτως ἀναιρεθήσεται. Quibus quidem verbis eſt ſua ſententia, at non eadem, quæ Hebraicis: *Hieronymus* etiam incommodiùs: *Numquid juxta plagam percutientis ſe percuſſit eum, aut ſicut occidit interfectos ejus, ſic occiſus eſt.*

8. *In menſura cùm dimiſeris eam*] בסאסאה בשלחה *bjaſſeah bſchallebba.* סאה *ſeah* quidem conſtat eſſe *ſatum*, menſuram aridorum, tertiam partem Ephæ, trigeſimam Chomeri. Verùm hæc Eſaiæ vox nuſquam alibi exſtat, ideò vix ſat certò poteſtas ejus indicari queat. LXX. Intt. μαχόμενος καὶ ὀνειδίζων αὐτοὺς, quæ mera ſunt ſomnia hominum, id, quod non intelligebant, pro arbitrio vertentium. Vulgatus: *in menſura contra menſuram. Aquila* & *Symmachus* ἐν σάτῳ σάτον. *Theodotion*, ἐν μέτρῳ μέτρον. Putarunt, nempe, eſſe repetitionem vocis סאה, *ſatum*, nec immeritò. Sed crediderim eam repeti, ut ſignificetur Deus, quem Propheta ſine dubio adloquitur, ut dicatur Deus modum adhibiturus in repetendis pœnis ab Judæis, adeò ut *in ſato ſato* ſit perinde, ac certâ menſura, & quæ modum non excedat. Eſt enim in repetitione ejuſdem vocis ἔμφασις quædam, de qua vide *Sal. Glaſſium* Ph. S. Lib. III. Tr. I. can. 16. בשלחה reſpicit ad reditum è captivitate Babylonica, è qua Deus ſingulari providentiâ Judæos, quaſi ſat graves pœnas paſſos, dimiſit. Adfixum fœmininum referretur ad vocem fœmininam, quæ *gentem*, aut *captivam turbam* ſignificet, quam Deus emiſſurus erat, cum LXX. annorum exſilii ſat graves pœnas dediſſet. Aut ארץ *terra*, quæ paſſim eſt pro *gente*, aut שבית *captivitas*, pro captivis, aut ſimile quid ſubauditur. Ideò *gentem* ſupplevimus.

O Deus] Supplevimus hanc vocem, ſæpe ſupplendam.

Contendes pro ea] תריבנה *thribennah*; hoc eſt, cauſam ejus ſuſcipies defendendam, ſeu cum tueberis. Sic ſumitur hoc verbum C. I. 17. Alioqui ſignificat *cum quopiam contendere*, cui ſignificatui hic non erat locus. *Theodotion* κρινεῖ αὐτήν. Vulgatus, *judicabis eam*, meliùs.

Removit duro ſuo vento] הגה רוחו הקשה *hagah roucho hakkaſcha*, pro ברוחו *broubho*. הגה hic eſt *amovit*, quæ eſt verbi poteſtas 2. Sam. XX, 13. Proverb. XXV, 4, 5. LXX. Intt. abſurdè οὐκ σὺ ἦσθα μελετῶν, *Theodotion* ἐμελέτησεν, & Vulgatus: *meditatus eſt.*

Die, quo flabat Eurus] ביום קדים *jom kadim*, die Euri. Intelligitur *vehemens ventus*, qualis videtur fuiſſe Eurus in illis regionibus. Vide dicta à nobis, de hac voce, in Diſſert. *de Maris Idumæi trajectione* §. V. Hoc vult Propheta, Deum, cùm è Judæa abducti ſunt incolæ à Babyloniis, eos quaſi turbine ejeciſſe. Vide C. XXVIII, 2. & Pſ. XLVIII, 8. Jerem. XVIII, 17. Fortè utitur hac voce Propheta, quia Babylonii ab Oriente profecti expulſuri erant Judæos. Loquitur de re futura, quaſi præterita, more prophetico, quo de certo futuris, quaſi præteritis, loqui ſolent. Apoſtrophe ad Deum, ſecundâ perſonâ, exprimi debuit; ſed tertiam mox adhibet, pro more Hebræorum, verborum ſtructuram ſubitò mutantium, numeróſque, tempora & perſonas permiſcentium.

9. *Hac re expiabitur iniquitas*] בזאת יכפר עון *bzoth jechuppbar havon*; hoc eſt, peccati ſui veniam impetrabunt Judæi, ſi omnem Idololatricum cultum à ſe amoveant.

Is erit omnis fructus, ut amoveat &c.] Hunc ſolum fructum capiet Deus beneficiorum ſuorum in Judæos collatorum, quòd ſe unum ſint culturi. Quod humano more dicitur, cùm reverâ Deus fructum, ſeu emolumentum nullum capiat, aut capere poſſit à creaturis; quæ ſolæ meliùs habent, cùm eum colunt, ut par eſt.

Pro *ut amoveat* eſt הסר *haſer*, amovere. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* περιαιρεθῆναι τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, quod idem eſt, ad ſenſum quod adtinet. Sic & Vulgatus. At LXX. Intt. ἡ εὐλογία αὐτοῦ, ὅταν ἀφέλωμαι τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ. Senſum de ſuo, neglectâ Grammaticâ, comminiſcuntur, ut paſſim.

Dei nihili] Hoc ſupplevimus, cùm ſequentia clarè oſtendant, hic agi de altaribus Deorum nihili, τῶν אלילים *elilim.*

Ut lapides calcis] כאבני גר *cheabne gir.* גר *gir* eſt *calx*, etiam apud Arabas. LXX. Intt. ὡς κονίαν λεπτήν. *Hieronymus* vertit *lapides cineris.* Sed lapides in calcem, non in cinerem rediguntur. *Lapides* autem *calcis* inepti planè ſunt ædificio, cùm in pulverem facilè redigantur; ac proinde vult Propheta, ita dirutum iri Deorum commenticiorum aras, ut collectis iterum earum lapidibus inſtaurari nequeant, cum lapides corrupti fuerint.

Diſperſos] מנפצות *mnupphatſoth.* LXX. Intt. καταλελυμένους. *Aquila* προσερριμμένους. *Symmachus* λελεπτυσμένους, *Theodotion* ἐκλελεπτυσμένους. Vulg. *adliſos*, ſed נפץ *naphats* eſt ſpargi, diſſipari, quod mollibus calcis fragmentis contingit.

Templa ſolis] חמנים *hhammanim*, de quibus vide ad Levit. XXVI, 30. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* τεμένη, Vulg. *delubra.* LXX. Intt. εἴδωλα.

10. Urbs

Digitized by Google

rint ejus rami, confringentur, & venientes mulieres eam incendent. Neque enim populus eſt prudens, propterea non miſerabitur ejus, qui eum fecit, nec qui eum formavit ei benefaciet. [12]. Illo die, excutiet *vos* Jehova ab alveo fluvii *Euphratis* usque ad flumen Ægypti, & vos colligemini ſingillatim, ô Iſraëlitæ. [13]. Illo tempore, clangetur tubâ magnâ, & venient, qui perierant in terra Aſſyria, expulſive fuerant in terram Ægyptiam, & adorabunt Jehovam Jeroſolymæ, in monte ſacro.

Vati-

cient; cùm non ampliùs ſtabunt luci, nec templa Solis. 10. Quæ niſi fiant, urbs parum munita habebitur, quamvis non careat præſidio; quaſi eſſet in ſolitudine & ſine præſidiariis militibus. Ibi paſcentur juvenci & foliis arborum alentur. 11. Rami arborum, cùm aruerint, facilè frangentur, & vel à mulieribus venientibus comburentur. Nam imprudens eſt populus, quamobrem Creatorem ejus non miſerebitur, qui eum fecit, à quo nulla beneficia exſpectare poterit. 12. Eo tempore, Creator patietur vos pelli à ripis Euphratis, uſque ad ripas Nili, dum adhuc coletur Jeroſolima in monte Sacro, quod & facere potuiſſent.

PARA-

10. *Urbs munita*] Hæc retulerim ad Babylonem, ita munitam, ut vi expugnari poſſe non crederetur; nec capta ſit à Cyro & Dario, cùm rebellaſſet, niſi ſtratagemate, ut notum eſt ex *Herodoto* Lib. I. & aliis; ut opus non ſit loca adſcribi. Cui noti non ſunt Babylonis muri?

Fiet deſerta] בדד *badad*, ſolitudo. Vide ad Cap. XIII.

Ramos ejus] סעיפיה *ſebipheah*. Significari videntur nemora, quæ umbræ captandæ causâ, intra Babylonem conſita erant; inter quæ horti penſiles, uſque adeò decantati, eminebant. Capræ quidem, potiùs quàm vituli, poterant adtondere ramos teneriores arborum, quæ frondibus libentiùs veſcuntur, quàm herbis, ut vituli. Sed videtur hoc dici, ut pleniùs deſcribatur Babylonis ſolitudo; quæ ſumma eſt, cùm vituli per nemora mœnibus clauſa liberè errant, & frondes tonſilium ſilvarum carpunt. Hîc LXX. Intt. ſomnia ſua, cùm hæc non intelligerent, lectoribus narrant, *Symmachus* vertit rectè κλάδοι αὐτῆς, ut & LXX. *C.* XVII, 6. Vulgatus, *ſummitates ejus*, quod perinde eſt.

11. *Ejus rami*] קצירה *ktſirah*, meſſis ejus, ſed ſumitur etiam pro ramis arborum. Pſ. LXXX, 12. Job. XIV, 9. XXIX, 19. Sic dicuntur, quia interdum demiſſi ferro ab arbore decurtata reſecantur, quæ vis eſt radicis קצר *katſar*.

Confringentur] תשברנה *thiſſchabarnah*, quod non ſatis convenit cum קצירים *ktſirim*, quod eſt maſculini generis, poſtularétque ישברו *jiſchaberou*. *Symmachus* συνθριβήσονται & Vulg. *conterentur*.

Venientes mulieres] *Grotius* Medos populum imbellem interpretatur, qui Babylonem invaſerint, ante tempora Nabuchodonoſoris. Sed hiſtoriis deſtituimur, quibus hoc confirmari queat. Malim hæc ad remotiora tempora referre, quibus demum Babylon in ſolitudinem mutata eſt.

Populus eſt prudens] עם בינות *ham binoth*, populus prudentiarum. Hîc *prudentia* virtus eſt moralis, quâ vitia & delicta vitantur; nam imprudentia mera, quæ ab ignorantia ſola oritur, non eſt vitium, quod ſit tantis pœnis dignum. Ac ſanè Babyloniis ſuperbia, ferocitas, injuſtitia ac crudelitas exprobrantur Cap. XIV.

12. *Illo die*] Hoc eſt, tempore, non tamen quo Babylon in deſertum converſa eſſet, ſeriùs enim multò hoc contigit, ſed quod procul adhuc remotum erat, nam à morte Hezekiæ, quo regnante potiſſima vaticinia protulit Eſaïas, ad Cyri regnum Babylonicum, cujus primo anno liberati ſunt Judæi, effluxit plusquàm ſeſqui-ſæculum. Sæpe voces hæ ביום ההוא, *die illo*, non definitum tempus, ſed futurum tantùm ſignificant.

Excutiet] יחבט *jahbbot*; Eſt חבט *hhabat* excutere fructus ex arbore aut ſemen è planta bacillo. Vide Deut. XXIV, 20. & hîc XXVIII, 27. Perperam LXX. Intt. συμφράξει, reliqui Græci, ῥαβδιεῖ rectiùs, quamquam meliùs fuerat ἐκτινάξει. Vulgatus *percutiet*, incommodè, cùm agatur de reditu Judæorum; qui quaſi fructus arboris, aut ſemen maturum plantæ deſcribuntur, eo tempore, quo exactis LXX. captivitatis annis, revocandi erant in patriam, ut fructus & ſemina matura in horrea feruntur.

Ab alveo fluvii] משבלת הנהר *miſſchibboleth hannahar*. Fluvius κατ' ἐξοχὴν vocatur, pro more ſolito, Euphrates; ad cujus Babylonicos alveos, aliáque loca vicina abducti ſunt Judæi. LXX. Intt. ἀπὸ τοῦ διώρυγος τοῦ ποταμοῦ Vulg. *à foſſa fluminis*, quales aliquot erant manufactæ in Babylonia. *Symmachus* ἀπὸ ῥείθρου. Sumitur eadem vox pro fluento Pſ. LXIX, 9, 16.

Uſque ad flumen Ægypti] נחל מצרים *nahhal mitsrajim* LXX. Intt. ἕως Ῥινοκορούρων, perperam, ut res ipſa oſtendit; prædicit enim Propheta, revocatum iri in patriam Judæos omnes, qui ſparſi erant per terras Babyloniæ & Ægypto interpoſitas, non excluſis tamen Ægypto & Babyloniâ, in quibus maximus erat eorum numerus. Itaque fluvius Ægypti eſt Nilus ipſe, ad cujus ripas multi habitabant Judæi, & quidem in Nomis Ægypti propioribus; ut è poſtremis Jeremiæ Capp. liquet. Ideò reliqui Intt. Græci ἕως χειμάῤῥου Αἰγύπτου, quo nomine ſolus Nilus poteſt vocari. Vide not. ad Joſ. XIII, 3.

Singillatim] לאחד אחד *leahhad ehhad*, ad unum; hoc eſt, ſingillatim, Gallicè *un à un*; nam præter eos, qui cum Zorobabele & Heſdra redierunt facto agmine & publico conſilio, alii ſeorſim venerunt in Judæam è Babylonia. Hammonitide, Moabitide, Arabia & Ægypto.

13. *Clangetur tubâ magnâ*] Hoc eſt, quaſi tubâ ingenti vocati Iſraëlitæ concurrent in patriam. Tubæ illius magnæ primus clangor fuit edictum Cyri, alter edictum Darii; de quibus vide Heſdram.

Qui perierant] Qui à cœtu Iſraëlis, cultúque veri Dei defeciſſe videbantur, ſedéſque in perpetuum collocaſſe, apud Aſſyrios, vel apud Ægyptios. Vide Cap. XXVI, 19.

COM-

Digitized by Google

Vaticinia in Regna Iſraëlis & Judææ.

CAPUT. XXVIII. 1. VAE coronæ ſuperbæ, ebrioſorum Ephraïmitarum. Flos ornamentum eorum gloriæ decidit, qui *erat* impoſitus capiti vallis pinguium, vino vacillantium. 2. Mox *erit* Domini turbo exſcidii validus & vehemens, ſicut nimbus grandinis, ut nimbus magnæ aquæ & exundantis, eam manu in terra ponet. 3. Pedibus calcabitur corona ſuperba temulentorum Ephraïmi; 4. deciduus erit flos & ornamentum ejus gloriæ, qui *erat* impoſitus capiti vallis pinguium, inſtar ficûs præcocis ante æſtatem, quem ubi videt quiſpiam, dum adhuc eſt in manu ejus, deglutit. 5. Die illo Jehova, *Deus*

PARAPHRASIS.

1. VAE coronis ſtolidis Ephraïmitarum ebrioſorum! Jam ornamentum, quo ſe ſe jactabant, ex eorum capitibus ebrietate nutantibus decidit. 2. Mox erit vehemens & exitialis turbo, in eos homines à Deo demiſſus, inſtar grandinis, aut copioſiſſimæ pluviæ, quo eæ coronæ in terram conjicientur. 3. Tum verò pedibus calcabitur ſuperba corona temulentorum Ephraimitarum. 4. Flos & ornamentum ſuperbum eorum gloriæ decidit, quod impoſitum erat capitibus hominum locupletum, inſtar præcocis ficûs, quæ ante æſtatem cedit, & quam quivis ſtatim comedit ac vidit. 5. Eo tempore, Creator, idémque Deus exercituum, erit coronæ decoræ inſtar, aut

COMMENTARIUS
In CAPUT XXVIII.

1. VÆ *coronæ ſuperbæ*] הוי עטרת גאות *hoi hatereth geouth.* Particulum הוי *væ* ſequitur interdum ל nota Dativi, ſed & interdum omittitur, ut docebit *Chr. Noldius.* In hujuſmodi tamen oratione ſemper eſt ſubaudienda. *Corona* autem *ſuperbiæ* videtur ſignificare ornamenta, quibus Ephraïmitæ ſuperbiebant, ſive in conviviis, in quibus coronis utebantur, ut obſervat *Grotius*, ſive alia. Vide Job. XIX, 19. Jerem. XIII, 18.

Flos ornamentum eorum gloriæ decidit] וציץ נבל צבי תפארתו *vetſits nobel tſebi thiphrartho*, & flos cadens ornamentum gloriæ ejus. Quidquid eum ornabat, & quo gloriabatur, peribit.

Capiti vallis pinguium] על ראש גיא שמנים *hal roſch ge ſchmonim*; hoc eſt, ut videtur, primoribus vallis divitum; quibus verbis deſcribuntur homines divites, qui incolebant valles Tribûs Ephraïmiticæ; quæ valles frequentes fuerunt, in montanis Ephraimi, nulli enim montes ſine vallibus.

Vino vacillantium] הלומי יין *halonme jajin*, vacillantium vini. LXX. Intt. μεθύοντες ἄνευ οἴνου, reſpicientes ad Eſ. XXIX, 9. *Aquila* κατεληλασμένοι οἴνῳ, ubi legendum videtur κατεληλαμένοι, aut κατηλαμένοι, Attico more, à κατελαύνομαι, *dejicior*, niſi quis malit κεκλασμένοι fracti; nam verbum הלם eſt *malleo tundere*, & *frangere*. Vide Prophetam C. XVI, 7. & XLI, 7. Hic verò *vacillantes* vertimus, quæ eſt poteſtas Hebraïſmi *tuſi*, vel *fracti* vino, qui Latinè verbo tenus exprimi non potuit. Hoc voluit *Symmachus*, qui habebat πεπλανημένοι ὑπὸ οἴνου, & fortè *Theodotion*, qui verterat καταπεπνιγμένοι οἴνῳ.

2. *Mox erit*] הנה *hinneh*, quod in Prophetis eſt frequentiſſimè adverbium temporis, eadem poteſtate, ac *mox*.

Turbo exſcidii] Ordo eſt nonnihil inverſus in Hebraicis, hoc modo: *ecce validus & vehemens Domini, ut imber grandinis, turbo exſcidii, ut imber aquarum.* Reſpicit Propheta ad exſcidium, quod à Salmaneſero mox imminebat decem Tribubus, & quod ſub imagine procellæ deſcribitur. Vide ad C. XXVII, 8.

Eum manu in terra ponet] הניח לארץ ביד *hinniahh learets bejad*, faciet quieſcere ad terram manu; hoc eſt, vi in terram dejiciet, ita ut tolli nequeat. Referenda hæc ad *florem ornamentum capitis*, qui quaſi procellâ dejectus deſcribitur; quibus verbis extremæ Iſraëlitarum clades pinguntur, qui avecti, quaſi turbine, in Aſſyriam, numquam inde redierunt; certè publico conſilio; nam non dubitandum, quin aliquammulti redierint, poſt edictum Cyri, ſed non magno numero ſimul.

3. *Calcabitur*] *Calcabuntur* תרמסנה *theramosnah*, quia plurium ornamenta nomine ſingulari ſignificantur.

4. *Inſtar ficûs præcocis*] כבכורה *chebiccourah* LXX. Intt. πρόδρομος σύκου, ficus, quæ primæ maturæ ſunt, de quibus vide not. ad Marc. XI, 13. in addit. Hammondianis. *Aquila* Etymologiæ interdum interpres πρωτογόνημα, & *Theodotion* ὥσπερ πρώϊμος, Hieronymus, *temporaneum*, incommodè. Qui dudum ficus recentes non comederat, ſi in præcoces inciderat, libenter decerptas comedebat & deglutiebat; ideóque clades ſubita decem Tribuum, & abductio in captivitatem per Salmaneſerum ei rei confertur.

5. *Fiet corona decora* &c.] Hoc eſt, ornamento erit iis, à quibus conſtanter coletur; vel ſapientes & beati prædicabuntur, qui Deum tam veracem, támque potentem colent. Eodem loquendi genere mulier ſedula dicitur eſſe *corona viro ſuo* Prov. XII, 4. filiique parentibus, & parentes filiis eodem Libro XVII, 6.

Cicla

Digitized by Google

Deus exercituum, fiet corona decora, & cidaris ornamenti reliquiis populi tui, 6. & ſpiritus judicii ſedenti juris *dicundi* causâ, & robur iis, qui prælium à porta avertunt. 7. Illi etiam præ vino vacillarant, & præ ſicera titubarant, Sacerdos & Propheta nutarant, præ ſicera, abſorpti erant præ vino, erraverant præ ſicera, titubarant in viſo, impegerant in jure dicundo. 8. Nam omnes menſæ repletæ ſunt vomitu & ſordibus, ut nullus *mundus ſuperfuerit* locus. 9. Quem doceret *Sacerdos aut Propheta* ſcientiam? quam

aut cidaris, quæ ornatûs causâ à Regibus geritur, populo reliquo ſuo, 6. & ſpiritus, à quo adflentur judices, ut juſta ſint eorum judicia. Idem erit, qui adflabit judices, de civibus ſententiam laturos, & fortitudine donabit eos, qui exercitibus imperabunt, ut hoſtes procul ab urbibus caſtra ponant. 7. Illi etiam ebrii cùm eſſent, aut vino, aut ſicerâ, titubaverant; ne exceptis quidem Sacerdotibus & Prophetis, in jure dicundo. 8. Omnes menſæ refertæ ſunt vomitu & ſordibus, adeò ut nullus ſupereſſet locus purus. 9. Quem docerent Prophetæ & Sacerdotes diſciplinas ſacras? quem inſtituerent in ſcientia quapiam? An eum, qui non multò antea à lacte depulſus

Cidaris ornamenti] לצפירת תפארה *litsphirath thiphharah*. LXX. Intt. ὁ πλακεὶς τῆς δόξης, quod quid ſit neſcio. *Hieronymus*: *ſertum exaltationis*. *Chaldæus*: לכתר דתושבחא *in coronam laudis*. Idem, nempe, ac antecedens עטרת *corona*, putarunt, ita ut ſit hìc Synonymorum conjunctio, Hebræis frequens. Ideò *cidarim* vertimus. Opponuntur hæc *coronæ ſuperbæ* Ephraïmitarum, innuitque Propheta, Deum fore ornamento Judæis; propter quod meritò laudarentur, non ut divitias Ephraïmitis, quæ caducum & laude indignum ornatum iis præbebant.

Reliquiis populi ſui] Eos, qui Hezekiæ parebant, ſeu Tribus Iudæ & Benjaminis ſignificari puto; quæ cum decem Tribubus collatæ erant tantùm reliquiæ Iſraëlitici populi. Reverâ hæ diutiùs aliis ſtetere, viderúntque imperium ab Aſſyriis ad Babylonios tranſlatum, ante captivitatem.

6. *Et ſpiritus judicii* &c.] Hoc eſt, faciet, ut Judices Jeroſolimitani, aliorúmque oppidorum Judææ è legibus Moſaïcis jus populo dicant. Notum eſt voce רוח *rouahh* frequenter pro adfectione animi ſumi, ideóque, cùm Deus *ſpiritus judicii* dicitur, perinde eſt, ac auctor juris è legibus dicundi.

Juris dicundi causâ] *Ad judicium*, על משפט *hal miſſchphat*.

Robur iis] Aut *fortitudo* לגבורה *ligbourah*, hoc eſt, cauſa fortitudinis eorum, qui à mœnibus ſuis hoſtes amovebunt.

Prælium à porta avertunt] משיבי מלחמה שערה *mſchibe milhhamah ſchaherah*. Propriè verti deberet *ad portam*, ſed res ipſa oſtendit, perinde hìc eſſe, ac משער *miſſchahar* ἀπὸ πύλης, ut habebat *Theodotion*, non quòd ה, quod motum ad locum, ſignificat, ſit idem ac מן *à*; ſed quia ſententia eſt, *prælium ad portam* commiſſum illinc *avertent*, ἀποστρέψουσι, ut idem verterat. Minùs commodè *Hieronymus*: *revertentibus de bello ad portam*. Deteriùs LXX. Intt. κωλύοντας ἀνελεῖν.

7. *Illi etiam*] Judæi quoque, inſtar Ephraïmitarum, vixerant; ſed Deus eos ad ſaniorem mentem revocarat, aut revocaturus erat.

Præ vino vacillarant] ביין שגו *bajjajin ſchagou*, in vino errarant; hoc eſt, ebrii titubantibus cruribus, huc illuc ferebantur. Ita & in ſequentibus verbis תעו *thahou* ſumitur.

Abſorpti erant præ vino] נבלעו מן היין *niblehou min hajjajin*. Sic dicimus Gallicè: *noyer ſa raiſon dans le vin*; ut, qui abſorpſerunt vinum, nimiâ copiâ, eo abſorpti videantur.

præſtabat.

Titubarant in viſo] Falſa viſa ebrii protulerant. Spiritus enim propheticus non ſemper prophetas vitiorum & delictorum immunes

8. *Et ſordibus, ut nullus* &c.] צאה בלי מקום *tſoah bli makom*, ejectione ſine loco, ὥστε μὴ ὑπάρχειν τόπον, ut habebant *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*, qui potuiſſent etiam ſupplere καθαρόν. Vulgatus: *ut non eſſet ultra locus*; nempe, mundus. *Hieronymus* in hunc locum: *Miror autem, quid voluerit Theodotion, ut pro verbo Hebraïco, quod dicitur*, CISOA, *pro quo Aquila interpretatus eſt* vomitum ſordium, *& Symmachus tantùm* vomitum; *ille diceret* ἔμετον δυσαλίας, *id eſt*, vomitum dyſaliæ, *quod verbum, ubi apud Græcos lectum ſit, invenire non potui; niſi fortè novæ rei novum finxerit nomen; ſiquidem, & apud Hebræos, compoſitum eſt, quia* vomitus *dicitur* CI *&* SOA *ſordidus*. *Quidquid igitur nauſeam facit & vomitum* δυσαλία *vocari poteſt*. *Sed* קיא צאה ſunt duo verba, quorum prius eſt *vomitus*, poſterius *ejectio*, quæ *excrementum* dicitur; à יצא *jatſa*, exivit. Fortè *Symmachus*, qui κυριολογίας ſtudioſus erat, ſcripſerat ἀπεψίας, nam vomitus oritur ex eo, quod ſtomachus admiſſa concoquere nequit. Hìc LXX. Intt. nihil habent, quod ad rem faciat.

9. *Sacerdos, aut Propheta*] Hæc ſupplevimus, quia participium יורה *joreh*, docens, nomen ſubſtantivum poſtulat, ad quod referatur; nec aliorum erat plebem inſtituere, niſi Sacerdotis, aut Prophetæ.

Inſtitueret doctrina] יבין שמועה *jabin ſchmouhah*, faciet intelligere auditionem. Hìc *auditio* eſt pro re auditu digna, ut Græcè ἀκρόαμα. LXX. Intt. habent: Τίνι ἀνηγγείλαμεν κακά; καὶ τίνι ἀνηγγείλαμεν ἀγγελίαν; Pro דעה *dehah ſcientiam*, legerunt רעה *rehah*, malum, ut rectè obſervavit *Hieronymus*: *Quod autem*, inquit, *verbum Hebraïcum* DEA, *quod omnes verterunt* ſcientiam, *ſoli Septuaginta* mala *interpretati ſunt, error perſpicuus eſt. Prima enim littera* DALETH, *vel* RES *parvo apice diſtinguuntur. Si ergo legatur* DEA, ſcientiam, *ſi* REA malitiam *non à malo, quod contrarium bono eſt, ſed ab anguſtia*.

Depulſos &c.] Hæ interrogationes ſunt negationum loco. Significat Propheta, eos fuiſſe à Sacerdotibus & Prophetis inſtituendos, qui

quam inſtitueret doctrinâ? depulſos à lacte, avulſos ab uberibus? [10]. Præceptum enim præcepto, præceptum præcepto, regula regulæ, regula regulæ *additur*; parum hîc, & parum illic; [11]. nam labiis blæſis & linguâ aliâ adloqui ſolent hunc populum. [12]. Cui dixit *Deus*: hæc requies, requiem præſtate laſſo; hæc eſt tranquillitas; at nolue-

pulſus erat? 10. Præcepta enim & regula omnium diſciplinarum ſæpius repeti atque exponi debent à Magiſtris, & paullatim memoriæ mandari à Diſcipulis. Quod fieri eo tempore, quo admodum rudes erant Judæi, potiſſimùm fuit neceſſarium; 11. nam, veluti blandientes, & balbutientes hunc populum Prophetæ adloquebantur. 12. Per eosdem dixit, etiam Deus: hoc modo requietem à me impetrabitis, ſi laſſis hominibus, quibus laborem impoſuiſtis, requietem etiam concedatis. Hoc modo vobis tranquillitatem impetrabitis,

qui inſtitutionis capaces eſſent, rationéſque ejus intelligerent; non eos, qui omnino rudes erant, ac proinde non eſſe jubendos tantùm facere quidpiam, aut omittere, nulla additâ ratione; ſed ita docendos, ut ſine monitore perpetuo, officiis ſuis probè defungi poſſent.

10. *Præceptum præcepto*, &c.] כי צו לצו *chi tſav latſav*, LXX. Intt. θλῖψιν ἐπὶ θλῖψιν, *Hieronymus*: *manda, remanda*. Poteſt quidem צו *tſav* eſſe Imperativus, ſed τὸ ל ſecundo præfixum oſtendit reverâ eſſe nomen, cui ſoli aut Gerundio, aut potiùs Infinitivo, Gerundii vice fungenti, præfigitur ל. Itaque צו à צוה eſt *præceptum*, ut קו à קוה eſt *linea* aut *regula*. Sententia eſt, rationem docendi plebem, quâ utebantur eo ævo Sacerdotes & Prophetæ Jeroſolimæ, fuiſſe tantum παραινετικὴν, & totam minutis præceptis conſtitiſſe, regulisque; nec ulteriùs homines, rationis compotes, ad cognitionem officiorum admiſiſſe, quaſi ea eſſent arcana, quæ ad ſolos doctores pertinerent; à quibus ſatis erat, plebem præcepta, pro re nata, accipere, mox ad eos redituram, ſi quid addubitarent. Quod ſolet fieri pueris, qui totam ſeriem præceptorum, obſervationumque, pro hominibus, temporibus, rebus & locis, memoriæ infigere nondum poſſunt, ſed manuductione quadam perpetuâ indigent. Sic faciebant Legis Doctores, Sacerdotes & Prophetæ, temporibus Eſaïæ, qui innumerabilia jam tum præcepta de cærimoniis legis, ſenſim ac minutatim proponebant, prout res poſtulabat, obſervanda. Qua in re Majores ſuos probè imitati ſunt Doctores Thalmudici, qui ſubtilibus rerum mediarum diſtinctionibus, in immenſum auxerunt præceptorum ritualium numerum, rémque inani ſubtilitate intricarunt.

Præceptum præcepto] Illa repetitio graphicè deſcribit ſedulitatem, quam ejuſmodi Magiſtri præ ſe ferebant; non ut prodeſſent diſcipulis, ſed ut operam ſuam iis venditarent, doctioréſque & accuratiores viderentur.

Regula regulæ] קו לקו *kav lkav*. Eſt propriè קו *amuſſis*, vel *linea*, quâ finitur terrarum tractus, atque ab alio ſecernitur, aut quâ quidpiam ad amuſſim exigitur; unde petitâ translatione, ſignificantur eâ ipſâ voce regulæ, ſeu leges Magiſtrorum de rebus licitis & illicitis, ac mediis; quibus docebant, quatenus in re quadam progredi liceret, ſine delicto. Quibus definitionibus plenæ etiamnum ſunt Thalmudicæ tabulæ, LXX. Intt. προσδέχου ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι, quia קוה in Pihel *exſpectare* ſignificat. Vulgatus: *exſpecta rem, exſpecta*.

Parum hic & parum illic] זעיר שם זעיר שם *zebir ſcham, zebir ſcham*. In minutiis ritualibus, è Doctorum ſententia, aliquâ re hic, aliâ illic delinqui poterat; quod debebat certis piaculis expiari, ne graviora paullatim fierent peccata.

11. *Labiis blæſis & linguâ aliâ*] בלעגי שפה *blabage ſchapah*. LXX. Intt. διὰ φαυλισμὸν χειλέων, quod vertit *Hieronymus*: *propter irriſionem labiorum*, unde liquet ita eum legiſſe in ſuis Codicibus, ut nos in noſtris. Attamen ſuſpicari quis poſſet, ſcripſiſſe Græcos Interpretes, non φαυλισμὸν ſed τραυλισμὸν, quæ eſt Hebrææ vocis, hoc in loco, propria ſignificatio, ex Syriacæ Linguæ uſu; quia hic ſermo eſt de reſponſis Magiſtrorum, qui erga plebem Judæam ſe gerebant, quaſi erga infantes, quibuſcum balbutiunt nutrices; hoc eſt, qui minutis præceptis regulisque, & iis ſingillatim propoſitis, eos paſcebant; quod irridet Propheta vers. 10. *præceptum præcepto* &c.

Linguâ aliâ] בלשון אחרת *blaſchon abhereth*, hoc eſt, quaſi aliâ linguâ uterentur. Sermo enim nutricum refertus eſt fictis & ὑποκοριστικοῖς voculis, quæ non ſunt linguæ communis. Sic & hi Religionis & morum ψευδοδιδάσκαλοι præceptiunculis irretiebant miſeram plebem. Quas & fortè inuſitato ſtylo exprimebant, quod poſtea etiam fecerunt doctores Thalmudici, ut ex eorum reſponſis, opere Thalmudico comprehenſis, ſatis liquet.

12. *Cui dixit Deus*] Supplevimus vocem *Deus*, & rem expreſſimus ſingulari numero, cùm habeat Propheta *quibus dixit*. At Latinè loquenti, quia præceſſerat *populus*, ſingulari potiùs utendum fuit.

Hæc requies] זאת המנוחה *zoth hammenoubbah*. LXX. Intt. τοῦτο τὸ ἀνάπαυμα. Vulgatus: *hæc eſt requies mea*. Sed Deus non loquitur de ſua ipſius quiete, ſed eorum, qui feſſum refocillant. Sententia eſſe videtur, tranquillitatem, ſeu quietem animi, ſibi comparaturos Judæos, non anxiâ minutorum præceptorum, quorum alia aliis ſuperadduntur, obſervatione, vel ſubtilium regularum ope, ſed benignitate erga egenos.

Requiem præſtate laſſo] הניחו לעיף *hanibhou lebajeph*, facite quieſcere feſſum; hoc eſt, hominem itinere, aut labore feſſum cibo vel quiete refocillate, liberales erga eum vos præſtantes. LXX. Intt. τῷ πεινῶντι omiſſo verbo. Vulgatus rectiùs: *reficite laſſum*.

Hæc eſt tranquillitas] וזאת המרגעה *vezoth hammargehah*. LXX. Intt. τοῦτο τὸ σύντριμμα, ſine ſenſu, & præter ſignificationem vocis. *Aquila* meliùs: καὶ αὕτη ἡ ἀνάψυξις, quem ſequutus *Hieronymus*, qui habet: *& hoc eſt meum refri-*

noluerunt audire. 13. Fuit illis verbum Jehovæ præceptum ad præceptum, præceptum ad
præceptum, regula ad regulam, regula ad regulam *accedens*; pauxillum hîc, & pauxil-
lum illic; ut incedant, cadántque retrorſum, frangantur, illaqueentur & capiantur.
14. Itaque audite verbum Jehovæ, homines irriſores, qui huic populo dominamini,
qui eſt Jeroſolimæ. 15. Dixiſtis enim: pepigimus fœdus cum morte, & cum ſepul-
cro

trabitis, ſed eum audire noluerunt. 13. Quamobrem Creator iis multa præcepta impoſuit, & multas regulas præſcripſit, ut, dum iis obſervandis occupati ſunt, nec tamen adcuratè ſatis obſervant regularum minutias, cadant retrorſum, atque illaqueentur & capiantur.

14. Audite verbum Creatoris, vos irriſores, qui hunc populum regitis Jeroſolimitanum. 15. Dixiſtis enim, vos fœdus pepigiſſe cum Morte & cum Sepulcro; ita ut, cùm peſtilentia orietur, &

refrigerium. *Symmachus:* ϗ αὕτη ἡ ἠρεμία, & *Theodotion:* ϗ ὗτος ὁ ἀγρός, quarum verſionum rationem alii quærant. Conſtat verbum רגע *ragah*, quod in conjugatione *Kal* eſt *movere*, in *Niphal* & in *Hiphil* eſſe *quieſcere*; quam mutationem ſignificationis, in aliis etiam verbis, obſervarunt Grammatici. Ex hoc ſignificatu ſunt רגעים *rgehim*, quieti Pſ. XXXV, 20. מרגוע *margoah*, quies, & quidem animi, Jerem. VI, 16. & hîc המרגעה *hammargeah*, tranquillitas. Sententia eſt: ita demum tranquillo animo eſſe poteritis, ſi ipſi, occaſione datâ, fatigatis quietem præſtiteritis, quâ refocillentur. Vera, ſcilicet, animi tranquillitas rectâ conſcientiâ nititur, quæ non naſcitur ex obſervatione minutorum rituum, ſed è rectè factis; quale eſt, quietem concedere homini labore defatigato, nec plus ab eo extorquere, quàm vires ejus pati poſſunt, quod eſt hominis æqui, cùm erga mercenarios, tum etiam ſervos.

13. *Fuit illis verbum Jehovæ*] Hoc eſt, putarunt, Deum à ſe aliud nihil exigere, niſi minutarum cærimoniarum anxiam obſervationem; quâ ſi defuncti eſſent, ſe verbo Dei abundè ſatisfeciſſe, Judæi exiſtimabant. Eam graviſſimam hallucinationem acriter caſtigat Propheta Cap. I, 11. & ſeqq. LXVI, 2. & ſeqq.. Quod & Chriſtus ipſe facere neceſſe habuit, erga eos, qui Religionem in ritibus, quibus homines meliores non fiebant, ſitam eſſe putabant.

Præceptum ad præceptum &c.] LXX. Intt. ut antea θλίψις ἐπὶ θλίψει, ἐλπὶς ἐπ' ἐλπίδι. *Symmachus:* ἐντολὴ ἐπ' ἐντολὴ, quaſi legiſſet לא צו *lo ſav.* Theodotion: δυναλία εἰς δυναλίαν, ἐμετὸς εἰς ἐμετὸν, quaſi קא eſſet à קוא *vomere*, & צו idem ac צואה, quod antea ab eo verſum δυναλία, qui ſenſus non conſentit cum ſententia versûs 10. quam expoſuimus.

Ut incedant &c.] למען ילכו *lmahan jelechou*, Hîc particula *ut* ἐμφατικῶς, ut loquuntur, intelligenda; neque enim Judæi ita ſe gerebant, ut dixit Propheta, cum in finem, ut malè ſibi omnia cederent; ſed ex eorum malè factis hæc ſequebantur.

Cadántque retrorſum] His verbis ſignificantur calamitates, quas paſſuri erant Judæi, rituum quidem obſervantes, ſed veræ virtutis, in bonis moribus ſitæ, ſpretores. Quales utinam non eſſent plerique eorum, qui ſe Chriſtianos vocitant!

14. *Homines irriſores*] אנשי לצון *anſche latſon*, homines irriſionis, non τεθλιμμένοι, ut habent LXX. ſed χλευασταὶ, *illuſores*, quemadmodum verterant *Symmachus*, *Theodotion* & *Hieronymus.* Apud Scripturam לצים *letſim* quod idem eſt, dicuntur homines prorſus impii, qui larvam tantùm Religionis præferebant; ſed apud animum ſuum veræ virtutis cultores, imò & ipſum Deum ridebant. Vide ad Pſ. I, 1.

Dominamini] Quòd, nimirum, ejusmodi homines Jeroſolimæ magiſtratus gererent, vel gratiâ atque auctoritate multùm apud plebem valerent. Tales erant & tempore Chriſti proceres Jeroſolimitani, Sacerdotes, Legis interpretes, ac Phariſæi.

Pepigimus fœdus cum morte &c.] Non ſunt hæc ita capienda, quaſi ejusmodi ſermones palam haberent; ſed ita, ut intelligamus eos ſperaſſe, quidquid minitarentur Prophetæ, ſe fore immunes calamitatum, quas prædicebant. *Fœdus facere cum ſepulcro* metaphorica eſt loquutio, quâ is, de quo adhibetur, negatur in periculo mortis verſari, quaſi ei eſſet cum ea fœdus. Ejusmodi loquendi genus eſt & apud *Lucanum* Lib. IX, 898. ubi de Pſyllis, quos perperam putabant Veteres morſus ſerpentium non timere, eò quòd ſugendo eos morſus curarent:

Profuit in mediis ſedem poſuiſſe venenis;
PAX illis CUM MORTE data eſt.

Unde hunc locum Eſaïæ illuſtravit doctiſſimus Criticus *J. Fred. Gronovius* Obſ. Lib. IV. c. 5.

Pactum fecimus] Vide ad vers. 18.

15. *Flagellum inundantis*] שוט שוטף *ſchot ſchoteph.* LXX. Intt. καταιγὶς φερομένη, & *Theodotion:* κατακλυσμὸς φερόμενος, qui ſenſum potiùs, quàm verba ſpectarunt. *Aquila* & *Symmachus:* μάστιξ κλύζουσα, & Vulgatus: *flagellum inundans.* Maluimus *inundantis*, cùm *flagellum inundans* durior ſit metaphora, nec quidquam vetet ita verti. Notum eſt שוט eſſe *flagellum*, hoc eſt, gravem caſtigationem, vel pœnam. Vide Reg. XII, 11. Volunt ergo, ſe nihil mali paſſuros ab exercitu Aſſyriorum, aut Babyloniorum, ſi totam Judæam inundaret.

Quia fecimus mendacium &c.] Satis patet, talia non eſſe jactata apertè à Jeroſolimitanis proceribus, aut ejus temporis Phariſæis. Vult Propheta, confiſos eſſe homines fraudibus & mendaciis ſuis, fucum facturos ſe Aſſyriis aut Babyloniis, ut crederent, ſe illis faviſſe, aut certè facturos eſſe, adeóque veniam ab iis impetrarent. Ita ſe geſſere poſtremi Judæorum Reges erga Babylonios, gravésque

 pœnas

ero pactum fecimus: quando flagellum inundantis tranſibit, non veniet ad nos; quia fecimus mendacium perfugium noſtrum, atque in falſitate latemus. [16]. Propterea, ait Dominus Creator, en ego is ſum, qui fundamentum ponam in Sione lapideum, lapidem probatum, angularem *&* pretioſum fundamenti firmi; *cui* credens, non adficietur pudore. [17]. Ponam judicium ad amuſſim, & juſtitiam ad perpendiculum, grando everret perfugium mendacii, atque aquæ latebras *falſitatis* inundabunt. [18]. Delebitur fœdus veſtrum cum morte, nec pactum veſtrum cum ſepulcro ratum erit. Flagello

& dum vicinos vaſtaret, nequaquam vos adtingeret, nec quidquam ei ſimile flagellum, quia mendacio fraudem noſtram tegimus. 16. Propterea ait Dominus Creator, ſe eum eſſe, qui poſiturus eſſet fundamentum lapideum, & quidem conſtans lapidibus duriſſimis, & qui pudore non eſſent perfuſuri eos, qui eis credituri eſſent. 17. Illi lapides erunt judicia recta, & conſtans juſtitia, in ædibus viri pii. Contrà domicilium hominis fallacis evertet grando, expelletque eum domicilio aquâ, quæ omnes mendacis latebras inundabit. 18. Frangetur fœdus, quod ait ſibi eſſe cum Morte

pœnas ſuæ infidelitatis dederunt.

16. *Is ſum, qui ponam*] הנני יסד *hinneni jiſſad, ecce ego fundavi*; hoc eſt, is ſum, qui fundavi, vel fundabo. Sententia eſt: ego tuebor Jeroſolimam, ſed non vos, quos perire ſinam. Exprimit Deus protectionem, quâ Jeroſolimam conſervaturus erat, imagine fundationis novorum mœnium, quæ non conſtarent ſilicibus, aut lapidibus temerè collectis, ſed ingentibus lapidibus quadratis, quales adhibentur ad firmandos turrium angulos. Nam hoc quidem nuſquam factum legimus, iis temporibus, ut poſtea factum eſt ab Agrippa, Templi ſecundi ævo. Sed Deus Jeroſolimam contra adſultus vicinorum, ſive Aſſyriorum, ſive aliorum, potentiâ ſuâ texit; non aliter, imò certiùs multò, quàm ſi eam cinxiſſet mœnibus, quæ expugnari non poſſent.

In Sione lapideum] *In Sione lapidem.*

Lapidem probatum] אבן בחן *eben bohhan*, lapidem probationis, hoc eſt, à peritis probatum, aptúmque judicatum, qui inexpugnabilis muri fundamentum conſtitueret. LXX. Intt. λίθον πολυτελῆ, alii δόκιμον meliùs.

Angularem & pretioſum] פנת יקרת *phinnath jikreth*, anguli pretii fundamenti; hoc eſt, quales adhibentur in angulis fundamentorum, qui lapides magno pretio conſtant; quòd è rupibus duriſſimis cædantur magno labore, advehantúrque, & collocentur eo in loco, in quo eſſe eos oportet, quæ non fiunt ſine ingenti ſumtu. *Joſephus*, qui memorat lapides vicenûm cubitorum longitudinis & decem latitudinis, quibus fundamentum Jeroſolimitani muri ſeptemtrionalis ædificarat Agrippa, ſat oſtendit, qui lapides dicerentur *probati* & *pretioſi*. Sic ille de Bell. Jud. Lib. VI. c. 13. in Græcis p. 913. Ed. Gen. λίθοις μὲν γὰρ εἰκοσαπήχεσι τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος δεκαπήχεσι συνηρμόζετο, μήθ' ὑπορυγῆναι σιδήρῳ ῥᾳδίως, μήθ' ὑπ' ὀργάνοις διασεισθῆναι δυναμένοις: *lapidibus vicenûm cubitorum longitudine, & latitudine denûm conſtructus erat* (murus) *qui neque ferro facilè ſuffodi poſſent, neque machinis dimoveri.*

Fundamenti firmi] מוסד מוסד *mouſad, mouſad*, fundamenti fundati.

Cui credens, non adficietur pudore] המאמין לא יחיש *hamaamin lo jahhiſch.* Addidimus *cui*, connexionis causâ. LXX, Intt. ὁ πιστεύων οὐ μὴ καταισχυνθῇ, tres alii ὁ πιστεύων οὐ σπεύσει. Vulgatus: *qui crediderit non feſtinet.* Negare certè non licet, quin חוש *hhouſch* ſit *feſtinare*; ſed nec in ſignificatibus verbi חשה *hhaſcha*, inque ejus derivatis eſſe poteſtatem *erubeſcendi*, aut *pudoris*, in Arabica Lingua. Vide & *Ed. Pocockii* Notas Miſcellaneas in Portam Moſis C. I. Quamobrem LXX. Intt. ſequuti ſumus, præſertim cùm Paulus etiam, ubi profert hunc locum, habeat καταισχυνθήσεται Rom. IX, 33. X, 11. At *Lud. de Dieu* obſervat, *Jonathanem* verbum יחיש expreſſiſſe יזדעזעון *jodehouboun*, hoc eſt, *commovebuntur*, quæ eſt etiam poteſtas ejus verbi in Lingua Æthiopica. Attamen maluimus LXX. Intt. ſequi, ac ſanè ipſum loquendi genus eſt Hebraicum & frequens, ſi pro יחיש ponas יבוש *jaboſch* pudefiet. Vide Pſ. XXV, 2. Putat *Grotius* LXX. Intt. legiſſe יביש in Hiphil, ſed eſt *pudefecit*, ideóque præſtaret dicere, ab iis lectum יבוש *jaboſch*, pudefiet, ſi quid eſſet mutandum. Idem rectè obſervat, hæc verba eminentiore ſenſu quadrare in Chriſtum, cui ea aptat Paulus.

17. *Judicium ad amuſſim & juſtitiam ad perpendiculum*] משפט לקו וצדקה למשקלת *miſchphat kav outſedakah limiſchkaleth.* Hoc eſt, judicium ex legibus adcuratiſſimum feram, nam *amuſſis & perpendiculum* ſecum adcurationem trahunt.

Grando everret &c.] Hoc eſt, perfugium non magis proderit improbis, quàm planta, quam grando corrupit, aut eluvio avexit; ſive, malè eis mendacia cedent, dum ceteri Jeroſolimitani ſervabuntur. Quod quando contigerit, nos non docet Hiſtoria Sacra, ſed ante captivitatem Babylonicam impletum eſſe vaticinium oportet; cùm ea tempeſtas in bonos, æquè ac in malos deſævierit.

18. *Delebitur fœdus veſtrum*] וכפר בריתכם *vechupphar brithchem.* Propria verbi כפר *chupphar* poteſtas eſt *expiari*, quia autem peccata expiata delentur, vel quaſi non contigiſſent habentur, de fœdere uſurpatum ejus abolitionem ſonat, Itaque *Symmachus*: ἐξαλειφθήσεται ἡ συνθήκη ὑμῶν, & Vulgatus: *delebitur fœdus veſtrum*; hoc eſt, moriemini.

Pactum veſtrum] חזותכם *hhazouthchem*, ut ante vers 15. חזה *hhozeh.* LXX. tamen Intt. pro ſua inconſtantia, hìc habent ἐλπὶς ὑμῶν, cùm antea חזה verterint συνθήκας. Vulgatus rectiùs utrobique *pactum.* Chaldæus etiam שלם *ſchlam*, *pacem*, nec aliter verti poteſt, quamvis nulla ſit adfinitas huic poteſtati

gello inundantis, cùm tranſibit, conculcabimini. 19. Ex quo tranſibit, tollet vos; quia ſingulis matutinis temporibus tranſibit, interdiúque & noctu, & ſolam famam *ejus* intelligere commotionem creabit; 20. brevius enim *erit* ſtratum, quàm ut quis poſſit ſe extendere, & operimentum anguſtum *etiam*, cùm *cubans* ſe colliget. 21. Sicut enim *in* montem eruptionum ſurget Jehova, *&* ſicut in valle ad Gabahonem iraſcetur, ad peragendum opus ſuum, opus ſuum alienum; ad perficiendum factum hoc ſuum, factum peregrinum. 22. Nunc autem ne vobis ipſi illudatis, neu validiora fiant vincula

te & cum Sepulcro. 19. Ex quo tranſibit improbus, vos è medio tollet, quia tranſibit matutino tempore; quo plerique adhuc dormiunt, ante auroram, & poſtquam orta eſt; ideóque quisquis de hac re quidquam audiverit rem integram non audiet, atque ex fama tantùm ſciet. 20. Brevior erit lectus & ſtragula lecti, quàm ut poſſit aliquamdiu prophetam de re, quam viderit, loquentem audire. 21. Quemadmodum enim Creator in montem eruptionum irrumpet; 21. non aliter ac in valle ad Gabahonem, indignabitur, ad peragendum id, quod ſtatuit; quod eſt ab ejus natura alienum, & veluti peregrinum dici poteſt. 22. Ne vos ipſi nunc fucum faciatis, néve validiora reddatis vincula veſtra;

ti vocis cum ſignificatione radicis חזה *bhazah*, vidit; quod in multis aliis derivatis obſervare licet, uſque adeò ambigua eſt Hebraïca Lingua!

Flagello inundantis conculcabimini] His tribus metaphoris parum inter ſe convenit; *flagellatio*, *inundatio* & *conculcatio* res ſunt naturâ diverſiſſimæ; ſed tamen tribus hiſce ſignificatur calamitas iis immittenda, qui hiſce ſubjecti ſunt. Ideóque conjungi potuerunt ab Hebræis, quibus aures tam teretes non erant, ac Græcis, aut Latinis.

19. *Ex quo tranſibit* &c.] Sennacheribus poſſit intelligi, qui non cepit quidem Jeroſolimam, ſed Judæam vaſtavit, & multos Jeroſolimitanos, ruri deprehenſos, in Syriam mittere potuit; cujusque copiæ per agros tribûs Judæ longè latéque graſſatæ ſunt, antequàm clades divinitus in eam mitteretur.

Singulis matutinis &c.] *In mane; in mane* בבקר בבקר *babboker babboker*. Clauſum enim dum ſe Hezekias mœnibus Jeroſolimæ teneret, ſéque imparem eſſe fateretur Aſſyriorum exercitui, liberè poterant quotidie, per agros Tribûs Judæ, vagari, & captivos abducere Jeroſolimitanos, in quos incidebant.

Solam famam ejus intelligere &c.] והיה רק זועה הבין שמועה *vehajah rak zevahah habin ſchmouhah*, & erit tantùm motus intelligere auditum, hoc eſt, terrebimini, cùm intelligetis, quanta ſit ejus, apud Orientales populos trans Euphratem & Tigrin fama. Vox זועה, quæ ſine dubio *commotionem* ſonat è timore ortam, vertitur à LXX. Intt. ἐλπὶς πονηρὰ, ab *Aquila* βρασμὸς, à *Symmacho* σεισμὸς, à *Theodotione* κίνημα. Vide Deut. XXIV, 25. 2. Par. XXIX, 8.

20. *Brevius enim erit ſtratum* &c.] Deſcribi videtur his verbis ingens numerus hominum, qui, præ metu Aſſyriorum, ex agris in urbes munitas confugituri erant, & vix lectos, ac ſtragulas veſtes illic inventuri, quamvis quisque ſe & ſuos in exiguum angulum contraheret.

Quàm ut quis poſſit ſe extendere] מהשתרע *mehiſchthareah*. Oſtendimus ad Levit. XXI, 18. שרוע *ſcharouah* dici, quod redundantiâ aliquâ inſigne eſt; unde intelligere eſt, hoc verbum in Hiphil eſſe *ſe ſe extendere*. Ac ſanè ſignificari videtur tantam in urbibus munitis futuram fuiſſe turbam hominum, ex agris profugam, ut ne lectos quidem inventuri eſſent, ubi ſe ſe extenderent quieſcendi & dormiendi causâ.

Etiam cùm cubans ſe colliget] כהתכנס *chehithchannes*, ſecundùm colligere ſe; hoc eſt, etiam cùm, collectis in arctum membris, quam minimum ſpatii occupabit.

21. *In montem eruptionum*] כהר פרצים *chehar phratſim*, pro כבהר *chibehar*, ut in monte. Hiſtoria habetur 2. Sam. V, 20. & 1. Eph. XIV, 11. פרצים ſunt aut *diviſiones*, aut *irruptiones*, aut *eruptiones*; quorum quodnam ſit hîc aptiſſimum nemo dixerit, certè non video.

Surget Jehova] Ut, nempe, ſupplicium de improbis ſumat, quemadmodum, tempore Davidis, pœnas de Philiſthæis repetiit.

In valle ad Gebahonem] Vide Joſ. X, 10.

Opus ſuum] Pœnas, nempe, populo ſuo imponendas.

Opus ſuum alienum &c.] זר מעשהו *zar mahaſchehou*. Hîc præponitur adjectivum ſubſtantivo, præter morem, propter ſubſtantivi repetitionem; aut vertendum, *alienum eſt ejus opus*. LXX. Intt. ὁ δὲ θυμὸς αὐτοῦ ἀλλοτρίως χρήσεται, ἡ πικρία αὐτοῦ ἀλλοτρία, ſine ſenſu. *Aquila*: τοῦ δουλεῦσαι τὴν δουλείαν αὐτοῦ, ξένη ἡ δουλεία αὐτοῦ, quæ referuntur ad ſequentia. *Symmachus* & *Theodotion*: ἐργάσασθαι τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ, ἁμαρτία ἡ ἐργασία αὐτοῦ, ubi pro ἁμαρτία fortè legendum ἀλλοτρία. Vulgatus: *ut operetur opus ſuum peregrinum & opus ejus ab eo*. Quæritur verò, quid ſit זר מעשה *opus alienum*, quod non eſt facile dictu. Sunt qui velint זר & נכריה ſignificare rem *mirandam*, atque *inuſitatam*; ſed nullum eſt ejus loquendi generis exemplum, nec quidquam dici queat ad confirmandam interpretationem, niſi quòd ξένη Græcè ſit non tantùm *peregrina*, ſed etiam *mirabilis*. At hîc de Lingua Hebraïca ſermo eſt, non de Græca. Alii volunt, *factum alienum*, & *peregrinum* dici inuſitatum, & quod eſt præter Naturam Divinam; quæ bona eſt & benefica, nec ad pœnas ſumendas devenit, niſi veluti invita. Verùm metuo ne hoc argutiùs excogitatum videatur, quamvis res ipſa minimè diſpliceat. Malim ergo *opus*, quod facturum Deum minatur Propheta, dici *alienum & peregrinum*; pro eo, quod eſt *alienorum & peregrinorum*; ita ut hoc velit, fore ut Deus Iſraëlis ſe geſturus eſſet, erga Judam, quomodo ſe gerebant, aut gerere cupiebant

cula veſtra, nam rem conſtitutam & decretam à Domino, Creatore & *Deo* exercituum, audivi *futuram*, per totam terram. 23. Aurem præbete, & auſcultate voci meæ, adtendite & audite ſermonem meum. 24. Num quotidie arat agricola, ad ſementem faciendam, ſulcátque & occat agrum ſuum? 25. Annon cùm æquavit ejus ſuperficiem, tum

ſtra; nam audivi rem futuram, quippe decretam ab omnium Creatore & Deo exercituum, per totam Judæam.

23. Ergo aurem mihi adtentam præbete, quaſi de re maximi momenti vobis ſerio audientibus dicturo. 24. An moris eſt agricolæ quotidie arare, ſulcaréque, & occare agrum? 25. Annon cùm aravit ſemel agrum, & ſuperficiem ejus æquavit, ſerit nigellam, aut cyminum, aut triticum certâ menſura, aut hordeum ſignatum, aut far intra certos

piebant *alieni* & *peregrini*; hoc eſt, Templum & Urbem ſolo æquaturum, manibus Babyloniorum. Hæc mihi videbatur verborum ſententia, quâ ſi quem meliorem inveniſſe comperero, libenter ei adſentiar.

Ad perficiendum factum &c.] לַעֲבֹד עֲבֹדָתוֹ נָכְרִיָּה עֲבֹדָתוֹ *lababod babodatho, nochrija abodatho* Hic עבד perinde eſt ac עשה, & עבודה idem ac מעשה, è Linguæ Chaldaicæ uſu. Hic quoque poſteriora verba verti queant *peregrinum eſt ejus factum*.

22. *Ne vobis ipſi illudatis*] אַל תִּתְלוֹצָצוּ *al thithlotſatſou*, cui conjugationi, ut notum, vis eſt reciproca, quemadmodum verbis mediis Græcorum; quare hoc vult Propheta: cavete, ne irriſionibus veſtris, quâ propheticas omnes minas ſoletis irridere, vobis ipſi illudetis; ſeu ne in perniciem veſtram joci veſtri convertantur. Adloquitur eos Propheta, quos vers 14. vocavit אַנְשֵׁי לָצוֹן *viros irriſionis*. Incommodè verterunt LXX. Intt. μὴ εὐφρανθείητε. *Aquila*: χλευάζετε, non ſat bene, niſi addiderit ἑαυτούς. *Nolite illudere*, habet *Hieronymus*, qui addere etiam debuiſſet *vobis ipſi*.

Ne validiora fiant vincula veſtra] פֶּן יֶחֶזְקוּ מוֹסְרֵיכֶם *phen jebbzekou moſerechem*; ne Deus patiatur vos in majorem ſervitutem incidere, prout contigit. *Vincula* enim dicuntur dominantium imperia, ut Pſ. II, 3. Voluntates enim eorum, aut leges, ſunt veluti vincula, quibus conſtricti tenentur. Quò facit egregius locus veteris Tragici laudatus à *Cicerone* de Oratore Lib. III. c, 41.

Erras, erras, nam exſultantem te & præfidentem tibi
Repriment validæ legum habenæ: atque imperii inſiſtent jugo.

Rem conſtitutam & decretam] כָּלָה וְנֶחֱרָצָה *chalah venebberatſah*. LXX. Intt. συντετελεσμένα καὶ συντετμημένα. *Aquila* συντέλειαν καὶ συντομήν, quæ ſignificant idem, quod voces Hebrææ, ad quarum Etymologiam ſunt verſa. Hìc paullò aliter rem ſumimus ac ad C. X, 23. ibi enim *de ſumma certa* rem cepimus, hìc de *certo decreto*. Vide quæ illic diximus & not. ad 1. Sam. XX, 33.

23. *Aurem præbete* &c.] Adtentionem poſtulat Propheta, quæ neceſſaria eſt, ad intelligendam ſequentem comparationem; cujus πρότασις quidem copiosè traditur, ἀπόδοσις verò perpaucis verbis, quæ habentur vers 29. Similis eſt oratio Chriſti, quam interdum parabolis addidit: ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω, ut Matth. XIII, 9. vel etiam magni momenti verbis, ut Matth. XI, 15. XIII, 43.

24. *Quotidie*] *Omni die*, quod non ſignificat ὅλην τὴν ἡμέραν, ut habebant omnes Græci Intt. & Vulgatus: *totâ die*. Sæpe enim arator *totâ die* arat, antequàm ſulcet, occet ac ſerat, cùm ager major eſt, quàm ut hæc omnia uno die fieri queant.

Sulcátque & occat] יְפַתַּח וִישַׂדֵּד *jephattah vijſchaddad*, aperiet & occabit terram ſuam; quæ ſationem antecedunt, de qua in ſequentibus verbis. Minùs commodè LXX. Intt. ἢ σπόρον προετοιμάσει πρὶν ἐργάσασθαι τὴν γῆν; & Vulgatus: *proſcindet & ſarriet terram ſuam*. Terra maximè *aperitur* profundioribus ſulcis, tum etiam in ſolo argilloſo *occatur*, ut grandiores glebæ frangantur, quod verbo שׂדד *ſchaddad* exprimi bene obſervavit *Val. Schindlerus*, quem ſequi debuiſſent alii Lexicographi, è quibus hic ejus ſignificatus omiſſus eſt.

25. *Cùm æquavit ejus ſuperficiem*] אִם שִׁוָּה *im ſchivvah*, quod fit trahâ dentatâ, poſt occationem.

Spargit nigellam] וְהֵפִיץ קֶצַח *vehephits ketſabh*. LXX. τότε σπείρει μικρὸν μελάνθιον. *Aquila*: διασκορπίσει μελάνθιον, Vulgatus: *feret gith*. *Dioſcorides* Mat. Med. Lib. III. c. 93. *ait Melanthium fruticem eſſe exiguum ſurculis tenuibus in binûm dodrantum altitudinem, aut etiam ampliùs adſurgentem, foliis veluti ſenecionis, at multò tenuioribus, capitulo in cacumine parvo, ceu papaveris, oblongo, intrinſecus diſſepimentis quibuſdam prædito, intra quæ ſemen latet nigrum acre & odoratum, quod naribus inſpergitur.* Ideò ab aliis dictum μελάνσπερμον. Ejus alios uſus addidit *Dioſcorides*, quos ex eo etiam habet *Plinius* Lib. XX. c. 17. ubi de nomine ſic loquitur: *Gith ex Græcis alii melanthion, alii melanſpermon vocant. Gith* nomen eſt barbarum, quod unde ſit non conſtat.

Aut cyminum] וְכַמֹּן *vechammon*; ו vertimus *aut* quia aliud eſt *Melanthium*, aliud *Cyminum*, nec videntur ſimul ſata. *Cyminum*, vel *Cuminum* aliud eſt ſilveſtre, aliud cultum, ut docet *Dioſcorides* Lib. III. c. 68. & 69. quod deſcribit: *Eſt frutex exiguus, caule dodrantali ac tenui, in quo quaterna, quináve ſunt foliola minuta, veluti ſerrata, & fiſſa ut gingidium. Gerit in cacumine quina, aut ſena capitula rotunda & mollia, in quibus ſemen* &c. Itaque quod habet *Hieronymus* in Comment. *Gith, ſive cyminum*, non debet intelligi, quaſi idem eſſe voluiſſet, ſed alterutrum ſeri. Quod autem habet Eſaïas verba הפיץ *ſpargit*, & זרק *diſpergit*, videtur ſignare ita hæc

Digitized by Google

tum ſpargit nigellam, aut cyminum *diſpergit*, aut mandat *terræ* triticum *certâ* menſurâ; aut hordeum ſignatum, aut far *intra* terminos ſuos? 26. At eum erudit *Jehova*, *ut faciat rem*, ut par eſt, & Deus ejus eum inſtituit. 27. Neque tribulâ trituratur nigella, nec rota plauſtri ſuper cyminum circumagitur; ſed nigella virgâ excutitur, & cyminum bacillo, 28. *Tum triticum ad* panem *faciendum* molitur; nam non in perpetuum id

certos fines. 26. At eum Deus *Providentiâ ſuâ* hominem, quî hæc omnia facienda ſunt, inſtituit. 27. Nequaquam tribulâ ſolet triturari nigella, nec cyminum rotâ plauſtri; ſed nigella virgâ incuſſâ excutitur, & cyminum bacillo. 28. Quibus peractis, tum triticum ad panem conficiendum molitur; neque enim in perpetuum id triturat *colonus*, nec id triturat rotâ plauſtri, neque pedibus equi molit.

hæc lata, ut majora ſpatia inter fruticum ſemina ſingula relinquerentur, quàm inter grana tritici.

Mandat terræ triticum] ושם חטה *vaſcham hhittah*, & ponit triticum. Hìc quoque copula verti debet disjunctivâ *aut*, neque enim *triticum* cum memoratis fruticibus ſeritur.

Certâ menſurâ] שורה *ſchorah*, pro בשורה *bſchorah*, in menſura, ne, ſi nimiam copiam tritici in arctiore ſpatio ſereret, ſe ſe invicem culmi ſuffocarent. *Hieronymus* habet *per ordinem*, quaſi perinde eſſet ac תורה *thorah*, quod Chaldaïcè idem ſonat. Legimus שורה cum puncto dextro, non ſiniſtro, ut vulgò, idémque putamus, ac משורה *menſura*, quamvis hæc vox habeatur menſura liquidorum. Qui volunt חטה שורה eſſe *triticum* veluti *principis*, aut *principale* atque eximium, conjecturâ etiam nituntur, non exemplo. Scriptores qui de re ruſtica egerunt, non omittunt notare, quæ menſura ſingulorum ſeminum ſeri in certo ſpatio debeat. Vide *Varronem* de R. R. Lib. I. c. 44. & *Columellam* Lib. II. c. 9. Adde & *Plinium* Lib. XVIII. c. 24.

Hordeum ſignatum] שעורה נסמן *ſcheborah niſman*. Poſteriorem vocem vertunt LXX. *Aquila* & *Theodotion* κεγχρὸν, hoc eſt, *milium*, ut habet Vulgatus. Sed oporteret eſſe ונסמן *veniſman*, ſingulis enim ſpeciebus enumeratis Hebræi copulam præfigunt. Eſt hoc verbum in *Pihel*, uſitatiſſimum apud *Rabbinos*; at quia Græca multa habent vocabula, poſſint videri hoc verbum ἀπὸ τοῦ σημείου *ſignare* duxiſſe; quamvis etiam ex oriente deductum eſſe verbum non abſurdè quis dixerit. Quodnam verò ſit *hordei* genus, quod *ſignatum* aut *inſigne* dictum fuerit, me neſcire fateor *Plinius* candidiſſimum omnibus præfert H. N. Lib. XXII. c. 25. Alii interpretantur, nec abſurdè, quaſi ſupplenda eſſet ſimilitudinis nota כ, ut plena loquutio ſit כנסמן *cheniſman*, ut ſignatum eſt in agro, ne variæ ſementes miſceantur.

Aut far] כסמת *chſemeth*. LXX. Intt. *Aquila* & *Theodotion* ζέαν, quod optimum eſt frumenti genus, & quod *far* vocant Latini. *Hieronymus* hic tamen *vitiam* interpretatur, quod vilius eſt genus frumenti. In Comment. habet: *Pro farre, quod Græci* ζέαν *vocant, quidam* vitiam *intelligunt*. Sic etiam vertit כסמים *chuſſemim*. Ezek. IV, 9. Vide notanda ad locum.

Intra terminos ſuos] גבלתו *gbulatho* pro בגבלתו *bigbulatho*, in termino ſuo.

26. *Eum erudit Jehova, ut faciat rem*] Eſt tantùm in textu ויסרו *vajiſſero*, reliqua, neceſſitate adducti, ſupplevimus, quaſi ſcripſiſſet Propheta: ויסרו יהוה לעשות דבר למשפט. Verbum & *erudit* non poteſt carere nominativo, nec alius intelligi doctor præter Deum, ut ſequentia oſtendunt; nec aliud poteſt docuiſſe hìc intelligi, niſi rem, de qua ſermo eſt; hoc eſt, cultum agrorum, eo modo, quo adhibito fertiles ſint. Nolim ſanè adfirmare, prius membrum hujus verſûs, his ipſis verbis fuiſſe conceptum: aut ſubaudienda hæc ipſa verba eſſe; at certè ſententiam eamdem animo Prophetæ obverſantem contendere non dubitarem.

Ut par eſt] למשפט *lammiſchphat*, ad judicium. Notum eſt, vocem משפט, pro variis locis, in quibus legitur, non poſſe unâ voce Latinâ exprimi, cùm non tantùm judicium, jus & juſtitiam ſignificet, ſed etiam morem, modum, rationem, æquitatem &c. Hoc in loco, præfixâ litterâ ל interpretatus ſum *ut par eſt*, quia aliter vix intelligi poſſet. Itaque *ad judicium* hìc eſt idem, ac prout periti agriculturæ judicant rem fieri debere. LXX. hunc verſum ita verterunt, ut ſatis liqueat, eos ſententiam ejus ne per nubila quidem vidiſſe: καὶ παιδευθήσῃ κρίματι Θεοῦ σοῦ, καὶ εὐφρανθήσῃ. *Aquilæ* nihil ſupereſt, niſi κρίματι. *Symmachi* hæc verba: καὶ παιδεύσει αὐτὸν εἰς κρίμα ὁ Θεὸς αὐτοῦ, ſic & *Theodotion*. Vulgatus: *& erudiet eum in judicio, Deus ſuus docebit eum.* Sed nec κρίματι nec εἰς κρίμα, vim vocis למשפט exprimit. Sumitur eo, quo diximus, ſenſu Jerem. XXX, 10. *Caſtigabo te* למשפט *ut par eſt, neque te impune abire patiar.*

Deus ejus eum inſtituit] Repetitio inſtitutionis à Deo acceptæ in fine verſûs, liquidò oſtendit idem, in membro parallelo, ut ſic loquar, præceſſiſſe, Sed quì Deus, inquies, inſtituit agricolas? Experimentis, per multa ſæcula repetitis, è quibus intellexerunt, quì colenda ſit terra, ut proventum vitæ neceſſarium proferat. Quæcumque enim nos clarè docent recta Ratio atque Experientia quotidiana, id docere meritò dici poteſt Deus; qui nobis Rationem dedit, Providentiáque ſuâ effecit, ut ea experimenta caperemus, quibus captis, de re ampliùs dubitare non potuimus.

27. *Neque tribulâ trituratur nigella*] כי לא בחרוץ יודש קצח *chi lo bahharouts joudaſch ketſahh*, LXX. Intt. οὐ γὰρ μετὰ σκληρότητος καθαίρεται τὸ μελάνθιον. *Aquila*: οὐκ ἐν τῷ συντέμνοντι ἀλοηθήσεται μελάνθιον. Meliùs *Theodotion* οὐ γὰρ τριβόλῳ, nam חרוץ *hharouts* eſt *tribula*, ut liquet ex C. XLI, 15. ubi dicitur *cuſpidibus inſtructa*, quali non opus eſt ad ſemen nigellæ tenue excutiendum. Sic autem deſcribitur

id triturat *colonus*, nec terit rotâ plauſtri ſui, neque ejus *equi ungulibus* id comminuit. 29. Etiam hoc à Jehova, *Deo* exercituum, manavit, *qui* ſe mirabilem conſilio, & magnum ſapientiâ oſtendit.

Calami-

molit. 29. Quæ ratio parandi tam neceſſarii alimenti, ac eſt panis, manavit ab ipſo ſummo Deo; qui non tantùm res ipſas creavit, ſed, ſummâ ſuâ ſapientiâ, invenit & docuit homines, quâ ratione iis uti, in emolumentum ſuum, poſſent.

PARA-

tur *tribulum*, aut *tribula* à *Varrone* de R. R. Lib. I. c. 52. *Id fit è tabula lapidibus aut ferro aſperata, quæ impoſito auriga, aut grandi pondere trahitur, jumentis junctis* &c. Plura hìc non addam, quæ proferam commodiùs ad C. XLI.

Nec rota plauſtri] Addit *Varro*, poſſe fieri etiam tribulum *ex aſſeribus* (non *aſſibus*, ut vulgò legitur) *dentatis cùm orbiculis, quod vocant ploſtellum pœnicum.* Ad ejusmodi inſtrumentum reſpicit Propheta.

28. *Tum triticum ad panem faciendum molitur*] לחם יודק *lebhem joudak*, panis comminuetur; compendiario loquendi genere, pro eo quod eſt: triticum comminuitur panis conficiendi causâ; nam panis non comminuitur in pulverem, ſed triticum, quo fit. LXX. Intt. τὸ δὲ κύμινον μετὰ ἄρτου βρωθήσεται, quod quidem verum eſt, ut vidimus; ſed duas poſtremas voces versûs antecedentis, cum primis hujus perperam connectunt; nec יודק ſignificat *comedetur*, quamvis non diffitear dentibus panem teri. Alii Interpretes non meliùs: κύμινον ἐν σκήπτρῳ vel ἐν βακτηρίᾳ, ἄρτος λεπτοποιηθήσεται. Meliùs *Hieronymus*: *cyminum in baculo. Panis autem comminuitur.*

Nam non in perpetuum triturat] כי לא לנצח אדוש ידושנו *chi lo lanettſabh adouſch jedouſchennou.* Grammatici volunt in אדוש eſſe πρόθεσιν litteræ א, ſed quæritur, an ſit à manu Prophetæ; vel Librariorum, quod malim.

Nec terit rotâ plauſtri ſui] והמם גלגל עגלתו *vehamam gilgel 'aglatho*, pro בגלגל *bgilgal*, *Symmachus* & *Theodotion* οὐδὲ ταράξει τροχὸς ἁμάξης αὐτοῦ. Hìc המם ex re ipſa, de trituratione intelligendum, quamvis ſit propriè *agitare*, *turbare.* Verbo addendum ſupplevimus nominativum *colonus*, vel *agricola.*

Neque ejus equi] פרשיו *phraſchav*, *equitibus ſuis*, qui ſumuntur pro *equis*, qui ungulis ſuis non minùs triturant, quàm boves.

26. *Etiam hoc à Jehova*]] Vide ad vers. 26. Hæc & ſequentia verba obſcurè innuunt, quid ſpectet Propheta, in hac oratione, atque ἀπόδοσιν comparationis occultè continent. Nempe, hoc voluit: Quemadmodum agricola omnia non facit, ſimul ac ſemel, opera ruſtica; ſed primùm arat, deinde ſulcat, occátqoe agrum, tùm æquatâ ejus ſuperficie, varia ſeminum & frugum genera ſerit, prout ſibi conducere experientiâ didicit; quemadmodum etiam adultas & maturas ſegetes metit, ſed non eodem modo ſemina earum excutit, è ſpicis & loculis ſuis, cum nigellæ & cumini ſemen excutiat virgâ, triticum verò tribulâ, aut plauſtro, aut boum unguibus triturat, ſingulaque facit tempore & ordine ſuo; neque enim panem facere è tritico adgreditur, priùs quàm cum triturarit; quemadmodum, inquam, quæcumque ruri fiunt, non omnia eodem modo, nec ſimul, ſed certo ordine, modo & tempore, & ut ſingulæ res poſtulant, peraguntur: ita Deus ſe geret erga improbos, non uno momento, nec eadem ratione omnes perdet, ſed ſenſim & pedetentim pœnas de iis ſumet, donec omnes tandem contriverit, atque abſumſerit, eo tempore, quod opportunum & idoneum ei rei videbitur.

Reſpondet ſimul Propheta objectioni bonorum quorumdam, qui cùm viderent improbos diu florere, nec propheticas minas, frequentiſſimas licet illas & graviſſimas, exſequutioni mandari viderent; negabant, ſe capere, quî tantæ moræ à Deo interponerentur, cùm malorum importunitas & impietas viderentur eis ſubitum exitium à Divina Juſtitia flagitare. Atqui Deus, qui agricolas docuerat, longâ & quotidianâ experientiâ, omnia facere, quæ ruri facienda ſunt, tempore, loco & modo opportuno; non minùs ſapienter gerere ſe poterat, atque ea in re *mirabilem ſe conſilio & ſapientiâ oſtendebat.*

29. *Qui ſe mirabilem conſilio*] הפליא עצה הגדיל תושיה *hiphle hetſah vehigdil thouſchijah* LXX. hìc habent, quæ nihil ad rem faciunt *Aquila*: ἐθαυμάστωσε βουλὴν μεγαλῦναι σωτηρίαν. *Symmachus*: ἐδόξασε βουλὴν ἐμεγάλυνε σωτηρίαν. *Theodotion*: τὸ θαυμάσιον ἐμεγάλυνεν, ἰσχύν. Vulgatus: *& mirabile faceret conſilium, & magnificaret juſtitiam.* Obſcura reverà eſt & ambigua vox תושיה *thouſchija*, ut diximus ad Job. V, 12. Sed hoc in loco neque *ſalutem*, neque *vires*, neque *juſtitiam* ſignificare videtur, ſed *ſapientiam*, quæ *conſilio* ſubjicitur ἐν παραλλήλῳ, more Hebræorum. Verba autem in *Hiphil* הפלא & הגדיל interpretati ſumus, non tam de re ipſa, quàm de ejus patefactione, quæ non rara eſt ejus conjugationis poteſtas.

COM-

Calamitates Judæorum mutatióque apud eos, per Evangelium futura.

1. VAE *tibi*, ô Ariel, Ariel, urbs, in qua caſtrametatus eſt David! Addite annum anno, & feſta revolvantur. 2. Attamen in anguſtias redigam Arielem, erit planctus & luctus; eritque mihi, tamquam Arieli. 3. Caſtra ponam in orbem, contra CAPUT XXIX.

PARAPHRASIS.

1. VAE tibi, ô Urbs Ariel, ô Urbs, inquam, Ariel, quam cepit olim Rex David, quam ſedem ſuam elegit, & vocavit ARIEL; nomine, quo ſignificavit, nusquam alibi tam præſens potuiſſe ſe experiri Numen! Singulis annis ſolemnia veſtra feſta inſtauratis. 2. Attamen ad ſummas anguſtias, ait Deus, te redigam, Ariel, eritque, apud te, luctus & planctus; eritque mihi non aliter, quam ei urbi. 3. Te obſidione cingam, aggere circa te facto, & munitionibus circa te excitatis, téque cingam,

COMMENTARIUS
In Caput XXIX.

1. O *Ariel, Ariel* &c.] אריאל אריאל. Vocem ipſam ſervarunt LXX. Intt. *Aquila* & *Symmachus* λέων θεοῦ, quaſi vox eſſet compoſita, pro אריה אל *arjeh el*, leo Dei; ideſt, magnus leo, unde viri fortes ſic dicti 2. Sam. XXIII, 20. ubi vide notata. Adludit etiam fortè Propheta ad id, quod de Juda dicitur Gen. XLIX, 4. *Catulus es leonis, Juda; adſcendiſti, fili mi, poſt prædam; inſtar leonis & leænæ crura flexit, recubuit, quis illum excitabit?* Sequentia verba oſtendunt Jeroſolimam, regum Judæ ſedem, & urbem munitiſſimam, præſidióque fortium virorum inſtructam ſignificari. Sed Ezek. XLIII, 15, 16. ſic vocatur Altare, alia, ut puto, de cauſa, ut illic dicam. Poſſimus etiam credere, *Ariel* eſſe Jeroſolimam, quia nuſquam locus eſſet, in quo inſigniora ſigna Deus edebat præſentiæ ſuæ; ut ſit vox compoſita ex ראה & אל, útque nomen illud, quo utitur Propheta, ſit perinde, ac ſi Latinè dicas *Videbo Deum.*

In qua caſtrametatus eſt David] קרית חנה דוד *kirjath bhanah David*, urbs caſtrametationis Davidis. LXX. Intt. πόλις ἣν ἐπολέμησε Δαυίδ, quod *Hieronymo* probatum, qui vertit: *civitas, quam expugnavit David. Aquila*: παρεμβλήσεως Δαυίδ, *Symmachus* παρεμβολῆς, quæ *caſtra* ſignificant. Poteſt hoc intelligi de habitatione Davidis, in ea urbe cum præſidio militum, quod circa ſe habebat, more Regum; ſed nec malè intellexeris de oppugnatione, nam eam primus cepit David, 2. Sam. V, 6. Hoc autem additur, ut intelligatur, quid ſignificetur voce *Ariel.*

Addite annum anno] ספו שנה על שנה *ſphou ſchanah bal ſchanah.* His verbis ſignificari queat, non niſi poſt multos annos exactos Jeroſolimam captum iri, & Judæos in Babyloniam abducendos; aut, quamvis ſibi Jeroſolimitani perpetuitatem regni pollicerentur, adfuturum tamen aliquando tempus, quo ejus urbis & regni everſionem viſuri erant.

Feſta revolventur] חגים ינקפו *bhaggim jinkophou.* LXX. Intt. φάγεσθε φάγεσθε γὰρ σὺν Μωάβ, quod quâ ratione exſculpſerint ex Hebraïcis, non intelligo. *Hieronymus* meliùs: *ſollemnitates revolutæ ſunt.* Notiſſima eſt loquutio תקופת השנה *thekouphath haſſchanah*, revolutio anni; ad quod exemplum hæc formata eſt; nam חגים *feſta revolvuntur*, inſtar annorum. Celebris Lexicographus vertit *victimas deſtringent*, quaſi eſſet à נקף *deſtringere*, vel pellem detrahere, ut jubeantur Levitæ pergere in mactandis victimis. Sed quæ antecedunt, *addite annum anno*, oſtendunt agi de periodica feſtorum revolutione, pro more Hebræorum, eadem diverſis verbis repetentium. Idem Lexicographus prorſus omiſit in ſuo Lexico, radicem קוף *kouph*, unde תקופה *thakouphah*, quod rectiùs deduci poſſet, ut putabat, à יקף, quod *revolvere* ſignificat; ſed ſatius multò eſt ad inuſitatam ſed analogicam radicem קף referre, ut fecit *Val. Schindlerus*, cujus Lexicon eſt multò μεθοδικώτερον.

2. *Attamen in anguſtias*] והקיצותי *vebakitſothi* & in anguſtum redigam. Sed ו hìc valet *attamen*, nam hæc opponuntur prioribus. Hæc & ſequentia manifeſtò Jeroſolimæ obſidionem & expugnationem ſignificant.

Erit planctus & luctus &c.] Græci Intt. qui LXX. Intt. vocantur, & ſummâ licentiâ Prophetas verterunt, hìc habent, καὶ ἔσται αὐτῆς ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ πλοῦτος ἐμοί, quorum veſtigium nullum in Hebraïcis.

Eritque mihi tamquam Ariel] והיתה לי כאריאל *bajetha li thaariel*, hoc eſt, eam habebo, quomodo loco habetur ab armatis, quibus occurrit, & à quibus occiditur. Hæc nihil ad altare faciunt, nec poſſunt ei aptari cetera, niſi planè detorta.

3. *Caſtra ponam in orbem*] וחניתי כדור *bhanithi chaddour*, caſtra ponam inſtar orbis. LXX. Intt. ὡς Δαυίδ vocalibus aliis additis & ר ultimâ mutatâ in ד. Sed Vulgatus: *quaſi ſphæram*; hoc eſt, in orbem, circa te. Vide ſuprà XXII, 18. Hunc ſignificatum etiamnum obtinet verbum Arabicum דאר *dara, in orbem circumivit*, & quædam etiam ejus derivata.

Obſidebo te aggere] צרתי עליך מצב *tſarthi balajich mutſab.* LXX. Intt. βαλῶ περί σε χάρακα. *Symmachus* χαρακώσω κατά σου τάφρον. Vulgatus: *faciam contra te aggerem.* Videtur eſſe pro במצב *bmutſab*; quæ vox ſignificat quidquid *erigitur*, qualis eſt agger, aut ſimile quid.

Munitiones] מצרות *mtſuroth.* LXX. Intt. περ-

contra te; obſidebo te aggere, excitabo contra te munitiones. 4. Depreſſa eris, è terra loqueris, è pulvere humilis erit ſermo tuus, vox tua, ex humo *prodibit*; ut animus mortui *carminibus* evocati, è pulvere oratio tua *veluti* ſtridebit. 5. Erit ut pulvis tenuis peregrinorum tuorum *mercenariorum* turba, tranſibit glumæ inſtar *vento actæ*, inſtar multitudinis hominum formidandorum, erit ad momentum, *quod* ſubitò *labitur*. 6. Creatori *Deo* exercituum pœnas dabis tonitru, motu *terræ*, fulmine, magno turbine, procellâ, & flammâ ignis abſumentis.

7. Erit *tamen* quaſi ſomnium viſi nocturni multitudo omnium gentium, quæ exercitum adduxerint, contra Arielem, & omnes eam, munitionéſque ejus oppugnantes, atque in anguſtias redigentes. 8. Ut verò eſuriens ſomniat ſe comedere, cùm verò eſt expergefactus, *ſtomachus* ejus *cibum* adpetens eſt vacuus; útque ſomniat ſitiens ſe bibere

gam. 4. Ad ſumma mala redigêris; in pulverem dejecta, auxilium à me petes, precéſque tuæ erunt ut ultima verba moribundi, e terra ſtridentis. 5. Erit vox tua, qualis eſt vox plebeculæ mercenariæ, quæ tranſibit inſtar glumæ vento actæ; & inſtar virorum primâ ſpecie fortium, ſed qui paullò poſt facile disjiciuntur. 6. Creatori eidemque Deo exercituum pœnas dabis tonitru, terræ motu, fulmine, magno turbine, procellâ & flammâ ignis omnia abſumentis.

7. Erit tamen initio inſtar ſomnii nocturni ingens multitudo, ex omnibus collecta gentibus, quæ adducent copias, ad oppugnandam Jeroſolimam.

πυργὰς, *Symmachus* πολιορκίας, Vulgatus *munimenta*. Intelliguntur vallum, aut foſſæ, quibus urbes obſeſſæ *in arctum* rediguntur. Eſt enim à צר *coarctavit*, *obſedit*.

4. *Depreſſa eris* &c.] Hæc coacervatio ſynonymorum oſtendit ſummam humilitatem, in quam redigenda erat Jeroſolima. Sæpe hic Propheta & Jeremias hujuſce modi loquendi genere utuntur, quo ἔμφασις augetur.

E terra loqueris &c.] Demiſſo in terram vultu, aut etiam ad pedes hoſtium accidens eos genubus flexis, tenuique voce adloqueris.

Ut animus mortui &c.] כאוב *cheob*. De qua voce diximus ad Levit. XIX, 37. *Aquila* vocaverat אוב *ob* μάγον, ſed eſt ſpiritus hominis mortui.

Veluti ſtridebit] תצפצף *thetſaphtſeph*. *Symmachus* ῥοίσεται, LXX. Intt. ἀσθενήσει, Vulgatus *muſſitavit*. Significatur ſermo demiſſâ & tremulâ voce prolatus, ut ab homine ſupplice & ſibi metuente. Vide not. ad C. VIII, 19. Loquitur autem hìc Propheta, ex opinione vulgi, animos mortuorum evocari, & reſpondere putantis.

5. *Peregrinorum tuorum*] Addidimus *mercenariorum*, quia ſermo eſt de militibus peregrinis, quos conducturi erant Judæi; ſed qui in fugam ſe daturi erant, nedum ut eos ab hoſtibus liberarent.

Tranſibit glumæ inſtar] Addidi *vento actæ*, quia tum demum gluma avehitur, cùm vento agitur.

Formidandorum] עריצים *haritſim*, qui, abſente hoſte, timere nihil videbantur, eo præſente aufugerant.

Erit ad momentum] Non ſuſtinebit conſtanter hoſtibus tuis reſiſtere.

6. *Pœnas dabis*] תפקד *thipphaked*, viſitabitis Fœminino hìc, ut in ſuperioribus, utitur, quia Jeroſolimam adloquitur. Nos verò ſecunda perſona perreximus uti, ne obſcuritas ex mutatione perſonarum oriretur.

Tonitru &c.] Hiſce omnibus ingens calamitas deſcribitur, non in procella ſita, ſed in cladibus, quas Babylonii Judæis intulerunt. Vide 2. Sam. XXII, 13. & ſeqq. atque infrà C. XXX, 30.

7. *Quaſi ſomnium*] Judæi vix oculis ſuis credent, cùm ingentem multitudinem Babylonicorum exercituum videbunt; ſe ſomniare putabunt, quamvis à Prophetis ſatis ſupérque præmoniti.

8. *Ut verò eſuriens ſomniat, ſe* &c.] Rem exprimere poſſis Ovidianis verbis Metam. VIII. 824, & ſeqq.

— *Petit ille dapes, ſub imagine ſomni,*
Oráque vana movet, dentémque in dente fatigat,
Exercétque cibo deluſum guttur inani,
Próque epulis tenues nequidquam devorat auras:
Ut verò eſt expulſa quies, furit ardor edendi.

Sententia ſatis eſt perſpicua, ſed cùm priorem verſum retulerimus ad Judæos, qui vix credituri erant oculis ſuis, de hoſtium ſuorum numero; hic referendus ad hoſtes ipſos, qui divitias ingentes ſe comparaturos ſperaturi erant, direptione Judææ & Jeroſolimæ, verùm tenuem prædam erant inventuri, & minorem domum ablaturi.

Cùm verò eſt expergefactus] *Et expergiſcitur.*

Stomachus ejus cibum adpetens eſt vacuus] וריקה נפשו *verekah naphſcho*, & vacua anima ejus. Satis conſtabat de ſenſu verborum Hebraicorum, ſed quibus Latinis vocibus exprimi poſſent non ita liquebat, nec totidem ἰσοδυνάμοις vocabulis uti potuimus. נפש *nepheſch*, quod *anima* verti ſolet, ubi ſermo de cibo & potu, adpetentiam, ſeu ὄρεξιν ſignificat, ut oſtendimus ad Num. XI, 6. & alibi. Nec potuiſſemus *animam vacuam* dicere, pro ſtomacho cibi adpetente, eóque vacuo, atque à Lectoribus Latinè tantùm ſcientibus intelligi.

Etiamnum ſitit] *Et ecce feſſus eſt* והנו עיף *vehinneh hajeph*. Sed עיף etiam *ſitientem* & *eſurientem* ſignificat, prout de cibo, aut potu ſermo eſt, at præſertim *ſitientem*. Vide 2. Sam. XVII, 29. Pſ. LXIII, 2.

Adpetentia ejus deſiderat] נפשו שוקקה *naphſcho ſchokekah*, anima ejus deſiderans; hoc eſt, ſui ejus nondum ſatisfactum eſt.

Sic

bibere, &, cùm eſt excitatus, *etiamnum* ſitit, & adpetentia ejus deſiderat *potum*: ſic ſe res habebit, cum multitudine gentium omnium, quæ adduxerint exercitum contra montem Sionem.

9. Obſtupeſcite & admiramini. Vociferati ſunt, & clamarunt, ebrii fuerunt, at non vino; vacillarunt, ſed non ſicerâ; 10. nam miſcuit vobis Jehova ſpiritum ſoporis, obſtruxit oculos veſtros, prophetas & principes veſtros, qui providi èrant, obnupſit. 11. Erunt vobis viſa omnium *prophetarum*, inſtar verborum libri obſignati, qui daretur homini litteras ſcienti, his additis verbis: lege, quæſo, hunc; negarétque, ſe poſſe, quia eſſet *liber* obſignatus: 12. aut *ſi* daretur liber *apertus* homini litteras neſcienti, additis his verbis; lege, quæſo, hunc; negarétque, ſe litteras noſſe. 13. Dixit autem Dominus: quia hic populus ad me accedit, méque colit, ore & labiis, ſed animam.

8. Ut autem eſuriens, in ſomnum delapſus, ſomniat ſe comedere, ſed expergefactus, eamdem famem experitur; & qui ſomniat ſe bibere, eamdem ſitim ſentit, cùm eſt excitatus: ſic ſe res habebit erga multitudinem populorum, qui eduxerit copias, ut oppugnet Sionem.

9. Obſtupeſcite atque admiramini. Vociferati ſunt, & clamores ſuſtulerunt, quaſi ebrii fuiſſent, at non vino. Vacillarunt, ut vix ſtare poſſent. 10. Deus, nempe, ô Jeroſolimitani, vobis immiſit ſpiritum ſtuporis, qui obſtitit, quominùs rem intelligeretis; obſtruxitque oculos veſtros; proceres & prophetas, qui alioqui perſpicaces erant, veluti texit, ne viderent. 11. Erunt vobis viſa omnium Prophetarum, ſed inſtar librorum obſignatorum, qui darentur homini, non neſcio litterarum, his aut ſimilibus verbis additis: ab eo legendum eſſe hunc librum; ille verò negaret, quia non eſſet reſignatus, 12. aut ſi traderetur apertus homini litterarum neſcio, addito mandato de ejus lectione. 13. Dixit verò

Sic ſe res habebit cum multitudine] *Sic erit multitudo*: hoc eſt, aviditati earum gentium ſatisfacere non poterit præda Judææ; quæ præda, pro eorum multitudine, parva erit.

9. *Obſtupeſcite & admiramini*] התמהמהו ותמהו *bithmamehou outhemabou*; conjunctio hæc conjugationum *Hitphaël* & *Kal* majorem videtur habere emphaſin, ut & in ſequente verbo השתעשעו ושעו *biſchthabaſchebou*, *veſchabou*. Duo priora conjunxit etiam Habakkuk I, 5. Duo poſteriora deducimus quidem à שעע, ſed quod trahat hìc ſignificationem ſuam ab adfini שוע *ſchouab*, clamare; nam poteſtas *reſpiciendi*, vel rationem habendi, in hunc locum quadrare non videbatur. LXX. Intt. duobus verbis exprimunt duo priora ἐκλύθητε καὶ ἔκστητε, poſteriora omiſerunt. Poſteriorum habetur hæc verſio *Symmachi*: ἐξαπατήθητε καὶ ἀπατᾶσθε, quaſi שעה idem eſſet ac תעה *erravit*, perperam. Vulgatus: *fluctuate & vacillate*, nequaquam commodiùs. Propheta hìc adloquitur Judæos, quaſi re præſenti, quæ futura non erat, niſi ſub poſtremis Judæ Regibus; quòd eam intueretur, ſpiritu prophetico, quaſi præſentem. Agit autem de ſumma imprudentia eorum Regum, quà arma Babyloniorum, quibus non erant pares, rebellionibus ſuis, in ſe converterunt. Propterea Propheta Judæos obſtupeſcere atque exclamare, imprudentiæ illius cauſâ, quà ſe & regnum penitus perdiderunt, jubet.

Ebrii fuerunt, ſed non vino] Vide 2. Reg. capp. XXIV, & XXV. ubi deſcribitur amentia, & infelicitas duorum poſtremorum Judæ Regum. De ebrietate hac metaphorica multa & inſignia teſtimonia Veterum congeſſit *Thom. Gatakerus* Miſcell. Poſt. C. V.

10. *Miſcuit vobis Jehova ſpiritum ſoporis*] נסך עליכם יי רוח תרדמה *naſach balechem Jehovah rouahh thardemah*. Hìc *ſpiritus ſoporis*, hoc eſt, ſtupiditatis, *miſceri* dicitur, quemadmodum vinum; quia eo ſpiritu, veluti inebriati Judæ Reges, res ſuas imprudentiſſimè adminiſtrarunt, ut res ipſa oſtendit. Notum eſt, *ſpiritum* dici adfectionem animi, quæ *ſoporis* hìc vocatur, quia ſe geſſerunt ii Reges; quos dixi, ut ſe gereret homo ex nimio potu ſopitus, ſi ſubitò excitatus, & nondum excuſſâ crapulâ, conſilia de rebus ſuis, caperet. *Aquila* πνεῦμα καταφορᾶς, *Theodotion* ἐκστάσεως, quæ idem ſignificant. Idem etiam voluerunt LXX. Intt. voce κατανύξεως, cui tribuerunt ſignificatum verbi κατανυστάζω *obdormiſco*, ut obſervavit dudum *Lud. Cappellus*, in notis Criticis. *Miſcuiſſe* autem *ſpiritum ſoporis* dicitur Deus, non Judæorum proceres omnipotentiâ ſuâ & vi animorum hominum adficiendorum, prout vult; ſed iis adfectibus ſuis relictis, à quibus eos revocare poterat, & quibus factum eſt, ut ſemet ipſi perdiderint.

Obſtruxit oculos veſtros] יעצם את עיניכם *jebattſem eth bebnechem*. Hoc eſt, permiſit vos veſtræ ipſorum cæcitati, & ſtultitiæ.

Qui providi erant, obnupſit] החוזים כסה *babbozim chiſſab*, videntes texit; quaſi velamento mentes eorum obnupſiſſet, ne viderent.

11. *Viſa omnium*] חזות הכל *bbazouth bachol*, viſum omnis. Plurali numero, Latinè loquentes, hæc expreſſimus.

Inſtar verborum libri obſignati] Non magis ea viſa adtendiſtis, quàm quod ſcriptum eſſet in libro obſignato, quem numquam legiſſetis.

Qui daretur] *Quem darent*.

Litteras ſcienti] ידע הספר *jodeah baſſepher*, ſcienti librum; hoc eſt, ἐπισταμένῳ γράμματα, ut habent LXX. Intt., *ſcienti litteras*, ut Vulgatus; hoc eſt, ſcienti legere.

His additis verbis] לאמר *dicendo*.

12. *Liber*] Sabaudiendum פתוח *phathouahh*, apertus, ut opponatur libro obſignato.

Homini litteras &c.] על אשר לא ידע *hal aſcher lo jadah*, ubi על eſt pro אל *al*, ut antea, quæ idem hìc valent, ac ל nota dativi.

13. *Id oritur ex præceptis*] מצות אנשים מלמדה *mitſvath*

animus ejus procul eſt à me; & quod me reverentur, *id oritur ex* præceptis, quæ ab hominibus acceperunt; 14. en ego pergam mirabilia facere, erga hunc populum, miraculíque miraculis *cumulabo*, & peribit ſapientium ejus eruditio, & prudentia intelligentium abdita erit. 15. Væ iis, qui altiorem præ ſe ferunt *ſapientiam*, quàm Jehova; qui celant conſilium, quorúmque facta ſunt tenebricoſa, & quis videt nos, inquiunt, aut quis nos novit? 16. Perverſitas *hæc* veſtra eſt. An luti inſtar reputabitur figulus? Num dicet opus de artifice ſuo: me non fecit; & vas è *luto* fictum de figulo: imperitus eſt?

17. Non-

verò Dominus: quod is populus ad ipſum accederet, eum lingue coleret, quod tantùm labiis & ore ſolo fieret, animo ceteroquin ab illo alieno; quodque ipſum revereretur, id oriri ex præceptis humanis. 14. Jam ſe perrecturum mirabilia facere in gratiam hujus populi, *&* hujus quidem eruditorum ſapientiam & eruditionem corruptum iri, dum vera ſapientia eluceſcet. 15. Omnino inſaniunt, qui majorem præ ſe ferunt ſapientiam, quam ipſe Creator; qui arcana conſilia habent, qui occultant, quæ faciunt. 16. Hæc eſt veſtra nequitia; an lutum habebitur tam, quam eſt figulus?

17, Nonne

miſvath anaſchim melummada. Quaſi eſſet ואת במצות *hoc à præcepto hominum, quod edocti ſunt*; hoc eſt, non ex legibus à Deo datis, quæ ſolæ ſunt norma cultûs divini. Jam laborabant Judæi traditionum incertarum, commenticiarúmque ſtudio, potius quàm præceptorum divinorum; quod illis etiam graviter exprobravit Chriſtus, pluribus poſtea ſæculis. Vide Matth. XV, 8, 9.

Quod me reverentur] יראתם אתי *jiratham othi*, timor eorum. Vide dicta ad C. XIII. 19.

14. *Mirabilia*] להפליא את העם הזה *lehaphli eth haham hazzeh*, quaſi diceret: *ad mirificandum hunc populum*; hoc eſt, ad mira facienda huic populo. LXX. Intt. προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον.

Miraculáque miraculis] הפלא ופלא *haphle vaphle*, pro בפלא *baphle*, re mirabili & mirabili, hoc eſt, multis miraculis. Miracula autem hic dicuntur non faventis Dei, ſed punientis homines; qui plus credebant hominibus, quàm ipſi.

Peribit ſapientium ejus eruditio &c.] Qui negligebant rectæ Rationis & Revelationis verè divina lumina, ut traditionum quiſquilias, aut inanes, aut etiam prorſus falſas, magni facerent, ii digni erant, qui ſibimet ipſi relinquerentur, atque adfectibus ſuis à Deo permitterentur; quibus tandem re verà inſani facti ſunt. Quod utinam etiam de magna Religionem Chriſtianam profitentium parte, jam à multis ſæculis, dici non poſſet! Certè eruditio Theologica Scholarum non multò minùs depravata eſt, quàm Thalmudicorum Doctorum Judaica ſapientia. Quod exprobrabat Paulus Judæis 1. Cor. I, 19.; id etiamnum hodie Theologis Chriſtianorum Scholaſticis exprobrari jure poteſt, atque à doctiſſimis viris re verà exprobratum eſt, inter quos eminet *Deſiderius Eraſmus.*

15. *Altiorem præ ſe ferunt ſapientiam* &c.] הוי המעמיקים מיהוה *hoi hamahamikim me Jehovah*, qui altiorem faciunt præ Jehova; ubi ſubaudimus חכמה *ſapientiam*; hoc eſt, qui ſapientiam altiorem profitentur, quàm quæ poteſt è verbis Legum Divinarum deduci. Huc pertinet omnis illa ratio interpretandi Legem allegorica, quàm tantopere poſtea oſtentarunt temporibus Chriſti, & etiamnum hodie prædicant Judæi. Atqui ſatis erat verba Legis & Prophetarum ſimpliciùs intelligere, iiſque ſummà fide, nullà præceptione humanà admiſtà, parère, quam profundiorem ſapientiam indagare, quàm nequaquam invenerunt; imò verò cujus loco in dogmata inciderunt, quibus irritam faciebant Legem. Vide Matth. C. XV.

Qui celant conſilium] לסתר עצה *laſther hetſah* occultando conſilium, hoc eſt, dum diſſimulant, quo conſilio velint lege divinà ſapientiores eſſe; nimirum, ut rationem inveniant, quà ei, quotieſcúmque libet, fraudem faciant. Sic etiam ſumitur *conſilium* C. XXX, 1. quod alioqui in meliorem partem ſæpe accipitur. Tale erat, quod ſpecie voti, quod revocare non poterant, ſervandi, perſtringebant divinam legem *de honorandis parentibus*; quod ſcelus exprobrat Chriſtus Judæis ſui ævi, & quod verè iis exprobratum oſtendunt Thalmudici, qui eadem docent de votis honori parentibus debiti contrariis. Vide Intt. ad Matth. XV, 5.

Quorúmque facta ſunt tenebricoſa] *Et ſunt in tenebris opera eorum.* Talia ſimulatores pietatis & virtutis, tempore Eſaiæ, & tempore Chriſti paſſim admiſerunt; qui coram hominibus probi & religioſi videri volebant, ſed quorum animus erat re verà improbus & Religionis ſpretor.

16. *Perverſitas hæc veſtra eſt*] הפככם *haphchechem*: Omiſerunt LXX. Intt. Vulgatus: *perverſa hæc eſt veſtra cogitatio.* Sic ex eadem radice תהפכות *thaphuchoth*, dicuntur agitationes perverſæ Deut. XXXII, 20. Prov. XXIII, 33.

An luti inſtar &c.] Hæc reſpiciunt verba vers. 15. *væ iis, qui altiorem præ ſe ferunt ſapientiam, quàm Jehova*; quique proinde ſe æquiparabant, imò & præferebant Deo, quippe qui interpretationibus irrita faciebant Dei ſanctiſſima præcepta, ſibique potiùs credi, veterum Sapientum ſcita proferentibus, quàm diſertis ejus verbis, volebant. Ejuſmodi enim homines rectè propterea dici poterant æquare *lutum figulo*, imò & præferre, cùm auderent ſe veluti ſubtrahere Dei imperiis, eáque, prout ſibi videbatur, emendare. Tales homines negabant, factis ſuis, Rempublicam Hebræorum ejúſque Leges opus eſſe Dei; ac proinde ſimiles erant luto neganti, ſi fieri potuiſſet, ſe eſſe à figulo fictum.

17. *In-*

Digitized by Google

17. Nonne intra breviſſimum tempus mutabitur Libanus in Charmelum, & Charmelus ſilva cenſebitur? 18. Audient eo tempore verba libri, & poſt caliginem ac tenebras, oculi cæcorum videbunt? 19. Pergent pauperes in Jehova lætari, atque homines mendici in ſancto Iſraëlis exſultabunt; 20. Cùm defecerit homo violentus, & defierit *eſſe* illuſor, exſcindentur omnes, qui invigilant iniquitati, 21. qui adducunt homines ad peccandum in verbis; qui increpanti in porta laqueos tendunt; qui faciunt, ut inno-

17. Nonne intra breve tempus Libanus fieri poteſt inſtar montis Charmeli, tegi vineis & hortis amœnis plenus, & contrà Charmelus tegi Cedris? 18. Audientur, eo tempore, verba hujus libri & poſt caliginem ac tenebras vel ipſi coeci videre poterunt, qua in re peccatum ſit. 19. Pergent vero pauperes lætari, propter protectionem Creatoris; & vel ipſi mendici, auxilio Dei, lætabuntur; 20. Cùm perierint deriſores, violenti, & omnes, qui occaſiones nocendi aliorum rebus quærunt. 21. Hi conantur adducere alios, ad peccandum, in verbis, eos, qui eos in portis, pro ratione muneris, caſtigant; quique dant operam, ut innocentes in deſerta loca fugiant, per quæ errant.

22. Prop-

17. *Intra breviſſimum tempus*] עוד מעט מזער *hod mehat mizhar*, adhuc parum puſillum. Breve tempus ſignatur, ſed Deo, non hominibus brevis ævi; quibus aliquot ſæcula ſunt longum tempus, quæ cum æternitate collata inſtar nihili ſunt.

Libanus in Charmelum] Notum eſt Libanum eſſe Syriæ montem altiſſimum, nec aliâ re celebrem, quàm cedris; Charmelum verò fuiſſe montem Judææ, in Tribuum Manaſſæ & Aſeris confinio, valde excultum & amœniorem longè, quàm Libanum, licèt humiliorem & cedris deſtitutum.

Et Charmelus ſilva cenſebitur] והכרמל ליער יחשב *vehaccharmel lejjahar jehhaſcheb*. Charmelus cultiſſimus mons mutabitur in ſaltum montanum, quem, niſi cædendi ligni causâ, nemo adit. Non ſunt tamen hæc propriè capienda, quaſi minaretur Propheta monti Judææ ſolitudinem, & frequentiam promitteret monti Syriæ. Sunt hæc, ut videtur, dicta παροιμιώδη, ſignificántque magnam mutationem in moribus hominum futuram; cùm Judæi Evangelium eſſent amplexuri, ut ſequentia oſtendunt.

18. *Audient eo tempore ſurdi* &c.] Hoc eſt, qui nunc nihil faciunt eorum, quæ Lex jubet, quaſi ſurdi eſſent & muti (nam hæc, in mutis certè à natalibus, ſemper conjuncta ſunt) eo tempore ei parebunt, ut par eſt, quod contigit temporibus Apoſtolicis, quibus Judæi multi ad pœnitentiam vocati & adducti veram virtutem colere ſtudioſe cœperunt, non ritualem quamdam ſanctitatem, quæ cum maximis ſceleribus conjuncta eſſe poterat, ut liquet vel ex hujus Prophetæ concionibus.

Poſt caliginem ac tenebras] מאפל ומחשך *meopel umechhoſchech*. מן perinde hic eſt ac *poſt*, ut ſæpe alibi. Vide, ſi opus eſt, *Chriſt. Noldium*, ad ſign. XXIV.

Oculi cæcorum videbunt] Quod non adſequebantur antea, tunc intelligent; nempe, nihil eſſe in Lege Moſaïca æterni juris, & quod per ſe Deo gratum ſit, præter moralia præcepta; ritus verò omnes ſeorſim ſpectatos eſſe tantùm πτωχὰ στοιχεῖα κόσμου *egena mundi elementa*, ut loquitur Paulus, hoc eſt, initia & rudimenta Religionis: ubi Deus mirâ συγκαταβάσει ſeſe carnali & contumaci populo adtemperabat, donec ſublimioris diſciplinæ capax fieret; denique Servatorem, quem iis promi-ſerat Deus, futurum Servatorem cœleſtem, qui iis veniam peccatorum à Patre impetraret, à vitiis eos liberaret, bearétque, non in hac vita, ſed in æterna. Hæc eſt lux Evangelica, quæ *caliginem & tenebras* Judaïſmi ſequuta eſt, & quam qui viderunt, atque in animum altè admiſerunt, cæci eſſe deſierunt.

19. *Pergent pauperes* &c.] Tum *pauperes* & *mendici* non divitiis terreſtribus lætabuntur, quod futurum ſub regno Meſſiæ ſui carnalis, ſibi perſuaſerant Judæi; ſed Dei favore cœleſti, & ſpe æternæ felicitatis, quibus omnia vitæ incommoda, & quaſvis calamitates, quas hìc in terris ſentient, facilè penſabunt; dum eam in cœlo exſpectant felicitatem, quam nulla umquam triſtitia, nullus umquam metus turbabunt. Hoc demum eſt *lætari* atque *exſultare in Deo*, non gaudere ob liberationem, intra hoc breve ævum clauſam, atque in divitiis & commodis ejus ſitam.

20. *Cùm defecerit* &c.] כי אפס *chi aphes*, כי *chi* interpretamur hìc *cùm*. Vide *Chr. Noldium* ad ſign. XXII. Hoc autem partim in terris contigit, nam quamvis Chriſtiani ii non fuerint, qui eſſe debebant; tamen multùm abfuerunt, aberúntque ſemper à ſceleratis Judæis, atque Ethnicis. Sed pleniùs implebitur, in altera vita, ubi pii non tantùm cum vitæ calamitatibus, ſed & cum vitiis, quorum planè immunes erunt, conflictari deſinent, ſibique ab iis timere.

Illuſor] Irriſor Religionis & Virtutis. Vide Pſ. I, 1. & ſupra C. XXVIII, 14, 23.

Qui invigilant iniquitati] שקדי און *ſchokede aven*; qui vigilantes ſe præbent; non in Virtute colenda, ſed in malis artibus; quibus ſibi & aliis nocent, dum adfectibus ſuis indulgent.

21. *Qui adducunt homines ad peccandum in verbis*] מחטאי אדם בדבר *mahhate adam bdabar*. Hoc faciunt, qui aut ad mentiendum, nocendi causâ, alios adducunt; aut qui eos ita exacerbant, ut, per iram, ſic loquantur, quomodo probos non decet, nec par eſt. *Nazaræi*, ait *Hieronymus* in Comment. ad hunc locum, *contra Scribas & Phariſæos dicta arbitrantur, quòd defecerint* δευτερῶται, *qui priùs illudebant populo traditionibus peſſimis, & ad decipiendos ſimplices, nocte diéque vigilabant; qui faciebant peccare homines in verbo Dei, ut Chriſtum Dei filium negarent.* Sed ſatius eſt rem ſummatim intelligere de iis, qui alios ad-

innocens in deſertis locis erret. 22. Quamobrem ſic dixit Jehova, qui liberavit Abrahamum, domui Jacobi: tunc pudore non ſuffundetur Jacobus, nec facies ejus tunc pallebit, 23. cùm videbit apud ſe poſteros ſuos, opus manuum mearum; ſanctum *enim* prædicabunt nomen meum, ſanctitatem prædicabunt ſancti Iſraëlis, & Deum Iſraëlis timendum dicent. 24. Ii quorum animus errabat, ſapientiam noſcent, & qui obſtrepebant, doctrinam accipient.

Querela

22. Propterea ſic loquutus eſt Creator, qui liberavit olim Abrahamum, domui Jacobi: 23. tum demum eam non fore ſuffuſam pudore, aut pallidam, præ timore; tum enim nomen ejus prædicatum iri, & ſanctitatem Dei Iſraëlis laudatum iri, & reverà eum eſſe timendum. 24. Quicumque errabat, ad cognitionem veritatum vocabitur, & qui veritati obſtrepebat, eam admittent.

PARA-

ducunt ad loquendum eo modo, qui, per leges Evangelicas, illicitus eſt.

Increpanti in porta laqueos tendunt] למוכיח בשער יקשון *lammochiahh baſſchahar jikſchoun*. *Increpans in porta* eſt judex probus (judicia enim, ut notum, ad portas habebantur, ſicut diximus ad Gen. XIX, 1. Ruth. IV, 1.) qui malis reſiſtebat, ne innocentes damnarentur. Iis homines nequam laqueos tendebant, ut eos perderent; vel calumniis, occultiſque artibus: vel etiam vi, ſi fraus malè cederet.

Qui faciunt, ut innocens in locis ſolis erret] יטו בתהו צדיק *jattou batthohou tſaddik*, declinant in deſerto juſtum. Vide Levit. XIX, 13. Deut. XXVII, 18. תהו eſt deſertum, ut oſtendimus ad Gen. I, 2.

22. *Qui liberavit Abrahamum*] פדה *phadah*, quod ſignificat non tantùm *redimere*, ſed & *liberare* quocumque modo, è quovis periculo. Vide 2. Sam. IV, 9. Liberavit etiam Deus ceteros Patriarchas, ſed videntur hic poſteri Abrahami, præſertim ex Jacobo, etiam ejus nomine ſignificari; ut nomine *Jacobi* & *Iſraëlis* tota ejus poſteritas contineatur.

Tunc pudore non ſuffundetur] לא עתה יבוש *lo hattah jebouſch*. Hic עתה, quod plerumque eſt particula præſentis temporis, refertur ad futurum. *Chriſt. Noldius* duo ſimilis poteſtatis exempla produxit ex 1. Sam. XXVII, 1. 1. Reg. XII, 26. quibus adde duo ex hoc loco. Sic & particula νῦν apud Græcos ſumitur interdum pro τότε, præteritúmque tempus ac futurum, non minùs quàm præſens, deſignat.

Jacobus] Idem eſt, ac ſi diceret: ſi tunc Jacobus è mortuis excitaretur, non eſſet, cur eum poſterorum ſuorum puderet, aut pœniteret.

Pallebit] Palleret indignatione, aut metu, ne pœnas daturi eſſent poſteri.

23. *Cùm videbit apud ſe poſteros ſuos*] בראותו ילדיו בקרבו *brothou jeladau bkirbo*, videndo filios ſuos in medio ſui. Poſteri illi *in medio* Jacobi, vel Iſraëlis, ſunt poſteri ex aliis Gentibus, qui Jacobi virtutes imitaturi erant, ut *filii*. Vide 1. Sam. X, 12. 2. Reg. II, 3.

Opus manuum mearum] Qui per me, hoc eſt, per Evangelium, facti fuerint *filii Jacobi*; eodem modo, quo Deus dicitur *è lapidibus poſſe ſuſcitare filios Abrahamo*, Matth. III, 9.

Sanctum enim prædicabunt] יקדישו *jakdiſchou*, hoc eſt, dicent, vel agnoſcent eſſe ſanctum; loquentur de me, quaſi de *ſancto Deo* & moribus ſanctitatem ſectabuntur; non agitur enim de ſola Linguæ confeſſione, quam reſpuit & damnat antea Deus, vers. 13. ſed de prædicatione, quæ ex animo fiat: quà credentes Deum eſſe *ſanctum*, hoc eſt, virtutibus omnibus præditum, nihil umquam ei mali tribuamus, ac omnia bona de eo prædicemus, & quatenus licet imitemur. Id ipſum eſt, quod à Chriſto dicitur in Oratione Dominica, *ſanctificatio nominis Dei*.

Timendum dicent] יעריצו *jaharitſou*, dicent eſſe עריץ *formidandum* iis, qui Legibus ejus non parent. Hæc omnia multò meliùs præſtant Chriſtiani, quàm Judæi; cùm multò excellentiùs de iis ſentiant & loquantur, cúmque pœnas & præmia alterius vitæ, apertiùs & pleniùs proponant; quibus ſolis, multò magis timendum Deum oſtendunt, quàm omnibus hujuſce ævi brevioribus præmiis & pœnis facere poterant Judæi.

24. *Quorum animus errabat*] תעי רוח *thohe rouahh* errantes ſpiritu. Quibus verbis optimè deſcribuntur Ethnici, qui graviſſimè errabant de Deo, ejúſque cultu, & morum probitate: cùm Judæi non tam *animo errarent*, quàm moribus.

Sapientiam noſcent] Nempe, revelatam, quæ Ethnicis planè ignota erat, non Judæis.

Qui obſtrepebant] רוגנים *rogenim*. LXX. Intt. & *Symmachus* γογγύζοντες, *Hieronymus*: *muſſitatores*. Intelliguntur potiùs *obſtrepentes*, quales Ethnici, qui doctrinæ Chriſtianæ *obſtrepebant*, potiùs quàm *muſſitationibus*, hoc eſt, ſubmiſſis murmuribus adverſabantur.

COM-

Digitized by Google

Querelæ de Judæorum vitiis, & promiſſiones Legum Divinarum obſervantibus.

1. VAE filiis contumacibus, ait Jehova, ad exſequendum conſilium, ſed non à me *acceptum*; ad faciendum fœdus, ſed non è ſpiritu meo, addendúmque Caput XXX.
peccatum peccato. 2. Eunt ad deſcendendum in Ægyptum (ſed os meum non interrogarunt) ut ſe confirment potentiâ Pharahonis, útque confidant in umbra Ægyptiorum. 3. Eritne verò vobis potentia Pharahonis pudori, & fiducia in umbra Pharahonis ignominiæ? 4. Nam fuerunt Tani principes ejus, ejúſque legati Chaneſum pervenerunt. 5. Omnes pudebit populi, nec eis proderit, non auxilio erit, nec emolu-

PARAPHRASIS.

1. VÆ contumacibus Iſraelis, ait Creator, qui volunt exſequi contumaciter conſilium, ſed quod à me nequaquam probatum eſt, & quod peccatum eſt ceteris, quæ ab Iſraëlitis commiſſa ſunt, addendum. 2. Fugiunt in Ægyptum, me per Prophetam minimè conſulto, ut auctoritate Regis Ægyptiorum tegerentur, & ſub umbra eorum quieſcerent. 3. Erit contra vobis pudori protectio Ægyptiorum, eorúmque Regis. 4. Non fuerunt Tani eorum principes, ſed ſe contulerunt Chaneſum. 5. Omnes puduit populos, Ægyptios non auſos eſſe Iſraelitis, contra Orientales populos,

COMMENTARIUS
In Caput XXX.

1. *Contumacibus*] סוררים *ſorerim*, declinantes, ſed non ſine contumacia, à meis inſtitutis.

Conſilium] Suum, nempe, ut C. XXIX, 15. idque de auxilio à Rege Ægyptiorum petendo, ut ſequentia docent.

Sed non à me acceptum] Neque enim Prophetam ullum conſuluerant. Videntur hîc deſignari Proceres nonnulli, ſub Ezekia, qui putabant ſe Aſſyriis prudenter copias auxiliarias oppoſituros; quod pervenit etiam ad aures Sancheribi, ut oſtendunt verba ejus legatorum inferiùs prolata C. XXXVI, 6.

Ad faciendum fœdus] לנסך מסכה *lnſoch maſſechah*, ad libamen libandum, unde LXX. Intt. verterunt ἐποιήσατε συνθήκας, ſed meliùs vertiſſent εἰς σπένδεσθαι σπονδὰς, quia in fœderibus pangendis libationibus, ſeu effuſionibus vini utebantur Veteres. Unde apud Græcos σπένδεσθαι σπονδὰς & ſimpliciter σπένδεσθαι, pro eo quod eſt *fœdus facere*, & ἄσπονδος πόλεμος bellum perpetuum, atrox, nec ullo umquam fœdere finiendum. Primus hoc vidit *Lud. Capellus* in Notis Criticis in V. T. & aliquomodo ſuſpicatus eſt *Joan. Coccejus* in Lexico. Dubium eſſe nequit quin נסך *neſech* libamen ſit, ſeu vinum in honorem Dei fuſum, nec quidquam vetat מסכה *maſſechah* hoc quoque ſignificaſſe; cùm ſit ab eadem radice ac נסך *neſech*, de quo vide Jerem. VII, 18. XXXII, 29, XLIV, 17, 18, 19. Ipſe locus hanc ſententiam poſtulat, cùm loquatur Propheta de fœdere faciendo cum Ægyptiis, eâ lege, ut Judæ Regi auxilium ferrent. Quare non dubitavimus hanc ſententiam ſequi. *Hieronymus* habet: *ut ordiremini telam*, quæ quomodo ex Hebraïcis exſculpi poſſent, non video; nam quòd מסכת ſit *licium* Jud. XVI, 13. non ſatis eſt, ut dicamus hîc נסך מסכה eſſe *ordiri telam*, & quidem ſenſu tralaticio de negotio inchoando, quale fuit fœdus cum Ægyptiis.

2. *Os meum non interrogarunt*] Prophetas meos ea de re non conſuluerunt, quibus, à me petentibus, aperuiſſem, quid factu opus eſſet. His temporibus nulla mentio fit oraculi, per Pontificem Maximum, collari & pallio ſacro ornatum, redditi.

Ut ſe confirment potentiâ] לעוז במעוז *lahoz bmahoz*: ad corroborandum (ſe) robore.

Utque confidant in umbra] *Umbra* eſt auxilium paſſim in Scriptura.

4. *Tani*] בצען *betſohan*. Metropolis fuit inferioris Ægypti, de qua vide ad Gen. XLV, 10.

Principes ejus] שריו *ſcharau*, Pharahonis, ut videtur; ſed ſequitur מלאכיו *legati ejus* quod fortaſſe meliùs conveniret Regi Judæ; qui miſit, aut paſſus eſt ire legatos in Ægyptum, ad auxilium Pharahonis implorandum. Sed poteſt etiam fieri, ut Rex Ægyptiorum legatos miſiſſet obviam Judæis legatis, qui eorum poſtulata audirent.

Chaneſum] חנס *hhanes*. Videtur fuiſſe nomen urbis, aut præſidii Ægyptiaci in finibus regni Judæam verſûs. Ejuſce modi fuit oppidum, quod *Daphnas* vocant Græci, Hebræi verò תחפנחס *thahhphanhhes*, quem locum nonnulli eumdem putant ac חנס *hhanes*, de quo hîc. Poſſit etiam poſterius hoc nomen eſſe decurtatio prioris, parum emendatè ſcripti. Vide Jerem. II, 16. & XLIII, 8, 9. ubi fuit præſidium Ægyptium contra Syros & Arabas. Sed nihil adfirmare licet, de rebus usque adeò obſcuris. LXX. Intr. omiſerunt hunc verſum, *Hieronymus* habet *Hanes*. Sed, nusquam alibi ejus meminit. Nihil eſt abſurdum, in hac vocis *Thahhaphanhhes* decurtatione.

5. *Omnes pudebit populi*] Nempe, Ægyptii, qui non erit auxilio vicinis, contra Aſſyrios.

Nec eis proderit] Eſt יועילו *proderunt*, quod refertur tamen ad populum, quia populus multitudine conſtat. Sed, vitandæ ambiguitatis causâ, uſi ſumus ſingulari.

6. *De meridiano Hippopotamo*] בבהמות נגב *bebbehemoth negeb*, in Behemoth meridiei. Quidescri-

Digitized by Google

molumento, ſed pudori, imò & ignominiæ. [6]. Oratio pronunciata de meridiano Hippopotamo, in terra anguſta atque arcta; leæna & leo violentus ab iis *ſunt*, vipera & cherſydrus volans; ferent *Judæ tribules* humeris aſinorum facultates ſuas, atque dorſo camelorum theſauros ſuos, ad populum, qui nulla re eos juvabit. [7]. Ægyptii fruſtra & in caſſum auxiliabuntur; propterea hanc *terram* vocavi Rahab, *quæ eſt* eis *ad* habitandum.

[8]. Nunc veni & ſcribito in tabula, apud eos, atque in libro hoc exara; & erit, ſequenti tempore, in teſtimonium perpetuum; [9]. hunc populum eſſe rebellem, filios mendaces, filios, qui legem Jehovæ audire nolunt; [10]. qui dixerunt Videntibus: non videtis;

los, auxilia mittere, cùm ipſis etiam eſſet res pudenda Ægyptus. 6. Quod poteſt intelligi, ex Oratione de hoc eorum facto: *de Meridiano Hippopotamo, in terra anguſta, atque arcta; leæna & leo violentus ab iis ſunt, Vipera & Cherſhydrus volans. Judæ tribules humeris aſinorum facultates ſuas, ac dorſo, auferens ad populum, qui nulla re eos juvabit; propterea hanc terram vocavi Rahabam, quæ iis habitando adſignata eſt.*

8. Nunc vero, ô Eſaia, ſcribito hæc verba in tabula, aut in libro, quod erit monumentum perpetuum, in futuras ætates: 9. ex quo conſtabit, populum eſſe contumacem, hoc quod erit æternum contra eum teſtimonium; unde liquebit, eos, qui ſe filios Dei vocitant, mendaces eſſe, nec ſe morigeros ejus legibus præſtare velle; 10. quippe qui vetuerint Prophetas, quos Deus dignatur viſis nocturnis, quidquam eorum narrare. Si quid dicere populo vellent dictum, id populo oportere gratum eſſe, quamvis meris ludibriis conſtaret.

deſcribitur Rex Ægypti, cum populo ſuo, apud quos notiſſimi erant *Hippopotami meridiani*, qui ex Æthiopia in Ægyptum deſcendebant. Oſtendimus ad Jobum *Behemoth* eſſe Hippopotamum, prout cenſuit *Sam. Bochartus*; nec נגב *meridies* ulla regio potiore jure vocetur, quàm Æthiopica. Sic & antea deſcripti ſunt C. XXVII, 1. ſub nomine piſcium κτήνη νότου *jumenta auſtri*, aut τετράποδα ἐν τῇ ἐρήμῳ, aliorum Intt. nihil huc faciunt.

In terra anguſta atque arcta] בארץ צרה וצוקה *beerets tſarah vetſoukah*, in terra anguſti & arcti ſpatii; qualis eſt Ægyptus ab extremo angulo meridiano τοῦ Deltæ ad Æthiopiam usque, ut omnibus notum. Itaque non opus erat, ut ad *anguſtias*, tralaticio ſenſu ſumtas, confugerent Interpretes; cùm præſertim optimè quadrent in Ægyptum, quæ hìc habentur.

Leæna & leo violentus] לביא וליש *labi velajiſch*. Prius eſſe *leænam*, poſterius *leonem*, non decrepitum, ſed viribus florentem & violentum, pluribus oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. c. 1. ubi de Leonis nominibus copioſè & eruditè egit. Leones in Ægyptum ex Africæ vicinæ ad occaſum, Arabiæque ad ortum ſolitudinibus, atque Æthiopia ad auſtrum, magnâ copiâ veniebant olim, veniúntque etiamnum hodie. Vide *Bochartum*, ad calcem ejusdem capitis.

Vipera & cherſydrus volant] Conſtat Ægyptum refertam eſſe ſerpentibus, & inter alias viperis, ut ex Veteribus oſtendit idem *Bochartus*, ejusdem Operis P. 2. Lib. III. c. 1. ubi probat אפעה *ephheh*, quod hìc habetur, eſſe viperam.

Cherſydrus volans] שרף מעופף *ſcharaph mehopheph*. De volucribus ſerpentibus Ægypti vide eumdem, ibidem c. 12. Quod non Veteres tantùm, ſed & recentiores Itinerariorum Scriptores dicunt.

Ferent humeris aſinorum] Judæi, nempe, ad Ægyptios. כתף *humerus*, hìc ſumitur pro dorſo.

Qui nullâ re eos juvabit] לא יועילו *lo jobilou*. Perinde eſt ac ſi dixiſſet אל עם אשר לא יועילם *el ham aſcher lo jobilem*, ad populum, qui eos non juvabit. Territi, nempe, ab Aſſyriis Ægyptii Jeroſolimam usque pervenire non potuerunt.

7. *Fruſtra & in caſſum*] הבל וריק *hebel verik*, inanitate & vacuo.

Vocavi Rahab] רהב *rahab*. Vide ad Pſ. LXXXVII, 4. Hìc quoque Propheta adludit ad ſignificationem Hebraicam hujus nominis, quâ *ſuperbiam* ſonat; quamvis aliter ab Ægyptiis intelligeretur, ut ad Pſalmi locum diximus. Eò reſpexit Vulgatus, qui vertit: *ſuperbia tantùm eſt*. LXX. Intt. aut potiùs neſcio qui Judæi, qui fortè numquam in Ægypto fuerant, ματαία ἡ παράκλησις ὑμῶν αὕτη, quæ ſunt eorum figmentum. *Aquilæ* ſolum nomen ὅρμημα profertur, quod quid ſit neſcio. *Symmachus* ταραχαί, *Theodotion* πλάτος, quaſi legiſſet רחב *rehhab*.

Quæ & eis ad habitandum] הם שבת *hem ſchebeth*, pro להם לשבת *lahem leſchebeth*, ſubauditâ voce ארץ *erets*. Hieronymus: *quieſce*, quaſi legiſſet הס *has*, quieſce, & omiſiſſet ſequentem vocem שבת, quam κατοικεῖν vertit *Symmachus*.

8. *In tabula*] בלוח *blouahh*. LXX. Intt. ἐπὶ πυξίου, *in buxo*. Symmachus ἐπὶ πυκτίῳ *in pugillari*.

9. *Hunc populum eſſe rebellem* &c.] Hæc, nimirum, ſunt, quæ erant ſcribenda in pugillari, vel in libro, ad ſempiternam rei memoriam.

10. *Videntibus: non videtis* &c.] Hoc eſt, fidem viſis propheticis detrahebant, vetabántque ideò vaticinari.

Recta nobis] Hoc eſt, viſa nobis idonea & convenientia.

Dicito nobis blanda &c.] Non videntur quidem hæc fuiſſe ipſa improborum hominum verba; callidiores erant, quàm ut apertè profiterent, ſibi prophetas mentiri; ſed ægrè ferebant ſibi calamitates prænunciari, ut ille apud *Homerum* Iliad. A. 106. qui dicebat:

Μάντι κακῶν, οὐ πώποτ' ἐμοὶ τὸ κρήγυον εἶπας.

Vates

videtis; & viſa habentibus: non habetis viſa recta nobis. Dicite nobis blanda, & vi-
dete illuſiones. [11]. Recedite de via, divertite à ſemita, facitéque, ut deſinat coram
nobis eſſe Sanctus Iſraëlis. [12]. Propterea Sanctus Iſraëlis, eò quòd, inquit, repu-
diaſtis *me*, hoc verbo, & confiditis in violentia & pravitate, iiſque freti eſtis;
[13]. ideò erit vobis iniquitas hæc inſtar ruinæ cadentis & protuberantiæ, in muro alto, qui
ſubitò & intra momentum frangetur. [14]. Frangetur, ut frangitur lagena figulorum,
quæ conteritur, *ita ut ei* non parcatur, nec in ejus fragmentis inveniatur teſta, ad ig-
nem ſumendum è foco, aut aquam hauriendam è fovea. [15]. Sic enim dixit Domi-
nus Jehova, Sanctus Iſraëlis: ſedendo & quieſcendo ſervabimini, in ceſſatione & fi-
ducia erit robur veſtrum; ſed noluiſtis. [16]. Dixiſtis: non *faciemus*, ſed equis vecti
auſugiemus; ideò *non* fugietis. *Dixiſtis*: celeribus *equis* vehemur, ideò celeres erunt,
qui vos inſequentur. [17]. Chilias una propter increpationem unius *viri*, & propter in-
crepationem quinque *virorum*, *omnes* fugietis, donec ſuperſitis ut malus in vertice
montis, & ut vexillum in colle.

[18]. Ideò

taret. 11. Recedite à via trita, & date operam, ut nobis quidquam dicat nomine Dei Sancti Iſraelis. 12. Ideò Deus Iſraelis, quia, inquit, repudiaſtis me, & fiduciam omnem in vi & nequitia poſuiſtis; 13. propterea hæc veſtra iniquitas Deum adducet, ut patiatur vos ſubito ab hoſtibus opprimi; quemadmodum murus altus & protuberans in inferiora ſubitò cadit in ea, quæ ei ſubjecta ſunt. 14. Frangetur, ut lagena figulorum; quæ conteritur, ita ut nulla inveniantur fragmenta, quæ uſui eſſe poſſint ad ignem ſumendum è foco, aut ad hauriendam aquam è fovea. 15. Sic enim dixit Dominus Creator, *Deus* Sanctus Iſraëlis: ſedentes & quieſcentes ab eo hoſte liberabimini; ceſſatione & quiete ſalutem conſequi poteritis; ſed ei obſequi noluiſtis. 16. Vos vero hoc conſilium ſequuturos negaſtis, ſed fore, ut equos vecti velocibus equis fugiatis; quamobrem vos hoſtes equis ſuis non adſequentur. 17. Chilias una Judæorum increpatione hoſtis unius in fugam agetur. Imò omnes fugietis, ſi quinque viri vos omnes increpuerint; donec redacti ſitis ad perpaucos, qualis eſſet malus in vertice montis, aut quale vexillum, in colle.

18. Ideò

Vates malorum, numquam mihi boni quidquam dixiſti. Vide & Hiſtoriam, quæ exſtat 1. Reg. XXII.

12. *In violentia & pravitate*] בעשק ונלוז *beboſchek venaloz.* Prius vim, quà aliena rapiuntur aut detinentur, ſignificat; poſterius receſſionem à recta via, pravitatem, ut Lexica docebunt. At LXX. Intt. ἐπὶ ψεύδει καὶ ὅτι ἐγόγγυσας, *Symmachus* & *Theodotion* verbis uſi fuerant, quæ vertit *Hieronymus*: *in contradictione & ſuperbia*, ipſe verò, *in calumnia & in tumultu.* Quæ omnia ab uſu Scripturæ diſſentiunt.

13. *Inſtar ruinæ cadentis*] כפרץ נופל *chephérets nophel.* Propriè פרץ eſt hiatus in muro diſrupto, ſed videtur hìc ſumi, pro ipſa materia muri cadente. Incommodè *Hieronymus* vertit *interruptio cadens.* Meliùs LXX. τεῖχος πίπτον, nam ſolus murus cadit.

Protuberantiæ] נבעה *nibbeh.* Omiſerunt vertere LXX. Intt. Hieronymus *requiſita*, quia בעה eſt *petiit.* Sed cùm res poſtulet *protuberantiam* veteris muri ruinam minantis, etiam favit ſignificatio nota vocis adſinis אבעבעות *ababuboth*, quæ *tumores* ſignificat Exod. IX, 9. ubi vide notata.

Qui ſubito &c.] *Cujus ſubitò ad momentum venit fractio.* Repetitio vocum ſynonymarum פתאם לפתע *phithom lphetah*, ſubitam admodum ruinam ſignificat; nam hæc eſt vis ejus repetitionis, apud Prophetam, non infrequens.

14. *Frangetur, ut frangitur* &c.] *Franget eum* (nempe, murum) *ſecundùm fractionem lagenæ figulorum conterendo*; hoc eſt, in minutas partes diſſipatur.

Non parcatur] Non parcet, hoc eſt, cui non parcit, qui eam in humum dejicit. Hæc eò pertinent, ut ſcirent improbi Judæi, qui metu Aſſyriorum, non ad Deum, ſed in Ægyptum profugerant, fore ut funditus perirent. Videntur autem intelligendi nonnulli, qui per minora oppida, nec ſatis munita Tribûs Judæ ſparſi erant, & ſalute patriæ deſperatà, ni ſubvenirent Ægyptii, ad eos confugerant.

15. *Sedendo & quieſcendo*] *In ſeſſione & quiete.* Sic re verà ſervata eſt Jeroſolima, excidio in Sancheribi exercitum divinitus immiſſo, ſedente & quieſcente Hezekiâ.

Fiducia] In Deo, nempe, collocata.

16. *Ideò non fugietis*] Supplendam particulam negativam oſtendit ſequens membrum parallelum, & res ipſa.

Dixiſtis: celeribus equis vehemur] ועל קל נרכב *vehal kal nirchab*, ſuper celere (*nempe, equo*) vehemur. Sunt verba Judæorum, ideóque addidimus *dixiſtis*, neceſſariò ſubaudiendum.

17. *Increpationem unius* &c.] Hoc eſt, paucorum hoſtium vociferationem multò plures non ſuſtinebitis, propter terrorem, quo in fugam agemini.

Omnes fugietis] Supplevimus *omnes*, quia hìc aucto numero hoſtium augeatur terror neceſſe eſt, adeóque ad plures pertineat. Vide Levit. XXVI. 8.

Ut malus in vertice montis] כתרן על ראש ההר *chatthoren hal roſch hahar.* Malus hìc videtur dici arbor recto trunco & procera, quæ in montibus, ubi ceteræ cæſæ ſunt, ſola relinquitur, ut inde fiat malus, cùm ad juſtam proceritatem & craſſitiem pervenerit.

Ut vexillum in colle] כנס על הגבעה *channos hal haggibhah.* Videtur ſignificari fuga totius

18. Ideò exſpectabit Jehova, ut vobis benefaciat; ideò in altum ibit, ut veſtri miſereatur. Jehova enim Deus eſt juris *obſervans*, *&* beati omnes, qui *auxilium* ejus exſpectant. 19. Populus enim Sionem incolet & Jeroſolimam: non flebis, gratificabitur *Deus* tibi, cùm ſonitum clamoris tui audiverit, te exaudiet. 20. Dedit vobis Dominus panem anguſtiæ & aquam oppreſſionis; at non abibunt ampliùs doctores tui, atque oculi tui eos videbunt. 21. Sed & aures tuæ audient verba poſt te dicentis: hæc via eſt, eam ingredimini, nec ad dextram, aut ſiniſtram *divertite*. 22. Polluite quod tegit ſculptilia veſtra ex argento veſtro, palliumque conflatum ex auro veſtro, amovete ea, *ut veſtem* menſtruis *pollutam*, iiſque dicite: egredimini. 23. Tum dabit *Deus* pluviam ſementi, quam feceritis in terra veſtra, & alimentum proventùs agri tui, critque

18. Ideò Deus veſter, Creator omnium, differet vobis auxilio ſuo opitulari; eſt enim juris obſervantiſſimus; & beati ſunt, qui in eo fiduciam poſuerunt. 19. Populus enim, ejus auxilio fretus, Sionem montem ac *totam* Jeroſolimam etiamnum incolet, & amiſſam ſuam libertatem recuperabit, cùm Deus ejus miſertus fuerit. 20. Antea victus vilis erit, panem & aquam, & quidem exiguâ copia, concellit; at non fugabuntur, amplius Doctores tui, ſed eos apud te videbis. 21. Audies enim auribus tuis dicentes; hanc viam ſuisſe ingrediendam, quam Lex Dei oſtendit, nec umquam ab ea divertendum. 22. Polluite pretioſas veſtes, ſigna idololatricè tegentes, quaſi eſſent mulierum menſtruis pollutarum. 23. Tum vero Deus tempeſtivas pluvias ſegetibus veſtris ſuppeditabit, atque copioſum fructum edent. Pecudes etiam tuas in copioſis paſcuis paſces, eruntque

tius exercitûs, cùm, omnibus fugientibus, unum mirare lignum relinquitur in colle.

18. *Exſpectabit Jehova, ut vobis benefaciat*] Hoc eſt, ideò Deum dilaturum auxilium in tempus idoneum conſiliis ſuis, quod tempus advenit, eà nocte, quâ cæſus eſt divinitus Sancheribi exercitus; ante quod tempus Aſſyriorum copiæ per Judæam liberè graſſatæ ſunt, & quaquaverſùm terrorem circumtulerunt.

In altum ibit, ut veſtri miſereatur] ירום לרחמכם *jaroum lrachemchem.* Eà loquutione adluditur ad morem Regum, aut Ducum, qui tribunal adſcendebant, ut jus dicerent, aut etiam beneficerent iis, quos fidos erant experti. Vide Pſ. VII, 8. LXVIII, 19.

Deus juris obſervans] Hoc eſt, qui jus dicit omnibus ex æquo. Addidimus *obſervans*, quia obſcurior erat hæc loquutio: *Deus judicii*, aut *juris*.

19. *Sionem incolet*] Non abducetur captivus ab Aſſyriis, ut abducti fuerant Iſraëlitæ decem Tribuum; ſed remanebit in patria, ubi remanſit ad tempora Nebuchadneſaris, qui ſæculo pòſt primos captivos Judæorum in Babyloniam abduxit.

Gratificabitur enim Deus &c.] *Gratificando gratificabitur tibi, ad vocem clamoris tui, cùm eam audiet, reſpondebit.*

20. *Panem anguſtiæ*] Dum Sancheribus per Judæam graſſaretur, cum exercitu, qui Jeroſolimæ mœnibus clauſi erant, magno ſine dubio numero, cibo & potu parcè utebantur, ſibi ab obſidione metuentes.

Non abibunt ampliùs doctores tui] לא יכנף עוד מוריך *lo jichaneph hod morecha*, non avolabit ampliùs doctores tui; hoc eſt, ullus doctorum; nimirum, Prophetarum.

Eos videbunt] *Videntes doctores tuos.*

21. *Hæc via eſt* &c.] Hæc eſt vivendi ratio, quam Deus vobis impoſuit, à qua recedere non licet.

Nec ad dextram, aut ſiniſtram divertite] כי תאמינו וכי תשמאילו *chi thaaminou vechi thaſchmilou.* LXX. Intt. εἴτε δεξιὰ, εἴτε ἀριστερά. Vulgatus: *neque ad dextram, neque ad ſiniſtram.* Ex analogia Grammatica ſcribendum fuiſſet תימנו *theminou*, non תאמינו *thaaminou* ſenſum cum eo expreſſimus; alioqui dicendum fuiſſet: *cùm ad dextram & cùm ad ſiniſtram deflectetis*: Sed hoc contrarium Latinis auribus ſonaret, nam *deflectere ad dextram aut ſiniſtram* eſt à via recta divertere.

22. *Polluite quod tegit*] וטמאתם את צפוי *timmathem eth tſippboui*, polluite integumentum; hoc eſt, argentum, quo tecta ſunt ſimulacra veſtra ὑπόξυλα, iis detrahite & vulgari uſui adhibete.

Sculptilia veſtra ex argento] פסילי כספך *pheſile chaſphecha*, ſimulacra argenti tui; ſeu quæ tecta ſunt argento veſtro.

Palliumque conflatum ex auro veſtro] ואת אפדת מסכת זהבך *veeth appbudath maſſecbeth zhabecha*, pallium conflationis auri tui. Vide ad Exod. XXVIII, 8. de voce אפדה. Statuis, nempe, Deorum, ornamenti causâ, imponebant pallia aurea. Quod & apud Græcos factitatum liquet ex joco Dionyſii Tyranni, cujus multi meminerunt, ſed quem *Ciceronis* verbis, ex Lib. III, 34. de N. D. exprimemus: *Cùm in fanum veniſſet Jovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum, grandi pondere; quo Jovem ornaverat ex manubiis Karthaginenſium Tyrannus Gelo; atque in eo etiam cavillatus eſt, æſtate grave eſſe aureum amiculum, hieme frigidum: eique laneum pallium injecit, cùm id eſſe ad omne anni tempus diceret.*

Amovete ea, ut veſtem &c.] תזרם כמו דוה *thizrem chmo davab*, & diſperges ea, ſicut menſtruatam, aut rem ad eam pertinentem. LXX. Intt. λικμήσεις ὡς ὕδωρ ἀποκαθημένης *ventilabis ut aquam ſeorſim ſedentis*, quæ verſio paſſim nimis adſtricta, paſſim liberior æquo; nam λικμᾶσθαι quidem propriè vertitur, ſed non poteſt dici *aqua ventilari*, nec ulla aquæ mentio, in Hebraico Codice. Vulgatus: *diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ.* Agitur de amotione veſtium, nam cetera non amoventur, magis quàm alia.

23. *Dabit Deus*] Eſt tantum נתן *nathan*, ſed liquet ſubaudiendum *Deus*, aut *Jehova*, ille

eritque pingue & copioſum; paſcentur tua pecora, eo tempore, in latis paſcuis. 24. Boves autem & aſini, agrum tuum colentes, farragine ſubacidâ, quæ palâ ventilatur, veſcentur. 25. Ex omni monte excelſo & omni colle edito rivorum aquæ deducentur, die cædis magnæ, cùm ceciderint, qui ſe magnificè efferebant. 26. Erit lux Lunæ, inſtar

que pingues & magno numero. 24. Boves autem & aſini, agros tuos colentes, ſubacida farragine, quæ ventilabro ventilatur, veſcentur. 25. Ex altis montibus derivabuntur aquæ in plana camporum rivi, ad abluendum ſolum, in quo commiſſum fuerit prœlium, atque occiſi proceres gentis. 26. Lux quidem erit eo tempore Lunæ tanta, ut æquet lumen Solis, Solis verò ſepties ſplendidior, quaſi

ille enim ſolus pluviam dare dicitur. Eadem vox ſupplenda fuit vers. 19. & ſæpiùs alibi.

Pluviam ſementis &c.] *Pluviam ſementis, quam ſeveris*; hoc eſt, poſt factam ſementem, ne ſiccitate pereat, antequàm radices egerit, pluviam demittet.

Alimentum proventûs] לחם lehhem, *panem proventûs terræ*; nempe, frumentum & cetera, quibus homines aluntur, quorum copioſam meſſem pollicetur Propheta.

Pingue & copioſum] דשן ושמן *daſchen veſchamen*. LXX. Intt. vertunt πλησμονὴ καὶ λιπαρὸς, Vulg. *uberrimus & pinguis*. Utrumque vocabulum ſignificat & *pinguem* & *copioſum*; quod contingit, quando *grana* ſingula ſunt grandia, & præterea magno numero.

Paſcentur tua pecora] ירעה מקניך *jirheh miknecha*. Aut oporteret legi ירעו *jirhou* in plurali, aut referri verbum ad Deum, qui curabit ea paſcere.

In latis paſcuis] כר נרחב *char nirhhab* latum paſcuum, aut in lato paſcuo. LXX. Intt. τόπον πίονα καὶ εὐρύχωρον. Vulgatus: *paſcetur in poſſeſſione tua in die illo agnus ſpatioſè*. Nempe, מקניך *miknecha* interpretatus eſt *poſſeſſionem tuam*, incommodè, & כר *char* agnum, quomodo reverâ verti poſſit, ſed non hoc loco. כר putat *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 43. eſſe contractum à ככר *chiccbar*, campus, planities, ut בת *pupilla* à בבת, & primo ſignificatu eſſe *paſcuum*, deinde *agnum paſcualem*. Etymologias τῦ כר & τῦ בת non facilè admiſerim, ſed כר videtur omnino eſſe *paſcuum*, undecumque derivetur, hìc & Pſ. LXV, 14.

24. *Farragine ſubacidâ*] בליל חמיץ *blil hhamits*. LXX. Intt. hìc: ἄχυρα ἀναπεποιημένα ἐν κριθῇ λελικμημένῃ. *Hieronymus* habet: *commiſtum migma*. Sequuti ſumus *Bochartum*, qui Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 31. oſtendit, בליל eſſe *farraginem*, à בלל *balal*, quod in genere *miſcere* eſt, & in ſpecie miſcere diverſas fruges, aut fœnum & paleam, cum frugibus, in pecorum pabulum. Vide Jud. XIX, 21. & Job. VI, 5. חמיץ verò eſt, ut idem oſtendit, *ſubacida*, quâ farragine jumentorum faſtidienti ſtomacho ſubvenitur. Vide ejuſdem partis Hieroz. Lib. II. c. 7. De farragine ſic *Varro* de R. R. Lib. I. c. 31. ubi docet, *farraginem* eſſe, quæ ſit *ex ſegete, ubi ſata admiſſa hordeum & vicia, & legumina, pabuli causâ, viridia*. Tum *quod farra*, inquit, *cæſa farrago dicta, aut niſi quòd primum in farracia ſegete ſeri cœptum. Et equi & jumenta cetera verno tempore purgantur ac ſaginantur*. Sed hìc בליל dici videtur miſtura palearum & frugum ex area, cùm mentio fiat ventilationis.

25. *Rivorum aquæ deducentur*] פלגים יבלי מים *phlagim jible majim*, rivi derivationes aquarum. In regionibus ſiccis & calidis, magnò labore deducuntur omnes rivi, qui poſſunt ex editioribus locis aquam in campeſtria deferre potûs & rigationis causâ. Quod etiamnum hodie faciunt, ſingulari arte, Perſæ; apud quos קיץ *koits*, hoc eſt, ſecti canales dicuntur, per quos aqua defluit. Cur hæc dicantur ſequentia oſtendent, nam referre hæc ad pluviam ingentem, ſine ulla ratione, cum *Grotio*, eſt ſine neceſſitate hariolari.

Die cædis magnæ] Die, nempe, quo cæſa ſunt in exercitu Sancheribi centum octoginta quinque millia virorum, 2. Reg. XIX, 35. Tanta autem multitudo cadaverum, ſive morbo, ſive ferro ab Angelo peremptorum, terram planè aut cruore, aut ſolo contactu polluerat ac funeſtaverat; quæ ut purgaretur non oportuit dumtaxat ſepeliri cadavera, ſed terra etiam aquâ multâ ablui, &, qui veſpillorum munere functi ſunt, ſe ſe abluere flumine vivo neceſſe habuerunt, omnes enim polluti habebantur. Ut autem hoc fieri poſſet, aperiendi fuerunt canales omnes aquæ, qui ex editis jugis aut collibus aquam in ſubjectos campos deferebant, ideóque eò magis neceſſarium fuit, quod Hezekias juſſiſſet obturari omnes fontes, qui extra Jeroſolimam erant, quod à populo ſtrenuè factum legimus 2. Ephemer, C. XXXII, 3, 4. Hæc omnino videtur una ratio eſſe, cur mentio fiat antea aquarum ex editis locis derivatarum, die cædis magnæ; atque hinc factum, ut על כל הר *hal chol har*, ſuper omni monte, verterimus, quaſi legeremus מעל *mehal*, ex. Frequens eſt enim omnium particularum, apud Hebræos, ellipſis, & τῦ מ in hoc ſignificatu. Vide *Chr. Noldium* ad eam particulam num. XLV.

Cùm ceciderint, qui ſe magnificè efferebant] בנפול מגדלים *binphol migdalim*, cùm cadent, aut ceciderint turres, ut habet *Hieronymus*. Viri docti nomine *turrium* intelligunt duces & procêres exercitûs Sancheribi. Sed *Aquila* verterat: ἐν τῷ πεσεῖν μεγαλυνομένους, & *Symmachus*: ἐν τῷ πεσεῖν μεγάλους. Ideò interpretati ſumus, quaſi eſſet non מִגְדָּלִים, ſed מַגְדִּלִים, hoc eſt, *magnificantes*, nempe, ſe, aut potentiam ſuam. Sic Pſ. XXXV, 26. loquens Pſaltes de iis, qui ſe efferebant contra ipſum, habet מגדילים עלי *magdilim halai*. Se ſe magnificè extulerant contra Deum ipſum Aſſyrii, cùm internecionem iis minatus eſt Propheta infrà C. XXXVI. & XXXVII.

26. *Erit lux Lunæ* &c.] Solebant Hebræi deſcribere magnas calamitates obſcuratione So-

 lis

inſtar lucis Solis, & lux Solis ſeptuplo major, ut lux ſeptem dierum eo tempore, quo obligabit Jehova fracta *membra* populi ſui & vulnera ejus ſanabit.

27. En verò nomen Jehovæ veniet è longinquo, ardebit ira ejus, grave *erit* onus, *quod populis imponet*, labia ejus plena erunt irâ, & lingua inſtar ignis abſumentis. 28. Spiritus ejus erit quaſi torrens exundans, & qui ad dimidium collum perveniet: *veniet Deus* ad cribrandas Gentes, cribro mendacii; & frenum in maxillis populorum move-

quaſi lucem ſeptem dierum ſimul oculis objiceret; quæ verba incrementum inſigne rerum ſecundarum ſignificant; ac ſanè, eo tempore, Deus populi ſui calamitatibus priſtinis medebitur.

27. Brevi Creator veniet veluti è longinquo, indignatus hoſtibus Iſraëlitarum, quibus hoſtibus grave onus imponet, poſtquàm, per Prophetas, ſuos ſceleſtos mores eis exprobraverit. 28. Spiritus irati Dei erit inſtar torrentis ſubitò exundantis, & qui

lis & Lunæ, partem ſplendoris ſui amittentium, ut liquet vel è Cap. XIII, 10. & contrà augmento lucis ſiderum res ſecundiores ſignificare, ut hic.

Septies major &c.] Hoc eſt, multò major, quaſi lucem, quæ ſplendet per ſeptem dies, in unum veluti diem collectam iri diceret. E numero ſeptenario nullæ videntur colligendæ argutiæ. Hoc unum ſignificatur, regnum Judæ liberatum fore in multo meliore ſtatu, quàm cùm ab Aſſyriis premeretur, quod contigerat à temporibus Achazi; qui Aſſyrios vocaverat, ut ipſum à Syris & Iſraëlitis liberarent, ſed ab iis oppreſſus fuerat, quorum amicitiam magnis muneribus redemerat. Vide 2. Ephem. XXVIII, 25.

Obligabit Jehova fracta membra] Eſt Hebraicè חבש את שבר *bhaboſch eth ſcheber*, obligare *fractionem*. Habent LXX. & *Aquila*: ὅταν ἰάσηται σύντριμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ſi modò nos non fallunt collectores fragmentorum veterum Intt. Certè *Aquila* adcuratiùs verba exprimere ſolebat. Vulgatus Int. habet *alligaverit vulnus*, ſed eſt *fractio*, quæ ad os potiùs refertur, quàm ad carnem. Quia verò *fractionem vincire*, aut *obligare* ſat commodè non poteramus, diximus *fracta membra*.

Vulnera ejus] מחץ מכתו *mahhats machatho*. Utrumque idem fermè ſignificat, quaſi diceres *vulnus percuſſionis*. Sed repetitione per ſynonyma, augetur fortè ἔμφασις, quod ſæpiùs monuimus.

27. *Nomen Jehovæ veniet è longiquo.*] Venturus Deus, aut nomen Dei venturum, quod perinde eſt, dicitur *è longinquo*, ad ſignificandum jam dudum eſſe ex quo Judæ tribules non juverat; quaſi peregrè, in longinqua regione, fuiſſet. Hinc LXX. Intt. διὰ χρόνου.

Grave erit onus] וכבד משאה *vechobed maſſchaah*, & gravitas oneris. LXX. Intt. μετὰ δόξης τὸ λόγιον, quia legerunt, prò כָּבֵד, ut habent Maſſorethæ, כָּבוֹד, ſed perperam. Sequens quidem eſt λόγιον, cùm ſignificet revelationem propheticam, ſed non ita propriè dicitur. Vulgatus: *gravis ad portandum*, quaſi eſſet כָּבֵד *gravis*.

Plena erunt ira] Hoc eſt, verba proferent, per Prophetas, quæ oſtendent, apud juſtitiam ejus, reos eſſe populos Judæis vicinos, & mox pœnam luituros. Deus, ſi propriè loquamur, numquam *iraſcitur*, ſed quaſi iratus rudi populo deſcribendus fuit, ut minis ejus magis adficeretur.

Inſtar ignis abſumentis] Quia perniciem omnibus minabitur.

28. *Spiritus ejus quaſi torrens* &c.] Hîc comparationes ſunt planè diverſæ, ex quibus liquet ſpiritûs prophetici vehementia; quæ Rhetorum canonas parum curat, nec ad eos exigenda eſt.

Ad dimidium collum perveniet] עד צואר יחצה *had tſavvar jechetſeh*; ſubauditur אשר *qui ad dimidium collum perveniet*. Quibus verbis vis ſignificatur orationis ad adſenſum trahentis, inſtar torrentis; qui ad dimidium hominis collum intumuit, & cui rapidè defluenti reſiſtere nemo poteſt. Ita & apud Latinos, *torrenti* confertur orator vehemens. Sic *Juvenalis* Sat. III, 74. dicitur *Iſæo torrentior*, & Sat. III, 9. *torrens dicendi copia.* Similiter Sat. X, 127. his verbis deſcribit Demoſthenem:

—— quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.

Paullò antea v. 120. Sic de Demoſthene & Cicerone:

—— utrumque
Largus & exundans letho dedit ingenii fons.

Quæ ad hunc locum apprimè faciunt; *ubi torrens exundans* conjungitur cum *freno in maxillis populorum.*

Ad cribrandas gentes cribro mendacii] להנפה גוים בנפת שוא *lebanaphah gojim bnaphath ſchav.* LXX. Intt. τοῦ ταράξαι ἔθνη ἐπὶ πλανήσει ματαίᾳ, & Vulgatus: *ad perdendum gentes in nihilum*, ex quibus ſatis liquet, verba ab iis non intellecta. Sunt qui velint נפה eſſe *ventilabrum*, quia *agitatur*, quæ eſt ſignificatio verbi נוף *noupb*. Maluimus Rabbinos ſequi, qui *cribrum* interpretantur, quo bona grana à quisquiliis ſecernuntur. *Cribrum mendacii* eſt cribrum, quo mendaces à veracibus ſecernuntur. Verbum, nempe, Dei, quod hîc deſcribitur, eos ſegregat; quia veridici id excipiunt, dum rejicitur à mendacibus. Ceterùm præmiſimus *veniet Deus*, quod ſubaudiendum eſt, nexûs & perſpicuitatis cauſâ. Vide & ad vers. 31.

Et frenum in maxillis populorum movebitur] מתעה על לחיי עמים *matheh hal lehhaje hammim*, errare faciet ſupra maxillas populorum; hoc eſt, qui huc illuc movetur circa maxillas, ut frenum in ore equi. Deus quaſi eques hîc conſideratur, qui, dum habenas adducit, facit ut frenum in ore indomitorum antea populorum moveatur. LXX. Intt. καὶ διώξεται αὐτοὺς πλάνησις καὶ λήψεται αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον, quæ nihil

Digitized by Google

movebitur. 29. Erit vobis canticum, ut in nocte, quâ vos paratis ad feſtum, atque animi lætitia, qualis euntium cum tibiis, ut ingrediantur montem Jehovæ, rupis Iſraëlis. 30. Faciet Jehova, ut audiatur ſonora ſua vox; & brachium ſuum deſcendiſſe oſtendet etiam, irâ, flammâ ignis abſumentis, disjectione; & turbine, ac lapide grandinis. 31. Nam propter vocem Jehovæ terrebitur Aſſyrius, *Deusque eum*, *quaſi* fuſte feriet. 32. Omnes ictus virgæ ſupplicii, quam incumbere ei curabit Jehova, *conjuncti erunt* cum tympanis & citharis, *idémque* bellis cum exagitabit. 33. Nam parata erit paullò

qui tamen veluti in gutture hærebit, qui non prorſus erumpit. 29. Veniet Deus ad cribrandas gentes; ut ſecernat mendacium à veritate, & prioribus quidem frænum injiciet, quod in eorum maxillis veluti audiatur. 29. Canticum canetis, quaſi in nocte, quam feſtivam habetis, & in qua in Sionem adſcenderetis, ut ſollemniùs celebraretur. 30. Deus verò tonitru audiri curabit, & fulminibus aliisque ignibus aeris & grandine, ſe præſentem eſſe oſtendet. 31. Sic reverà fulminibus terrebuntur Aſſyrii, quaſi eos Deus fuſte æreo perculeret. 32. Omnes ictus, quibus eos feriet, conjuncti erunt cum ceteris belli incommodis & cum cetero tumultu bellico. 33. Paullò antè parata vallis Thophethæ

hil ad rem faciunt, neque ad verba. *Hieronymus* propiùs ad hæc acceſſit: *frenum erroris, quod errat in maxillis populorum*, quod tamen non ſatis cum iis conſentit, neque commodum efficit ſenſum.

29. *Erit vobis, ut canticum*, &c.] Deſcribitur lætitia Judæorum, cùm liberati erant ab exercitu Aſſyriorum, cúmque Deus alias gentes coërcebit; ne populo ſuo noceant, ſub imagine hilaritatis, quæ agitabatur veſperi in feſto paſchali inter familias, quaſi in quodam pervigilio, & quæ ſequente luce iterabatur.

Qualis euntium cum tibiis] *Ut euntis in tibia, ad ingrediendum* &c. Neſcio an alibi occurrat mentio hujuscemodi hilaritatis diei paſchalis. At certè nihil habet, quod Legi Moſaïcæ repugnet.

30. *Faciet Jehova, ut audiatur ſonora ſua vox*] הוד קולו *hod kolo*, gloria vocis ſuæ, hoc eſt, vox ſonora. Deſcribitur hîc clades hoſtium ſub procellæ imagine, ut ſæpe alibi. Vide ad C. XXVIII, 6.

Brachium ſuum deſcendiſſe] *Deſcenſum brachii ſui*; hoc eſt, ſpecimina potentiæ ſuæ in terris edet, è quibus adeſſe intelligi poterit; nam brachium Dei, eſt ejus potentia.

Irâ] בזעף אף *bzahaph aph*. LXX. Intt. μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς. Vulgatus: *in comminatione furoris*. Quid interſit, inter duo hæc vocabula, non ſatis conſtat, ſed ſynonyma ita conſtructa intendunt ſignificatum. Neutrum tamen vellem *furorem*, ut Vulgatus & alii Intt. vertere; quæ vox eſt contumelioſa hominibus paullò ſapientioribus, nedum ut Deo aptari poſſit.

Disjectione] Nam fulmen disjicit ea, in quæ cadit.

Lapide grandinis] Vide ad Joſ. X, 11.

Deusque eum quaſi] Hæc Latinè loquenti neceſſariò ſupplenda ſunt. Vide ad vers. 28.

32. *Omnes ictus virgæ ſupplicii*] והיה כל מעבר מטה מוסדה *vehajah chol mahabar matteh mouſadah* & erit omnis tranſitus virgæ fundationis. Pro hiſce, quæ non adſequebantur, LXX. Intt. habent de ſuo: καὶ ἔσται αὐτῷ κυκλόθεν ὅθεν ἦν αὐτῶν ἡ ἐλπὶς τῆς βοηθείας, ἐφ᾽ ᾗ αὐτὸς ἐπεποίθει. Vulgatus: *& erit tranſitus virgæ fundatus*. *Tranſitum virgæ* interpretamur ictum, quo virga ab uno humero in alterum tranſit. Sed quid eſt *tranſitus virgæ fundatus*, aut *fundationis*? Nihil video proferri, hanc in rem, quod poſſit ferri. Itaque credidi eſſe legendum pro מוסדה *fundationis* מוסר, aut מוסרה *mouſar*, aut *mouſarah*, caſtigationis, aut ſupplicii, quod optimè conſentit cum *virga*, quæ adhibetur ad puniendum. Sic Proverb. XXII, 15. שבט מוסר *ſchebet mouſar*, fuſtis, aut virga caſtigationis dicitur. Verùm יסר *jaſar*, non tantùm ſignificat leviter caſtigare, ut patres liberos caſtigant, ſed & grave ſupplicium ſumere, Pſ. VI, 2. *ne in indignatione tua caſtiga me*, תיסרני *theyeſſereni*.

Quam incumbere ei curabit] *Quam requieſcere faciet ſuper eo.*

Conjuncti erunt cum tympanis &c.] בתפים ובכנרות *bthupphim oubchinnoroth*, in tympanis & in citharis; hoc eſt, dum graves pœnas dabunt Aſſyrii Babyloniis, videbunt hoſtes ſuos hilares & ſuæ calamitati inſultantes. Res deſumta videtur è barbarorum nonnullorum conſuetudine, qui, dum miſeros cruciabant, tympana & cytharas adhibebant, ut miſerorum dolores augerent.

Bellis eum exagitabit] ובמלחמות תנופה נלחם בה aut בם, ut eſt in margine, *oubmilhhamoth thenouphah nilhham bam*, bella agitationis, in eam (*terram*) aut in eos (*homines*) geret. Nos eodem genere & numero uſi ſumus, quibus antea. Si ſupereſſet nobis Hiſtoria rerum Aſſyriacarum & Babyloniçarum inter tempora Sancheribi, & Nebuchadneſſaris, quò hæc ſpectent, ſcire clariùs poſſemus. Nunc cum nihil ſuperſit, præſtat tacere quàm hariolari.

33. *Parata erit paullò antea vallis Thophethæ* &c.] Pro *paullò antea* eſt מאתמול *meethmoul*, ab heſterna die. Vallis *Thophethæ* eadem eſt ac vallis Hinnomi, ut liquet ex 2. Reg. XXII, 10. unde etiam intelligimus in ea holocautomata humana commenticiis diis oblata. Hanc ab omni idololatria ait purgatam ab Hezekia *Grotius*, nec negari poteſt Idololatriam ab eo abolitam. In hanc autem vallem ita paratam conjecta vult cadavera exercitûs Sancheribi; quod nec pro explorato admiſerim, nec etiam negarim. Fortè id factum, quod conjicit vir magnus, in aliam vallem conjecta eſſe cadavera, eáque, ingenti lignorum ſtrue ſubjectâ, & incenſâ, combuſta, ne fœtor peſtem crearet, tum denique terrâ tecta, & ſub ea ſepulta, ne tranſeuntes

paullò antea *vallis* Thophethæ. Etiam illa conſtituta eſt ei Regi, eam profundiorem & latiorem fecit *foſſor*, *additâ* pyrâ ejus; & lignis multis, eritque flatus à Jehova, *atque* torrentis inſtar, ſulfure in ea ardente.

Minæ in Judæos, qui in Ægyptum ibunt, & promiſſa Jeroſolimitanis facta.

CAPUT XXXI. 1. VAE deſcendentibus in Ægyptum, auxilii cauſâ, atque equitatu fretis. Spem poſuerunt in curribus, quia multi ſunt, ínque equitibus, quia prævalidi ſunt; nec reſpexerunt ad Sanctum Iſraelis, neque Creatorem quæſiverunt. 2. Attamen ſapiens etiam ille eſt, immiſit *in vos* malum, nec verba ſua revocavit, ſtetit contra domum malorum, & contra auxilium hominum vitio addictorum. 3. Ægyptii autem ſunt homines, non Deus; atque eorum equi caro, non ſpiritus. Jehova manum ſuam inclinabit, cadet auxiliator, cadet & auxilio egens, & omnes ſimul deficient.

4. Sic

phethæ Jeroſolimæ vicina, in qua rogus erit, in quo erunt omnes adparatus lignorum, quibus uruntur, qui falſis illic Diis offeruntur, & quo ſupplicio pœnas poſſunt dare hoſtes Iſraelis.

PARAPHRASIS.

1. VAE iis, qui ad Ægyptios confugiunt, ut eorum auxiliis utantur, contra Aſſyrios, propter equitatum & currus, quibus abundant Ægyptii; nec ad ſolum auxilium Dei Iſraelitarum ſe contulerunt! 2. Attamen Deus, pro ſua juſtitia & ſapientia, ſtabit contra malos, ut minatus erat, quales ſunt ii populi. 3. Nec eſt ſibi fingendum, pares futuros Deo Ægyptios, ut auxilium eorum quæratur; neque enim Ægyptii ſunt Dii, ſed homines; neque eorum equites ſunt incorporei, ſed carnei, adeóque occidi poſſunt. Creator manu ſuâ ex equis equites detrahet, eodemque tempore, auxiliares copiæ, & qui iis ſe indigere putabant, cædentur.

4. Hoc

tes ſe impurarent. Hinc fit, ut ſuſpicer, (nihil enim adfirmo) factum hoc fuiſſe in valle Jeroſolimâ remotiore. Nec quod dicitur *Tophethæ* vallis hoc vetat, potuit enim alia vallis eodem nomine à Propheta vocari, ea ipſa de causâ, quòd futurum eſſet, ut comburerentur illic cadavera, ut ſolebat fieri in valle Thophethæ.

Conſtituta eſt ei Regi] Non quòd hoc ſibi propoſitum habuerit Hezekias, ut vult *Grotius*, ſed quòd id tam commodè evenerat, quàm ſi hoc reverâ ſibi propoſuiſſet. Sed poteſt etiam datâ operâ, alia vallis excavata & dilatata fuiſſe, ut in ea comburerentur cadavera, ibidemque tumularentur. Quod regi paratum dicitur, id intelligendum de ejus exercitu.

Foſſor] Hanc vocem addidimus è reipſa, quòd nullus eſſet nominativus, nec alius ſubaudiri poſſet, quis enim latiorem & profundiorem vallem facit, niſi *foſſor*?

Additâ pyrâ] מדורת אש *mduratha eſch.* מדורה *mdourah* eſt ſtrues lignorum Ezek. XXIV, 9. addito אש *igne* eſt rogus, aut pyra.

Flatus à Jehova] *Flatus Jehovæ*, hoc eſt, ventus à Deo excitabitur, quo flante ſic ardebit ingens illa pyra.

Erítque torrentis inſtar] Incenſa ligna & cadavera, nec fortè ſine bitumine, aut pice admiſta, omnibus ſimul ardentibus, præbebunt ſpeciem ardentis torrentis ſulfurei, ſeu Pyriphlegethontis, ut Poëtarum more loquar.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXI.

1. *VÆ deſcendentibus in Ægyptum*] Fuerunt, inter Hebræos, qui, ut dictum C. XXX, 2. in Ægyptum confugerunt, auxilii petendi causâ, contra Aſſyrios, & præſertim quidem equitatum, quo abundabat etiamnum Ægyptus. Vide 1. Reg. X, 26. & 2. Ephem. XII, 13.

Equitatu fretis] *Equis nituntur.*

Nec reſpexerunt] לא שעו *lo ſchabou*, hoc eſt, non habuerunt Deum pro perfugio, ad quod ſe conferrent, ſi quid durius accidiſſet. Etiam Latini utuntur verbo *reſpicere*, & nomine *reſpectus* hanc in rem. Vide & C. XX,

Quæſiverunt] Orarunt, ut paſſim.

2. *Sapiens etiam ille eſt*] Hoc habet Propheta, non ut doceat imperitos, Deum eſſe ſapientem, quis enim hoc ignorabat, aut negabat? Sed eſt amarior increpatio, quâ exprobrat Judæis, eos ita ſe gerere, quaſi ſe ſapientiores Deo eſſe putarent, quam ob rem, magno ſuo malo, contraria omnia experturi eſſent.

Verba ſua] Minas. Hebræi nullum habent verbum proprium, quo *promiſſa* & *minas* exprimant.

3. *Caro non ſpiritus*] Omnis caro eſt ejusmodi, ut ab alia carne ſiſti, imò & vinci poſſit; ſoli ſpiritus, hoc eſt, naturæ intelligentes, & inconſpicuæ à carne ſiſti, aut ſuperari nequeunt.

Inclinabit

Digitized by Google

4. Sic enim dixit mihi Jehova: quemadmodum rugit leo, & catellus leonis ad præ-
dam, cùm conclamatur in eum à multitudine paſtorum, nec vocem eorum timet, nec
eorum tumultu dejicitur; ſic deſcendet Jehova, *Deus* exercituum, belli gerendi causâ,
in montem Sionem, & ſuum collem. 5. Nam ut aves volantes *protegunt pullos*: ſic
proteget Jehova, Deus exercituum, Jeroſolimam, *eam tegendo* & liberando, tranſeundo
& eripiendo. 6. Revertimini ad eum, contra quem ingenti defectione *ſteterunt* Iſraë-
litæ. 7. Tempore illo, rejiciet quisque Deos nihili ex argento ſuo, & Deos ex auro
ſuo, quos fecerant vobis manus veſtræ, *gravi* peccato. 8. Cadet verò Aſſyrius, non
gladio viri *illuſtris*, nec gladio hominis *plebeii* abſumetur: fugiet gladium, at juvenes
ejus vectigales *aliis* erunt. 9. Etiam rupem ſuam præ metu tranſibit, & vexillum prin-
cipes ejus timebunt, ait Jehova, cui ignis eſt in Sione & fornace Jeroſolimæ.

Vaticinium

4. Hoc enim accepi à Creatore; quemadmodum nec leo, nec catulus leonis rugientes, cupidine prædæ, timent clamores paſtorum, quos facilè disjiciunt: ſic deſcendet Creator, Deus exercituum, è cœlo, in montem Sionem; ad defendendam Jeroſolimam, contra hoſtes. 5. Quemadmodum enim, inter volucres, patres & matres defendunt pullos, qui nondum nidum reliquerunt: ſic proteget Creator, qui præeſt exercitibus, Jeroſolimam, eíque urbi auxilio erit. 6. Revertimini ad eum Iſraëlitæ, qui ab eo defeciſtis. 7. Quo tempore, abjicite ſtatuas Deorum ex auro & argento conflatas. 8. Tum verò cadet Aſſyrius, non manu illuſtris cujuſpiam viri, aut hominis plebeii. Fugâ ſe gladio ſubducet, & juventus, quæ ei parebat, aliis vectigalis fiet. 9. Fugiendo deſeret arces ſuas munitas, quas occupaverat; præ nimio ejus & vectigalium metu, ut prædicit Creator, cui ſacra fiunt in monte Sione, intra Jeroſolimam.

PARA-

Inclinabit] Qui manu ſublata ictum minatus eam *inclinat*, eo ipſo, ferit eum, cui minatus fuerat.

Cadet auxiliator] כשל *chaſchal*, quod eſt propriè *offendere*, ſumitur etiam pro eo, quod ſequitur ſæpe *offenſionem*; hoc eſt, pro eo quod eſt *cecidit*; ut hìc, ubi ἐν παραλλήλῳ ponitur cum נפל *naphal*, cecidit.

4. *Rugit leo*] יהגה האריה *jehegeh haarjeh*. Verbum, הגה eſt æquè tenuem, aut nullum ore ſonitum edere, & ſonitum edere maximum, ut hìc; ex qua obſervatione, aliisque ſimilibus multis, intelligere licet ſummam Hebraïcæ Linguæ ambiguitatem.

Cùm conclamatur in eum à multitudine &c.] אשר יקרא עליו מלא רעים *aſcher jikkare halau melo rohim*; ubi primum אשר eſt pro כאשר *chaaſcher*, quando, deinde מלא eſt pro במלא *bimmelo* per plenitudinem, & ſic vocatur integer paſtorum tractûs eujuſpiam conventus.

5. *Volantes protegunt pullos*] Sequentia oſtendunt duas poſteriores voces eſſe ſubaudiendas, quia alioqui mutila eſſet comparatio. Sed vocula *volantes* non eſt ſuperflua, nam deſcribit volatum avium circa nidum ſuum, ut eum defendant. *Ovidius* Metam. Lib. XII, 13. & ſeqq. de ſerpente pullos aviculæ vorante:

Serpere cæruleum Danai videre draconem
In platanum, cœptis quæ ſtabat proxima ſacris.
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore ſummâ,
Quas ſimul & matrem circum ſua damna volantem
Corripuit ſerpens, avidáque recondidit alvo.

6. *Ingenti defectione ſteterunt*] לאשר העמיקו סרה *laaſcher hehemikou ſarah*, qui profundam fecerunt defectionem.

7. *Tempore illo*] Eo tempore, quo Deus Jeroſolimam ab Aſſyriis liberaverit.

8. *Viri illuſtris*] Eſt hìc לא איש *lo iſch* ut in ſequentibus verbis לא אדם *lo adam*; quæ, ut notum, ſic inter ſe opponuntur, ut prius *illuſtrem virum*, alterum, *plebeïum* ſignificet.

Juvenes ejus vectigales aliis erunt] בחוריו למס יהיו *bahhourau lmas jihjou*, ſignificat vox מס eum, qui vectigal, aut pro vectigali operam debet. Vide ad Exod. I, 12. Videntur Aſſyrii, poſt ingentem illam Sancheribi cladem, exhauſti viribus, ſerviſſe genti aut Medorum, aut Scytharum, aut Babyloniorum, neque enim aliæ gentes, iis temporibus, potentes iis in locis fuere.

9. *Rupem ſuam præ metu tranſibit*] סלעו ממגור יעבור *ſalho mimmagor jahabor*; hoc eſt, præ nimio metu munitiſſima loca ingredi non audebunt Aſſyrii.

Vexillum principes ejus timebunt] Vel uno militari ſigno terrebuntur. Quæ quando & quomodo acciderint nos docerent hiſtoriæ, ſi exſtarent.

Cui ignis in Sione] אשר אור לו בציון *aſcher our lo betſijon*; hoc eſt, cui ſervatur ignis perpetuus, in altari Jeroſolimitano; quod vocatur, in ſequentibus verbis, תנור *thennour*, fornax. Ita *Grotius*, nec quid veriſimilius dici poſſit video. LXX. Int. hunc verſum ſic verterunt: πέτρᾳ γὰρ περιληφθήσονται ὡς χάρακι, καὶ ἡττηθήσονται, ὁ δὲ φεύγων ἁλωθήσεται. τάδε λέγει κύριος, μακάριος ὃς ἔχει ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ. Videmus quidem vocabula nonnulla perperam ab iis lecta, & in ſumma rei eos à ſententia aberraſſe. Quare rectè *Hieronymus*: *Quid ſibi velit, quod in ſeptuaginta legitur ſcire non valeo.* Verùm idem de ejus Verſione dicere licet, quæ ita habet: *& fortitudo ejus à terrore tranſibit, & pavebunt fugientes principes ejus.* *Symmachus* verò: πέτρα αὐτοῦ ἡ φοβερὰ παρελεύσεται καὶ ἡττηθήσονται ἄρχοντες αὐτοῦ. In poſtremis verbis non multùm diſcrepant, ſi neque abeunt ab Hebraïcis, ſi LXX. Intt. excipias, qui ea interpretati ſunt, proverbii inſtar, rectène an ſecus nemo dixerit. Sed præſtat ſemper, in re obſcura, verbo tenus omnia vertere.

COM-

Vaticinium de Rege juſto, melioribus temporibus, & mulieribus ſuperbis.

CAPUT. XXXII. 1. EN verò Rex juſtè regnabit & principes ex jure præerunt. 2. Vir erit ſicut latebra contra ventum, & perfugium contra imbrem, ut rivi aquæ in ſiticuloſo loco, útque umbra magnæ rupis in terra arida. 3. Eum reſpicient oculi videntium,

PARAPHRASIS.

1. JEROSOLIMÆ regnabit Rex Legum obſervantiſſimus, cujus etiam virtutes imitabuntur Regni Proceres. 2. Erit aſylum contra omnia incommoda; 2. qualia ſunt ventus, qui nimias pluvias excitat, quæ excipiuntur, & dividuntur in varios rivos ſiticuloſi loci; aut qui eſt, ardente æſtivo calore, inſtar rupis magnæ, quæ ſua umbra æſtum nimium minuit. 3. Erit gratus oculis iis, qui ad eum confugient, nec minus jucundus iis, qui auctoritate ejus indigebunt, ita ut ejus conſpectum cupiant, & verba avidè auribus

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXII.

1. J*Uſtè*] לצדק *lſedek*, ad juſtitiam; hoc eſt, ad normam juſtitiæ. Videntur hæc pertinere ad Hezekiam ejusque regnum; quod tamen in Chriſti regno eminentiùs multò impletum viderunt homines.

Et principes] ולשרים *oulſcharim*, quod adtinet ad principes. Vide *Noldium* ſignit. XXX. particulæ.

Ex jure præerunt] למשפט ישרו *lmiſchphat juſchorou*, judicio præerunt. LXX. Intt. μετὰ κρίσεως ἄρξουσι, rectè, ut videtur, nam nihil vetat, quin למשפט ſit *ſecundum jus*, ut לצדק anteà *ſecundum juſtitiam*, ſententiáque hoc poſtulat.

2. *Vir erit*] Hoc eſt, Rex, qui confertur cum rebus gratiſſimis & ſummæ utilitatis.

Latebra contra ventum] מחבא רוח *mahbabe rouahh*; nempe, procelloſum, qui incommodiſſimus eſt. Quâ ſimilitudine deſcribitur protectio boni Regis, contra ea, quæ vitæ incommoda ſunt, erga populos, qui ei parent. At LXX. Intt. κρύψει τοὺς λόγους αὐτοῦ. *Aquila* κρύπτον πνεῦμα, quaſi legiſſent מַחְבֵּא *occultans*, *Symmachus* nomen eſſe putavit, qui vertit ἀποκρυφὴ ἀπὸ πνεύματος rectiùs. Minùs bene Vulgatus: *qui abſconditur à vento.*

Perfugium contra imbrem] סתר זרם *ſether zerem*, latibulum imbris. LXX, Intt. κρυβήσεται ὡς ἀφ᾽ ὕδατος φερομένου. Atqui eſt qui alios abſcondit ab incommodis imbris. *Aquila* ἀποκρυφὴ ἐκτινάγματος, *Symmachus* λαίλαπος. Vulgatus: *celat ſe à tempeſtate.* Sed conſtat זרם *zerem* eſſe *imbrem*, & *inundationem*. Vide XXV, 4.

Rivi aquæ in ſiticuloſo loco] פלגי מים בציון *phalge majim betſajon*. Pro ציון ut nunc legimus, legerunt LXX. Intt. & *Theodotion* צִיּוֹן. Sed non ſignificatur mons *Sion*, verùm terra arida, quæcumque ſit. *Hieronymus* ad locum: *ubi nos diximus:* ſicut rivi aquarum in ſiti; *ſeptuaginta tranſtulerunt*: & adparebit in Sion, quaſi fluvius currens; *verbum enim Hebraïcum, de quo ſupra diſputavimus*, BASAION, *quod dicitur* in ſiti, *ſive* in ſiccitate *&* in invio, *ſeptuaginta & Theodotion* in Sion *interpretati ſunt, pro* SAION, *id eſt*, ſiti, *legentes* SION, *quæ eisdem litteris ſcribitur.* Nihil eſt jucundius & magis neceſſarium *rivis aquæ ſiticuloſo loco*; ideóque non mirum cum iis bonum Regem conferri.

Umbra magnæ rupis] צל סלע כבר *tſel ſelah chabed*, umbra rupis gravis. LXX. Intt. ὡς ποταμὸς φερόμενος ἔνδοξος, nulla fuit ratio ſic vertendi, niſi quod כבד *chabod* gloriam ſignificat, nam *fluvii* hic nullum veſtigium eſt. Vulgatus: *umbra petræ prominentis*, ex re ipſa. Sic *Heſiodus* Op. & Dier. vers 589. de æſtate:

— ἀλλὰ τότ᾽ ἤδη
Εἴη πετραίη τε σκιή.

ſed tum demum ſit umbra petræ; quæ æſtate jucundiſſima.

In terra arida] בארץ עיפה *beerets bajjephah*. LXX, ἐν γῇ διψώσῃ. Reverà עיף *hajeph* tam ſitientem; quàm feſſum ſignificat, & ubi ſermo eſt de terra, perinde eſt ac *arida*. Vide Pſ. LXIII, 2. CXLIII, 6. *Hieronymus* minùs propriè, *in terra deſerta*; poſſunt enim eſſe deſerta loca, quæ nequaquam indigent umbra.

3. *Eum reſpicient*] ולא תשעינה *velo thiſchhenah*, & non reſpicient. Sed legimus ולו *velo* & eum, pro ולא *& non*. Maſſorethæ quidem quindecim tantùm in locis לא ſcribi pro לו volunt, plura tamen ejusmodi loca notarunt *Val. Schindlerus* & ipſe etiam *Joan. Buxtorfius*, in Lexico ad particulam לא. Hic videtur iis adjici debere, ut hæc ſit ſententia; Judæos quaſi ad certum auxilium reſpecturos Hezekiam, juſtum quippe & bonum Regem. Conſtruitur quidem verbum שעה cum אל & על, ſed nihil vetat, quominùs conſtructum etiam fuerit cum ל, cùm hæ particulæ miſceantur. Sumitur hoc verbum, hoc ſenſu Cap. XVII, 7. & XXXI, 1. Adde & 2. Sam. XXII, 4. Simile eſt etiam loquendi genus. Pſ. CXXIII, 2, LXX. Intt. verterunt οὐκέτι ἔσονται πεποιθότες ἐπ᾽ ἀνθρώποις, Derivarunt, ut videtur, תשעינה à שען quod in Niphal eſt *inniti*, & metaphoricè *confidere*. *Symmachus* ε

ἐν

dentium, atque aures audientium adtendent. 4. Animus præcipitum intelliget ſcientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè. 5. Inſanus non vocabitur amplius

ribus escipiant. 4. Qui nimis præcipites ſunt, ab eo diſcent, quod eorum intereſt ſcire; & qui ſatis aptè neſciunt exponere, quod ipſorum intereſt ſciri, iis auditis, jus ſuum aptè exponere poterunt. 5. Apud ejusmodi Regem, inſanus famam non comparabit nobilitatis cogitationum; neque

ἐκ ἀμαυρωθήσονται ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, deducta ſignificatione à שעע *ſchouah*, quod eſt *oblinere* & quidem oculos, ne videant, ſuprà C. VI, 10. Sequutus eum eſt *Hieronymus*, qui habet *non caligabunt*. Sed quid eſt *non caligabunt oculi videntium*? Quid hoc pertinet ad Regem? Contrà ſententia adlata clara eſt: *qui* eum *videbunt*, oculos ad eum, auxilii causâ, convertent.

Aures audientium adtendent] Qui loquentem audient, verba ejus adtendent, & dicto audientes erunt; nimirum, quòd eum probum & prudentem intellecturi ſint.

4. *Animus præcipitum intelliget* &c.] ולבב נמהרים יבין דעת *cor præcipitum*, aut *feſtinantium*, *intelliget ſcientiam*. Qui præcipites ſunt, tempus neceſſarium non collocant in iis dicendis, quæ verè utilia ſunt; quia adfectibus ſuis ad alia trahuntur, nec propterea ferre moram poſſunt. Hoc autem non futurum pollicetur Propheta, regnante Hezekiâ, homine ſapiente, & aliter proſus ſe gerente; cujus exemplum, ut fit, multi ſequentur. Apud Hebræos נמהר *nimhar* in malam partem ſumitur pro homine inconſiderati & præcipitis ingenii, ac proinde imprudentis. Vide infrà XXXV, 4. & Chab. I, 6.

Lingua balborum &c.] עלגים *billegim*. Non balbi propriè dicti, & linguæ vitio non ſatis expeditè loquentes; ſed imperiti, quorum præ inſcitia impedita eſt oratio, ita ut balbutire propemodùm videantur.

Velociter loquetur & planè] תמהר לדבר צחות *themaher ldabber tſachoth*. Symmachus rectè poſtremam vocem verterat τρανὰ, nam צחות ſunt *nitida*, *ſplendentia*, & per tranſlationem *clara*, *perſpicua*, ubi ſermo eſt de verbis, ut res ipſa oſtendit. Vulgatum ſequendum hîc nobis duximus. Εἰρήνην verterunt LXX. Intt. incommodè, quid enim hoc ad eos, qui balbutire deſinent?

5. *Inſanus non vocabitur ampliùs nobilis*] לא יקרא עוד לנבל נדיב *lo jikkare bod lnabal nadib*, non vocabitur ampliùs inſanus princeps. Hinc quidem intelligere facile eſt fuiſſe homines, qui debuiſſent dici נבלים *nbalim*, atqui perperam vocabantur נדיבים *ndibim*; ſed non facilè eſt inventu vocabulum, quo tota vis vocis נדיב *nadib* hîc exprimatur. *Liberalem*, *liberum*, *ingenuum*, *principem* virum interpretantur; ſuntque loca, quibus conveniunt hæ poteſtates. Viſum eſt hîc commodè poſſe verti *nobilem*, & hoc velle Eſaïas, ſub Rege, quem deſcribit, *nobiles* non amplius dictum iri homines ſtolidos; qui ſæpe nullum aliud nobilitatis ſpecimen edunt, niſi quòd ſtolido more quorumdam Nobilium deſipientium loquuntur; ut ſunt reverâ Nobiles, qui nihil habent Nobilitatis, præter ſtolidos ſermones. Contrà נבל *nabal* hîc dicitur non quivis inſanus, ſed homo ſtolidus & ferox, qui ſuperbis & adrogantibus verbis ſuam indolem prodit. Regnante autem Achazo, & ſuperioribus forte aliquot Regibus, *vera rerum vocabula*, ut ille ait, *amiſerant* Judæi; & virum *nobilem* vocabant, eo ſenſu, quo ea vox laudandum quiddam ſignificat, non qui Nobilitatis virtutibus præditus erat, ſed vitiis laborabat. Quæ prava conſuetudo ſub regno Hezekiæ, exemplo modeſtiæ Regis, emendata aut certè compreſſa eſt.

Neque tenax ampliùs dicetur parcus] ולכילי לא יאמר שוע *oulechilai lo jeamer ſchoah*. Vox quidem כילי hoc tantùm in loco occurrit, nec ejus origo, aut ſignificatus aliunde innoteſcunt. שוע verò opponitur רל τῷ *tenui* Jobi XXXIV, 19. Alterum nomen eſſe vitii, alterum virtutis, ſatis conſtat. LXX. Intt. ſic hunc verſum interpretati ſunt, ut non intellectum ab iis liqueat: καὶ οὐκέτι μὴ εἴπωσι τῷ μωρῷ ἄρχειν καὶ οὐκέτι μὴ εἴπωσι οἱ ὑπηρέται σου, σίγα. Vulgatus: *non vocabitur ultra is, qui inſipiens eſt, princeps, neque fraudulentus adpellabitur, major.* Priora duo vocadula aliquo modo intellexerunt, poſteriora nullâ ratione adſequuti ſunt. Vertimus כילי *chilai* tenacem, ut multi Recentiorum, deducimúsque à כלא *clauſit*, quia homo tenax omnia clauſa ſervat adcuratiſſimè; nec arcam facilè reſerat, ut liberalem ſe erga quemquam præbeat. כילות *chilouth* etiam, apud Rabbinos, *ſordidam parſimoniam* ſignificat. Cum eo ſignificatu non malè convenit iis, quæ habentur vers. 7. At שוע *ſchouah*, parcum, interpretati ſumus, quod eſt nomen virtutis; quia *tenacitati* ſpecie externâ ſimilis eſt, & quando tenacem quis laudare cupit vitium ejus nomine adfinis virtutis, qualis eſt parſimonia, adpellat, non virtutis planè oppoſitæ, qualis eſt liberalitas. Etiam apud Jobum שוע opponitur *tenui*, cui opponitur etiam homo parcus & dives. Hæc nobis placebunt, donec meliora inventa fuerint.

Ex hiſce intelligimus, contigiſſe, apud Judæos, quod & Græcis, & Romanis objectum, eos nominibus virtutum vitiorum infamiam minuiſſe. Sic *Plutarchus* in vita Alcibiadis p. 199. T. 2. prodidit Athenienſes facilè immodicum ejus luxum tuliſſe ἀεὶ τὰ πρᾳότατα τῶν ὀνομάτων τοῖς ἁμαρτήμασι τιθέμενοι, παιδιὰς καὶ φιλανθρωπίας, *ſemper mitiſſima nomina delictis imponentes, luſum & humanitatem.* Cato in oratione, quâ reſpondet Cæſari, qui manſuetudinem & miſericordiam erga Catilinam ſuaſerat, pulcrè habet Belli Catilinarii c. LVI. *Hic mihi quiſquam* manſuetudinem & miſericordiam *nominat? Jam pridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus, quia bona aliena largiri* liberalitas, *malarum rerum audacia*

 fortitu-

pliùs nobilis, neque tenax ampliùs dicetur parcus. 6. Nam inſanus inſana loquitur, animúſque ejus iniquè ſe gerit, dum ſimulatorem agit, erroneéque contra Jehovam dicit; ut ne eſurientis adpetentiam expleat, & ſubtrahat potum ſitienti. 7. Vaſa, quibus tenax utitur, prava *ſunt*, callida conſilia capit, ad perdendos pauperes, mendacibus verbis, & dum egenum *ſecundùm* jus alloquitur. 8. Nobilis ingenua conſilia dabit, & ipſe *factis* ingenuis ſtabit.

9. Mulieres ſecuræ, ſurgite, atque vocem meam audite; puellæ confidentes ſermonem meum auribus excipite. 10. *Aliquot* diebus, poſt annum *exactum*, turbabimini; quia deficiet vindemia, neque *frugum* collectio *bene* proveniet, 11. Pavete ſecuræ, turbamini

neque tenacior æquo vocabitur frugi. 6. Quando inſanus res inſanas proferet, & iniquè ſe geret; quamvis alia ſimulet, & erroneam etiam opinionem de Deo foveat, ut poſſit eſurienti opem ferre, & ſitienti ſuppeditare potum neceſſarium; quæ neganda dicantur, quod malè de Deo ſentiat. 7. Vaſa, quibus utitur homo nimis tenax, prava ſunt; callidis conſiliis utitur, ut perdat pauperes calumniis ſuis, quamvis interdum eos babeat ex præſcripto Legum. 8. At vir indolis verè nobilis ingenua conſilia dat, & ipſe ingenuis factis famam ſuam tuetur. 9. Vos, ô mulieres ſecuræ, ſurgite, atque audite à me, quod veſtrâ ſcire intereſt. 10. Paucis diebus, poſt annum exactum, tempore autumni, dolebitis, quod vindemia tam tenuis fuerit, & præſertim, quia meſſis copioſior non fuerit. 11. Pavete mulieres nimis ſecuræ, confidentiam abjicite; vos, ſi res ferat, adcingamini, & parate vos labori. 12. Homines plangent, propter ubera pecudum lacte deſtituta, & propter terram antea fertilem,

fortitudo *vocatur*. Ubi vide quæ collegit vir doctiſſimus *Joſephus Waſſeus*.

6. *Inſanus inſana loquitur*] *Inſanus inſaniam loquitur*; hoc eſt, ſuæ inſaniæ conſentanea dicit, quamvis ſe probum ſimulet.

Dum ſimulatorem agit] לַעֲשׂוֹת חֹנֶף *laghaſchoth bhoneph*, faciendo ſimulationem; id eſt, etiam cum vitia ſua diſſimulare conatur. Vitium, nempe, ſubinde ſe ſe in ejuſmodi homine, prodit.

Erroneéque contra Jehovam dicit] *Loquendo de Jehova errorem*; dum perperam de Providentia Divina loquitur, quia eſt ejuſmodi rerum imperitus. Vide not. ad Pſ. XIV, 1. ubi נבל vocatur, qui de Providentia Divina dubitat.

Ut ne eſurientis &c.] *Ad exinaniendam animam eſurientis*, hoc eſt, ne famelico panem dare neceſſe habeat. Ejuſmodi homines videntur prætexiſſe neſcio quas cauſas, ne miſeros juvarent, contumelioſas divinæ Providentiæ; ut, ſi miſeros averſarentur, quaſi Deo inviſos, qui erat error maximus in ipſum Deum.

7. *Vaſa, quibus tenax utitur* &c.] וְכֵלַי כֵּלָיו רָעִים *oucbelai chelau rabim*; & tenax vaſa ejus prava. Utitur, nempe, falſis menſuris, quando accipit, majoribus; & quando dat, minoribus. *Vaſibus* ſignificantur menſuræ, & כלים *chelim* quidem fortè dicuntur à radice Arabica כלא *chala*, menſuravit. Eſt autem hîc paronomaſia, figura frequens noſtro Prophetæ.

Callida conſilia capit] הוא זמות יעץ *hou zimmoth jehats*, ille calliditates conſilium capit.

Secundùm jus alloquitur] ובדבר אביון משפט *oubdabber ebjon miſchphat*, pro בדבר משפט אל אביון *dum loquitur jus ad pauperem*; hoc eſt, juris ſpecie eum fallit, & dum jura crepat ſpoliat; quod divites avari nimis quàm frequenter faciunt.

8. *Nobilis ingenua conſilia dabit*] נדיב נדיבות יעץ *nadib ndiboth jahats*; hoc eſt, conſultus non fallit, aut fallere non debet, ſed ingenua conſilia dare, qualia virum animo, ut ſtirpe, nobilem decent.

Factis ingenuis ſtabit] על נדיבות יקום *hal ndiboth jakoum*; hoc eſt, factis & conſiliis ingenuis inſiſtet, quæ ſunt velut baſis ejus exiſtimationis atque amoris popularium; quorum animos ſibi eâ ratione conciliavit.

9. *Mulieres ſecuræ*] נשים שאננות *naſchim ſchaanannoth*. LXX. Intt. γυναῖκες πλούσιαι, *mulieres opulentæ*, ut habet *Hieronymus*. Alii verterunt εὐθηνοῦσαι. Ejuſmodi quidem erant mulieres, de quibus hîc ſermo eſt, ſed שאנן eſt propriè *tranquillus*, & tralaticio ſignificatu *ſecurus*, & quidem ſecuritate minimè laudandâ, & conjunctâ cum adrogantia, quod bene obſervatum à *Val. Schindlero*, exemplisque probatum. Res confirmatur ſequente membro, huic parallelo: *puellæ confidentes* בטחות *betchhoth*.

10. *Aliquot diebus poſt annum*] ימים על שנה *jamim hal ſchanah*, diebus ad annum. *Grotius* vult, perinde eſſe, ac *intra triennium*, & nos amandat ad Cap. XIX, 1. ubi nihil ſimile video. Satius eſſet *intra biennium*; ſed cùm neque quando cœperit, neque quando defierit id tempus, ſcire poſſimus, nihil intereſt, ulteriùs inquirere in hujus loquendi generis poteſtatem.

Turbabimini] תרגזנה *thirgaznah*, contremiſcetis, non tantùm corpore, quæ eſt propria ſignificatio vocis, ſed etiam animo turbabimini.

Neque frugum collectio &c.] אסף בלי יבוא *oſeph bli jabo*, *collectio non veniet*; hoc eſt, minùs bene proveniet.

11. *Exuite & nudate vos*] *Exuito & nudato te*. Sed plurali numero, ut in ſuperioribus, perreximus loqui. Jubentur mulieres deponere pretioſiores veſtes, non omnes.

Ac lumbos veſtros adcingite Hoc eſt, indutum ſaccum, loco veſtium, quas gerebatis, cingulo coriaceo, aut ejuſmodi alio cingite, ut in luctu. Vide C. XX, 6.

12. *Propter ubera pecudum*] על שדים *hal ſchadajim*, propter ubera. Addidimus *pecudum*, quia ex ſequentibus liquet agi de proventuum defectu, *propter quem* homines *plancturos* ait Propheta. Vult ergo ubera vaccarum, caprarum & ovium, eo tempore lacte caritura. Alioqui res poſſet intelligi de planctu,

Digitized by Google

bamini confidentes, exuite & nudate vos, ac lumbos veſtros adcingite. 12. Propter ubera *pecudum homines* plangent, propter eximios agros, propter vitem fertilem terra populi mei ſpina *&* ſentis orientur, *& luctus erit* in omnibus ædibus, ubi eſt hilaritas, atque in omni urbe exſultante. 14. Alta domus deſeretur, tumultus urbis nullus amplius erit; collis & locus munitus erunt loco ſpeluncarum, atque in perpetuum loca onagris placentia, aut paſcua gregibus, 15. donec adpareat nobis ſpiritus ex alto; *tum* deſertum mutabitur in Charmelum, & Charmelus inſtar ſilvæ habebitur. 16. Jus habitabit in deſerto, & juſtitia in Charmelo ſedem figet. 17. Erit opus juſtitiæ pax, & juſtitiæ effectus quies & fiducia in perpetuum. 18. Habitabit populus meus in tugurio pacis; in tabernaculis ſecuris, & in locis quietis ac tranquillis. 19. Gran-

fertilem, tum verò ſterilem. 13. In populorum meorum agris ſentes & ſpinæ omnia, defectu culturæ, occupabunt. Luctus propterea erit apud omnes, apud quos antea hilaritas erat. 14. Splendidiores ædes erunt deſertæ, nec ullus tumultus in urbe audietur. Colles & loci muniti habebuntur, inſtar ſpecularum, quales habitant Onagri; aut paſcua gregibus ſuppeditabunt, 15. donec ſpiritus ex alto à Deo demittatur, quo tempore omnia meliùs ſe habebunt. Deſertum tum mutabitur in amœniſſimum montem, qualis eſt Charmelus, & Charmelus fiet inſtar denſiſſimæ ſilvæ. 16. Jus dicetur in ſolitudine, & Juſtitia in Charmelo ſedem habebit. 17. Juſtitia Pacem pariet, & Juſtitia ſecum trahet quietem & mutuam Fiduciam in perpetuum. 18. Populus meus, in ſumma ſecuritate, in tuguriis & tabernaculis; dum Ju-

planctu, quo pectus tunditur.

Propter eximios agros] על שדי חבר *hal ſchde hhemed'*, propter agros deſiderii, hoc eſt, quos fertilitatis cauſâ vulgò concupiſcebant, & qui tamen nihil, aut parum proferent; ob ſiccitatem, quæ in iis locis ſterilitatis præcipua cauſa.

Propter vitem fertilem] Quæ tamen eo anno nullos aut paucos fructus emiſerit.

13. *Et luctus erit*] Sequentia liquidò oſtendunt, hæc ſubaudiri; unum hoc difficultatem faceſſit, quod inchoetur membrum particula כי *chi*, כי על כל בתי משוש *quia in omnibus ædibus hilaritatis*, ſed hoc in loco, ut in multis aliis, παρέλκει.

14. *Alta domus*] כי ארמון *chi armon*. Hîc כי iterum abundat, neque enim hæc rationem ſuperiorum complectuntur.

Nullus amplius erit] עזב *huzzab*, relictus eſt.

Locus munitus] בחן *bahhan*. Interpretantur nonnulli eodem modo ac בחן *turrem ſpeculatoriam*. Sed intelligitur locus munitus, in quo perpetuo ſolebat eſſe præſidium, & qui deſertus planè futurus eſſet, ut jam in eo onagri ſtabularentur, qui turres non quærebant.

Loco ſpeluncarum] בעד מערות *behad meharoth*, pro ſpeluncis: hoc eſt, æquè deſertus, ac ſpeluncæ montium eſſe ſolent.

Loca onagris placentia] משוש פראים *meſchoſch pharaïm*, gaudium onagrorum; qui ſolitudines maximè ſectantur.

Aut paſcua gregibus] *Paſcuum gregum*. Addidimus *aut*, quia ubi ſunt greges, ibi etiam ſunt paſtores & canes, quos fugerent onagri. Sententia eſt: loca antea præſidiis occupata ſolis feris, aut gregibus relictum iri. Quo autem hæc referenda ſint, niſi ad tempora, quibus à Babyloniis devaſtata eſſet Judæa, non video.

15. *Donec adpareat nobis*] עד יערה עלינו רוח *had jehare halenou rouahh*, donec *nudetur ſuper nobis ſpiritus*; hoc eſt, donec ſecunda, ut ſic loquar, divini favoris aura è cœlo nobis adſpiret. LXX. ἕως ἂν ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πνεῦμα ἀφ' ὑψηλοῦ. *Symmachus:* ἀνάψυξις ἐξ ὕψους. Vulgatus: *donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo*. Significatur auxilium, metaphorâ à vento ſecundo ducta.

Deſertum mutabitur in Charmelum] *Erit deſertum in Charmel*; hoc eſt, ſola Judææ loca & inculta, prout res habet, mox æquè magno ſtudio colentur, ac cultiſſima ejus loca, qualis eſt mons Charmelus.

Et Charmelus inſtar ſilvæ habebitur] Charmelus in ſilvam reputabitur; nempe, cùm loca deſerta fuerint inſtar montis Charmeli; loca cultu facilia & fertilia per ſe, ſi manerent in eodem ſtatu, quo nunc ſunt, viderentur inſtar ſilvæ incultæ; ideóque tunc diligenter culta fient longè amœniſſima. Eſt loquutio παροιμιώδης quæ paullò aliter hîc intelligenda eſt ac C. XXIX, 27. ut proverbialia dicta in varios ſenſus torquentur, in omnibus Linguis.

16. *Jus habitabit in deſerto*] Sola loca, in quibus latrocinia committebantur impunè, jam erunt tutiſſima, nec quiſquam illic erit, niſi juris obſervans.

Juſtitia in Charmelo] In locis cultis, adeóque frequentibus, ubi præ hominum multitudine multa præter jus & fas committuntur; ut videmus in magnis urbibus; poſthac homines æquiores & meliores longè fient. Hæc omnia videntur intelligi poſſe de moribus Judæorum è Babylonia reducum; qui ſi non optimi, certè multò meliores facti ſunt, cum omnis Idololatriæ expertes fuerint.

17. *Et erit opus juſtitiæ pax*] Pax erit effectus juſtitiæ; quia Deus Judæis pacem præſtabit, dum erunt juſtitiæ obſervantes.

Juſtitiæ effectus] עבודת הצדקה *habodath hattſedakah*, opus juſtitiæ. Eſt idem, aliis verbis, nam *quies & fiducia perpetua* quid ſonant aliud, præter pacem? Ii demum pace fruuntur, qui vivunt quieti in patria, nec quidquam à vicinis, aut remotis populis ſibi timent. Hæc fuit elegantia Jeroſolimitanæ Linguæ, temporibus Regum, eadem ſæpiùs iterare, ſed verbis diverſis; quod diligentes Eſaïæ & Jeremiæ lectores facilè animadvertent.

18. *In tugurio pacis*] Hæc & ſequentia nihil novi habent, ſed pacem deſcribunt, variis loquendi generibus.

[19]. Grando cadet, cùm deſcendetur in ſilvam, atque in humilem locum demittetur urbs. [20]. O vos felices, qui ſementem facitis ad omnes aquas, *eóque* immittitis pedem bovis & aſini!

Prædicantur clades Aſſyriorum, refutantur querelæ Judæorum, promittitúrque Jeroſolimæ defenſio.

CAPUT XXXIII.

1. VÆ prædas agenti, cùm ex te præda non ageretur; perfidè te gerenti, cùm perfidia in te non admitteretur! Cùm deſieris prædas agere, ipſe vaſtaberis; cúmque

Judæa altâ quiete fruetur. 19. Sed grando cadet in eos, qui deſcendent in ſilvas, in humilioribus locis ſitas. 20. O vos felices, qui ad aquas vicinas ſementem facitis, ubi ſunt copioſæ ſegetes, eoque boves & aſinos aquandos ducitis!

PARAPHRASIS.

1. VÆ tibi, qui prædas agis ex agris eorum, qui ita ſe geſſerunt erga te! Cum deſieris prædari alienos agros, tum etiam tui diripientur, ô Rex Aſſyriorum, eodemque modo ſe gerent erga te alii, ut tu te geſſiſti erga alios. (O Creator nobis benefacito, námque beneficia tua exſpectavimus; eſto, matutino tempore, nobis inſtar brachii, in rebus adverſis.) 3. Audito tonitru tuo, multitudo in fugam agitur; & qui in altum es ſubvectus, disjectæ ſunt Gentes.

4. Colli-

19. *Grando cadet* &c.] Quid hæc ſibi velint, fateor me neſcire; nam allegoria *Grotii*, quaſi voce *ſilva* ſignificentur Aſſyrii, mihi nequaquam placet, ut nec ulla alia ſimilis. Puto multò magis eſſe Interpretis Scripturæ *quædam ignorare*, quàm *Grammatici*, quod non nemo Veterum dixit. Neſcio quid παροιμιῶδες videntur complecti duo hae commata, quod poſt tot ſæcula à nobis non intelligi nihil mirum.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXIII.

1. VÆ *prædas agenti*] הוי שודד *hoi ſchoded*, pro הוי לך *hoi lcha*, væ tibi, qui prædaris. Hæc optimè quadrant in Aſſyrios, qui & Syros, & Iſraelitas & Judæ tribules & alios populos vicinos, malè habuerant, ſpoliaverant, captivos abduxerant; nec tamen ab aliis, hiſce temporibus, ſimilia paſſi fuerant, ad regnum Sancheribi & ulteriùs.

Cùm perfidia in te non admitteretur] ולא בגדו בך *vlo bagedou bach*, nec perfidi in te fuerunt.

Cùm deſieris prædas agere] כהתימך שודד *ehabathimcha ſchoded*, cùm abſolveris prædans. Videtur hoc velle Propheta, fore tempus, quo prædas agere deſinerent Aſſyrii ab aliis populis, quòd poſt multas victorias otio & deliciis ſe ſe dedidiſſent; nec eo ſeciùs alii veterum injuriarum memores, aut ex mera rapacitate, eos invaderent, atque expilarent. Videntur calamitates Aſſyriorum cœpiſſe, ex quo Dejoces, Medorum primò Judex, deinde etiam Rex, jugum Aſſyriorum excuſſit circa annum ante Chriſtum natum DCCIX. ut narrat *Herodotus* Lib. I. c. 95. Ἀσσυρίων, inquit τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ᾽ ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια, πρῶτοι ἀπ᾽ αὐτῶν Μῆδοι ἤρξαντο ἀπίστασθαι· καὶ πῶς οὗτοι περὶ τῆς ἐλευθερίης μαχεσάμενοι τοῖσι Ἀσσυρίοισι ἐγένοντο ἄνδρες ἀγαθοί. καὶ ἀπωσάμενοι τὴν δουλοσύνην ἠλευθερώθησαν. μετὰ δὲ τούτους καὶ τἄλλα ἔθνεα ἐποίεε ταὐτὸ Μήδοισι: *cùm Aſſyrii annis quingentis viginti ſuperiorem Aſiam obtinuiſſent, primi Medi ab iis deficere cœperunt; qui, cum Aſſyriis, pro libertate prælio commiſſo, viros fortes ſe præſtiterunt, excuſſáque ſervitute in libertatem ſe ſe adſeruerunt. Poſt hoſce & aliæ gentes idem fecerunt ac Medi.* Tum verò Aſſyriis rependum eſt, quod aliis fecerant. Quæ è ruderibus Antiquitatis colligi, hiſce de rebus, potuerunt, legentur in Annalibus Sacris *Jac. Uſſerii*, à temporibus Hezekiæ poſtremis, & apud *Joan. Marshamum* ad Ægyptiacum ſæculum XVII. Nos iis non immorabimur.

Cumque abſolveris] כנלתך *channelotcha*. Eſt pro כנלאתך à radice לאה *feſſus fuit*, quia qui feſſus eſt, deſinit id facere, quo fatigatus eſt. Hinc *Symmachus*: ἐπὰν κοπιάσῃς ἀθετῶν, quod ſequutus *Hieronymus* vertit: *cùm fatigatus deſieris*. Itaque nihil opus eſt legere ככלותך *chechallotcha*, mutato ג in כ ut conjiciebat *Lud. Cappellus*.

2. *Eſto brachium noſtrum matutinis temporibus*] היה זרעם לבקרים *hejeh zroham labbekarim*, eſto brachium eorum (*qui*, nempe, *auxilium tuum exſpectant*) ſingulis temporibus matutinis, hoc eſt, quotidie. Sed vertimus *brachium noſtrum*, quaſi eſſet זרענו *zrabenou*, quia Dei auxilium Judæis implorat; nec Latinè loquentibus licet perſonas mutare, eo modo, quo hîc mutantur.

3. *Propter vocem tuam*] Eſt *vox Dei* propriè tonitru, ſed videtur hîc ſignificari quodvis ejus auxilii ſignum.

Quia te in altum extuliſti] כרוממתך *meromemuthecha*, quia te extollis. Altum petere dicitur Deus, cùm veluti thronum conſcendit, ut jus dicat populis, ut ſæpius obſervavimus.

que abſolveris perfidè te gerere, perfidiam in te *alii* admittent. 2. Jehova, benefaci-
to nobis, *auxilium* tuum exſpectavimus, eſto brachium noſtrum, matutinis tempori-
bus, & ſalus etiam noſtra, tempore anguſtiæ. 3. Propter vocem *tuam*, multitudo
populorum in vagam ſugam agitur; & quia te in altum extuliſti, gentes ſunt disjec-
tæ. 4. Colligentur ſpolia veſtra, *ut* bruchus *herbam* depaſcitur, útque fit diſcur-
ſu locuſtarum in loco, quem ſaltando peragrant. 5. Evectus eſt Jehova, quia in alto
habitat, implevitque Sionem judicio & juſtitiâ. 6. Erit fides temporum tuorum poſ-
ſeſſio *populi tui* ſalutaris; ſapientiáque, ſcientia & timor Jehovæ, theſaurus ejus.
7. En fortes eorum viri clamabunt foràs, & nuncii pacis amarè flebunt. 8. Deſolabun-
tur viæ ſtratæ, ceſſabit viator ſemitas *ingredi*, fœdus irritum faciet *hoſtis*, ſpernet urbes,
nullo

4. Colligentur ſpolia veſtra, *ô populi*, ut herba à brucho abſumitur, atque à locuſtis herba loci, in quo fuerunt. 5. Creator evectus eſt, quia in ſublimibus locis habitat, & Jeroſolimæ oſtendit, ſe eſſe juſtitiæ addictiſſimum. 6. Erit, ô Deus, fides temporum tuorum ſaluberrima, ſapientia, ſcientia, timor tui, theſaurus tui populi. 7. Fortes eorum viri pacem ſupplices petent, ab hoſte, & reduces in urbem, cùm nihil impetrarint, amaras lacrimas emittent. 8. Vias ſtratas nemo calcabit, nec viatores ſemitas ingredientur, præ metu hoſtis, qui hoc vetabit, neque ullius rationem habebit.

mus. Vide infra vers. 5, 16, 18. Ceterùm verſus 2, 3, & 4. videntur parentheſi claudendi, cùm ſint ſubita oratio ad Deum, dum de cladibus Aſſyriurum loquitur Propheta.

4. *Ut bruchus depaſcitur herbam*] אסף החסיל *oſeph hehhaſil*, collectio bruchi, pro כאסף *cheoſeph*, aut כבאסף *chibeoſeph*, ut in collectione bruchi; ut tam facilè, & tam celeriter opes veſtræ diripientur, quàm bruchus paſcui agri herbam depaſcitur. Quod factum, cùm Dejoces Imperium ab Aſia Majore, ad fluvium usque Halyn protulit, circa annum ante Chriſtum DCLXXXVIII. ex calculo Uſſeriano. Vide *Herodotum* Lib. I. c. 130. Poſtea etiam Phraortes, Dejocis F. varias Aſiæ gentes debellavit, atque Aſſyrios adgreſſus eſt, cùm à ſociis eſſent deſerti, ut habet idem c. 102. ſed cùm Ninum, ſeu Niniven obſideret, unà cum exercitu periit. Filius ejus Cyaxares, patrem ulturus, bellum intulit Aſſyriis, quos prælio vicit, atque in ipſa Metropoli obſedit; ſed expulſus eſt & victus à Scythis, qui Aſiæ Imperium per XXVIII. deinceps annos tenuere, ac proinde Aſſyrius ipſos in ditione habuere. Vide *Herodotum* Ib. c. 103.

Utque fit diſcurſu locuſtarum &c.] כמשק גבים שקק בו *chemaſſchak gebim ſchokek bo*, ut ſubſultatione locuſtarum ſaltantis in eo; ubi כמשק eſt etiam pro כבמשק *chibamaſch*, ut in diſcurſu, aut in ſubſultatione. גבים quod plurale eſt, licentiâ Hebraïcâ conjungitur, cum participio ſingulari. בו *bo* perinde eſt ac במקום אשר שוקק בו *in loco, in quo ſaltat*; locuſta, nempe; compendio quodam loquendi ejusdem Linguæ, qualia paſſim in Propheticis libris & Hagiographis occurrunt. LXX. Intt. ὃν τρόπον ἐάν τις συναγάγῃ ἀκρίδας, οὕτως ἐμπαίξουσιν ὑμῖν. Vulgatus: *ſicut colligitur bruchus, velut cùm foſſæ plenæ fuerint de eo.* Utrumque incommodè & neglectis verbis. Verum quidem eſt גבים etiam *foſſas* ſignificare, ſed hic locuſtarum genus ſonat, ut liquet ex antecedentibus verbis. Propheta confert direptiones Medorum & Scytharum, omnia per Aſſyriorum agros agentium ac ferentium, ope equitatûs, quo utraque gens abundabat, ut *Herodotus* & *Xenophon* docebunt, ſi opus ſit, cum ingentis multitudinis locuſtarum ſubſultantium per viridem campum, devaſtationem. Ut milites hìc conferuntur cum locuſtis: viciſſim Scriptores Sacri de locuſtis loquuntur interdum, quaſi de militibus, ut ex Joële & Hamoſo intelligere eſt, quos multis interpretatus eſt *Sam. Bochartus* Hierozoïci P. 2. Lib. IV. c. 5. & 6.

5. *Evectus eſt Jehova* &c.] Vult Judæos, cùm talia audient de Aſſyriis, quæ antea commemorata ſunt, intellecturos Deum in cœlo regnare, indéque pœnas ſumere de ſuperba illa & crudeli gente.

Fides temporum tuorum] Hoc eſt, fides à te, temporibus præſtitutis, ſervata, Judæis erit inſtar poſſeſſionis ſalutaris; ſpem enim in te propterea reponent, & omnium divitiarum loco habebunt, neque eâ excident.

Poſſeſſio ſalutaris populi tui] חסן ישועות *hhoſen jeſchouhoth*, poſſeſſio ſalutum. *Symmachus*: πλοῦτος σωτηρίας, Vulgatus: *divitiæ ſalutis.* Peſſimè ἐν θησαυροῖς ἡ σωτηρία ἡμῶν verterunt LXX. Intr. Addidimus hìc *populi tui*, ad quem refertur ſuffixum vocis אוצרו *otſaro*, theſaurus ejus; cujus verò? nempe, Judæ.

7. *Fortes eorum viri*] אראלם *erellam*. LXX. Intt. ἐν τῷ φόβῳ ὑμῶν. Crediderunt hìc latere derivatum quoddam verbi ירא *jare* timuit, & ſuffixum ſecundæ perſonæ pluralis; ſed omnia perperam. *Aquila* meliùs certè ad Grammaticam quod attinet ὀφθήσομαι αὐτοῖς, quaſi eſſet אראה להם *eraëh lahem*, videbor illis: *Symmachus* ſimiliter ὀφθήσομαι αὐτοῖς. Vulgatus: *videntes*, quaſi eſſet הראים *haroim*. Exiſtimavimus idem eſſe ac אריאל *leo fortis*, cum adfixo tertiæ perſonæ, de qua voce diximus ad 2. Sam. XXIII, 20. Senſus eſt virus fortes Aſſyriorum, *foràs* ituros, ſeu extra Niniven, ad Medos, aut Scythas, ut miſericordiam eorum implorent; vel è muris converſos חוצה *extrinſecus* clamaturos, ut deditionis leges ab hoſtibus obtineant, aut conditiones offerant Medis, vel Scythis; quibus acceptis, redimant ab iis vitam & libertatem. Confirmatur hæc interpretatio, ſequentibus verbis.

Nuncii pacis amarè flebunt] Legati urbe Ninive emiſſi, ad pacem petendam à Medis aut Scythis, certis legibus, amarè apud hoſtes flebunt.

8. *Deſolabuntur viæ ſtratæ*] Nemo audebit neque

nullo in pretio habebit homines. 9. Lugebit deſolata terra, pudore adficietur Libanus, & exſcindetur, erit Saron, inſtar deſerti, excutientur Baſan & Charmelus. 10. At Jehova, tunc verò ſurgam, inquiet, tunc me eveham, tunc extollar. 11. Concipietis ſtramen & parietis ſtipulam; ſuperbia veſtra, *inſtar* ignis, vos abſumet. 12. Erunt populi *quaſi eſſent in* fornacibus calcis ſpinæ exciſæ, *quæ* igne abſumuntur. 13. Audite, procul remoti, quæ fecerim, *vóſque* propinqui cognoſcite potentiam meam.

14. Formidarunt, *in* Sione, peccatores, comprehendit tremor ſimulatores virtutis. Quis noſtrûm, *inquiebant*, manere poſſit *in* igne abſumente? quis noſtrûm æterna incendia

bebit. 9. Terra lugere videbitur incolas ſuos; Libanus pudore adfici, quod cedris ſpoliatus ſit; Saron erit inſtar ſolitudinis, nec non Baſan & Charmelus.

10. Creator verò, tunc me eveham, ait, tunc extollar coram hominibus. 11. Concipient homines ſtramen, & parient ſtipulam; non meliora facient, quam animo conceperant, & ſuperbiâ ſua, quaſi igne, abſumentur. 12. Tam facilè & tam crudeliter peribunt homines, quàm uruntur ſpinæ ſiccæ in fornacibus, in quibus paratur calx. 13. Audite jam remoti, quàm vicini, quid erga Iſraelitas fecerim.

14. Formidinem, in ipſo monte Sione, ſenſerunt mali viri, quamvis virtuti ſe addictos ſimulârint. Quis noſtrum, inquiebant, cùm eò quaſi in Aſylum confugiſſemus, non agnoverit, ſe non poſſe manere in igne ardente? quis æterna incendia

neque per vias regias, neque per ſemitas iter facere, in ægris Aſſyriorum; præ hoſtium metu.

Fœdus irritum faciet hoſtis] Addidimus vocem *hoſtis*, ex re ipſa. Intelligitur Medus, aut Scytha fœdifragus.

Spernet urbes] מאס ערים *maas barim*, ſi hæc referamus ad Medos, hic poterit eſſe ſenſus, fore ut nolint ullas urbes munitas eſſe apud Aſſyrios, ne rebellent; ſi verò ad Scythas, deſcribetur his verbis vita ἁμαξόβιον, qui urbes nullas habebant, ſed in plauſtris habitabant, quæ, quocumque vellent, trahi curabant, de quibus *Horatius* III. Carm. XXIV, 10.

Campeſtres meliùs Scythæ,
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos,
Vivunt & rigidi Getæ,
Immetata quibus jugera liberas
Fruges & Cererem ferunt
Nec cultura placet longior annuâ.

Sed vide hæc pleniùs, apud *Herodotum* Lib. IV. c. 36.

Nullo in pretio habebit homines] לא חשב אנוש *lo hhaſchab enoſch*, non reputabit hominem. Verbum hoc eſt interdum in pretio habere. Vide ſupra C. XIII, 17. & infra LIII, 3. ſententia eſt, fore ut hoſtes hominis vitam nihili facerent.

19. *Pudore adficietur Libanus*] Hæc, quæ de Libano, Sarone, Baſane, & Charmelo habentur, non intellexerim de iis montibus, aut locis, quibus hæc erant propria nomina; ſed de locis Aſſyriæ, qui ita poterant, ob nonnullam ſimilitudinem cum iis montibus & locis, vocari. Sic *Libanus* potuit dici mons Niphates, ad ſeptemtriones Armeniæ, ob nives quibus candebat, nam לבן *laban* eſt canduit. *Saronis* & *Baſanis* nominibus ſignare potuerunt campi, in quibus alebantur oves & boves, quemadmodum in locis ſic propriè dictis. *Charmelus* erit ſimiliter mons nemoroſus, & fertilis, qualis fuit mons Judææ, de quo jam antea diximus. Ratio eſt, quòd hæc omnia ad Aſſyrios referri oportere videantur.

10. *At Jehova* &c.] Pro *tunc* hîc eſt עתה quod omnium temporum, ut antea monuimus.

Tunc me eveham] Vide ad v. 3.

11. *Concipietis ſtramen*] תהרו קשש תלדו קש, *thaharou kaſchaſch theledou kaſch.* Paronomaſia. Sententia eſt conſiliorum inanium ſimilem futurum exitum. Quem adloquatur hîc Deus, non eſt facile dictu. Putant tamen Aſſyrios compellari.

Superbia veſtra] רוחכם *rouhhachem.* Sic ſumitur רוח *rouahh* Pſ. LXXVI, 13. ubi vide not.

12. *In fornacibus calcis ſpinæ exciſæ*] Hoc eſt, abſumentur, aut peribunt funditus, inſtar ſpinarum dudum exciſarum, ac proinde ſiccarum, in fornace ardentiſſima, in qua fit calx.

14. *Formidarunt* &c.] Caſtigat hîc Propheta Judæos improbos; quamvis virtutis ſimulatores.

Quis noſtrûm manere poſſit &c.] *Quis habitabit nobis ignem abſumentem?* Fuerant homines, qui, cùm Sancheribus Judæam ferro & igni vaſtaret, tutò in ea habitari poſſe vix credebant, & aufugerant etiam in Ægyptum, ut intelligere eſt è Cap. XXXI. Hi proverbiali loquutione hîc utentes inducuntur, ut oſtendant, tutum non eſſe habitare in Judæa, ubi erant *ignis abſumens* atque *incendia æterna*, in quibus homines vivere non poſſunt. Intelligebant autem incendia villarum, & oppidorum; quibus, non eo tantùm tempore, ſed & poſtea, quotieſcumque vellent, ſævituri eſſent Aſſyrii. Hæc enim dicta videntur ante Sancheribi cladem; poſtquàm enim tanto vulnere adfecti ſunt Aſſyrii, vix erat, cur ſibi ab iis timerent.

Qui incedit in juſtè factis] הולך צדקות *holech tſdakoth*, pro בצדקות *bitſdakoth* in juſtitiis, hoc eſt, qui juſtè vivit. Quod non intelligendum de perfecta morum ſanctitate, quam nemo ſibi adrogare queat; ſed de habitibus virtutum, & præſertim de abſtinentia à gravioribus delictis, quæ poſtea memorantur. Oſtendit ergo Propheta, ſi ita viverent Judæi, ut dicit, non eſſe, cur timerent, ſe tutò in patrio ſolo, infeſtis Aſſyriis, numquam futuros, cùm Deum propitium ſemper experturi eſſent,

Digitized by Google

cendia habitare? 15. Qui incedit in juſtè factis; qui recta loquitur; qui reſpuit oppreſſiones, lucri cauſâ; qui excutit ſuas manus, ne munus accipiat; qui obturat aurem ſuam, ne audiat *conſilia de* cædibus; qui claudit oculos ſuos, ne videat malum; 16. ille edita loca habitabit, *in* munimentis ſaxorum *habebit* ſublime *perfugium* ſuum, panis ejus *ei* dabitur *&* aquæ ejus erunt perennes. 17. Regem, in ſplendore ſuo, videbunt oculi tui, videbunt terram *in* locis remotis. 18. Cor tuum meditatur terrorem. Ubi verò Scriba

dia ferre poſſit? 15. Qui non niſi juſta facit, qui aliud nihil loquitur, qui abhorret ab omni oppreſſione, quæ fit lucri cauſâ; qui omne donum recuſat; qui aures habet clauſas omnibus conſiliis, de cæde perpetranda; qui claudit oculos pravis moliminibus, quæ ſpectant homicidia; qui denique nullius ſceleris conſcius eſſe vult: 16. hujuſmodi vir inhabitabit edita loca, & tuta, in altis rupibus, ad quas accedere non eſt facile, & in quibus ſuppeditabitur ei panis, & erunt aquæ perennes. 17. Ejuſmodi vir admittetur in conſpectum Regis, cùm in ſplendore regio ſe conſpiciendum dabit, & omnia ditionis loca luſtrare poterit, etiam remota, quia te ſibi fidum habebit. 18. His dictis terreris fortè, & ubi eſt Scriba, inquies, qui ſtipendia militibus ſolvat? ubi eſt præfectus Urbi, qui eos ſervet, & qui omnes turres numeraverit, ut ſciat, quo præſidio, ut ſerventur, indigeant.

19. Atqui

eſſent, qui eos contra quamlibet potentiam facilè tecturus eſſet.

Qui recta loquitur] דובר מישרים *dober meſcharim*, qui loquitur rectitudines; hoc eſt, qui nihil niſi rectum & æquum, pro ſententia, dicit.

Qui reſpuit oppreſſiones lucri cauſâ] מואס בבצע מעשקות *moes bebetſab mahaſchakkoth*, reſpuens in lucru oppreſſiones; hoc eſt, qui non vult opprimere pauperes, quamvis eum lucro ſuo.

Qui excutit manus ſuas &c.] Qui omnia munera, in jure dicundo, reſpuit.

Ne munus accipiat] *A tenendo munere*; nempe, ubi jus dicit.

Qui obturat aurem ſuam] Qui cædes ſibi proponi non patitur, ſed ejuſmodi conſilia è veſtigio rejicit.

Claudit oculos ſuos &c.] Conſcius eſſe non vult ſcelerum, eáque omnia improbat.

16. *Edita loca habitabit*] Tam tutus erit, etiam in campeſtri atque undequaque patente regione, quàm ſi in rupibus inacceſſis domicilium haberet.

Panis ejus ei dabitur] לחמו נתן *lebhmo nittan*, panis ejus datur. Subaudiendum לו *la*, illi: ſenſus eſt, Deum curaturum, ne alimentum ei neceſſarium unquam deſit. Hinc illuſtrari poteſt caput Orationis Dominicæ: *da nobis in poſterum panem noſtrum.*

Aquæ ejus erunt perennes] מימיו נאמנים *memau neemanim* aquæ ejus fideles: hoc eſt, perennes. Metaphora deſumta eſt à fide, quam amici & fœderati ſibi invicem ſervant, cùm mutuum auxilium conſtanter ſibi ferunt, neque unquam fidem datam & ſpem amicorum & fœderatorum fallunt. Sic *fidelis* eſt aqua fontis, qui numquam exareſcit, ſed ſemper copioſum potum accolis ſuppeditat. Contrà dicitur Jerem. XV, 18. *aqua infida*, quæ fallit ſpem eâ utentium. Erant in Judææ montanis rupes præaltæ, quæque à paucis defendi poterant, & in quibus aquæ perennes ſcaturiebant.

17. *Regem in ſplendore ſuo*] מלך ביפיו *melech bjophjo*, regem in pulcritudine ſua; Regem, nempe, Hezekiam, ſplendidè regnantem, poſtquàm ab Aſſyriis liberatus eſſet.

In locis remotis] מרחקים *marhhakkim*, pro במרחקים *bmarhhakkim*, in remotis; id eſt, in remotiſſimis ejus finibus, cùm antea Jeroſolimæ finibus clauſi fuiſſent, nec quidquam videre potuiſſent, niſi agrum ſuburbanum & vicinos colles.

18. *Cor tuum meditatur terrorem*] לבך יהגה אימה *libbecha jehgeh emah*; hoc eſt, apud animum tuum quæ tibi timenda reputas; nimirum, ab Aſſyriis, contra quorum vim Jeroſolimam nec præſidio, nec munitionibus ſatis firmam putabant.

Ubi verò ſcriba?] Sunt hæc verba timidorum inter ſe talia muſſitantium, quaſi ad tuendam urbem neceſſaria defuiſſent. ספר *ſopher* dicitur hìc Scriba Regius, cui interdum cura mandabatur conſcribendi, aut exercendi exercitûs, ut bene obſervavit *Lud. Cappellus* in notis Criticis, ex 2. Reg. XXV, 19. ubi memoratur הספר שר הצבא המצבא את עם *ſcriba dux exercitûs, qui populum militiam docebat*, vel *conſcribebat*, ubi vide à nobis notata.

Ubi qui ſtipendium adpendit] איה שקל *ajeh ſchokel*, ubi adpendens; nempe, ſtipenditum. Loquuntur enim hi homines de rationibus urbis, contra Aſſyrios defendendæ, de quibus initio non ſatis cogitaſſe videtur Hezekias, qui poſtea tamen rem curavit, ut videmus 2. Ephem. XXXIII, 2. & ſeqq. fortè his ſermonibus plebis Jeroſolimitanæ ſtimulatus.

Ubi qui numerat turres?] Videtur fuiſſe ſingularis præfectus mœnium, qui turrium, præſidio indigentium, numerum inibat, & præſidia in ſingulas mittebat; quarum etiam certum fortè numerum ſervandum minoribus præfectis tribuebat. Quæ non ſatis adtenderunt veteres Intt. quamobrem à ſenſu verborum aberrarunt. LXX. habent, ſi modò ſana hæc ſint verba; ποῦ εἰσιν οἱ γραμματικοί (fortè γραμματεῖς) ποῦ εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες; ποῦ ἐστιν ἀριθμῶν τοὺς τρεφομένους; & Vulgatus: *ubi eſt litteratus? ubi verba legis ponderans? ubi doctor parvulorum?* Habemus tantùm poſtremorum verborum interpretationem *Aquilæ* & *Theodotionis* ἀριθμῶν τοὺς μεμεγαλυμμένους, & *Symmachi* ἀριθμῶν τοὺς ἐντεταγμένους. Quæ omnia ſunt præter rem. Putatur tamen Paulus protuliſſe hæc verba 1. Cor. I, 20. Sed perperam, qua de re vide notata in addit. ad *Henr. Hammondum.*

19. *Non*

Scriba? *inquis*, ubi qui *ſtipendium* adpendit? ubi qui numerat turres? [19] *Atqui* non videbis populum fortem, populum, è profundo *gutture* loquentem, ut eum non intelligas, blæſum linguâ & ſine prudentia. [20]. Videbis Sionem, urbem, in quam convenimus; oculi tui ſpectabunt Jeroſolimam, habitationem ſecuram, tentorium, *quod* non transferetur, cujus paxilli numquam amovebuntur, neque funes ulli umquam frangentur. [21]. Eſt enim illic nobis potentiſſimus Jehova, *ut* locus fluviis & latis rivis *irriguus*, nec *per eum* ibit navis remis acta, nec magnum navigium illum trajiciet. [22]. Quia

19. Atqui non videbis populum ſtrenuum, populum ex imo gutture loquentem, ita ut eum intelligere nequeas, blæſum & ſine ſapientia. 20. Videbis tantùm Jeroſolimam, in quam dudum convenimus; eris in oppido, ubi tutus manebis; è quo Tabernaculum Dei numquam aliò transfertur, neque munitiones evelluntur, neque funes umquam rumpuntur. 21. Eſt hic potentiſſimus Creator omnium præſens, eſt locus aquâ abundans fluviorum & rivorum, ſed quibus vehi poſ-ſunt

19. *Non videbis populum fortem*] עם נועז *ham nohaz*. LXX. μικρὸν καὶ μέγαν λαὸν, ᾧ οὐ συνεβουλεύσατο, perabſurdè. *Symmachus* τὸν λαὸν τὸν ἀναιδῆ, Vulgatus: *populum impudentem*. Reverâ עז *haz*, præſertim additâ voce פנים *phanim*, impudentem ſignificat, ut Latinè *os durum*. Sunt inter Judæos, qui velint idem eſſe, לועז *lohaz*, hoc eſt, barbarâ linguâ utentem, & ſic quidem legiſſe vellet *Lud. Cappellus*, nec eſſet abſurda lectio; ſed nihil eſt, cur mutemus hìc quidquam. Vide Deut. XXVIII, 49, 50.

E profundo gutture loquentem] *Profundiorem labio, quàm ut intelligantur*, עמקי שפה משמוע *himke ſchaphah miſſchemoah*. Hìc שמע non eſt ſimpliciter *audire*, quivis enim ſoni audiuntur, ſed *intelligere*. Nec poterant intelligi Aſſyrii à Judæis, quod à gutture loquerentur, ceteroquin eorum lingua non usque adeò diſcrepaſſe videtur ab Hebraica. LXX. οὐδὲ ᾔδει βαθύφωνον ὥστε μὴ ἀκοῦσαι. *Symmachus*: λαὸν βαρὺν χείλεσιν, ὥστε μὴ ἀκούειν.

Blæſum linguâ] נלעג לשון *nilhag laſchon*. Cùm עלג ſit balbutire ſuprà C. XXVIII, 11. & לעג ſit propriè *irridere*, *L. Cappellus* legendum putabat hìc נעלג *nehaleg*. Sed potuit fieri, ut tam adſinia verba interdum, etiam inter ſcribendum, miſcerentur. LXX. Intt. λαὸς πεφαυλισμένος *contemtus*. Fortè τετραυλισμένος pro τραυλίζων *balbutiens*. *Symmachus*: διαλελαλημένος γλώσσης, ex conjectura. Vulgatus hæc omnia ſic vertit: *populum alti ſermonis, ita ut non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ ejus*, ex conjectura etiam.

20. *Videbis Sionem*] *Vide Sionem*. Imperativus pro Futuro, nam prædicit hìc Propheta, nondum fore, ut Jeroſolima capiatur, ſed ut ſtet per multos annos.

In quam convenimus] *Conventûs noſtri*: nempe, ſacrorum causâ.

Non transferetur] לא יצען *lo jitshan*. Vox eſt in hoc tantùm loco, in quo tamen aliud ſignificare non poteſt. Hinc LXX. σκηναὶ αἳ οὐ μὴ σεισθῶσι. Vulgatus: *tabernaculum, quod nequaquam transferri poteſt*.

Cujus paxilli numquam amovebuntur] *Non proficiſcentur paxilli ejus* (יתדתיו) *in perpetuum*. Pergit Jeroſolimam deſcribere ſub imagine tentorii. Ad tentoria erant paxilli terræ impacti, quibus vincti erant funes, quibus malus erecta circumquaque trahebatur; ut firma ſtaret, & aulæa tentorii, quæcumque eſſent, ſuſtineret.

21. *Eſt enim*] כי אם *chi im*. Quæ particulæ ſunt hic αἰτιολογικαὶ, ut & alibi. Vide earum ſignif. 3. & 4. apud *Chriſt. Noldium*.

Potentiſſimus Jehova] אדיר יהוה *addir Jehovah*, LXX. Intt. à proprietate ſine ratione recedentes: τὸ ὄνομα κυρίου μέγα. Meliùs *Symmachus*: κραταιὸς ἡμῶν κύριος. *Magnificum* vertit Vulgatus. Quid propriè ſignificet, nemo dicere queat, vertendaque vox Latinè loquenti, prout res, quæ agitur, poſtulat.

Ut locus fluviis & latis rivis irriguus] מקום נהרים יארים רחבי ידים *mkom naharim jeorim rabbahe jadajim*, locus fluviorum, rivorum *latorum ſpatiis*; hoc eſt, protectio divina facit, ut illic ſemper poſſimus manere, quemadmodum Scenitæ, qui poſſunt ad loca irrigua tendere, inde facilè non diſcedunt; cùm aquam & pabulum potiſſimùm quærant, quæ ubi deſunt, illinc migrare neceſſe habent. Vertimus quaſi eſſet כמקום *chimkom*, ut locus, quia initio comparationis, כ frequentiſſimè omittitur, & melior erat comparatio, quæ ſic inchoatur.

Nec per eum ibit navis remis acta] אני שיט oni ſchajit, *navis remigii*. Hoc additur, quia Scenitæ diu non tendant ad ripas magni fluvii, per quas naves armatæ tranſeunt interdum, quòd timeant, ne ab armatis facilè opprimantur; vento enim & remigio adjuvantibus, magnæ claſſes advenire momento temporis poſſunt, miſeriſque Arabibus, quidquid habent, auferre. *Aquila* ναῦς κώπης, *Symmachus* πλοῖον κωπηλάτου. Vulgatus: *navis remigum*.

Nec magnum navigium] Quales onerariæ naves, quæ ſolis velis, aut motu nativo aquæ inferiora versùs utuntur. Eas metuunt etiam Scenitæ, quia alendo exercitui neceſſaria vehere poſſunt; quæ ſi adſint, timent ſuæ libertati, quæ nititur hoc potiſſimùm, quòd in interiores eorum ſolitudines commeatus copiis ſubvehi non poſſunt. *Symmachus*, qui bene verterat antea πλοῖον κωπηλάτου, hìc צי אדיר *tſi addir*, abſurdè vertit, ἐντολὴ κραταιοῦ *præceptum potentis*. At *Aquila*: τριήρης ὑπερμεγέθης & *Hieronymus*: *Trieris magna*. Idem in Ezekielis XXX. ſe ita accepiſſe ab Hebræis adfirmat. Sed LXX. Intt. hìc ſimpliciter πλοῖον verterunt, alibi nusquam. *Symmachus* etiam neſcivit, quid eſſet. Quare non eſt certum צי eſſe triremem. Ac ſanè, hoc loco opponi videtur *navi remigio actæ*, & epithetum אדיר *magna* tam bene convenit onerariæ, quam triremi; præterquàm quòd צי per ſe non magis

22. Quia Jehova eſt judex noſter, Jehova legiſlator noſter, Jehova rex noſter; ille nos liberabit. 23. Funes tui ſunt laxi, non bene firmant malum ſuum, non expandunt vexillum. Tunc multa ſpoliorum præda dividetur, & claudi prædam diripient. 24. Nec ſe *urbis* incola dicet ægrotaſſe, & populo, qui eam inhabitat, remiſſa erunt peccata.

Vaticinia de plurium gentium & præſertim Idumæorum calamitatibus.

1. ACCEDITE, Gentes, ad audiendum, & populi attendite; audiat terra, & ea, CAPUT.
quibus eſt referta; orbis, & quidquid ex eo prodiit; [2]. nam accenſa eſt Jehovæ XXXIV.
ira in omnes gentes, & indignatio in univerſos earum exercitus; internecioni devovit eos, & tradet mactationi; [3]. ita *ut* confoſſi earum projiciantur, fœteant cadavera,

ſunt minora non majora paullò navigia; 22. quia Creator eſt Judex & Rex noſter, qui nos liberabit. 23. Funes tui ſunt laxi, nec poſſunt ſatis firmare tuum malum, nec expandere vexillum. Tum erit multa præda dividenda, cujus vel tardiſſimi erunt participes. 24. Nec cauſſari incola Urbis poterit, ſe ægrotaſſe, & populo Jeroſolimitano remiſſa eſſe peccata.

PARAPHRASIS.

1. O Gentes, & Populi, accedite, & audite, quod veſtrâ audiſſe intereſt. Audiant & tota Terra ea, quibus eſt plena, Orbisque, & qui in eo ſunt; 2. nam Creatoris ira in omnes populos eſt accenſa, & indignatio in eos exercitus, quos internecione damnavit, & mactandos hoſtibus tradidit. 3. Ergo eorum cadavera inſepulta jaceant, & putreſcant: è montibus, in quos con-

gis *triremem*, quam *biremem* ſignificat. Multa habet hac de re, déque hoc ipſo loco, *M. Meibomius* in Libro de Fabrica Triremium, quæ apud eum legi poterunt.

22. *Ille nos liberabit*] Hæc eſt interpretatio eorum, quæ antea dicta ſunt, nullas naves neque remis actas, neque velis illac tranſituras; quibus verbis hoſtiles copiæ deſcribuntur.

23. *Funes tui ſunt laxi*] נטשו חבליך *nitteſchou hhabalajich*, extenſi ſunt funes tui; hoc eſt, funes non tenſi, ſed dimiſſi (nam hoc ſignificat verbum נטש in Niphal) adeóque laxi, ut ſequentia manifeſtò oſtendunt. Hinc *Symmachus*: ἐξελύθη τὰ σχοινία σου, & Vulgatus: *laxati ſunt funiculi tui*. Quod cùm fit in tentorio, corruat neceſſe eſt. LXX. Intt. ἐῤῥάγησαν τὰ σχοινία σου, impropriè, quamvis ſenſus aliquo modo exprimatur; non minùs enim cadit tentorium fractis, quàm laxatis funibus. Eſt autem hic ἀποστροφὴ ad Aſſyrios, quorum clades prædicitur. Fœminino utitur Propheta, quia ſubauditur ארץ אשור *erets Aſchour*, terra Aſſyria, ut paſſim, quando de gentibus ſermo eſt.

Non bene firmant malum ſuum] בל יחזקו כן תרנם *bal jehhazzekou chen thornam*, non confirmant rectè malum ſuum. *Malus* hic eſt palus, qui in medio tentorio terræ infixus tentorii aulæa ſuſtinet, ut malus navis vela.

Non expandunt vexillum] בל פרשו נס *bal phareſchou nes*. *Vexillum* hìc intelligo facem è ſummo tentorii vertice pendentem, vexilli inſtar, quæ vento flante ſe extendit, dum ſtat malus, ſed eo ruente involvitur & intricatur cum aulæis tentorii. LXX. Intt. & *Symmachus*, qui navem hìc volunt ſignificari, *velum* intelligunt. Verùm ſatius eſt de tentorio omnia interpretari, ut tentorium Aſſyriacum Jeroſolimitano opponatur. Sic *Hieronymus*: *ut dilatare ſignum non queas*, quod non poteſt de velo intelligi.

Tunc multa ſpoliorum præda dividetur] אז חלק עד שלל מרבה *az hhallak bad ſchalal marbeh*. עד *bad* idem eſt ac עדי hadi *ornamentum*, quod eſt prædæ. Vide Gen. XLIX, 27. & Soph. III, 8. Idem ſignificant, apud Chaldæos, ex eadem radice deducta עדא, עדאה & עדי Deut. XX, 14. Eſ. X. 6. Jerem XXX, 16. LXX. ὅπως τ̃ παραδοθῇ εἰς προνομὴν, quaſi legiſſent: עד חלק שלל *bad hhallak ſchalal*, ſine ratione. *Hieronymus* rectiùs: *tunc dividentur ſpolia prædarum multarum*.

Claudi prædam diripient] Minùs celeres, ad diſcurrendum per caſtra Aſſyriorum, prædam tamen auferent; quia, nimirum, copioſiſſima erit.

Nec ſe dicet urbis incola ægrotaſſe] *Nec dicet incola* (Jeroſolimæ) *ægrotavi*; obſidionis, nempe, causâ, quæ nulla fuit.

Remiſſa erunt peccata] Pœnæ, quas meriti erant, ab eo non repetentur.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXIV.

1. QUidquid ex eo prodiit] וכל צאצאיה *vechol tſeetſaeah*. Homines, nempe, qui ex eo, ſeu gentibus, quæ orbem incolunt, prodierunt.

2. *Internecioni devovit eos*] החרימם *hehherimam*. Videtur reſpicere ad bella Babyloniorum, ſub Nabopolaſſare & Nebuchadnetſare, qui gentes, quas memorat Eſaïas, vi ſubegerunt.

3. *Foeteant cadavera*] *Et cadaveribus eorum adſcendat*

ra, ac liqueſcant montes, propter eorum ſanguinem. [4]. Contabeſcet totus exercitus cœli, convolvetur cœlum inſtar libri, cadétque omnis eorum exercitus, ut cadit folium è vite, útque deciduus fructus è ficu.

[5]. Cùm acutus fuerit, in cœlo, gladius meus, deſcendet jam in Edomum, & in populum à me devotum, ad pœnas ab eo repetendas. [6]. Gladius Jehovæ plenus erit ſanguine, pinguis fiet ex adipe è ſanguine agnorum & hircorum, atque ex adipe renum arietum; ſacrum enim *fiet* Jehovæ Botſræ, & mactatio magna in terra Idumæa. [7]. Deſcendent Oryges, cum iis pecudibus, & juvenci cum tauris, inebriabitur terra eorum ſanguine, atque eorum pulvis adipe pinguis fiet. [8]. Nam dies veniet ultionis Jehovæ, atque annus pœnarum, ut lis Sionis *judicetur*. [9]. Convertentur torrentes Idumææ in picem, & pulvis ejus in ſulfur, fiétque terra ejus pix ardens. [10]. Nec noctu, nec interdiu exſtinguetur, & fumus ejus in perpetuum adſcendet, in ætates futuras

confugerant, & in quibus confoſſa ſunt, defluet eorum ſanguis, in vicina loca. 4. Tandem ejuſmodi ſpectaculo contabeſcet totus Cœli exercitus, ſive ſtellæ, quæ conferri cum vitis foliis poſſunt, aut cum ficuum fructibus deciduis.

5. Poſtquàm gladius meus in cœlo fuerit acutus, ſeu poſtquam parata erit vindicta, quam de Idumæis ſumere ſtatui, faciam, ut ultionem cœleſtem experiantur. 6. Dei culter erit cruentus & veluti imbutus victimarum ſanguine, quem magnâ copiâ ei homines effuderunt. Sacrum enim ei fit Botſræ, & ſtrages maxima in terra Idumæa. 7. Deſcendent præterea Oryges cum ejuſmodi pecudibus, quæ Deo offerri ſolent. Terra imbuetur earum ſanguine, & pulvis pinguedine ejus imbuetur. 8. Veniet enim aliquando dies ultionis Creatoris, quò diſſidia, quæ ſunt inter Judæos & vicinas Gentes, ejus judicio dirimantur, & Idumæi pœnas luant. 9. Torrentes Idumææ adeo turbidi erunt, ut ſint veluti in picem liquidam videantur converſi, quibus verbis calamitas Idumæorum ſignificatur; quæ videtur pingi ſub imagine eorum, quæ Sodomæ & Gomorrhæ civibus contigerunt, & deſcribi, adduâ etiam imagine deſertæ regionis; *quæ paraphraſi non egent.* 10. Nec noctu, nec interdiu ceſſabit illa clades in

adſcendat fœtor eorum. Hoc eſt, inſepulta jaceant.

Liqueſcant montes &c.] Videantur montes Moabitarum, Hammonitarum, Idumæorum &c. liquefieri, ob copiam ſanguinis occiſorum in jugis, quæ ex iis defluet.

4. *Contabeſcet* &c.] Hæc eſt deſcriptio maximarum calamitatum populorum, qui vicini erant Judæis; quibus malis eorum regna prorſus tandem perierunt. Similia habuimus C. XIII. & alibi. Verbis etiam ſimilibus clades non abſimiles deſcribit Joannes Apoc. VI, 13. 14.

5. *Cùm acutus fuerit in cœlo*] כי רוותה *chi rivvethah*, cùm ſe rigaverit; quod interpretor propriè de gladio, qui, ut acuatur, dum circumagitur lapis molaris, aquâ rigatur, ut ferrugo abſtergatur, aciéſque tenuior fiat. Eſt verò hic antecedens, pro conſequente, ut ſignificetur gladius Dei in cœlo acutus fuiſſe; hoc eſt, rem non conſiliis humanis tantùm, ſed decretis cœleſtibus confectum iri. Ut milites acuunt gladios, ſi obtuſi ſint, antequàm in prælium prodeant: ſic Deus, qui pœnas parabat improbis populis, dicitur in cœlo gladium acuiſſe. Ita & Deut. XXXII, 41. ſic loquitur Deus: *ne vivam ego in æternum, niſi acuam aciem gladii mei, adprehendat manus mea judicium, & rependam iis, qui me odio habent.* LXX. Intt. ἐμεθύσθη ἡ μάχαιρά μου ἐν τῷ οὐρανῷ. Vulgatus: *inebriatus eſt in cœlo gladius meus.* Sed tum demum inebriari dicitur gladius, cùm multo ſanguine perfunditur, in ipſa cæde, quam tamen antecedit, quod hìc dicitur.

Deſcendet jam] *Ecce in Edomum deſcendet.*

A me devotum] חרמי *hhermi*, devotionis meæ; hoc eſt, in quem pronunciavi חרם *hherem.*

Ad pœnas ab eo repetendas] למשפט *lmiſchphat*, in judicium, quod paſſim pro ſupplicio ſumitur, quod certò ſequitur judicium, in malis.

6. *Agnorum* &c.] Res hic deſcribitur, ſub imagine ſacrificii, in quo variæ pecudes mactantur & præſertim pingues; quarum nominibus intelligendi ſunt Idumæi, potiſſimùm proceres.

Ex adipe renum arietum] Hoc animal facillimè omnium, ſi copioſiùs alatur, nimiam pinguedinem in renibus contrahit; qua de re vide quæ habet *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 45.

Botſræ] Quæ fuit Metropolis Idumææ, & quidem nobilis ovium præſtantiâ & multitudine. Vide eumdem ejuſdem Lib. c. XLVIII.

7. *Deſcendent Oryges*] ראמים *remim*, bicornes capreæ, ut oſtendit idem ejuſdem Partis Hieroz, Lib. III. c. 48. ubi etiam obſervat hiſce animalium inſigniorum nominibus deſcribi proceres Idumæorum.

Tauris] אבירים *abirim.* Nomen taurorum, de quo idem ejuſdem Hieroz. Partis Lib. II. c. 27.

8. *Ut lis Sionis judicetur*] לריב ציון *lrib tſijon*, quod verti etiam poſſit, *ad cauſam Sionis ſuſcipiendam.*

9. *Pix ardens*] Videtur adludere ad ſolum Sodomæ & Gomorrhæ, de quo vide Diſſertationem noſtram. Non tamen putandum Idumææ ſimilem Sodomiticæ fuiſſe ſubverſionem; ſententia eſt Idumæam futuram æquè deſertam, ac ſubverſum Sodomiticum ſolum; quod oſtendunt & ſequentia verba.

10. *In ætates futuras*] *Ab ætate in ætatem.*

Unquam poſthac] לנצח נצחים *lnetſahh netſahhim.* Bene LXX. Intt. hoc in loco εἰς χρόνον πολύν.

turas de'olata erit, nec umquam poſthac quisquam per eam tranſibit. 11. Illam poſſide-
bunt pelecanus, hericius, bubo & corvus, *atque* habitabunt. Extendentur in ea amuſſis
inanitatis & perpendiculum vaſtitatis. 12. Nec ulli erunt illic illuſtres viri, *qui* re-
gnum *ſibi* vindicent, & principes ejus ad nihilum *redacti erunt*. 13. Spinæ ſuccreſcent
in altis ejus domibus, urtica & carduus erunt in arcibus ejus, erit habitatio draconum,
& atrium ſtruthionum. 14. Occurrent *illic* feles ſilveſtres thoïbus, & capreoli com-
paribus reſpondebunt; illic reſidebit avis nocturna, & inveniet ſibi requiem. 15. Ibi
nidificabit ſerpens jaculus, pariet, & ova excludet, quæ foverit umbrâ ſuâ. Etiam illic
congregabuntur vultures, quisque cum compare.
16. *Rem* quærite è libro Jehovæ, ne unum quidem ex iis deerit, nullum compar
ſuum deſiderabit; nam ore ille mandavit, & ſpiritus ejus ea *in unum* coëgit. 17. Ille
jecit illis ſortem, & lineâ eis diviſit, in perpetuum eam poſſidebunt, & per ætates fu-
turas illic habitabunt.

Prædi-

in Idumæa, ubi tandem erit deſolatio, cujus nullus erit finis. 11. Pro anteriore populo, à quo colebatur, nulla animalia cernentur, præter pelecanos, hericios, bubones & corvos. Si quis amuſſim illic adhibeat nihil occurret, quod impediat, quo minùs rudera poſſint menſurari.

12. Nec erunt illuſtres illic viri, qui velint id regnum ſibi vindicare, nec ulli ſupererunt Principes viri, inter eos. 13. In altis domibus (usque adeò erunt neglectæ!) in iis, inquam, herbæ paſſim creſcent, usque beſtiæ venenatæ & feræ eas occupaturæ ſint. 14. Illic videre licebit feles ſilveſtres & capreolos, qui ſibi invicem reſpondebunt, atque audire lugubres voces avium nocturnarum. 15. Ibi nidum habebit ſerpens jaculus, in quo quieſcet, & pariet ova; nec deerit illic Vultur, cum ſuo compare.

16. Rem quærite in libro, Creatoris juſſu conſcripto; ne unum quidem par ibi deerit. 17. Ore ſuo rem imperavit Deus, & juſſus ejus ea in unum locum coëgit, quem in habitaculum perpetuò poſſidebunt.

PARA-

πολύν. *Aquila* εἰς νῖκος νικῶν, & *Theodotion* εἰς ἔσχατα ἐσχάτων, incommodè. Vulgatus, *in ſæcula ſæculorum.*

11. *Pelecanus.*] קאת *kaath.* Vide *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. 2. Lib. II. c. 24.

Hericius] קפד *kippbod.* Vide 2. Part. Lib. III. c. 36.

Bubo] ינשוף *janſchoph.* Vide 2. Part. Lib. II. c. 22.

Amuſſis inanitatis &c.] קותו ואבני בהו *kav thoou veabne bohou. Thou & bohou* inanitatem & vaſtitatem ſonant Gen. I, 2. *Perpendiculum & amuſſis vaſtitatis atque inanitatis*, eſt æquatio omnium, communi eorum deſtructione.

12. *Nec ulli erunt illic illuſtres viri*] חריה ואין שם מלוכה יקראו *bhoreah veen ſcham mlouchah jikraou*, illuſtres ejus & nullum illic regnum vocabunt. Quod intelligendum quaſi eſſet: וְאֵין שָׁם הֹרֶיהָ אֲשֶׁר לִמְלוּכָה יִקְרָאוּ: *nulli illic erunt ejus* (Idumææ) *qui ad regnum vocentur.* LXX. Intt. οἱ ἄρχοντες αὐτῆς οὐκ ἔσονται, οἱ γὰρ μεγιστᾶνες ἔσονται εἰς ἀπώλειαν. *Hieronymus: Nobiles ejus non erunt ibi, Regem potiùs invocabunt, & omnes principes ejus erunt in nihilum.*

13. *Struthionum*] לבנות יענה *libnoth jabanah*, filiabus jahanæ. Vide *Bocharti* Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 14.

14. *Feles ſilveſtres*] ציים *tſijim.* Vide. 1. P. Lib. III. c. 14.

Thoibus] את איים *eth ijim.* Vide Ibid. c. 12.

Capreoli] שעיר *ſchabir*, hirſutus. Vide ad Eſai. XII, 21.

Avis nocturna] לילית *lilith.* Fabulas Rabbinorum ac aliorum vide apud *Bochartum*, Hieroz. P. 2. Lib. VI, c. 9. Quidnam ſit ignoratur, ſed nomen ejus nocturnum quoddam ſonat animal.

15. *Serpens jaculus*] קפז *kippboz.* Vide *Bocharti* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 11.

Vultures] דיות *dajoth.* Idem probavit eſſe *vultures nigros.* Lib. II. c. 9. ejusdem Partis.

16. *E libro Jehovæ* &c.] Si rem cum eventu, ex hoc libro, comparetis ejusmodi animalia fera illic eſſe.

Ore ille mandavit] כי פי הוא צוה *chi phi bou tſivvah.* Perinde eſt, ac ſi eſſet בפיו *bephiv* ore ſuo; hoc eſt, voluit.

Spiritus ejus] Potentia ejus.

17. *Ille jecit illis ſortem* &c.] Quaſi κληρονόμοις, ſeu colonis Idumæam habitandam iis diviſit. Significat Propheta, eam regionem ſolis feris & ſilveſtribus avibus habitatum iri.

Digitized by Google

Prædicuntur Hebræis meliora tempora, &, ſub involucris figurati ſermonis, adventus & beneficia Meſſiæ, qualia nemo hactenus viderat.

CAPUT XXXV.

1. GAUDEBUNT deſertum & loca arentia, exſultabit ſolitudo, & florebit inſtar roſæ. 2. Florebit atque exſultabit, & voces lætas edet. Gloria Libani ei conceſſa eſt & amœnitas Charmeli & Saronis. Videbunt ii, *qui aderunt*, gloriam Jehovæ & ſplendorem Dei noſtri. 3. Confirmate manus remiſſas, & genua labantia corroborate. 4. Dicite iis, quorum animus moras non fert; forti animo eſtote, ne timete; en Deum veſtrum ulciſcendi causâ, veniet ſupplicium, Deus ipſe veniet, & vos ſervabit.

1. LÆtari videbuntur loca arentia deſertorum. 2. Floribus abundabunt, & videbantur lætas voces emittere, quia æquabunt amœnitate & arboribus Libanum, Charmelum & Saronem. Quæ qui videbunt gloriam & ſplendorem admirabuntur Dei Iſraelis. 3. Vos, qui eritis feſſi, reparate quietè vires veſtras. 4. Sic verò adloquamini eos, qui nullas moras æquo animo ferre poſſunt, ut in poſterum fortiores ſint, mox adfuturum Deum; ut de Iſraelitarum hoſtibus pœnas ſumat, eoſque liberet. 5. Tum vero, qui, inſtar cæcorum & ſurdorum, nihil videbant, aut audiebant

1. G*Audebunt deſertum* &c.] Hoc eſt, iterum incoletur Judæa, poſt reditum è captivitate Babylonica; quo tamen reditu adumbratur reſtitutio orbis, ſeu παλιγγενεσίαν mavis, ſub Meſſia. Sed non ſunt ſingula verba torquenda, ut ei vaticinium hoc aptetur.

Florebit &c.] *Florendo florebit & exſultabit etiam exſultatione & lætas voces edendo.*

Gloria Libani] Sita in eo, quòd cedros proferat, ad quem modum in locis deſertis & ſiccis magnæ naſcuntur arbores. Non ſunt tamen hæc ita capienda, quaſi ſic contigiſſent; ſed ſignificatur magna mutatio in Judæis ceteriſque populis, per Evangelium, futura.

Amœnitas Charmeli & Saronis] הדר כרמל והשרון *hadar Charmel vehasScharon.* Nihil erat Charmelo & Sarone amœnius, quorum prior fuit mons nemoroſus, alter campus paſcendis ovibus idoneus, de quo vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 45.

Videbunt ii, qui aderunt] המה יראו *hemmah jirou*, videbunt illi; nempe, qui aderunt.

Gloriam Jehovæ &c.] Mirabilem illam mutationem, quæ, prædicato Evangelio, in Judæa primùm continget, atque inde per orbem terrarum longè latéque propagabitur.

3. *Confirmate manus remiſſas* &c.] Animo forti eſtote, neque hominum minas timete. Judæi ipſi fidem Evangelio detrahentes omnem lapidem moverunt, ut ſuppliciis & terrore, progreſſum ejus ſiſterent; ſed fruſtra fuerunt, nam Deus Chriſtianos liberavit.

4. *Quorum animus moras non fert*] לנמהרי לב *lnimhare leb*, feſtinantibus corde; hoc eſt, ſi captivitatem Babylonicam adtendas, iis, quibus longi videbuntur LXX. anni, & tantas moras vix ferentibus; ſi verò ad Evangelica tempora reſpicias, Chriſtianis, qui Religionem divinitùs à Chriſto revelatam, in Judæa florere quàm primùm & per ceteras terras ſpargi optabunt.

En Deum veſtrum ulciſcendi causâ] הנה אלהיכם נקם *hinneh elohechem nakam*, en Deum veſtrum in ultione; quaſi eſſet בנקם *bnakam*, in ultione, aut נוקם *nokem*, ulciſcens. LXX. Intt. ἰδὲ ὁ Θεὸς ὑμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, vel ἀνταποδώσει. Vulgatus: *Deus veſter ultionem adducet retributionis*, conjungens hæc cum voce ſequenti. Deus vocatur נוקם *nokem*, *ultor* Nahum. I, 2. Ultus eſt Judæorum hoſtes, cùm Babyloniorum opes evertit, & ipſos in patrias ſedes reduxit. Sed ultus eſt multò ſplendidiùs & acriùs Judæos contumaces: cùm, per Romanos, Jeroſolimam ſolo æquavit, & multas Judæorum myriades ferro, fame & ſuppliciis è medio ſuſtulit; ob contemtum Evangelium & Chriſtum in crucem ſublatum.

Veniet ſupplicium] יבא גמול *jabo gemoul*, veniet retributio. Aptiùs hæc conjungi videntur.

Deus ipſe veniet] אלהים הוא יבוא *elohim hou jabo.* Deus quidem meritò *veniſſe* dici potuit, cùm Cyri exercitu Babylonem cepit, & Babyloniorum Imperium perdidit. Sed inſignior multò fuit adventus Dei, ad capiendam Jeroſolimam, de quo vide *Henr. Hammondum* ad Matth. XXIV, 3.

Et vos ſervabit] Liberavit Deus Judæos ab inimicis gentibus, cùm Cyri & ceterorum Regum Perſarum favorem & gratiam iis conciliavit; ſed liberavit Chriſtianos ab ipſis Judæis, in perpetuum deletà eorum Metropoli, quæ iis maximè adverſabatur,

5. *Tunc aperientur oculi cæcorum* &c.] Superiora ſunt ambigua, ita ut tam ad res Judæorum, è captivitate reducum, referri poſſe videantur, quàm ad res Chriſtianorum. Sed hic & ſequens verſus non niſi figuratè admodum de inſtauratione Judaïcæ Reipublicæ intelligi queant; cùm, ſenſu proprio & grammatico, temporibus Jeſu-Chriſti conveniant, ut ex Evangelica Hiſtoria liquet.

6. *Eruperunt in deſerto aquæ* &c.] Sterilia loca facta fuerint fertilia, quæ eſſet inſignis mutatio in regione; & quæ cùm numquam contigerit, proprio & grammatico ſenſu, neque ante tempora Chriſti neque poſt eum natum; intelligenda eſt de mutatione, quæ facta eſt in animis, qui, cùm eſſent virtutibus omnibus deſtituti, adeóque ſteriles ad rectè facta quod adtinet, per Evangelium virtutibus ſunt ornati, & omnium earum fructuum fœcundi facti ſunt. Eruptionem autem aquæ quaſi

Digitized by Google

ſervabit. 5. Tunc aperientur oculi cæcorum, atque aures ſurdorum patebunt. 6. Tunc ſaliet claudus, inſtar cervi, & lætas voces mittet lingua muti; quia eruperint in deſerto aquæ & flumina in ſolitudine. 7. Locus aridus mutabitur in ſtagnum, & ſiticuloſus in ſcaturigines aquarum; in habitatione draconum erit recubitus *pecori*, *&* fœnum, ad cannam & juncum. 8. Ibi erit munita ſemita & via; eáque via ſacra vocabitur, non tranſibit per eam pollutus. Erit qui viam illis *prior* ingredietur, nec ſtulti *ampliùs* errabunt. 9. Non erit illic leo, nec ulla rapax fera *illac* ibit, non invenietur quà liberati incedent. 10. Liberati à Jehova revertentur, venient Sionem cum vociferatione, & lætitia perpetua, gaudium & hilaritas ad eorum primos pervenient, fugientque mœror & gemitus.

Hiſto-

dièbant, viſum atque auditum, in rebus ad cultum Dei pertinentibus, recuperaturi. 6. Tum etiam claudus ſaliet inſtar cervi, & mutus, recuperato linguæ uſu, lætas voces emiſſurus, eò quòd eruperit aqua in deſerto, & flumina interna in ſolitudine. 7. Loca arida, Deo ſic volente, mutari poſſunt in ſtagnum; alia, ubi ſunt dracones, poterunt, ſi illi videatur, fieri recubitus pecori, & fœnum proferre, & ad varia vaſa contexta facienda ſuppeditare. 8. Illic erit munita via, éaque habebitur ſacra, & pollutis inacceſſa. Erunt qui priores eam ingrediantur, ne imperiti errent. 9. Non erit illic leo, nec fera ulla, quæ per eam tranſeat, nec opus eſſe ullam ſemitam, qua fugiant. 10. Liberati à Creatore tutò revertentur in Sionem, cum lætis vociferationibus, excluſâ omni triſtitiâ.

PARA-

quaſi fertilitatis cauſam, ad terram quod adtinet, habemus; quia, in calidis regionibus, qualis eſt Judæa, omnia loca irrigua, aquâ dulci, ſunt amœniſſima & feraciſſima, ſi vel minimus cultus accedat. Ad animos verò quod ſpectat; cognitio veritatis, conjuncta cum ceteris Dei beneficiis, quibus eos emollit, facit ut homines antea nullius virtutis poſtea omni genere rectè factorum abundent. Hæc obiter, ex quibus intelligere licebit; quamquam propriam verborum poteſtatem ſectemur, quotieſcumque licet; nos, ubi neceſſe eſt, ad tralatitium, adeóque allegoricum, ut vocatur, ſenſum devenire.

7. *Mutabitur in ſtagnum*] Vel *fiet ſtagnum*, nam eſt Hebraïcè *erit in ſtagnum*; quomodo Hebræi loquuntur, pro eo quod eſt *fiet ſtagnum*; nullum enim habent verbum, quod reſpondeat verbis *fieri*, *evadere*. Stagnum autem aquæ dulcis in ſolitudinibus gratius eſt & utilius theſauro, quòd eo rigentur vicinæ terræ & aquentur greges.

Draconum] Serpentium, quæ per arida loca vagantur.

Recubitus pecori] Eſt tantùm רבצה *ribtſab* ſed ea vox propriè *recubitum* pecudum ſignificat, ut multis oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 44. ad calcem. Hoc autem fit in herbidis, ac proinde irriguis locis.

Et fœnum ad cannam & juncum] חציר לקנה וגמא *hhatſir lekaneh vegome*. Non tantùm cannæ & junci paluſtres, ſed etiam fœnum, quo alatur pecus. LXX. Intt. ἐκεῖ εὐφροσύνη ὀρνέων, ἐπαύλεις καλάμου καὶ ἕλη. Vulgatus: *orietur viror calami & junci*. Parum propriè.

8. *Munita ſemita*] מסלול *maſloul*. Quod idem ac מסלה *mſillah*, quo frequentiùs utuntur Hebræi, ad viam aggeſtam ſignificandam.

Via ſacra] Hoc eſt, quâ ad ſacros cœtus populi venient.

Nam tranſibit per eam pollutus] Homines mali, ſeu Ethniciſmo, aut carnali Judaïſmo etiamnum imbuti non ibunt illac, ut ſe Chriſtianis adjungant.

Erit qui viam illis prior ingredietur] והוא למו הולך דרך *vehou lamo holech derech*, & ille iis viam ingredietur; hoc eſt, eorum dux erit. Deſignatur Chriſtus *dux ſalutis noſtræ*.

Nec ſtulti ampliùs errabunt] Non erit cur imperiti ignorantiâ errent.

9. *Nec ulla rapax fera*] פריץ חיות *phrits hhajoth*, violentus ferarum. Poſtea ſequitur יעלנה *jahalennah*, perſona maſculina, & deinceps תמצא *thimmatſe* perſona fœminina. Notum eſt mutari ſæpe genera, prout ſubauditæ voces maſculinæ aut fœmininæ ſunt, videntúrque hæc referri partim ad אריה *arjeh*, leo, quæ vox eſt maſculina, & partim ad חיה *hajjah*, fera, quæ eſt fœminina.

10. *Revertentur*] Poſſit hoc dici de reducibus è captivitate, ſed non minùs aptè de iis, qui è vitiis ad virtutes redeunt.

Ad eorum primos pervenient] על ראשם ישיגו *hal roſcham jaſſigou*, ad caput eorum pervenient; hoc eſt, eos antecedent. LXX. Intt. verbotenus: ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῶν ——— καταλήψεται αὐτούς. Vulgatus: *ſuper caput eorum*; omiſſo verbo.

Digitized by Google

Hiſtoria Hezekiæ, ab Aſſyriis bello impetiti, & ſe ſe dedere juſſi.

CAPUT XXXVI.

1. QUARTO DECIMO anno Regis Hezekiæ, venit Sancheribus, Rex Aſſyriorum, ad omnes urbes munitas Judæ, eáſque cepit 2. Tum miſit Rex Aſſyriorum Præfectum Pincernarum Lakiſo Jeroſolimam, ad Regem Hezekiam, cum multis copiis, & ſtetit ad aquæ ductum piſcinæ ſuperioris, *quæ eſt* ad viam ſtratam agri fullonis. 3. Proceſſerunt verò ad eum Eljakimus, Chilkijæ filius, qui præerat domui *Regis*, Sebna Scriba, & Aſaphus à Commentariis. 4. Dixit verò iis Præfectus Pincernarum: dicite, quæſo, Hezekiæ; ſic dixit magnus Rex, Rex Aſſyriorum: quænam hæc fiducia eſt, quâ *adeò* confidens es? 5. Labiis tantùm verba protuliſti, at conſilio & fortitudine opus eſt, ad bellum *gerendum*. Nunc verò quonam fretus in me rebellaſti? 6. Utique confidiſti ſcipioni illi arundinis fractæ; *nimirum*, *Regi* Ægypti, qui, ſi quis ei innitatur, ſubibit ei volam, eámque pertundet; ſic *faciet* Pharaho, Rex Ægypti, omnibus, qui ei fident. 7. Si dixeris mihi: Jehovæ, Deo noſtro, confidimus; annon hic eſt, cujus amovit Hezekias loca excelſa, & altaria, & de quo dixit Judæ & Jeroſolimæ: ante hoc altare adorabitis *Deum*? 8. Nunc verò ſponſionem facite cum Domino meo, Rege Aſſyriæ (dabo autem tibi duo equorum millia) niſi poſſis dare, qui iis vehentur. 9. Quomodo ergo poſſes in fugam vertere ducem unum, ex minimis Domini mei ſervis, licet confidas tibi, propter Ægyptum, ad currus & ad equites quod adtinet? 10. An ſine Jehova adſcendi in terram hanc, ad eam delendam? *Imò* Jehova mihi dixit, adſcende in terram illam, & eam deleto. 11. Eljakimus verò, Sebna & Joachus Præfecto Pincernarum adloquere, inquiunt, ſervos tuos, *Linguâ* Aramæâ, nam eam intelligimus; ne loquere nobiſcum Judaicè, audiente hoc populo, qui eſt ad murum. 12. Rabſakes verò, an ad Dominum tuum atque ad te miſit me Dominus meus, ut hæc verba proferam; annon ad homines, qui ſedent ad murum, ut comedant ſtercora ſua, útque bibant

PARAPHRASIS.

1. QUARTO DECIMO anno regni Hezekiæ, Regis Judæ, Sancheribus, Rex Aſſyriorum, ut ſubigeret Judææ urbes, eáſque, excepta Jeroſolimâ, ſubegit. 2. Lakiſo in Tribu Judæ expugnato, miſit ex Aulicis Præfectum Pincernarum, Jeroſolimam, ut Hezekiam ad deditionem hortaretur; & Præfectus quidem multas copias ſecum duxerat, ut Hezekiam terreret, atque ad deditionem adduceret. Acceſſit ad aquæ ductum Piſcinæ ſuperioris, quæ eſt ad viam ſtratam, agri fullonis, & 3. obviam ei proceſſerunt juſſu Hezekiæ, Eljakimus, Chilkijæ filius, qui præerat Regiæ, Sebna Scriba, & Aſaphus à Commentariis. 4. Dixit verò Miniſter Aſſyriorum Regis Miniſtris Hezekiæ, ſe cupere, ut, nomine Sancheribi, Regi Judæorum dicerent: Quærit magnus Rex, Aſſyriorum Monarcha, quâ fiduciâ fretus ſe ei non dederet? 5. [N]am illum tantùm curaſſe dici Sancheribo, nonnulla, quæ non pertinebant ad deditionem, ſed copiis & conſilio opus eſſe ad bellum gerendum; quâ verò fiduciâ niteretur, ut bellum ſecum gerere auderet? Nimirum, illum fretum eſſe ſcipione arundinis fractæ; nimirum, Rege Ægypti, qui, ſi quis ei innititur, ſubit ei volam, eamque pertundit? Sic, addebat Sancheribus, ſe geret Rex Ægypti in eos, qui ei confidunt. 7. Sin verò ei dicerent Judæi, ſe confidere Creatori Deo ſuo; annon eos ſcire ab Hezekia ſublata loca alta & altaria, & monitos à Rege ſuo fuiſſe, ſolum eſſe colendum id Numen, cujus altare Jeroſolimæ erexerat. 8. Nunc ergo, ſubjiciebat legatus Sancheribi: ſponſionem facite cum Domino meo, Aſſyriorum Rege; duo autem dabo equorum millia, niſi poſſis mihi dare duo virorum millia, qui eos conſcendant. 9. Quomodo ergo, quomodo poſſet in fugam vertere vel unum ex minimis ducibus equitatûs ſui, quamvis ſibi confideret, propter auxilium Ægypti, ad currus atque ad equites quod adtinebat. 10. Se, non inconſulto Creatore, adgreſſum eſſe ſubigere Judæam; imò verò ſe id ipſum in mandato accepiſſe à Judæorum Deo, ut Judæam adgrederetur, eámque ſibi ſubjiceret. 11. Eljaki-

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXVI.

1. *QUarto decimo anno* &c.] Cùm hanc hiſtoriam interpretati ſimus ad 2. Reg. XVIII. & ſeqq. lectorem eò amandabimus, nec niſi paucula addemus.

2. *Lakiſo*] Urbs fuit Tribûs Judæ, ab Eleutheropoli diſtans ſeptem milliaribus eunti auſtrum verſùs in Daromam, ut docet *Euſebius*, & ab Jeroſolima circiter viginti paſſuum millibus ad occaſum, auſtrum verſùs, remota.

3. *Aſaphus à Commentariis*] 2. Reg. XVIII, 18. eſt *Joachus filius Aſaphi*, unde duas voces

bant urinam ſuam vobiſcum? [13]. Conſtitit ergo Profeſctus Pincernarum, & clamnavit voce
magnâ Judaicè, & audite, inquit, verba Regis magni, Regis Aſſyriorum. [14]. Sic autem
dixit Rex: ne vos decipiat Hezekias, neque enim poterit vos liberare. [15]. Nec vos adducat
Hezekias ad confidendum Jehovæ, dum dicit: liberabit nos Jehova, nec tradetur urbs
hæc in manum Regis Aſſyriorum. [16]. Ne auſcultetis Hezekiæ, ſic enim dixit Rex
Aſſyriorum: me ſalutatum venite, exite ad me, & comedite quisque è vite ſua, éque
ficu ſua, & bibite quisque aquam ciſternæ ſuæ; [17]. donec veniam atque abducam vos
in terram, inſtar terræ veſtræ, quæ terra eſt frumenti & muſti, terra panis & vinea-
rum. [18]. Ne incitet vos Hezekias, his verbis: Jehova liberabit nos; an liberarunt
Dii gentium *aliarum* terram quisque ſuam è manu Regis Aſſyriorum? [19]. Ubi ſunt
Dii Chamathæ & Arphadi? ubi Dii Sepharvajimorum? Num eripuerunt *Dii* Sama-
riam manui meæ? [20]. Quis eſt inter omnes Deos terrarum illarum, qui eripuerit ter-
ram ſuam manui meæ, ut Jehova Jeroſolimam manui meæ eripiat? [21]. Siluerunt ve-
rò illi, nec quidquam ei reſponderunt, mandatum enim fuerat à Rege, his verbis:
ne reſpondeatis. [22]. Venerunt deinde Eljakimus, Chilkijæ filius, qui domui *regiæ*
præfectus erat, Sebna Scriba, & Joachus Aſaphi filius, à Commentariis, ad Heze-
kiam, ſciſſis veſtibus, eíque verba Præfecti Pincernarum renunciarunt.

Hezekias, Aſſyriorum Regis, mandatis territus, conſulit Eſaïam, à quo confirmatur. Litteras minaces & blaſphemas accipit ab eo Rege, à quo, implorato Dei auxilio, liberatur, ex prædictione Eſaïæ.

1. CUM autem hæc Hezekias Rex audiſſet, laceravit veſtes ſuas, ſacco ſe texit,
atque Ædem Jehovæ ingreſſus eſt. [2]. Miſit ſimul Eljakimum, qui domui CAPUT
Regiæ præfectus erat, Sebnam Scribam & Seniores Sacerdotum, ſaccis tectos, ad XXXVII.
Eſaïam Prophetam, Amotſi filium, [3]. qui ei dixerunt: ſic ait Hezekias: dies angu-
ſtiæ, objurgationis & contumeliæ hic dies eſt; venerunt enim filii ad collum uteri,
ſed

11. Eljakimus verò, Sebna & Joachus, Hezekiæ Miniſtri, orarunt Præfectum Pincernarum, qui Judaicè loquutus erat, ſecum potiùs Aramæâ linguâ uteretur, quam intelligebant, ne intelligeret populus Jeroſolimitanus, qui erat ſpectator & auditor è mœnibus hujus colloquii. 12. Rabſakes verò, anne, inquit, me miſit Dominus meus, ad te, aut ad Dominum tuum, ut dicerem vobis, quæ audiſtis, an ad populum iſtum, qui ad mœnia ſedet; ut comedat ſtercora ſua, & bibat urinam vobiſcum? 13. Tum magnâ voce & Judaicâ Linguâ uti perrexit, & audite, inquit, mandata mihi à magno Rege Aſſyriorum, 14. qui per me vos monet, ne vobis verba det Hezekias, neque enim poterit vos eripere potentiæ magni Regis Aſſyriorum. 15. Nec vobis perſuadeat Hezekias confidendum vobis Jehovæ, qui vos adjuvare non poterit, nec impedire, ne Jeroſolima Regi Aſſyriorum ſe dedat. 16. Ne aurem præbeatis Hezekiæ, hæc enim mandata à Rege Aſſyriorum data ſunt, quæ perferrentur ad Jeroſolimitanos, quibus vetantur diutiùs parere Hezekiæ, & invitantur ad ſalutandum ipſum Regem Aſſyriorum; tum etiam ad fruitionem eorum, quæ habebant, 17. donec rediret in Judæam, eósque illinc abduceret in aliam regionem, quæ ſimilis erit veſtræ, ferax frumenti & vini. 18. Ne vos decipiat Hezekias, dum pollicetur, vos à Deo veſtro liberatum iri; cùm Dii aliarum gentium, eas non liberarint à copiis Aſſyriis. 19. Ubi enim ſunt Dii Chamathenſium, & Arphadenſium? ubi ii, qui coluntur à Sepharvajimis? ubi numina Sepharvajimorum? An commenticii Dii Samariæ eam manui meæ eripuerunt? 20. Quodnam inter Numina omnia earum regionum cultores ſuos mihi eripuerunt, ut Deus Jeroſolimam, me invito, ſervet?

21. Verùm Jeroſolimitani nihil reſponderunt Aſſyriis, quia Rex Hezekias vetuerat quidquam iis reponi. 22. Redierunt deinde Eljakimus, Chilkijæ filius, qui Regiæ præfectus erat, Sebna Scriba, & Joachus Aſaphi filius, à Commentariis; ad Hezekiam, laceratis veſtibus, ob auditas blaſphemias, eíque verba Pincernæ Aſſyrii nunciarunt.

PARAPHRASIS.

1. HAS verò cum audiſſet Hezekias blaſphemias, Rex veſtes ſuas laceravit, ſacco ſe induit, Ædémque Creatoris ingreſſus eſt; 2. ſimulque miſit Eljakmium Regiæ præfectum, Sebnam Scribam & ſeniores Sacerdotum ſaccis indutos, ad Eſaïam Prophetam, Amotſi F. 3. qui ei dicerent, ſic eſſe loquutum Regem; diem anguſtiæ, objurgationis & contumeliæ adveniſſe; veniſſe

ces hinc excidiſſe intelligere eſt, quod liquet etiam è vers. 22. hujus Cap.

17. *Vinearum*] Additur 2. Reg. XVIII, 32. *terram olivæ, olei & mellis, ut vivatis, nec moriamini.* Tum ſequitur: *ne audite Hezekiam* &c.

21. *Siluerunt verò*] Additur 2. Reg. XVIII, 36. *populus.*

ſed vis nulla eſt ad pariendum, 4. Fortè audivit Deus tuus omnia verba Præfecti Pincernarum, quem miſit Rex Aſſyriorum, ejus dominus, ut probris proſcinderet Deum vivum, increparétque eum iis verbis, quæ audivit Jehova Deus tuus. Itaque orationem pro reliquiis *Iſraëlis*, quæ etiamnum inveniuntur, fundito. 6. Cùm ergo conveniſſent ſervi Hezekiæ Regis Eſaiam, dixit illis Eſaïas; ſic dicetis Domino veſtro: ita dixit Jehova: ne timeas, propter verba, quæ audiviſti, & quibus ſervi Aſſyriorum Regis me proſciderunt. 7. En ego immittam mox in eum ſpiritum, audiétque rumorem & revertetur in terram ſuam, ubi gladio eum proſternam.

8. Reverſus Præfectus Pincernarum invenit Regem Aſſyriæ oppugnantem Libnam, nam acceperat eum Lachiſo diſceſſiſſe. 9. Audiverat vero ille de Thirhaka, Chuſitidis Rege, qui dicerent: egreſſus eſt, ut tecum pugnaret. 10. Quùd cùm audiſſet, miſit legatos ad Hezekiam, quibus 10. ſic dicetis, inquit, Hezekiæ Regi Judæ: ne decipiat, inquit, te Deus tuus, cui confidis, dicendo: non tradetur Jeroſolima in manum Regis Aſſyriorum. 11. En audiviſti, quæ fecerint Aſſyriæ Reges omnibus terris, ut eas perderent; tu verò liberaberis? 12. Num Dii aliarum Gentium eas liberarunt, quas perdiderunt Majores mei, ut Gozanitidem, Charanem, Retſephum & Hedenenſes, qui *ſunt* Thelaſſare? 13. Ubi ſunt Rex Chamathæ, Rex Arphadi, Rex urbis Sepharvajimorum, Henæ & Hivvæ?

14. Sumſit verò Hezekias litteras, è manu legatorum, eáſque legit, tum adſcendit in Ædem Jehovæ, atque eas coram eo explicuit. 15. Dein oravit, coram Deo, in hæc verba: ô Jehova, Deus exercituum, Deus Iſraëlis, qui Cherubis inſides, tu ſolus Deus es omnium regnorum terræ, tu cœlum & terram feciſti. 17. Inclina, Jehova, aurem tuam, & audi; aperi, Jehova, oculos tuos, & vide, audi omnia verba Sancheribi, quæ, ut probris Deum vivum adficeret, *ad me* miſit. 18. Vaſtarunt certè, ô Jehova, Reges Aſſyriorum gentes omnes & earum terram; 19. injecerúntque Deos earum in ignem, quia non ſunt Dii, ſed manuum humanarum opificium, lignum & lapis, & eos perdiderunt. 20. Nunc verò ô Jehova, *Deus* noſter, libera nos ex ejus manu, & omnia terræ regna te Jehovam ſolum eſſe *Deum* intelligent.

21. Tum

veniſſe fœtus ad collum uteri, ſed puerperis nullas fuiſſe vires ad pariendum. 4. Fortè tamen audiviſſe Deum Prophetæ omnia verba Pincernæ Aſſyrii, quem Aſſyriorum Rex ejus Dominus miſerat; ut contumelioſé proſcinderet Deum vivum, &increparet probris, quæ Creator Deus Eſaiæ audiverat. Itaque pietatis Prophetæ eſſe preces ad Deum fundere, pro reliquiis Iſraelis, quæ ſupererant; quare eſſe religioſis Prophetæ, pro iis preces ad Deum fundere. 6. Quibus auditis, Ezekiæ miniſtri hoc a Propheta reſponſum tulerunt: dicite Domino veſtro, Creatorem, ſibi oranti, reſpondiſſe, non eſſe cur timeat propter ea, quæ audiverat, & quibus ſubditi Aſſyriorum Regis eum proſcinderent. 7. Brevi immittam ei majorem audaciam, audiétque eam laudari, atque in patriam redux, ut hominem occidam.

8. Reverſus Præfectus Pincernarum, ſe contulit in caſtra Regis Aſſyriæ, quibus obſidebat Libnam, nam eum acceperat Lachiſo diſceſſiſſe. 9. Audiverat autem ille, Thirhakam Regem Chuſitidis, quæ eſt pars Arabiæ non remota ab Ægypto, ad ipſum cum exercitu venire. Quo nuncio accepto, miſit ad Hezekiam legatos; qui ſtolidè eum monerent, 10. caveret, ne falleretur opinione, quam de Deo ſuo conceperat, à quo negabatur Aſſyriorum Rex Jeroſolimam capturus.

11. Scire eum, quid fecerint Aſſyriæ Reges omnibus terris, quas occupaverant, ut eas perderent, nec proinde tu ab eorum tyrannide liberari poteris. 12. An aliarum nationum Dii contueris, quas Majores mei ſubegerunt? Ejuſmodi fuere incolæ Gozanitidis, Charanis, Reſephi & Hedenenſes, qui ſunt Thelaſſare? 13. Quid factum eſt Regibus Chamathæ, Arphadi, & Regi Sepharvajimorum. Henæ & Hivvæ?

14. Sumſit quidem Hezekias litteras, quibus talia contenebantur, eáſque legit, cúmque eas ſecum tuliſſet in Ædem Creatoris, eáſque palam explicuiſſet, Deum oravit in hanc ſententiam: O Creator, qui præes exercitibus, Deus Iſraelitarum, qui inter Cherubas habitas, audi me, aperi oculos tuos, ut videas, quid fiat inter homines; audi ſuperba verba Sancheribi tibi contumelioſa, qui adhibuit, ut in te probra jaceret, atque ad me cultorem tuum miſit. 18. Verum eſt, ô Creator, Reges Aſſyriorum ſubegiſſe plura Regna, & Deorum, quos in iis colebant, ſtatuas in ignem impunè conjeciſſe, quia non erant Dii, ſed tantùm opificia hominum, ligno, & lapide conſtantia. 20. At nunc, ô Creator, Deus noſter, libera nos ab eorum minis, ut gentes omnes, & nos præſertim intelligamus, te unum eſſe Deum, qui ab omnibus coli debes.

COMMENTARIUS
In Caput XXXVII.

13. Hena] הנע *Henah.* In Tabula Arabica *Naſſir Ettuſæi*, inque altera *Ulug-Beigi* in Meſopotamia collocatur urbs ענה *Ana*, grad. long. 76. 30. & lat. 34. quod poſſet eſſe idem nomen, pro mutua gutturalium permutatione. Memorat etiam *Petrus Vallenſis* Itin. P. I. Ep. 17. Bagdadi data, urbis *Annæ*, ut eam vocat, ad Euphratem, cujus pars erat in Arabia Deſerta, pars in Meſopotamia.

15. *Deus exercituum*] Hæc verba deſunt 2. Reg. XIX, 15

24. *Alti-*

[21]. Tum miſit Eſaïas, Amotſi Filius, ad Hezekiam, qui diceret: ſic dixit Jehova,
Deus Iſraëlis, ea, quæ à me petiiſti, de Sancheribo, Aſſyriorum Rege, audivi.
[22]. Hæc autem ſunt verba, quæ de eo protulit Jehova: contemſit te, ſubſannavit te,
ô virgo, filia Sionis; poſt te caput movit, ô filia Ieroſolimæ. [23]. Quemnam verò
probris adfeciſti? *cuinam* conviciatus es? contra quem magnâ voce loquutus es, ac extu-
liſti in ſublime oculos tuos? contra Sanctum Iſraëlis. [24]. Per ſervos tuos, probris
adfeciſti Dominum, & dixiſti; multitudine curruum meorum, adſcendam in verti-
cem montium, in latera Libani, *ubi* exſcindam ſtantes ejus cedros, lectiſſimáſque abie-
tes; ingrediar altitudinem extremitatis ejus & ſaltum arboreti. [25]. Fodiam & bibam
aquam, ſiccabóque plantâ pedum meorum omnes rivos Ægypti. [26]. Annon audiſti è
longinquo? Feci hanc & formavi ab antiquis temporibus. [26]. Nunc verò *eò* addu-
cam eam, ut deſoletur, urbéſque munitæ fiant acervi ruderum. [27]. Ideóque incola-
rum ejus breviores manus fient, conterentur, pudore ſuffundentur, evadéntque inſtar
graminis agri & viroris herbulæ, *inſtar* fœni tectorum, & *inſtar* eorum, quæ aduruntur
antequàm in culmos creverint. [28]. Ego verò novi, *ait Jehova*, quando ſedeas, quan-
do exeas, quando ingrediaris, & quando contra me indigneris. [29]. Quia mihi iratus
es, & tumultus tuus in aures meas adſcendit, hamum meum immittam naribus tuis,
frenúmque meum labiis tuis, útque redeas, per viam, per quam veniſti, efficiam.
[30]. Hoc autem ſignum, *ô Hezekia*, tibi *erit*: hoc anno, comede ſponte nata; ſecun-
do etiam anno, per ſe orta; tertio *denique* anno ſementem facite & metite; plantate vi-
neas, & fructum earum comedite. [31]. Poſthac etiam reliquiæ domûs Judæ, quæ ſu-
perſunt, radicem deorſum, & fructum ſurſum emittent. [32]. Jeroſolimâ egredientur
reliquiæ, & qui evaſerint ex monte Sione. Zelotypia Jehovæ *Dei* exercituum hoc fa-
ciet. [33]. Quamobrem, ſic dixit Jehova, de Aſſyriorum Rege: non ingredietur in
hanc urbem, neque intra eam ſagittam jaciet, neque excipiet eam ſcuto, neque aggerem con-
tra eam faciet. [34]. Eâ viâ, quâ venit, redibit, neque in hanc urbem intrabit. [35]. Pro-
tegam hanc urbem, ita ut eam ſervem, propter me, & propter Davidem ſervum meum.
[36]. Egreſ-

21. Tum verò Eſaïas, Amotſi filius, miſit ad Hezekiam, qui eum adloqueretur nomine Dei, in hanc ſententiam: ſic dixit Creator, Deus Iſraëlitarum; quæ, de Aſſyriorum Rege petiiſti, exaudivi. 22. Contemſit Aſſyrius te, ô Filia Sionis. 23. Quemnam verò probris adfeciſti, Aſſyriorum ſuperbe Monarcha? cuinam convicia dixiſti, & ſuperbè contemnere auſus es? Nimirum, Sanctiſſimo Iſraëlitarum Deo, qui graves pœnas de te ſumet. 24. Per tuos legatos contumelioſè de eo loquutus es, cùm dixerunt, te in verticem montium adſcenſurum, in latera Libani, ubi lignum cedrorum & abietes, quo arma eſſes facturus, quibus uſurus eſſes contra Jeroſolimitanos. 25. Te jactaviſti poſſe omnes Nili alveos pontibus juncturum, & tranſiturum quacumque pedibus ſiccis. 26. Annon audiſti è longinquo, me antiquis temporibus Ægyptum feciſſe, & colonis inſtruxiſſe? 26. Nunc Ægyptum eò redigam, ut vaſtetur, ùtque urbes ejus deſerantur, ùtque omnes fiant inſtar pratorum, quæ poſſint ab hoſtibus facilè calcari, quorum fœnum facilè calcetur, dum urbes in rudera mutabantur. 27. Quo modo infirmiores fient, nec poterunt hoſtes repellere, cùm facti fuerint inſtar herbæ ſiccæ, quæ facilè incenditur? 28. Ego verò novi, ait Creator, quidquid moliris, & cur mihi indigneris.

29. Propterea mihi iraſceris, & tumultum, contra me, excitare voluiſti; ideò hamum meum immittam naribus tuis, & frenum labiis, téque cogam eò redire, unde profectus es, & eâdem viâ, quâ veniſti.

30. Hoc vero, ô Hezekia, tibi erit ſignum; ex quo rem futuram intelliges, quòd hoc anno atque altero ſponte natis frugibus veſceris. At tertio, ſementem facietis & metetis; vineáſque plantabitis, & eorum fructus comedetis. 31. Deinceps verò, qui ſupererunt è Tribu Judæ plorabunt, ſuccedent Majoribus ſuis, videbuntque ſuam poſteritatem, 32. Jeroſolimâ egredientur ſuperſtites, qui ſævitiam hoſtium evaſerint; idque quia Creator, idémque præſes exercituum, hoc curabit; ut oſtendat, ſibi, ſine ratione, aliena Numina eſſe prælata, aut æquata; quaſi minùs potenti, aut minimè potentiori; cùm nemo poſſit ei ullo modo æquari. 33. Quamobrem Creator prædixit, Aſſyriorum Regem non ingreſſurum Jeroſolimam, neque ſagittam intra ejus muros jaculaturum, neque ullam excepturum clipeo; neque aggerem facturum, quo arctiùs eam urgeret; 34. ſed eâdem viâ, quâ venerat, regreſſurum; 35. & protecturum ſe Jeroſolimam, ita ut eam ſervaret, propter ſe, aut quia in ea cultus fuiſſet, & propter Davidem, à quo religioſiſſimè cultus fuerat.

36. Miſ-

24. *Altitudinem*] מרום *merom*. Eſt 2. Reg. XIX, 23. מלון *malon*, diverſorium, ubi vide not.

25. *Aquam*] Additur 2. Reg. XIX, 24. זרים *zarim*, alienam, quod non videtur otioſum. Vide not. in locum.

29. *Tumultus tuus*] שאננך *ſchaanancha*, quæ vox contrà plerumque *tranquillitatem* & *ſecuritatem* ſignificat; hic verò turbulentum animi impetum. LXX. Int. πικρίαν, *Symmachus* ἀλαζόνειαν vertit, Vulgatus *ſuperbiam*. Poſſit & fortaſſe *ſecuritas* verti, ſed in malam partem; ut intelligatur ſtoliditas quædam, ſecura de ultione Dei, quem conviciis lacerabat; quaſi nihil eſſet, cur ſibi ab eo timeret. Eſt ſecuritas, quæ in atrocia verba erumpit.

33. *Neque excipiet eam ſcuto*] יקדמנה מגן *jeka-*

36. Egreſſus eſt autem, eâ nocte, Angelus Jehovæ, & in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia hominum occidit. Cúmque manè *ſuperſtites* ſurrexiſſent, en verò omnium *tantùm* cadavera *viderunt*. 37. Itaque profectus abiit, rediitque *ad ſua* Sancheribus, Aſſyriorum Rex, & Ninivæ habitavit. 38. Cùm autem in Æde Niſrochi, Dei ſui, adoraret, Adrammelechus, & Saretſer, filii ejus, gladio eum confoderunt, in terrámque Araritidem perfugerunt, & regnavit, ejus loco, Eſar-Chaddon, filius ejus.

Hezekiæ ægrotanti mortem denunciat Eſaïas, qui tamen deprecanti obitum, quindecim annos, Dei juſſu, præter eos, quos vixerat, pollicetur; quod miraculo umbræ, in Horologio Sciotherico, regredientis confirmat. Hezekias verò Deo gratias agit.

CAPUT XXXVIII.

1. POSTEA cùm in morbum lethalem incidiſſet Hezekias, eum inviſit Eſaïas Propheta, Amotſi filius, eíque, ſic dixit, inquit, Jehova: mandata da familiæ tuæ; nam morieris, neque vives. 2. Tum verò vertit Hezekias vultum ad parietem, oravítque Jehovam, his verbis: 3. obſecro te, ô Jehova, memento quæſo, inceſſiſſe me

36. Miſſus eſt eadem nocte, quâ hæc dicta fuerant, Angelus Dei, qui octoginta quinque millia virorum, in caſtris Senacheribi, occidit. 37. Cum vero Angelus nonnullis pepercisſet, non ſine ratione, terrore maximo percu'ſi ſunt, cùm tantam ſtragem vidiſſent. 37. Itaque quantocyus abierunt, una cum Rege Senacheribo, non minùs, ut credere eſt, territo, iveruntque in Aſſyriam, & cum eo Ninivæ ſedes poſuerunt. 38. At Rex, non multo poſt, in Æde Dei ſui Niſrochi, ab Adrammelecho, & Saretſero filiis gladio eſt occiſus; quo facinore perpetrato, fugerunt in Araritidem terram. At patri ſucceſſit Eſar-Chaddon tertius ejus filius.

PARAPHRASIS.

1. CUm poſtea Hezekias morbo lethali laboraret, eum inviſit Eſaias Propheta; qui nomine Dei eum monuit, tempus ei eſſe dandorum familiæ ultimorum mandatorum; nam lethalem ei futurum morbum, quo laborabat.

2. Quod cum audiſſet à Propheta Rex pius, non potuit non præter modum commoveri, atque in lecto, in quo decumbebat, ad parietem vultum convertere, ne à præſentibus interpellaretur, 3. & obſecro te, ô mi Creator, inquit, memor eſto, te à me non fucato cultu adoratum fuiſſe, ſed integro animo. Quæ verba, non ſine multis lacrimis,

jekademennah magen, pro במגן *bmagen*, ope clipei excipiet, aut antevertet tela Jeroſolimitanorum, antequàm vulnerare queant. Significat Propheta, neque Jeroſolimitanos vim paſſuros ab Aſſyriis, neque Aſſyrios à Jeroſolimitanis; ne priores, jactent, ſe vi cepiſſe urbem, in qua colebatur Deus Iſraëlis; neu Jeroſolimitani fortitudine ſuâ repulſos hoſtes, à mœnibus ſuis, dictitarent.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXVIII.

1. *Poſtea*] *Diebus illis*, ſed poſt ea, quæ narrata ſunt. Eſt laxior temporis deſignandi ratio, cùm plures annos comprehendere queat.

3. *Inceſſiſſe me*] התהלכתי *hithhallachti*; quod verti etiam poſſit *dedi operam, ut incederem* ea enim eſt vis conjugationis Hithphaël.

4. *Interea verba Dei*] Eſt 2. Reg. XX, 4. *Nondum egreſſus erat Eſaias in medium atrium, & verba Dei* &c.

5. *Hezekiæ*] Additur 2. Reg. XX, 5. *duci populi mei*.

Quindecim annos] Ante hanc promiſſionem habetur 2. Reg. XX. *en mox ſanabo te & tertio die in Ædem Jehovæ adſcendes*.

6. *Manui Aſſyriorum Regis* &c.] Jam quidem à præſenti periculo liberarat Deus Hezekiam & Jeroſolimam; ſed quia redire potuiſſet Sancheribus, conſcripto altero exercitu, etiam à futuris periculis liberationem pollicetur Deus.

Hanc urbem protegam] Additur 2. Reg. XX, 6. *propter me & propter Davidem ſervum meum*. Tum etiam inſeritur curatio Hezekiæ, ope maſſæ ficuum; quæ curatio hìc ſequitur vers. 21.

7. *Atque erit tibi à Jehova ſignum*] Eodem loco 2. Regum petit Hezekias ſignum, ut hìc vers. 21. quod concedit Eſaias. Tum etiam optionem dat ſigni in umbra progreſſura, aut retroceſſura, per decem gradus, & poſteriùs quidem eligit Hezekias, quaſi mirabilius.

9. *Scriptum Hezekiæ* &c.] In ſempiternam rei memoriam, haice gratiarum actiones adtexuit Propheta, quæ in Hiſtoria Regum omiſſa eſt.

E morbo convaluiſſet] ויחי מחליו *vajjechi mechholjo*

Digitized by Google

me coram te non fucato ſed integro animo, & quod tibi placet feciſſe. Deinde multas lacrimas profudit Hezekias. 4. Interea verba Dei ad Eſaïam facta ſunt, in hanc ſententiam: 5. revertere & dic Hezekiæ: ſic ait Jehova, Deus Davidis, progenitoris tui: exaudivi deprecationem tuam, reſpexi lacrimas tuas; en diebus tuis addam quindecim annos. 6. Manui Aſſyriorum Regis te atque hanc urbem eripiam; hanc urbem protegam, 7. atque hoc erit tibi à Jehova ſignum, ex quo intelligas, Jehovam facturam, quod tibi dixit. 8. En ego faciam, ut revertatur umbra graduum, quæ deſcendit per gradus Achazi, per Solem, retrorſum, per decem gradus, & reverſus eſt Sol, per decem gradus, in gradibus, per quos deſcenderat.

9. SCRIPTUM HEZEKIÆ, REGIS JUDÆ, cùm ægrotaſſet, atque à morbo convaluiſſet.

10. EGO dixi, cùm reſecarentur dies mei, ibo ad portas ſepulcri, mulctatus ſum reliquâ parte annorum meorum. 11. Dixi: non videbo *ampliùs* Jehovam, Jehovam, *inquam*, in terra viventium; non adſpiciam ampliùs hominem, cum incolis orbis. 12. Tempus vitæ meæ abiit, & tranſlatum eſt à me, ut tentorium paſtoris, præcidi ut textor vitam meam; à ſtamine abſcindet me; à die ad noctem conficies me. 13. Statui

mis, protulit. 4. Interim Deus Eſaiam eſt adloquutus, juſſitque eum iterum adire Hezekiam, & his verbis eum adloqui: ſic loquitur Creator Deus, qui ſingulari ratione favit Davidi, à quo ortum ducis: exaudivi preces tuas, & lacrimarum tuarum rationem habui; itaque ætati tuæ quindecim annos addam. 6. Aſſyriorum præterea Regi te ac hanc urbem eripiam & tuebor; 7. atque hoc erit ſignum certum à me, ex quo me impleturum, quod tibi polliceor, intelligere poteris. 8. Faciam, ut umbra gnominis Sciotherici Horologii, quod videre licet in gradibus Achazi, retrogrediatur, per decem gradus; & revera radii ſolis retrogreſſi ſunt in gradibus Achazi, per decem gradus, per quos deſcenderat.

9. SCRIPTUM HEZEKIÆ REGIS JUDÆ, cùm à morbo, quem diximus, convaluiſſet.

10. EGO dixi, cùm ſentirem ex morbo meo, me non multùm producturum vitam; mihi inſtare id tempus, quo inferendus in ſepulcrum eſſem, me mulctatum iri parte annorum, quibus vivere potuiſſem: 11. dicebam me non ampliùs viſurum Templum Deo conſecratum, nec diutiùs futurum in terra viventium, nec viſurum me ullum hominem, aut ullum alium incolam orbis terrarum; 12. tempus vitæ meæ, jam efſluxiſſe, & mihi in poſterum ereptum iri, quemadmodum tentorium paſtoris, aut tela textoris perfecta deſinit texi, atque ſecto ſtamine finem ei imponit; à die ad noctem conficies me. 13. Credidi, quaſi certum, ad matutinum tempus

boljo, & vixiſſet è morbo ſuo. Nullum habent Hebræi verbum, quo *convaleſcere* propriè ſignificent.

10. *Cùm reſecarentur dies mei*] בדמי ימי *bidmi jamai*, in reſectione dierum meorum. Reverà verbum נדמה ſignificat exſcindi, vaſtari, deſinere eſſe. Hab. vers. 5. & Sophon. I, 11. *Hieronymus* vertit: *in dimidio dierum meorum.* Ad quæ verba hæc habet: *Sive, ut Aquila, Symmachus & Theodotion interpretati ſunt*, in infirmitate & ſilentio dierum meorum; *pro quo* LXX. excelſum *interpretati ſunt*, *ob litteræ ſimilitudinem*, RAME, *pro* DAME, Sunt qui à דום *doum*, *ſilere* deducant, quaſi ceſſationem ſignificet, ſed res eodem recidit.

Mulctatus ſum] פקדתי *phukadthi*, viſitatus ſum; hoc eſt, pœnas dedi jacturâ temporis, quo vivere potuiſſem. Satis hinc liquet, non crediſiſſe Hezekiam præſtitutum ſibi fuiſſe certum tempus vitæ, irrevocabili Dei decreto.

11. *Non videbo ampliùs Jehovam*] Hoc eſt, quatenus cerni poteſt, in Templo, ubi præſentiæ divinæ ſymbolum fuit.

12. *Tempus vitæ meæ*] דורי *dori*. *Aquila* & *Theodotion* γενεὰ verterunt & Vulgatus: *generatio mea.* Præſtare rem pluribus verbis exprimere cenſuimus, cùm uno non poſſet. nam γενεὰ *ætas*, aut, ut loquitur *Hieronymus* *generatio* aliud ſignificant.

Tranſlatum eſt à me) נגלה מני כאהל רעי *niglah minni che obel robi*, migravit à me ut tentorium paſtoris. Tentoria paſtorum, ad breve tempus, donec eſſet pabuli copia, ſtatuebantur; eâ deficiente aliò transferebantur. Hæc fuit Scenitarum vita, ut omnibus notum.

Præcidi, ut textor, vitam meam] קפדתי כארג חיי *kphadthi cheoreg bhajai.* LXX. Intt. ὡς ἱστὸς τὸ πνεῦμά μου παρ' ἐμοὶ ἐγένετο. Vulgatus: *præciſa eſt, velut à texente, vita mea*; hoc eſt, ut textor telam ſuam præcidit: ſic à me vita mea ablata eſt. Fortè meliùs eſſet קפדת *kiphadtha*, in ſecunda perſona, ut ad Deum referatur, nam Hezekias ſibi ipſe vitam non præciderat. Res eadem, in ſequentibus verbis, tertiâ & ſecundâ perſonâ, exprimitur.

A ſtamine abſcindet me] מדלה יבצעני *middallab jebattſeheni.* LXX. Intt. ἐρίθου ἐγγιζούσης ἐκτεμεῖν *textrice adpropinquante ad ſecandum.* Hieronymus: *dum adhuc ordirer, ſuccidit me.* דל *dal* eſt propriè *tenuis*, unde דלה *dallab* dictum videtur *ſtamen*, hoc eſt, fila, quæ in longitudinem jugo adnectuntur, & quæ, nondum addito ſubtegmine, tenuiora ſunt; quia ſunt ſimplicia, necdum transverſis ſubtegminis filis tecta. Cùm tela abſolvitur aut potiùs nondum perfecta detrahitur jugo, reſecatur à ſtamine, è quo eſt inchoata. Sic & Cant. VII, 5. דלה dicitur *coma*, quia *tenuis*, ut bene obſervavit *Joan. Piſcator*, & apud Thalmudicos דליל *dlil* eſt *filum.*

A die ad noctem] Hoc eſt, à matutino tempore ad veſpertinum.

13. *Statui uſque ad mane me victurum*] שויתי

 בקר

tui uſque ad mane *me victurum*, *ſed* inſtar leonis confregit omnia oſſa mea; à die uſque ad noctem me conficies. 14. Inſtar hirundinis & gruis pipiebam, gemebam ut columba. Adtollebantur oculi mei in ſublime; ô Jehova, *calamitas* me oppreſſit, ſponde pro me. 15. Quid *plura* loquar? mihi dixit, & ipſe fecit Dabo operam, ut incedam, omnibus annis meis, pro animi mei amarore. 16. Domine, per hæc *inſtituta homines* vivunt, & in omnibus, *quæ* in iis, *eſt* vita ſpiritûs mei; facies, ut convaleſcam, méque ſanabis. 17. En incolumitati mihi amaror *erit*, amaror. Tu amaſti me, *& liberaſti* è fovea nihili, abjeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea. 18. Neque enim ſepulcrum te laudabit, *aut* mors te celebrabit, neque qui in foveam deſcendunt, fidem à te *datam* exſpectabunt. 19. Vivus, vivus laudabit te, quemadmodum hodie facio, & pater liberis ſuis veracitatem tuam narrabit. 20. Jehova ad me ſervandum *propenſus fuit*; inſtrumenta mea pulſabimus, omnibus vitæ noſtræ diebus, in Æde Jehovæ.

21. Eſaïas autem dixerat: ſumant maſſam ficuum, cataplaſma imponant inflammationi,

pus vitam meam productum iri; ſed metus omnia oſſa mea concutiebat, & à matutino tempore, inſtar leonis rugiebam; 14. hirundinis & gruis inſtar pipiebam, aut gemebam, ut columba. Cum adtollebam oculos ad cœlum, ô Creator, calamitas me oppreſſit, plura incommoda me oppreſſere, ſponde pro me. 15. Sed quid pluribus calamitates meas expono? mihi dixit hæc, nec ſecius me preſſit. Omnibus annis meis, ſi plures ſint, in ejuſmodi amarore vitam traducam. 16. O Domine, per hæc inſtituta homines vivunt & in omnibus, quæ patiuntur, ipſe vitam traduco; ſed fac, ut convaleſcam, & mihi ſanitatem reſtitue. 17. Amarorem *malorum meorum* habebo talem, qualis eſt, eámque pro incolumitate habebo. Amaſti me & me liberaſti à fovea, in qua propemodum in nihilum redacti ſumus, & omnia peccata veluti oblivioni mandaſti, ut ea, quæ poſt tergum jacimus. 18. Nam neque te ſepulcrum, aut in ſepulcro jacentes te laudabunt; neque ii, fidem à te datam præſtari ſibi expectabunt. 19. Vivi, vivi te laudant, ut nunc facio, nec aliter ſe gerent poſteri. 20. Creator voluit me ſervare, ideoque eum, per totam vitam, in templo, adhibitis inſtrumentis, laudabimus.

21. Eſaïas eodem tempore monuit, ſumendam maſſam

עד בקר *ſchivvithi bad boker*, poſui ad mane, aut æquavi ad mane, vitam, nempe, meam, חיי *hajjai*. LXX. Intt. παρεδόθην ἕως πρωΐ, Hieronymus: *ſperabam uſque ad mane.*

Inſtar leonis confregit &c.] Nuncius, nempe, à Deo miſſus de proxima morte.

14. *Inſtar hirundinis & gruis pipiebam*] כסוס עגור אצפצף *chſous hagour atſaphtſeph* Prioris harum avium nomen ſcribitur סיס *ſis* Jerem. VIII, 7. quod meliùs putat *Sam. Bochartus*, Hieroz. P. 2. Lib. I. c. 10. ubi multis oſtendit eſſe *hirundinem*, quia סוס *ſos* eſt *equus*. Cùm de queſtibus agat Hezekias, optimè ſe confert avi querulæ.

Gruis] עגור *hagour*, excidit ו, neque enim κατ' ἀσύνδετον ſolent talia duo nomina conjungi. Gruem eſſe oſtendit idem Cap. ſequenti, quæ etiam avis querula. LXX. Intt. ὡς χελιδὼν οὕτω φωνήσω, omiſſâ voce, quam non adſequebantur. Quos mirum eſt imitatum eſſe *Hieronymum*, qui habet: *ſicut pullus hirundinis, ſic clamabo*; cùm hæc in Commentario ſcribat: *Pro pullo hirundinis, ſive hirundine, ut LXX. tranſtulerunt, in Hebraïco ſcriptum eſt.* SUS AGOR; *quod interpretatus eſt Aquila* Equus agor. *Theodotion*: SIS AGUR; *media enim vocalis* VAU, *ſi ponatur inter duo* SAMECH, *legitur* SUS, *& adpellatur* equus; ſi JOD legitur SIS, *&* hirundo *dicitur. Symmachus autem tranſtulit*: ſicut hirundo incluſa ſic cantabo. Quibus verbis confirmatur ſententia *Sam. Bocharti*, de vera ſcriptione voculæ סיס pro hirundine.

Adtollebantur oculi mei] דלו עיני *dallou henai*. LXX Intt. ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου; Vulgatus: *adtenuati ſunt oculi mei.* Quæ reverà eſt ſignificatio verbi דלל, ſed quia breviſſimo tempore Hezekias Deum invocarat, cùm à Propheta ſe exauditum à Deo audivit, vix ac ne vix quidem dicere potuit, *adtenuatos fuiſſe oculos ſuos*, dum eos ad Deum adtollit, viſum eſt aliam verbi דלל poteſtatem hìc eſſe quærendam; *adtollendi*, nimirum, quam ei tribuit Chaldæus, qui habet וקיפת *zekapheth*, ſuſtuli, nempe, *oculos*. Vide & Job. XXVIII, 4. ejúſque Paraphraſin confer.

Calamitas me oppreſſit] עשקה לי *haſchka li*. vim intulit mihi, ſubaudivi רעה *rahab*, malum, aut calamitas. *Val. Schindlerus* ſupplet מחלתי *mahhalathi*, morbus meus, non malè.

Sponde pro me] ערבני *horbeni*, hoc eſt, libera me, ut ſponſor à creditore liberat debitorem, interpoſitâ fide ſuâ. Vide ad Job. XVII, 3. Eſt antecedens, pro conſequente. Hoc non verterunt LXX. Intt. quòd non intelligerent. *Hieronymus* rectè: *Domine vim patior, reſponde pro me.*

15. *Mihi dixit, & ipſe fecit*] Promiſit, per Eſaïam Prophetam, & ipſe miraculo inſigni me curavit.

Dabo operam, ut incedam] אדדה *eddaddeh*. Eſt futurum *Hithphaël* pro אתדדה *ethdaddeh*, extrito ת, quod aliquando fit; ut docebit *Joan. Buxtorfius*, ad futurum ejus Conjugationis verbi גלה. Nomen hinc facit *Theodotion*, qui habebat ὑποίσω καθοδήγησιν. *Hieronymus: recogitabo tibi.* נדד ſignificat *vagari*, *fugere*, ut adfinia verba נוד & נדד; ſed hìc non agitur de fuga, ſed de ratione vitæ; quare cùm ſit hoc verbum reciprocum, vertimus *dabo operam ut incedam*, quaſi eſſet אתהלך *ethallech*, quod ſæpe hoc ſenſu adhibetur. Vide & Pſ. XLII, 5. & quæ illic notavimus.

Pro animi mei amarore] על מר נפשי *hal mar naphſchi*,

tioni, & vivet. [22]. Dixerat verò Hezekias, quodnam ſignum eſt, *ex quo intelligam*, me in Ædem Jehovæ adſcenſurum.

Rex Babyloniorum legatos mittit ad Hezekiam, qui iis oſtentat divitias ſuas; quamobrem eum caſtigat Eſaïas, prædicítque, poſteros ejus Babylonem captivos tranſlatum iri.

1. EO tempore, miſit *Merodach-Baladan*, Baladinis filius, Rex Babylonis, litteras & munus ad Hezekiam, quem ægrotaſſe & convaluiſſe audiverat. [2]. Propter eos lætatus eſt Hezekias, oſtendítque eis domum, in qua ſervabantur res pretioſæ, argentum, aurum, aromata, unguentum optimum, totámque domum vaſorum ſuorum, & quidquid in theſauris ſuis inveniebatur; nec quidquam fuit, quod iis non oſtenderit, cùm domi ſuæ, tum in tota ſua ditione. CAPUT XXXIX.

3 Poſtea

maſſam ficuum, quæ impoſita inflammationi, quâ laborabat Hezekias, poſſet ſedare dolorem, petiitque, unde intelligere poſſet, ſe rectè facturum, ſi adſcenderet in Templum.

PARAPHRASIS.

1. EO tempore Rex Babyloniorum *Merodak*, *Baladinis* filius, Regem Judæ cùm convaluiſſe intellexiſſet, miſit legatos Jeroſolimam, cum litteris & muneribus. Summopere lætatus eſt Rex Judæ, ob humanitatem tanti Regis, & legatos humaniſſimè excepit; utque Babylonio divitias etiam ſuas oſtentaret juſſit, eos duci ad Ærarium, ubi ſervabantur divitiæ ſuæ, quæ conſtabant auro, argento, aromatibus, unguentis pretioſis; & totam domum, in qua ſervabat vaſa majoris pretii, & quidquid habebat dignum, quod oſtentaretur, cùm Jeroſolimæ, tum in tota ditione ſua.

3. Poſtea

naphſchi, ad amarorem animæ meæ; hoc eſt, me geram, prout poſtulat dolor, quem ſenſi, cùm mihi mors denunciaretur; à quo cùm liberatus ſim, par eſt, me gratum Deo per totam meam vitam præſtare.

16. *Per hæc inſtituta* &c.] עליהם יחיו ולכל בהן חיי רוחי *halehem jibhjou oulechol bahen hajje rouhhi*, ſuper his vivent, & omnibus in iis vita ſpiritûs mei. Locus obſcurus, & qui Veteres & recentiores torſit. LXX. Intt. Κύρι, περὶ αὐτῆς γὰρ ἀνηγγέλη σοι, καὶ ἐξήγειράς μου τὴν ζωὴν, quæ neque reſpondent Hebraïcis & ſenſu carent. *Hieronymus* verò: *ſi ſic vivitur, & in talibus vita ſpiritûs mei.* Hæc quoque non conveniunt Hebraïcis. Chaldæus: *de omnibus mortuis dixiſti te vivificaturum eos, & ante omnes vivificaſti ſpiritum meum*; quæ magis etiam à verbis Hezekiæ recedunt. Recentiorum Verſiones non memorabo, quippe quæ non magis placebunt; rationem tantùm ejus reddam, quam ſequutus ſum. Cùm ergo dixerit pius Rex, ſe poſthac ita victurum, ut decebat hominem à tanto animi amarore liberatum, ope divinâ; hoc eſt, Dei præcepta & inſtituta obſervaturum, ita pergit: עליהם (nimirum, חקים *hhukkim* præcepta) יחיו (ſupple בני אדם *bne adam* homines) ולכל בהן חיי רוחי, ubi legerim בהם, *bahem* in maſculino, ut referatur ad חקים niſi quis velit fœminum pronomen adhibitum, quia Hebræi dicunt etiam חקות *hhukkoth*, in fœminino. Dicuntur I. *homines vivere* עליהם *per ea*, nam על non rarò eſt *per*, ut oſtendit *Chr. Noldius* ad XIX. ſignif. particulæ. Adde & Gen. XXVII, 40. & Deut. XXIV, 23. ubi ea particula jungitur cum verbo, *vivere*, ut hìc. Vivere, *per divina præcepta*, homines in Lege & Prophetis dicuntur. II. Hezekias ait *in omnibus, quæ ſunt inter ea* præcepta, *vitam animi* ſui eſſe, hoc eſt, animum ſuum vivere obſervatione eorum præceptorum.

Facies ut convaleſcam &c.] תחלימני והחייני *thahhalimeni vehahhajeni*; imò verò תחייני *thahhajeni*, in ſecunda perſona. Superſtitione Maſſorethærum talia innumera manſerunt, quibus nobis videtur Lingua Hebraïca minùs culta fuiſſe, quàm reverâ fuit; dum peccata librariorum mutantur in Anomalias uſitatas in ea Lingua.

17. *Incolumitati*] לשלום *lſchalom*, in pacem. Poſſis etiam vertere *incolumitas fiet mihi* priſtinus *amator*.

Amaſti me, & liberaſti] חשקת נפשי משחת *hhaſchakthа naphſchi miſſchahhath*, amaſti animam meam è foſſa; hoc eſt, amanter me à ſepulcro liberaſti. Additur בלי *bli*, nec שחת בלי *ſchahhath bli*, foſſa nihili, aliud eſt, niſi foſſa, in qua homines veluti in nihilum rediguntur. Nam בלי eſt particula negativa, quæ rem, quæ agitur, excludit, hìc verò nominaſcit, & τὸ *nihil* ſignificat, ut בלימה *blimah*. Hinc LXX. ἵνα μὴ ἀπόληται, & Vulgatus, *ut non periret*; nempe, anima, ſeu vita.

Abjeciſti poſt tergum tuum &c.] Hoc eſt, iis planè ignoviſti, ut de eorum pœnis non magis cogites, quàm homines cogitant de re, quam poſt tergum abjecerunt. Vide ad Nehem. IX, 26.

18. *Fidem à te datam exſpectabunt*] ישברו אל אמיתך *jeſchabberou el amitthecha*, ſperabunt in tua veritate, vel fide.

20. *Propenſus fuit*] Cùm ſit tantùm להושיעני *lehoſchiheni*, ad ſervandum me, neceſſe eſt hoc, aut ſimile quiddam ſuppleri.

21. *Eſaïas autem* &c.] Aptiori loco hæc inſerta ſunt 2. Reg. XX. in narratione Hiſtorica; ſed ordinis non ſunt obſervantes Prophetæ, Hiſtoricorum inſtar.

COMMENTARIUS
In Caput. XXXIX.

1. E*O tempore* &c.] Hanc Hiſtoriam interpretati ſumus ad 2. Reg. XX, 12. *& ſeqq.*

3. Poſtea convenit Regem Hezekiam Eſaias Propheta, eíque, quid dixerunt, inquit, viri iſti, & unde ad te venerunt? E terra longinqua, ait Hezekias, veneruntad me Babylone. 4. *Tum Eſaïas*, quid viderunt, inquit, domi tuæ? Hezekias verò, viderunt, ait, quæcumque ſunt domi meæ, nec quidquam fuit de theſauris meis, quod iis non oſtenderim. 5. At Eſaias Hezekiæ, audi, inquit, verbum Jehovæ, *Dei* exercituum. 6. En dies venient, quibus avehetur quidquid eſt domi tuæ, & quidquid recondiderant Majores tui, ad hunc usque diem, Babylonem; nec quidquam reliquum fiet, ait Jehova. 7. E poſteris tuis, qui orti fuerint ex te, *&* quos genueris, ſumentur, qui in Regis Babylonis regia Eunuchi ſint. 8. Hezekias verò Eſaiæ, bona, inquit, ſunt verba Jehovæ, quæ protuliſti, ſubjecítque; quia pax & fides erunt diebus meis.

Prædictio meliorum temporum & quidem Meſſiæ. Deſcriptio humanæ imbecillitatis, magnitudiniſque & potentiæ Dei.

CAPUT XL. 1. SOLAMINI, ſolamini populum meum, inquit Deus veſter. 2. Proloquimini jucunda Jeroſolimæ; clamate ad eam, emeritam jam eſſe ſtipendia ſua; nam

3. Poſtea eum convenit, juſſu Dei, Eſaias, qui à Rege petiit, quinam eſſent illi homines, qui ad ipſum venerant. E terra, ait Hezekias, longè remota, veniſſe enim eos Babylone. 4. Quæſivit & Propheta, quid oſtenſum iis eſſet Jeroſolimæ? Reſpondit verò Rex, ſe, quidquid pretioſi erat, juſſiſſe oſtendi Babyloniis. 5. Hezekias verò ingenuè faſſus eſt omnia, quæ haberet alicujus pretii iis fuiſſe oſtenſa, nihil celatum. 6. His auditis, Eſaias, juſſu Dei, ei reſpondit, fore tempus, quo aveheretur quidquid erat in ejus Apothecis, tam à Majoribus Ezekiæ collectum, quàm ab ipſo, Babylonem, nec quidquam ſuperfuturum. 7. E poſteris tuis ſeligeotur adoleſcentes, qui apud Babyloniorum Regem Eunuchi ſint. 8. Quæ cùm audiſſet Hezekias, pro ſua pietate, exclamavit, nihil eſſe, quod quereretur ſibi, nomine Dei, dictum ab Eſaia; quandoquidem ſuo tempore pax, cujus eſſet data fides, floreret, nec turbanda eſſet.

PARAPHRASIS.

1. POſtea Eſaias ſic ſolatus eſt Judæos; SOLATIIS, ait Deus Iſraelis, triſtitiam populi mei lenite. 2. Dicite clarâ voce, quæ ſunt jucunda Jeroſolimæ, clamate jam eam eſſe emerita ſtipendia, quandoquidem jam accepit à Creatore duplum, pro omnibus ſuis delictis. 3. Vox

8. *Subjecitque: quia pax & fides* &c.] *Et dixit quia* (כי chi) *pax* &c. Hoc eſt, Hezekiam, dolentem licèt, adquieviſſe in iis, quæ prædixerat Eſaias, nomine Dei; quia intellexit, dum viveret ipſe, Babylonios nihil tentaturos contra Judæam, rémque ad poſteros dilatam.

COMMENTARIUS
In Caput. XL.

1. COnſolamini &c.] Hæc, ut ſequentia oſtendunt, pertinent potiſſimùm ad eos, qui poſt Captivitatem Babylonicam victuri erant; ſed tamen ex iis conſolationem capturi erant, etiam æquales temporibus Prophetæ; quòd ex iis intelligerent tranſlatione divitiarum Regum Judæ Babylonem. in perpetuum exſtinctum non iri populi Judæi Rempublicam, ſed poſtea inſtaurandam. Cui inſtaurationi admiſcet etiam, quæ futura erant, ſub Regno Meſſiæ; more Prophetarum, qui ſpiritualia promiſſa terreſtribus miſcent, ſatis ſecernenda, cùm eventus ipſe mentem eorum clariorem reddidiſſet.

2. *Jucunda Jeroſolimæ*] על לב ירושלם *hal leb Jerouſchalem*, ad cor Jeroſolimæ; hoc eſt, quæ ei cordi ſunt, ſeu jucunda. Vide ad Gen. XXXIV, 3.

Emeritam jam eſſe ſtipendia ſua] כי מלאה צבאה *chi maleah tsbaah*, quòd expleta eſt militia ejus. LXX. Intt. ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις αὐτῆς. Eſt quidem ſenſus, ſed non ſatis commodè expreſſus. Vulgatus: *completa eſt militia ejus*. Bene vidit *Grotius* legendum *militia*, neque enim ignoravit *Hieronymus* poteſtatem vocis צבא *tſaba*, quæ frequens eſt in Scriptura. Attamen hoc mendum etiam eſt in verſione Comment. *Hieronymi* inſertum, ſi Editores id, quod in MSS. nobis exhibuerunt. De voce *militia*, pro vitæ moleſtiis, vide quæ notavimus ad Job. VII, 1. Latino more diximus *emerita ſtipendia*, pro exacto tempore militiæ, quod loquendi genus etiam *Cicero* de ſenectute c. XIV. tralaticio ſenſu uſurpavit, ubi de ſenum felicitate: *At illa quanti ſunt, animum, tamquam* emeritis ſtipendiis *libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, ſecum eſſe, ſecúmque, ut dicitur, vivere?*

Duplum כפלים *chiphlajim*. Vide & Jerem. XVI, 18. Quod non eſt ita intelligendum, quaſi Deus induceretur dicens, ſe duplo graviores pœnas inflixiſſe Judæis, quàm commerita erant eorum peccata; cùm Deus, in hac

Digitized by Google

nam expiata eſt iniquitas ejus, quia accepit à manu Jehovæ duplum, pro omnibus ſuis
peccatis. 3. Vox *auditur hominis* in deſerto clamantis: parate viam Jehovæ, dirigite
in ſolitudine viam munitam Deo noſtro. 4. Vallis omnis impleatur, omnis mons &
collis deprimatur: quod curvum eſt fiat rectum, & loca prærupta plana via evadant?
5. Revelabitur gloria Jehovæ, atque omnis caro pariter eam videbit; nam os Jehovæ lo-
quutum eſt. 6. Vox *audita eſt* dicentis: clama, & *alius*, *qui* dixit: quid clamabo? Omnis, *inquit*,
caro fœnum, atque omnis ejus benignitas inſtar floris agri. 7. Aruit fœnum *&* cecidit flos,
quia

3. Vox auditur clamantis in ſolitudine; parate & dirigite viam Deo noſtro. 4. Valles omnes profundiores impleantur, & colles deprimantur, atque quod curvum eſt in lineam rectam dirigatur, & prærupta fiant inſtar planiciei. 5. Revelabitur gloria Creatoris, atque omnes homines eam videbunt, nam os ejus rem fieri oportere edixit. 6. Vox audita eſt dicentis: clama, & alterius, quærentis, quid tandem ei vociferari jubeatur, tum etiam reſpondentis: Omnis caro eſt fœnum, & omnis benignitas ejus eſt inſtar floris agreſtis. 7. Aret omne fœnum, & flos cadit, quia ventus

hac vita certè, numquam pœnas pares delictis ab hominibus exigat. Hoc tantùm vult, eas viſum iri fuiſſe pœnas Judæos, quæ ſint peccatis duplò graviores; nimirum, hominibus; qui magis multò gravitate pœnarum adficiuntur, quàm gravitate ſcelerum. Itaque Deus ſe ſe humanæ imbecillitati adtemperat. Vide tamen etiam Intt. ad Apoc. XVIII, 6. Legiſlatores, in pœnis infligendis, plurium rerum rationem habent, & primùm quidem damni facti, quod ante omnia reſarciri jus faſque eſt; ſecundùm etiam animi delinquentis, qui interdum non emendaretur, neque impediretur, quominùs iterum peccaret, ſolâ damni reparatione, idéoque graviùs punitur, quàm alioqui fieret; tertium denique exempli aliis, ne talia peccent, proponendi. Damnum quidem, ſi propriè loquamur, Deo non intulerant, neque potuerant inferre Judæi; ſed loco damni eſt, quòd non redditur Deo, quod ei jure debetur. Præterea animus eorum neque curari, neque coërceri poterat, ne in poſterum paria peccarent, aut etiam longè majora, niſi graviter plecterentur. Inflicta denique ſunt ea ſupplicia, quæ poſteros eorum deterrerent, ne in Idololatriam delaberentur; in quam tam ſæpe prolapſi fuerant, quamvis gravibus pœnis coërciti, & quidem ſæpiùs, ut nos docet Hiſtoria V. T. Ideò etiam legiſlatores ſæpe duplum, triplum, & quadruplum impoſuerunt damni facti, idque ſine ulla injuſtitiæ ſpecie. Quod pluribus hìc non diducemus. Conſulatur *H. Grotius* de J. B. & P. Lib. II. c. 20. ubi prolixè hac de re egit.

3. *Vox auditur hominis in deſerto* &c.] Adeundi ſunt Novi Teſtamenti Intt. ad Matth. III, 3. præſertim *H. Grotius* atque *Henr. Hammondus*, cum additamentis noſtris. Nemini autem conveniunt verba, quæ ſequuntur, niſi uni Joanni Baptiſtæ, non quòd hæc ipſa: *parate viam Jehovæ* &c. ſolus pronunciarit, ſed quia clarâ voce omnibus dixit, & quidem in Eremo: *pœnitentiam agite, adpropinquavit enim regnum cœlorum*; quibus ſpiritualis ſententia verborum Eſaïæ clariùs exprimitur. Petita ſunt, ut oſtenderunt viri docti, è conſuetudine populorum in excipiendis Regibus, quâ ſit, ut aſpera & inæqualia viarum diligenter æquentur, adeò ut profundiores lacunæ terra oppleantur, & tumuli, quorum præruptus nimis erat adſcenſus, dejiciantur. Joannes verò qui erat ὁδοποιὸς, vel præfectus, ut ſic loquar, ὁδοποιῶν Meſſiæ, monebat Judæos, tempus jam adfuiſſe, quo venturus erat Meſſias, ideóque animos Judæorum parari oportuiſſe, ad eum excipiendum, ut decebat; quanam verò ratione? Nimirum, *pœnitentiâ*, hoc eſt, mutatione animi & morum, in quibus, ad terras quod adtinet, ſitum eſt potiſſimùm regnum Dei.

4. *Impleatur*] ינשא *jinnaſche*, adtollatur, quod fit, cùm impletur vallis. Sic Xerxes, cùm in Græciam exercitum duceret, *montes in planum deducebat*, *&* *convexa* (lege *concava*) *vallium æquabat*, ut ait *Juſtinus* Lib. II. c. 10. Hæc proprio ſenſu numquam impleta ſunt, erga Judæos & Duces, quamvis Chaldæus hìc, inducat Prophetam jubentem hoc fieri *coram populo Jehovæ*; neque alio ſenſu, qui ſpiritualis dici queat.

Quod curvum eſt העקב *hehakob*. LXX. Intt. τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείας, Vulgatus: *prava in directa*. Alii volunt idem prorſus dici, ex ſuperioribus verbis; ſed verba Hebraïca antiquis Intt. favent.

Loca prærupta] והרכסים *harechaſim*. LXX. ἡ τραχεῖα, Vulgatus *aſpera*, qualia ſunt loca rupibus referta, quibus via adtollitur. Hinc etiam רכסים *rocheſim* ſunt aſpera dicta, aut facta Pſ. XXXI, 21.

Plana via evadant] לבקעה *lbikhah*. Eſt à verbo בקע *bakah*, fidit, ſcidit, & vulgò ſignificat *vallem*, quæ *fidit*, ut ita loquar, montes, quos ſeparat. Verùm hic non tam *vallem* vult Propheta, quàm viam planam, manu per aſpera loca factam.

5. *Revelabitur gloria Jehovæ* &c.] Hæc ſunt magnificentiùs dicta, quàm ut referri queant ad reditum Judæorum, non ita multorum, è Babylonia, & quorum poſteri diu ſervierant Lagidis aut Seleucidis, aut certè ſemper eos timuerant. Sed *gloria Dei* re ipsâ revelata eſt, in miraculis Chriſti & Apoſtolorum; qualia nulla umquam antea conſpecta fuerant, neque poſtea facta ſunt, ut ſatis oſtenderunt, qui de præſtantia miraculorum Chriſti egerunt. Vide Inſt. Theol. *Simonis Epiſcopii* Lib. IV. Sect. V. c. 14.

Omnis caro] Non tantùm incolæ Judææ, atque advenæ, qui potuerunt Chriſtum videre, cùm eſſet in terris, miraculáque ejus conſpicere; ſed & omnes alii populi, apud quos Apoſtoli, non ſine miraculis, Evangelium prædicarunt.

6. Vox

quia ventus Iehovæ ea adflavit. Verè fœnum eſt populus. 8. Aruit fœnum, cecidit flos, at verbum Dei noſtri ſtabit in æternum.

9. In editum montem adſcende, bonarum rerum nuncia, Sion; tolle ſummopere vocem, bonarum rerum nuncia Jeroſolima; tolle vocem, ne timeas, dic urbibus Judæ; en Deum veſtrum! 10. Dominus Jehova veniet cum robore, & brachium ejus dominabitur; en mercedem ejus cum ipſo, & operis pro eo *facti*, coram ipſo. 11. Paſtoris inſtar gregem ſuum paſcet, brachio ſuo colliget teneros agnos, & in ſinu ſuo bajulabit, fœtas pecudes leniter ducet.

12. Quia pugillo aquas menſus eſt, cœlos ſpithamâ æquavit, trientali pulverem terræ complexus eſt, ponderavit montes in ſtatera, & colles in lance.

13. Quis direxit ſpiritum Jehovæ, & *veluti* conſiliarius ejus *quidpiam* ei patefecit? 14. Cum quo conſilium habuit, qui eum erudierit, docueritque viam juris, inſtituerit in ſcientia, & viam prudentiæ ei patefecerit? 15. En gentes *ſunt ei* tamquam gutta è ſitula,

tus Creatoris ea adflat. Verè dici poteſt eſſe fœnum. 8. Areſcit autem fœnum ejusmodi, & flos ejus cadit; at verbum Dei noſtri vigebit in æternum.

9. O Sion, bonarum rerum nuncia, adſcende in altum montem, & magnâ voce, tu Jeroſolima, res bonas nuncia. Tolle vocem, nec quidquam timeas, & dicito urbibus Judæ: en Deum veſtrum! 10. Dominus Creator veniet uſurus omnipotentiâ, & in omnia dominium ſuum exercebit. Secum adfert præmium, quod dividet inter eos, qui ei paruerint. 11. Boni paſtoris muneribus fungetur, aut teneros homines, inſtar agnorum ſuorum geret & ſuſtentabit; & infirmiorum ſingularem curam geret.

12. Nemo, præter illum, immenſa maria metatus eſt, & cœlos, quaſi ſpithama, hoc eſt, exigua parte potentiæ ſuæ rexit. Nemo, præter eum, potuit veluti trientali vaſe excipere pulverem terræ? quis, præter eum, poſſit ponderare montes in ſtatera, & colles in lance? 13. Quis rexit ſpiritum omnipotentis & quaſi ejus Conſiliarius quidquam, quod ignoraret, ei patefecit? 14. An Concilium convocavit, ut acciperet ab eo conſilia, de ratione, quâ ſe gerere deberet, & quid Prudentia poſtularet, ab eo audiret? 15. Totum genus

6. *Vox audita eſt dicentis: clama*] Videntur eſſe voces Angelorum, à Propheta auditæ, in viſo.

Et alius, qui dixit] ואמר *veamar*, & dixit, alius, nempe.

Omnis, inquit] Supplendum, *inquit*, quia hîc reſpondet Angelus prior, qui hunc clamare juſſerat. Sæpe in Dialogiſmis ea vox omittitur, etiam apud Græcos; ut omiſſa eſt in Cantico Canticorum, & alibi. Intelligendum poſteriorem Angelum hæc verba repetiiſſe, quod brevitatis causâ eſt omiſſum à Propheta.

Caro fœnum] Hoc eſt, inſtar fœni, quod brevi areſcit: ſic omnis homo, qui *carnis* nomine deſignatur, brevi moritur. Vide Pſ. LXV, 6. Eſa. LXVI, 23, 24.

Ejus benignitas inſtar floris] Aliquamdiu exhilarat, poſt deficit morte hominis benigni. Opponitur benignitati Dei, quæ æterna eſt, quia Deus eſt æternus.

Ventus Jehovæ] A Jehova excitatus, vel qui ex ordine naturæ, à Deo conſtituto, oritur.

Verè fœnum eſt populus] Hoc repetitur, majoris adfirmationis gratiâ.

9. *Bonarum rerum nuncia*] מבשרת *mbaſſchereth*. LXX. Intt. ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιὼν & poſt, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλὴμ, quamvis hæc ſint in fœminino, quia *urbs* intelligitur. Ceteri Intt. Græci meliùs in fœminino, quid enim opus fuit ſolœciſmo, qui non eſt in Hebraïcis verbis? Malè ergo Vulgatus, *qui Evangelizas Sion, & qui Evangelizas Jeruſalem*, quòd etiam eſt ambiguum. Sed eſt *quæ*, in Com. *Hieronymi*.

En Deum veſtrum] Hoc eſt, bonum nuncium de adventu Dei in Meſſia. Jubetur hæc nunciare urbs Jeroſolima, quia inde prodiit verbum, per Apoſtolos & Diſcipulos Chriſti, primùm per Judæam, ſeu *urbes Judæ*, ſed & deinceps per totum terrarum orbem.

Operis pro eo facti] פעלתו *phebullatho* operis ejus.

11. *Paſtoris inſtar* &c.] Deſcribuntur opera boni paſtoris, quæ ſunt Providentiæ Divinæ imbecillibus opitulantis, præſertim ad res, quæ ad alteram vitam pertinent, deſcriptio.

Leniter ducet] ינהל *jenahel*. Vide Gen. XXXIII, 14.

12. *Dominus Jehova* &c.] Sublimis magnitudinis Dei, & hominum tenuitatis deſcriptio; quâ Judæi docentur ad illum unum confugiendum, illum unum colendum, & cetera nihili inſtar, ſi cum eo conferantur, habenda.

13. *Trientali*] בשליש *baſſchaliſch*, quod nomen hîc eſt minoris menſuræ. Vide Pſ. LXXX, 6. Omnia hæc eò pertinent, ut nulla creatura intelligatur eſſe, quæ Deo ullo modo conferri poſſit; cùm tamen homines ſæpe creaturarum majorem rationem, in rebus hujus vitæ, habeant, quàm Dei.

14. *Quis direxit ſpiritum Jehovæ?* מי תכן את רוח יהוה *mi thicchen eth rouahh Jehovah*. LXX. Intt. Τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, quaſi legiſſent יבן *jaben* pro יבין *jabin*. *Symmachus*: Τίς ἡτοίμασε πνεῦμα κυρίου. Vulgatus: *quis adjuvit*. Sed תכן *thicchen*, in *Piël*, eſt omnino *direxit*, non minùs ac תקן *thikken*, ut & ſequentia oſtendunt.

Conſiliarius ejus] איש עצתו *iſch hatſatho* vir conſilii ejus.

15. *Jacit*] יטול *jittol*. Pro יטולו *jittelou* jacientur. Commodiùs Latinè loquenti fuit verbo activo uti, eodem planè ſenſu. *Aquila* ὡς λαῖλαψ βαλλόμενον. *Symmachus* & *Theodotion*, quorum verba Latinè tantùm exſtant, apud *Hieronymum*: *Sicut DOC quod decidit*. Mirum

ſitula, & inſtar pulveris in ſtatera habentur; en inſulas, ut pulviſculum, jacit. 16. Libanus non ſufficeret *ad* accendendum *ignem altaris*, neque pecudes ejus ſatis eſſent *ad* holocauſtum. 17. Omnes gentes ſunt nihili inſtar, coram eo, & minùs quàm nihil, ac inanitas apud eum cenſentur. 18. Cuinam *rei* adſimilabitis Deum, aut quam imaginem ei ponetis? 19. Simulacrum ſculptile conflat artifex, aurifaber id auro inducit, aut

hus humanum ei eſt tamquam aquæ gutta è ſitula, & inſtar pulviſculi in libra. 16. Si ſacra ei fierent pro tanta Majeſtate, non ſatis eſſet arborum in Libano, ad accendendum ignem in altari; neque pecudes, quæ in eo paſcuntur, ſatis eſſent ad holocauſta offerenda. 17. Omnes gentes, ſi ei conferantur, ſunt inſtar nihili, apud ipſum. 18. Cui rei dicetis eum eſſe ſimilem, aut quâ imagine poſſetis eum exprimere? 19. Artifex ſimulacrum ligneum ſculpit, quod aurifaber poſtea aureâ

Mirum eſt, eos non cogitaſſe de radice דקק *dakak*, comminutus fuit, unde nomen דק *dak* minutum quidvis. *Aiunt autem Hebræi*, inquit *Hieronymus* in Comment. *ſignificari tenuiſſimum pulverem, qui, vento raptante, ſæpe in oculos mittitur, & ſentitur potiùs, quàm videtur. Minutiſſima ergo fruſta pulveris & penè inviſibilia hoc verbo adpellantur; quas forſitan Democritus, cum Epicuro ſuo, atomos vocat.* Rectè hactenus, ſed ſequentia potuit omittere: *Multa ſunt nomina, quæ ita legimus in Græco, ut in Hebraïco poſita ſunt, propter interpretandi difficultatem, &, ad comparationem Linguæ Hebrææ, tam Græci, quàm Latini Sermonis pauperiem.* Non dubito quidem, quin olim Hebraïca Lingua, dum floreret, dúmque plura volumina eâ conſcripta etiamnum exſtabant; copioſior multò eſſet, quàm nunc videtur eſſe, prout hauritur hodie è ſolo Vetere Teſtamento. Attamen vel ex hoc libro paupertas ejus maxima, ſi Græcæ præſertim conferatur, adparet è perpetua repetitione eorumdem loquendi generum, éque defectu quarumdam vocum commodiſſimarum, quibus caret; quales ſunt *promittere* & *minari*, cùm rebus ipſis ſit refertum Vetus Teſtamentum. Adde & compoſita ac decompoſita verborum & nominum, quibus caret planè Lingua Hebraïca. Poteſt tamen fieri, ut in Lingua paupertina ſit vox, quæ ſit nomen *notionis compoſitæ*, ut Philoſophicè loquar, & quæ non æquè commodè in locupletiore multò Lingua exprimi queat. Sed ea non eſt vox דק, quæ Græcis κόνις, κόνιον, κονία, κόνιςρα, κονιορτὸς, κονιορτὸς, χοῦς, commodiſſimè verti potuit, & Latinè *pulvis* aut *pulviſculus*. LXX. Intt. σιαλὸν verterunt, quia, ut rectè obſervavit *Val. Schindlerus*, legerunt רק *rok*, quod *ſalivam* ſonat, ut & Vulgatus, qui è Græco V. T. verterat, & quem emendari oportuerat hîc ab *Hieronymo*, qui legebat דק per Daleth, quique probè norat vocis ſignificationem.

16. *Ad incendendum*] בער *baher*, pro לבער *lbaher*. Subaudiendum אש במזבח *eſch bammizbeahh*, ignem in altari. Sic & poſtea eſt עלה pro לעולה *lebolah*, *ad holocauſtum*. Sententia eſt, ſi, pro majeſtate Dei, ſacra ei fierent, non ſatis fore ligni in Libano ad ignem in altaribus accendendum & alendum; neque ſatis victimarum, in pecudibus, quæ in ſaltibus illius montis paſcebantur, ad offerenda holocautomata.

17. *Minùs quàm nihil ac inanitas*] מאפס ותהו *meephes vathohou*. Hîc מן *min* vim habet minuendi, quæ non eſt à viro diligente *Chr. Noldio* obſervata; niſi fortè quis malit, cum *Val. Schindlero*, vim augendi hîc quoque quærere; ita ut מאפס ſit *plus quàm nihil*. ſed hoc ipſum loquendi genus in prius reſolvitur, etenim quod, ut ſic loquar, eſt *nihil plus, quàm ipſum nihilum*, ſeu inanius nihilo, id ipſum eſt *minùs quàm nihil*; Gallicè *moins que rien*. Vide doctiſſimum Lexico-graphum, ad vocem אפס, & quæ infra habemus ad vers. 23. C. XLI. LXX. Intt. πάντα τὰ ἔθνη ὡς οὐδὲν εἰσι, καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν. Hieronymus: *omnes gentes, quaſi non ſint; ſic ſunt coram eo, & quaſi nihili & inane reputatæ ſunt ei.* Quæ non ſunt ita capienda, quaſi Deus ſpernat creaturas ſuas & præſertim homines, aut quaſi Deus propemodum nihil feciſſet; contumelioſæ Deo Opt. Max. eſſent hujuſcemodi cogitationes, qui *vidit*, ut Moſes loquitur, *opera ſua eſſe bona*. Sed loquitur Propheta de hominibus ceteriſque creaturis, prout cum Deo conferuntur, præ cujus infinita Majeſtate, nihili inſtar evaneſcunt

18. *Quam imaginem ei ponetis*] מה דמות תערכו לו *mah dmouth thabarechou lo*, quam ſimilitudinem parabitis ei; hoc eſt, cum ſit immenſum diſcrimen, inter Deum & creaturas, nullâ imagine effingi debet.

19. *Simulacrum ſculptile conflat artifex*] הפסל נסך חרש *happheſel naſach bharaſch*. Hîc *conflat* נסך impropriè ſumitur, cùm ſermo ſit non de ſtatua metallo conſtante, ſed lignea laminiſque aureis, vel argenteis tecta, quæ ſolæ conflantur. Qualia ſimulacra ὑπόξυλα à Græcis dicuntur.

Aurifaber id auro inducit] צורף בזהב ירקענו *tſoreph bazzahab jarkihennou*, conflator auro id extendet, vel firmabit.

Laminas argenteas] רתקות כסף *rethukoth cheſeph*. *Catenas* vulgò interpretantur, ſed hoc loco *laminas*, cum *Hieronymo*, vertimus; quia ſermo eſt de ſimulacro ὑποξύλῳ. Eam ſignificationem deducimus à ſignificatione radicis רתק *ritthek*, in *Pihel*, apud Chaldæos, apud quos eſt *circumdare*, *ſepire*.

Conflat] צורף *tſoreph*. *Argentarium* vertit *Hieronymus*, nec malè; cùm agat Propheta de ſtatua argento obducta. Malui tamen participii loco habere. Sic habet: *Aurifex auro figuravit illud, & laminis argenteis argentarius.* Meliùs dixiſſet, *aut laminis*, aureo enim ſimulacro non imponebantur laminæ argenteæ, minùs pretioſæ; ut neque argenteæ catenæ ex eo pendebant.

aut laminas argenteas *propterea* conflat. 20. Pauperior oblationem ligni putredinem non ſentientis eligit, & artificem peritum ſibi quærit, ad ſtatuendum ſimulacrum ſculptile, *quod* non dimoveatur. 21. Annon ſcitis? annon audiviſtis? annon indicatum eſt vobis ab initio? annon adtendiſtis fundamenta terræ? 22. Inſidet *Deus* globo terræ, cujus incolæ ſunt ei inſtar locuſtarum; extendit cœlum inſtar conopei, ídque expandit, ut tentorium, in quo habitet. 23. Redigit principes ad nihilum, & judices terræ quaſi inanitatem reddit. 24. Non ſunt plantati, neque etiam ſati, neque truncus eorum in terram radices egit; ſtatim ac eos *ventus ejus* adflavit inareſcunt, & turbo ſtipulæ inſtar aufert. 25. Cui me adſimilabitis, & cui æquabor? ait Sanctus *Iſraëlis*. 26. Tollite ad ſublimia oculos veſtros, & videte, quis hæc creaverit, atque eorum exercitum pro numero eduxerit, & omnia *ſidera* nomine ſuo vocet. Præ magnitudine virium, & robore potentiæ, ne unum quidem deeſt. 27. Cur ergo diceres, Jacobe, cur *ita* loquere-

aureâ laminâ, vel argenteâ tegit, quam propterea conflat. 20. Pauperior lignum, putredinem non ſentiens, ſibi comparat, & artificem ſibi quærit peritum, qui ita ſimulacrum hoc loco cuidam adfigat, ut ne facilè amoveri queat. 21. Annon ſcitis, rem ſe ita non habere, vel certè audiviſtis ab initio? annon attendiſtis rationem, qua terra immota eſt? 22. Deus inſidet inconſpicuus globo terræ, cujus incolas videt, quaſi locuſtas. Extendit ſupra eos cœlum quaſi conopeum, ídque expandit ut tentorium, in quo ipſe habitat? 23. Illine principes redigit in nihilum, ut & judices, qui vacuum ſuum locum relinquunt? 24. Non ſunt plantati in terra, neque ſati, neque nituntur radicibus, quas in locis ſuis egerint. Statim ac ventus peſtifer eos adflavit, marceſcunt, & vehementiore turbine, ſtipulæ inſtar, ſtatim ac ventus eos adflavit, marceſcunt, & violentior turbo eos inſtar ſtipulæ aufert.

25. Cui me adſimilabitis, & cui me æquabitis? ait Rex Sanctus Iſraëlitarum? Convertite oculos ad cœlum & ſidera, quærite quis hæc creaverit, ea, quaſi exercitum pro numero, eduxerit, & nomine vocarit. Omnipotentiâ Dei ne unum quidem illorum deeſt, à tempore, quo ſunt creata. 27. Cur ergo diceretis, ô Jacobi poſteri, Deo ignota,

20. *Pauperior*] הַמְסֻכָּן *hamſuchan.* Hanc vocem & ſequentem תרומה *throunah* omiſerunt LXX. Intt. quòd non adſequerentur, quid ſibi vellent, hoc in loco. *Hieronymus*: *forte lignum* omiſſâ etiam alterâ voce. De priore verò: *in Hebraico*, inquit, *dicitur* AMSUCHAN *quod genus ligni eſt imputribile, quô vel maximè idola fiunt.* Sed *imputribile* exprimitur in ſequentibus ubi dicitur עץ לא ירקב *hets lo jirkab*, lignum *quod* (ſubaudiendum enim אשר) non putreſcet. Reverâ מסכן neque in Hebraïca, neque in vicinis Linguis, hoc ſignificat. Contrà מסכן *miſchen* eſt pauper Eccleſ. IV, 13. IX, 15, 16. & מסכנת *miſcheneth* eſt parcitas Deut. VIII, 9. Eamdem ſignificationem obtinet verbum סכן apud Chaldæos, & Syros; & Arabicè מסכין *meſchin* eſt inops, ut Italicè *meſchino* & Gallicè *meſquin*, ut eruditi Etymologi obſervarunt. Hinc, & innumeris aliis locis, liquet, Vett. Intt. nullum habuiſſe Lexicon, arte confectum, quod conſulerent; quale debuiſſent ſibi confeciſſe, antequàm manum Interpretationibus ſuis admoverent: ſed nec certam ullam Grammaticam habuerunt, ut dudum obſervavimus in *Quæſtionibus Hieronymianis.*

Oblationem ligni &c.] Qui non poteſt offerre Deo ſuo auream, vel argenteam ſtatuam, etiam ὑπόξυλον, ligneam tantùm offerebat; ſed è ligno, quod putredinem non ſentiret, quale fuit cedrinum, quod non erat illic rarum.

Quod non dimoveatur] לא ימוט *lo jimmot*; quia, nempe, baſi ferramentis adfixum hæret, ne à furibus auferatur. Sarcaſmus eſt Prophetæ.

21. *Annon ſcitis?*] Deum, nempe, cœli & terræ creatorem, non eſſe ejuſmodi ſtatuis ſimilem.

Annon adtendiſtis fundamenta terræ?] Numquámne reputaſtis, eum, qui terram creavit, & veluti fundamenta ejus poſuit, non poſſe eſſe ἀνθρωπόμορφον, cùm nemo homo tantam molem facere potuerit, ac proinde ſtatuis humanis exprimi non debere?

22. *Inſidet globo terræ*] היושב על חוג הארץ *hojjoſcheb hal hhog haarets.* LXX. Intt. ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς. Latinus: *qui ſedet ſuper gyrum terræ.* Metaphoricè hoc intelligendum, de præſentia Dei in terris, res ipſa clamat.

Inſtar locuſtarum] Hoc fecit ad vilitatem humani generis, cum Deo collati, oſtendendam. Alioqui plus dixit antea Propheta, cùm dixit, homines *eſſe coram Deo inſtar nihili*, aut *minùs quàm nihil.*

Inſtar conopei] כדק *chaddok.* LXX. Intt. ὡς καμάραν. Hieronymus: *ſicut tabernaculum.* In Commentario: *Cœli extenduntur ſicut camera, ſeu, ut in Hebraico continetur*, quaſi DOC, *de quo ſupra diximus, pro quo LXX.* ibi ſalivam *interpretati ſunt, & unum verbum nunc* ſputum, *nunc* cameram, *id eſt, fornicem tranſtulerunt; & tantam eorum latitudinem, quaſi tabernaculum & papilionem, extendit deſuper* &c. דק *dok*, vertimus *Conopeum*, quia *Conopea*, ſeu *Papiliones*, conſtabant tenuiſſimo linteo, quod ventus perflare poſſet, atque in ſumma ædium parte, apud Ægyptios rei inventores, collocabantur. Vide ad. C. XIX, 9.

24. *Non ſunt plantati* &c.] Nullas habent vires, quibus ſe ſe contra calamitatem & moriendi neceſſitatem tueantur.

26. *Tollite ad ſublimia*] שאו מרום *ſcheou marom*, pro אל מרום *el marom*, ad altitudinem; quo nomine cœlos intelligit, unde fit, ut ſequatur *exercitus eorum*; nempe, *cœlorum*,

loquereris, Iſraël: Abditum eſt vitæ meæ inſtitutum Jehovæ, & conſuetudo mea Deum meum præteribit? 28. Annon noſti, annon audiviſti, Deum æternum, Deum creatorem extremitatum terræ, non poſſe fatigari, aut laborare, neque ſapientiam ejus perveſtigari? 29. Dat robur fatigato, eique, *cui* nullæ ſunt vires, multam firmitatem ſuppeditat. 30. Fatigabuntur pueri & laborabunt, ac juvenes ceſpitabunt; 31. at ſpem in Jehova ponentes robur *ſuum* renovabunt; ſubcreſcent *iis* pennæ, quaſi aquilis; current, nec laborabunt; ibunt, nec laſſabuntur.

Vocatio Gentium ad veri Dei cognitionem, confirmatio piorum & confutatio Gentilium.

CAPUT. XLI.

1. TACETE mihi inſulæ, populi renovent vires ſuas, accedant & tum demum loquan-

ignuta, quæ facitis, & fore, ut eum fugiant? 28. Annon ſcitis, annon auditis à parentibus, aut magiſtris veſtris, eſſe Deum æternum, Deum creatorem totius Terræ, qui nequeat fatigari, cùm laborare non poſſit, & cujus ſapientia imperveſtigabilis ſit. 29. Ille etiam fatigato novas vires ſuppeditat, & quidem majores, quàm antea habuerat. 30. Si ſint pueri & juvenes, qui laborent & ceſpiteut; 31. *& ſeqq.* vires ſuas brevi tempore recuperabunt.

PARAPHRASIS.

1. INSULÆ Marium vicinorum ſibi novas vires comparent, &, tum demum conſilia ſua

rum, quod eſt τὸ σημαινόμενον, ad quod pronomen plurale refertur.

Pro numero eduxerit] Cùm ſingulis noctibus, quibus lucent, aſtra eodem numero veluti educit.

Nomine ſuo vocet] Singula novit, ut qui nomine ſingulos milites adpellant, ſine nomenclatore, eos norunt.

Robore potentiæ] אמיץ כח *ammits choahh.* Aut אמיץ hìc eſt nomen ſubſtantivum, aut ſubaudiendum וכי *vechi*, *& quia potens eſt robore.*

Ne unum quidem deeſt] איש לא נעדר *iſch lo nahdar*, quiſque non deeſt; hoc eſt, ne unum quidem deeſt, quia potentiâ ſuâ ſidera omnia conſervat.

27. *Abditum eſt vita mea inſtitutum*] נסתרה דרכי *niſthara darchi*, occulta eſt via mea. Improbi Judæi flagitia ſua Deo latere putabant, aut certè ita vivebant, quaſi putarent, dum vitiis ſuis ſecurè indulgebant.

Conſuetudo mea] משפטי *miſchphati*, judicium meum; ſed ſumitur etiam pro conſuetudine. Vide 1. Sam. II, 13. VIII, 9. ubi lege notata.

Præteribit] יעבור *jahabor*, tranſibit, quod hìc eamdem vim obtinet, ac *præterire* Latinè pro eo, quod eſt latere, fugere.

28. *Deum æternum* &c.] Supplendum כי *chi*, ut ſit כי אלהי עלם *chi elohe holam*, quod Deus æternitatis.

Non poſſe fatigari] לא ייעף *lo jihaph*, non fatigabitur. Ea frequens eſt vis Futuri. Non poteſt fatigari Deus perpetuâ omnium rerum contemplatione, & gubernatione, quâ rebus humanis intervenit, quando & quemadmodum vult.

Neque ſapientiam ejus perveſtigari] אין חקר לתבונתו *en hheber lithbounatho*, nulla eſt perveſtigatio ſapientiæ ejus. Neque cauſas cur ſe gerit, quemadmodum facit, ſive agat, ſive patiatur quidpiam ab hominibus fieri, neque rationem, quâ intervenit rebus noſtris. Nec tamen ullo modo dubitare poſſumus, quin ſapienter & ceteris ſuis virtutibus convenienter ſe gerat; quia innumera ſapientiæ & virtutum ceterarum, nullâ vel minimâ labe vitii laborantium, ſpecimina indubitatò edidit, teſtatúſque eſt, in revelatione ſua, rem ita ſe habere. Furioſum eſt velle Providentiam Divinam carpere, quia nobis multa ſunt in ea obſcura, qui ne minimas quidem creaturarum penitus novimus; quantò minùs immenſam illam naturam, quæ omnia creavit?

31. *Robur ſuum renovabunt*] יחליפו כח *jahhaliphou choahh*; facient ut priſtinis viribus exhauſtis ſuccedant novæ. Hæc eſt enim vis verbi Hebraïci. LXX. Intt. ἀλλάξουσι, Vulgatus *mutabunt*, non ſat commodè.

Subcreſcent iis pennæ, quaſi aquilis] יעלה אבר כנשרים *jahaleh eber channeſcharim*, adſcendet penna ut aquilis. LXX. Intt. eleganter πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοί. Vulg. *adſument pennas ſicut aquilæ.* Vide Pſ. CIII, 5. & *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 1. ubi omnia, quæ ad hanc rem faciunt.

COMMENTARIUS
In Caput XLI.

1. T*Acete mihi Inſulæ*] Hoc eſt, tacete, ut me audiatis, ea dicturum, quæ pertinent ad ſalutem veſtram. *Inſulæ* dicuntur inſulæ & pæninſulæ (neque enim has diſtinguit nominibus propriis Hebraïca Lingua) maris Interni, potiſſimùm quæ à Græcis incultæ ſunt. Itaque magna pars Græciæ voce איים *ijim*, inſulæ, continetur. Quin & A-

ſia

loquantur, paritérque in jus eamus. [2]. Quis excitavit ab oriente juſtitiam? Quis vocavit eum *virum*, ut ſe ſequeretur, poſuit coram eo gentes, fecit, ut imperaret Regibus, deditque *eos* ut pulverem ejus gladio, útque ſtipulam *vento* pulſam ejus arcui? [3]. Perſequitur eos, tranſibit incolumis, per viam quam pedibus ingreſſus non fuerat. [4]. Quis operatus eſt & fecit hæc, vocans ætates *hominum* ab initio? Ego Jehova primus, idémque cum ultimis. [5]. Videbunt inſulæ & timebunt, fines terræ trepidabunt, adpropinquabúntque & venient.

[6]. Quisque *tamen* proximo ſuo auxilium feret, & fratri ſuo dicet: forti animo eſto. [7]. Animum addet faber conflatori; lævigabit malleo id, quod funditur, in incude, & dicet: bonum eſt, ut jungatur, & firmabit id clavis, ne dimoveatur.

[8]. Tu

ſua nobiſcum communicent, atque in jus eamus. 2. Quis dabit operam, ut vera virtus in Oriente velut excitetur? Quis virum bonum (*qualis Cyrus Perſarum Rex*) vocavit, ut ſe ſequeretur? Quis ei gentes, quas ſubigeret, & Reges, quos vinceret, ei objecit; cùm non magis reſtiterint, quam pulvis gladio, & ſtipula gladio? 3. Perſequetur eos fugientes, tranſibit limites hoſtiles incolumis, per viam, quam numquam calcaverat. Quis talia geſſit, & memoriæ mandavit ab initio? Ego Creator, qui ante omnes fui, & qui ultimis rebus geſtis adſui. 5. Hæc videbunt incolæ vicinarum inſularum, & ultimi terrarum fines, quorum incolæ acceſſerunt, ut rei adeſſent.

6. Quisque tamen proximo auxiliabitur, & forti eum eſſe animo jubebit. 7. Animum addet faber ferrarius conflatori, lævigabit malleo in incude id, quod liquefactum fuerat, ut arctiùs conjungatur,

ſia Minor, quæ magna eſt pæninſula, eâ comprehendi non abſurdè videri queat. Ipſi Græci, quibus non deerat vox χερρόνησος, quâ pæninſulam vocarent, ſæpe voce νῆσος non tantùm pæninſulam, ſed etiam promontorium adpellarunt. Hinc Πελοπόννησος *inſula Pelopis* dicta eſt, quæ *Apia* alioqui vocitabatur. Hinc *Stephanus* Buthrotum *inſulam* dicit, quæ pæninſula erat: Βουθρωτός, νῆσος περὶ Κέρκυραν. Sic enim habent Editiones Aldina & Florentina & Codex Voſſianus; quam ſcripturam malè corruptiſſimam vocat *Abr. Berkelius* & perperam mutat in χερρόνησος cum *Xylandro*. Promontoria vocari inſulas dudum probavit *Iſaacus Caſaubonus* ad Strabonis Lib. III. p. 201. Ed. Amſtel. Idem obſervavit & *Claud. Salmaſius* Exercit. ad *Solinum* p. 836. Ed. Ultrajectinæ. Nemini ergo mirum videbitur, nomine *Inſularum*, apud Prophetam, ſignificari Græciam & Aſiam Minorem, quibus adjungas licet Italiam, quæ ſunt Pæninſulæ majores, quibus innumeræ minores pæninſulæ & ἄκραι continentur. Eſt hæc apertiſſima Gentium, ad cognitionem veri Dei vocatio; quod etiam ex ſequentibus magis liquet.

Populi renovent vires ſuas] יחליפו כח *jabbaliphou choahh*, ut antea; hoc eſt, vires omnes ingenii, quas inſcitiâ & erroribus amiſerunt, recuperent, ut verum à falſo ſecernere queant. Neque enim hic ſermo eſt de viribus corporis, quæ ad rem, quæ agitur, nihil faciunt, ſed de animi perſpicacia.

Paritérque in jus eamus] יחדו למשפט נקרבה *jabhdau lammiſchphat nikrabah*, ſimul ad judicium accedamus. Hoc eſt, expendamus rationes, quæ poſſunt proferri, ut Deum Iſraëlis verum & unicum Deum eſſe intelligamus; quarum veritate deprehenſâ, nihil eſt, cur Gentiles ampliùs nobiſcum contendant. Quod reverâ ſequentia abundè probant.

2. *Quis excitavit ab oriente juſtitiam*] Sequentia oſtendent *juſtitiam hanc*, eſſe Cyrum, Perſarum & totius deinde Orientis regem; quem ſæculo & eo amplius, antequàm rerum potiretur, deſcripſit Eſaias, & nomine etiam proprio vocavit. *Grotius* Abrahamum intelligit, qui ex Oriente in Chananæam venit; ſed quæ poſtea dicuntur meliùs multò in Cyrum quadrant, qui apud Græcos illuſtrior longè, ob res geſtas, fuit, ac reverâ juſtitiæ amans & obſervans, prout ferebant tempora, fuit. Ejusmodi prædictio, tot annis antè, certiſſimum eſt argumentum, unde liquidum, eventu conſpecto, factum eſt, & Eſaïam fuiſſe à Deo miſſum, & Deum verum atque unicum eum, qui à Judæis colebatur.

Quis vocavit eum virum] Addidimus *virum* perſpicuitatis causâ. A nemine Deorum commentitiorum vate prædictus fuerat Cyrus; nec prolatum fuerat ullum eorum oraculum, quo ad Imperium Orientis vocaretur; cùm Perſarum Gens his temporibus eſſet ignota, nec ullo modo Medis, Aſſyriis, aut Babyloniis conferenda. Itaque jure merito Deus Iſraëlis hominem à ſe vocatum eſſe, & quidem à ſe uno, per Eſaïam dixit.

Ut ſe ſequeretur] לרגלו *lraglo*, ad pedem ſuum. LXX. Int. κατὰ πόδας αὐτοῦ, ſenſum expreſſit Vulgatus, *ut ſe ſequeretur*. Vide Gen. XXXIII, 14. & 1. Sam. XXV, 42.

Poſuit coram eo gentes] Ei expoſuit ſubigendas. Vide not. ad Gen. XIII, 9. Cyro totum Orientem invadendum præbuit Deus, quod copioſè narrant *Herodotus* Lib. I. & *Xenophon*, etiam pluribus, in Cyropædia, aut potiùs vita Cyri.

Fecit, ut imperaret Regibus] ומלכים ירד *oumlachim jard*. Eſt pro ירדה *jardeh*, & ante מלכים ſubaudiendum ב, cum quo hoc verbum conſtrui ſolet. De Cyro res eſt indubitata, qui Reges Armeniorum, Babyloniorum, & Lydorum vicit, & dicto audientes habuit.

Deditque, eos ut pulverem ejus gladio] יתן כעפר חרבו *jitthen chebaphar lhharbo*, pro לחרבו *lhharvo*. Quamvis non ſoleat pulvis gladio feriri, tamen non reſiſtit gladio; atque hoc vult Propheta fore, ut nemo Cyro reſiſteret.

Ut ſtipulam vento pulſam ejus arcui] קשתו *kaſtoo*,

8. Tu verò, ô Iſraël, ſerve mi; Jacobe, quem elegi; poſteritas Abrahami, quem amavi; 9. *tu*, quem ab extremis terris adprehendi, atque ex earum finibus vocavi, & cui dixi: ſervus meus es tu, elegi te, nec aſpernatus ſum; 10. ne timeas, nam tibi ego adſum; ne circumſpicias, nam Deus tuus ſum; te corroboravi, imò tibi etiam auxiliatus ſum, téque ſuſtentavi juſtâ meâ dextrâ. 11. En pudore adficientur, atque erubeſcent quicumque tibi irati fuerint, ad nihilum redigentur, & peribunt, qui tecum contenderint. 12. Quæres eos, nec invenies; qui tecum litigaverint erunt, ut qui non ſunt, & qui bellum geſſerint tecum, inſtar nihili; 13. quia ego Jehova, Deus tuus, dextram tuam corroboro, & tibi dico: ne timeas, nam te adju-

tur, idque conjunxit clavis, ne dimoveatur.

8. Vos verò, Iſraëlitæ, quos elegi; poſteri Abrahami, quem amavi; tu Iſraël, quem ab ultimis terris vocavi, & adprehendi, neque aſpernatus ſum, 10. nihil timeatis, nam vobis adſum, nec circumſpicies ſocios, qui tibi adjungentur, cùm tibi adſim. Te corroboravi, tibi auxilio fui, téque dextrâ meâ, quâ juſtitiam tueor, auxiliatus ſum. 11. Pudore adficientur, atque erubeſcent, quicúmque tibi inimici fuerunt; peribunt, qui tibi irati fuerint, & qui tecum contenderint, delebuntur. 12. Quæres eos, nec invenire poteris; ii, qui tecum contenderint, erunt, ut qui non ſunt, & qui bellum geſſerint, inſtar nihili; 13. quia ego Crea-

kaſtho, pro לקשתו *lkaſchtho*, arcui ejus. Sagittis quidem non petitur ſtipula, ſed nec reſiſtit. Fateor non ita loquuturos fuiſſe Græcos & Romanos, quorum molliores ſunt & tranſlationes & comparationes; ſed aliud eſt Linguarum Orientalium ingenium.

3. *Tranſibit incolumis*] יעבור שלום *jahabor ſchalom*, pro בשלום *bſchalom*, in pace; hoc eſt, incolumis, nam præliis viam ſibi per ſuperiorem & inferiorem Aſiam aperuit.

Per viam, quam pedibus ingreſſus non fuerat] Poteſt quidem hoc intelligi de locis, quæ numquam adierat Cyrus. Sed videtur frigidius, quis enim eorum, qui plures gentes domuerunt, per omnes terrarum, quas colebant, tractus iter fecit, antequàm eas domaret? Itaque præſtiterit hæc intelligere de via, quam ſibi Cyrus, per medium Euphratem, Babylonem invaſurus, aperuit, quam nemo umquam pedibus calcaverat. Qua de re, diximus ad C. XIII.

4. *Vocans ætates hominum ab initio*] קרא הדרות מראש *kore doroth meroſch*, hoc eſt, vocans homines certæ cujusdam ætatis, antequàm quidquam adgrediantur, ad aliquid faciendum. Quod fecit, cùm Cyrum & Perſas vocavit, ad Imperium Aſiæ capeſſendum & Judæos à Captivitate liberandos, Cap. XLV. Vide vers. 26.

Ego Jehova primus idémque cum ultimis] אני יהוה ראשון ואת אחרנים אני הוא *ani Jehova riſchon veeth abharonim ani hou*. Ego Jehova primus & cum ultimis ego ipſe. Hoc ſolus facere poteſt, qui æqualis eſt primis & ultimis; primos, nempe, vocare ad quidpiam faciendum, atque ultimos ad id peragendum. Quod Deus fecit ab initio rerum atque etiamnum præſtat. Dicitur eodem ſenſu, *primus & ultimus* C. XLIV, 6. & XLVIII, 12. Sic Apoc. I, 17. ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος vocatur Chriſtus, qui inchoavit, & qui perficiet opus redemtionis.

5. *Videbunt inſulæ* &c.] Græci, nempe, victorias Cyri, videbunt, ſibíque ab eo timebunt, ac in ſuperiorem Aſiam ibunt, ut majeſtatem ejus conſpiciant. De minoris Aſiæ incolis, qui ab eo ſubacti ſunt, potiſſimùm hoc intelligendum.

6. *Quisque tamen proximo ſuo* &c.] Nec tamen homines ab Idolatria curabuntur, ſed ſtatuas, quas colant, ſibi facient. Hæc enim & ſequentia ad rem eamdem pertinere videntur.

Forti animo eſto] חזק *hhazak*, confirmare. Dicet, nempe, conflatori, aut ſculptori, ut oſtendit prima vox ſequentis versûs.

7. *Animum addet faber conflatori*] ויחזק חרש את צורף *vajjehhazzek hharaſch eth tſoreph*, confirmabit faber conflatorem; qui, nempe, ligneam ſtatuam fecit, quæ tegatur laminis aureis, vel argenteis, ut vidimus C. XL, 9. *& ſeqq.*

Lævigabit malleo id, quod funditur in incude] מחליק פטיש את הולם פעם *mahhalik mattiſch eth hholem phaham*, lævigabit malleo (פטיש pro בפטיש *bmatthiſch*) tuſionem incudis. In bracteas, nempe, duci oportet metallum, antequàm imponatur ſtatuæ ligneæ.

Bonum eſt, ut jungatur] לדבק טוב הוא *laddebek tob hou*, ad adhæſionem bonum eſt hoc aurum, vel argentum; hoc eſt, bracteæ ſatis tenues ſunt, ut ligno aptari & adhærere queant. LXX. Intt. σύμβλημα καλόν. *Aquila & Theodotion*, τῇ κόλλῃ ἀγαθόν ἐστι. *Symmachus* εἰς κόλλησιν. Vulgatus: *glutino bonum eſt*. Quod de ferruminatione interpretantur; malim de adhæſione laminarum typo ligneo.

Firmavit clavis &c.] Ligno conjunget, additis clavis, nimirum, aureis, vel argenteis, ne dehoneſtet ferreis ſtatuam; quibus tamen firmiùs adhærent bracteæ ligno, ne auferri facilè queant.

8. *Quem amavi*] אהבי *ohabi*, amici mei.

Ab extremis terris adprehendi] *Quem adprehendi ab extremitatibus terræ*. Quia, nempe, Deus Abrahamum, conditorem gentis, è Chaldæa vocaverat.

Earum finibus] מאציליה *meatſileha*, ex ejus ſemotis partibus, nam אצל eſt ſegregavit, ſepoluit, & vox hæc, ut ſic loquar, parallela τοῖς קצות *ktſoth*, extremitatibus. Unde & Vulgatus: *è longinquo ejus*. LXX. Intt. ἐκ τῶν σκοπιῶν, neſcio quare. *Symmachus* ἐκ τῶν ἀγκώνων, cubitos confundens cum *axillis*, quæ eſt etiam hujus vocis ſignificatio.

10. *Ne circumſpicias*] אל תשתע *al thiſchtheah*. Eſt futurum *Hitphaël*, è שעה *ſchaha* reſpexit, & quidem interdum certè, ad eum, cujus

adjuvabo. [14]. Ne formides, Jacobi vermis [homines Iſraëlitæ] auxiliatus tibi ſum, ait Jehova & vindex tuus *Deus* Sanctus Iſraëlis. [15]. En effeci, ut evaderes inſtar trahæ, *&* tribulæ novæ, cuſpidibus inſtructæ; triturabis montes, comminues colles, *eóque* rediges, *ut ſint* inſtar glumæ. [16]. Sparges eos, ventus eos abripiet, turbo disjiciet; tu verò exſultabis in Jehova, Sancto Iſraëlis, *&* temet ipſe jactabis. [17]. Pauperes & egeni quærebant aquam, ſed non erat; lingua eorum deficiebat, præ ſiti; at ego Jehova eos exaudiam, *ego* Deus Iſraëlis eos non deſeram. [18]. In editis locis, aperiam fluvios, atque

Creator, Deus tuus, tibi vires ſuppedito, & te veto timere, eo quod te adjuvabo. 14. Ne hoſtes tuos timeas, quamvis te vocitent Jacobi vermem, nam te adjuvi hactenus, & porrò juvabo, qui Sanctus Iſraëlis vocor. 15. Effeci ut fieres inſtar trahæ, ac tribulæ novæ, magnis cuſpidibus inſtructæ, & triturabis montes, comminues colles, ita ut facti ſint inſtar glumæ. 16. Diſſipabis eos, ventus abripiet, turbo disjiciet, tu verò lætaberis auxilio Dei, & temet ipſe jactabis. 17. Pauperes quærebant aquam, quam biberent; lingua eorum ſiti deficiebat, at ego Creator omnium rerum eos exaudiam, & qui ſum Deus, qui favet Iſraëlitis, nec eos deſeram. 18. In montibus aperiam fomes fluviorum, atque in campis ſubjectis erumpent fontes; deſertum antea aridum

cujus auxilio quis indiget. Hinc Deus, quem timere non vult, vetat *reſpicere*, aut *circumſpicere*, ſicunde auxilium adveniat. Vide C. XVII, 7, 8. XXXI, 1.

Juſtâ meâ dextrâ] *Dextrâ juſtitiæ meæ.*

Ad nihilum redigentur] *Erunt ut nihil.*

Qui tecum contenderint] *Homines contentionis tuæ.* Idem loquendi genus bis occurrit verſu ſequenti, *homines litigationis tuæ*, & *homines belli tui.*

14. *Homines Iſraëlitæ*] מתי ישראל *mthe Iſraël*, quæ videntur eſſe gloſſema, quod additum, interpretationis causâ, antecedentibus verbis *Jacobi vermis*, quibus ſignificatur contemtus, eo tempore, Iſraëlitarum ſtatus. Vide Pſ. XXII, 7. LXX. Intt. vocem תולעת non verterunt. Ceteri Intt. Græci habent σκώληξ, & Vulgatus *vermis.*

15. *Effeci, ut evaderes inſtar trahæ*] *Poſui te in traham.* Eſt Hebraïcè למורג *lmorag*, quod vertimus *traham*, hoc eſt, quod Gallicè vocatur *une herſe*: & deducimus à Chaldaïca radice מרג *merag*, quæ eſt *impellere*, nam traha funibus impulſa trahitur. LXX. Intt. τροχοὺς ἁμάξης, Vulgatus *plauſtrum* verterunt. Sed nullo exemplo conſtat, neque ratione ullâ Etymologicâ probabile fit מורג *rotas plauſtri*, aut *plauſtrum* ſignificare. Res, quæ hîc agitur, poſtulare etiam videtur, ut *traha* intelligatur, quâ agri arati & occati ſuperficies æquatur; pollicetur enim Deus Judæis fore, ut *triturent colles & comminuant colles, eòque redigant, ut ſint inſtar glumæ*; quibus verbis æquatio locorum editorum, ſolo priùs in pulverem comminuto, propriè ſignificatur; tralatitio verò ſenſu, vicinorum principum clades, quibus Judæis pacem concedere cogantur; aut, ſi ita videatur, ſpirituali ſententiâ, victorias relatas, ope Evangelii, de Ethnicis populis. Hîc ergo non videtur agi propriè, de uſu *trahæ* in trituratione, ſed in æquatione ſuperficiei terræ, quod fit ope trahæ dentatæ, verùm levioris.

Et tribulæ novæ cuſpidibus inſtructæ] חרוץ חדש בעל פיפיות *hharouts hhadaſch bahal phiphijoth*, tribulæ novæ dominæ acierum; hoc eſt, tribulæ nondum uſu tritæ & habentis adhuc acutos dentes. Repetiimus hic ל ante חרוץ *hharouts*, ut intelligatur Iſraël factus, non tantùm inſtar *trahæ* levioris, ſed & inſtar *tribulæ* gravioris. Hanc ſic deſcribit *Varro* de R. R. Lib. I. c. 52. *Fit è tabula lapidibus aut ferro exaſperata, quæ, impoſito aurigâ, aut pondere grandi, trahitur jumentis junctis, ut diſcutiat è ſpica grana; aut ex aſſibus dentatis, cum orbiculis, quod vocant ploſtellum Pœnicum. In eo quis ſedeat atque agitet, quæ trahant jumenta; ut in Hiſpania citeriore & in aliis locis faciunt.* Sic rem deſcribit *Hieronymus* in Hamos I, 3. ubi negat Deus, ſe reducturum Damaſcenos, *eò quòd Galaaditas tribulis ferreis triturarint*, בחרצות הברזל *bhharutſoth habbarzel*, in plauſtris ferreis, ut habetur in Verſione Vulgata: *Pro tribulis, quæ Hebraïcè adpellantur* ARSOTH *& à Theodotione tranſlatæ ſunt*, rotæ ferreæ, *quæ nos* plauſtra ferrea *interpretati ſumus*, *ſeptuaginta tranſtulerunt* ſerris ferreis. Eſt autem genus plauſtri, *quod rotis ſubtus ferreis atque dentatis volvitur, ut, excuſſis frumentis, ſtipulas in areis conterat, & in cibos jumentorum, propter fœni ſterilitatem, paleas comminuat.* Sic & *Servius* ad Georg. I, 164. ait *tribulam* eſſe *genus vehiculi omni parte dentatum, quo teruntur in area fruges maturæ, quo maximè in Africa utebantur.* Traham verò ſic deſcribit: *vel tabula eſt, ut quidam dicunt, quæ, trahentibus bubus, ſolet areæ induci ad pabulum colligendum; vel vehiculum, ſine rotis, quod vulgò* traham *dicunt.* Gloſſæ verò antiquæ: τυκάνη τὰς βώλους ἀφανίζουσα, quod fit hodie, ope trahæ, quæ vocatur Gallicè *herſe*. Attamen τυκάνη etiam fuit inſtrumentum, quo triturabant, ut docet *Euſtathius* in *Homerum* p. DCCCCLXVII, 18.

17. *Pauperes & egeni* &c.] Hæc & ſequentia ad verſum 20. magnam rerum mutationem ſignificant, non corporearum, quæ hîc memorantur, numquam enim contigit; ſed animorum & opinionum, quam, invaleſcente Chriſtianiſmo, non in Judæa tantùm, ſed & per reliquum terrarum orbem, videre licuit. Aliter, ab eo tempore, ſenſerunt homines de Deo, ejuſque cultu; aliter de promiſſis ejus & minis; aliter de moribus; ut tota hominum natura & vita mutata eſſe videretur. Nec ſingulorum myſticam ſignificationem, quæ fortè nulla eſt, certè nobis innoteſcere

Digitized by Google

atque in mediis campis fontes, deſertum convertam in ſtagnum aquæ, & terram aridam in aquæ ſcaturigines. 19. In deſerto collocabo cedrum, ſittam, myrtum, & oleam; ponam abietes, pinum & buxum ſimul; 20. ut videant, ſciant, *in animo* reponant, atque intelligant, manum Jehovæ hoc feciſſe, & Sanctum Iſraëlis hoc creaſſe.

21. Admovete cauſam veſtram, facite, ut accedant robora veſtra, ait Rex Jacobi. 22. Adſint, & prænuncient nobis, quæ contingent; priùs quàm ſint, illa indicate, atque animum adtendemus, & ſciemus, qualia in poſterum *ſint futura*; aut facite, ut ventura audiamus. 23. Prænunciate ventura poſthac, atque ſciemus Deos vos eſſe: bonum

dum mutabitur in ſtagnum, & terra ſicca emittet ſcaturigines. 19. In deſertis locis plantabo cedros, ſitias, myrtos, & oleam. Addam abietem, pinum & buxum ſimul, ut, qui videbunt, certò intelligant, Creatorem, eumdemque Deum Iſraëlis, hæc creaſſe.

21. Cauſam veſtram agite apud me, &, ait Rex Iſraëlis, 22. accedant veſtri, ut putatis, vates, qui, quæ fient, ab hoc tempore prædicent, antequam contingant, atque animum adtendemus, ut ſciamus, quid ſit in poſterum futurum. 23. Quòd ſi viderimus, eos divinos eſſe, fatebimur. Bonum &

noteſcere non poteſt, ita ut nullum ſuperſit dubium, quærere nos par eſt; ſed tantùm intelligere tantam mutationem deſcribi, imò majorem & mirabiliorem, quàm ſi ſubitò loca ſicca aquis abundarent, aridæque ſolitudines, fermè plantis carentes, ſubitò omni arborum genere, etiam earum, quæ numquam in iis creverant, undequaque refertæ cernerentur. In hac ergo ſententia, ſi ſapimus, adquieſcemus, ne ſomnia noſtra, pro divinæ ſapientiæ arcanis, temerè venditemus, ut nimis frequenter fit.

Deficiebat præ ſiti] בצמא נשתה *battſama naſchattha*. LXX. Intt. ἀπὸ δίψης ἐξηράνθη, Latinus: *ſiti aruit*. Eſt à verbo נשת defecit. Vide Eſa. XIX, 5. Jerem. LI, 30. Ex conjectura verterunt *aruit*, cùm ſignificari poſſit, loqui non poſſe, præ ſiti.

18. *Aperiam fluvios*] Faciam, ut erumpant fluvii, amotis obicibus, quibus clauſi in terræ viſceribus tenebantur.

19. *Cedrum, ſittam, myrtum & oleam*] ארז שטה והדס ועץ שמן *erez, ſchittah, vahadas vehets ſchamen*. Primà voce ארז *erez*, cedrum ſignificari conſtat, quæ nuſquam cernebatur niſi in Libani montis jugis. שטה *ſchittah* quæ ſit non conſtat. *Hieronymus* in Comment. in hoc Caput, col. 314. Ed. Bened. *De* SETTA *Hebraïco tantùm ediſſeramus, quam ſpinam Theodotio tranſtulit. Eſt autem genus arboris naſcentis in eremo, ſpinæ albæ habens ſimilitudinem, unde omnia ligna arcæ, & tabernaculi facta ſunt inſtrumenta, quæ adpellantur* SETTIM; *quod lignum imputribile & leviſſimum omnium lignorum, tam in fortitudine, quàm in nitore ſoliditatem ſuperat & pulcritudinem.* Incerta hæc ſunt, ut liquebit, ſi legatur, quod ſcripſimus ad Exod. XXV, 5. Hîc LXX. habent πύξον, alibi ἄσηπτα vocant. Eumdem vide & ad Joëlis Cap. III. col. 1367. & *ſeqq.* Edit. Bened.

Myrtum] הדס *hadas*. LXX. Intt. μυρσίνην. Hieronymus *myrtum*. Oleam vertimus *lignum olei*, & *Hieronymus lignum olivæ*. Attamen hîc LXX. quaſi dormitantes, κυπάρισσον καὶ λεύκην, *cupreſſum & populum albam*, quæ nihil ad rem.

Abietes, pinum & buxum] ברוש תדהר ותאשור *broſch, thidhar, outheaſchour*. *Aquila* ἐλάτην καὶ πτελέαν καὶ πύξον, *abietem, pinum, & buxum*. *Symmachus* in duabus poſtremis arboribus conſentit, pro prima habet κυπάριστον. Attamen *abietem* vertere ſolent Intt. plerique. LXX. hic nihil habent, præter κυπάρισσον & λεύκην, tam pro *olea*, quàm pro duabus poſtremis arboribus. Hieronymus *abietem, ulmum & buxum*. Neſcio annon *buxus* ſit arbor ſolitudinis; certè, in Europa aſperis & incultis locis gaudet.

20. *Sciant* &c.] Hæc adcumulantur majoris adfirmationis cauſâ, ut paſſim apud hunc Prophetam & Jeremiam. Vide infra vers. 22. & 23. & ſæpiùs in ſequentibus.

In animo] Supplevimus בלב *bleb*, in corde, quod neceſſariò ſubaudiendum.

Hoc creaſſe] בראה *braah*. Quod de inſolitis Dei operibus adhiberi ſolet. Vide dicta ad Gen. I, 1.

21. *Admovete cauſam veſtram*] Hìc compellat Deus non Idololatras, ut vers. 1. ſed eorum Deos. Eſt קרבו ריבכם *korbou ribechem*; hoc eſt, accedite nunc ad tribunal (Rectæ, nempe, Rationis) & cauſam Idololatriæ dicite.

Robora veſtra] עצמותיכם *hatſmothechem*, quæ putatis eſſe cauſæ veſtræ firmamenta proferte. LXX. Intt. ἤγγισαν βουλαὶ ὑμῶν, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent עצתכם *hatſotham*, extritâ unâ litterâ, *conſilia veſtra*. Ceteri Græci Intt. haud aliter legerunt, ac nos, cùm habeat *Aquila* κραταιώσεις ὑμῶν, *Symmachus* τὰ ἰσχυρὰ, & *Theodotion* τὰ κραταιώματα. Vulgatus: *ſi quid fortè habetis*.

22. *Adſint, & prænuncient* &c.] Hinc poſſunt egregiè confutari, qui putant frequentiſſimè, apud Ethnicos futura à Cocodæmonibus prænunciata; quòd hîc à nemine, niſi à ſe, fieri poſſe ſtatuat Deus. Pleraque omnia illa oracula, quæ leguntur, apud Veteres Græcos; aut numquam ſunt edita, aut ab hominibus pronunciata, ut viri docti ſatis oſtenderunt, & præſertim Vir Eruditus *Antonius van Dale*. Sæpiùs hîc repetitur provocatio Dei, ne leviter res prætereat, ſed altiùs in animum deſcendat, præſertim Idololatrarum Judæorum.

23. *Bonum etiam & malum facite*] Benefacite, aut malefacite. Poſtquàm, nimirum, prædixiſſent, talia ſe facturos.

Videbimúſque & pariter contemplabimur] ונשתעה ונירא *veniſchthaha venireh*. LXX. Intt. θαυμασόμεθα καὶ ὀψόμεθα, & Vulg. *& loquemur & videamus ſimul*. Sed שעה eſt ſine dubio inſpe-

num etiam, & malum facite, diligentiúſque inſpiciemus, & pariter videbimus. 24. At vos eſtis minus nihilo, opúſque veſtrum minus quàm nihil; abominanda res vos elegit. 25. Excitabo à Septemtrione *virum*, qui veniet; ab ortu Solis invocabit nomen meum; & calcabit proceres inſtar luti, & inſtar argillæ, quam figulus conculcat. 26. Quis prænunciabit ab initio, ut ſciamus, & priùs, ut dicamus innocentem *eſſe*? Verùm nemo prænunciat, nemo facit, ut audiamur; nemo ſermones noſtros audit. 27. Priùs Sioni (ecce, ecce illas) & Jeroſolimæ dabo fauſta nunciantes. 28. Intueor, verùm

& malum facite, quæ inſpiciamus diligentiùs, & de quibus judicabimus. 24. At vos eſtis quidpiam minus nihilo, idque, quod facitis, non eſt majore laude dignum. Abominandum quiddam Numen vos ſibi elegit.

25. Excitabo à Septemtrione, & quidem è Media ortum virum, qui ab ortu veniet, & me colet, calcabit proceres inſtar luti, & argillæ, quam figuli conculcant. 26. Quis verò nunciabit ab initio, ut dicamus fuiſſe eum innocentem? Sed nemo rem prænunciabit, ut eam audiamus, nemo ſermonibus noſtris aurem præbet. 27 Prius Sioni & Jeroſolimæ (ecce verò illas) dicam, qui fauſta nuncient. 28. Video illos, ſed nemo illos audit,

inſpexit, & in *Hithpahel diligentiùs inſpexit*, aut *operam dedit, ut inſpiceret*. Ita loquitur Propheta, nomine Dei, ut innuat fraudes fuiſſe in ejusmodi prædictionibus, quæ commenticiorum Deorum Prophetis tribuebantur, adeóque, ſi res propiùs inſpiceretur, vatum mendacia deprehenſum iri.

24. *Minùs nihilo*] מאין *meajin*, quo de loquendi genere diximus ad C. XL, 17. Minùs quiddam erant nihilo, quæ mera hominum figmenta erant. LXX. Intt. πόθεν ἐστὲ ὑμεῖς. *Hieronymus* in Edit. Vulgatæ *ex nihilo*, in Comment. *pro nihilo*, in Ed. Bened.

Minùs quàm nihil] מאפע *meephah*. LXX. Intt. iterum ἐκ πόθεν. Hieronymus: *ex eo quod non eſt*. Alibi hæc vocula non legitur. *Val. Schindlerus* putabat *Hieronymum* legiſſe מאפס, quod id ipſum ſignificat, C. XL, 17. citátque veluti è LXX. Intt. ἐκ γῆς unde colligit, legiſſe eos מאפר *meepher*, è cinere, aut מעפר *mehaphar*, è pulvere; ſed unde hanc lectionem LXX. Intt. ſumſerint neſcio.

Abominanda res vos elegit] תועבה יבחר בכם *thohebah jibhhar bachem*. Videretur legendum תבחר *thibhhar*, quia vox antecedens eſt fœminini generis. Sed intelligitur *homo* abominandus, qui ejusmodi Deos ſibi elegit.

25. *Excitabo à ſeptemtrione virum*] Interpretatur *Jonathan* Regem. *Grotius* Cyrum, qui è Media, quæ magis ad Septemtriones vergit, quàm Judæa, profectus Aſſyrius vicit.

Ab ortu Solis] Eadem Media & Perſis fuerunt etiam ab ortu Judææ.

Invocabit nomen meum] Cùm Judæi tamdiu vixiſſent in Babylonia, & præſertim quidem Daniel, ut eximius Dei Judæorum Propheta, innotuiſſet Babyloniorum, & Medorum Regibus & proceribus, ac divinis miraculis ſervatus fuiſſet; mirum videri non poteſt, aliquam per ea regna Dei cognitionem ſparſam fuiſſe. Imò mirum eſt majorem non ortam, &, poſt edictum Nabuchodonoſoris, in honorem Danielis, quo Deum Judæorum coli juſſit à populis, qui in ejus ditione erant, Dan. III. & IV. & ſimile edictum Darii Medi C. VI. omnes eorum tractuum populos ad cognitionem veri Dei adductos non fuiſſe. Credibile etiam eſt, Cyrum, qui Dario avunculo ſucceſſit, non ignarum fuiſſe dogmatum Judaïcorum, Deúmque eorum coluiſſe, quamvis fortaſſe non unum; quandoquidem in edicto, de reditu Judæorum in patriam, Heſdr. C. I. eum vocat *Regem cœli*, à quo ſit omnibus terrarum regnis donatus, juſſúmque ſe ait ab eo templum Jeroſolimitanum inſtaurare. Imò etiam *Joſephus* non abſurdè putabat, ut liquet ex Lib. XI. Ant. Jud. c. 1. oſtenſa Cyro fuiſſe Eſaïæ vaticinia, in quibus de eo agit Propheta, conciliatúmque eum, eâ ratione, Judæis.

Et calcabit proceres] ויבא סגנים *vejabo ſuganim*. LXX. Intt. habent ἐρχέσθωσαν οἱ ἄρχοντες, quaſi legiſſent יבואו *jabou*; ſed non conſentit hoc cum ſequentibus, ubi legimus: *proceres inſtar luti, & inſtar argillæ, quam figulus conculcat*. *Hieronymus* verò: *& adducet Magiſtratus quaſi lutum* &c. quæ non ſunt meliùs connexa, quamvis pro וְיָבֹא *& veniet* legerit וְיָבִא *& adducet*. Ab hoc loco planè alienum eſt verbum בוא, ſed convenientiſſimum ſequentibus verbum בוס *bos*, conculcare, ut ſola lectio verſûs oſtendit. Nec dubitavi, quin legendum eſſet יבוס aut יבס *jabos*, calcabit, mutatâ litterulâ, ſtatim ac locum paulò attentiùs legi. Eam tamen lectionem Prophetico verborum contextui non inſeruiſſem, niſi vidiſſem ita etiam legiſſe *Jonathanem*, procul dubio ex antiquo codice, habet enim וְיְדוּשׁ שִׁלְטוֹנֵי עַמְמַיָא *& calcabit principes populorum*.

26. *Quis prænunciabit ab initio*] מראש *merosch*, à capite, quod ſumitur hîc pro ראשית *reſchith*, principio, ut vers. 4. Reſpicit Deus ad id, quod modò dixit, de adventu Cyri, plus ſæculo antequàm res fieret, aitque, ſi aliorum Deorum vates ſimilia prædicere poſſent, ſe eos pro innocentibus, non pro impoſtoribus, habiturum.

Innocentem eſſe] צדיק tſaddik, *juſtus*, quod hîc idem eſt ac נקיא *innocens*, ut alibi ſæpe; vult, nempe, ejusmodi vatem fraudis omnis innocentem habitum iri.

Sermones veſtros] Deus adloquitur prophetas ſuos, qualis erat Eſaïas, qui fruſtra ſacerdotes & vates commenticiorum Deorum ad futura prædicenda provocarat.

27. *Priùs Sioni*] ראשון לציון *riſchon ltſijon* primùm Sioni, ſed nomen adjectivum hîc eſt loco adverbii, & quidem in comparativo gradu. Sic ראשונות *riſchonoth* dicuntur antea res priores vers. 22. non omnium primæ.

Ecce ecce illas] Parentheſis eſt; quâ res negatur

eos, ſed nemo[ex illis *reponit*, nec eſt, qui conſilium det; interrogabo eos, qui reſpondent.
29. En omnes illi *Dii* ſunt nihili, opera eorum nulla, & conflatæ eorum ſtatuæ ventus, & inanitas.

Deſcriptio Meſſiæ, ejúſque adventûs & miraculorum.

1. EN ſervus meus, quem adprehendi, electus meus, quo delector, quem Spiritu CAPUT XLII.

audit, nec eſt, qui recta conſilia det. Itaque interrogabo, qui reſpondeat. 29. Nam omnes fictitii Dii nihili ſunt, nec quidquam præſtant; earúmque ſimulacra conflata ſunt opera hominum, qui inania tantùm proferunt.

PARAPHRASIS.

1. ECCE verò ſervum meum, quem manu adprehendi, quem elegi, quo delector; quem Spiritu

negatur in longum tempus dilatum iri, cùm non interfuerit ſeſquiſæculum, inter hoc vaticinium ejúſque impletionem.

Fauſta nunciantes] מבשר *mbaſſcher*, nuncium lætum adferentem; quod contigit, cùm Judæi acceperunt, edicto Cyri, ſibi reditum in patriam conceſſum eſſe.

28. *Intueor eos*] Eſaïas hîc loquitur, & ſub ejus perſona omnes veri Dei cultores, qui cùm viderent nullas veras prædictiones, nomine Deorum Ethnicorum, proferri, ſtultè eos facere cenſebant, qui eos, ſeu eorum vates, conſultum irent. Semet ipſe deſcribit quaſi inſpectantem ſtatuas Deorum, exſpectantémque reſponſum, nec tamen accipientem; unde hoc conſilii capit, ſe poſthac eum tantùm Deum conſulturum, qui per Prophetas ſuos reſponderet; hoc eſt, Deum Iſraëlis, non ſurda & muta Idola, quæ nihil audiebant, nec reſpondebant. Hæc non conveniunt homini, qui crediſſet à Cacodæmonibus, qui ſtatuis illis aderant, fuſa fuiſſe oracula, tanto numero, quanto ferebantur edita apud Græcos; quem magnum fuiſſe, vel ex ſolo *Herodoto*, intelligere licet.

Nec eſt, qui conſilium det &c.] Imò verò, dixiſſent Græci, multa habemus in Græcia oracula, à quibus conſilia petere ſolemus, de iis, de quorum eventu dubitamus, & à quibus reſponſa acceperunt Majores noſtri, atque etiamnum accipimus; ex quibus res adgredimur, vel miſſas facimus. Pleni ſunt ejusmodi hiſtoriis Græcorum libri. Sed Propheta repoſuiſſet, meras fraudes fuiſſe hominum, qui aut ambiguis reſponſis conſultores eludebant, vel conjecturâ de rebus futuris temerè judicabant, quam poſtea arguebat eventus. Si certè crediſſet, Cacodæmones ipſos fudiſſe oracula, aliter planè loquutus eſſet; cùm ſciret, homines ab ejusmodi malis ſpiritibus non difficulter potuiſſe falli, nec plebeculam eorum reſponſa à reſponſis ipſius Dei ſatis poſſe ſecernere.

Interrogabo eos, qui reſpondent] Nempe, veri Dei Prophetas.

29. *En omnes illi Dii ſunt nihili*] Supplendum fuit *Dii* è verſu 23.

Nihili] און *aven* inanitas. Magna eſt adfinitas inter אין *en* & און *on*, ut Lexicographi docebunt.

Opera eorum nulla] אפס מעשיהם *ephes mahaſchehem*, opera eorum nihil. Jam hoc dixit verſu 24. Non ita loquerentur, qui fidem habent hiſtoriis Ethnicorum de oſtentis & prodigiis, quæ potentiâ Cacodæmonum verè contigiſſe volunt; ex eorum enim ſententia, magna & memorabilia fuiſſent malorum ſpirituum, per totum orbem terrarum, opera. Sed Prophetæ longè malumus credere, quàm ejusmodi hominibus; qui nec laudabili conſilio ita loquuntur, ſed videntur viam munire fidei fabularum, ut ea in rem ſuam utantur,

COMMENTARIUS
In Caput XLII.

1. EN *ſervus meus*] Ad aliam planè rem tranſit Propheta, nempe, ad Meſſiam, quod fatentur ipſi Hebræi; unde *Jonathan* ita hoc caput inchoat: הא עבדי משיחא *ha habdi mſchibbo*, en ſervus meus Meſſias. Sic intellexerant etiam veteres Chriſtiani, ut liquet è Matthæi C. XII, 18. *& ſeqq.* &, ut puto, Judæi etiam ejusdem ævi. *Hugo* quidem *Grotius*, ad hunc locum, obſervat, *LXX. Intt. hæc de toto populo Judaïco intellexiſſe, ſed bene cuncta intuenti adpariturum Dei ſermonem redire ad Eſaïam.* Ego verò & LXX. Intt. perperam hæc ad populum Judaïcum retuliſſe, nec meliùs virum magnum Eſaïam hîc reſpici crediſſe exiſtimo; ſed ſolum Chriſtum ſpectari. Vult quidem ille *ſublimiùs hæc impleta eſſe in Chriſto; cujus figuram, ut ille ait, quantum potuit, geſſit Eſaïas, ut & Jonas, Jeremias & alii quidam.* Ad me verò quod adtinet, quia quiſpiam nonnulla habuit Chriſto ſimilia, non ideò continuò typum fuiſſe Chriſti dixerim; cùm non conſtet de Dei, in re ejuſcemodi, conſilio; nec quidquam vetet, à Prophetis multa directè de Chriſto eſſe prædicta, nullo interpoſito typo. Sed ex ſingulorum interpretatione ſatis liquebit, à viro ſummo ea aptari Eſaïæ, quæ ei minimè conveniunt, niſi verba, præter uſum Linguæ, tor-

tu meo inſtruxi, jus gentibus pronunciabit: ². non clamabit, non tollet vocem, neque dabit operam, ut audiatur in plateis; ³. calamum quaſſatum non franget; neque ellychnium

Spiritu meo adflavi, & qui, quod eſt juſtum, gentes docebit. 2. Non clamabit, per vias publicas; non tollet vocem, ut audiatur in plateis; 3. eos, in quibus erunt aliqua elementa virtutis, non ſpernet,

torqueantur, & diluto planè ſenſu exponantur.

Quem adprehendi] אתמך בו *etmach bo*, ſubaudiendum, ut paſſim, אשר *aſcher*, quem. LXX. Intt. Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ. Quæ mera eſt Paraphraſis; nam de *Jacobo* nihil in Hebraïcis, neque in aliis vetuſtis Intt. eáque malè excogitata. Quod ſequitur, *quem adprehendi*, aut *adprehendam*, ſignificat curam, quam Deus geſſit hujuſce ſervi ſui, & quâ eum tuitus eſt: nam תמך propriè eſt *tenuit* & quidem manu, ut videre eſt Exod. XVII, 12. Prov. XXXI, 19. Am. I, 5. aliiſque multis locis; quia verò, quod manu tenemus, id diligentiùs ſervamus, ideò Deus *tenere*, *adprehendiſſe*que eos dicitur, quos ſingulari ratione protegit, vel protexit, ut Pſ. XLI, 13. LXIII, 9. Eſai. XLI, 10. *Theodotion* etiam habuit ἀντιλήψεται, nec verbum Græcum ab Hebraïci ſignificatione diſſentit. *Grotius* eos ſequutus eſt, qui verterunt, *quo innitor*, hoc eſt, *Santem Pagninum*; ſed תמך *fulcire* potiùs ſignificat, quam *inniti*, ut liquet ex loco Exod. XVII, 12. aliiſque adlatis. De nullo autem homine, eodem ſenſu, dici queat *adprehenſum à Deo*, ac de Chriſto; in quo κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα θεότητος σωματικῶς, quæ eum, per totam vitam in terris, manu duxit, ſuſtentavítque, & in cœlum ſubvexit. Sed fortè conſtructio cum ב fecit, ut putarent viri docti huic verbo ſubeſſe poteſtatem *innitendi*; verùm nulla eſt ἔμφασις in ejusmodi conſtructione, occurritque Exod. XVII, 12. ubi Aharon & Chur dicuntur Moſis *ſuſtentaſſe manus* (בידיו *in manibus ejus*) ut & Pſal. XLI, 13. ubi Pſaltes Deum ita adloquitur: *in integritate me ſuſtentaſti* בי *bi*, in me, hoc eſt, me.

Quem ſpiritu meo inſtruxi] נתתי רוחי עליו *nathatthi rouhhi halau*, poſui ſpiritum meum ſuper eo. Chriſtus, etiam puerulus, ἐκραταιοῦτο πνεύματι, Luc. II, 40. erat πλήρης πνεύματος ἁγίου, Ibid. IV, 1. ivit in deſertum τῷ πνεύματι, ut ibidem habetur; rediit in Galilæam, ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος, Ib. 14. dixit ipſe de ſe, quod habetur Eſai. LX, 1. πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, Luc. IV, 18. &c. οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν (αὐτῷ) ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα Joan. III, 34. In nullo umquam Propheta, & ne in Eſaïa quidem, fuit Spiritus, tantâ copiâ; imò nec in omnibus Prophetis ſimul.

Jus gentibus pronunciabit] משפט לגוים יוציא *miſchphat laggojim jotſi*, judicium gentibus faciet exire; hoc eſt, jura divina, per Apoſtolos ſuos[a], populis omnibus aperiet. Nam voce משפט ſignificari non tantùm *judicia*, ſed etiam *jura* & *leges* omnes norunt. Vide Levit. XVIII, 4, 5. Deut. IV, 45. Ezek. XX, 11, 25. Nehem. IX, 13. ubi *jura* à Deo conſtituta dicuntur, plurali numero, משפטים *miſchphatim*. Frigidum eſt, quod habet *Grotius*, *judicia mea* (hoc eſt, ſupplicia) in *Medos & Babylonios*.

2. *Non clamabit* &c.] *Nihil aget*, inquit Grotius, *perturbato animo*. Jeſus palam quidem Evangelium prædicavit, ut nec Eſaïas clam vaticinatus eſt; ſed nec miracula ſua venditavit, nec voluit eos, qui ab ipſo curati fuerant, rem aliis dicere, idque *ut adimpleretur quod dictum erat, per Eſaïam Prophetam dicentem: ecce puer meus, quem elegi*, &c.

Neque dabit operam, ut audiatur in plateis] *Non faciet audire foris vocem ſuam. Solent*, ait Grotius, *qui irâ exardeſcunt ita altiùs loqui, ut vox eorum extra domum à prætereuntibus exaudiatur.* Non eſt ſermo de ira, neque de loquentibus domi, magnâ voce, ut à prætereuntibus audiri poſſint; ſed de iis, qui magno tumultu, & vociferantes in viis publicis plebem ad ſe adlicere conantur, ut turbas cieant. Maximâ verò curâ hæc vitavit Chriſtus, ne umquam ſeditionis & rerum novarum reus ab ullo fieri poſſet. Quod ſtudioſiùs, quàm antea factum fuerat, oſtendimus, in Hiſtoria noſtra Evangelica, cùm Harmoniæ Evangeliorum ſubjecta, tum in Hiſtoria Eccleſiaſtica I. Sæculi, ad annos, quibus Chriſtus Evangelium prædicavit. Quæ habet hìc Eſaïas ita quadrant in Chriſtum, ut alii nemini, niſi frigidè & contortè, aptari queant.

3. *Calamum quaſſatum* &c.] *Calamus quaſſatus* קנה רצוץ *kaneh ratſouts*, eſt calamus agitatione venti inflexus, & quadam tenus fractus; ſed qui, niſi pars ſuperior ab inferiore vi divellatur, ſuccum tamen è radicibus trahens alitur, & firmatur, ut adhæreat, quemadmodum antequàm quaſſaretur; at קנה שבור *kaneh ſchabour*, calamus fractus, eſt is, cujus partes prorſus avulſæ ſunt & ſeparatæ, ita ut pars avulſa, ab ea, quæ radicibus hæret, nullum ampliùs alimentum trahat, neque poſſit cum ea denuo conjungi. LXX. Intt. habent κάλαμον συντεθλασμένον οὐ συντρίψει, ſatis aptè. Matthæus κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, eodem ſenſu. Fuit hæc παροιμία, apud Hebræos, quâ utebantur ad docendum, non eſſe conſultum, homines, vitiis non carentes, ſed nec omni virtute veſtitos, acrioribus caſtigationibus & aſperiore diſciplinâ adgredi; ſed ſenſim ac ſine ſenſu, ad meliorem frugem revocare.

Neque ellychnium fumans &c.] פשתה כהה לא יכבנו *phiſchthah chehah lo jechibennou*. LXX. Intt. λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει, *linum fumigans non exſtinguet*, ut habet Vulgatus. Tres tamen Intt. Græci habent λίνον ἀμαυρόν. Matth. XII, 20. eſt λίνον τυφόμενον. Deſcribitur, nempe, ellychnium lino conſtans, & oleo quidem antea unctum; ſed, quo exhauſto, hebeſcere, vel hebentem flammam, cum multò fumo emittere incipit. Nomen כהה *chehah hebetem* ſignificat, & de oculo dicitur, ut & radix

lychnium fumans exſtinguet; ex veritate jus proferet. 4. Non debilitabitur, neque frangetur, donec jus in terra conſtituerit; & legem ejus inſulæ præſtolabuntur. 5. Sic

net, neque numero diſcipulorum ſuorum excludet; jus dicet, adhibitâ ſummâ moderatione.

4. Nullum non feret laborem, donec jus certum in terris conſtituerit, & inſulæ etiam leges ejus accepe-

radix כהה *chabah* Deut. XXXIV, 7. Zach. XI, 17. Hujus formulæ παροιμιώδως eadem eſt ſententia, ac ſuperioris; nam *ellychnio hebete* ſignificatur homo, in quo non eſt exſtincta prorſus virtus; ſed in quo non eſt magna, nec quæ ſeveriorem diſciplinam ferre queat. Itaque ſenſus utriusque formulæ, quatenus ad Chriſtum pertinet, hic eſt; Chriſtum & Apoſtolos, non ſtatim deſperaturos de emendatione Judæorum, ad mores & ad dogmata quòd adtinet; ſed leniter, adhibitâ longanimitate, eos revocaturos à vitiis atque erroribus, tempúsque neceſſarium iis conceſſuros, ut poſſint ſenſim ad ſaniorem mentem redire; quod videmus in Chriſti ſermonibus, Apoſtolorúmque Epiſtolis. Chriſtus vitia quidem erroréſque Judæorum non diſſimulavit, imò interdum ſat acriter caſtigavit, ut in Phariſæis; ſed tamen nec minatus eſt, ſe pœnas de iis illico ſumturum, imò quadraginta annos iis conceſſit; antequàm ſupplicium de iis ſumeret, exſcidio Jeroſolimæ & Templi, ac innumeris cladibus, quas paſſi ſunt, donec ad paucos redigerentur; quæ omnia ordine in Hiſtoria Eccleſiaſtica Sæculi I. narravimus. Similem, in Apoſtolis ipſis docendis, viam iniit Chriſtus, qui, cùm potuiſſet illico & apertè eos docere, ſi apti fuiſſent excipiendæ integræ doctrinæ Evangelicæ, *regnum ſuum non eſſe hujus mundi*, fore, ut occideretur à Judæis, ſed ſe è mortuis excitatum in cœlum ſubvectum iri; unde pœnas de improba illa gente repetiturus eſſet, omnéſque ritus Judaicos in æternum abolitūrus, & veræ Religionis participes facturus Gentiles incircumciſos; nullis cærimoniis iis impoſitis, ſed tantùm verâ animi virtute ab iis exactâ; nec potiorem fore Judæorum, quàm Gentilium, ſortem. Hæc quidem non diſſimulavit, ſed ita propoſuit, ut initio nihil fermè eorum in ejus ſermonibus caperent Apoſtoli, ſperarèntque regnum ejus in terris futurum, etiam poſt ejus reſurrectionem; & Gentilium, quamvis Chriſto credentium, familiaritatem refugerent; donec, per Paulum præſertim, apertiùs & pleniùs mentem ſuam revelaret. Ex his, quæ obiter tantùm adtingimus, ſatis intelligere licet, de nemine potuiſſe dici tam verè, quàm de Chriſto, *quaſſatum* cum *calamum non fregiſſe*, *neque ellychnium fumans*, vel *hebetem flammam emittens exſtinxiſſe*.

Ad hæc verba ſic habet *Grotius*: *Eſt* λαόως, *vult enim dicere Eſaiam, vaticiniis ſuis, confirmaturum Hebræos, quibus pietatis reſtabat aliquid, ſed penè exſtinctum calamitatibus.* Longè petita hæc eſſe nemo non videt, nec quidquam hìc eſt, quod non poſſit alii cuivis Prophetæ aptari. Sed quæ diximus de Chriſto, convenienter ſententiæ hujus dicti παροιμιώδως, ita quadrant in Chriſtum, nemini ut alii congruant. Etiam ſequentia verba minùs aptè vir acutiſſimus interpretatur: *Dei judicia fideliter enunciabit, nihil ſui adfectûs permiſcens.* Sic omnes alii Prophetæ veri fecerunt, & verba יצא משפט nusquam hoc ſenſu reperiuntur. Sed habemus, apud hunc noſtrum Prophetam C. II, 3. de vocatione Gentium agentem; *è Sione lex, èque Jeroſolima verbum Jehovæ prodit*, מציון תצא תורה *mittſijon totſe thorah.* Vide & ſequentia verba, ubi תורה vocatur doctrina Chriſti, & ejus promulgatio, eodem verbo atque hìc, deſcribitur.

Ex veritate jus proferet] לאמת יוצא משפט *leemeth jotſi miſchphat*, ſecundùm veritatem faciet, ut exeat jus; hoc eſt, quod jus, fáſque eſt fieri non diſſimulabit; neque, ea in re, receptæ ſententiæ rationem habebit, ſed ſolius veritatis. De voce משפט *miſchphat* vide ad vers. 1. *Jus* illud divinum potulit Chriſtus in omnibus ſuis ſermonibus, ſed præſertim in eximia illa oratione, quam in monte habuit, Cap. Matthæi V. & ſeqq. non ſecundùm recepta Judæorum placita, ſed ſecundum veritatem; quam hactenus ignoraverant plerique omnes, & præſtantiſſimi etiam Prophetæ, qualis Eſaïas, per nebulam tantùm viderant. Jura Judaïca, ante Chriſtum, non erant לאמת *ſecundùm veritatem* æternam & immutabilem, in qua nihil reticetur, aut immutatur; ſed temporibus & hominibus adtemperata, & præterea ab improbis doctoribus corrupta, ad traditiones pravas, quas pluris re verà faciebant, quàm præcepta ipſa divina, prout paſſim iis exprobrat Chriſtus. Vide dicta à nobis de moribus Judæorum in Prolegom. H. E. Sect. I. c. 9. & Sect. III. c. 2.

4. *Non debilitabitur, neque frangetur*] לא יכהה ולא ירוץ *lo jicheh vlo jarouts*, non hebeſcet, neque frangetur. Hanc ſignificationem verbi כהה *chabah* jam obſervavimus, ad verſum ſuperiorem, quâ imminutionem uſûs organorum & præſertim oculorum ſignificat. Hìc quamvis debilitationem ſonat, quæ negatur futura in Chriſto, donec id perfecerit, cujus perficiendi causâ in terras miſſus erat. LXX. Intt. ἀναλάμψει καὶ οὐ θραυσθήσεται. *Aquila & Theodotion*, apud *Hieronymum*: *non obſcurabit & non curret*, incommodè. Vulgatus tamen deteriùs: *Non erit triſtis, neque turbulentus.* *Grotius* verba Hebraïca interpretatur: *neque ignorantiâ falletur, neque metu retrahetur à faciendo officio*; quæ ſunt nimis generalia.

Donec jus in terra conſtituerit] עד ישים בארץ משפט *had jaſchim haarets miſchphat*, donec poſuerit in terra judicium. Intellige de Chriſto & ſic interpretare: donec Religionem Chriſtianam in terris ſtabiliverit. *Grotius* incommodè: *quominùs Dei judicia terris adnunciet.* Sed *ponere judicium* non eſt Dei judicia adnunciare, & aptiſſimè id exprimit, quod diximus.

Et legem ejus inſulæ præſtolabuntur] ולתורתו ייחלו.

5. Sic dixit Deus Jehova, qui creavit cœlos, eóſque extendit; qui firmavit terram, animámque dedit populo, qui in ea eſt, & ſpiritum iis, qui in ea ambulant. 6. Ego Jehova, qui te jure vocavi, manum tuam adprehendam, te cuſtodiam, & conſtituam, ut fœdus facias cum populo, ſiſque lux gentibus; 7. ut aperias oculos cæcorum, útque vinctum è cuſtodia educas, éque carcere eos, qui ſedent in tenebris. 8. Ego *ſum* Jehova, nomen hoc meum eſt, gloriâ meâ alii, aut laude meâ ſculptilibus *Diis* non cedam. 9. En priora contigerunt, nova ego *nunc* prænuncio, & facio, ut audiatis, antequàm orta fuerint.

10. Canite Jehovæ canticum novum, laus ejus è finibus terræ *celebretur*, *ab iis*, qui

acceperint. 5. Sic autem dixit Creator, qoi creavit cœlos & eos extendit ſicut ſunt, qui firmavit terram, & qui vitam dedit populo, qui in ea eſt: 6. Ego Creator, qui te jure vocavi, manum tuam adprehendi, & te conſtitui, ut fœdus facias, cum populo meo, gentibusque omnibus ſis inſtar lucis; 7. ut aperias oculos cæcorum in iis, quæ ad cultum meum pertinent; ut è carcere peccati educas eos, qui eo detinentur, & in tenebris jacent. 8. Ego ſum Creator, quod nomen meum eſt, nec eam gloriam, aut laudem meam, communem eſſe ſculptilibus Diis patiar. 9. De prioribus, quæ præterita ſunt, prætermitto loqui, nova nunc prænuncio, & vobis prædico, antequam fiant.

10. Canite Creatori, canticum novum, & laudes ejus è finibus terræ celebrentur, per omnes terras

ולתורתו איים *oultboratbo ijim jejabhelou.* Ipſa vox תורתו *thoratbo* lex ejus, oſtendit agi de *jure*, per Chriſtianam Religionem, inſtituto. *Inſulæ* ſunt Ethnici inſularum & pæninſularum maris interni incolæ, ad occaſum Judææ, qui ad Religionem Chriſtianam adducti ſunt, & præſertim in Aſia inferiore & vicinis inſulis; in quas ex Aſia, maxima pæninſula, ea Religio poſtea tranſlata eſt. *Grotius* putabat meliùs verti: *documenta ejus inſulæ exſpectent*. Non video, cur *lex* in *documenta* mutetur, niſi quòd legem ferre Ethnicis, non erat munus Eſaïæ, ſed Chriſti & ejus Apoſtolorum, quos in hoc loco invenire nolebat *Grotius*. Tum ſic incommodam verſionem interpretatur: *certò ſciant illi Aſſyrii, Meſopotamienſes atque alii eventura, quæ docet Eſaias.* At nulla ratio eſt, cur regiones mediterraneæ vocentur *inſulæ*; nec ullus eſt locus, in quo certò dici queat, eas ita adpellari; nec quiſquam ita interpretetur, *exſpectare legem*; quod dicitur de iis, qui exſpectant leges ad ſe aliunde adferri, aut qui ab aliis eas petunt. Sic poſſunt *inſulæ exſpectâſſe legem* Chriſti, quòd, cùm neque Judaïſmus, neque Ethniciſmus ſapientibus & probis ſatisfaceret, exſpectabant meliùs quidpiam à Deo, quod & amplexi ſunt.

5. *Deus Jehova*] האל יהוה *haël Jehova.* Non abſurdè quis exiſtimarit his duobus verbis ſignificari *Deum Creatorem*, qua de re diximus ad Exod. VI, 3. Sed & in ſequentibus Capitibus eò reſpici ſatis liquebit adtendenti.

Spiritum] Vitam. Vide not. ad Gen. VI, 3.

6. *Te jure vocavi*] בצדק btſedek, *in juſtitia.*

6. *Manum tuam adprehendam*] Vide antea C, XLI, 13. His verbis deſignatur cura, quam geſſit Deus hujuſce ipſius ſervi, quem pollicetur ſe manu ducturum, quò ire eum par erat; ſeu adjuturum conſtantiſſimè in omnibus negotiis, quæ ei imponerentur.

Ut fœdus facias cum populo] *Dabo te in fœdus populi*; hoc eſt, ut facias novum fœdus cum populo Judæo, quale fœdus memorat Jeremias C. XXXI, 31. novum prorſus & quale antea non fuerat; nimirum, fœdus Evangelicum. Quàm frigidè habet hîc *Grotius*: *ut populum meum Judaïcum ad obſervationem fœderis revoces?* Quis Propheta hoc non fecit?

Siſque lux gentibus.] לאור גוים *leor gojim*, in lucem gentium. Chriſtus factus eſt lux gentibus, quas vocavit ad cognitionem veri Dei per Apoſtolos; quod etiam prædixit Simeon Luc. II, 32. ubi Jeſum vocat φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, *lumen quod reveletur gentibus*, ut videatur huc reſpicere. Vide & infra XLIX, 6. *Grotius* hæc interpretatur: *ut gentes doceas unum eſſe Deum mundi opificem.* At oportuit, ut hoc fieret, Prophetam ab Ethnicis lectum, quod vix factum puto, antequàm Prophetæ Græcè verterentur, quod ſerò contigit. Nec magis hoc docuit Eſaïas, quàm alii Prophetæ, & minùs fortè quàm Moſes.

7. *Ut aperiat oculos* &c.] *Ad aperiendos oculos cæcos.* Quamvis Chriſtus cæcos multos oculorum uſu donaverit, videntur hæc & proximè ſequentia tralaticio ſenſu intelligenda, de liberatione ab ignorantia atque à vinculis peccati. Quod ſi Eſaïas præſtitit aliquomodo, vaticiniis ſuis; longè præſtantiore ratione & erga multò plures Chriſtus perfecit; ita ut effectus vaticiniorum Eſaïæ, collati cum Evangelii ſucceſſibus, prorſus evaneſcant. Quidni ergo credamus hîc Prophetæ nullam rationem haberi, reſpicíque ea tantùm, quæ Chriſtus, per Evangelium, effecta dedit? Quænam ratio proferri poſſet, cur pauca, ſi *Grotio* credimus, vaticinia rectà ad Chriſtum pertineant, ſed pleráque per ambages eventuum, non magni momenti, primùm impleta ſint; ita ut res Chriſtianæ non ſint niſi obliquè prædictæ, atque eventibus illis, potiùs quàm verbis ſignificatæ? Certè credibile non eſt antiquiſſimis Judæis notum, proximas impletiones Prophetiarum fuiſſe remotiorum & majoris momenti rerum typos; nec qui poſt Chriſtum vixerunt convenientia illa obſcura & evanida typorum indiguerint, ut fidem ſuam confirmarent. Multò magis confirmabantur directâ

qui deſcendunt in mare, *ab eo*, quod eam implet, inſuliſque, & earum incolis. 11. Tollant *clamores* deſertum, & ejus urbes, ac villæ, quas habitat Kedarenus; vociferentur incolæ rupium, atque è vertice montium exclament. 12. Tribuant Jehovæ gloriam, & laudem ejus Inſulis nuncient.

13. Jehova, ut *vir* fortis, exibit; ut vir militaris, ardorem *ſuum* excitabit, clamabit, imò vociferabitur, & hoſtes ſuos vincet. 14. Tacui, *inquit*, à longo tempore, ſilui & me continui; *at nunc* inſtar parturientis clamabo, deſolabo, & abſorbebo ſimul. 15. Areſaciam montes & colles, omnémque eorum herbam exſiccabo; mutabo flu-

terras, & omnia maria. 11. Tollant clamores, in ejus honorem incolæ ſolitudinum, & orbium quæ ſunt in iis ſitæ, non exceptis Kedarenis. Vociferentur qui in cavernis montium habitant, atque è jugis montium exclament. 12. Laudes, & gloriam Creatoris, in inſulis, homines celebrent. 13. Creator egredietur, ut vir fortis excitabit ardorem ſuum; exclamabit ut miles, & de hoſtibus ſuis victoriam referet. 14. Tacui, dicet ille, ſilentium ſervavi, à longo tempore, & indignationem cohibui, at nunc, inſtar parturientis, vociferabor; clamorem tollam in meos hoſtes, deſolabo ſimul, & eos abſorbebo. 15. Siccitatem creabo montibus & collibus, omnémque eorum herbam areſaciam, mutabo flumina in inſulas, & ſtagna

directâ, ut ſic loquar, impletione vaticiniorum, quorum verba multò meliùs conveniebant iis, quæ de Chriſto acceperant. Quare omnes illas typicas ſignificationes miſſas faciendas crediderim, niſi ex Scriptura ipſa certò colligantur, ut nullum ſuperſit dubium; quale eſt vaticinii de Himmanuele C. VII, 14. Vide quæ de typis dicta ſunt ad 1. Corinth. X, 3. *& ſeqq.* in additamentis Hammondianis.

8. *Ego ſum Jehova*] Id eſt, creator omnium rerum, & qui promiſſis meis conſtanter ſto. Vide ad Exod. VI, 3.

Nomen hoc meum eſt] Intelligendum, non ſine ratione à me ſumtum, & cujus ſignificationem ſemper implevi & poſthac implebo.

Gloriâ meâ &c.] Gloriâ creationis omnium rerum, prophetiarum, earúmque implementorum. Nam de hiſce multa Eſaïas & hîc, & antea.

9. *En priora contigerunt*] Quæ eventura ante hoc tempus prædixi contigerunt; unde fides fieri poteſt iis, quæ poſtea futura prænuncio.

Antequàm orta fuerint] בטרם תצמחנה *bterem thitſmahhnah. Aquila*, πρὸ τοῦ ἀναφῦναι. *Symmachus*, πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι *Theodotion*, πρὸ τοῦ βλαστῆσαι, hoc eſt, *antequàm oriantur*, ut habet Vulgatus. Metaphora è plantis deſumta, quæ priùs gemmas & flores emittunt, quàm earum fructus cernantur. Sententia eſt, Deum prænunciare non ea, quæ jam agi coeperunt, & quæ futura homines perſpicaces conjicere poſſunt; ſed antequàm quidquam contigerit, è quo de futuris conjectura capi poſſit. Talia ſunt, quæ de Cyro, ejúſque regno, in ſequentibus prædicuntur. Gens Perſarum eo tempore obſcura erat, nec iis viribus, ut poſſet ſperare jugum Medorum, quibus parebat, à ſe poſſe excuti, aut ut potentia ejus viciniis ſuſpecta eſſet. Vide *Juſtinum* Lib. I. c. 4. & ad eum Interpretes.

10. *Canite Jehovæ* &c.] Adhortatio ad laudandum Deum, propter everſum, ut videtur Babylonicum Imperium, & liberatos Judæos; quamvis res clariùs non exprimatur, quia tempore vaticinii ſtabat adhuc id Imperium, quod necdum ſupra modum creverat.

E finibus terræ &c.] In remotas oras, in quas disjecti erant Judæi & Iſraëlitæ.

Celebretur ab iis] Hæc ſupplevimus, ut Latinè loquentibus conſtructio conſtaret.

Qui deſcendunt in mare &c.] Videntur hæc reſpicere ad Tyrios, quos poſtea diu obſedit Nebuchadnetſar, & coëgit tandem, relicto veteris patriæ ſolo, omnia ſua transferre in inſulam oppoſitam, qua de re vide *Joan. Marshamum*, in ejus viri geſtis.

11. *Deſertum & ejus urbes*] In proximè antecedentibus verbis, poſt ישאו tollant, ſupplendum קולם *vocem ſuam*, aut ſimile quid. *Urbes* autem *in deſerto* collocantur, quòd in mediis ſolitudinibus eſſent tractus quidam irrigui & fertiles, ut is, in quo condita erat Palmyra, quam magnificentiſſimam fuiſſe urbem oſtendunt etiamnum rudera; & in quo ædificata fuerant Atræ, quas fruſtra oppugnavit Severus, ut narrat *Herodianus* Lib. III, c. 9.

Villæ, quas habitat Kedarenus] Eos malè habuit Nebuchadnetſar, qua de re dicta vide ad C. XXI, 14. *& ſeqq.* חצרים תשב קדר *hatſerim* (ſupple אשר) *theſcheb Kedar*. Alii tamen eorum in tentoriis habitabant. Vide Pſ. CXX, 5. Cant. I, 5.

Rupium] סלע *ſelah*, petra. Poſſet tamen intelligi Petra, Arabiæ Petrææ Metropolis, quod LXX. & *Hieronymus* prætulerunt.

13. *Exibit*] Aut expeditionem ſuſcipiet, nam ea eſt interdum poteſtas verbi יצא *exiit*. Vide not. ad Jud. XI, 3.

Ardorem ſuum] קנאה *kinah*, quod *zelotypiam* ſignificat, ſed videtur hîc eſſe *ardor militaris*; niſi mavis *æmulationem* vertere, quæ in bonam partem ſæpe ſumitur.

14. *Tacui* &c. Verba ſunt Dei, qui paſſus erat Babyloniorum Imperium ampliari, & florere; ſed quod Cyri temporibus evertit.

15. *Areſaciam montes* &c.] Montes & colles, in montibus abundant pabulo, æſtivo tempore, quòd nives liqueſiant, quæ convalles & colles inferiores fœcundant.

Mutabo flumina in inſulas] Ita exhauriam fluvios, ut paſſim in iis cernantur inſulæ, quæ antè aquâ tectæ erant. Hæc omnia poſſunt quidem ſenſu proprio accipi, ſed & fortè mutationem majorem in imperio Babylonico ſignificant.

flumina in inſulas, & ſtagna arida reddam. 16. Faciam, ut cæci ambulent per viam, quam non norint, útque incedant per ſemitas, quas neſciunt; tenebras ante eos convertam in lucem, & prava in recta. Hæc illis faciam, nec eos deſeram. 17. Convertentur retrorſum, *in fugam*, pudore ſuffundentur, qui ſculptilibus fidunt, & qui conflatis *ſtatuis* dicunt: vos eſtis Dii noſtri.

18. O ſurdi, audite; & *vos*, cæci, adſpicite, ut videatis. 19. Quis cæcus *fuit*, niſi ſervus meus, & ſurdus, *niſi quem*, legati inſtar, mittam? Quis cæcus *fuit*, ut vir conſummatæ *ſapientiæ*? quis oculis caſſus, ut ſervus Jehovæ? 20. Videndo multa, non *tamen* obſervaſti; cúmque apertæ *tibi* fuerint aures, non audiviſti. 21. Jehova *ſic* voluit,

ſtagna arefaciam. 16. Faciam, ut cæti ſine duce ambulent per viam, quam non norant, útque tutò incedant per vias, quas ignorabant. Tenebras ante eos convertam in lucem, & pravas vias in rectas. Sic erga eos me geram, nec eos deſeram. 17. At qui convertentur retrorſum fugientes, qui fident fictilibus Diis, & qui in iis fiduciam repoſuerint de ſtatuis conflatis dicent: hi ſunt noſtri Dii.

18. Audite ô ſurdi ſimulati, audite; & vos ficti cæci, adſpicite, ut videatis. 19. Quis fuit cæcus, præter ſervum meum, qui a me inſtar legati mittetur? Quis habebitur oculis caſſus, ut ſervus Creatoris? 20. Nimirum, cum multa videres, tamen diſſimulabas; cumque nequaquam obtuſas haberes, non viſus es audiviſſe. 21. Creator ſic voluit, quod eſſet conſentaneum ſuæ juſtitiæ,

16. *Faciam, ut cæci ambulent* &c.] Imperitos, aut dubitantes, inopiâ conſilii, quid è re ſua ſit, eâ cognitione augebo; ut neque imperitiâ peccent, neque diutiùs æquo, de eo, quod expedit, dubitent. De Judæis captivis hæc intelligit *Grotius*, non abſurdè.

18. *O ſurdi audite* &c.] Vos, qui ſurdi eratis, admonitionibus jam aurem præbete, & vos, qui, quaſi cæci eſſetis, quæ præ oculis veſtris fiebant non adtendebatis, animadvertite. Hæc ad Gentiles pertinere putabat *Grotius*; poſſint & de Judæis intelligi, qui rerum ſuarum trepidi erant, nec quidquam ſatis prudenter expendebant. Sequentia videntur hoc ſuadere, cùm de Judæis manifeſtò loquatur Deus.

19. *Quis cæcus fuit*] Quis minùs exſpectavit id, quod futurum erat, quàm Judæi? *Servus* enim Dei dicuntur, in ſequentibus verbis; niſi mavis inſignem quempiam virum & fortè Prophetam ſignificari aut certè Sacerdotem.

Niſi quem, legati mei inſtar, mittam] Videntur reverà hæc ſignificare certum hominem, qualis fuit Malachias, ad cujus nomen adludatur; vocabulum enim מלאכי *maleachi*, hoc eſt, legatus meus. Is antequàm ſpiritu Prophetiæ illuſtraretur, potuit eſſe obtuſioris ingenii. Poſſit etiam intelligi hìc Sacerdotalis ordo, quivis enim Sacerdos erat, peculiari nomine, *ſervus* Dei, ob ſacra miniſteria, quæ obibat; idémque dicitur *legatus* (מלאך *maleach*) *Jehovæ*, Malach. II, 7. Et poſtrema quidem hæc interpretatio mihi maximè adridet.

Ut vir conſummatæ ſapientiæ] כמשלם *chimmeſchullam*. LXX. Intt. οἱ κυριεύοντες αὐτῶν, quaſi legiſſent כמש אלהם *chmoſch elehem*, *ut qui iis dominantur*. *Symmachus*, ὡς ὁ τέλειος. Vulgatus, *qui venundatus eſt*. *Grotius* putat eum interpretem legiſſe משכר *mſchuccbar*, mercede redemtus. Sed hoc nimis à lectione Hebraïca remotum. Malim referre ad ſignificationem Chaldaïcam, quâ שלם *ſchallem* eſt *tradere*, *prodere*. Verùm multò ſatius eſt intelligere Sacerdotem, virum *conſummatum*, aut *conſummatæ* ſapientiæ, quæ eſt ſignificatio, Hebraïca vocis. Sic optimè vocatur ſacerdos, ſi res ironicè capiatur; ut Deus dicat, neminem tam cæcum fuiſſe, quàm ſacerdotem, qui tamen conſummatam ſapientiam, aut peritiam legis præ ſe ferebat. Si pleniorem hiſtoriam haberemus captivitatis temporum, poſſemus divinare, quò hæc reſpiciant. Sed ſacerdotes illius ævi, malos fuiſſe homines, ſatis liquet è vaticiniis Malachiæ, qui eos graviter caſtigat.

Quis oculis caſſus Hìc eſt tertiâ vice מי עור *mi hivver*, unde ſuſpicari quis poſſit מי חרש *mi hherſch*, quis ſurdus initio fuiſſe: quemadmodum verſu antecedente, ut ſecundum membrum, more Hebræo, cum primo congruat. Sic etiam legiſſe videtur *Symmachus*, qui habebat: τίς τυφλὸς ὡς ὁ τέλειος, καὶ κωφὸς ὡς ὁ δοῦλός μου, aut, ut opinor, κυρίου.

20. *Videndo multa, non tamen obſervaſti*] ראות רבות ולא תשמור *rauth rabboth vlo thiſchmor* pro בראות *biroth*, videndo multa & non obſervabis. Sic eſt in margine, ſed in contextu ראית *raitha* vidiſti, LXX. Intt. εἴδετε *Symmachus* εἶδες, Vulgatus *qui vides*. Sed idem eſt ſenſus, nec negotium faceſſere debet particula conjunctiva in ולא *velo*, nam paſſim abundat.

Non tamen obſervaſti] Poſſis etiam vertere *meminiſti*; ita ut Propheta exprobret ſacerdoti: multa quidem eum vidiſſe mirabilia, ſed ea ſine adtentione prætermiſiſſe; vel, eorum non magis meminiſſe, quàm ſi non vidiſſet; quod contingit iis, qui Providentiæ vias non ſatis ad animum revocant.

Cúmque apertæ tibi fuerint aures] *Aperiendo aures & non audiet*, ישמע *jiſchmah*. Quod vertimus, quaſi eſſet in ſecunda perſona תשמע *audies*, quia aliter Latini non loquuntur.

21. *Jehova ſic voluit* &c.] Nempe, Babylonicum Imperium perire, quia juſtum erat, homines iniquos & crudeles pœnas ſcelerum dare. Hìc enim loquitur Propheta de re quaſi præterita, more Prophetarum, quæ poſt ſæculum erat futura. Miror *Grotio* placuiſſe verti: *Dominus voluit eum* (populum) *juſtum* (ſeu *ſanctum*) *reddere*, cùm ſit Hebraïcè: יהוה חפץ למען צדקו *Jehovah hhaphets lmahan tſidko*, niſi legerit non צדקו ſed צדקו, ut legiſſe videtur *Symmachus*, qui habebat:

ἵνα

Digitized by Google

luit, propter juſtitiam ſuam; magnam & illuſtrem reddet *ſuam* legem.
22. Hic populus *eſt* ſpoliatus, & direptus; in vincula conjecti ſunt omnes juvenes,
in carceres abditi ſunt, fuerunt prædæ, nec quiſquam *fuit*, qui eos liberaret, à direp-
tione; nec quiſquam, qui diceret, redde *iis erepta.* 23. Quis *fuit*, inter vos, *qui* auri-
bus hoc exceperit, *animum* adtenderit, atque audiverit, *ut* in poſterum *recordaretur*?
24. Quis direptioni Jacobum, & ſpoliantibus Iſraëlem tradidit? Annon Jehova, in quem
peccavimus, in cujus viis incedere noluerunt Iſraëlitæ, & cujus Legi non auſcultarunt?
25. Is effudit in eum *populum* ardorem iræ ſuæ & vim belli, quod incendio eum circum-
quaque involvit; ſed non intellexit *populus*, iratúſque ei eſt *Deus*, nec *Iſraël* animum
adjecit. *Pro-*

tiæ, quâ illuſtret & celebret ſuam Legem. 22. Hic populus eſt ſpoliatus ab hoſtibus, è viciniis gentibus; in vincula conjecti ſunt juvenes, è quibus minimè liberati ſunt, nec inventus eſt, qui eos adjuvaret, aut erepta iis reddi curaverit. 23. Quiſnam fuit inter ipſos Iſraëlitas, qui, cùm hoc audiviſſet, animum adtenderit, ut poſtea populares ſuos redimeret, ſitque curaret, ne ſervirent alienis gentibus? 24. Quis eſt, qui tradidit ſpoliandos Iſraëlitas aliis gentibus? Annon Creator, in quem peccavimus, & cujus præceptis parere noluimus? 25. Is ipſe eſt, qui iratus populo ſuo, bello eum quaſi incendio involvi paſſus eſt; at hoc non intellexit populus, ideóque Dei indignationem in ſe movit, nec eò ſeciùs perrexit eum in ſe irritare, atque ei pœnas dedit, rem non animadvertens, quam ageret.

PARA-

ἵνα δικαιώσῃ αὐτὸν, ut & Vulgatus, qui ita vertit: *ut ſanctificaret eum.* At LXX. habent ἵνα δικαιωθῇ in paſſivo. *Voluiſſe* autem dicitur Deus quæ habentur vers. 13. & quatuor ſequentibus, de pœnis, ut videtur, Babyloniorum; nam in proximè ſuperioribus verſibus, 18, 19, 20. nihil eſt, ad quod poſſit referri 21.

Magnam & illuſtrem reddet ſuam legem] יגדיל תורה ויאדיר *jagdil thorah vejadir.* Deus, nempe, effecit, ut, tempore Cyri, Orientales populi magno in pretio haberent legem Moſis, quia Perſæ viderant prædictam ab Eſaïa fuiſſe Babylonici Imperii ruinam, & Perſici conditorem Cyrum ejúſque victorias. Ideò enim Cyrus de Deo Iſraëlis honorificentiſſimè loquitur, in Edicto in gratiam Judæorum facto. Heſd. C. I, 1.

Hic populus &c.] Judæus, nempe, tempore Nebuchadnetſaris, qui Jeroſolimam cepit, omnia diripuit & Judææ incolas captivos, exceptis pauculis è vili plebe, abduxit.

In vincula conjecti ſunt omnes juvenes] הפח בחורים כלם *hapheahh babbourim chullam*, illaquea juvenes quotquot ſunt: הפח interpretamur perinde ac ſi eſſet הפחו *houphebhou* tertia perſona pluralis Præteriti verbi inuſitati פוח *phouahh* illaqueare, unde פח *phahh*, laqueus, quo capiuntur feræ. Barbarè vertas: *facti ſunt juvenes incidere in laqueos*, quia inſtar ferarum in laqueos Babyloniorum inciderant. LXX. Intt. verterunt, ἡ γὰρ παγὶς ἐν τοῖς ταμιείοις πανταχοῦ. Hieronymus: *laqueus juvenum omnes*, ſine ulla conſtructione. *Grotius* meliùs verti putabat: *laqueus in omnibus foraminibus eorum*, quaſi בחורים eſſet vox compoſita ex ב *in* & חורים *hhorim* foramina. Quæ coacta eſt interpretatio, & contraria punctationi Maſſorethicæ, quæ eſt בַּחוּרִים, non בְּחֻרִים & confirmatur ſequentibus verbis.

In carcerem abditi ſunt] בבתי כלאים החבאו *bebathe chlaïm hobhbaou*, in domibus carcerum facti ſunt latere. Ubi obſerva verbum eſſe in *Hophal*, ut הופחו *kophebhou*, cujus locum obtinet הפח *hapheahh*, imperativus *Hiphil.*

Direptioni] משסה *meſchiſſah.* Repetimus ל à voce לבז *labaz* prædæ, in antecedentibus verbis, quaſi eſſet למשסה *limſchiſſah.* Sic Vulgatus *in direptionem.* LXX. viri ἅρπαγμα. Vide & vers. 24.

Jis erepta] E re ipſa hoc ſupplevimus, perſpicuitatis causâ.

23. *Quis inter vos* &c.] Loquitur Propheta de hac clade, quaſi præterita; quia tam certum erat eam acceptum iri, quàm ſi jam contigiſſet. Simul objurgat Judæos, quòd rem tantam minùs adtendiſſent; quaſi caſu, non ſingulari providentiâ divinâ contigiſſet. Sic ſolent homines parum pii, qui ad primam cauſam, ut loquuntur Theologi, rarò adſurgunt, dictitántque, ſi magis ſibi caviſſent, futurum non fuiſſe, quod contigit; cùm illa ipſa incuria ſit ſæpe à Deo hominum animis immiſſa, ut pœnas de iis repetat.

Audiverit, ut in poſterum recordaretur] ישמע לאחור *jiſchmah leahhor*, audiverit in poſterum; in memoriam, nempe, revocandum, ita ut intelligerent divinitus rem contigiſſe, ut ſequentia verba oſtendunt.

24. *Quis direptioni Jacobum*] Eos interrogat, ita ut neceſſe habeant reſpondere, Deum eſſe, cujus ultrici juſtitiæ hæc omnia ſint tribuenda, non caſui.

25. *Quod incendio* &c.] *Et incendit eum*, &c.

Non intellexit populus &c.] Non ſatis intellexit, hanc fuiſſe ultionem divinam, quæ eum Nebuchadnetſari malè habendum permiſit. Quod ſatis liquet è Jeremia, qui quamvis à Deo Judæis ultimas calamitates prædiceret, ab iis non audiebatur, quaſi conſiliis humanis poſſent pœnas, quas meriti erant, effugere.

COM-

Digitized by Google

Promittitur Iſraëli auxilium à Deo, cujus gloria deſcribitur ; iterantur promiſſa, quorum beneficiorum cauſa profertur.

CAPUT XLIII.

1. NUNC verò, ſic dixit Jehova Creator tuus, ô Jacobe, & qui te formavit, ô Iſraël; ne timeas, quia te liberavi, nominatim te vocavi, tu meus es. 2. Cùm tranſibis per aquas, tibi adero; nec *ſi* fluvios *trajicias*, te ſubmergent; cùm ambulabis per ignem, non ambureris, nec flamma incendet te; 3. quia ego Jehova Deus tuus, Sanctus Iſraëlis Servator tuus, dabo redemtionis tuæ pretium Ægyptios, Chuſæos, & Sabæos, loco tuo. 4. Ex quo in pretio fuiſti, apud me, gloriam adeptus es, ego verò te amavi, & loco tuo homines dabo, próque anima tua populos. 5. Ne timeas, nam

P A R A P H R A S I S.

1. NUNC vero, ô Iſraëlitæ, ſic loquitur Jehova, qui vos creavit, Jacobi poſteri: ne timeatis, quia vos liberavi, & vos nominatim vocavi, meóſque agnovi. 2. Cùm trajicere ſtatuentis fluvium profundiorem, vos juvabo, nec eo ſubmergemini; cumque trajicere cogeremini incendium, nequaquam amburemini, nec flamma vos læderet; 3. quia ego omnium Creator, Deus tuus, & fauſtiſſimum Iſraëlitarum Numen, tibi ſingularem in modum adero; & loco tuo Ægyptios, Madianitas, & Sabæos quaſi victimas dabo pro te morituras. 4. Ex quo in honore, apud me, fuiſti, gloriam conſequutus es; ego vero te amavi, usque adeò, ut ad te ſervandum populos exitio dederim, non tantùm ſingulos homines, ſed etiam populos. 5. Noli quidquam ab hoſtibus timere, nam tibi adero, tuóſque populares redire faciam ex omnibus

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT XLIII.

1. TE *liberavi*] E ſervitute Ægyptiaca, ceteriſque omnibus periculis & calamitatibus, quæ ad tempora Eſaïæ contigerant. Quamvis enim exſtinctum eſſet decem Tribuum Regnum, ſtabat adhuc regnum Judæ.

Nominatim te vocavi] *Vocavi nomine tuo*; hoc eſt, te ſingulari ratione, ut populus meus eſſes, elegi.

2. *Cum tranſibis per aquas* &c.] Cuivis periculo te eripiam. Qui ſolebat minas Dei, ſine diſſimulatione, populo nunciare, idem promiſſa ejus etiam aperiebat; ne Judæi, inſtar decem Tribuum, in perpetuum à Deo deficerent, à quo nihil ampliùs ſperarent. Iis enim temporibus, nondum ſat clara erant alterius vitæ præmia; nec exiguâ tentatione ad Idololatriam trahi ſe ſenſiſſent Judæi, ſi ſe, dum verum Deum colerent, miſerrimos omnium terræ populorum futuros credidiſſent; ut ſi alii Genti, ut Babylonicæ, ſemper paruiſſent, ſuperbiæque ejus, iniquitati & crudelitati obnoxii fuiſſent; dumtaxat quia colebant alium Deum, à quo nihil ſperabant. Hæc interdum monenda duximus, ut probè intelligeretur, quamobrem promiſſa hujus vitæ ſint usque adeò minis permiſta.

3. *Dabo redemtionis tuæ pretium* &c.] נתתי כפרך *nathatthi copbercha*. LXX. Intt. ἄλλαγμά σου Vulgatus *propitiationem tuam*. Hujus loquendi generis originem oſtendimus ad Prov. XXI, 18. ubi vide quæ notavimus. *Grotius*, qui vult hæc & ſuperiora præterita tempora reſpicere, ſic rem interpretatur: *Cùm Aſarbaddon cogitaret tibi inferre malorum ultima, objeci ei alium hoſtem, Æthiopem Thiracam cinctum ingenti agmine ex Ægypto & Meroë, aut, ut Græci habent, Syene. Vide ſupra C. XVIII, & XXXVII.* De re ipſa ei adſentimur; nimirum, Deum hoſtibus Judæorum alios populos objeciſſe, in quos ſævirent. Sed in ceteris diſſentimus; nec quidquam eſt de Thirhaka in locis, quæ citat; nec fuit ille Rex Æthiopum, verùm Chuſæorum, ad intimum Arabicum ſinum, ut diximus ad 2. Reg. XIX, 9. nec Eſarchaddon bellum cum eo geſſit, quod quidem Scriptura memoret. Succeſſit ille Sancheribo, & poſtea etiam non Aſſyriorum modò, ſed & Babyloniorum Rex fuit, qui in Canone Regum vocatur Aſſaraddinus, ut *Jac. Uſſerius*, & *Joan. Marshamus* oſtenderunt.

Ægyptios, Chuſæos & Sabæos] מצרים כוש וסבא *Mitſrajim, Chouſch, ouSeba*. De nomine Ægyptiorum, nullus eſt diſſenſus, Chuſæos non eſſe Æthiopas, ſed eos Arabiæ populos, quos dixi, certiſſimum eſt. Supereſt populus, qui vocatur hic סבא *Seba*, & quem oſtendit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. IV. c. 8. ſedes habuiſſe in intima Arabia ad fluvium, qui *Lar Ptolemæo* dicitur, adcolis verò *Om*, & in ſinum Perſicum evolvit aquas. Quo autem tempore, hi tres populi fuerint כפר *chopher*, vel λύτρον dati pro Judæis, ex Hiſtoria Sacra diſcere non licet. Fortè hoc factum temporibus Nabopolaſſaris, vel filii ejus Nebuchadneſſaris; qui, cùm de pernicie Judæorum cogitaret, ab ea cogitatione revocatus fuerit, bello exorto cum populis memoratis, in quos ſævitiam ſuam expleverit. Vide *Joan. Marshamum* de clade Ægypti, ad ſæculum Ægyptium XVIII. p. 541. Ed. Lond.

LXX. Intt. hîc non tantùm pro Chuſitide Æthiopiam habent, ſed ut error errorem trahit, pro *Seba* Σοήνη, quam Syenen interpretantur, ubi alii omnes Interpretes, ut obſervat *Hieronymus*, ſervarunt nomen *Seba*, quos rectè

Google

nam tibi adero ego; ab oriente poſteros tuos adducam, & ab occidente congregabo te.
6. Dicam ſeptemtrioni: da; & meridiei: ne *reditum* prohibeas. Adduc filios meos è
longinquo, & filias meas ab extrema terra. 7. Quemvis, qui vocatur de nomine meo,
gloriæ meæ causâ, creavi, formavi, atque etiam perfeci; 8. *ita ut* eduxerim populum
cæcum, cui *poſtea* oculi fuerunt, & ſurdos, quibus *deinde* fuere aures.
9. Cogantur omnes gentes in unum locum, congregentur populi, quis eſt inter eos,
qui id prænunciet, & *qui* res priùs, quàm *eveniant* ut audiamus, faciat? Dent *alii* teſtes
ſuos, juſtè ſe *hi* gerant, & quod verum eſt dicant. 10. Vos mihi teſtes eſtis, ait Je-
hova, & ſervus meus, quem elegi; ut ſciatis, credatíſque mihi, & intelligatis, me eum
eſſe, *quem dixi*, nec ante me formatum *ullum eſſe* Deum, nec poſt me futurum.
11. Ego;

omnibus cœli plagis. 6. Jubebo Septemtrionem, reddere quos habet, & meridiem vetabo, ne impediat, quo minùs redeant; ſed filios meos & filias meas è longinquo reducere, ab ultima terra. 7. Omnes, qui cultores dicentur mei, gloriæ meæ cauſâ, creavi, formavi, & perfeci; 8. ita ut eduxerim populum cæcum priùs, cui poſtea oculi fuerunt, & ſurdos, qui deinde probè audiverunt.

9. Coëant omnes gentes in unum locum, & quivis populi; quis eſt, qui talia poſſit prænunciare, & facere, ut audiamus res, priusquàm contingant. 10. Dent alii teſtes ſuos, juſtè ſe gerant & quod eſt verum dicant, 10. Vos quidem mihi teſtes eritis, ait Creator, & ſervus meus, quem elegi; ut me cognoſcatis, credatíſque mihi me eum eſſe reverâ, *quem dixi*, nec poſt me alium futurum.

11. Ego;

rectè ſequutus eſt. Sed perperam כבא confundit cum שבא, cujus populi Regina Salomonem inviſit.

5. *Ab oriente* &c.] Temporibus cladium & captivitatum tam Iſraëlitarum, quàm Tribûs Judæ, poſteri Jacobi latè quaquaverſum, per vicina regna ſparſi fuerant; è quibus multi eorum redierunt in antiquas ſedes, poſtquàm Jeroſolima, florente Perſico Imperio, reſtituta eſt Judæis & inſtaurata, ac ſub regno Seleucidarum & Lagidarum, eo everſo. Eò videtur hîc reſpicere Propheta. Ac ſanè quicumque Judaïcam Religionem profeſſi ſunt, ſequentibus ſæculis, aut in patriam redierunt, aut certè Jeroſolimam, pro Sacrorum Metropoli, habuerunt, atque etiam, ſacrorum causâ, ſubinde iverunt.

6. *Qui vocatur de nomine meo*] כל הנקרא בשמי *chol hannikra biſchemi*, omnis vocatus in nomine meo; hoc eſt, qui ſe profitetur cultorem Dei Iſraëlis. Quâ adpellatione continentur non modo è Jacobo, ſecundùm carnem, orti; ſed & omnes alii, qui Judæorum Religionem amplexi erant.

Creavi, formavi, atque etiam perfeci] Sive natalibus ſit Judæus, parentibus quippe Judæis natus; ſive permotus revelatione meâ ad Religionem Judaïcam ſeſe adgregarit.

8. *Ita ut eduxerim*] הוציא pro להוציא *lebotſi*; hoc eſt, *ut eduxerim*, vel *ut educerem*; ex omnibus, nempe, gentibus cultores meos.

Populum cæcum &c.] Homines qui, in tenebris Ethniciſmi verſantes, nihil eorum videbant, quæ pertinent ad cultum veri Dei; ſed illuſtrati lumine Revelationis, ſuum officium intellexerunt & fecerunt.

Surdos, quibus deinde fuere aures] Qui cùm, inſtar ſurdorum, nihil audirent eorum, quæ opera Dei clamant; poſtea eorum voce intellectâ, Deum creatorem cœli & terræ coluerunt, eidémque paruerunt, Revelatione auditâ.

9. *Congregentur omnes gentes* &c.] Eſt provocatio Prophetæ, quâ provocat omnes populos Ethnicos ad proferenda vaticinia, ex quibus futura, ope Deorum ſuorum, intellexerint; qualia cùm proferre non poſſent, quippe hominum pleraque omnia ludibria; hinc ſequebatur, eos oportere fateri, unum Deum, qui colebatur à Judæis, eſſe verum Deum & Creatorem omnium rerum.

Qui id prænunciet] יגיד זאת *jaggid zoth*. Subaudiendum אשר *qui*. Cùm Hebræi careant verbis compoſitis, nec poſſint uno verbo dicere *prænunciare*; eſt boni interpretis, ubi res poſtulat, inopiæ Hebraïcæ Linguæ ſubvenire, & compoſita verba Latina adhibere, quotieſcumque opus eſt, ut hoc loco.

Res priusquàm eveniant] ראשנות *riſchonoth*, priores. LXX. Intt. τὰ ἐξ ἀρχῆς, ſed de rebus antiquis ſermo non eſt. Vulgatus, vel *Hieronymus*, habet, *quæ prima ſunt*, cùm Propheta agat de iis, quæ poſtea erunt. Sed uno verbo vel Græcè, aut Latinè dici non potuit. Unde non eſt tamen colligenda Hebraïcæ Linguæ copia, ſed potiùs ambiguitas & paupertas, cùm hæc una vox *prima*, *priora*, & *quæ dicuntur ante eventum* ſignificet.

Dent alii teſtes ſuos] Supplevimus *alii*; nempe, populi; quos Propheta provocat ad proferenda vaticinia, qualia ſua ſunt, & præſertim, quæ ad Babylonici Imperii occaſum, Perſici verò ortum pertinebant. Tempore quidem Eſaïæ reſciri non potuit ab Ethnicis, veréne hæc prædixiſſet, an ſecus; ſed Propheta non tantùm in uſum ſæculi ſui, ſed & ſequentium ſcripſit. Volebat ergo prædictionem proferri, coram teſtibus, qui fidem facerent, ſe à Vate quopiam ejusmodi vaticinium accepiſſe, certo quodam tempore, idque adſervari, donec impletum eſſet; quod ſi non contingeret, Vates ille non poterat non haberi Pſeudo-propheta; ſin verò contingeret, verus veridici Dei Propheta habendus erat.

Juſtè ſe gerant, & quod verum eſt dicant] Sine dolo teſtentur ejusmodi vaticinia certo quodam tempore eſſe edita. Poterant enim proferri prædictiones, quaſi veteres, quæ poſt eventum confictæ fuerant, quales multæ ſunt in Ethnicorum Hiſtoriis.

10. *Vos mihi teſtes eſtis*] *Vos teſtes mei.*

Digitized by Google

11. Ego, ego ſum Jehova, nec quisquam *eſt*, præter me, ſervator. 12. Ego pronunciavi, & ſervavi; ſeci, ut audiretis, nec ullus apud vos peregrinus *Deus*; vos teſtes mihi eſtis, ait Jehova, me eſſe Deum. 13. Etiam à quo dies eſt, ego is ſum, nec quisquam *ullum* è manu mea liberat; faciam, quis id reſcindet?

14. Sic dixit Jehova, vindex veſter, Sanctus Iſraëlis: propter vos miſi Babylonem, vectes omnes dejeci, & Chaldæos in navibus, propter quas ſe ſe jactant. 15. Ego ſum Jehova Sanctus veſter, creator Iſraëlis & Rex veſter. 16. Sic dixit Jehova, qui *vobis* viam per mare, & ſemitam per aquas validas conceſſit. 17. Eduxi currus & equos, copias & *militum* robur; at illi ſimul procubuerunt, neque reſurrexerunt, inſtar ellychnii exſtincti ſunt. 18. *Sed* ne memineritis priorum, nec antiqua *facta* ad animum revocetis. 19. Mox ego rem novam faciam, quæ nunc orietur, nonne eam intelligetis? Iterum viam in deſerto faciam, atque in ſolitudine flumina emittam. 20. Gloriam mihi tribuent agreſtes feræ, dracones & ſtruthiones; quia dedero eis in deſerto aquas

11. Ego, ego ſum Creator, nec quisquam eſt, qui poſſit ſervator dici, præter me. 12. Ego hoc prænunciavi, & reverà præſtiti; feci ut rem audiretis, non alienus quidam Deus. Vos mihi teſtes eſtis, ait Creator, me eſſe Deum. 13. Etiam a tempore, quo dies fuit, is fui, qui nunc ſum; nec quisquam mihi eripit eum, de quo ſtatui pœnas ſumere, aut facere, quod mihi videtur.

14. Sic dixit Creator, vindex veſter, Sanctus *Deus* Iſraelitarum: propter vos miſi *exercitum* Babylonem, vectes omnes ejus portarum dejeci, & Chaldæos etiam à navibus, quibus ſe jactant, & quibus Euphratem & paludes eorum ſoli navigant, dejeci. 15. Ego ſum Creator, ſanctum veſtrum Numen, à quo Iſraelitæ ſunt creati, & Rex veſter. 16. Sic dixit Creator, qui vobis viam per mare Erythræum aperui &, per validos fluctus conceſſi. 17. Eduxi contra currus & equos Ægyptiorum, & ceteras copias; ſed illi, ſimul ac mare ingreſſi fuerant vobis apertum, & trajectum, unà omnes perierunt, atque ad inſtar ellychnii exſtincti ſunt. 18. Sed miſſas faciamus res, quæ olim contigerunt, quaſi oblivione eſſent ex memoria deletæ, ut ellychnium exſtinctum. 19. Nunc rem olim non conſpectam faciam & planè novam, nonne ei adtendetis? Aliquid ſimile faciam viæ per ſolitudines apertæ, & emiſſioni novi fluminis ad potum populo ſuppeditandum. 20. Gloriam propterea mihi tribuent

Servus meus, quem elegi] Interpretes nonnulli Eſaïam putant, quos *Grotius* eſt ſequutus. Alii Chriſtum. Videtur hîc quivis Propheta intelligi verè à Deo miſſus, qui vaticinium coram teſtibus profert, ſéque id à Deo accepiſſe palam teſtatur.

Me eum eſſe, quem dixi] כי אני הוא *chi ani hou*, quòd ego ille; nempe, quem dixi, *Jehovam*, creatorem omnium, & qui facio, ut, quod prædixi, eveniat.

Nec ante me formatum ullum eſſe Deum] לפני לא נוצר אל *lphanai lo notſar el.* Oportet fuiſſe, apud Orientales Idololatras, opinionem ſimilem ei, quæ apud Græcos obtinuit; nempe, non ſemper eosdem fuiſſe Deos, ſed antiquiores à recentioribus pulſos. Sic Prometheus, apud *Æſchylum* vers. 956. ubi de arcibus cœli, quas duo alii Dii ante Jovem, è ſententia Græcorum, tenuerant atque amiſerant:

—— οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ
Δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην;
Τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
Αἴσχιστα καὶ τάχιστα.

Interprete *Grotio*:

—— *annon his duos*
Ego ipſe conſpexi evolutos arcibus?
Brevi videbo & tertium, & fœdè quidem
Et derepente.

Ubi Scholiaſtes: ἐβασίλευσε πρῶτος μὲν ὁ Ὀφίων καὶ Εὐρυνόμη· ἔπειτα Κρόνος καὶ Ῥέα· μετὰ ταῦτα δὲ ὁ Ζεὺς καὶ Ἥρα. Alii primos regnaſſe volunt Οὐρανὸν καὶ Γῆν.

Nec poſt me futurum] Hoc eſt, ſolum æternum eſſe Deum.

11. *Ego ſum Jehova*] Creator, & qui facit, ut fiat quæ vult.

12. *Et ſervavi*] Prout promiſeram.

Me eſſe Deum] *Et ego Deus.*

14 *Miſi Babylonem*] Nempe, Perſas, qui eam capient.

Vectes omnes dejeci] הורדתי בריחים *horadthi barihhim*, hoc eſt, vectes portarum dejeci. Quod eſt perinde ac ſi diceret: aperui illis Babylonem, quamvis Perſæ per portas eam non ſint ingreſſi, ſed per fluvium; tamen apertas invenerunt portas muri, qui ad fluvium erat. Vide *Herodotum*, & *Xenophontem* locis ad Cap. XIII. laudatis.

Et Chaldæos in naves] Quibus Borſippam deſcenderunt, urbe captâ, ut narrat *Beroſus* in fragmentis; quæ vera eſſe poſſunt, quamvis Nabonnidum perperam Babyloni ſuperſtitem facere videatur.

Propter quas ſe jactant] רנתם *rinnatham*, clamorem eorum. Utebantur navibus in Euphrate, quarum causâ gloriabantur. Quod poſſet clariùs explicari, ſi pleniorem haberemus captæ Babylonis hiſtoriam.

16. *Qui vobis viam per mare* &c.] Nempe, Erythræum.

17. *Eduxi currus & equos* &c.] Ægyptiorum, qui in mari perierunt. Vide Exod. XIV, 23. *& ſeqq.*

Inſtar Ellychnii] *Inſtar lini*, quo conſtabant ellychnia.

19. *Nunc orietur*] Paullò poſt germinabit עתה תצמח *hattah thitſmahh.* Reſpicit Cyrum, qui, non ita multis annis, poſt hoc vaticinium, fortè natus eſt, DC. annis ante Chriſtum.

Iterum

aquas & flumina in ſolitudine, ut potum populo à me electo præberem. 21. Populum hunc formavi mihi, *ut* laudes meas narraret.

22. Non invocaſti me, Jacobe, ſed me ægrè tuliſti, ô Iſraël. 23. Non adduxiſti ad me pecudes holocautomatum tuorum, nec victimis tuis honore me adfeciſti; non faceſſivi tibi moleſtiam, in munere *farreo*; neque laborem tibi impoſui, in thure offerendo. 24. Non emiſti mihi pecuniâ calamum *odoratum*, nec adipe victimarum tuarum me perfudiſti; ſed mihi moleſtiam peccatis tuis creaſti, méque iniquè factis fatigaſti. 25. Ego, ego is ſum, qui defectiones tuas, propter me, delevi; nec peccatorum tuorum recordabor. 26. Fac, ut *rectè factorum tuorum* recorder, atque unà diſceptemus; narrato, ut innocens judiceris. 27. *Sed* pater tuus prior *in me* peccavit, atque interpretes tui à me defecerunt; 28. quare principes ſacrarii polluam, Jacobúmque quaſi devotum *exſcidio*, & Iſraëlem convitiis exponam.

Promiſſa

tribuent vel feræ, ut dracones & ſtruthiones; quia ſuppeditabo aquam, ut olim populo à me electo. 21. Populum hunc formavi mihi, ut laudes meas aliis narraret.

22. Non invocatis, ô Iſraëlitæ, me, ut par erat; ſed meas leges ægrè tuliſtis. 23. Holocautomata non ſunt in altari mihi, honoris causâ, oblata, nec munus farreum à vobis exegi; neque moleſtiam verbis creavi, in thure mihi offerendo. 24. Non emiſtis mihi calamum odoratum, nec victimis veſtris pinguibus altare meum honeſtaſtis; ſed mihi creaſtis moleſtiam peccatis, & iniquè factis fatigaſtis. 25. Ego is ſum, qui, merâ meâ bonitate, peccatis tuis ignovi. 26. Fac tu, ut rectè factorum tuorum recorder, rationémque eorum habere poſſim. 27. Sed Majores tui jam in me deliquerunt, & interpretes Legis, apud te, jam à me defecerunt; 28. quare principes Sacrarii pollui patiar, & prolem Jacobi, quaſi excidio devotam, conviciis proſcindi patiar.

PARA-

Iterum viam &c.] Hæc proprio ſenſu, cùm non contigerint, ſunt intelligenda tralaticio, de magna rerum converſione, quæ facta eſt everſione Imperii Babylonici, per Cyrum. Vide notata ad Cap. XLI, 17. Quærere ſingillatim, quænam ſint feræ, quinam dracones, & quinam ſtruthiones Deum laudaturi dicantur, propter aquam, quam in gratiam populi ſui ſcaturire curarit in ſolitudine; hoc demum eſſet graviter nugari. Eſt enim deſcriptio veluti poëtica reditûs Judæorum è Babylonia in Judæam, ſine gravi incommodo, quale experti fuiſſent, ſi per aridas ſolitudines aquâ caruiſſent. Nihil tamen eſt hìc ad vivum reſecandum.

21. *Ut laudes meas narraret*] תהלתי יספרו *thehillathi jeſappherou*. Subaudiendum למען *lmaban*, *ut*.

22. *Non invocaſti me* &c.] Sub regno præſertim Manaſſæ, Hezekiæ quidem filii, ſed idololatræ; ac proinde eò deterioris, quòd patrem religioſum habuiſſet.

Sed me ægrè tuliſti] כי יגעת בי *chi jagahtha bi*, ſed laboraſti aut fatigatus es in me. XXX. Intt. hunc verſum aliter legerunt in codice ſuo, aut legendum putarunt, habent enim 1. *οὐ νῦν ἐκάλεσά σε*, ac proinde, legerunt לא אותך קראתי *lo othcha karathi*, non te vocavi, quod falſum eſt: 2. *οὐδὲ κοπιάσαι σε ἐποίησα*, quaſi legiſſent לא הוגעתי בך *lo hogahthi bcha*, non te fatigavi. Sed alii Græci verterunt, 1. *ἐκάλεσας* & *Hieronymus*: *invocaſti*: 2. *ἐκοπίασας* vel *ἐκοπιάσθης*, & Latinus *laboraſti*. Quæ lectiones ſunt, ſine dubio, meliores. Vertimus, hìc כי יגעת *me ægrè tuliſti*, quia *laboraſti in me* obſcurum erat. *Grotius* putabat meliùs verti: *imò tædio fuiſti mihi*, ſed יגע in Kal paſſivè ſumitur, & quod profert è verſu 24. nihil ad rem facit, nam verbum eſt illic in Hiphil.

23. *Non faceſſivi tibi moleſtiam*] *Non feci te ſervire*; neque enim Deo ſacra fecerant.

Laborem tibi impoſui] הוגעתיך *hogahthicha*, feci ut laborares, vel ut fatigareris; quia, nempe, ſponte ſuâ hoc deſierant facere.

24. *Calamum odoratum*] קנה *kanah*. Vide ad Exod. XXX, 22.

Perfudiſti] *Irrigaſti me*; nempe, altare.

Moleſtiam creaſti] *Servire feciſti me*.

25. *Propter me, delevi*] Non propter tua in me merita, quæ nulla erant, ſed meâ ipſius bonitate & miſericordiâ permotus. *Delevi*, quaſi, nempe, debitum è libro meo, ex quo mihi pœnas debebas. Vide Pſ. CIX, 14.

26. *Fac, ut rectè factorum tuorum recorder*] Eſt tantùm הזכירני *azchireni*, fac ut recorder. Sed quia homo non cupit malè factorum ſuorum, ſed tantùm laude dignorum memoriam à Deo ſervari, ſupplevimus quod neceſſariò ſubaudiendum fuerat, ut hæc verba intelligerentur.

Diſceptemus] נשפטה *niſſchaphetah*, judicemur; hoc eſt, ſiſtamus nos judicio. Verbum שפט hanc vim habet in *Niphal*.

Narra tu] ספר אתה *ſappher atthah*; nimirum, tua juſtè facta, צדקותיך *tſidkothecha*, quod antea ſubaudiri monuimus.

Ut innocens judiceris] למען תצדק *lmaban thitsdak*, ut ſis juſtus.

27. *Pater tuus*] Rex, nimirum, Manaſſa, Hezekiæ F. qui *pater* eſſe debuit populi, quamquam non fuit.

Interpretes tui] מליציך *mlitſecha*, interpretes, nempe, Legis Sacerdotes. *Aquila* & *Symmachus* *ἑρμηνεῖς σου*, quod ſequutus eſt Vulgatus. LXX. Intt. perperam *ἄρχοντες ὑμῶν*, ut antea *πατέρες ὑμῶν*. Verba ſequentia oſtendunt Sacerdotes intelligi.

28. *Principes ſacrarii*] שרי קדש *ſchare kodeſch*, principes ſanctitatis. LXX. Intt. malè *ἐμίαναν οἱ ἄρχοντες τὰ ἅγιά μου*. Nam Deus minatur ſe paſſurum eos pollui, cùm nimirum, manum injecturi iis erant Chaldæi, & eos vincturi.

Quaſi devotum &c.] אתנה לחרם *etthenah lhherem*, dabo devotioni, permittam occidi, quaſi devotum.

Promiſſa Dei Iſraëlis, commenticios Deos ei æquiparari non poſſe, prædictio de liberatione à Captivitate Babylonica, operâ Cyri, Perſarum Regis.

CAPUT. XLIV.

1. AUDI nunc Jacobe, ſerve mi, Iſraël, quem elegi: 2. ſic dixit Jehova, qui te fecit: qui te formavit: ab utero auxilium tibi feret, ne timeto, mi ſerve Jacobe, & Jeſchurun, quem elegi. 3. Proluam enim ſitientem aquâ, & fluenta in *terram* aridam *emittam*; effundam ſpiritum meum in poſteros tuos, & benedictionem meam in eos, qui à te orientur. 4. Creſcent inter herbas, ut ſalices ad rivos aquæ. 5. Hic dicet: ego ſum Jehovæ, ille verò de nomine Jacobi vocabitur; hîc ſcribet manu ſuâ, *ſe eſſe* Jehovæ, *alter* nomine Jacobi adpellabitur.

6 Sic

PARAPHRASIS.

1. AUDI me, ô poſteritas Jacobi, quam elegi. 2. Sic loquutus eſt Creator, qui te fecit, & qui ab utero tibi auxilium tulit. Noli timere tibi ab hominibus, poſteritas ſervi mei Jacobi, aut Jeſchurunis, quem elegi, ut eſſet conditor populi mihi conſecrati. 3. Quando terra nimis arida ſit, niſi aquâ irrigetur: ſic effundam ſpiritum meum in poſteros tuos, & benedicam iis, qui à te ortum, ducent. 4. Creſcent, ut ſic loquar, inter alias, ut herbæ humefactæ, inter alias virent. 5. Hi quidem dicent, ſe ortum debere Creatori; illi vero ſe poſteritatem profitebuntur Jacobi. Hi ſatis habebunt, ſe haberi inter ejus poſteros.

6 Sic

COMMENTARIUS
In CAPUT XLIV.

1. *JEſchurun, quem elegi*] ישרון *jeſchurun.* Sic vocatur Iſraël Deut. XXXII, 15. XXXIII, 5, 26. *Grotius* conjicit eſſe ὑποκοριστικὸν, quaſi diceretur Ἰσραηλίδιον.

3. *Proluam ſitientem aquâ* &c.] Dabo ei quod maximè ei convenit, & quo ante omnia indiget, ſpiritum pietatis; qui erit ei inſtar aquæ, quo proluitur ſitiens, aut inſtar pluviæ, quâ terra arida fœcundatur. Eſt enim hic occulta quædam comparatio, quales frequentiſſimæ in ſcriptis Prophetarum. Hoc ſub Evangelio demum factum eſt.

4. *Creſcent inter herbas*] בבין חציר *beben bhatſir*, in inter fœnum. LXX. Intt. non abſurdè ὡς ἀνὰ μέσον ὕδατος χόρτος. Qui videtur eſſe ſenſus loci. Fateor mihi ſuſpectum eſſe בבין *beben*, quod hîc tantùm occurrit. *Junius* & *Piſcator* legendum putarunt כבין *cheben*, cùm uterque vertat *velut inter gramen*, & *Piſcator* etiam in notis diſertè ſignificet, ſibi videri ita legendum. Sed videtur neſcio quid excidiſſe. Si eſſet כבעין חציר *chbebajin bhatſir*, ut ad fontem fœnum, nulla eſſet difficultas, nam ב ſæpe ſumitur pro על *hal*, vel אל *el*, hoc eſt, ad. Comparatio duplex eſſet: *ut gramen ad fontem, útque ſalices ad rivos aquæ.* Sed noſtra lectio ad hunc ſenſum aliquomodo trahi poteſt, quia ſalices ad oram rivorum aquæ perennis creſcunt, etiam inter fœnum, vel gramen, quod emittit vicina humus.

Ego ſum Jehovæ] ליהוה אני *ladonai ani.* Videtur Proſelytus ſignari, qui licet non pertineret ad prolem carnalem Jacobi, tamen erat *Jehovæ*, ad cujus cultum acceſſurus erat. Vide Pſ. LXXXVII, 4.

De nomine Jacobi vocabitur] יקרא *jikra*, aut eſt ſic efferenda vox, יִקָּרֵא, in futuro *Niphal*; aut res eodem modo intelligenda. LXX. Intt. habent βοήσεται. Vulg. *vocabit in nomine Jacob.* Videtur deſcribi à Jacobo oriundus.

Manu ſua, ſe eſſe Jehovæ] ידו ליהוה *jado ladonai*, ſupplendum בידו ליהוה אני *bjado ladonai ani*, in manu ſua ego ſum Jehovæ. Hinc LXX. Intt. τοῦ θεοῦ εἰμί. Poſſint hæc fortè eò nos adducere, ut non difficulter perſuaderemur, Proſelytos illo ævo χάραγμα accepiſſe in manu, ubi erant hæ litteræ ליהוה אני, quibus ſe cultores eſſe Dei Iſraëlis profitebantur. Vide *H. Grotii* & *H. Hammondi* notæ in Apoc. XIII, 16. Sin minùs oportebit Proſelytum manu ſuâ, in Synagogæ, cui adgregabatur, libro, ſcripſiſſe, *factum ſe eſſe ſervum Jehovæ.*

Adpellabitur] יכנה *jechanneh.* LXX. βοήσεται. *Hieronymus*, *adſimilabitur*, incommodè. Satis liquet, ſignificari eum, de quo ſermo eſt, profeſſurum, ſe eſſe è proſapia Jacobi, aut Iſraëlis, & velle ſe Iſraëlitæ nomine cenſeri, quaſi honorifico, & quod auribus ejus blandiebatur. Vide ad Job. XXXII, 21. & infra XLV, 4.

6. *Ego primus* &c.] Vide not. ad C. XLI, 4, & XLIII, 10.

7. *Vocavit* &c.] Negat Deus ullum proferri exemplum Dei cujuſpiam, *qui vocarit* conditorem gentis cujuſdam, ut ipſe vocaverat Abrahamum; quíque *prænunciarit* ei, quid futurum poſteris ejus eſſet, & *ordine dixerit* omnia; quemadmodum fecerat ipſe, in gratiam Iſraëlis.

Prænunciavit] יגידה *jaggidah*, nunciavit id; ſic & in ſequente voce ויערכה *vejahrecheah*, & ordinarit id. Quæ referenda ad prædictiones, quas Abrahamo & ejus poſteris ordine propoſuit Deus.

Idem futura &c.] Provocat Deus commenticios Deos, ut futura ſuis populis prædicant. Eſt hîc יגידו *jaggidou*, nuncient, quia de

Google

6. Sic dixit Jehova, Rex Iſraëlis & vindex ejus, Jehova *Deus* exercituum: ego
primus, & ego ultimus, præter me nullus eſt Deus. 7. Quis inſtar mei vocavit, prænun-
ciavit, & ordine mihi dixit, ex quo conſtitui populum meum in perpetuum? *idem* fu-
tura ac ventura prænunciet illis. 8. Ne paveatis, neque timeatis; annon jam olim feci,
ut audiretis, & prænunciavi vobis? Vos eſtis teſtes mei, an ſit Deus præter me; nulla
eſt rupes, nullam novi. 9. Qui formant ſculptilia quotquot ſunt, *homines* inanes ſunt.
Quæ concupiſcunt *Numina*, prodeſſe nequeunt, teſtéſque eorum ipſi non vident, nec
intelligunt, & pudore adficientur. 10. Quis formavit Deum, & ſculptile conflavit, ut
nullam utilitatem *ex eo* caperet? 11. En omnes ſocii ejus pudore ſuffundentur, cùm ipſi
artifices *ſint* ex hominibus. Congregabuntur quotquot ſunt, ſtabunt, pavebunt *&* ſi-
mul pudefient. 12. Faber ferrarius, *fabricat* ſecurim, opus facit *ope* prunarum, & malleis
maſſam format. Laborat brachiis *totis* viribus, etiam eſuriens, dúmque vires eum deficiunt;
nec

6. Sic verò loquutus Creator, idémque Rex & Vindex Iſraëlitarum: ego ſum primus & ultimus, nec eſt alius Deus. 7. Quis, ut ego, vocavit, prænunciavit, & ordine mihi dixit, ex quo condidi populum meum in perpetuum? Idem futura illis prænonciet. 8. Ne timeatis, neque pavore ullo corripiamini; annon jam olim, quid futurum eſſet, prænunciavi vobis? Vos teſtes mei eſſe poteſtis, an ullum Deum intellexeritis, poſtea futurum, præter me. Nullum eſt perfugium prorſus tutum, præter me; nullum novi. 9. Qui faciunt ſibi ſculptilia, quotquot ſunt, ſunt homines ſapientiæ expertes. Dii, quos ſculpi curant, nulli prodeſſe poſſunt, & qui teſtes ab iis factorum ſuorum vocantur, deſtituti ſunt ſenſu; quam ob rem, eorum cultores pudore adficientur. 10. Quis autem finxit Deum, & ſculptile conflavit, ut nullam utilitatem inde caperet? 11. Omnes autem ejus ſocios pudebit, cùm illi artifices ſint etiam ex iis, qui utilitatem quærunt ex ſuis opificiis.

12. Laborat faber ferrarius, opúſque ſuum facit, ope prunarum & malleorum, quo metallum format. Totis viribus labori ſuo incumbit, etiam eſuriens

de pluribus Diis agit, quamvis antea ſingulari uſus ſit.

8. *Jam olim*] מאז *meaz*, è tunc; hoc eſt, jam olim, ſuis quæque temporibus, feci, ut audiretis, quid in poſterum futurum eſſet.

Vos eſtis teſtes mei] Poteſtis teſtari, me hæc omnia diu antea prædixiſſe, ut ex Prophetarum libris liquet.

Nulla eſt rupes] אין צור *en tſour*, quæ vox ſæpe de Deo uſurpatur, & à nonnullis putatur idem eſſe יוצר *jotſer*, fictor, formator, quia reverà צור interdum eſt *formare*, ut Exod. XXXII, 4. 1. Reg. VII, 15. Sed nomen צור *tſour* eſt frequentiùs multò *rupes*; hoc eſt, perfugium.

Nullam novi] בל ידעתי *bal jadahthi*, non novi, quæ eſt vehementior negatio, quod enim non novit Deus, nec eſt, nec eſſe poteſt, quippe qui omnia novit.

9. *Sunt homines inanes*] תהו *thohou*, inanitas, qui nihil ſunt, & minùs quàm nihil, ut alibi loquitur Propheta, ac proinde non poſſunt facere Deos.

Quæ concupiſcunt numina] חמודיהם *hhamoudehem*, capiti eorum, hoc eſt, quibus maximè delectantur. LXX. Intt. καταθύμια αὐτῶν, meliùs quàm *amantiſſima eorum*, ut habet *Hieronymus*.

Teſtéſque eorum] Quia Deus vocavit ante Iſraëlitas *teſtes ſuos*, ideò ſic vocat etiam cultores aliorum Deûm *eorum teſtes*; quòd teſtificarentur eſſe Deos, quamvis ſine ratione.

Non vident &c.] Sunt homines ſtupidi, omníque ſapientia deſtituti. Quamobrem ex eventu tantùm intelligunt falſos eſſe Deos, quos coluerunt: cùm vident, non ſine pudore, *eos prodeſſe non poſſe*.

10. *Ut nullam utilitatem ex eo caperet*] לבלתי הועיל *lbilthi hohil*, ne juvet. Eſt interrogatio ſarcaſtica, quâ Deus oſtendit Idololatras id facere, quod nemo credere poſſet, niſi videret.

12. *Faber ferrarius*] חרש ברזל *hharaſch barzel*, faber ferri.

Fabricat ſecurim] מעצד *mohatſad*. LXX. Intt. σκέπαρνον, *aſciam* habent, Vulgatus *limam*, quod crederet agi de inſtrumento fabri ferrarii. Sed liquet ex hoc loco & Jerem. X, 3. *ſecurim*, aut *aſciam* ſignificari; non qua utatur faber ipſe ferrarius, ſed quam fingit in uſum fabri lignarii. *Lud. Cappellus* in notis Criticis, ad hunc locum, prolatis aliorum ſententiis, obſervat, perpetuum ferè eſſe Prophetis, ut idem bis, eodem verſu, repetant, mutatis vocibus, & eò inclinat, ut putet מעצד hic idem eſſe, quod mox זרוע כחו *zrouah chohho*, id eſt, *brachium*; quia Arabicè עצד ſignificat *lacertum*, *humerum*, & apud *Avicennam* propriè os brachii, quod eſt à cubito ad ſcapulam uſque; ita ut velit Propheta fabrum fingere ferrum brachio. Sed in eadem lingua עצד ſignificat *ſecare arborem*, & מעצד inſtrumentum, quo id fit, ut obſervavit *Edm. Caſtellus*. Itaque ſignificabitur hîc *ſecuris*, qua faber lignarius utitur ad cædendas cedros, aliáſque arbores, ut habemus vers. 14. acceptam, nempe, à fabro ferrario.

Opus facit ope prunarum] ופעל בפחם *oupbahal bapphehham*. פחם *phahh*, ubi de opere fabri ferrarii ſermo eſt, eſt ſine dubio *pruna*, quâ mollitur ferrum, ut formari in incude poſſit.

Malleis maſſam format] במקבות יצרהו *bammakkaboth jitſrehou*, malleis format illud, nempe, *ferrum*, quod anteceſſit. Voce *maſſa* uſi ſumus, quia Latinè loquentibus commodius erat. Vide 1. Reg. VI, 7. & Jerem. X, 4. de voce, quam *malleum* vertimus.

Laborat totis viribus] ויפעלהו בזרוע כחו *jiphhalehou bizrouah chohho*, elaborat illud (*ferrum*)

nec aquam bibit, quamvis ſitiat. [13]. *At* faber lignarius extendit lineam, & amuſſi delineat in angulos, tum circino rem deſcribit, facítque ad ſimilitudinem hominis, quam pulcherrimam, ut in Æde maneat. [14]. *Mittit ad Libanum homines*, qui cædant ſibi cedros, vel ſumit ilicem aut quercum, & arboribus ſilvæ inſtruit ſibi *officinam*; plantat etiam ornum, cui pluvia incrementum det. [15]. *Eadem ligna* ſunt homini ad comburendum, ſumit ex iis, ut ſe calefaciat; etiam incendit *ea*, ut coquat panem; ſimúlque ex iis facit Deum, & ſe coram eo proſternit; facit ſculptilem *ſtatuam*, eámque adorat. [16]. Dimidiam partem igne comburit, dimidiâ *alterâ* carnem *coctam* comedit, aut aſſat & ſatiatur. Imo ſe calefacit & dicit: hem! me calefeci, & flammam vidi. [17]. Reliquâ *materiâ* utitur ad Deum faciendum, & ſculptilem ſtatuam, ante quam ſe incurvat, proſternit, & orat, his verbis: libera me, nam tu Deus meus es. [18]. Non norunt, neque intelligunt, *quid agant*; nam obleverunt oculos ſuos, ne viderent, néve eorum animi intelligerent. [19]. *Faber rem* ad animum non revocat, *neque* utitur cognitione

eſuriens, donec vires ei deficiant, nec deſinit labori incumbere, adeò ut, quamvis ſitiat, pergat in opere. 13. Faber verò lignarius amuſſi & circino utitur, ut lignum paret ad figuram humanam, quam pulcherrimam, format; quæ in Templo collocetur. 14. Laborat autem magno ſtudio, ut quam elegantiſſimam humanam formam exprimat; quam ob rem mittit ad montes, ut ſibi cædantur cedri, vel ilices, vel quercus, in uſum memoratum. Plantat etiam ornos, quæ pluvia multâ creſcunt, atque eo adparatu ornat ſuam officinam. 15. Eadem illa ligna adhibentur ad combuſtionem, ut frigus minuatur, & coquatur panis; ſimulque ex iis lignis ſtatuas Deorum facit, quas colat. 16. Dimidiam partem comburit, ut ſe ſe calefaciat, hiberno tempore; altera verò carnem coquit, aut aſſat, eaque veſcitur. Imò ſe calefaciens lætatur flammâ ejuſmodi lignorum, & gaudet ad ejuſmodi ignem ſe calefactum fuiſſe 17. Nec eò ſecius ex reliquo ligno facit ſibi Deum, quem humi proſtratus adorat, & ſic adloquitur ſtatuam: libera me ex quibusvis malis, nam tu Deus meus es. 18. Sic ſtolidè ſuperſtitione occœcati neſciunt, quid agant, quaſi datâ operâ mentiu ſuæ oculos obleviſſent, ne intelligerent quid facerent.

19. Faber verò non ſatis adtendit id, quod facit, atque imprudenter ſe gerit, cùm deberet cogitare,

rum) brachio roboris ſui; hoc eſt, ut Virgilianis verbis, in re ſimili, utar, *magnâ vi brachia tollit*.

Etiam eſuriens &c.] גם רעב ואין כח *gam robeb veen choahh*, etiam eſuriens & nullæ vires. Deſcribit Propheta miſerum fabrum ferrarium, magno labore, ſecurim fabricantem, quâ ſecetur arbor, è qua à fabro lignario fiat Dei ſimulacrum; ut adpareat, ſine opera miſerorum hominum, & quidem moleſta, non poſſe eſſe Ethnicis Deos, quos colant.

Nec aquam bibit &c.] Dum, nempe, calet ferrum magnâ vi fingendum eſt, neque cibus, aut potus interea ſumendus, ne frigeſcat metallum.

> —— *Tunc viribus uſus,*
> *Tunc manibus rapidis, omnes tunc arte magiſtrâ*
> *Præcipitare moras.*

ut cum *Virgilio* loquar.

13. *Faber lignarius*] חרש עצים *hharaſch hetſim*, faber lignorum. Hìc deſcribit laborem fabri lignarii, ad fabricandum, ſecuri à ferrario acceptâ, lignum, quo fiat ſtatua; ut, nempe, rideat Deos, opis miſerorum mortalium, ut ſint, egenos.

Amuſſi delineat in angulos] יתארהו בשרד יעשהו במקצעות *jethaarehou baſſchered jahaſchehou bammaketſuhoth*, delineabit illud filo, & faciet in angulos. שרד *ſchered* eſt filum amuſſis rubrica tinctum, quo primùm in longitudinem notatur truncus, ut dedoletur, deinde latitudo angulis definitur, antequàm in figuguram ſtatuæ ſculpatur.

Circino rem deſcribit] ובמחוגה יתארהו *oubammehhougah jethoorehou*, circino format illud; nempe, ad rotundarum, aut σφαιροειδῶν partium figuram aliquo modo definiendam, antequàm ſcalprum adhibeat, ut capitis & vultus.

Facítque ad ſimilitudinem &c.] *Et facit illud ſecundùm imaginem viri, ſecundùm pulcritudinem hominis*. Species, nempe, Deorum erat efficta ad formoſiſſimos vultus hominum, & corpora membris egregiis conſtantia; ut vel primo intuitu reverentiam ſui ſpectantibus injicerent. Legant qui volent, hanc in rem, Orationem XII. *Dionis* Chryſoſtomi, de ſtatua Jovis Olympica, in qua ars Phidiæ elegantiſſimè exponitur.

Ut in Æde maneat] לשבת בית *laſchebeth bajith*, ad habitandam Ædem, hoc eſt, ut in templo collocetur, illícque hæreat.

14. *Mittit ad Libanum homines, qui*] Hæc fuerunt neceſſariò ſupplenda, quia non potuit periodus inchoari his verbis: *ad cædendas ſibi cedros*. LXX. Int. ἔκοψε ξύλον, quaſi fuiſſet non לכרות *lichroth*, ad cædendum, ſed ויכרות *vajjichroth*. Sic & Vulgatus: *ſuccidit cedros*. Non puto tamen aliter eos legiſſe, quàm nos; ſed conſtructionem, quam non inveniebant, de ſuo concinnarunt. Aut excidit, aut ſupplendum reliquit Propheta: וישלח אנשים אל הלבנון *vajiſchlahh anaſchim el hallebanon*, quæ Latinè loquenti neceſſariò exprimenda fuerunt.

Ilicem aut quercum] תרזה ואלון *thirzah veallon*. Sequuti ſumus *Hieronymum*, nam LXX. omiſerunt omnia hæc arborum genera. Nemo hodie eſt, qui poſſit ſatis certò nomina arborum omnium interpretari, cùm Vett. Intt. & qui in locis vixere, non ſatis ſibi conſtent. *Aquila* & *Theodotion* ἀγριοβάλανον καὶ δρῦν. *Ar-*

gnitione ſua, & prudentia, ut dicat: dimidiam ejus *ligni* partem combuſſi, coxi etiam in ejus prunis panem, aſſavi carnem & comedi; reliquâ verò *uſus ſum* ad rem abominandam faciendam, & ante truncum ligni me incurvavi. [20]. Paſcit cinerem, animus ejus errans eum avertit *à recta via*, nec liberat ſe, nec dicit: annon inanis labor eſt, in dextra mea?

[21]. Memor horum eſto, Jacobe, ſeu Iſraël, nam ſervus meus es tu, ô Iſraël, neque fas eſt te oblivisci mei. [22]. Abſtergam, quaſi nebulam, defectiones tuas, & peccata tua, ut nubem; revertere ad me, nam te liberavi. [23]. Lætos clamores tollite, ô cœli, quia *hæc* fecit Jehova, vociferamini loca inferiora terræ; mittite hilarem vocem montes, & ſilvæ, omnéſque arbores, quæ in eis ſunt; quia liberavit Jehova Jacobum, & gloriatur in Iſraële.

[24]. Sic dixit Jehova, qui te liberavit & formavit ab utero: ego ſum Jehova, qui omnia feci, qui cœlos extendi ſolus, & per me terram firmavi. [25]. Irrita fecit ſigna men-

re, ſe dimidiam partem ligni combuſſiſſe, atque in prunis coxiſſe panem, & aſſaſſe carnem, ac comediſſe; reliquam verò partem in abominandam ſtatuam conſumſiſſe, quam adoraſſet, quamvis eſſet truncus ligneus. 20. Paſcit ignem ligno, atque à recta Religione aberrans non dicit, apud animum ſuum, inanem fuiſſe laborem ſuum, in elaboranda ſtatua, quam colit, idque fruſtrà.

21. Memento horum, ſive tu Jacobus, ſeu Iſraël mavis vocari, ſeu *ſupplantator*, aut *victor Dei*.

22. Horum memento Jacobe, aut Iſraël; es enim ſervus meus, cùm te creaverim, neque fas eſt, te mei oblivisci. 22. Abſtergam peccata, quaſi humorem nebulæ corpori adhærentis; ad me pœnitentiâ redito. 23. Tollite lætos clamores, cœli, quia hæc fecit Creator; vociferamini loca inferiora terræ, emittite lætas voces montes altiores, & ſilvæ, omnéſque arbores, quæ in iis ſunt, quia Creator liberavit Jacobum, & gloriatur ipſe, Iſraële liberato.

24. Sic loquitur Creator, qui te liberavit, & formavit ab utero. Ego ſum Creator, qui omnia feci, qui cœlos extendi ſolus, & terram, ſine ullius auxilio, firmavi. 25. Falſorum Prophetarum miracula irrita fecit, & hariolos ad inſaniam adegit.

Arboribus ſilvæ inſtruit ſibi officinam] ויאמץ לו בעצי יער *vajjeammets lo babatſe jabar*, & roborabit ſibi in ſilvæ arboribus. Omiſerunt LXX. Intt. *Hieronymus*: *quæ ſteterat inter ligna ſaltûs*. Ex re ipſa conjecimus, cùm de ſculptore agatur, ſignificari, eum ſibi comparaſſe multas arbores, quibus ſtatuas Deorum conficeret; ita ut *roborare ſe ſilvâ arboribus*, perinde ſit, ac probè inſtruere officinam ligno ſimulacris faciendis idoneo. Neque enim concoquere eorum poſſim ſententiam, qui hæc verba referunt ad arbores & vertunt: *aut quæ fortificat ſe, inter arbores ſilvæ*. Hoc demum eſt lapides loqui.

Ornum] Hebraïcè ארן *Oren*, qui ſenſus, credo, perſuaſit Intt. eſſe *ornum*; nec ſatis ſcio fallantúrne, an rem acu tetigerint. LXX. Intt. πίτυν, *Hieronymus*, *pinum*.

15. *Sunt homini ad comburendum*] Supplevimus, perſpicuitatis causâ, *ligna eadem*.

Ut coquat] *Et coquet*.

18. *Obleverunt*] טח *tabh* pro טחו *tabbou*. Hoc verbum eſt *tectorio inducere*. Quare impropriè verterunt LXX. Intt. ἀπημαυρώθησαν. Meliùs *Hieronymus*: *abliti ſunt, ne videant, oculi*.

19. *Neque utitur cognitione ſua*] ולא דעת *velo dahath*. Repetendum ישיב אל לבו *jaſchib el libbo*, revocat ad animum ſuum ſcientiam.

20. *Paſcit cinerem*] רעה אפר *robeb epher*. LXX. Intt. γνῶτε ὅτι σποδὸς ἡ καρδία αὐτῶν. Legerunt דע כי *deah chi*, ſcito quòd, & hæc perperam cum ſequentibus junxerunt. Vulgatus: *pars ejus cinis eſt*, non quòd aliter legerit, ſed quòd ſenſum fecerit, pro eo quem non intelligebat. Crediderim alludi ad σπονδὰς, ſeu libationes, hoc eſt effuſiones vini in aræ ignem, quaſi eo voluiſſent paſcere cineres vino. Irridet Propheta Ethnicos, qui putabant, ſe Deum paſcere, cùm paſcerent cineres, qui ſoli excipiebant libamina. Vide, ſi opus eſt, quæ de iis collegit *Joan. Saubertus*, vir diligens & doctus, Lib. de Sacrificiis Cap. XXV.

21. *Neque fas eſt te oblivisci mei*] לא תנשני *lo thinnaſcheni*, non obliviſceris mei. Futurum erat, ſed ejus ſignificatio, quod fieri nefas erat; additâ, nempe, negatione. Itaque perſpicuitatis causâ, ſic vertimus.

22. *Abſtergam, quaſi nebulam* &c.] Hoc eſt, ſic peccata tua tibi remittam, ut diſſipatur nebula, aut nubes vento; nec earum ampliùs ſit mentio, aut ſupereſt veſtigium.

23. *Gloriatur in Iſraële*] Hoc eſt, ſe eum liberaſſe gloriatur. Gallicè, *ſe fait honneur d'Iſraël*.

Per me terram firmavi] Eſt in textu מי אתי *me itthi*. Sed in margine monemur legendum מאתי *meitthi* deleto י una voce. Alioqui verti poſſet τὸ כתיב *quis mecum*; nempe, erat ſ eùm hæc facerem. Quæ interrogatio vim habet negationis, unde Vulgatus: *& nullus mecum*. LXX. Intt. conjungunt cum ſequentibus & vertunt τίς ἕτερος.

25. *Irrita fecit ſigna mendacium*] מפר אותות בדים *mepher othoth baddim*. Vertimus בדים mendaces, quia videtur hanc poteſtatem duxiſſe è בדא *bada*, commentus eſt, idque optimè in rem præſentem quadrat. Sermo enim eſt de iis, qui אתות *ſigna*, hoc eſt, oſtenta, omina ac præſagia futuri è rebus, quæ ſimile nihil ſignificant, ducere ſolebant. Quod notum eſt à Chaldæis præſertim factitatum. LXX. Intt. διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, ſed de ejuſmodi vatibus hîc nihil eſt. *Hieronymus* meliùs: *irrita faciens ſigna divinorum*.

Ha-

mendacium, atque hariolos ad inſaniam adegit. 26. Retrorſum avertit ſapientes & ſcientiam eorum ſtultam reddidit. 27. Ratum fecit verbum ſervi ſui, & conſilium legatorum ſuorum perfecit, dicit Jeroſolimæ: *rurſus* incoleris; & urbibus Judæ: inſtaurabimini, & ſolitudinibus ejus: vos *denuo* excitabo.
27. Si dixit profundo: exſiccator, & fluctus tuos areſaciam. 28. Dicens de Cyro: paſtor meus eſt, & quidquid voluero perficiet, etiam dicendo Jeroſolimæ: inſtaureris; & Templo fundêris.

Prophetia de Cyro, déque rebus ſecundis liberationem Judæorum ſequuturis, & vocatione Gentium ad veri Dei cultum.

CAPUT XLV.

1. SIC dixit Jehova uncto ſuo Cyro: *heus tu*, cujus adprehendi dextram, ad ſubigendas coram te gentes, ad ſolvendos Regum lumbos, atque ad aperiendas ſibi Valvas, ita ut portæ claudantur. 2. Ego tibi præibo, ut tortuoſas vias rectas faciam,

git. 26. Retrorſus fugavit eos, qui ſapientiam ſuam jactabant; & eorum ſcientiam ſtultam eſſe oſtendit. 27. Rata fecit verba ſervorum, & conſilia legatorum ſuorum perfecit. *Idem* dicit Jeroſolimæ, è qua multi fugerant, fore ut rurſus plures incolas habeat. Pollicitus eſt urbibus Tribûs Judæ everſis inſtaurationem, & ſolitudinibus ejus novos incolas. 27. Mari imperabit ſiccitatem, quod effecturum ſe pollicitus eſt. 28. Dixit de CYRO (*Perſarum Rege*) ſe eum habiturum pro Rege, à ſe creato; eumque, quidquid à ſe juſſus eſſet, facturum; etiam jubendo inſtaurari Jeroſolimam, & alias Urbes Judææ, ſe hoc effecturum. 27. Si velit profundum exſiccari, curaturum ſe hoc fieri. 28. Dicens fore ut Cyrus ſit ipſius paſtor, & perficiat, quod jubebit etiam inſtaurandis Jeroſolimâ & Templo.

PARAPHRASIS.

1. SIc dixit Creator Uncto ſuo Cyro: heus tu! cujus adprehendi dexteram ad ſubjiciendas nationes & frangendos Regum animos ita ſint adfecti, ut munitas ſuas urbes tibi aperiant. 2. Ego tibi præibo, ut tortuoſas vias ad lineas rectas redigam, ut citiùs eò, quò tendis, pervenias, & æneas

Hariolos ad inſaniam adegit] כסמים יהולל *choſemim jeholel.* LXX. Intt. μαντείας ἀπὸ καρδίας, quod & obſcurum eſt, nec Hebraïcis verbis convenit. *Hieronymus* rectè: *hariolos in furorem vertens*, Fortè tamen haud malè verteremus: *ut inſani videretur effecit*, quæ eſt adfinis ſignificatio poteſtati conjugationis *Hithpaël* התהולל *bithbolel* 1. Sam. XXI, 13.

26. *Servi ſui*] Fortè Eſaïæ, quamvis de quovis etiam Propheta intelligi queat, ut מלאכים *maleachim*, legati, in ſequente membro.

Rurſus incoleris] Eſt tantùm hîc: תושב, תבנינה, & אקומם, *habitaberis*, *ædificabimini*, & *excitabo vos*, quia carent Hebræi verbis compoſitis. Itaque iterationem Latinè loquentes expreſſimus.

27. *Exſiccator* &c.] Quamvis hîc agat Propheta de Babylonicæ Captivitatis fine & reditu Judæorum per Meſopotamiam & Syriam in priſtinas ſedes; tamen ut difficultatem rei exprimat, eam ita deſcribit, eodem modo, quo deſcribitur exitus ex Ægypto, per mare Erythræum.

28. *Dicit de Cyro: paſtor meus eſt.*] האומר לכורש רעי *beomer lCoreſch robi. Symmachus*, ὁ λέγων Κύρῳ ποιμήν μου, ut Hieronymus: *qui dico Cyro: paſtor meus es.* Sed LXX. ὁ λέγων Κύρῳ φρονεῖν, quaſi legiſſent non רעי ſed רע *deab*, ſcito. *Hieronymus* in Comment. *Verbum Hebraïcum* ROI, *ſi per* RES *litteram legamus*, *intelligitur* Paſtor meus; *ſi per* DALETH, ſciens, *vel* intelligens; *quarum ſimilitudo parvo apice diſtinguitur.* Sed cùm non verterint *ſciens meus*, φρονεῖν, non legerunt רעי *debi*, quod Hebraïcum non eſt, ſed רע *deab* ſcito.

28. *Dicendo Jeroſolimæ* &c.] Jubendo Jeroſolimam & Templum inſtaurari.

COMMENTARIUS
In Caput. XLV.

1. U*Ncto ſuo Cyro*] למשיחו לכורש *limſchibbo lCoreſch.* LXX. τῷ χριστῷ μου & Vulg. *Chriſto meo*, quaſi legiſſent משיחי *mſchibbi*, incommodè. Vocat Deus Cyrum *unctum ſuum*, quia ſingulari quadam Providentiâ eum ad ſummam poteſtatem evexerat, ut Medorum & Babyloniorum tyrannidem ulciſceretur & coërceret; útque Judæos in priſtinas ſuas ſedes, Templum ſuum inſtauraturos, Deúmque in eo culturos remitteret. Ideò dicitur *Paſtor Dei* & *Unctus Dei.*

Adprehendi dextram] Ut eum ducerem, quò eum oportet ire, ut ſubigat Aſiæ gentes, ejúſque conſilia regam. Eſt hîc in tertia perſona: *cujus adpredendi dextram*, ut *dominetur coram ſe gentibus.* Ita permiſtis primâ & tertiâ perſonis, ut verbo tenus Latinè locus verti nequeat.

Ad ſolvendos Regum lumbos] ומתני מלכים אפתח *oumotbne mlachim aphattheabh* & lumbos regum aperiam. Metaphora deſumta à militibus, qui recingebantur, cùm dimittebantur,

ciam, ut portas æneas frangam, útque vectes ferreos concidam. 3. Tibi dabo theſauros *in* tenebris *latentes*, & quæ in latebris occulta ſunt, ut ſcias, me eſſe Jehovam, qui te nominatim voco, Deum Iſraëlis. 4. Propter ſervum meum Jacobum & electum meum Iſraëlem, te nomine & cognomine blando vocavi, cùm me nequaquam noſſes.

5. Ego ſum Jehova, nec ullus alius, præter me, Deus eſt, *qui* accinxi te, cùm tibi

æneas Urbium portas frangam, ac vectibus ferreis vim adferam. 3. Faciam, ut in manus tuas incidant theſauri occulti, & terræ crediti, ut ſcias, me eſſe Creatorem Deum Iſraelitarum, qui te nominatim ad imperium vocavi; 4. Propter Jacobi poſteros, qui & Iſraelitæ dicuntur, te nomine & cognomine blando vocavi, antequam me noſſes. 5. Ego ſum Creator, neque ullus, præter me, Deus

tur; detracto enim lumbis cingulo militiæ valedicebant. Itaque Reges cingulum, è quo pendebat gladius, ſolvere juſſi, ſunt Reges ſubacti, & in pace ævum agere juſſi, ut Armeniorum & Lydorum Reges; apud *Xenophontem*. Inde *cingulum lumborum ſolvi* dicitur eorum, qui vehementi metu correpti ſunt, ut Dan. V, 6. Hinc LXX. hîc ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω, & Vulgatus: *dorſa Regum vertam*. Contrà *accingere lumbos* eſt propriè ſe ſe ad bellum gerendum, aut vim vi repellendam parare: tralatitio verò ſenſu, animum ſuum confirmare. Vide Job. XXXVIII, 3. XL, 2. Sic quoque apud Romanos *cingi* & *diſcingi* milites dicebantur, quando in militiam admittebantur, aut quando dimittebantur.

Ad aperiendas ei valvas] *Coram eo valvas*, לפניו דלתים *lphano dlathajim*. Hinc intelligere licet דלת *deleth* propriè eſſe ligneas tabulas, שערים *ſchebarim* verò oſtium ipſum. Quod cùm non ſatis adſequerentur LXX. Intt. verterunt πύλαι οὐ συγκλεισθήσονται.

2. *Ego tibi præibo* &c.] Hoc eſt, curabo ne quidquam tibi impervium ſit, néve ullæ urbes tibi obſiſtere audeant.

Tortuoſas vias rectas faciam] והדורים אישר *vahadourim iſchar*. *Tortuoſas vias* interpretantur הדורים à ſignificatione Chaldaïca radicis הדר *hadar*, rediit, vagatus eſt. Pro אישר, quod eſt in textu, & quod rectum eſſe poſſet, ſi legeretur אושיר *oſchir*, legunt Maſſorethæ אישר *iſchar*, quod eſt Futurum *Kal*, ſi ſic legatur, ut extulimus, ſin verò *ajaſſcher*, ut Maſſorethæ, Futurum *Pihel*. LXX. Intt. ὄρη ὁμαλιῶ. Vulgatus: *glorioſos terræ humiliabo*. Incommodè, nam הדור *hadour* non eſt *inæquale*, aut editum, ſed *tortuoſum*. Exercitibus viæ parantur, &, ſi compendia poſſint inveniri, per quæ copiæ duci tutò queant, illac potiùs ducuntur, celeritatis causâ, quæ eſt in bello magni momenti. Itaque Deus pollicetur Cyro, ſe eum per compendia viarum ducturum, quò celeriùs & tutiùs procederent expeditiones. Ac ſanè ei impervium nihil fuit.

3. *In tenebris latentes*] *Tenebrarum & occulta latibulorum*. Theſauros diu in cryptis ſubterraneis coacervatos & obſervatos, nec inſpiciendos, aut tangendos, niſi extremæ neceſſitatis causâ; quales & poſtea invenit Alexander, apud Perſas. Nec dubitandum eſt, quin ſimiles eſſent apud Babylonios, cùm ſubacti ſunt, à Cyro, eáque urbs omnium Orientis urbium ditiſſima haberetur. Verùm præ ceteris hic ſunt nobis memorandi theſauri Croeſi & Lydorum, quorum dominus factus eſt Cyrus, & qui in proverbium abierunt. Vide *Herodotum* Lib. I. c. 86. *& ſeqq.* & *Xenophontem* Cyrop. Lib. VII. *Plinius* Lib. XXXIII. c. 3. cùm obſervaſſet à Romanis non aurum, ſed argentum, victis gentibus imperitatum fuiſſe, non potuiſſe tamen hoc penuriâ auri fieri addit: *Jam Midas*, inquit, *& Croeſus infinitum poſſederant; jam Cyrus, devictâ Aſiâ, pondo XXXIV. millia invenerat, præter vaſa aurea, aurúmque factum & in eo folia* (lege cum Harduino *ſolia*, hoc eſt ſellas) *ac platanum, vitémque. Quâ victoriâ, argenti quingenta millia talentorum reportavit, & craterem Semiramidis, cujus pondus quindecim talenta colligebat. Talentum autem Ægyptium, pondo* LXXX. *patere Varro prodidit*. Quem locum, à *Grotio* jam adlatum, paullò pleniùs & emendatiùs legendum hîc lectoribus eſſe proponendum cenſuimus.

Te nominatim voco] Centum circiter annis, ante Cyri natales. Sic & Joſias fuerat à Deo nomine adpellatus, tribus ſæculis & eo ampliùs, antequàm naſceretur. Vide 1. Reg. XIII, 2.

4. *Te nomine & cognomine blando vocavi*] ואקרא לך בשמך אכנך *ekra lcha biſchmecha achannecha*. De verbo כנה vide ad Job. XXXII, 21. & ſupra XLIV, 5. LXX. Intt. προσδέξομαί σε, Vulgatus: *adſimilavi te*, quæ nihil ad rem faciunt. *Blandum cognomen* hoc in loco eſt duplex רעי & משיחי *paſtor meus*, & *unctus meus*, quo Cyrum cohoneſtat Deus, non ſecus ac Reges Iſraëlitarum.

5. *Ego ſum Jehova*] Hoc eſt, ut ſæpe diximus, creator, & qui effecta dat, quæ promittit.

Accinxi te] אאזרך *aazzercha* accinxi te; nempe ad bellum gerendum, invadendúmque Aſiæ Imperium; quod & ipſi Ethnici intellexerunt. Initium imperio Cyri factum eſt à victoria, quam de Aſtyage & Medis retulit, & quam *Herodotus* Lib. I. c. 17. refert ad imprudentiam à Deo immiſſam Aſtyagi, qui credidit exercitum Harpago, quem graviſſimâ olim injuriâ adfecerat: Ἀστυάγης Μήδους ὥπλισε πάντας, ait Hiſtoricus, καὶ στρατηγὸν αὐτῶν, ὥστε θεοβλαβὴς ἐών, ἀπέδεξε Ἅρπαγον: *Aſtyages Medos omnes armavit, & ducem eorum, quippe qui divinitus erat mente captus, conſtituit Harpagum*. Sic etiam Harpagum ad Cyrum ſcribentem induxerat: ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι, οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐς τοσοῦτο τύχης ἀπίκεο: *O fili Cambyſæ, te Dii reſpiciunt, numquam enim alioquin ad tantam fortunam perve-*

bi ignotus eſſem; [6]. ut ſciant, ab ortu Solis & ab occidente, nullum eſſe *Deum*, præter me. Ego ſum Jehova, nec ullus præterea. [7]. Formo lucem & creo tenebras; facio res ſecundas & calamitatem creo. Ego Jehova hæc omnia facio. [8]. Stillent cœli ex alto, atque altiſſimæ nubes defluant juſtitiâ, aperiat ſe terra, ut fructus proferat ſalubres & juſtâ menſurâ, & ſimul illa, *hæc* ut floreant, efficiat. Ego Jehova eum creavi.

[9]. Væ litiganti cum eo, à quo formatus eſt! teſta cum teſta argillæ *contendat*. Num dicet lutum figulo ſuo, quid facis? operi tuo non ſunt manus. [10]. Væ ei, qui dicit patri; quid generas? & *ejus* uxori: quid parturis?

[11]. Sic

Deus eſt; qui te ad arma vocavi, quamvis me nequaquam noſſes, 6. ut ſciant omnes homines, ab ortu ad occaſum, me ſolum eſſe Deum. 7. Formo lucem, eique noctem ſuccedere curo; quin & res ſecundas & calamitates hominibus mitto. Ego Creator hæc omnia facio. 8. Do operam, ut cœlum demittat pluvias, utque nubes ſtillent, prout par eſt; ita ut terra, iis exceptis, ſalubres fructus & copioſos proferat, & flores prout par eſt. Ego Creator eum creavi.

9. Væ iis, qui litigant cum eo, à quo formati ſunt! Pares cum paribus contendant, quos poſſis dicere eſſe teſtas fragiles cum teſtis ſimilibus certantes. An par eſt lutum cum figulo contendere, de eo, quod facit ex luto, & rationem ab eo petere eorum, quæ fingit, cum operi non ſint manus, quibus utatur? 10. Væ ei, qui à Patre petit, cur eum generarit, & ſuæ Genitrici, quid parturiat.

perveniſſes. Ac ſanè tota Cyri vita, ſive ut ab *Herodoto*, ſive ut à *Xenophonte* deſcribitur, contexta eſt rebus geſtis prorſus mirabilibus; quæ, ſine ſingulari Divina Providentia, fieri non potuerunt. Hæc etiam ipſe Cyrus agnoſcit, in Edicto, de reditu Judæorum Hezdr. C. I, 1. unde omnibus populis, ad ortum & ad occaſum Perſici Imperii, res innotuit.

7. *Creo tenebras*] בורא חשך *bore bhoſchech.* Non quòd tenebræ quidquam ſint, præter abſentiam lucis; ſed quia non potuit intelligi lucis & tenebrarum diſcrimen, niſi poſt creationem materiæ lucidæ; ideò Deus tam tenebras, quàm materiam lucidam creaſſe dicitur.

Facio res ſecundas] *Facio pacem*, ſed שלום *ſchalom*, pax, paſſim ſecundas res ſonat; ut in hoc loco, ubi opponitur calamitati, non bello.

Calamitatem creo] בורא רע *bore rah*, creans malum, hoc eſt, calamitatem; non vitium, aut hominem malum, ne quis erret. Ideò LXX. Intt. κτίζων κακά. Quod bene obſervavit *Joan. Calvinus*, cùm ad hunc locum, tum ad Ham. III, 6.

8. *Defluant juſtitiâ*] יזלו צדק *jizzelou tſedek*, pro בצדק, nam verbum eſt neutrum. Hîc, eleganti fictione, cadentia è cœlo ſemina virtutis deſcribuntur; quæ poſtquam in terram deciderunt, ab ea ſe ſe aperiente excipiuntur, in eáque primùm germen, tum plantas ſaluberrimas ſalutis & virtutis proferunt. Quæ non latiùs diducam, cùm facillima ſint intellectu. *Terra* enim manifeſtè homines hîc dicuntur.

Simul illa, hæc ut floreant, efficiat] תצמיח יחד *thatſmiahh jahhad*; Nempe, ארץ terra. Perperam *Grotius* vertit: *hæc ſimul germinare faciet is, quem ego Dominus creavi*; nam verbum eſt fœminini generis, quod ad Perſarum Regem referri nequit. Sed & ſub voce *terra* continetur etiam Cyrus.

Ego Jehova eum creavi] Non malè hîc ſuppleri poſſit *propterea*.

10. *Væ litiganti* &c.] Videtur retundere hîc Propheta querelas Judæorum, de Providentia Divina, erga Iſraëlem; quas quia reticuit, conjecturâ adſequi non eſt facile. Fortè querebantur ſibi prædictam Babylonicam captivitatem, quamvis prædictus etiam fuiſſet reditus, quòd convenientius eſſe putarent ſapientiæ ac bonitati divinæ ſervare Judæam & Jeroſolimam; quàm iniquitati ac ſævitiæ Babyloniorum Judæos permittere malè habendos. Eorum has, aut ſimiles querelas coërcet hîc Eſaïas; dum oſtendit Deum jure creationis ſummum imperium in homines obtinere, nec ullo jure homines poſſe ejus Providentiam iniquitatis, aut inſipientiæ inſimulare. Eadem ſimilitudine petita à figulo & luto utitur & Cap. XXIX, 16. ut ſuperbis & querulis Judæis ſilentium imponat. Eamdem etiam adhibet eumdem in finem Jeremias C. XVIII, 6.

Teſta cum teſta &c.] חרש את חרשי אדמה *bhereſch eth bharſche adamah*, teſta cum teſtis terræ. Supplendum יריב *jarib*, contendet, vel contendere poteſt. Abſurdè verterunt LXX. Intt. ὁ ἀροτριῶν ἀροτριάσει τὴν γῆν, quaſi eſſet: חורש יחרש את אדמה *bhoreſch jebberoſch eth adamah*, quod nihil facit ad rem. Deteriùs etiam *Theodotion*: ἀροτριῶν ἀροτριῶντας τὴν γῆν. Paullò meliùs *Hieronymus*: *væ qui contradicit fictori ſuo teſta de Samiis terræ.* Sed perperam omittit חמר *lutum*, ut inveniat ſententiam, quam fingit.

Operi tuo non ſunt manus] Tam abſurdum eſt de Deo queri, quòd non dederit hominibus, quæ cuperent ſibi data, cùm nullo jure teneatur, in operibus meræ beneficentiæ; quàm abſurdum eſſet teſtæ, ſi poſſet queri de figulo, ei exprobrare, quod ſe manibus (qua voce fortè *anſæ* ſignificantur) deſtitutam fecerit. Figuli enim eſt fingere argillam ſuam, prout vult, in eos uſus, quibus eam fingit.

10. *Quid generas?*] מה תוליד *mah tholid.* Quaſi liberi quererentur, ſe non genitos, à parentibus, quales ipſi poſtea eſſe voluiſſent; proceriores, exempli cauſâ, aut formoſiores.

11. *De futuris interrogate me*] Deus patiebatur, ſe de futuris à populo ſuo, per Prophetas, conſuli, eíque reſpondebat; ne gens futuri avida, conſuleret vicinorum populorum Deos. Vide Deut. XVIII, 15. & quæ ibi notata. At Providentiæ ſuæ & regiminis rerum humanarum rationem à ſe repeti nolebat.

Digitized by Google

11. Sic dixit Jehova, Sanctus Iſraëlis, qui & eum formavit: de futuris interrogate me; de filiis & opere manuum mearum mandata mihi datis? 12. Feci ego terram atque hominem in ea creavi, manus meæ extenderunt cœlos, & omnem eorum exercitum *eſſe* juſſi.

13. Ego eum excitavi in juſtitia, vias omnes ejus dirigam, inſtaurabit meam urbem & captivos, ſine pretio ac munere, dimittet, inquit Jehova, *Deus* exercituum.
14. Sic dixit Jehova: labor Ægyptiorum, merces Chuſæorum & Sabæorum, virorum proceræ ſtaturæ, ad te tranſibunt, *omniáque hæc* tua erunt, te ſequentur, in compedibus tranſibunt, te adorabunt & precabuntur.

Apud

turiat. 11. Sic ait Creator Sanctus *Deus* Iſraëlis, qui hominem formavit: & de operibus manuum mearum mandata mihi datis? 12. Feci ego tellurem, hominémque in ea creavi; manus meæ cœlos extendêre, & omnia ſidera, quæ ſunt, eſſe juſſi.
13. Ego eum excitavi ad juſtitiam, & mihi cordi erit ab eo inſtaurari meam urbem, cujus captivos, ſine redemptionis pretio, atque munere, liberabit, ait Creator, idémque Deus, qui præeſt exercitibus.
14. Dixit Creator: labor Ægyptiorum, ac merces Cuſæorum & Sabæorum, virorum proceræ ſtaturæ, ad te tranſibunt, *omniáque hæc* tua erunt, te ſequentur illi, in compedibus tranſibunt, te adorabunt, & ſupplices tibi erunt.

Apud te tantùm, ô Iſrael, eſt verus Deus, nec eſt

lebat. Unde indignanter hìc habet: *de filiis & opere manuum mearum mandata mihi datis?* Hæc enim ſunt ita capienda, quaſi cum indignatione dicantur, cum acerrimam caſtigationem contineant.

13. *Ego eum excitavi* &c.] Redit ad Cyrum, ejúsque beneficia erga Judæos, ut injuſtas eorum querelas magis ac magis retundat; quandoquidem iis bene facturus non erat, niſi ſingulari Dei impulſu. Vide Hezd. I, 1.

14. *Labor Ægyptiorum*] Hoc eſt, opes, quas Ægyptii ſibi labore ſuo compararunt. Vide Deut. XXVIII, 33. Pſ. LXXVIII, 46. CXXVIII, 2. Si *Xenophonti* credimus, Cyrus Ægyptum, ſi non ſubegit, certè vectigalem habuit; cùm eam inter partes ejus imperii numeret Lib. Cyrop. I. p. 2. Ed. Leuncl. ἐπῆρξε δὲ τῶν Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, καταβὰς δὲ ἐπὶ θάλατταν, καὶ Κυπρίων, καὶ Αἰγυπτίων: *imperavit & Græcis, qui ſunt in Aſia, & cùm deſcendiſſet ad mare, etiam Cypriis & Ægyptiis.* Idem Lib. VIII. p. 233. ait anno poſt ſubactam Babylonem, cùm ingentem adparatum ejus deſcripſiſſet, eam καταστρέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη ὅσα Συρίαν ἐκβάντας οἰκεῖ μέχρι Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, tum ſubdit: μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ εἰς Αἴγυπτον στρατεία λέγεται γενέσθαι καὶ καταστρέψασθαι Αἴγυπτον: *poſtea in Ægyptum ſuſcepta fertur expeditio, quâ Ægyptum ſubegerit.* Sed quia nihil hac de re habet *Herodotus*, res dubia videri poſſit; at certè, Cambyſe regnante, confecta, ut idem Lib. II. copiosè narrat; ita ut dubium non ſit, quin divitiæ Ægyptiorum ad Cyrum, aut ejus filium, quod perinde eſt, tranſierint.

Merces Chuſæorum] Hìc Veteres & Recentiores, ad *Sam. Bochartum* uſque, nobis Æthiopes obtrudunt, more ſuo; ad quos neque Cyrus, neque Cambyſes umqnam pervenerunt. Sed vix Ægyptum adtingere potuerunt, quin & Chuſæos vicinos ad Mare Erythræum ſubigerent, aut amicos ſibi facerent; *Xenophon* Lib. VIII. disertè teſtatur, rubrum mare, ad Orientem, finem fuiſſe imperii Cyri. *Herodotus* Lib. III. c. 4. *& ſeqq.* narrat, Cambyſem fœdus feciſſe cum Arabum Rege, qui aliquam partem oræ maritimæ, in Judæa, poſſidebat, atque ad mare Erythræum regnabat, ut ſibi tutum præſtaret tranſitum, & aquam etiam ſuppeditaret; unde intelligere licet, eo tempore, Chuſæos ſui juris fuiſſe; ſed nihil obſtat, quin à morte Cyri libertatem recuperarint, aut etiam quin *Herodotus* non ſatis adcuratè rem narrarit. Chuſæi autem merces videntur ex interiore Arabia ad vicinas oras tuliſſe, cúmque Cyrus ad ea loca perveniſſet, ab eo vaſtatam eorum regionem, & pretioſiſſima quæque inde ablata.

Et Sabæorum] וסבאים *ousbaïm*, qui non ſunt confundendi, cum Sabæis, quorum nomen ſcribitur per ש, שבאים *ſchbaïm*, ut jam monuimus ex *Bocharto*, ad Cap. XLIII, 7. De horum populorum, qui poſtea Gervæi dicti ſunt, mercatura & divitiis Veterum loca collegit idem Phalegi Lib. IV. c. 7. unde etiam intelligere eſt, mercaturæ cauſâ Babylonem navigaſſe, atque inde merces aliò asportaſſe, per Euphratem Thapſacum uſque.

Virorum proceræ ſtaturæ] אנשי מדה *anſche middah*, viri menſuræ; hoc eſt, proceræ ſtaturæ; quod exemplis idem probavit, & Lexica quoque docebunt. *Agatharchides* de Sabæis Tom. I. Minor. Geographorum. V. Clariſſ. *Joan. Hudſonii p.* 61. τὰ σώματα τῶν κατοικούντων ἀξιολογώτερα: *corpora incolarum* (Sabæa) *ſunt majora.* Ibidem etiam habentur alia, quæ ad eorum merces & divitias pertinent.

Adorabunt] Incurvo ad terram corpore ſalutabunt. De hac ſalutatione Perſarum Regum, quis non dixit? Vide *Barn. Briſſonium* de Regno Perſico.

Apud te tantùm, ô Iſraël] אך בך אל *ach bach el*, tantùm in te Deus. Putat *Grotius*, poſt alios plures, hæc eſſe verba victarum Gentium ad Cyrum; quæ propter res geſtas eum Dei inſtar colebant. Nolim negare, ſic nonnullas feciſſe, adulatione immodicâ; ſed à me non impetro, ut credam, Prophetam, qui ubique & in hoc ipſo capite, tam graviter invehitur in Idololatriam, unúmque eſſe Deum creatorem omnium rerum prædicat, talia Cyro, nomine unius veri Dei, promiſiſſe. Itaque hæc avulſi à ſuperioribus, verba ſtatuens

 eſſe

Apud te tantùm, *ô Iſraël, eſt* Deus, nec ullus eſt præterea Deus. 15. Verè tu Deus es, qui ſe abdit, Deus Iſraëlis & Servator ejus. 16. Pudore & ignominiâ adfecti ſunt, quotquot ſunt, ſimul abierunt cum dedecore artifices imaginum. 17. Iſraël liberatus es a Jehova, liberatione æternâ; pudore non ſuffundemini, néque umquam, per futura ſæcula, ignominiam patiemini. 18. Sic enim ait Jehova, qui creavit cœlos:

eſt alius. 15. Verè tu es Deus, qui conſpicuus non es, ô Deus & Servator Iſraelis. 16. Ignominia adfecti ſunt, quotquot ſunt, ſimul, ac abierunt, non ſine ignominia, artifices imaginum, quas ſuperſtitioſi colunt. 17. Iſraël liberatus eſt liberatione, cui nullus erit finis; pudore, vos veri Dei cultores, numquam adficiemini, per futura ſæcula. 18. Sic enim dixit Deus, qui creavit cœlos, ipſum

eſſe Prophetæ ad Iſraëlem, apud quem ſolum colebatur verus Deus. Notum eſt, diſtinctiones verſuum non eſſe à manu Prophetarum, atque in horum ſcriptis tranſitiones eſſe ſubitas, & mutationes perſonarum; quæ non niſi, ex rebus ipſis, intelligi poſſunt. Ac ſanè proximè ſequentia verba nonniſi de Deo poſſunt intelligi, niſi valde torqueantur. Itaque perſpicuitatis causâ, ſupplevi, *ô Iſrael*, quem ſolum ſic adloqui potuit Propheta.

Nec ullus eſt præterea Deus] ואין עוד אפס אלהים *veen hod ephes elohim*, & nullus adhuc præter Deum. LXX. Int. οὐκ ἔστι θεὸς πλήν σου, quæ ſi ad Cyrum referantur, mera ſunt & turpiſſima blaſphemia, quam ne ipſe quidem Cyrus fortaſſe tuliſſet; quem religioſiſſimum Deorum cultorem deſcribit paſſim *Xenophon*. Attamen ita fermè etiam *Hieronymus*: *tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus*, credo, veterem Italam ſequutus, quæ ita habebat; alioqui ſatis fatetur in Commentario, ſibi eam interpretationem non probari. Meritò ſanè; quis enim dicere potuiſſet Cyro: *non eſt abſque te Deus*, aut *non eſt Deus præter te*, ut habent LXX. Int. Nemo, præter Atheos, quales Romæ ſub Cæſaribus, in Imperatorum honorem, irridebant Deos, qui publicè colebantur, & ab ipſis etiam Cæſaribus ridebantur. Quod flagitium ſæpe admiſit *Martialis*. Fateor, me non induci, ut credam, tam impia verba à Propheta eſſe repetita, licèt ſtatuantur eſſe aliorum. Judæi obturabant aures, cùm talia audiebant, & abominabantur; quod quia non fecit Herodes, graviſſimas pœnas dedit. At à Propheta Iſraëlitas adloquente, hæc egregiè proferri potuerunt, & ſæpe in hiſce vaticiniis habentur. Ideóque Veteres alii Int. Græci aliter verterunt. *Aquila*: πλὴν ἐν σοὶ ἰσχυρὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι παρὰ σοὶ θεός. Sed אפס non ſignificat παρά σοι, ſed hic negat, ut alibi non rarò. *Symmachus*: μόνον ἐν σοὶ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι, οὐδ᾽ ὑπάρχει θεός. Inducit, nempe, populos victos dicentes Cyro, nullum eſſe Deum, præter eum, qui in eo erat; quo, ut puto, intellexit Deum Judæorum. *Theodotion*, πλὴν ἐν σοὶ ἰσχυρὸς, οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν αὐτοῦ, eodem ſenſu. Sed hæc quoque nimia ſunt, de Cyro intellecta, qui Deos Gentium non minùs colebat, quàm Deum Iſraëlis, certè ſi *Xenophonti* credimus.

Multi Recentiores verterunt, in hunc ſenſum: *tantùm apud te eſt Deus, nec præterea* (Deus) *eſt præter Deum*; hoc eſt, in te, ô Cyre, Deus verus, præter quem non eſt alius. Sed talia dicere non poterant Idololatræ, qui eoſdem Deos colebant ac Perſæ, nec unum tantùm Deum norant. Nec legimus, Gentes Idololatricas Deos ſuos colere deſiiſſe, quia victæ erant ab alia vicina Gente, alios Deos colente. Itaque mihi ſatius eſt, quàm ut verba hæc exiſtimemus eſſe ἀποστροφὴν Prophetæ ad Iſraëlitas, apud quod multo potiore jure dici poterat eſſe Deus, præter quem nullus eſt alius.

15. *Verè tu Deus es, qui ſe abdit*] אכן אתה אל מסתתר *achen attah el miſtather*, verè tu Deus abſcondens ſe. Altera ἀποστροφὴ Prophetæ ad Deum ipſum, quam ſic verterunt LXX. Int. σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. Putarunt eſſe verba Idololatrarum ad Cyrum, poſtquàm redire in patriam Judæos juſſiſſet. *Aquila*: ἄρα ἰσχυρὸς ἀποκρυπτόμενος Θεὸς Ἰσραὴλ σώζων, quæ ſunt verbotenus verſa, nec ſatis indicant, quid ſpectari crediderit. *Symmachus*: ὄντως σὺ Θεὸς κρυφαῖος Θεὸς Ἰσραὴλ σώζων. *Theodotion*: διὰ τοῦτο ἰσχυρὸς κρυφαῖος Θεὸς Ἰσραὴλ σώζων. Si crediderunt omnes, poſtrema hæc verba eſſe Ethnicorum, Cyrum, poſt liberationem Judæorum, adloquentium; oportet eos putaſſe Cyrum, ex Gentilium ſententia, habitum fuiſſe, quaſi Deum, qui ſub ſpecie Perſarum Regis lateret; & quidem Deum illum, qui Judæis favebat. Simili adulatione uſus eſt *Horatius* Carm. Lib. I. Od. II. 41. ubi fingit, ſe ſuſpicari Mercurium eſſe, qui imperaret ſub forma Auguſti:

Sive mutatâ juvenem figurâ,
Ales, in terris, imitaris Almæ
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæſaris ultor.

Sic & alii Poëtæ Deos interdum, ſub quorumdam hominum vultu, latêre putarunt. Sed ejuſcemodi deliria à Propheta eſſe prolata, etiam nomine Ethnicorum, mihi non perſuadeo; cum periculum eſſet, ne corrumperetur ejuſmodi blanditiis Cyrus, ſi umquam hæc ad ejus aures pervenirent, ut reverà perveniſſe putat *Joſephus*, ut alibi diximus. Nihil eſt verius dicto Poëtæ:

—— *nil eſt, quod credere de ſe*
Non poſſit, cùm laudatur, Diis æqua poteſtas.

Potuerunt & ipſi Judæi ſibi fingere, ex hoc loco, ſi ita eum intellexiſſent, Deum Iſraëlis ſub ejus figurâ latere, eúmque propterea poſſe coli; quod fuiſſet teterrimum Idololatriæ genus, in quale numquam incidiſſe leguntur.

Itaque

los: Deus ille, *qui* finxit terram, atque eam fecit, idem eam firmavit; nec *ut eſſet* vacua, ſed ut habitaretur, creavit. Ego ſum Jehova, inquit, nec ullus eſt præterea.
19. Non in latebra loquutus ſum, *aut* in loco terræ tenebricoſo. Non dixi poſteris
Jacobi fruſtra: quærite me. Ego ſum Jehova, qui juſta loquor, & recta pronuncio.

20. Con-

ipſum illum Deum, qui finivit terram, eámque firmavit, non eam creaſſe, ut remaneret vacua, ſed ut ſuos incolas haberet. Ego autem, inquit ille, ſum Creator, nec ullus alius. 19. Non loquutus ſum in latebra quapiam, aut in centro cavernæ obſcuræ. Non dixi Jacobi poſteritati fruſtra: quærite me. Ego ſum Creator, qui nonniſi juſta & recta pronuncio.

20. Congre-

Itaque Propheta ipſe Deum adloquitur, qui *ſe ſè occultare* dicitur, eo quòd non ipſe per ſe, miraculis planè divinis & conſpicuis, Iſraëlem liberaturus eſſet è captivitate; ſed uſurus Cyro, quaſi inſtrumento, cujus ſoli magnanimitati homines eam liberationem facilè adſcribere poſſent. Nec dubito, quin etiamnum hodie Deus, precibus piorum permotus, multa occultè mutet in animis & corporibus; quâ mutatione averuncet ab hominibus religioſis magnas calamitates, quæ iis alioqui contingerent. Multa operatur, quæ res nobis faciunt ſecundiores, & veritati, nobis inſciis, proſunt; quamvis talia ſub oculos non cadant. Sunt hæc vera miracula, ſed Dei ſe ſe occultantis, etiam iis, in quorum gratiam hæc facit. Quare ſemper nos oportet ad Deum precibus confugere, & omnium eorum, quæ nobis ſecunda eveniunt, gratias ei agere; quamvis Deus ſua illa occulta auxilia non venditet.

Hieronymus in Comment. ſic habet, ad hunc locum: *In hoc loco, qui ſequuntur hiſtoriam, dicunt Ægyptum & Æthiopes, gentésque Sabaïm, quæ trans Æthiopiam ſunt, ſerviſſe Cyro, & ei gentes ultimas fuiſſe ſubjectas; atque ex mirabili intellexiſſe victoria, quod in eo eſſet Dominus, & non eſſet alius, præter eum, qui in illo habitaret Deus.* Utinam verò haberemus ejusmodi Interpretes, & amiſiſſemus omnes allegoricos, & ſpirituales, qui nihil, præter ſua ipſorum ſomnia, nobis narrant! Quamvis eis non adſentiar, in hoc loco; ſi exſtarent, multa haberemus hiſtorica, quæ funditus perierunt, poſſéntque nobis, ad aliorum locorum interpretationem, magno uſui eſſe. *Sed hoc quod ſequitur*, pergit Hieronymus: verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël Servator. *Quocumque ſe verterint, non valebunt laqueos veritatis effugere.* Certè nemo, qui rem adtentiùs penſitarit, facilè concedet, Ethnicos à Cyro victos eum vocaſſe Deum & Servatorem Iſraëlis; quæ erant ei contumelioſa, & quæ ad aures non admiſiſſet, qui ſe omnia debere Deo Iſraëlis fatebatur, Hezr. I, 1. Pergit verò *Hieronymus*, his verbis: *Quomodo poſſit Cyri perſonæ convenire, non intelligo; niſi fortè Theodotionis utantur editione, qui tranſtulit:* in te eſt fortis, & non eſt alius, præter eum, Deus; propterea tu fortis abſconditus, Deus Iſraël Salvator. *Ergo Deus, in quo eſt Deus, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, rectiùs intelligitur & veriùs, qui in Evangelio loquitur*, ego & Pater unum ſumus. *Qui Deus adpellatur abſconditus, propter adſumtum corporis ſacramentum, & Deus Iſraël Salvator, quod adpella Jeſus* &c. Sed nuſquam in Hebraïcis legitur hìc *Deus, in quo eſt Deus*, & ne in verſione quidem LXX. Intt. quæ maximè omnium ad hanc ſententiam accedit.

Poſtea hæc habet, de ratione, quâ Judæi, ejus æquales, hunc locum interpretabantur: *Hebræi, ſtultâ contentione nituntur adſerere, uſque ad eum locum, qui legitur:* Tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus, *vel ad Jeruſalem, vel ad Deum dici.* Verùm hoc eſſe de Jeroſolima, vel Judæis oſtendimus, quamvis aliter ſentiat *Hieronymus*, intelligendum. *Hoc autem, quod ſequitur*: verè tu es Deus abſconditus *&c. ſubitò ad omnipotentem Deum apoſtropham fieri; cùm etiam ſtultis perſpicuum ſit, unum contextum dividi, qui in ipſo narrationis ordine & ratione conjunctus eſt.* Imò verò linguæ peritis & Propheticæ dictioni adſuetis, & rem ipſam expendentibus verè hìc eſſe ἀποστροφὴ ad Deum videbitur; nec vehementis Oratoris ſententia placere umquam poterit, aut convicium metum ullum injicere.

16. *Artifices imaginum*] חרשי צירים *bharaſche tſirim.* LXX. Intt. habent: ἐγκαινίζεσθε πρός με νῆσοι, quaſi legiſſent חנכו אלי איים *bhinchou elai ijim*, dedicate ad me inſulæ, quod hìc ſenſu caret. *Hieronymus: fabricatores errorum.* Chaldæus: פלחי צלמיא *cultores imaginum.* Nempe, צירים hìc dici videntur *imagines* ab ea ſignificatione verbi צור, quæ eſt eadem ac verbi יצר *jatſar* finxit, unde & צורה *tſourah*, forma. Videtur crediſſe *Hieronymus* ſignificare *fictores*.

17. *Liberatus eſt à Jehova, liberatione æternâ*] נושע ביהוה תשועת עולמים *noſchab badonai theſchoubath bolamim*, ſervatus eſt per Jehovam, ſalute ſæculorum; hoc eſt, ita liberatus eſt, ut numquam captivus ſit abducendus, ut antea fuit. Ita loquitur Propheta, quaſi hoſce ſermones haberet, poſt tempora Cyri.

Per futura ſæcula] עד עולמי עד *bad bolame bad*, usque ad ſæcula æternitatis. LXX. ἕως τοῦ αἰῶνος ἔτι, quaſi ultimam voculam miſcuerint cum עד *bod*, adhuc.

18. *Ut eſſet vacua*] תהו *thohou*, pro לתהו *lthohou.* LXX. Intt. εἰς κενὸν, Hieronymus: *non in vanum*; imò potiùs *vacuum.* Hoc enim vult Propheta, Deum creaſſe terram Judæam, ut coleretur, non ut deſerta maneret; eo, nempe, tempore; nam ab aliquot ſæculis, fermè inſtar Arabiæ deſertæ facta eſt.

Ego ſum Jehova] Perinde eſt ac: ego ſum creator, ut antecedentia & ſequentia oſtendunt.

19. *Non in latebra loquutus ſum* &c.] Erant,

20. Congregamini, venite & accedite ſimul, liberati è gentibus. Qui erigunt lignum à ſe ſculptum, atque *ad id* orant, *quaſi* ad Deum, cùm non ſit liberaturum, imperiti ſunt. 21. Nunciate *illis*, accedere eos jubete, unáque conſilium ineant. Quis curavit hoc audiri, à longo tempore, & prænunciavit tunc? Nonne ego Jehova? Nec ullus eſt Deus præter me, Deus juſtus; & liberator non eſt, niſi ego. 22. Reſpicite ad me, & liberamini, omnes terræ fines, quia Deus ſum, nec ullus ampliùs. 23. Per me juravi, exiit ex ore meo verbum juſtum, nec revocabitur, mihi curvatum iri omne genu & juraturam omnem linguam. 24. Profectò per Jehovam, inquit, mihi juſtè facta & conſtantia *ſunt*; ad eum venient & pudefient, quicumque ei excandeſcunt. 25. Per

20. Congregamini, & venite ſimul liberati idololatriâ gentium, quæ erigunt ſtatuas ſculptas, quaſi Deos, eáſque adoratis, cùm vos nequaquam ſint liberaturæ ab ullo periculo. Imperiti ſunt ejuſmodi homines. 21. Eos ad vos venire jubete, & vobiſcum conſilium inire. Quis fecit, ut vos audirent, dudum Idololatriæ deditι, aut eam iis antea prænunciavit? Quis curavit, hoc audiri, à longo tempore? Annon ego Creator? Nec eſt ullus juſtus præter me Deus, & qui liberet eos, qui ad ſe confugiunt, niſi ego. 23. Per me ipſe juravi, exieréque ex ore meo verba juſta, & quæ non revocabuntur; omne genu coram me curvatum iri, & per me juraturam omnem linguam. 24. Profectò, per Creatorem, inquiet, mihi

rant, ut videtur, in Oriente, ut in Græcia, oracula, quæ pronunciabantur è ſpeluncis, aut ubi deſcendendum erat in ſpeluncas, ut reſponſa captarentur, ut Delphis, & in Boeotia ad Oraculum Trephonii. De quibus adeundus *Ant. van Dale*, in libro de Oraculis, Capp. VII. & VIII. in quibus omnia collegit, quæ apud Veteres, hiſce de rebus, habentur, fraudéſque aperuit, quæ in tenebris, antríſque fiebant. Hîc Deus verus oracula ſua, quæ palam, ore Prophetarum, edebat, opponit, cùm Dii commenticii, eorúmque Vates ex Adytis, tenebricoſiſque locis reſponderent, & credulum vulgus facilè fallerent, imò & oracula αὐτόφωνα, voce ipſius Dei edita fingere auderent.

Fruſtra] תהו *thohou*. Conjunximus hanc vocem cum antecedentibus, quibus connectitur ipſo ſenſu. Hoc enim vult Deus, ſe non petiiſſe ſine ratione à Judæis, ut Prophetas ſuos conſulerent, non alienorum Deorum. Quæ enim per Prophetas eis reſponderet, ea fuiſſe juſta & recta. *Aquila* κενῶς, *Symmachus* ματαίως, LXX. μάταιον. Vulgatus *fruſtra*.

Quærite me] A Prophetis meis voluntatem meam inquirite. Vide Exod. XVIII, 15.

Juſta loquor] דובר צדק *dober tſedek*, loquens juſtitiam.

20. *Liberati è gentibus*] פליטי הגוים *phlite baggojim*. Tam Gentiles ad Religionem Judaicam adductos, quàm Judæos, qui per gentes ſparſi erant, in patriam reductos.

Imperiti ſunt] *Neſciunt, qui tollunt lignum ſculptilis ſui* &c.

21. *Quis curavit hoc audiri* &c.] Hæc eò ſpectabant, ut ex hoc vaticinio, cùm impletum foret, intelligerent Judæi, verum Deum à ſe coli; cùm tanto antè tempore, quæ poſtea contigiſſent, per Prophetas ſuos, prænunciaſſet, & quidem tam apertè.

23. *Mihi curvatum iri* &c.] Numquam hoc factum eſt, dum ſtetit Regnum Judæ, neque in Captivitate, neque poſt reditum in Judæam, ad finem uſque Reipublicæ Judæorum, certè operâ Judæorum, & multò minùs eâ everſâ; ſed fieri cœpit cùm Apoſtoli Chriſti Gentes omnes ad cognitionem Evangelii vocarunt, réſque deinceps magis ac magis impleta eſt, cùm, per totum Imperium Romanum, ſparſa eſt Religio, & præſertim cùm Chriſtiani rerum potiti ſunt; ſed pleniſſimè, & ſine ullius mortalium exceptione, ſiet ultimi Judicii die, ut docet Paulus Rom. XIV, 11. Quod additur hîc jusjurandum, quódque ſubjicitur numquam revocatum iri, id oſtendit, rem à nulla conditione pendere, futurámque, quidquid tandem contingat. Pro *exiit ex ore meo verbum juſtum*, eſt propriè: *exiit ex ore meo* (in) *juſtitia verbum*, יצא מפי צדקה דבר, nam יצא *exiit* refertur ad דבר *verbum*, non ad צדקה *juſtitia*. Alioqui deberet eſſe יצאה *jatſeah* in fœminino, & oporteret ſequi צדקת דבר *tſidkath dabar*. Itaque ſupplendum eſt ב *in*. *Lud. Cappellus* interpretatur hîc צדקה *veritatem*, ex uſu Arabicæ Linguæ. Nec ea vocis poteſtas malè huic loco convenit, ubi agitur res, non vera tantùm, ſed numquam revocanda. Verùm cùm nullo loco conſtet, eum ſignificatum obtinuiſſe, in Lingua Hebraica, cúmque ſolita poteſtas optimè etiam in rem quadret, non putavimus opus eſſe hîc ad aliam Linguam confugere. Hoc unum, in gratiam *Cappelli*, dici queat, *juſtitiam* interdum ſumi pro veracitate in promiſſis. Sed promiſſo demum expleto adhibetur, non multis ſæculis ante. Vide ad C. XLVI, 13. Præterea legendum eſſet צדקת in ſtatu conſtructo, eſſétque inverſio, quâ *veritas verbi* diceretur pro *verbo vero*. LXX. verterunt ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματός μου ἡ δικαιοσύνη, οἱ λόγοι μου οὐκ ἀποστραφήσονται, omiſſâ copulâ, quæ eſt ante negativam ולא *vlo*, ſed ſine neceſſitate. *Hieronymus*: *egredietur de ore meo juſtitiæ verbum, & non revertetur.*

Juraturam omnem linguam] Hoc eſt, omnes me Deum agnituros, nemo enim jurat, niſi per Deum, quem verum putat. Vide C. XIX, 18.

24. *Mihi juſtè facta & conſtantia ſunt*] לי אמר צדקות ועז *li amar tſdakoth vahoz*, mihi, inquit, juſtitiæ & robur. LXX. Intr. δικαιοσύνη καὶ δόξα, incommodè. Vulgatus: *meæ ſunt juſtitiæ & imperium.* Sed ſæpe obſervavimus צדקות, in plurali, eſſe *juſta facta*; & עז *fortitudinem*,

25. Per Jehovam, innocens erit, & gloriabitur univerſa Iſraëlis poſteritas.

Comparatur Deus verus cum Babyloniorum Diis, & caſtigatio captivorum, qui futuri erant Babylone.

1. INCURVATUS eſt Bel, inclinatus eſt Nebo, fuerunt eorum ſimulacra beſtiis & jumentis *impoſita* à vobis onera, quo pondere onuſta ſunt ad laſſitudinem. 2. Curvati ſunt, inclinati ſunt ſimul, nec potuerunt liberare onus *ſuum*, & ipſi in captivitatem iverunt. 3. Audite me, domus Jacobi, & omnes reliqui domûs Iſraëlis CAPUT XLVI.

mihi juſtè facta & conſtantia ſunt, ad eum venient & pudefient, quicumque ei excandeſcunt.

25. Potentiâ Creatoris, univerſa poſteritas Jacobi innocens erit & gloriabitur.

PARAPHRASIS.

1. EST Beli ſtatua inclinata, ut transferretur, idem factum Nebonis imagini, quæ jumentis impoſitæ, quæque pondere ſuo iis laſſitudinem crearunt. 2. Illæ ſtatuæ impoſitæ, ſecundùm longitudinem ſuam, jumentis; adeò illa preſſerunt, ut capta, & abducta ſint ſimulacra Deorum, unà cum jumentis, quæ illa dorſo ferebant. 3. Audite me, omnes pulleri Jacobi, qui

fortitudinem, aut *conſtantiam* ſonat, non *imperium*. Senſus eſt, omnes gentes agnituras, ſe Deo debere juſta ſua facta, & conſtantiam in virtute; quippe qui talia non tantùm jubet, ſed etiam ſuſtentat homines, ut conſtanter ipſi pareant, ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, Phil. II, 13.

Ad eum venient] Eſt יבוא *veniat*, pro יבואו *venient*. Sic numeri paſſim miſcentur.

25. *Innocens erit*] יצדקו *jitsdekou*, juſti erunt.

COMMENTARIUS
In Caput XLVI.

1. *INcurvatus eſt Bel*] כרע בל *charah Bel*; hoc eſt, ſtatua Beli nunc erecta, humi adfligetur. Unde LXX. Intt. ἔπεσε, meliùs quàm *confractus*, ut habet *Hieronymus*. Quem Phœnices & Hebræi בעל *Bahal*, dominum, vocabant, Chaldæi *Behel*, unde, extrito ע factum בל *Bel*, qui Græcè Βῆλος, notiſſimus Babyloniorum Deus, de quo quæcumque dici poterant, dudum præcepit *Joan. Seldenus*, de Diis Syris Synt. II. c. 1. quem, ſi opus ſit, adibunt Lectores.

Inclinatus eſt Nebo] קרס נבו *Kores Nbo*. LXX. *Aquila* & *Theodotion* Ναβώ, niſi quod quædam exemplaria LXX. Intt. haberent Δαγὼν, quod nomen eſt Dei Philiſthæorum, & vitioſè hìc legitur. *Symmachus* Νεβὼς, quod nomen urbis potiùs eſt, quàm Dei. Vulg. *Nabo*. Nomen eſt Dei Babyloniorum, quod non debet confundi cum nomine urbis Moabiticæ, ſic dictæ, ut videtur à ſitu edito, nam נבא eſt *altus fuit*. Fortè etiam hoc Numen ita dictum, quaſi ὕψιστον, *altiſſimum*. Eſt hoc nomen in pluribus Babyloniorum Regum & Procerum nominibus, boni ominis cauſâ, ut benè obſervatum eſt à *Seldeno* Synt. II. c. 12. ut in Nabonaſſar, Nabuchodonoſor, Nabuzardan &c. Verùm an coleretur id Numen, in urbe Nebunte, non conſtat.

Fuerunt eorum ſimulacra &c.] היו עצביהם לחיה ולבהמה *hajou hatſabbehem lahhajah velabbehemah*, fuerunt eorum imagines *beſtiæ & jumento*; nempe, impoſita, ut ſequentia verba manifeſtò oſtendunt. *Symmachus* habebat ζώοις ἔκδοτα non ſatis commodè. Sed deteriùs LXX. Intt. εἰς θηρία, & Vulgatus: *facta ſunt beſtiis*.

A vobis onera] נשאתיכם *nſchoutbechem*; quæ feruntur vobis, hoc eſt, onera. LXX. Intt. αἴρετε αὐτά. Meliùs Vulgatus, *onera veſtra*.

Quo pondere onuſta ſunt; ad laſſitudinem] עמוסות משא לעיפה *hamouſoth maſſcha lahajepha*, onuſta (nempe, jumenta) onere ad laſſitudinem. LXX. καταδεδεμένα ὡς φορτίον κοπιῶντι ἐκλελυμένῳ. Vulgatus: *gravi pondere uſque ad laſſitudinem*. Sed omnino conſtat עמס eſſe *onerari*, aut *onerare*. Hìc autem deſcribuntur *ſtatuæ* Babyloniorum, metallis, ut videtur, pretioſioribus conſtantes, avectæ à Cyro, ut materiam aliis uſibus adhiberet. Negantur enim fuiſſe antiquioribus Perſis ſimulacra. Vide not. ad C. XXI, 9.

2. *Onus ſuum*] משא *maſcha*, onus. Intelligitur, nimirum, metallum ſtatuarum, quo onuſta erant jumenta, & quod liberare debuiſſent, ſi quid fuiſſet in Diis illis opis.

Ipſi] *Anima eorum*, loquutione ex hominibus petitâ. Mirè verterunt LXX. Intt. καὶ πεινῶντι οὐκ ἰσχύοντι ἅμα οἳ οὐ δυνήσονται σωθῆναι ἀπὸ πολέμου, αὐτοὶ δὲ αἰχμάλωτοι ἤχθησαν. Exceptis enim quatuor poſtremis voculis cetera omnia prorſus abeunt ab Hebraïcis, & planè ſenſu carent. Vulgatus: *contabuerunt & contrita ſunt ſimul, non potuerunt ſalvare portantem, & anima eorum in captivitatem ivit*. Prima verba non meliùs conveniunt verbis קרסו וכרעו *kareſou vacharehou*, quorum nota eſt ſignificatio, neque rei ipſi. Præterea משא *maſſcha* non eſt *portans*, ſed *onus*. Verſiones ſunt ipſo Hebraïco textu obſcuriores.

3. *Geſtati eſtis*] העמוסים *hamouſim*, quod non ſignificat hìc eos, quibus impoſitum eſt onus,

Iſraëlis; qui geſtati eſtis ab utero, & bajulati à partu. 4. Etiam ad ſenectam uſque, & ad canitiem, ego ipſe vos bajulabo, Ego *vos* feci, ego feram, ego bajulabo, & liberabo. 5. Cui me conferetis & æquabitis? cui me comparabitis, cuíque ſimilis dicar? 6. Adfundentes aurum è loculo, atque argentum jugo *ſtateræ* adpendentes, mercede conducunt conflatorem, ídque *metallum* facit Deum, procidúntque, atque eum adorant. 7. Portant eum humeris, bajulant & ponunt ſuo loco, ſtátque in baſi ſua, nec recedit. Tum *cultor* clamore eum invocat, neque *Deus ille* exaudit, aut ex anguſtiis liberat.

8. Mementote hujus rei; viros vos præſtate, & defectores ad *ſaniorem* mentem revocate. 9. Recordamini rerum priorum, à longo tempore, méque eſſe Deum, neque ullum præterea Deum, neque quemquam mei inſtar. 10. Prænuncio ab initio, quod poſtea erit, & diu antè, quæ nondum facta ſunt, prædico; conſilium meum ratum erit, & quidquid voluero, perficiam. 11. Voco ab Oriente *ut* volucrem, è terra remota, virum, de quo

qui ſuperſtites eſtis, & qui eſtis geſtati ex quo concepti eſtis, & bajulati à partu. 4. Ad ſenectutem usque & canitiem, curam veſtri geram. Vos ego creavi, ideoque feram, bajulabo, atque in periculis liberabo. 5. Cui vero rei me ſimilem dicetis, & cum quanam me comparabitis? 6. Dato certo pondere auri, vel argenti, conducunt artificem, qui ex eo metallo conflat ſtatuam Numini, ante quam ſupplices concidunt, ut eam adorent. 7. Poſtea in humeros ſtatuam tollunt in locum, in quo eam collocare decreverunt, ubi immota in ſua baſi manet. Cultores verò ab eo tempore clamoribus ejus auxilium implorant; ſed nihil audit fictitium Numen, nec quemquam exaudit in anguſtiis verſantem.

8. Mementote verò hujus rei, & Idolorum cultores, qui à vero Deo defecerunt, ad ſaniorem mentem revocate 9. Revocate in memoriam res antiquas; quas Majores veſtri ad vos tranſmiſerunt, quale eſt, me ſolum eſſe Deum, nec mihi ullum alium eſſe conjungendum. 10. Ab initio nunciavi, quid futurum eſſet, & quidem diu, antequam res contingeret; ratum eſt, quod antea decrevi, & quidquid voluero, à me perficietur. 11. Ab hoc tempore, voco ab Oriente, è regione remota, virum, quo uti decrevi, quaſi avem, quæ brevi aderit. Quod promiſi,

onus, ſed qui aliis, quaſi onus, ſunt impoſiti, ut ſequens pronomen & res ipſa oſtendunt. Deus deſcribit curam, quam geſſit Iſraëlitarum, ab gentis illius primis initiis, ſub imagine bajuli, qui infantem bajularet à natalibus. Vid. Exod. XIX, 4. Deut. I, 31. & infrà C. LXIII, 9.

A partu] מרחם *merebhem*, hoc eſt, ab utero, ſed vox non potuit repeti, nec alia commodior occurrebat. Quis enim *vulvam* ferat, quæ obſcœna vox & hìc inepta? Ac ſane hæc *bajulatio* non eſt matris ipſius uterum gerentis, ſed *bajuli*; poſt natum puerum, eum ulnis *bajulantis*.

Ad ſenectutem] Ad ultima Reip. veſtræ tempora; quod re verâ à Deo factum.

4. *Ego ipſe vos bajulabo*] אני הוא ועד שיבה *ani hou vebad ſchebah*, ego idem & uſque ad ſenectutem. Confertur enim hìc quoque uni viro, cujus variæ ætates notantur. Vide loca ad antecedentem verſum indicata.

5. *Cui me conferetis* &c.] Hoc eſt, ex iis, quæ à me, apud vos, fieri ab initio vidiſtis, facilè intelligere poteſtis, me nullius rei, quæ ſub oculos cadat, eſſe ſimilem. Hæc trium verborum activorum, comparationem ſignificantium, & unius paſſivi ſimilitudinem exprimentis, coacervatio vim orationis auget, oſtendítque nihil omnino eſſe, quod cum Deo ullo modo conferri queat.

6. *Adfundentes aurum*] הזלים זהב *hazzalim zahab*. LXX. Intt. συμβαλλόμενοι. Vulgatus: *conferentes*. Eſt proprie *vilipendentes*, unde colligunt poſſe verti *prodigentes*, nec intercedo. Sed verbum alterius membri ſignificat *adpendunt*.

Jugo ſtateræ] בקנה *bakkaneh*, in canna, LXX. Intt. ἐν ζυγῷ. Vulg. *in ſtatera*.

Metallum facit Deum] יעשהו אל *jahaſchehou el*, facit illud Deum; hoc eſt, ſimulacrum Dei. Notum eſt ſimulacra paſſim ab Ethnicis ipſis vocata *numina*; quod iis ab antiquiſſimis Philoſophis dudum exprobratum fuerat. Vide Proleg. Hiſt. Eccleſ. Sect. II. C. I, 8. & quæ ibi notata. Adde & *Artis Criticæ* Part. II. Sect. I. C. XVI, 10.

10. *Quod poſtea erit*] אחרית *ahharith*, hoc eſt, quidquid poſtea fit.

11. *Voco ab Oriente, ut volucrem* &c.] עיט *hajit*. Hoc eſt, Cyrum, qui, inſtar avis, veniet è loco ad Orientem remoto. Memoratu dignum eſt ſignum exercitûs Cyri fuiſſe aquilam, ut docet *Xenophon* Cyrop. Lib. VII. ab initio: ἦν δὲ αὐτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς, ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος· καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει. *Erat illi ſignum aquila aurea, expanſis alis, in longa haſta, atque etiamnum ſignum hoc permanet Perſarum Regi.*

Virum de, quo conſilium cepi] איש עצתי *iſch hatſathi*, virum conſilii mei. Eſt quidem עצתו *conſilii ſui* in textu, ſed in margine meliùs עצתי *hatſathi* conſilii mei. LXX. Intt. περὶ ὧν βεβούλευμαι pro ἄνδρα περὶ ὧν. Alii ἄνδρα βουλῆς μου. Hieronymus: *virum voluntatis meæ*. *Grotius* eum, qui exſequitur conſilium divinum, interpretatur.

Rem adducam] אביאנה *abiennah*, quod perinde eſt ac, faciam ut contingat id, quod prædixi.

Formavi] יצרתי *jatſarthi*; hoc eſt, conſilium de eo mente concepi, idque perficiam. LXX. Intt. ἔκτισα, omiſſo pronomine fœminino, quod refertur ad rem, non ad hominem. Vulgatus: *creavi & faciam illud.* יצר *jetſer*, Genes. VI, 5. *figmentum*, pro cogitatione ſumitur,

Digitized by Google

quo conſilium cepi. Loquutus etiam ſum, atque rem adducam; formavi & rem perficiam. [12]. Audite me obfirmati animo, atque à juſtitia remoti. [13]. Admovi juſtitiam meam, nec procul recedet, nec liberatio mea morabitur; ponam in Sione liberationem, atque in Iſraële gloriam meam.

Exſcidium Babylonis, ejúsque cauſæ.

1. DESCENDE & ſede in pulvere, ô virgo filia Babylonis; ſede humi, non in ſolio, filia Chaldæorum, neque enim poſthac te teneram & delicatam amplius vocabunt. [2]. Sume molas, & mole farinam, revolve velum tuum, aperi malleolum, retege crus & trajice flumina. [3]. Revelabitur tua nuditas, cernetur opprobrium CAPUT XLVII.

promiſi, id implebo. 12. Audite me homines pertinaces, atque injuſti. 13. Propinquum eſt, tempus, quo juſtitiam patefaciam, nec liberatio à me differetur. Liberabo Sionem, atque gloriam meam in Iſraële manifeſtam faciam.

PARAPHRASIS.

1. O puellæ Babyloniæ, in mollibus ſellis ſedere ſolitæ, nunc in pulvere ſedete; neque enim poſthac, ô Chaldæorum filiæ, poteritis delicatæ vocari. 2. Sumite, ut ſolent ſervæ, aut pauperculæ mulieres, molas, iiſque triticum in farinam redigite. Amovete vela veſtra; nudate pedes veſtros, & ſine tibialibus fluvios trajicite; neque enim poſthac vos teneras & delicatas vocabunt. 3. Cogemini nuditatem veſtram, altiùs diſcinctæ, oſtendere; ultionem de vobis ſumam,

mitur, apud Hebræos, adeóque & יצר *jatſar* poteſt eſſe *cogitare*, éſtque reverâ, in hoc loco, ubi ſequitur אעשנה, *faciam illud*, quaſi aliquid amplius, quàm יצרתי *jatſarthi* formavi, ſed non quàm בראתי *barathi*, creavi.

12. *Obfirmati animo*] אבירי לב *abbire leb*, fortes corde; hoc eſt, contumaciter in Idololatria perſeverantes. LXX. Intt. ἀπολωλεκότες τὴν καρδίαν, quaſi legiſſent, אבירי *abide*, quod tamen non eſt uſitatum. Meliùs *Symmachus*, σκληροκάρδιοι, unde Vulgatus: *duro corde*.

13. *Admovi juſtitiam meam*] Quia fides in promiſſis pars eſt *juſtitiæ*, ideò *juſtitia* dicitur hìc & alibi, impletio promiſſorum, ut Pſ. LXXI, 16. XCVIII, 2.

In Iſraële gloriam meam] Hoc eſt, mirabilibus factis; eandem, quam antea, gloriam conſequar, rémque videbunt Iſraëlitæ.

COMMENTARIUS
In CAPUT XLVII.

1. D*Eſcende & ſede in pulvere*] Deſcende è ſella ſublimi, in qua molliter ſedebas, atque in pulvere ſede, quippe quæ maximam lugendi rationem habebis. Vide Job. I, 20.

Vocabunt] Hoc eſt, non erit tempus ſe ſe deliciis dedendi.

2. *Sume molas* &c.] Servile erat officium molam truſatilem verſare. Qua maxima fuit calamitas mulieri ingenuæ, ut videmus Job. XXXI, 10. Jubentur Babyloniæ puellæ ſumere *molas* רחים *rechajim*, hoc eſt, *geminum lapidem molarem*. Non erant tunc temporis lapides molares ejuſdem magnitudinis, cujus ſunt hodie, poterántque molæ ſolutæ partes iterum à puella componi; ſed non à puella delicatiore, ſine magno labore.

Revolve vultum tuum] גלי צמתך *galli tſammathech*. Diximus de hoc loco ad Cant. IV, 1. ubi & *Hieronymum*, interpretantem *pudenda*, confutavimus. Mulieres ingenuæ non procedebant in publicum, niſi tecto vultu; cum pudoris cauſâ, tum etiam ut radii ſolares arcerentur. Quod etiamnum hodie fit, apud Orientales populos. Vide not. ad Gen. XXIV, 65.

Aperi malleolum] חשפי שבל *hhophſchi ſchobel*. Etiam de his verbis diximus ad locum Cantici. Qui volunt eſſe שבל *ſchobel* comas, non ſatis adtendunt ſequentia verba, in quibus ſermo eſt de rivo à puella trajiciendo; quod ut fiat, ſolvuntur primùm ſoleæ, aut crepidæ, deinde ne ſtola madefiat adtollitur ita, ut aperiantur malleoli pedum, ſi exigua ſit aquæ copia, aut etiam crura ad genua uſque aperiantur; ſi ſit paullò profundior, imò ſi altior ſit, ad ventrem uſque fluxa ſtola retrahitur. Tum demum reteguntur, quæ, pudoris cauſâ, occultanda ſunt; quod ſequentibus verbis perſpicuè ſignificatur. Res ipſa fortè quidem tanti non erat Babyloniis puellis, quæ, ſemel in vita, ſi credimus *Herodoto* Lib. I. c. 199. corpus proſtituebant; ſed graviſſimum futurum erat, poſt hanc turpem proſtitutionem, quâ ſemel admiſſâ, caſtiſſimam vitam agebant, ut idem prodidit.

3. *Nec tibi inſtar hominis occurram*] ולא אפגע אדם *vlo ephgah adam*; hoc eſt, כאדם *cheadam*, inſtar hominis, quibus verbis prædicuntur hoſtes, nullâ humanitate, Babylonios excepturi. Vox אדם interdum clementiæ notionem ſecum trahit, ut Hoſ. XI, 4.

Digitized by Google

brium tuum, ultionem ſumam, nec *tibi inſtar* hominis occurram. ([4]. Vindici noſtro Jehovæ, *Deo* exercituum, nomen eſt, *is* Sanctus Iſraëlis.) [5]. Sede tacita, ingredereque *in* tenebricoſum locum, filia Chaldæorum, nam non ampliùs Regnorum dominam te vocabunt. [6]. Iratus *cùm* eſſem populo meo, polluerémque poſſeſſionem meam, & traderem *Iſraëlitas* in manum tuam, miſericordiam iis non exhibuiſti, ſed in ſenes graviſſimum tuum jugum reddidiſti. [7]. In perpetuum, inquiebas, domina ero uſque adeò, ut hæc in animum nequaquam revocares, neque poſtremi temporis ejus memor eſſes.

[8]. Nunc ergo audi hoc, ô delicata, quæ habitabas ſecurè, quæ dicebas in animo tuo: ego ſum, & præter me nulla eſt ampliùs, non ſedebo vidua, & orbitatem ignorabo.

mam, neque enim exercebitur erga vos humanitas, ut antea. 4. (Ultor noſter vocatur Creator *Deus* exercituum, is eſt Sanctus *Deus* Iſraëlis.) 5. Sedete tacitæ in tenebricoſis locis, nec vos oſtentate, nam Babylon à Chaldæis condita non ampliùs vocabitur Domina Regnorum, ut antea. 6. Cùm eſſem meritò iratus populo meo à Jacobo oriundo, paterérque ab ejus hoſtibus terras mihi ſacras vaſtari, traderémque; ô Babylon, nulla miſericordiâ erga eum uſa es, atque ſenibus præſertim jugum graviſſimum impoſuiſti. 7. Tum verò jactabas, te fore ſemper Orientis Dominam, nec animo reputabas, ea poſſe contingere, quæ poſtea fuerunt.

8. Nunc verò audi hæc à me, ô Urbs deliciis dedita, quæ animo reputabas nihil poſſe tuam tranquillitatem turbare, cùm nulla eſſet Urbs ſimilis tibi, cumque negares, te poſthac fore viduam, aut orbam,

LXX. Intt. οὐκ ἔτι μὴ παραδῶ ἀνθρώποις, quod ſenſu caret, & à verbis Hebraicis diſſentit. *Aquila* propiùs ad verba: οὐκ ἀπαντήσω ἀνθρώπῳ; ſed meliùs vertiſſet, ſi addidiſſet ὡς & nominativum ἄνθρωπος ſubjeciſſet; nihil autem frequentius eſt hujus particulæ ellipſi. Aberravit à ſenſu *Symmachus*, qui habebat: οὐκ ἀντιστήσεταί ἐν ἐμοὶ ἄνθρωπος, quaſi legiſſet יפגע בי *jiphgah bi*. Sic tamen etiam *Hieronymus*: *& non reſiſtet mihi homo*. Sed non neceſſaria emendatione nitebantur. *Grotius* non abſurdè vertebat: *non ſuſcipiam deprecatorem quemquam*; nam פגע, ut ait, eſt deprecari, & deprecatorem admittere. Prius certum eſt, de poſteriore mihi non conſtat.

4. *Vindici noſtro* &c.] Videtur hoc addere Propheta, ut intelligant Babylonii tantam hanc calamitatem iis incubituram, non vi modò humanâ, ſed ſingulari voluntate Dei.

5. *Sede tacita*] שבי דומם *ſchbi doumam*, ſede tacitè, aut quietè. LXX. Intt. κατανενυγμένη, *Symmachus*: σιωπῶσα, & Vulgatus: *tacens*. Quod eſt triſtium & ſibi deteriora metuentium.

In tenebricoſum locum] *In tenebras*. Te abdito in loca, quæ à nemine inviſantur, ne calamitatibus tuis inſultent.

Non ampliùs te vocabunt] לא תוספי יקראו לך *non addes te vocabunt*, ut vers. 1.

6. *Polluerémque*] Hoc eſt, paterer terram mihi ſacram, imò & Sacrarium meum impuro populo Babyloniorum prædæ eſſe & ludibrio.

7. *Neque poſtremi temporis ejus memor eſſes*] לא זכרת אחריתה *lo zacharth abberitha*. Suffixum, quod ultimæ voculæ ſubjicitur, referendum ad נחלה *hereditas*, quo nomine Judæa ſignatur. Si Babylonii paullò humaniores fuiſſent, debuiſſent, quotieſcumque animo recolebant extremas Judææ calamitates, miſericordiâ erga miſeros exſules tangi, & beneficentia pro malis, quæ paſſi fuerant, iis rependere. Sed ſuperba gens ſe unam putabat, quam jus fáſque eſſet ceteris omnibus imperare, ab iis verò humillima obſequia ſibi deberi; quaſi felices nimiùm eſſent, quòd Babylonico jugo premerentur, ac ſibi propterea gratulari deberent. Sic ſolent potentiores & ſuperbiores populi erga ſubactos ſe gerere.

8. *Quæ habitabas ſecurè*] Intra mœnia urbis ſplendidiſſimæ, atque ita munitæ, ut vix ac ne vix quidem expugnari vi poſſe videretur; tum etiam in tam fecundo ſolo ſitæ, ut in complures annos poſſet ſibi frumentum parare; quemadmodum fecit tempore Cyri, qui fruſtra etiam oppugnationem murorum ejus tentarat. Vide hac de re *Herodotum*, & *Xenophontem*.

Præter me nulla eſt ampliùs] Nempe, talis urbs, qualis ſum.

Non ſedebo vidua] Mihi neque Rex, è Babyloniis, neque incolæ deerunt.

9. *Orbitas & viduitas*] Carebis Rege, qui occiſus eſt; & magna parte oppidanorum, orbaberis, permulti enim Perſarum ferro ceciderunt, ut ad C. XIII. obſervavimus.

Integra] כתמם *chthammam*, ſecundùm integritatem ſuam. Vide adnotata ad C. XIII.

Maleficiorum tuorum] כשפיך *chſchaphajich*. Quid propriè ſignificetur hac voce non ſatis conſtat. Romani Magiam, γοητείαν, & talia vocabant *maleficia*; nec quiſquam dubitat, quin viris talia profitentibus abundaret Babylon, quæ *Chaldæis* ſuis ſemper infamis fuit.

Maximam potentiam incantatorum tuorum] בעצמת חבריך מאד *beheтsmath hhabarajich meod*, in potentia incantatorum valde. LXX. Intt. ἐν τῇ ἰσχύϊ τῶν ἐπαοιδῶν σου σφόδρα, Vulgatus: *propter duritiam incantatorum tuorum vehementem*. Hoc ſequuti ſumus, non eos, qui vertunt *incantamenta*, quæ tamen eſt vera ſignificatio vocis חבר *hheber*, cui eſt in plurali *hhebarim* חברים, quia hìc ſermo eſt de potentia factionis incantatorum Babyloniorum, non de *viribus incantamentorum*, quæ planè nullæ ſunt. Alioqui poſſemus etiam legere *hhoberajich* à ſingulari חובר *hhober*, quod ſine dubiò incantatorem ſignificat. Vide Deut. XVIII, 11. Pſ. LXIII, 6.

10. *Nemo*

rabo. [9]. Contingent tibi duo hæc ſubitò & die uno, orbitas & viduitas, integræ hæ tibi incumbent, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & maximam potentiam incantatorum tuorum. [10]. Fidebas nequitiæ tuæ *&* dicebas: nemo me videt. Peritia & ſcientia tua te contumacem faciebat, atque in animo tuo dicebas: ego ſum, nec quisquam eſt, præter me. [11]. Idcò veniet in te malum, nec auroram ejus ſcies; in te incidet calamitas, quam nullis poteris piaculis averruncare; veniet in te repente deſolatio, quam ignorabas. [12]. Ito nunc cum incantamentis tuis, cúmque multitudine maleficiorum tuorum, quibus à pueritia laboraſti, *ut videas*, numquid poſſis proficere, ánque tibi robur addent. [13]. Laboraſti multitudine conſiliorum tuorum, ſtent nunc & te liberent, qui ſervant de cœlo, qui contemplantur aſtra; atque indicant *ſingulos* menſes, à quibus *ſingula* evenient tibi. [14]. En fuerunt ſtipulæ inſtar,

bam, ſeu incolis deſtitutam & ſine imperio. 9. At uno die videbis te orbam & viduam, ob ſcelera ab incolis tuis admiſſa, & calamitates, quæ tibi contingent, propter magnitudinem ſcelerum Babyloniorum, & multitudinem Magorum, 10. Fidebas nequitiæ tuæ, quia tuæ fraudes non erant vulgò notæ. Scientia fallendi te ſuperbam faciebat, ita ut nusquam eſſe crederes gentem idoneam ad fallendos imperitos, ut faciebas; qua de cauſa ſuperbiebas, quaſi in ea arte nemo te æquaret. 11. Propterea tibi continget calamitas, quam nullis piaculis poſſis averruncare. 12. Ito nunc cum incantamentis tuis, & multitudine maleficiorum tuorum, quibus ab infantia laboraſti. 13. Laboraſti antea nimiâ multitudine conſiliorum; veniant nunc & te liberent, qui ſervant de cœlo, & qui contemplantur aſtra; atque indicant ſingulos menſes, quibus ſingula evenient. 14. Fuerunt illi ſtipulæ inſtar, ſuntque

10. *Nemo me videt*] Videtur hoc referendum ad occulta Babyloniorum ſcelera, quæ quia hominibus latebant, putabant etiam improbi Numini eſſe ignota.

Te contumacem faciebat] שובבתך *ſchobebathecha.* Quî verterint hoc verbum LXX. non liquet, ſunt enim hìc verba inverſa & mutata. *Symmachus:* ἐξηπάτησάν σε, & *Hieronymus: deceperunt te.* Eſt Pohel verbi שוב *ſchoub* redire, quod videtur ſignificare reditum ad flagitia; quibus Babylonii dediti erant, & quibus contumaciter adhærebant, quod ſe doctiores aliis putarent, nam δοκησισοφία contumaciam parit.

Ego ſum &c.] Hoc eſt, nullus eſt populus peritiâ & divitiis mihi ſimilis.

11. *Auroram ejus*] Diem, quo continget prævidere non poteris. Noctu, nempe, capta eſt Babylon, nihil ſimile metuentibus Babyloniis, ut vidimus ad C. XIII. exortáque demum aurorâ res eſt deprehenſa.

Quam nullis poteris piaculis averruncare] לא תוכל כפרה *lo thouchal cappherah.* LXX. Intt. οὐ μὴ δυνήσῃ καθαρὰ γενέσθαι. Vulgatus: *quam non poteris expiare.* Perinde eſt, ac piacularibus ſacris averruncare.

Veniet in te repente &c.] Nihil minùs exſpectabant Babylonii, quàm integris muris, & clauſis portis, immiſſo per alveum Euphratis exercitu, poſſe capi ſuam urbem; quæ Cyrum, re infectâ, à muris ſuis repulerat.

12. *Anque tibi robur addent*] אולי תערוצי *oulai thabarotſi*, ſi confirmabis te. Hinc עריץ dicitur *potens* & *formidandus.* Vide Pſ. X, 18. ubi ſignificat hoc verbum *vi opprimere.* Non verterunt LXX. Intt. Latinus: *ſi poſſis fieri fortior.*

13. *Laboraſti multitudine conſiliorum tuorum*] נלאית ברב עצתיך *nileth brob batſathajich*, fatigata es multitudine conſilii tui. Intelliguntur Chaldæi hariolí, aſtrologi, magíque, quos Babylonii in omnibus ſuis cœptis conſulebant.

Qui ſervant de coelo] הברי שמים *hhobere ſchamajim.* LXX. οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ. Vulgatus: *augures coeli.* Vox חובר nihil quidem habet adfine cum *cœlo*, ſed videtur ei conjuncta ejusmodi incantatorem ſignificare, aut Aſtrologiam, aut auſpicandi artem, aut fortè utramque ſimul profiteretur. Vocantur חוברים *hhoberim* à *Symmacho* & *Theodotione* οἰωνοσκόποι, *auſpices*; ideóque vertimus nos quoque, *qui ſervant de cælo*; hoc eſt, qui obſervabant avium volatum; ſic enim loquebantur Romani, de auſpicibus.

14. *Fuerunt ſtipulæ inſtar* &c.] Prorſus perierunt, quod fortè ideò iis contigit, quòd Babyloniorum pertinaciam, contra Cyrum falſis prædictionibus aluerint, dum Cyro cladem, Babyloniis victoriam portendunt.

Nec flamma] אור *our*, quod *lucem* & *flammam* ſignificat. Repetendum ואין *veent* ex antecedentibus, ואין אור לשבת נגדו *& nulla flamma, ad ſedendum ante eam.*

15. *Tales fuerunt*] *Sic fuerunt*, כן היו, *chen hajou.*

Mercatores tui] סחריך *ſohharajsch.* Significari videntur iidem impoſtores, qui prædictiones ſuas pretio vendebant. Huc faciunt verſus inſignes, qui inter Oracula Chaldaïca leguntur, vers. 283. *& ſeqq.* quibus Aſtrologia Apoteleſmatica ridetur:

Μὴ σὺ μέτρει μέτρα ἠελίου, κανόνας συναθροίσας,
Ἀϊδίῳ βουλῇ φέρεται, οὐχ ἕνεκα σοῦ.
Μηναῖον δὲ δρόμημα καὶ ἀστέριον προπόρευμα,
Μήνης ῥοῖζον ἔασον, ἀεὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης.
Ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη.
Αἰθέριος ὀρνίθων ταρσὸς πλατὺς οὔποτ' ἀληθής.
Οὐ θυσιῶν τε σπλάγχνων τ' ὄθομαι· τὰ δ' ἀθύρματα πάντα
Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα.

Neque metiaris menſuras Solis, collectis regulis; æterno conſilio fertur, non propter te. Lunæ verò curſum & aſtrorum progreſſum, Lunæ, inquam, *ſtridorem omitte, ſemper currit, opere neceſſitatis. Aſtrorum progreſſus, tui gratiâ, non eſt partu editus. Aëria avium lata ala numquam eſt vera. Sacrificia, viſceráque non curo, hæc omnia ludibria ſunt, mercatoriæ deceptionis fulcra.*

Pro ſe quisque] לעברו *lebebro*, è regione ſui. LXX.

inſtar, eos ignis combuſſit, neque ſemet ipſi liberarunt à flamma; nulla ſupereſt *inde* pruna ad calefaciendum ſe, nec flamma, ante quam *quisquam* ſedeat. [15]. Tales fuerunt tibi ii, quibus laboraſti, mercatores tui, à pueritia tua, pro ſe quisque erravit, nullus te liberavit.

Graviſſimæ de Hebræis idololatris querelæ, quòd ad Prophetias animum non adverterent, non ſine ſecundiorum rerum promiſſione, ſi pareant

CAPUT XLVIII. 1. AUDITE hoc, domus Jacobi, qui vocamini de nomine Iſraëlis, qui exiſtis ex aquis Judæ, qui juratis per nomen Jehovæ, & Deum Iſraëlis laudatis, ſed non

ſintque velut conſumti flammâ, quam fugere non potuerunt; nec ulla inde eſt pruna ſuperſtes; quo poſſit ſe calefacere, nec flamma, ante quam quisquam calefiat. Tales, ô Babylon, tibi fuerunt mercatores, quibus laboraſti, à pueritia tua; unusquisque ſibi erravit, nullus te liberare potuit.

P A R A P H R A S I S.

1. AUDITO hæc poſteritas Jacobi, aut Iſraelis, ut vocatur, & oriunda eſt ex Juda; quæ jurat per nomen Creatoris, quæque eum laudat, ſed non eo animo, & ut par eſt & juſtum.

LXX. bene *καθ' ἑαυτὸν*. Alii *εἰς τὸ πέραν, ἑαυτῷ* verſâ voce è proprio ſignificatu, ſed ſine ſenſu. *Hieronymus* verò *in via ſua*. Nos Latinè: *pro ſe quisque*, quod Gallicè dicimus, *châcun pour ſa part*, vel *de ſon côté*. Vult Propheta omnes omnium generum hariolos, pro ſe quemque erraſſe, nec Babyloniis profuiſſe.

C O M M E N T A R I U S
In Caput. XLVIII.

1. *EXiſtis ex aquis Juda*] Intelligit Iſraëlitas, qui volebant quidem cultores Jehovæ haberi, ut Tribules Judæ, quorum doctrinam hauſerant certè partim, ſed quam Idololatriâ infecerant. *Aqua* enim hìc tralaticio ſenſu doctrinam ſignificat, ut infrà C. LV, 1. & alibi apud Prophetas.

Juratis per nomen Jehovæ] Qui proinde Jehovam Deum ſuum agnoſcebant. Vide ad C. XIX, 18.

Deum Iſraëlis laudatis] Eſt quidem יזכירו *jazchirou*, memorabunt, ſed debet intelligi quaſi eſſet מזכירים *mazchirim*, pro conſuetudine Hebræorum varias perſonas miſcentium.

Ex juſtitia] *Juſtum* enim non erat Deum verum laudari, aut commemorari ab iis, qui ſimul, ſpretâ ejus Lege, commenticios Deos colebant.

2. *Ex urbe ſancta* &c.] Non eſt incredibile, cùm decem Tribus Iſraëlis abducerentur captivæ, aliquot ſaltem Iſraëlitas Jeroſolimam confugiſſe, & ſe poſtea Jeroſolimitanos dixiſſe; quamvis hìc illic, per vaſtitates decem Tribuum, agros haberent. Ejusmodi videntur fuiſſe, qui, regnante Hezekiâ, Jeroſolimam conveniſſe dicuntur ad celebrationem Paſchatis 2. Paral. XXX.

3. *Priora* &c.] Intelligere videtur Eſaïas vaticinia, quæ ab initio Libri leguntur, quæque jam ejus tempore impleta fuerant, ut quæ de captivitate X Tribuum habentur, de liberatione Jeroſolimæ è manibus Sancheribi aliáque.

Jam antea] מאז *meaz*, à tunc; hoc eſt, ab eo tempore, quo nondum contigerant, & quo ignotum erat omnibus, quid eſſet futurum, de iis rebus, quas prædicebam. Tam ſæpe utitur Propheta hoc argumento, ut oſtendat, ſolum Iſraëlis Deum eſſe verum Numen; ut vix quisquam, qui ejus verba adtendet, ſibi perſuadere queat, edita à Cacodæmonibus multa oracula fuiſſe, & quidem ita concepta, ut plura poſſent eáque contraria ſignificare. Satis enim fuiſſet rationis eorum cultoribus errandi, ſi quem verum, ſeu eventui conſentaneum, in eorum reſponſis ſenſum invenire potuiſſent.

4. *Cùm ſcirem*] מדעתי *middahthi*, ex ſcientia mea, hoc eſt, propter eam cognitionem, quâ mihi perſpectum erat te contumacem eſſe. *Symmachus* & *Theodotion*: *διὰ τὸ γνῶναί με*, *quia ſcivi*, Hieronymus. Malè LXX. Intt. *γνώσια*.

5. *Deus meus*] עצבי *hotsbi*. Non ita quidem Ethnici Deos ſuos vocabant, perinde eſt enim ac *dolor meus*, quod nomen erat contumelioſum; ſed ſic Judæi, veri Dei timentes, ſolebant loqui de confictis Diis.

5. *Si ſciviſſetis*] Hoc neceſſariò ſupplendum res ipſa oſtendit, quaſi Propheta ſcripſiſſet אם ידעתם *im jedahthem*. LXX. Intt. pro hiſce *nonne & vos prænunciaſſetis* ? habent *ἐν ἔγνωτε*, quod eſt mera ſententiæ depravatio, ex non intellecto elliptico ſermone nata; quales ſunt innumeræ, in verſione Hagiographorum & Prophetarum. Attamen larvati illi Intt. invenerunt, qui eos divinitus adflatos contenderent. Multi Recentiores, in hoc loco evolvendo, cæſpitarunt, eadem de cauſa.

Ab

non ex veritate, neque ex juſtitia. [2]. Ex urbe ſancta nomen ducunt, Deóque Iſraëlis nituntur, cui Jehovæ, *Deo* exercituum, nomen eſt. [3]. Priora jam antea prænunciavi, ex ore meo prodierunt, atque illico audiri ea curavi. *Sic* feci & contigerunt. [4]. Cùm ſcirem, te eſſe durum, cervicem tuam eſſe nervum ferreum & frontem æneam, [5]. *rem* prænunciavi tibi ab eo tempore, atque antequàm contingeret, audire te curavi, ne diceres: Deus meus hæc fecit, ſculptile & conflatile meum *Numen fieri* mandavit. [6]. Audiviſti, totum hoc vide; nonne & vos, *ſi ſciviſſetis*, prænunciaſſetis. Feci, ut audiret nova, ab eo tempore, & repoſita *apud me*, quæ neſciebas. [7]. Nunc ſunt creata, non priùs; nec ea audiveras, ne diceres: en ea noram. [8]. Neque ea audiveras, neque cognoveras, ab eo tempore aperta auris tua non fuerat; quia ſciebam, te perfidum fore, atque, ab utero, te defectorem eſſe vocatum. [9]. Propter nomen meum, differam iram meam, & in te *propter* laudem meam coërcebo, ne te exſcindam. [10]. Mox te excoquam

ſtum. 2. Dicuntur Jeroſolimitæ, nituntúrque, ut videtur, Deo Iſraëlis, qui vocatur Creator Deus exercituum, 3. Quæ antea contigerunt jam prænunciavi, feciſque, ut audirentur. Sic feci, & contigerunt, ut dixi. 4. Cùm ſcirem, te non faciſſe permoveri, cervicémque eſſe inſtar nervi ferrei, & frontem æneam; 5. rem jam dixi eo tempore, atque, antequàm contingeret, tibi prædixi; ne diceres hæc prædicta à Deo tuo, & facta à Numine tuo ſculptili aut conflatili, vel juſſa. 6. Audiviſti, rem expende; nonne & vos Idololatræ, ſi præſcire potuiſſetis, hæc prænunciaſſetis? 7. Nunc à Deo facta non priùs; ne tu, Idololatra, dicere poſſes, tibi rem antea notam fuiſſe, cùm tibi planè ignota eſſet. 8. Nec hæc eo tempore audiveras, vel cognoveras, quia noveram te perfidum eſſe & defectorem à pueritia vocatum. 9. Propter nomen meum, iram in te conceptam exſequi differam, ne te exſcindam. 10. Mox te excoquam inſtar argenti, in catino ad

Ab eo tempore] מעתה *mebatthah*, à nunc. Particula eſt omnium temporum.

Repoſita apud me] נצרות *ntſonroth*, ſervata. Quæ ſervantur in areis, aut armariis repoſita, ea, quia in conſpectu non ſunt, ignorantur. Ideò quæ, in animo veluti repoſita, tacentur, ſunt ignotorum inſtar. Vulgatus: *vos autem non adnunciaſtis*, detractâ interrogationis notâ, quæ, ſi nihil ſuppleatur, revera eſt inutilis. Tum poſtea *conſervata*, pro *repoſitis*, quod eſt obſcurum.

7. *Nunc ſunt creata*] עתה נבראו *battha nibraou*. LXX. Intt. νῦν γίνεται. Vulgatus: *modò creata ſunt*. Hic verbum *creandi* ſumitur pro actione divina, quâ aliquid antea inauditum fecit Deus. Vide de hoc verbi ſignificatu ad Gen. I, 1.

Non priùs] ולא מאז vlo meaz, *& non à tunc*.

Nec ea audiveras] Numquam audiveras ſimilia contigiſſe, neque potes dicere, te ex præteritis de futuro judicium ferre potuiſſe.

8. *Neque ea audiveras* &c.] Non ſunt hæc repetitio proximè antecedentium, ſed exprobratio, quâ Deus conqueritur ſibi fidem negatam, nec ullâ adtentione excepta fuiſſe verba ſua.

Ab utero te defectorem &c.] Adloquitur populum Judæum, ideóque *ab utero* intelligendum de initiis Reip. Populi Hebræi, ut Cap. XLVI, 8. Eſt Hebraïcè קרא לך *kora lach*, vocatum tibi. Eſt præteritum *Puhal*, ubi Cholem loco eſt τῷ Dageſch. Quod exemplum adde ei, quod profert *Buxtorfius*, ad formam paſſivam *Puhal* quieſcentium tertiâ א, ex Ezek. X, 13. & quod unum eſſe putabat.

9. *Propter nomen meum*] Ne Ethnici dictitarent me non potuiſſe vos tueri, contra hoſtes veſtros. Vide vers. 11.

Differam iram meam] אאריך אפי *aarich apphi*. Ira Dei, ut alibi ſemper, eſt ejus juſtitia; cujus effectus, qui ſiri ſunt in pœnis, quas de ſontibus contumacibus ſumit, dilaturum ſe pollicetur. LXX. Intt. δείξω σοι τὸν θυμόν μου, quaſi legiſſent אראך, *arecha*, videre faciam tibi. Sed ſequentia oſtendunt probam eſſe lectionem noſtram, quæ probata etiam *Hieronymo*, qui habet: *longè faciam furorem meum*. Obſervavimus non ſemel perperam ab eo אף *aph* verti *furorem*, quod eſt vitium indignum homine, nedum Deo. Sed & *longe facere*, pro eo, quod eſt differre in longius tempus, ſat commodum non eſt loquendi genus.

Et in te, propter laudem meam, coërcebo] ותהלתי אחטם לך *outhehillathi ehhetam lach*. Repetiimus *propter* למען, *lmahan*, quod anteceſſit; quia vix alius poteſt eſſe ſenſus, neque enim poteſt תהלתי eum præcedentibus conjungi; nec etiam cum ſequentibus, quid enim eſt: *laudem meam frenabo*, aut, ut alii vertunt, *obſignabo tibi*? LXX. Intt. τὰ ἔνδοξά μου ἐπάξω ἐπὶ σὲ, quæ ſunt obſcura. Vulgatus: *laude meâ infrenabo te*. Obſcura eſt ſignificatio verbi חטם *hhatam*, quod hìc tantùm exſtat, nec adfinem ullam vocem ſignificatûs huic loco convenientis habet, in aliis orientalibus Linguis. Sequuti ſumus Intt. Judæos, qui ſic intelligunt, ex ſenſu loci, ut puto, potiùs, quàm ex cognitione certa poteſtatis voci ſubjectæ. חוטם quidem Chaldaïcè *naſum* ſignificat, & חָטָם *circulum*, qui immittitur naſo Dromadis, & qui eſt inſtar freni, ut docebit *Buxtorfius* in Lex. Chaldaïco, & Thalmudico. Sed neſcio, an inde duci poſſit verbum חטם, quod ſignificet *iram coërcere*. Attamen cùm ea ſignificatio ſat conveniat loco, confirmetúrque auctoritate *Hieronymi*, eam potiùs ſequuti ſumus, quàm eorum ſententiam, qui verbum hoc confundunt, cum חתם *hhatham*, obſignavit.

10. *Mox excoquam te at non argenti inſtar*] הנה צרפתיך ולא בכסף *hinneh tſeraphthicha velo bchefeph*, ecce conflavi te, & non in argento. LXX. Intt. πέπρακά σε οὐκ ἕνεκεν ἀργυρίου. Legerunt aut putarunt legendum שברתיך *ſchbarthicha*,

coquam, at non argenti inſtar, & probabo te in catino adflictionis. [11]. Propter me, propter me, hæc faciam; cur enim profanaretur *nomen meum*? nec gloriam meam alii concedam. [12]. Audi me, Jacobe & Iſraël, qui à me vocatus es; ego idem ſum, primus, atque etiam ultimus. [13]. Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea palmo cœlos metita eſt; cùm ego eos vocarem, ſimul adſtiterunt. [14]. Convenite omnes, & audite: quis inter *Deos* illos hæc prænunciavit? Jehova Iſraëlem amavit, faciet, quod libebit,

adflictionis. 11. Propter me, propter me, inquam, hæc faciam; cur enim oomen meum profanari paterer? At gloriam meam nulli alii concedam. 12. Audi me, Iſrael, qui à me vocatus es; ego idem ſum, ſioe initio & fine. 13. Creavi terram & firmavi, eo loco, quo eſt; dextra mea etiam cœlos, immenſos licèt, metita eſt; & tum demum fuere, cùm juſſu meo è nihilo prodierunt. 14. Convenite omnes, & alios alii, hac de re, audite, ut ſciatis, quid ſentiant, ánve ſint Dii qui exſcidium Babylonis & Chaldæorum præviderint, & prænunciarint. Creator Iſraelem amat, atque

cha, vendidi te. *Hieronymus* habet: *Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum*, legens כּכסף *chechesſeph*; quod ſequutus ſum, quia ſenſus eſt non incommodus, qui alioqui nullus eſt. Hoc, nimirum, vult Deus, ſe non ita *excocturum* Iſraëlem, ut nullæ ampliùs in eo maneant ſcoriæ, quod fit vi acriore ignis in argento, quod prorſus purgatur; hoc eſt, ſe clementiùs eum eo acturum. Niſi enim multos Judæos, non uſque adeò bonos, ſuperſtites reliquiſſet, ad perpaucos gens redacta fuiſſet.

Probabo te] בחרתיך *bebbarthicha*. LXX. Intt. ἐξειλάμην δέ σε ἐκ καμίνου πτωχείας, Vulgatus: *elegi te è camino paupertatis*. Vertimus *probabo te*, quia ſermo eſt de populo, collato cum metallo *probato in catino*, nec poteſt res aliter intelligi. Itaque hìc verbum בחר *babbar* hoc ſignificet oportet, aut ſit pro בחן *babhan*, probavit, quod hoc in negotio adhiberi ſolet. Vide Pſ. XXVI, 2. LXVI, 10. & Zach. XIII, 9. כור עני *chour honi*, vertimus *catinum adflictionis*, quia hæc eſt propria ſignificatio vocum, quæ huc adprimè facit.

11. *Propter me* &c.] Non propter tuas virtutes, quæ nullæ, aut exiguæ ſunt, ſed propter nomen meum; quamquam hac etiam admiſſâ ratione, Deus agit, ſi propriè loqui velimus, non propter ſe, quaſi ex ſermonibus hominum boni aliquid ad eum redundaret, ſed ſolâ beneficentiâ, erga homines, quibus nequaquam eget.

Cur enim profanaretur nomen meum] כי איך יחל, *nam quomodo profanaretur*. LXX. Intt. ὅτι τὸ ἐμὸν ὄνομα βεβηλοῦται, clarum enim erat ſubaudiri שמי *ſchmi*, nomen meum, ex verſu 9. *Hieronymus* verò: *ut non blaſphemer*, quaſi Deus dixiſſet אחל *echal*, licèt non aliter videatur legiſſe, quàm nos. Sed non vidit, quid ſupplendum eſſet.

Gloriam meam alii non dabo] Ita me non geram, ut poſſint homines ſuſpicari, eventum ullum honori eſſe aliis Diis, potiùs quàm mihi. Quod potuiſſent dicere Judæorum hoſtes, quamvis falsò, ſi eos prorſus perire paſſus eſſet; victor enim populus, ut Babylonii, jactaſſet, Deum Hebræorum, qui Jeroſolimæ cultus fuerat, non potuiſſe tueri gentem ſibi ſacram. Ethnici non rarò non victis tantùm, ſed & eorum Diis inſultabant, ut fecit Sancheribi legatus ſuprà Cap. XXXVI. Sic *Virgilio* deſcribitur Æneas, voce Junonis Æn. I, 73.

Ilium in Italiam portans victóſque Penates.

& II, 219.

Pantheus Othryades arcis, Phoebíque Sacerdos
Sacra manu, victóſque Deos, parvúmque nepotem.
Ipſe trahit.

Similiter *Cicero*, pro L. Flacco, c. 28. colligit, è clade Judæorum, Deo minùs gratos fuiſſe: *Illa gens —— quàm cara Diis immortalibus eſſet, docuit, quòd eſt victa, quòd elocata, quòd ſervata.*

12. *Ego idem ſum* &c.] אני הוא *ani hou*, ego ille; hoc eſt, idem ille Deus, qui fuit, & qui ſemper erit, de quo loquendi genere vide dicta ad Cap. XLIII, 10.

13. *Palmo cœlos metita eſt*] טפחה שמים *thippbecha ſchamajim*; hoc eſt, metita eſt, quot in cœlis eſſent טפחות *tophabboth*, palmi; vel etiam palmo extendit & formavit, quæ eſt ſignificatio hujus verbi Lam. II, 20, 22.

Cùm ego eos vocarem] Quaſi, nempe, paratos obſequi Dei imperiis, ut Pſ. CXIX, 91.

14. *Quis inter illos Deos*] מי בהם *mi bahem*, ſupplendum manifeſtò *Deos*. Malè LXX. Intt. τίς αὐτοῖς. Non meliùs *Aquila*: τίς ἐν ἀνθρώποις, & *Symmachus* αὐτῶν. Rectè *Hieronymus*: *quis ex eis*. Quinam ſint *illi* ex ipſa re intelligendum; ut in ſequentibus verbis ſupplendum *Cyrus*, ante *faciet*, ex ipſa etiam re.

Faciet, quod libebit, in Babylonem] יעשה חפצו בבבל *jahaſcheh bheptſo beBabel*, faciet voluntatem ſuam in Babylonem. Satis liquet hoc à Judæis exſulibus factum non eſſe, nec de ullo alio, quàm de Cyro, rem dici poſſe.

Et Chaldæos, qui ſunt brachium ejus] *Et brachium ejus Chaldæos*. Sapientes illos celeberrimos, quorum ſedes erat ad meridianam plagam Babyloniæ, quíque Imperium Babylonicum ſuſtentabant.

15. *Ego loquutus ſum*] In hiſce Prophetiis à Cap. XLIV. ſub finem.

16. *Accedite ad me* &c.] Sunt verba Prophetæ adloquentis Judæos, jubentíſque eos audire, quæ ſequuntur. A verbis Dei primâ perſonâ prolatis tranſit ad ſua, tum à ſuis ad verba inſignioris longè longéque Dei Miniſtri; Meſſiæ, nempe; ſine ulla præfatione, aut tranſitione,

libebit in Babylonem & Chaldæos, *qui ſunt* brachium ejus. 15. Ego loquutus ſum; eum vocavi & adduxi, *ait Jehova*, & rem proſperè geret.

16. Accedite ad me, audite hoc: ab initio non ſum clam loquutus, à tempore, quo hoc füit, ibi ego eram; & nunc Dominus Jehova, & ſpiritus ejus miſit me. 17. Sic dixit Jehova, vindex tuus, Sanctus Iſraëlis: ego ſum Jehova, Deus tuus, qui te doceo, ut *tibi* proſim, útque curem te progredi eà viâ, quam ingredi te par eſt. 18. Utinam adtendiſſes mea præcepta! res tuæ ſecundæ fuiſſent inſtar fluminis, atque innocentia tua, inſtar fluctuum maris. 19. Fuiſſet

atque ſic habebit Babylonem & Chaldæum, qui eſt ejus brachium. 15. Ego omnium ſemel loquutus ſum, & Cyrum, de quo dixi, vocavi, contra Babylonios; adducam eum, & rem proſperè in Chaldæos geret.

16. Accedite ad me, atque hæc audite. Ab initio clam non loquutus ſum; à tempore, quo hoc contigit, illic eram; nunc verò Dominus Creator, & Spiritus ejus miſerunt me. 17. Sic dixit Creator, vindex tuus, *Deus* ſanctus Iſraëlis: ego ſum Creator, Deus tuus, qui te doceo, ut tibi proſim, útque ingrediaris viam, quam te ſequi pat

tione, è qua intelligi queat, quæ ſit perſona, quæ, in hoc myſtico theatro, loquens inducitur. Vide Cap. XLIX, 1. Ex re ipſa paſſim ſecernendi ſunt & ii, de quibus verba facit Propheta, & ii, qui loquuntur; quod niſi fiat, omnia in iis locis turbantur & obſcurantur usque adeò, ut vix ac ne vix quidem intelligi queant.

Ab initio non tantum clam loquutus] לא מראש בסתר דברתי *lo meroſch beſſether dibbarthi*, non à capite (*ſeu* initio) in latebra ſum loquutus. Omnibus audientibus protulerat ea, quæ de Cyro à Deo juſſus erat dicere. Cujus rei Jeroſolimitanos teſtes vocat, ne quis poſtea, per calumniam, hæc diceret poſt eventum eſſe ficta. Quam calumniam anteverti magni erat momenti, ne prophetiæ hujus fructus omnis intercideret.

A tempore, quo hoc fuit] מעת היותה *mebeth bejothah*; hoc eſt, à tempore, quo hoc mihi revelatum eſt.

Ibi ego eram] שם אני *ſcham ani*, ibi ego. Interpretatur *Grotius* hæc verba: *quaſi præſens intereſſem rebus tantò poſt futuris.* Malim hæc intelligi δεικτικῶς, ut loquuntur Grammatici, ita ut Propheta digito oſtenderet locum (fortaſſe in Templo) in quo primùm de Cyro vaticinari coeperat. τῷ בסתר *in latebra*, nihil aptius potuit opponi, quàm locus in alterutro Templi atrio, in quo ſoleret Propheta populo palam nunciare, quæ à Deo acceperat domi, noctu & interdiu.

Dominus Jehova & ſpiritus ejus miſit me] Pro אדני יהוה hìc Græci κύριος κύριος, quia prior vocula propriè *Dominum* ſignificat, poſterior verò, quæ potuiſſet efferri Ἰαυὼ, deſierat tempore LXX. Intt. pronunciari, ideóque ei vox etiam κύριος ſubſtitueretur. Vide not. ad Exod. III, 17. Maſſorethæ verò, ut vitarent repetitionem vocis *Adonai* אדני *Dominus*, quotieſcumque hæc occurrebant conjuncta cum voce יהוה, huic puncta vocis אלהים ſubjecerunt; quod nondum fiebat tempore LXX. Intt. qui alioquin hìc haberent κύριος ὁ Θεὸς, ut Vulgatus, *Dominus Deus. Jehova* autem *& ſpiritus ejus* perinde ſunt ac: *Jehova, per ſpiritum ſuum*, nempe, propheticum, quo me adflavit. Onkelos habet ״ אלהים שלחני ומימריה *Jehovah Deus miſit me & verbum ejus*, quod eodem recidit.

17. *Ut tibi proſim*] Tui juvandi ſtudio, quæcumque enim Deus docet, ea non ad utilitatem ejus ſpectant, ſed ad noſtram.

Quam ingredi te par eſt] תלך thelech, *ibis* hoc eſt, per quam ire juberis. Nam futurum paſſim notat officium. Eſſet integrum loquendi genus: אשר תלך בה *aſcher thelech bah.*

18. *Utinam adtendiſſes* &c.] לוא *lou.* LXX. καὶ εἰ, ubi καὶ ſuperfluum eſt. Vulgatus: *utinam. Jonathan* אלו illou, *ſi.* Hoc loco rectè probant Theologi, non ſtetiſſe per Deum, quominùs Judæi officio ſuo, ut par erat, defungerentur, ſed totam ejus rei culpam penès Judæos fuiſſe; quod non eſſet, ſi iis defuiſſet *gratia*, ut loquuntur, quæ modo ineluctabili homines flectit, ut aiunt, ad officium, facítque, ut in eo perſeverent; quam *gratiam*, ſine antecedente Dei decreto, non magis habere poterant, quàm miracula, ſine divinæ potentiæ efficientia, perpetrare.

Res ſecundæ tuæ fuiſſent inſtar fluminis] יהי כנהר שלומך *jehi chnahar ſchlomecha*, fuiſſet tua incolumitas, ut fluvius, qui

Labitur & labetur in omne volubilis ævum.

Neque ad hæc uſque tempora perpetuo quodam tenore rerum ſecundarum uſi erant Iſraëlitæ, ſed ſubinde magnas ſenſerant calamitates, & maximam omnium Captivitatem Babylonicam erant mox ſenſuri. Quæ omnia cùm nullâ fati catenâ volverentur, ſed voluntate Dei eos punientis; non contigiſſent, niſi peccatis ſuis pœnas ſibi à Deo contraxiſſent.

Innocentia tua] צדקתך *tſidkatcha*, juſtitia, quæ tamen in ſe hìc quidem non ſpectatur, ſed in conſectariis, favore, nempe, & protectione Dei, quibus omnia virtutis præmia continentur; quibus ab innocentibus calamitates præteritas & eo tempore futuras averruncaturus fuiſſet. Eſt ergo antecedens pro conſequente, ut quando *peccator* dicitur, non qui reverâ eſt, qui pœnas debet, aut debere cenſetur, ut 1. Reg. I, 21.

Inſtar fluctuum maris] Proſperitas, nempe, fuiſſet inexhauſta, ut fluctus maris.

Lapilli] מעותיו *mebothau.* Quæ vox hoc tantùm loco exſtat. LXX. Intt. ὡς ὁ χοῦς τῆς γῆς, ſed de mari loquitur Propheta, non de terra. Tres Intt. hoc eſt *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* κεγχροὶ, propriè grana milii, ſed hìc ſumitur pro arenulis eorum magnitudinem non excedentibus. Hæ comparationes videntur indicare cùm perpetuitatem, tum immenſam multitudinem beneficiorum divinorum

19. Fuiſſet poſteritas tua ut arena, & orti viſceribus tuis, ut ejus lapilli; non exſcinderetur *illa*, neque è conſpectu meo deleretur. 20. Egredimini Babylone, fugite à Chaldæis, hilari voce *hoc* nunciate, date operam, ut audiatur, proferte hoc ad fines usque terræ, dicite: ſervum ſuum Jacobum liberavit Jehova. 21. Non ſitierunt, per deſerta juſſit eos incedere, fecit, ut aqua eis deflueret è rupe. Nulla verò pax, ait Jehova, erit nocentibus.

Deſcribuntur beneficia Meſſiæ, & præſertim vocatio Gentium, ſolatiáque præbentur Iſraëli.

CAPUT XLIX.

1. AUDITE me, Inſulæ; aurem præbete populi è longinquis *oris*: ab utero Jehova vocavit me; è viſceribus matris meæ, nomen meum memoravit.
2. Effecit, ut os meum ſicut gladius acutus eſſet, ſub umbram manûs ſuæ me abdidit, fecit

par eſt. 18. Utinam leges meas adtendiſſes. Secundis rebus utereris, quaſi fluvio ſecundo; aut mari tranquillo. 19. Proſapia tua æquaret ejus arenam, atque oriundi ex te, ut ejus lapilli; numquam exſtingueretur, neque umquam è conſpectu meo deleretur. 20. Egredimini Babylone, fugite Chaldæos, & hilariter hoc narrate, ita ut audiatur, & per omnes terras ſpargatur, & ubique innoteſcat, à Deo liberatos eſſe Iſraëlitas; 21. neque per deſerta, quæ peragrarunt, ſiti laboraſſe, quia è rupibus eruperunt copioſi fontes. Verùm nulla pax, ait Creator, erit improbis.

PARAPHRASIS.

1. AUDITE vocem meam, Inſulæ, aurem mihi præbete è remotis locis. Ab utero materno me vocavit, noménque Iſraelis impoſuit. 2. Effecit, ut verba mea acuta ſint, inſtar gladii, umbra manûs ſuæ me texit, fecit, ut eſſem inſtar ſagittæ terſæ in ſua pharetra, in quam me condidit.

vinorum, qualibus etiam uſus eſt *Virgilius* Georg. II, 104. ut vitium innumera eſſe genera oſtenderet:

Sed neque quàm multæ ſpecies, neque nomine quæ ſint,
Eſt numerus, neque enim numero comprendere refert.
Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem
Diſcere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ,
Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus
Noſſe, quot Ionii veniant ad littora fluctus.

20. *Egredimini Babylone* &c.] Monitum fuit Judæis, qui Babylonem captivi erant abducendi, ut, cùm eſſent audituri, Cyrum Babylonem adventare in Babyloniorum agros, cum exercitu; aut certè poſt primam victoriam, quam de Babyloniis eorúmque ſociis retulit, quàm primùm ex iis locis decederent, atque in Medorum agros concederent, in quibus ſolis tuti erant futuri. Itaque hîc adloquitur Eſaïas pronepotes eorum, qui ei æquales fuerunt; hortatúrque, ut ſibi fugâ conſulerent; cùm ſigna Cyri ſibi inferri viderent, ne poſt victoriam, eodem loco haberentur, ac Babyloniis Gentiles.

Servum ſuum Jacobum &c.] Qui legerant hoc vaticinium, aut legere poterant, audito nomine *Cyri* & mox ejus victoriâ de Lydorum Rege, alteráque ex Aſſyriorum Rege, hinc certò colligere poterant, Cyrum illum eum eſſe, de quo Eſaïas, ac proinde Judæos per eum liberatum iri.

21. *Non ſitierunt* &c.] Deſcribit Propheta reditum Judæorum è Babylonia, per Meſopotamiam & Syriam, iiſdem verbis, quibus deſcriptus fuerat exitus Judæorum ex Ægypto, itérque per Arabicas ſolitudines; non quaſi ſimilia utrobique contigerint; ſed quia utraque liberatio, non ſine Divina, eáque ſingulari Providentia facta eſt.

Nulla pax erit] Hoc eſt, nihil proſperè cedet; nam hîc *pax*, ut verſu 18. res ſecundas ſignificat, רשעים verò *nocentes*, ſeu *rei* dicuntur ii, qui à Religione Judaïca ad Ethnicam deficiebant; ut opponantur iis, qui ad inſtaurandum Templum Jeroſolimam erant redituri.

COMMENTARIUS

In Caput. XLIX.

1. A*Udite me, Inſulæ*] *Inſulas* jam antea diximus vocari Inſulas maris interni, & peninſulas circumquaque poſitas, quas intelligi paullò perſpicacior Lector facilè animadvertet. *Populi remoti*, quos is, qui hîc loquens inducitur, compellat, ſunt populi in iis Inſulis & Peninſulis ſedes habentes, aut etiam paullò remotiores. Sed quis hîc loquitur? inquies. Ego verò profiteor, me eſſe in eorum ſententia, qui Meſſiam ipſum hîc loquentem induci exiſtimant, verſibus 7. prioribus hujus Capitis, quia in eum ſolum quadrant, quæ in iis habentur, nec poteſt Gentilium vocatio, de qua manifeſtò vers. 6. ad alium referri, quàm ad Chriſtum, qui ſolus, per Apoſtolos, Gentiles vocavit ad veri Dei

fecit, ut eſſem ſagitta terſa, in pharetra ſua me abſcondit. 3. Dixit mihi: miniſter meus
es tu, Iſraël, in te gloriabor. 4. Dixi ego: fruſtra laboravi, in caſſum ac inaniter vi-
res meas abſumſi; at jus meum eſt apud Jehovam, & operæ meæ pretium apud Deum
meum *repoſitum*. 5. Nunc dixit Jehova, qui formavit me ab utero, ut miniſter ejus
eſſem, ut reducerem ad eum Jacobum, útque Iſraël ad eum colligeretur (6. Jeho-
væ oculis pretioſus ero, & Deus meus erit robur meum) 6. dixit, inquam, parum eſt,
te eſſe miniſtrum meum, ut excites tribus Jacobi, útque cures redire *ad me* ſervatos
Iſraëlis; te conſtitui, ut ſis lux Gentium, & ſalus mea ad fines terræ. 7. Sic dixit
Creator, vindex Iſraëlis & Sanctus ejus, ei, qui contemtui eſt, qui abominationi eſt
genti, qui eſt ſervus dominantium. Reges *te* videbunt, adſurgent *tibi* principes, at-
que inflexo corpore adorabunt, quia Jehova, qui fidelis eſt, & Sanctus Iſraëlis, te ele-
gerit.
8. Sic dixit Jehova: tempore, quo *tibi* pacatus fui, exaudivi te, & die ſalutis auxi-
lium tibi tuli; te ſervabo, conſtituam te fœderatum populum, ut inſtaures terram,
útque

didit. 3. Idem creavit me quaſi miniſtrum, hiſce verbis: miniſter meus es, Iſraël, in te gloriabor. 4. Dixi verò ego, in caſſum me laboraſſe, & fruſtra vires meas exhauſiſſe; at Creatori notum eſſe jus meum, atque apud eum repoſitum mihi eſſe præmium. 5. Nunc dixit Creator, qui me formavit, ut miniſter ejus eſſem, mihi dandam eſſe operam, ut reducerem ad eum Iſraëlem. (Quod ſi perfecero, Deo gratiſſimus ero, & Deus mihi vires ſuppeditabit) 6. Dixit, inquam, parum eſſe, me ei eſſe miniſtrum ad excitandas Tribus, à Jacobo oriundas ad Deum, ut par eſt, colendum, ut ſalutis participes fiant. Te etiam conſtitui, ut ſis lumen Gentium, & ſalutarem mei cognitionem ad fines uſque terrarum ſpargas. 7. Sic dixit Creator, Vindex Iſraëlis, & Sanctus ejus Deus, ei, quem Gens contemnit, & qui eidem eſt abominationi, & qui ex animo paret iis, qui dominantur. Reges te libenter in conſpectum ſuum admittent, adſurgent tibi Proceres, & inflexo corpore te ſalutabunt; quia Creator, qui eſt fidelis & Sanctus Deus Iſraëlis, te præ ceteris elegerit.

8. Dixit Creator, ſe tempore, quo ei pacatus
fue-

Dei cognitionem, nec curam ſuam intra ſolos Judæos continuit. *Jonathanem* miniſtrum Dei, de quo vers. 3. Iſraëlem vocat, & tamen in ſequentibus eum adhibet ad ſervandum Jacobum, quæ inter ſe non ſatis conſentiunt. *Grotius* verò Eſaïam loqui ait, ſed quamvis is Propheta multa dixerit contra Idololatriam, id fecit potiùs in Judæorum gratiam, quàm ut Idololatras, quibus ignotus fuit, ad cultum veri Dei adduceret. Vocatio Gentium, ad cognitionem unius Dei, omnium rerum Creatoris, opus fuit Apoſtolorum, quos ad eos miſit Chriſtus; non Prophetarum, qui inter ſuos vixerunt, ſi exiguam Jonæ, apud Ninivitas, moram exceperis. Nemo horum per Inſulas veritatem Gentibus patefecit, ſed tantùm Apoſtoli eorúmque diſcipuli. Hæc ſatis erant, ut intelligere poſſet Vir Magnus, hîc Eſaïam quæri non oportere. Sed & de ſingulis, quæ hîc habentur, rem demonſtravimus, non ut tanto viro adverſemur, aut invidiam conflemus; ſed quia nullus eſt mortalium, cujus auctoritatem veritati poſtponere non debeamus.

Ab utero, Jehova vocavit me] Ait ille, paria Deum dicere de Jeremia I, 5. & Apoſtolum Paulum de ſe, Gal. I, 5. Sit ſanè hoc verum, aliquo ſenſu de Jeremia & Paulo; at multò eminentiùs, &, ut ita dicam, diviniùs de Jeſu Chriſto dicitur; cùm in Maria Virgine conceptus ſit, *ſuperventu & obumbratione Spiritûs Sancti* Luc. I, 35. Obſervat *Grotius*, Hebræos loca illa, de vocatione Prophetarum ab utero, interpretari de egregia temperatura cerebri, quâ Deus à primo ortu donare ſolet eos, quos Prophetiæ præparat. Hoc verò ſi pro vero habemus, quod eſt incertiſſimum, quid eſt præ ſanctificatione Chriſti ab utero?

E viſceribus matris meæ &c.] Imò etiam antequàm eſſet conceptus Chriſtus, nomen à Deo accepit *Servatoris*, ſeu *Jeſu*, Luc. I, 31. quod & poſt conceptum confirmatum eſt, Matth. I, 21. Iſaïas verò dictus eſt ישעיהו *jeſchbhajahou*, hoc eſt, ſervabit Jehova, non verò Servator, ut nomen יושע aut יהושע, *jeſchouah*, aut *joſchouah*, ſervabit; nempe, is ipſe, cui nomen imponitur, ut apud Lucam videre eſt.

2. *Ut os meum ſicut gladius acutus* &c.] Hoc eſt, ut ex ore meo prodiret verbum, quod inſtar gladii acuti eſſet; ſeu cujus ſpretores perirent tam certò, quàm gladio perfoſſi per ipſa vitalia. Ideóque in viſo Joanni oblata eſt Apoc. I, 16. & XIX, 15. ſpecies Chriſti, *è cujus ore prodibat gladius anceps, ut eo gentes percuteret*; & ipſe etiam vocatus eſt Λόγος Θεοῦ, ibid. 13. quæ omnia nonniſi diluto planè ſenſu Eſaïæ convenire poſſunt.

Sub umbra manûs ſuæ &c.] Ita Deus Chriſtum texit, nemo ut ei nocere poſſet, niſi eo tempore, quo intererat gloriæ Dei & ſalutis generis humani, eum interire; nec paſſus eſt eum diu mortuum jacere, cùm tertio die excitatus fuerit. Contigit quidem Eſaïam, verbi divini causâ, occidi, ſi credimus incertis hiſtoriis; ſed non contigit, eum è mortuorum numero revocari.

Fecit, ut eſſem ſagitta terſa &c.] *Poſuit me in ſagittam terſam*, לחץ ברור *lebbets barour*. Sic vocatur ſagitta ad prælium parata, cujus cuſpis diligenter acuitur & abſtergitur, ut altiùs ſubeat. LXX. tamen Intt. βέλος ἐκλεκτὸν, & Vulg. *ſagittam electam*. Interpretatur *Grotius*: *ut verba mea quàm longiſſimè perveniant*. Imò verò, ut altiùs animum ſubeant; qua in re verba Eſaïæ & ceterorum Prophetarum longè cedunt verbis Chriſti, qua de re

vide

útque prædia deſolata poſſideas. 9. Dicam vinctis: exite, atque iis, qui ſunt in tenebris: prodite. Ad vias paſcent, & in omnibus locis editis erunt paſcua eorum. 10. Non

fuerat, eum exaudiſſe; & die, quo ſervatus erat, ei auxilium tuliſſe; & effecturum ſe porro, ut fœderatus populus rurſus terram natalem coleret, útque prædia deſolata poſſideret. 9. Tum revocaturum ſe vinearum cultores, qui latebant, atque eos, qui ſe abdiderant, in lucem; quo futurum

vide Scriptorem ſacrum ad Hebræos c. IV, 12.

In pharetra ſua me abſcondit] *Id eſt*, ait *Grotius*, *protexit me, ne ulla vis ſeditioſorum mihi noceret.* Sed abit à ſenſu figuræ, quæ hìc adhibetur; ſagittæ enim non reconduntur, *ut protegantur*, ſi propriè loqui velimus; ſed ut illic ſerventur, donec in ipſo prælio illinc detrahantur. Ergo cùm Eſaïas, hoc tempore, vitia oppugnaret, ſagitta illa Dei jam erat emiſſa, nec poſſunt hæc verba ei aptari. Sed cùm Chriſtus, non niſi multis ſæculis, poſt hæc tempora, mittendus eſſet, meritò ſe ipſe dixit *ſagittam in pharetra* Dei *reconditam*.

3. *Miniſter meus es tu, Iſraël*] *Grotius*, poſt *Vatablum*, interpretatur *Iſraëli*, hoc eſt, Iſraëlis bono, coactè & ſine exemplo. Nec feliciùs alii, *Iſraëlitam*, aut qui inſtar totius Iſraëlis, aut Iſraël eſt, *de qua* dicat Deus: *per te gloriaturus ſum.* Adtendenda eſt ſignificatio vocis Iſraël, *contendens cum Deo*, quæ videtur omnino ſpectari. Sic Gen. XLIX, 8. *tu es Juda*, & Matth. XVI, 17. *tu es Petrus*, manifeſtò reſpicitur ad ſignificatum eorum nominum. Pariter hìc, *tu es Iſraël*, eſt, id facies, quod fecit ישראל *jiſchraël*, כאשר שרה עם אלהים *chaaſcher ſcharah him elohim*, quando contendit cum Deo. Fecit autem hoc Chriſtus, cùm Mediator Dei & hominum conſtitutus, precibus ſuis *cum Deo contendit*, ut pater humano generi reſipiſcenti ignoſceret. Poteſt quidem dici Eſaïas preces pro populo fudiſſe, & reverà fudit; ſed quid hoc præ eo, quod fecit Chriſtus, pro ſuo Mediatoris munere, in gratiam totius humani generis? Nulla ſanè inter utrumque, ad hanc rem ut ad cetera omnia, quod adtinet, inſtitui comparatio poteſt. Chriſtus, in ſuo munere, planè eſt ἀσύγκριτος. Itaque ei ſoli, eo ſenſu quem dixi, convenit nomen *Iſraëlis*. De hoc nomine vide notata à nobis ad Gen. XXXII, 28.

In te gloriabor] אשר בך אתפאר *aſcher bcha ethphaër*. Sic Chriſtus dicitur ἡ δόξα Θεοῦ 1. Cor. XI, 7. Eſt cur glorietur Deus in Chriſto, qui per omnia ei paruit, atque ea geſſit, quæ ſunt verè Deo, & Dei filio digna. Hæc interpretatur *Grotius*, de gloria, quam Deus ex prædictionibus Eſaïæ eſſet conſequuturus. Sed verbum in *Hithpaël* vim activam reciprocam obtinet, & gloriationem Dei ipſius ſignificat.

4. *Dixi ego, fruſtra laboravi* &c.] Dicere hoc quidem potuit Eſaïas, ſed multò magis Chriſtus; cujus labor multò major fuit, cujus tamen fructum eo dignum non vidit, dum in terris eſſet; præſertim apud Judæos, à quorum longè maxima parte rejectus eſt, nec impetravit, ut ſuæ ipſorum ſaluti conſulerent.

In caſſum ac inaniter] לתהו והבל *lthohou vehebel*. LXX. εἰς μάταιον καὶ εἰς οὐδέν. Digna ſunt, quæ in hunc locum transferantur verba *Hieronymi* huc pertinentia: *Hæc univerſa dicuntur, ut liberum hominis monſtraret arbitrium. Dei enim vocare eſt, & noſtrum credere; nec ſtatim, ſi nos non credimus, impoſſibilis* (minùs potens) *Deus eſt, ſed potentiam ſuam noſtro arbitrio derelinquit, ut juſtè voluntas præmium conſequatur.* Addendum &, ut dare jure pœnas poſſit contumax, oportere etiam, ejusmodi eam eſſe contumaciam, quæ poſſit ab homine exui, ita ut nihil homini deſit præter voluntatem, quam nemo ei detrahit, præter ipſum.

At jus meum eſt apud Jehovam] אכן משפטי את יהוה *achen miſchphati eth Jehova*, ſed Judicium meum eſt cum Jehova. Hìc משפט *miſchpat* eſt jus, ut ſæpe alibi, & quidem præmii laborum accipiendi, ut ſequentia manifeſtò oſtendunt. Adquirit is ſibi jus præmii petendi, qui præſtat id, cui promiſſum eſt; quod jus promiſſione nititur.

Operæ meæ pretium] פעלתי *phehullathi*, opera mea; hoc eſt, operæ præmium. Frequens hoc, apud Hebræos. Vide Ruth II, 13. & Prophetam noſtrum C. XL, 10. LXI, 8. LXII, 11. Dubium quidem eſſe nequit, quin Eſaïas laborum ſuorum præmium à Deo tulerit; ſed multò majus eſt Chriſto datum. Vide Philip. II, 9. *& ſeqq.*

5. *Utque Iſraël ad eum colligeretur*] Eſt in textu: וישראל לא יאסף veJiſchraël lo jeaſeph, *& Iſraël collectus eſt.* At in margine eſt לו lo, *illi*, quo adfirmatur quod, admiſſà particulà לא *lo*, negaretur, quod prætulimus. LXX. Intt. omiſſà voculà, habent συναχθήσομαι, quaſi legiſſent אאסף *eaſoph*, incommodè. *Aquila* omiſit negationem & לו legit. *Symmachus* verò, *Theodotion*, & Vulgatus לא. Quod probat *Grotius*, hac ſententià: *etiamſi Iſraël ad mea monita noluit converti, ego tamen Deo placebo* &c. Maluimus verſum 6. parentheſi claudere, quales interdum ſunt, ſat duræ auribus noſtris, apud Prophetas.

6. *Jehova oculis* &c.] Hæc ſunt verba non Jehovæ, ſed ejus miniſtri; qui non minùs gratus ei futurus erat, quamvis ejus operà Judæi ad ſaniorem mentem adducti non eſſent.

Pretioſus ero] אכבד *eccbabed*, glorificabor, δοξασθήσομαι

6. *Dixit, inquam,*] *Et dixit* ויאמר *vajjomer*. Coeperat Propheta dicere אמר יהוה, *dixit Jehova*; ſed quia non ſubjecerat continuò verba Dei, ſed quædam inſeruerat, repetit verbum, quod more Latino expreſſimus: *dixit, inquam.*

Parum eſt, te eſſe &c.] נקל מהיותך *nakel mihjothcha*, levius eſt, quàm ut ſis. Vulgare loquendi genus, quod perinde eſt, ac מעט להיותך, *parum*

10. Non eſurient, neque ſitient; non feriet eos æſtus, neque ſol; quia is, qui eorum miſeratur, eos deducet, & ad fontes aquæ dux iis erit. 11. Montes omnes meos pervios faciam, &

turum eſſet, ut pecus etiam paſcere tutò poſſet ad vias publicas, atque eſſent in locis editis paſcua.
10. Ubi non eſſent eſurituri, neve ſiti, aut æſtu laboraturi; quia is, qui miſericordiâ erga eos tangitur, eorum dux erit ad fontes.
11. Montes omnes meos, *ait Deus*, pervios faciam,

parum eſt eſſe te. Quare mirum eſt LXX. Intt. vertiſſe: καὶ εἶπέ μοι μέγα σοι ἐςὶ τοῦ κληθῆναι. quod eſt planè contrarium certiſſimo uſui hujuſce formulæ, quam alibi meliùs verterunt.

Ut excites] להקים *lehakim*, ut facias ſurgere, exciderant enim Tribus Iſraëlis è priore ſtatu, in quo fuerant, Idololatriâ.

Servator Iſraëlis] נצורי ישראל *ntſoure Iſraël.* Sic legitur in textu pro נצירי, quod idem eſt, ſed inflexione Chaldaïca. Intelliguntur pauci Iſraëlitæ, qui redierant ad officium ſuum. LXX. Intt. διασπορὰν parum propriè; ſed *Hieronymus feces*, cujus verſionis ratio ignota eſt. Hìc inverſus eſt ordo verborum, nam pro more ſolito, deberet eſſe ולהשיב נצורי ישראל, cùm legamus ונצורי ישראל להשיב. Contigeritne hoc librariorum incuriâ, an ita etiam loquuti ſint interdum Hebræi, non ſatis liquet.

Conſtitui te, ut ſis lux Gentium &c.] Hìc perſpicuè opponuntur Gentes Judæis, adeóque agitur de vocatione Gentilium ad fidem Chriſtianam, non Judaïcam, ut puto; cùm pauci Proſelyti, qui ſe Judæis adjunxerunt, non ſint tanti, ut tantâ verborum pompâ res promittatur. *Grotius* hìc indicat Capita Eſaïæ, in quibus Idololatriam oppugnat, propter quæ putat Prophetam vocari *lucem Gentium*, quòd iis locis eos ab Idololatria averſurus eſſet, & ſic plurimos ſervaturus.. Sed qui cœperunt legere Eſaïam, quod ſeriùs factum omnino videtur, jam erant ad Religionem Judaïcam, ab ipſis Judæis, adducti. Ethnicos enim, meræ curioſitatis, aut, ſi mavis, inquirendæ veritatis causâ, Propheticos libros legere coepiſſe, & ſic adductos ad Religionem Judaïcam non videmus. Ejusmodi hominibus Prophetæ meræ erant tenebræ. Itaque referenda hæc ſunt ad Chriſtum, qui miſit Apoſtolos, cum mandatis denunciando Gentibus omnibus Evangelio. Non fuit conſilium Dei, ut per omnes Gentes ſpargeretur Judaïſmus, ita ut integri populi eum amplecterentur, quod non contigit ante exortam Evangelii lucem, & multò minùs poſtea; cùm ab eo tempore Judaïſmus quidem minui, Chriſtianiſmus verò mirum in modum ampliari cœperit; donec totum Imperium Romanum occuparit, multáſque etiam Barbarorum Gentes, extra ejus fines, ad fidem adlexerit.

7. *Ei, qui contemtui eſt*] לבזה נפש *libzoh nephesch.* Volunt בזה *bzoh* eſſe nomen, quæ forma parum eſt uſitata. Non malè legeris לבזוי *libzoui*, aut, ſi mavis בזו *bzou*, ut עשו Job. XLI, 24. & צאו Ibid. XV, 12. Sed faciliùs ex י fieri potuit ה, quàm ו, niſi י excidiſſet. Quocumque modo legas, idem erit ſenſus, nam *contemtus animæ*, vel *animi*, aut *contemtus animo*, idem ſignificant. LXX. Intt. hìc primùm pro קדשו, *ſanctus ejus*, legerunt קדשו. *ſanctificate*, habent enim ἁγιάσατε, deinde pro בזה judicarunt legendum בזה, cùm habeant φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Sic & *Theodotion.* Alii ἐξουδενωμένον. *Hieronymus: Sanctus ejus ad contemtibilem animam. Grotius* vertit: *ad contemtorem animæ*, ſequutus lectionem poſteriorem LXX. Interpretum, & ſignari putat Eſaïam, qui, cùm ſummo vitæ ſuæ periculo, Dei dicta enunciavit, ne maximis quidem parcens, ut Sebnæ. Sed hæc multò meliùs conveniunt Chriſto, qui quaſi *contemtus in anima*, ſeu inſtar animæ vilis, ita ſpretus eſt à Judæis; ut, inani metu Romanorum, maluerint eum innocentem occidi, quàm dimitti. Scio quæ dicantur de iis, quæ perpeſſus eſt Eſaïas, ſed conficta ſunt.

Qui abominationi genti] למתעב גוי *limthabeb goi.* LXX. Intt. τὸν βδελυσσόμενον ὑπὸ τῶν ἐθνῶν, Latinus: *ad abominatam gentem.* Sed ſequi deberet participium, ut ſolet adjectivum. Verbotenus eſt *faciens abominari gentem*, hoc eſt, qui genti eſt abominationi: *Grotius* vertit, *ad abominatum gentibus*; ob perpetuam, ut ait, idololatriæ reprehenſionem. Verùm hìc legimus גוי *goi*, quâ voce in ſingulari non ſignificantur *Gentes*, ſed ſingularis *Gens*, ut, Hebræa, atque alia quævis. Ergo meliùs multò hæc retuleris ad Chriſtum, qui genti ſuæ abominationi fuit. Fortè etiam non malè ſic vox punctaretur מְתֹעָב, ut ſit *Pahul* Conjug. *Pyhal*, mutato *Kibbuts* in *Cholem* ob ſequentem gutturalem, & *Kamets* poſterioris ſyllabæ in *Pathach*, conſtructionis causâ, ut ſit *abominandus gentis.*

Qui eſt ſervus dominantium] לעבד משלים *lebebed moſchelim*, ſervo dominantium. Tales quidem erant privati omnes in Regno & Republica Judæa, *ſervi* enim vocantur quicumque parebant majori Poteſtati; nec Eſaïas magis, quàm quivis alius privatus, eâ voce deſignari poſſet. Sed ſingulari ratione Chriſto aptatur, qui cùm eſſet jure *Dominus*, *formam ſervi adſumſit* Phil. II, 7. ſéque ſubjecit judicio dominantium, quos judices recuſare potuiſſet.

Reges te videbunt] מלכים יראו *mlachim jirou.* Interpretatur Grotius: *Reges ipſi te ut Prophetam venerantur.* Meliùs multò intelligas de cognitione Regum, qui Religionem Chriſtianam amplexuri erant, & Chriſtum veneraturi in hac vita, tum etiam in altera, extremi judicii die. *Hieronymus* ad hunc locum: *Qui ſervus fuit Principum, & tam humilis, ut ſtaret ante Annam & Caïpham, & crucifigendus Herodi & Pilato mitteretur, Cui interpretationi Aquila conſenſit, & ex parte LXX. licèt in eo mutaverint & extenuaverint; qui pro*, gente, gentes, *&*, *pro* ſervo, ſervos *interpretati ſunt. Alii verò hoc dici arbitrantur ad gentem Judæorum, quæ* contemſit

animam

& ſtratæ meæ viæ exaggerabuntur. 12. Hi è longinquo venient, illi è ſeptemtrione, aut ab occidente, alii è terra Sinæorum. 13. Lætos clamores tollite cœli, exſulta terra, & vos montes præ hilaritate vociferamini; quia conſolatus eſt Jehova populum ſuum, & adflictorum ſuorum miſertus.

14. Dixit Sion, deſeruit me Jehova, Dominus oblitus eſt mei. 15. An obliviſci queat

ciam, & viæ omnes erunt munitæ. 12. Alii è longinquo venient, illi è ſeptemtrione, aut ab occidente, alii è terra Sinæorum, vel ab adcolis montis *Sin.* 13. Tota natura propterea lætatur, cœli hilares ſint, exſultet terra, & vos montes hilaribus vocibus reſonate; quia Creator populo ſuo ſolatium miſit, & miſericordiâ erga adflictos commotus eſt.

14. Jeroſolimitani queſti ſunt, ſe à Deo deſertos. 15. An vero, repoſuit iis Deus, mulier poteſt

animam ſuam, *& abominationi eſt univerſo mundo, & ſervit Principibus, de quibus ſcriptum eſt*: qui devorant plebem meam, ſicut cibum panis. *Sed melior ſuper Chriſto interpretatio. Quæ igitur Pater redemtor quondam & Sanctus Iſraël ad Filium loquitur?* Reges videbunt & conſurgent Principes & adorabunt; *quando venerit, in gloria Patris, cum Angelis ſuis, & ſederit in throno gloriæ ſuæ, judicans vivos & mortuos; tunc omnes adorabunt eum. Sive ita intelligendum eſt: Reges, quorum cor in manu Dei eſt, & Eccleſiæ Dei principes* adorabunt te, quia fidelis eſt Dominus Sanctus Iſraël, qui elegit te. *Hæc autem omnia ad eum refert*, qui contemſit animam ſuam, qui abominatus à Gente, qui ſervus eſt principum.

Quia Jehova &c.] Quia intelligent, te delectum eſſe Dei miniſtrum.

8. *Tempore, quo tibi pacatus fui* &c.] Hìc quoque, ſine tranſitione, Propheta Deum inducit, populum Judæum, ut res ipſæ oſtendunt, adloquentem; quamvis hìc quoque Vir ſummus fidiculis Eſaïam trahat, ut oſtendemus. Eſt hìc in Hebraïcis בעת רצון *bebeth ratſon.* LXX. Intt. καιρῷ δεκτῷ. Vulgatus: *tempore placito.* Cùm רצה *ratſah* ſit *bene velle*, & רצון *ratſon*, benevolentia, dici benevolentiæ eſt Dei pacati tempus, cùm nimirum gentem tuetur, eò quòd officio ſuo erga ipſum ita defungatur; ut Deus, bonitate ſuâ, acceptum id habeat, quamvis multùm abſit à conſummata virtute. Nuſquam enim Scriptura nobis deſcribit Deum, inſtar hominis varii, & moroſi, cujus noſcenda ſint tempora, tenendìque molles aditus, ſi quid velis ab eo impetrare. Semper Deus eſt idem, & æquè bene vult humano generi, nec malè velle poteſt; verum eâ lege, ut pareat homo ex animo Rationi ac Revelationi; non quaſi ejuſmodi obſequium quidquam mereatur, ſed quia Deus ex eo beneficia ſua ſuſpenſa eſſe miſericorditer voluit; ídque in gratiam humani generis, quod numquam eſt felicius, quàm quando Rationem ac Revelationem ſequitur; eóque infeliciùs, quò magis ab iis abſcedit. Sed hæc obiter, ne quis putet Prophetam favere moroſis nonnullis Theologis, qui Deum ſibi ſimilem fingunt.

Conſtituam te fœderatum populum] ואתנך לברית עם *veethencha librith ham*, & ponam in fœdus populi. LXX. Intt. εἰς διαθήκην ἐθνῶν, Latinus: *in fœdus populi. Grotius* interpretatur: per te renovavi meum cum populo fœdus. Sed nuſquam Eſaïas narratur renovaſſe Dei fœdus, cum populo; hoc eſt, exegiſſe denuo à populo promiſſa, quibus ſe Deo dicto audientem futurum promiſerat, adhibito ſollemni ſacrificio. Vide 2. Par. XXXIV, 31. Itaque hæc verba ſic interpretati ſumus, quaſi idem ſignificarent, quod hæc loquutio אתנך לעם בריתי *etthencha leham brithi*, ponam te in populum fœderis mei; hoc eſt, te habebo pro populu mecum fœderato. Sequentia manifeſtò ad populum pertinent.

Ut inſtaures terram] להקים ארץ *lehakim erets.* Dejecta fuerant ædificia Judaæ à Chaldæis, quæ iterum excitarant Judæi reduces, ad quos hæc ſpectant.

9. *Dicam vinctis: exite*] Eſt quidem hìc לאמר *lemor*, dicendo. Sed quia hoc dixit Deus, per Edictum Cyri, vertimus *dicam*, ne res ad populum referretur, ad quem non pertinuit. Dixit Deus, per Cyrum, vinctis: *exite*; cùm iis è captivitate in patriam redeundi poteſtatem fecit. *Grotius* interpretatur: corrigite vos, ut exire poſſitis. Sed de correctione hìc nihil,

Qui ſunt in tenebris] In tenebricoſis carceribus.

Prodite] הגלו *biggalau.* Manifeſtos vos facite; hoc eſt, prodite.

Ad vias paſcent] Non paſcent pecudes, in abditis vallibus, aut in ſaltibus aviis, ne ab hoſtibus invadantur; ſed ad vias ipſas publicas, ut poſſint à prætereuntibus cerni; quia eos non metuent, dum faventes ſibi habebunt Perſarum Reges.

In omnibus locis editis] בכל שפיים *bchol ſchephajim.* In collibus etiam undequaque conſpicuis paſcent, ſine metu.

10. *Non eſurient* &c.] Nihil incommodi patientur inviti; neque famem, pane enim abundabunt; neque æſtum nimium, non deerunt enim illis umbroſa nemora, in quorum receſſibus ſeſe refrigerent, aut fontes, quibus ſiti ſubveniant.

11. *Montes omnes meos pervios faciam*] *Ponam omnes montes meos in viam.* Dum tranquillitate & ſecuritate fruentur, poterunt aperire vias per ipſos montes, per quos facilè pecudes ſuas paſtum ex uno monte in alium agent.

Stratæ meæ viæ exaggerabuntur] מסלותי ירמון *mſillotai jerumoun*, ſtratæ meæ viæ extollentur. Quod eſt neceſſarium in regione incolis frequenti, ut negotiorum & commerciorum causâ facilè iter quaquaversùm facere poſſint; tum etiam eorum gratiâ, qui ſacrorum causâ, ter quotannis, Jeroſolimam, è remo-

queat mulier lectentis infantis ſui, ita ut non miſereatur filii uteri ſui? ſed hæ oblivi-
ſcentur, at ego tui non obliviſcar. 16. En, volis meis te inſcripſi, muri tui ſemper
ſunt coram me. 17. Feſtinabunt inſtauratores tui; qui te demoliti fuerant & diruerant,
ex te exibunt. 18. Tolle circumquaque oculos tuos, & vide, omnes illi congregati
ſunt, *&* venerunt tui cauſâ. *Ut* vivo ego, ait Jehova, *ſic* hiſce omnibus quaſi ornamento
induêris, eáque inſtar ſponſæ circumligabis tibi. 19. Deſerta tua, ſolitudines tuæ,
&

teſt obliviſci infantis, quem peperit? Imò verò ejus potiùs obliviſcetur, quàm vos oblivioni mandare poſſim. 16. Volis meis te inſcripſi, ut tui ſemper meminerim. 17. Feſtinabunt qui te inſtaurabunt, & qui te diruerant abibunt. 18. Circum-circa oculos tuos ferto, & vide, quid futurum ſit; nam tui cauſâ convenerunt. Ut vivo ego, ſic omnibus quæ fient, quaſi ornamentis, conſpicua fies. 19. Loca in ditione tua, nunc deſerta, & vaſtata, tot incolis implebuntur, ut vix ec-

remotioribus Judææ locis, ſe conferent.

12. *E longinquo venient*] Ut qui è Syria, & Peræa, quæ erant ad ortum, aliiſque vicinis tractibus venturi erant. Aliarum enim cœli plagarum mentio fit in ſequentibus verbis.

A Septemtrione] E Galilæa viciníſque locis, & fortè etiam remotioribus ad Boream.

Ab occidente] Hi minùs remoti erant Jeroſolimæ, quàm ceteri, mare enim internum illinc non multùm aberat.

E terra Sinæorum] מארץ סינים *meerets Sinim.* LXX. Intt. ἐκ γῆς Περσῶν. *Aquila, Symmachus* & *Theodotion* retinuerunt vocem ipſam Σινίμ. *Hieronymus: de terra auſtrali*, & in Comment. *pro Oriente*, longè *poſuit. Pro Auſtrali plaga in Hebræo legitur* SINIM; *quod LXX.* Perſarum *interpretati ſunt. Ceteri, ita ut in Hæbreo legitur expreſſerunt* SINIM, *quod nos interpretati ſumus* ab Auſtrali, *illud ſuſpicantes, quod mons Sinaï in auſtrali parte poſitus ſit; juxta Abacuc Prophetam*: Deus ab Auſtro veniet &c. Fuerunt qui Sinarum Imperium, ad ultimum Orientem, cogitarint, quos meritò caſtigat *Grotius*; cúmque poſt Ortum, Septemtrionem, Occidentem, ceſſaret Auſter, putavit ſignari populos ad Auſtrum Judææ *Sinæos*; ut Latinus Interpres nomen *Sini* tranſtolit Gen. X. 17. onde, ut putabat *Grotius* nomen habet deſerta regio *Sin*, & in ea *Sinaï* Exod. XV. 1. Sed toto cœlo errat Vir ſummus, nam Sinæi Gen. X. 17. manifeſtò memorantur inter populos, qui erant ad Septemtriones Judææ. Unus perſpicuè vidit, quinam hîc eſſent Sinæi, qui innumera alia primus intellexit in Scriptura *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. IV. c. 27. סין in Scriptura dici Peluſium, urbem Ægypti à Judæa non remotam. Nam ut Peluſium dicitur ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, à luto, quod paludoſum eſſet circa eam urbem ſolum: ſic *Sin* veteribus Hebræis urbs illa vocata eſt, hoc eſt, *lutum*; cujus incolæ ſunt סינים Eſaïæ. Ipſum adi, qui rem extra omne dubium collocavit. Notum eſt, ex Jeremia, multos Judæos in Ægyptum, tempore Captivitatis, confugiſſe, prædixitque etiam Eſaïas C. XIX. 18. *& ſeqq.* fore ut multi in Ægypto ad cultum veri Dei adducerentur; quod & factum eſſe, multitudo Judæorum, qui in ea regione poſtea fuerunt, ſatis oſtendit. Ergo ad hoſce homines reſpexit, hoc in loco, cùm Judæi multi eſſent in iis Ægypti Nomis, qui à Judæa minimùm diſtabant, inter quos Peluſiacus Nomus.

14. *Deſeruit me Jehova*] Hæ fuerunt Jeroſolimitanorum querelæ, cùm urbs capta eſt & deleta, unà cum Templo, à Babyloniis.

15. *An obliviſci queat*] *An obliviſcetur?* Sæpe ea eſt vis Futuri, ut eo ſignificetur non tam quod futurum eſt, quàm quod fieri poteſt, aut debet: atque, additâ negatione, quod nec poteſt fieri, nec debet, ut hîc, ubi interrogationi ineſt vis negandi.

Hæ obliviſcentur] Hoc eſt, ut concedam matres infantium lactentium obliviſci; attamen curam veſtri non abjiciet Deus.

16. *Volis meis te inſcripſi*] Hoc eſt, non magis tui obliviſcar, quàm qui manibus ſuis aliquid inſcripſiſſet, memoriæ causâ, ejus obliviſceretur; non quòd hoc fieri ſoleret, ſed quia, ſi fieret, oblivio obrepere non poſſet. Ex hoc loquendi genere malè intellecto, ortus eſt, apud Judæos, Phylacteriorum uſus; de quibus vide not. ad Exod. XIII. 9.

17. *Feſtinabunt inſtauratores tui*] מהרו בניך *miharou banajich*, feſtinarunt ædificatores tui; Jeroſolimæ deſtructæ ac deſolatæ, quam alloquitur Deus; quemadmodum eam alloqui potuiſſet, paullò ante Edictum Cyri. Intelliguntur Judæi reduces, qui Jeroſolimam inſtaurarunt, ut in Libro Nehemiæ videre licet.

Qui te demoliti fuerant &c.] Nempe, Chaldæorum præfecti, à quibus, vel à quorum parentibus deſtructa erat Jeroſolima. Cyrus enim in omnes Imperii Babylonici provincias novos præfectos, quibus fidere poterat, miſit, ac proinde etiam in Judæam.

18. *Tolle circumquaque* &c.] Induxit Propheta non tantùm Deum alloquentem Jeroſolimam in ruderibus jacentem, & deſertam; ſed etiam ei oſtendentem Judæos reduces, qui eam mox inſtaurarent, & qui futuri ei eſſent ornamento; Joſuam, nimirum, Hezram, Nehemiam, omnéſque, qui eos adjuverunt in inſtauratione Templi & Urbis.

Quaſi ornamento induêris &c.] Miras hîc videmus figuras, urbem deletam in perſonam converſam; nec hoc tantùm, ſed & eos, qui mox eam inſtaurabunt & incolent; mutatos in mundum muliebrem, quo erit ornata. Sed ejuſmodi ſunt Linguarum Orientalium elegantiæ, etiamnum hodie; de quibus non licet judicare è Græcorum & Latinorum canonibus rhetoricis, ſed ex ipſorum Orientis populorum uſu.

19. *Deſerta tua* &c.] Hîc verſus inchoatur à כי *chi*, & ante vocem *anguſtiora* item eſt

& terra tua devaſtata, anguſtiora mox erunt, quàm ut incolas capere poſſint, & qui te abſorbebant, procul abibunt. 20. Dicent præterea, te audiente, filii orbitatis tuæ: anguſtus eſt mihi locus, recede & *agrum tuum* incolam. 21. Dices verò, apud animum tuum, quis illos mihi genuit, cùm ego orba fuerim, ſolitaria, captiva & peregre iverim? Eos quis educavit? Cùm ego ſola ſuperſtes fuiſſem, ubi erant illi? 22 Sic dixit Dominus Jehova: tollam manum meam ad Gentes, ad Populos vexillum meum erigam, filioſque tuos in ſinu adferent, & filiæ tuæ humeris bajulabuntur. 23. Erunt Reges nutritii tui, eorumque Dominæ nutrices tuæ; *erunt, qui*, facie in terram converſâ,

eos capere poſſint. Tum qui te veluti abſorbent, procul abire neceſſe habebunt. 20. Audies eos, qui, tempore orbitatis tuæ, eò ſe contulerunt, queri, quòd ſatis agri non habeant, ut ſe ſuſtentent, in illo tractu, & ab iis, qui eos occuparant repetentes. 21. Tum verò apud animum tuum dices, te non adſequi, qui ſint tot coloni, ad agros tuos occupandos, cùm orba eſſes, captiva, in alieno ſolo, nec te capere, unde illuc veniſſent. 22. Sic verò dixit Dominus Creator; tollam manum meam ad Gentes, erigámque vexillum, quo ſigno conſpecto, qui captivos apud ſe habebunt, filios aut filias tuas, ad te bajulabunt; & filii quidem in ſinu adferentur, filiæ verò humeris. 23. Erunt Reges ſtudioſi educationis filiorum tuorum, & Reginæ eorum nutrices, & vultu in terram depreſ-

כ *chi*; quæ abundare videntur.

Anguſtiora mox erunt, quàm &c.] כי עתה תצרו מיושב *chi hatthah thetſerou mijoſcheb*, quia nunc anguſtiora erunt, quàm incolam; hoc eſt, incolas capere non poterunt. Quod quidem initio ſimul ac ſemel factum non eſt, ſed paullatim; poſtremis enim Reipublicæ Judaicæ temporibus omnes Judæos, qui in Imperiis Romanorum & Parthorum ſparſi latè erant, capere non potuiſſet Judæa, quæ vix etiam eos, qui ſedes in ea fixerant, capiebat. Quod intelligent qui *Joſephi* poſteriores Archæologiæ Libros, eóſque quos de B. J. conſcripſit, legerint. In Hiſt. Eccleſ. Sæculi I. ubi Judæorum clades deſcripſimus, ſatis oſtendimus, in multitudinem ingentem excreviſſe Judæos, poſtremis ſæculis.

20. *Filii orbitatis tuæ*] בני שכליך *bne ſchicchulajich*, filii orbitatum tuarum, hoc eſt, qui ad te acceſſerunt, cùm eſſes orba. Intelligi videntur Proſelyti, qui jure dici poſſint *Jeroſolimæ filii adoptivi*, quales ſibi deligunt orbi.

Recede & agrum tuum incolam] גשה לי ואשבה *gſchah li veeſchebah*. נגש *nagaſch* quidem eſt *accedere*, ſed hic manifeſtò ſumitur pro eo, quod eſt *recedere*; vel, ſi mavis, accedere ad aliam agri nondum culti partem, ut majus ſpatium vicino relinquatur. Hinc LXX. Intt. ποίησόν μοι τόπον, & Vulgatus: *fac ſpatium*. Etiam Jonathan רחב לי *revabh li*, mihi latius ſpatium concede.

21. *Cùm ego orba fuerim*] ואני שכולה *vaani ſchechoulah*, & ego orba; cùm liberis carerem.

Solitaria] גלמודה *galmoudah*. De qua voce vide ad Job. III. 7. Jeroſolima hic deſcribitur, tempore captivitatis, non tantùm ut orba, ſeu liberis carens; ſed etiam ut vidua, quæ proinde liberos ſuſcipere non potuerit.

22. *Tollam manum meam ad gentes*] Quaſi ſignum, quo ex aliis gentibus liberos ad te venire jubeam; hoc eſt, Proſelytos ad te accedere. Eodem pertinet *vexilli elatio*, ut plus ſemel oſtendimus, ad hunc Prophetam.

Filios tuos in ſinu adferent] Hoc eſt, venient familiæ integræ, unà cum liberis infantibus, Jeroſolimam; ut ſacra illic faciant, ſéque Judæorum Religioni adſentire profiteantur, & adgregent. Singula verba non ſunt, in hoc figurato ſtylo, nimiùm urgenda, ut fecit *Grotius*, qui ait, hìc ſignificari integras gentes, operam daturas, ut Judæi reduces omnia itineri commoda haberent, quaſi vehicula re-

deuntibùs ſuppeditaſſent. Hortatur quidem Cyrus, Edicto de reditu Judæorum, Hezr. C. I. gentes, quæ ei parebant, ad eos adjuvandos; ſed ſine ulla mulcta, aut pœna, niſi facerent; verùm ut poſſent facere ſine metu, quæ ſponte ſuâ eos vellent juvare & oblationes ſpontaneas Jeroſolimam mittere.

23. *Erunt Reges nutritii tui*] Hoc eſt, fautores, ut Cyrus, Darius Hyſtaſpis F. & Artaxerxes, Heſdræ aut Nehemiæ memorati; poſtea verò, everſo Perſarum Imperio, Seleucidarum & Lagidarum nonnulli, imò & Adiabenorum Principes, ut docet *Joſephus*; tandem etiam aliquot ex Cæſaribus, ſi *Philoni* & *Joſepho* credimus, quorum loca citavimus in Hiſt. Sæculi I. Sed ſi hæc intelligantur, more Chriſtiano, non tantùm de Jeroſolima terreſtri, verùm & de ſpirituali Jeroſolima; hoc eſt, de Chriſtianis, atque Eccleſia Chriſtiana; multò pleniùs & diviniùs hæc omnia impleta ſunt, quamvis paullò ſeriùs; cùm qui rerum potiti ſunt, in Imperio Chriſtiano, Chriſtianam Religionem ſunt profeſſi, atque, ad poſteros tranſmiſerunt. Non tamen diffitendum eſt, ut mores Judæorum non erant, quales eſſe debuiſſent hominum è Captivitate liberatorum, & Deum unum in agris ſuis colentium: ſic nec Chriſtianorum vitam eam fuiſſe, quæ cum præſtantiſſimis Evangelii præceptis conſentiret, ut par fuiſſet. Sed hæc eſt culpa hominum non Dei, qui non tantùm promiſſis ſtetit; verùm etiam, ingratis benefecit, & æternam fidei ac morum regulam, Evangelium Filii ſui, in terras demiſit, & per plura ſæcula, invitâ magna Chriſtianorum parte, ſervavit, ſervat, & ad ultimum uſque diem ſervabit.

23. *Eorúmque Dominæ*] שרותיהם *ſcharothehem*. Eſt perinde ac גבירותיהם *gbirothehem*, hoc eſt, Reginæ, vel Auguſtæ, ut more Romano loquar.

Nutrices] Hoc eſt, fautrices. Sub imperio Perſarum, ſine dubio, Judæis favit Eſthera Judæa, quæ *Achaſuero*, aut, ut videtur, *Artaxerxi* Longimano nupſit; poſtea fortè & nonnullæ Reginarum Syriæ, vel Ægypti, quibus erant ancillæ, vel libertæ Judææ, quæ eas Religionem Judaïcam clam docebant; tum etiam Helena, Adiabenorum Regina, de qua disertè *Joſephus* Lib. Ant. Jud. XX. c. 2., ac tandem Poppæa, poſtquàm Neroni

Digitized by Google

verſâ, te ſalutabunt, pulverémve pedum tuorum lingent, atque intelliges, me eſſe Je-
hovam, nec pudore adfici eos, qui *auxilium* meum exſpectant.
24. An eripietur præda viro forti? *inquies.* An juſtus captivus *ab eo* liberabitur?
25. *Imo verò*, quia ſic ait Jehova: etiam viro forti captivus eripietur, & præda violen-
ti liberabitur. Cum eo, qui tecum contendit, ego contendam, & filios tuos ſervabo.
26. Eos, qui te vi oppreſſerint, ad comedendam carnem ſuam adigam, & tamquam mu-
ſto ſanguine ſuo ſe ingurgitabunt; ſciëtque omnis caro, me Jehovam eſſe Servatorem
tuum, & potentem Jacobi vindicem tuum.

Dei

depreſſo, te ſalutabunt, pulverémque pedum tuorum lingent; unde ſcies, me eſſe Creatorem, quia non pudebit eos, qui auxilium meum exſpectaverint. 24. An eripietur præda potentiori? an captivi boni viri ei eripientur? 25. Imò, ait Creator, etiam viro ſtrenuo captivus eripi poteſt, ac præda hominis violenti illi extorqueri. Ego verò contendam eum eo, qui tecum certat, & liberos tuos ei eripiam. 26. Violentos tuos oppreſſores ad eas anguſtias redigam, ut ſuorum carne veſci cogam, & ſanguinem liberorum ſuorum bibant, quaſi eſſet muſtum; unde omnes intelligent me Creatorem eſſe liberatorem & potentiſſimum vindicem tuum.

PARA-

ni nupſiſſet, quæ erat θεοσεβής. Si eidem credimus, ejuſdem Libri C. VII. & initio vitæ ipſius. Si ad Chriſtianos Principes progrediamur, occurret prima Helena, Conſtantini M. mater, de qua conſulendus *Euſebius* in Vita Conſtantini; deinde & aliæ Auguſtæ & Principes fœminæ.

Erunt, qui facie] Addidimus duas priores voculas, ne quis putaret, rem referri ad Reges & Reginas, quæ Judæos, aut Reges Jeroſolimitanos adorarent, ut ſolebant in Oriente Reges adorari. Nulli Orientis Reges, nullæque Reginæ ita ſe geſſerunt, erga Judæos, quod quidem nobis ex Hiſtoria innotuerit. Sed populi vicini ſubacti à Regibus Haſmonæis, & præ ceteris Idumæi eò fortè adacti ſunt. Vide *Joſephum* Ant. Lib. XIII. c. 16.

Facie in terram converſâ] אפים ארץ *ap hajim erets*, pro ארצה, hoc eſt, *ad terram.* LXX. Intt. ἐπὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, incommodè, quippe contra Linguæ analogiam & uſum. Melius *Hieronymus* vertit: *vultu in terram demiſſo.* Vide Gen. XIX, 1. XLVIII, 12. & 1. Reg. I, 23. At putat *Grotius*, hîc אפים eſſe in ſtatu conſtructo, pro abſoluto, ita ut ſit pro אפי ארץ *apphe erets*, quod interpretatur, *ſpectabiles terræ*, ex Hebræis, ut ait ad 1. Sam. I, 4. Sed nec illic, nec uſquam alibi vox אפים *honoratos* terræ ſignificat. Itaque perperam principes Idumææ, aut Moabitis interpretatur.

Pulverémque tuorum pedum lingent] Hoc eſt, abjectiſſimâ ratione te adorabunt, qualis erat eorum, qui, toto corpore in terram ſtrato, fronte pulverem terræ tangunt; quod in ultimo Oriente, apud Seras, aliósque, Reges adeuntibus uſitatum eſt. Hoc vocarunt Hebræi, *pulverem pedum lingere*, non quòd linguâ exſertâ hoc fieret, ſed quod vultus admoveretur pulveri. Epiſcopi Romani, qui crepidas Principibus oſculandas offerunt, hæc in ſe impleta volunt, ſed abſit ut ejuſmodi commenta admittamus! Si in Chriſtianis hoc impletum, poſſumus rectiùs dicere, ſæpe Reges & Principes populorum vicinorum acciſiſſe ad pedes Chriſtianorum Impp. ſeu victos, ſeu opem eorum implorantes. Sed talia in Chriſto, Jeroſolimæ Cœleſtis Principe, pleniſſimè, ultimi judicii die, implebuntur.

24. *An eripietur præda* &c. Hæc interrogatio eſt Jeroſolimæ, quaſi non cepiſſet, quo modo Chaldæis poſſent eripi Judæi captivi; cui interrogationi à Deo, ſequentibus verbis ad finem Capitis, reſpondetur.

Juſtus captivus] *Captivitas juſti.*

25. *Viro forti captivus eripietur*] *Captivitas fortis eripietur.* In antecedentibus verbis, *captivitas juſti*, eſt juſtus captivus, ut res ipſa oſtendit; hîc verò *captivitas fortis*, eſt is, quem fortis captivum retinet, pro ambiguitate Linguæ Hebraïcæ; quam ex re ipſa, potiùs quàm ex verbis interpretari ſæpe neceſſe eſt.

26. *Ad comedendam carnem ſuam adigam*] האכלתי את בשרם *haachalthi eth bſcharam*, faciam comedere carnem ſuam. *Committam*, inquit Grotius, *illos inter ſe, Perſas cum Medis, deinde Perſas & Medos cum Babyloniis, qui omnes olim Nabuchodonoſoro militaverant.* Primùm non conſtat Medos & Perſas Babyloniorum Regibus ſerviiſſe; Imperium enim Medorum ſtetit ſeorſim à Babylonico, & Medis paruerunt Perſæ. Deinde qui vi oppreſſerant Judæos erant Chaldæi, nullorum enim aliorum mentio fit in hiſtoria obſidionis & exſcidii Jeroſolimæ; nec licet ex conjectura fingere Perſas & Medos in eorum exercitu fuiſſe. Satius eſt dicere, aut ad calamitatem Babyloniorum reſpici, quam ignoramus, aut ſenſu tralaticio intelligendum hoc loquendi genus, de diſſenſione; quâ factum eſt, ut Babylonii Gadatas & Gobrias ſe ſe adjunxerint Cyro, & cives ſuos primi Babylonem ingreſſi, ferro trucidarint, ut oſtendimus, loco *Xenophontis* ad Cap. XIII, 8. adlato.

Sanguine ſuo ſe ingurgitabunt] Hoc eſt, ſanguine civium ſuorum, ut ex loco *Xenophontis* liquet. Tralaticio loquendi genere *ſe ſe inebriare ſanguine ſuo* dici poſſunt, qui ſanguinem ſuorum effundunt magnâ copiâ.

Sciëtque omnis caro &c.] Hoc eſt, regnorum vicinorum incolæ, cum viderint Babylonem à Cyro captam, nec multò poſt Judæos è Babylonia in ſedes patrias remiſſos; hinc intelligent rem, non ſine Providentia Dei Judæorum factum; præſertim ſi ſciverint longè antea ab ejus Prophetis prædictam.

COM-

Dei & Meſſiæ cum Judæis contumacibus contentio, provocatio ad Dei judicium, & minas.

CAPUT L.

1. SIC dixit Jehova: ubi eſt libellus ille repudii matris veſtræ, quam dimiſi? Quis eſt è creditoribus meis, cui vos vendiderim? En, propter iniqua veſtra facta venditi eſtis, & propter defectiones veſtras, dimiſſa eſt mater veſtra. 2. Cur, *cùm* veni, nemo erat; & *cùm* vocavi, nullus reſpondebat? An brevior facta eſt manus mea, ut ne liberarem? nulláne eſt in me potentia, quâ eriperem? En, increpatione meâ mare exſicco, & muto flumina in deſertum, fœtétque eorum piſcis aquâ deſtitutus, & moritur præ ſiti. 3. Induo cœlum caligine, & *veluti* ſaccum, quo operiatur, ei injicio.

4. Dominus Jehova eruditorum linguam mihi dedit, ut ſciam tempeſtivè fatigatum adlo-

PARAPHRASIS.

1. SIC me adloquutus eſt Creator: ubi verò eſt libellus repudii, quo veſtram gentem repudiavi? Quinam eſt ex creditoribus meis, cui vos vendiderim? Atqui propter prava veſtra facinora paſſus ſum vos in ſervitutem hoſtibus veſtris tradi, & mater veſtra Jeroſolima hoſtibus veſtris eſt relicta. 2. Cur, cùm mitterem ad vos Prophetas, qui officii vos monerent, nemo iis reſpondebat, ut par erat? An minuta erat potentia mea, adeò ut non poſſem vos ab hoſtibus veſtris liberare? Atqui idem ſum, cùm meâ increpatione mare exſiccem, & flumina deſtituam piſcibus, aquâ deficiente, quamobrem moriuntur & putreſcunt. 3. Quin & Solis & Lunæ defectibus cœlum obſcuro, quaſi ſacco obſcuro lucem, interpoſito Planeta, qui radios Solis aut Lunæ intercipit.

4. Dominus Creator mihi eruditam linguam conceſſit, ut poſſim hominem vitæ pertæſum ad meliorem

COMMENTARIUS
In CAPUT L.

1. U*Bi eſt libellus* &c.] Si Judæi potuiſſent dicere, ſe in perpetuum à Deo rejectos; ut mulier, cui à viro traditur libellus repudii, cùm non poſſit eam iterum domum ducere; Deus hoc ab iis non quæreret, habuiſſent enim reſponſum paratum. Sed cùm abeſſet, ut æternam rejectionem iis minatus eſſet, ut ſemper minis promiſſa reſtitutionis adjeciſſet, ſi modo ad ſaniorem mentem redirent, nihil erat, quod ejuſmodi quæſtioni reſponderent; unde ſequebatur nullam iis eſſe rationem, cur à Deo in perpetuum deficerent, quandoquidem paratus erat & ipſe iis ignoſcere, quotieſcúmque ad ipſum reverterentur.

Quis eſt è creditoribus meis, cui vos vendiderim] Poterat, apud Hebræos, pater liberos ſuos vendere creditori, ad tempus remiſſionis; annum, nempe, ſeptimum, ut eorum operâ æs alienum diſſolveret. Vide ad Levit. XXI, 2. & quæ illic notavimus. Hoc ergo vult Deus, ſe nequaquam filios & filias vendidiſſe, cùm non eſſet in ære alieno; nec creditores haberet, quibus eos, vel ad breve tempus, vendere neceſſe haberet; ac proinde ſuâ culpâ factum non iri, ut ulli populo traderentur. Sic Deus, *συγκαταβάσει* ſe mirâ, adtemperat eorum ingeniis; ut loquatur, quemadmodum illi ſolebant, éque eorum inſtitutis contrà ratiocinetur. Alioqui Pater, qui vendebat filios, niſi inſolitâ calamitate coactus, non poterat bonus pater familias haberi.

En, propter iniqua veſtra facta &c.] Deus eos incidere in manum Chaldæorum (nam hìc ſemper ea de re loquitur, quaſi præterita eſſet) paſſus eſt, non ut eos deſereret, aut in ſervitutem daret, in ſuum ipſius emolumentum, ſed ut pœnas de contumacibus ſumeret, & ad bonam frugem redirent.

Mater veſtra] Jeroſolima, aut Judæa.

2. *Cùm veni, nemo erat*] Cùm Prophetas ad vos miſi, venientes nemo excepit, ut par erat, nec audire voluit.

Nullus reſpondebat] Aut, *nemo erat, qui reſponderet*. Nemo erat, qui admonitionibus Prophetarum aurem præberet, agnoſcerétque, ſe deliquiſſe, & caſtigatiorem vitam polliceretur.

An brevior facta eſt manus mea] An minùs potens ſum, quàm antea? Nemo ita inſanit, ut adfirmare auderet, tempore imminutam eſſe Dei potentiam; cùm apud Hebræos Deum ſenem fieri nemo ſuſpicaretur. De hac loquutione vid. Num. XI, 23.

Increpatione meâ mare exſicco.] *In increpatione mea exſiccabo mare.* Ita adludit ad mare Erythræum, quod ſicco pede trajecerunt Iſraëlitæ, ut ſe paria eo tempore, quo loquens inducitur, efficere poſſe dicat; ne quis putaret apud Judæos, numquam fore ut Euphrate, & Jordane trajectis, in patriam rediret.

Muto flumina in deſertum] *Ponam flumina deſertum*; hoc eſt, alveum fluviorum non minùs exſicco, ſi velim, quàm Arabicas ſolitudines, omni aquâ deſtitutas. Adludit ad exſiccatum Jordanis alveum, de quo apud Joſuam; ſed ita ut majora facere ſe poſſe oſtendat. Nam tempore Joſuæ, paucis horis, coërcita eſt Jordanis aqua.

3. *Induo cœlum caligine*] Reſpici etiam vult *Grotius* ad Exod. X, 21. ubi tenebræ Ægyptiacæ memorantur, nec intercedo. Sed poſſet etiam ſignificari cœlum nubibus obſitum, quod in locis, præſertim calidioribus, ſine

Digitized by Google

adloqui. Singulis temporibus matutinis vellicavit mihi aurem, ut audirem, ſicut qui docen-
tur. 5. Dominus Jehova aperuit mihi aurem, nec ego contumax fui, nec retrorſum regreſſus
ſum. 6. Corpus meum percutientibus permiſi, & genas meas vellentibus, faciem
meam non abſcondi contumeliis & ſputo. 7. Dominus Jehova auxiliatus mihi eſt,
ideóque non erubui, & faciem meam quaſi ſilicem *iis* oppoſui; noram enim, me pudo-
re adfectum non iri. 8. Propè adeſt, qui me innocentem habet, quis mecum litiga-
bit? ſtemus unà. Quis me in jus vocat? accedat ad me. 9. Dominus Jehova auxi-
liatur mihi, quis me reum aget? En, illi omnes ut veſtimentum veteraſcent, tinea
eos

meliorem ſpem excitare; ſingulis diebus, matutinis horis, mihi veluti vellicat aurem, ut eum audiam quaſi magiſtrum diſcipulus. 5. Idem docilem me fecit, nec contumax erga ejus præcepta fui, ita ut retrorſum ab ejus legibus recederem. 6. Corpus meum paſſus ſum percuti, & genas mihi vellicari; neque faciem meam ſubduxi contumeliis & ſputo. 7. Dominus Creator tunc mihi auxilio fuit, ideóque non timui malos homines, neque coram iis erubui, & vultum oppoſui illis, quaſi ſilicem; noveram enim, me nullo pudore affectum iri. 8. Mihi adeſt proximus, qui habet me innocentem, quis mihi litem intentabit? ſtemus unà, ante ſellam Judicis. Si quis me in jus vocet, veniat ad me. 9. Dominus Creator mihi favebit, quis verò poſſit efficere, ut cauſâ cadam?
Omnes

ſine procella, fieri non ſolet, & maximum terrorem nautis & vectoribus injicit. *Virgilius* Æneid. Lib. I, 88.

Eripiunt ſubitò nubes cælúmque diémque
Teucrorum ex oculis, Ponto nox incubat atra.
Intonuere poli & crebris micat ignibus æther,
• *Præſentémque viris intentant omnia mortem.*

Plura cupientes adeant *Virgilium*, cum Græcis ſcriptoribus collatum p. 200.

4. *Dominus Jehova* &c.] Hîc rurſus, ſine ulla tranſitione, alius inducitur loquens, cujus nomen reticetur. *Grotius* Eſaïam loqui vult, ſed non negat, *voluiſſe Deum hæc omnia* κατὰ λέξιν *impleri in Chriſto, ut nihil excuſationis haberent Judæi litterarum aucupes.* Nec rejecerim id vaticinandi genus, quo, imagine rei præſentis, deſcribitur res alia, poſt multa ſæcula, futura. Exemplum inſigne ejus rei vidimus antea, in noſtro Propheta, Cap. XII, 14. Malim tamen hæc intelligere de ſolo Chriſto, cui per omnia conveniunt, & præſtantiore multò ratione, quàm Eſaïæ. Inducitur ergo hîc loquens Meſſias & ſemet ipſe deſcribens, ut, cùm venturus eſſet, faciliùs agnoſceretur.

Eruditorum linguam] לשון למודים *leſchon limmoudim*, linguam eruditorum. Latinus: *linguam eruditam*, quod idem eſt. At *Grotius* præfert verſionem LXX. qui habent *linguam inſtitutionis*, λόγον παιδείας, quod interpretatur linguam aliis inſtituendis idoneam. Reverâ למודים *limmoudim* tam ſunt *diſcipuli*, quàm *docti*. Sed Lingua docta verè eſt, cùm ita res obſcuras diſcipulis proponit, ut etiam ab indoctis intelligantur. Quod egregiè convenit Chriſti ſermonibus, qui facilè ab ejus diſcipulis ſunt intellecti; præſertim cùm Spiritum Sanctum accepiſſent, atque etiamnum hodie à Veri amantibus non ægrè capiuntur.

Tempeſtivè fatigatum adloqui] לעות את יעף דבר *lebouth eth jaheph dabar*. LXX. Int. ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον. *Aquila* τοῦ ὑποστηρίσαι, unde *Hieronymus* habuit, *ut ſciam ſuſtentare. Symmachus* ὁμιλίας. Putarunt עות eſſe, pro עת, à עתת *bathath*, tempeſtivè aliquid fecit, aut dixit. Sed potuit etiam olim עות hoc ſenſu uſitatum eſſe. Quidquid ſit, nihil poterat eſſe tempeſtivius ſermonibus Chriſti, cùm diceret Matth. XI, 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Ubi κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι iidem ſunt, qui deſignantur hîc voce יעף *hajeph*, fatigatus. Erant reverà, itineribus & ritibus Hebræi fatigati, ſummoperéque indigebant cœleſti Doctore, qui iis diceret: *tollite jugum meum ſuper vos & diſcite à me* (hoc eſt, fiatis mei למודים *limmoudim*) *quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris; jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.*

Singulis temporibus matutinis] בבקר בבקר *babboker babboker*, in mane, in mane; id eſt, quotidie.

Vellicavit mihi aurem] יער לי אזן *jahir li ozen*, excitavit mihi aurem; hoc eſt, admonuit. Quod tralaticiè dicitur Latinè *vellere*, aut *vellicare aurem*, hoc eſt, admonere. Vide *Virgilii* Eclog. VI, 4. & ad eum *Joan. Lud. Lacerdam.* Intelligitur perpetuus Chriſti adflatus, quo accipiebat, quid eſſet ſibi faciendum, aut dicendum.

Ut qui docentur] כלמודים *challimoudim*, ut diſcipuli. Chriſtus erat veriùs multò & ſublimiùs, quàm Prophetarum ullus, θεοδίδακτος.

5. *Aperuit mihi aurem*] Hoc eſt, fecit ut audirem, vel mihi dixit. Quod *revelare aurem* frequentiùs dici ſolet. Vide Ruth. IV, 4. 1. Sam. IX, 15. XX, 13.

Nec ego contumax fui &c.] Per omnia monitis divinis parui.

6. *Corpus meum percutientibus* &c.] Æquo animo paſſus ſum me contumelioſè haberi. Impletum hoc videmus in Chriſto κατὰ λέξιν, ut bene obſervat *Grotius*. Vide Matth. XXVI, 67. XXVII, 30.

Genas meas vellentibus] Hoc eſt, ut loquebantur Latini, *vellendam barbam præbere*. Petulantiores pueri ſolebant Philoſophorum barbam promiſſam vellere, unde *Horatius* Lib. I. Sat. III, 137.

——— *vellunt tibi barbam*
Laſcivi pueri.

Unde res in proverbium abiit, pro eo, quod
eſt

eos abſumet. [10]. Quis apud vos timens eſt Jehovæ, & dicto audiens ejus ſervo, qui ambulavit in tenebris, & cui nullus fuit ſplendor? Confidat nomini Jehovæ, innitatúrque Deo ſuo. [11]. En vos omnes ignem accenditis, cingitis vos ſcintillis. Ite in flammam ignis veſtri atque in ſcintillas, quas incendiſtis. A manu mea hoc vobis erit, *&* jacebitis in dolore.

Omnes adverſarii mei, inſtar veſtis, veteraſcent, quæ à tinea abſumitur. 10. Quis inter vos timore Creatoris adficitur, & mihi ejus ſervo paret, non eſt ſplendorem adeptus? Confidat Creatori, ejusque potentiâ nitatur. 11. Omnes Inimici mei ad ignem accendunt, quo abſumentur. A me hoc experientur, doloremque ſentient.

eſt contumelias ferre, ut *Perſii* Sat. II, 38.

Idcirco ſtolidam præbet tibi vellere barbam Jupiter!

Faciem non abſcondi &c.] Vocant hoc Latini *os præbere contumeliis*, ut oſtendimus ad Matth. V, 39. in Addit. Hammondianis.

7. *Non erubui*] Erat, nempe, cur puderet eos, qui Jeſum non innocentem tantùm, ſed & benefactorem ſuum, tam contumeliosè & tam crudeliter habuerunt; non ipſum, qui muneris ſui parte difficillima, magno animo, defungebatur. Pudeat eos, qui Veritati & Virtuti adverſantur, non eos, qui defendendas à Deo acceperunt, quippe quos Deus adjuvabit.

Faciem quaſi ſilicem] Paſſus ſum me cædi colaphis, quaſi eos non ſentirem, atque os lapideum haberem.

Me pudore adfectum non iri] Hoc eſt, tempore ſuo, Dei auxilium certiſſimè adfuturum, nec me fruſtra id exſpectaſſe deprehenſum iri. *Pudefieri* paſſim eſt, in Pſalmis præſertim, ſpe ſuâ excidere.

8. *Qui me innocentem habet*] מצדיקי *matſdiki* juſtificans me. Eò videtur adludere Paulus Rom. VIII, 33. Verùm hoc de Chriſto verius eſt, quàm de ceteris hominibus; quippe qui innocens habetur, quia per omnia ei paruit, à quo miſſus eſt; homines verò peccatores, quia Deus eis ignoſcere vult, atque innocentium inſtar eos habere, ex miſericordia, quamvis non ſint.

Stemus unà] Ad tribunal Dei recti judicis. Vid. Joſ. XX. 9.

Quis me in jus vocat] מי בעל משפטי *mi bahal miſphati*, quis dominus judicii mei. Loquendi genus Hebraïcum notum.

9. *Auxiliatur mihi*] יעזר *jahazor*, auxiliabitur, ſed eſt perpetuum auxilium intelligendum.

Quis me reum aget] ירשיעני *jarſchiheni*, Hunc Paulus Rom. VIII, 34 vocat κατακρίνοντα, *damnantem*. Verba in Hiphil paſſim, non *facere* quidpiam, ſed *pronunciare* tantùm ſignificant.

Tinea eos abſumet] Hoc eſt, abſumentur paullatim, diuturnis calamitatibus, inſtar veſtium, quæ à tineis roduntur. Videntur hæc lentam quamdam tabem ſignificare, qualis fuit in obſervatoribus ſuperſtitioſis rituum Moſaïcorum; qui non ſimul ac ſemel, ſed ſenſim interierunt.

10. *Qui ambulavit in tenebris*] הלך חשכים *halach hhoſchehim*. Subaudiendum כ, *in*, ante poſteriorem vocem, niſi malis legere חֲשֻׁכִים ut Proverb. XXII, 29. & ſubaudire כ *inſtar obſcurorum hominum*: hoc eſt, hominum plebejorum. LXX. Intt. οἱ πορευόμενοι ἐν σκότει. Unus enim de ſe loquitur. Chriſtus nequaquam obſcurè vixit, ſi rationem habeas doctrinæ & miraculorum; palam enim docuit & miracula fecit. Sed quia nullo ſplendore externo, qui ex honoribus, divitiis, ſumtibus, comitatu, exiſtimatione, apud proceres, naſci ſolet, cinctus erat; ideò à Judæis, qui Regem terreſtrem exſpectabant, agnitus non eſt.

11. *Ignem accenditis*] קדחי אש *kodehhe eſch*, accenſores flammæ; hoc eſt, contrahitis vobis iram divinam, quæ cum igne conferri ſolet. Vide Jerem. IV, 4. Thren. II, 4.

Scintillis] זיקות *zikoth*. Quod LXX. Intt. φλόγα, & Vulgatus *flammas* vertêre. Recentiores meliùs *ſcintillas*, hìc & Prov. XXVI, 18. alibi enim non exſtat, verterunt. Apud Arabas eſt זוק *zawaka*, argento vivo linere quidpiam, ita ut veluti ſcintillet. *Lud. Cappellus* in not. Criticis ad hunc locum, teſtatur, ſibi diſplicere hanc loquutionem *accingere ſcintillas*, & magis probari LXX. Intt. lectionem, qui habent κατισχύσατε φλόγα, quòd legerint, non מאזרי *meazzere*, ſed מעזרי *mehazzere*, *corroborantes ignem*. Nec negari poteſt Gutturales facilè potuiſſe miſceri. Sed qui ignem accendunt flatu, priùs excitant ſcintillas, quàm flammam; & qui circa ſe tale quid facerent, ſe cingerent primùm ſcintillis, deinde & flammâ. Talia fecerunt Judæi, temporibus Chriſti, cùm ſtultitiâ ſuâ Romanos, Regésque iis amicos irritarunt; donec tandem bellum undequaque exarſerit, quo tandem Jeroſolima, univerſáque Reſpublica Judaïca exarſere, atque in cineres redactæ ſunt.

A manu mea hoc vobis erit] Hæc verba nec Eſaïæ, nec ulli alii Prophetæ conveniunt, ſed Deo, aut ei, cui Deus Pater omnem poteſtatem in cœlo & in terra dedit; cujus *manu*, hoc eſt, potentiâ, immiſſa ſunt Judæis mala, quibus perierunt.

Propheta nomine Dei ſolatur Judæos, ob calamitates, quas perpeſſuros eos minatus erat.

1. AUDITE me, vos qui ſectamini innocentiam, qui quæritis Jehovam; reſpicite rupem, è qua exciſi eſtis & foſſam, è qua eruti eſtis. 2. Reſpicite ad Abrahamum progenitorem veſtrum, atque ad Saram, *quæ* vos peperit; unum enim eum vocavi, benedixíque ei, & eum auxi. 3. Solabitur etiam Jehova Sionem, ſolabitur omnes ejus vaſtitates, mutabítque ejus ſolitudinem; ut fiat Hedenis inſtar; & deſertum, ut fiat ſicut hortus Jehovæ. Gaudium & lætitia invenictur in ea, laus & vox canticorum. 4. Adtendite mihi, ô popule mi, & mea gens, mihi aures præbete, quia lex à me prodibit, & jus meum in lucem populorum proferam. 5. Prope adeſt juſtitia mea, prodiit CAPUT LI.

PARAPHRASIS.

1. AUrem mihi præbete, vos qui ſectamini innocentiam, & Creatoris gratiam quæritis; reſpicite rupem, è qua exciſi eſt; hoc eſt, Patriarchas, à quibus ortum ducitis, & foſſam, è qua prodiiſtis, quod idem eſt. 2. Memores eſtote Abrahami, conditoris generis veſtri, & ejus uxoris Saræ, è qua etiam oriundi eſtis, ut utriusque virtutes imitemini; unum enim vocavi, beneficiis eum cumulavi, & numeroſa ſobole ditavi. 3. Solabitur quoque Creator Jeroſolimam, agri ejus inculti cauſâ, magno numero incolarum; & fiet inſtar Hedenis, ubi fuit Hortus Deliciarum. In ea iterum erit lætitia populi, audientúrque cantica hilaritatis ſigna. 4. Adtendito mihi, mea Gens, quia, Legem meam, quam in lucem, apud plures populos proferam. 5. Prope adeſt revelatio veræ juſtitiæ, jam patefacta eſt ſalus, quam pollicitus ſum Iſraëli, & quam exſpectabant inſulæ.

COMMENTARIUS
In Caput LI.

1. A*Udite me* &c.] Hæc uſque ad verſ. 9. ſunt Dei, cetera à nono verſu ſunt Prophetæ. Quod aliquoties jam monuimus, in hoc Prophetico Theatro, novas perſonas ſubinde in ſcenam prodire, ab aliis ſolâ oratione diſtinguendas, id hìc iterum repetimus, in ſequentibus etiam uſui futurum.

Qui ſectamini innocentiam] רודפי צדק *rodephe tſedek*, perſequentes juſtitiæ; quod hìc in bonam partem ſumitur.

Rupem, è qua exciſi eſtis] אל צור חצבתם *el tſour bhuttſabthem*, ad lapidem (*è quo*) exciſi eſtis. Tralaticio loquendi genere, vocat Abrahamum, ut liquet è ſequentibus, *rupem*, è qua exciſi erant Hebræi, quaſi Abrahamus fuiſſet lapicidina, è qua cæſi eſſent ejus poſteri.

Foſſam] מקבת בור *makkebeth bor*, foramen foſſæ. Significari videtur Sara, ut ſequentia ſuadent. Nec nimiùm urgenda hæc comparatio, quaſi res collata rei, cui confertur, per omnia eſſet ſimilis. Satis eſt finem ſcribentis intelligi.

2. *Progenitorem veſtrum*] אביכם *abichem*, patrem veſtrum; hoc eſt, conditorem gentis veſtræ, quippe à quo ſeorſim ab aliis populis vivere cœpiſtis.

Quæ vos peperit] Quæ peperit Iſaacum, unde orti eſtis.

Unum eum vocavi &c.] Non vocavi Hebræam gentem, quæ me coleret, ob ejus multitudinem; cùm enim Abrahamum Hebræum vocavi, ſolus erat, eúmque in ingentem multitudinem excreſcere curavi.

3. *Solabitur etiam Jehova*] כי נחם *chi nibham*. Hic כי aut planè abundat, ut ſæpe, aut verti debet *etiam*. Sic LXX. καὶ σε παρακαλέσω *Hieronymus* verò: *conſolabitur ergo Sion*.

Solabitur omnes ejus vaſtitates] Loca vaſta & incolis deſtituta mœrorem animo creant, cùm ſpectantur, ideóque & ipſa quaſi abſentiam colonorum lugentia deſcribuntur. Eadem figurâ dicitur ea ſolari, qui novis incolis ea inſtruit.

Mutabítque ejus ſolitudinem &c.] ישם מדברה כעדן *jaſchem midbarah chebeden*; hoc eſt, faciet, ut quæ deſerta in ea fuerunt, fiant locus amœniſſimus atque excultiſſimus; qualis fuit Paradiſus Hedenis, de quo vide not. ad Gen. II, 8.

Laus תודה *thodah*, laus; nempe, Dei.

Vox canticorum] קול זמרה *kol zimrah*. LXX. Intt. φωνὴν αἰνέσεως, & Vulgatus: *vox laudis*. זמרה *zimrah* videtur idem eſſe ac מזמור *mizmor*, hoc eſt, canticum minutis verſibus conſtans.

4. *Lex mea à me prodibit*] Videtur omninò Lex Evangelica ſignificari, agitur enim de nova quapiam Lege, eáque ſpargenda, inter populos; quod ſoli Evangelio convenit.

In lucem populorum proferam] לאור עמים ארגיע *leor hammim argiah*. Poſtremam voculam omiſerunt vertere LXX. Intt. niſi ſit in eorum Codd. lacuna. Vulgatus: *in lucem populorum quieſcet*, contra analogiam & uſum linguæ, nam רגע in Hiphil, ſequente ל, ſignificat ſine dubio motum ad locum. Itaque tranſtulimus *proferam*, nec aliter Latinæ Linguæ uſus patiebatur.

5. *Prope adeſt juſtitia mea*] קרוב צדקי. LXX. Intt. ἐγγίζει ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου. At *Hieronymus*: *prope eſt juſtus meus*. In Commentario eſt, *juſtus meus*, ſive *juſtitia*; ſed *juſtitia* non ſolet pro *juſto* ſumi. Perperam omnino *Grotius*

prodiit mea ſalus, potentia mea populos judicabit, *auxilium* meum exſpectabant inſulæ, & brachium meum præſtolabantur. [6]. Tollite oculos veſtros in cœlum, atque deſpicite terram deorſum; nam cœli fumi inſtar evaneſcent, & terra, ut veſtis, vetuſtate teretur, incolæque ejus ſimiliter morientur; at ſalus mea in perpetuum erit, nec juſtitia mea teretur.

7. Audite me vos, qui noſtis juſtitiam, *túque* ô popule, qui legem meam *habes* in animo; ne timeatis opprobrium miſerorum hominum, neque propter convicia eorum terrcami-

læ. 6. Adtollite oculos veſtros in cœlum, & deſpicite ſub pedibus veſtris; nam Cœli fumi inſtar evaneſcent, & Terra inſtar veſtis vetuſtate teretur; nec ejus incolæ aliter morientur; at ſalus mea in perpetuum erit, nec juſtitia mea, quaſi trita, umquam deſinet.

7. O vos, quibus ignota non eſt juſtitia, & tu popule, qui juſtitiam animo impreſſam habes, ne timeatis

tius Cyrum interpretatur.

Prodiit mea ſalus] ישעי *jiſchbi*, hoc eſt, liberatio mea mox adveniet; liberatio, nempe, Gentilium ab erroribus & vitiis, pœniſque proinde, quas merentur. LXX. Intt. ἐξελεύσεται ὡς φῶς τὸ σωτήριόν μου. *Hieronymus* verò: *egreſſus eſt Salvator meus.* Intelligit *Grotius* Cyrum, *qui*, inquit, *populum meum liberabit.* Perperam, nihil eſt enim hîc, quod ad Cyrum pertineat.

Potentia mea populos judicabit] *Brachia mea populos judicabunt*; hoc eſt, potentia mea de populis pœnas ſumet.

Auxilium meum exſpectabunt inſulæ] Sæpe diximus איים *inſulas* dici, quæ ſunt in mari interno, & pæninſulas continentibus adhærentes. *Grotius* vult perinde eſſe ac: *Perſæ mari adſiti à me ſperabunt victoriam.* Sed Perſarum regio neque inſula, neque pæninſula fuit. Addit: *Perſas nullas habuiſſe imagines, quas colerent.* Sed ſidera, & Elementa colebant, ut oſtendit *Thom. Stanleius* Hiſt. Philoſ. Orient. Lib. II. c. 9. nec Deum verum adorabant; aut ſi, tempore Cyri, aliquomodo adorarunt, nihilo ſeciùs Deos ſuos coluerunt. Sed prædicitur hîc Religionis Chriſtianæ per Inſulas, & Pæninſulas, quas dixi, propagatio.

Brachium meum] Potentiam meam, ut jam ante diximus.

6. *Cœli fumi inſtar evaneſcent* &c.] Hiſce verbis ſignificatur aut finis omnium rerum, qualem etiam prædixerunt Apoſtoli; aut mutatio ſumma rerum humanarum; quæ admiſſâ Religione Chriſtianâ, tanta fuit, ut, more Orientalium ſi loqui velimus, poſſimus verè dicere fuiſſe *cœlum novum, & terram novam*, quemadmodum loquitur *Joannes* Apoc. XXI, 1. ad quem locum *Henr. Hammondum* adito. Pro *evaneſcent* eſt נמלחו *nimlahhou*, quod ſic vertimus, propter comparationem *fumi.* Propria vocis ſignificatio eſſet *ſaliti ſunt*; ſed nihil hoc ad diſſipationem fumo evaneſcenti ſimilem. LXX. ἐστερεώθη abſurdè. Hieronymus, *liqueſcent* incommodè. *Symmachi* & *Aquilæ* interpretationes ſunt, apud eum, corruptæ.

At ſalus mea in perpetuum erit] ישועתי *jeſchoubathi*, quod & *liberatio* verti poteſt. Sed commodiùs hîc *ſalutem*, more Chriſtiano, dicere poſſumus liberationem ab erroribus & vitiis, quam ſequitur in altera vita ſalus æterna. Imò, vel in hac ipſa vita, ea liberatio tam longa erit, ut cœli ac terræ durationem æquatura ſit; dum numquam exſtinguetur in terris Chriſtianum genus, atque inter Chriſtianos pii homines, quamvis non ſemper pari numero. *Juſtitia* etiam Dei videtur hîc eſſe Religio Chriſtiana; cujus ſolius præcepta ad veram innocentiam & ſanctitatem morum homines perducere poſſunt. Ideóque *in novo cœlo, & terra nova, juſtitia habitare* dicitur à Petro 2. Ep. III, 13. ut viri docti putant. At certè nihil ſimile potuit dici de Judaïca πολιτείας, quæ à tot ſæculis periit, nec umquam inſtaurabitur, ut nos docuit Chriſtus Matth. XXIV.

7. *Qui noſtis Juſtitiam*] LXX. οἱ εἰδότες κρίσιν. Cur non δικαιοσύνην, quæ eſt vera poteſtas vocis צדק *tſedek*? Hieronymus: *juſtum*, quod eſt ambiguum. *Juſtitiam* tamen non malè interpretatur de juſtitiâ Evangelica, quæ eadem eſt ac *naturalis*, quam in rem laudat Jerem. XXXI, 31, & Rom. II, 14.

Túque, ô popule, qui legem meam habes in animo] עם תורתי בלבם *ham thorathi blibbam*, popule, lex mea, in eorum corde. Pro אשר תורתי בלבו, *in cujus corde lex mea.* Sed ſic paſſim Hebræi. Si hæc ad mentem *Hieronymi* interpretemur, ſignificabitur lex naturalis, ſeu quæ ſolo uſu Rationis, experientiáque vitæ quotidianæ hominibus innoteſcit, ideóque eorum *inſcripta animo* dicitur. Sed ne quid diſſimulem, poſſunt dici *in animo* Legem Dei habere, qui eam ſeriò obſervabant, ut opponantur iis, qui *in ore* tantùm eam gerebant, cui ex animo non erant addicti. Veruntamen hæc omnia verba, quibus verè pios deſcribit Eſaïas, haud paullò meliùs conveniunt Chriſtianis, quàm Judæis, ut jam diximus.

8. *Tinea enim*] עש *haſch* LXX. Intt. ὑπὸ χρόνου, Latinus *vermis.*

Blatta] סס *ſas*, unde Græcum σὴς, *tinea*, aut *blatta.* Hæc enim inſecta, aut pro eodem, aut non admodum diverſo habuerunt Veteres, ideóque ea conjungere ſolent. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. IV, 21.

9. *Expergiſcere* &c.] Hæc & ſequentia, ad finem usque Capitis, continent breves preces Prophetæ ad Deum, tum etiam conſolationem ad eos; quos quaſi captivos jam, in viſo prophetico, intuetur ac conſolatur, quaſi calamitatum eorum teſtis, quæ centum & fortè pluribus annis, poſt mortem Prophetæ, contigerunt. Similia in antecedentibus ſæpiùs vidimus. Quæ ſcribi Deo diu ante eventum oportere viſæ ſunt, primùm ut metu futurarum calamitatum in officio continerentur Hebræi; ſecundùm ut intelligerent poſtea captivitatem non caſu, neque ſolâ imprudentiâ

terreamini. 8. Tineæ enim eos ut veſtem abſumet, & ſicut lanam exedet eos blatta; ſed juſtitia mea erit in perpetuum, & liberatio mea in ætates futuras.

9. Expergiſcere, expergiſcere, indue fortitudinem, ô brachium Jehovæ, expergiſcere, ut diebus antiquis, & priſcis ætatibus. Annon tu id ipſum es *brachium*, quod Ægyptum concidit, & dolorem Ceto creavit? 10. Annon tu ipſum exſiccaſti mare, & aquas abyſſi magnæ, marísque profunda pervia feciſti, ut tranſirent *à te in libertatem* vindicati? 11. *Sic* liberati à Jehova revertentur, & venient Sionem, cum lætis clamoribus & hilaritate perpetua, in capitibus ſuis; lætitia & gaudium *eos* adſequen-

timeatis opprobria miſerorum hominum, neque eorum conviciis terreamini. 8. Tandem enim tineæ eos abſument, ut veſtem, cui adhærent, & quaſi pannum exedent blattæ; ſed juſtitia mea erit ſine fine, & liberatio in omnes ætates futuras.
9. Expergiſcere, exſpergiſcere, inquam, indue fortitudinem, ô brachium Creatoris; expergiſcere ut olim. Annon habes id ipſum brachium, quod Ægyptios concidit, & dolorem creavit Ceto? 10. Annon es ille ipſe, qui mare Idumæum exſiccaſti, & aquas immenſæ abyſſi pervias feciſti. 11. Sic liberati à Creatore reverteotur

tiâ poſtremorum Judæ Regum ſibi contigiſſe, ſed Providentiâ Divinâ; tertiò ut fidem etiam haberent promiſſis divinis, de reditu in patriam, atque inſtauratione Jeroſolimæ, ne quaſi æternùm abjecti à Deo, prorſus deficerent, alienósque Deos colerent.

9. *Exſpergiſcere* &c.] LXX. habent hîc ἐξεγείρου ἐξεγείρου Ἱερουσαλὴμ, quaſi Deus adloqueretur Jeroſolimam, cum manifeſtò Deum Propheta adloquatur. Multa ſunt negligentiæ, licentiæ & inſcitiæ paſſim clara ſpecimina in ea verſione; ſed longè plura in Libris Hagiographis, ac Propheticis, quàm in Hiſtoricis. Nec occurrunt talia tantùm in locis obſcuris, ſed in perſpicuis, nec rarò, ſed paſſim. Quare mirum eſt, veteres Chriſtianos, qui ante *Hieronymi* ævum vixere, cùm haberent *Aquilæ*, *Theodotionis*, & *Symmachi* verſiones, videréntque in iis ſententiam aptiorem, quàm in LXX. Intt. tranſlatione, non flagraſſe cupiditate intelligendæ Linguæ Hebraïcæ; neque ei operam dediſſe, quam multò faciliùs addiſcere poterant, quam Proavi noſtri. In Oriente erant Syri & Arabes, quorum vernaculæ linguæ adfines erant Hebraïcæ Linguæ; à quibus Chriſtianam Religionem amplexis, adjuvari magnopere poterant. Sed magis mirum eſt, homines, ejus non ignaros, nobis hodie proponere Veteres Commentariorum Scriptores, quaſi Cynoſuram, quàm ſequamur, in vertendo & illuſtrando Vetere Teſtamento. Verumtamen dudum eſt, ex quo *nihil admirari*, experientiâ vitæ, diſcere debuimus.

Hieronymus, ad hunc locum: *Nomen* Jeruſalem, *quod hîc* à LXX, additum eſt, nec in *Hebræo habetur, nec ullus trium Interpretum poſuit; unde obelo prænotandum eſt, & ſic cum ſuperiore ſenſu ſequens capitulum copulandum.* Ex ſequentibus hoc ſupplementum perperam ſumtum eſt, ubi Jeroſolima iiſdem verbis compellatur.

Miſerorum hominum] אנוש *enoſch*, hominis, nempe, miſeriis obnoxii. Sic homines contemtim vocantur.

9. *Expergiſcere, expergiſcere*] Hîc quoque addiderant Ἱερουσαλὴμ, quamvis ſequentibus minimè conveniat. Adloquitur enim Propheta Deum, cui ſoli dici poſſunt quæ ſequuntur.

Indue fortitudinem] לבשי עז *libſchi boz.* Exſere tuam potentiam. Simili loquendi genere uſus eſt *Homerus*, apud quem Iliad. Σ, 157. duo Ajaces dicuntur θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκὴν, *bellicoſam induti fortitudinem.* Vide & P. 142. & Pſ. XCIII, 1.

Priſcis ætatibus] דרות עלמים *doroth halamim.* ætatibus ſæculorum, vel antiquiorum temporum.

Id ipſum es brachium, quod Ægyptum concidit] את היא המחצבת רהב *ath hi hammahhabetſeth Rahab, tu illud, quod concidit Ægyptum.* Hæc verba & proximè ſequentia omiſerunt LXX. Intt. fortè quod ea non intelligerent. Fœminium genus, quod hîc adhibetur, refertur ad זרוע, *brachium*, quod eſt plerumque fœminini generis, apud Hebræos; non ad ſubauditum nomen Jeroſolimæ, cui hæc non conveniunt. De voce *Rahab*, pro Ægypto, diximus ad Pſ. LXXXVII, 4.

Ceto] תנין *thannin*, quæ vox magnum piſcem ſignificat, & deſignat hîc Regem Ægypti, veluti in aquis Nili, inſtar magni piſcis, degentem. Vide Ezek. XXIX, 3. XXXII, 2.

10. *Pervia feciſti*] *Feciſti viam, ut tranſirent vindicati* גאולים *geoulim*, ab eo, qui dicitur גאל *goel*, vindex.

11. *Sic liberati*] *Et liberati Jehovæ* &c.] Sic & antea contulit reditum è Babylonia reditui ex Ægypto. Vide C. XLVIII, 21.

Hilaritate perpetuâ &c.] שמחת עלם על ראשם *ſchimhhath holam hal roſcham*, lætitia ſæculi ſuper capitibus ſuis. *Grotius* eleganter hæc interpretatur *coronas ſemper recentes*; ſed vereor, ne hoc ſit moris Romanorum & Græcorum potiùs, quàm Judæorum. LXX. Intt. μετ' εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάματος αἰωνίου· ἐπὶ κεφαλῆς γὰρ αὐτῶν αἴνεσις &c. *Hieronymus*: *lætitia ſempiterna ſuper capita eorum* &c. Crediderim, quemadmodum Hebræi dicunt, in malam partem, *dare in caput*, eſſe pro eo, quod eſt, facere ut in quempiam recidant flagitia, quæ admiſit, ut 1. Reg. VIII, 32. 2. Par. VI, 13. Ezek. XVI, 43. XVII, 15.: ſic etiam hoc in loco *hilaritatem perpetuam in capitibus ſuis* promitti; hoc eſt, quæ iis perpetuò adſit.

Lætitia & gaudium eos adſequentur] *Adſequi* propriè id homines dicitur, quod eos veluti à tergo ſequi cenſetur, & quod proinde fugiunt, hoc eſt, mali quidpiam. Vide ad Pſalm. XL. 13, Verùm & de bonis dicitur, ut

adſequentur, mœrórque & gemitus fugient.

12. Ego, ego ipſe ſolabor vos, *ait Deus;* quæ tu es, quæ tibi times ab homine mortali, atque à filio hominis, *qui* fiet inſtar fœni? 13. Oblita es Jehovæ, qui te fecit, qui extendit cœlos, & qui fundavit terram; & ſemper quotidie formidaſti iram adfligentis, *quando* ſe parabat ad perdendum; ubi verò eſt ira illius adfligentis? 14. Feſtinavit migrare, ut liber eſſet, ne moriens *deſcenderet* in foveam, neu panis ei deeſſet. 15. Ego verò ſum Jehova Deus tuus, qui ſidi mare, *ita ut* perſonuerint fluctus ejus; *is ſum*, cui nomen eſt Johovæ. 16. Effeci, ut verba mea in ore tuo haberes, & umbrâ manûs meæ te protexi; ut plantem cœlos, fundem terram & dicam Sioni: tu populus meus es.

17. Expergiſcere, exſpergiſcere, ſurge Jeroſolima, quæ bibiſti, è manu Jehovæ, calicem

tur Jeroſolimam, cum lætis clamoribus, ob reditum in patriam.

12. Ego, ego ipſe hoc efficiam, ait Deus; quænam vero tu es, quæ tibi times ab homine mortali, qui inſtar fœni ſiccabitur? 13. Oblitane es, Jeroſolima, Creatoris, qui te fecit, qui extendit cœlos atque iis ſubjecit terras; tu qui formidabas iram ejus, cùm exitium alicui parabat. Ubi vero nunc eſt ira, quando quempiam adflixit? 14. Incola Jeroſolimæ, feſtinavit migrare ex ea urbe, ut libertatem ſuam ſervaret; ne moriens deſcenderet, ante tempus, in foveam, néve ei panis deeſſet. 15. Ego verò, ſum Creator Deus tuus, qui Idumæum mare ita repulit, ut ſicco pede tranſiri poſſet. 16. Effeci, ut verba mea in ore crebro haberes, atque umbra protectionis meæ tegereris, qui plantavi cœlos, & terram firmavi, ac dixi Jeroſolimitanis: vos populus meus eſtis.

17. Expergiſcere, & ſurge Jeroſolima, quæ bibiſti acceptum a manu Dei calicem ejus iræ, & vertigi-

ut Deut. XXVIII, 2. & Eſai. LIX, 9.

12. *Ego, ego ipſe*] אני אני הוא *ani ani hou.* Verba hæc ſunt Dei, non Prophetæ, ideóque addidimus, *ait Deus*, quod ſæpe omittitur; ut paſſim obſervavimus, debétque ab Interprete ſuppleri.

Ab homine mortali] מאנוש ימות *meenoſch jamouth.* Subaudi אשר, *qui*, ut in ſequentibus verbis, & alibi paſſim.

Fiet inſtar fœni] חציר ינתן *hhatſir jinnathen*, pro כחציר, *inſtar fœni dabitur*; hoc eſt, brevi interibit inſtar fœni, quod exſiccatur. Frequens comparatio. Vide Cap. XL, 6. & *ſeqq.*

13. *Adfligentis*] המציק *hammatſik*, in anguſtias redigentis.

Ubi verò eſt ira &c. Omnes ejus minæ evanuerunt.

14. *Feſtinavit migrare, ut liber eſſet*] מהר צעה להפתח *mahar tſoheh lehippatheahh*, *feſtinavit errans, ut aperiretur*, aut *ut ſolveretur*; hoc eſt, ne in vincula conjiceretur. Quod intelligendum de eo, *qui in anguſtias redegerat* Iſraëlem; hoc eſt, de Babylonio, qui metu Perſarum è patria aufugiebat, per ſolitudines vicinas, ut liber eſſet.

Ne moriens deſcenderet in foveam] ולא ימות לשחת *velo jamouth leſchahhath*, & non morietur in foveam. Quod ſic intelleximus, quaſi eſſet פן ימות יורד לשחת, *ne moreretur deſcendens in foveam.*

Neu panis ei deeſſet] ולא יחסר לחמו *vlo jehhſar lahhmo*, & non deficeret panis ejus. De voce לא pro *ne* ante Futurum vide *Ch. Noldium* ſignif. V. ejus particulæ. Vett. Intt. fruſtra ſudarunt ad vertendum hunc locum, ut videbunt, qui eorum fragmenta inſpicient.

15. *Cui nomen eſt Jehovæ*] Hoc eſt, qui facit, ut quod vult ſit. Vide ad Exod. VI, 3.

16. *Ut verba mea in ore tuo haberes*] ut ſcires & memoriter recitares, quotieſcúmque opus eſſet, verba mea per Prophetas pronunciata, de liberatione ſua è Captivitate Babylonica.

Ut plantem coelos &c] לנטע שמים וליסד ארץ *lintoahh ſchamajim veliſod erets*, ad plantandos cœlos & fundandam terram. Hoc eſt, ut omnia nova faciam, te reſtituendo in patriam. Ut commotio cœli, & obſcuratio ſiderum ſignificant mutationem in deterius, vel deſtructionem Reipublicæ: ita ejus reſtitutio deſcribitur creatione novâ cœlorum & terræ. Vide de priore loquendi genere dicta ad C. XIII, 10. & de poſteriore ad hoc Cap. LI, 6.

Dicam Sioni &c.] Ut palam profitear, & rebus ipſis oſtendam, te à me haberi populum ſingulari ratione mihi conſecratum, & quem propterea omnibus cumulabo beneficiis.

17. *Calicem ejus iræ* &c.] De hac locutione copioſiſſimè egit *Thom. Gatakerus* Miſcell. Poſt. c. V.

Fecem calicis vertiginis] את קבעת כוס התרעלה *eth kubbehath chos hattharhelah.* LXX. Intt. τὸ ποτήριον τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ *Symmachus* τὸν κρατῆρα τοῦ σπαραγμοῦ. Hieronymus: *usque ad fundum calicis ſoporis bibiſti.* Quaſi legiſſet hic תרדמה *thardemah*, ut C. XXIX, 10. aut idem eſſe putaſſet תרעלה *tharhelah.* קבעת *kubbahah* omninò videtur eſſe *fex*, quæ *fixa eſt* in fundo vaſis, ſic dicta à ſignificatione Chaldaïca radicis קבע *infixit, defixit.* תרעלה *tharhelah* verò eſt *vertigo* à רעל *rahal*, quod eſt *quatere* & quidem arbores, ut huc atque illuc flectantur rami, quod fit vi venti. Vide Nahum II, 4. & quæ notavimus ad Pſ. LX, 5. unde etiam vertere liceat *trepidationis.*

Exſuxiſti] מצית *matſith.* LXX. ἐξεκένωσας. Tres alii Græci ἐξεστράγγισας. Vulgatus: *potaſti usque ad feces.* Verbum מצה eſt *exprimere* humorem è re quapiam; ſed ubi ſermo eſt de potu, eſt *exſugere, exſorbere.* Vide Pſ. LXXV, 9. & Ezek. XXIII, 34. Significat ergo Propheta

calicem ejus iræ; fecem calicis vertiginis bibiſti atque exſuxiſti. 18. Non fuit ei dux, ex omnibus liberis, quos peperit, nec qui teneret ejus manum, ex omnibus filiis, quos educavit. 19 Duo hæc tibi contigerunt (quis dolere ſe *propter hæc* tibi ſignificavit?) vaſtitas & vulnus, fames & gladius; quî te conſoleris? 20. Filii tui defecerunt, jacuerunt ad caput omnium viarum, ſicut oryx illaqueatus, pleni ira Jehovæ & increpatione Dei tui. 21. Quare audi nunc hoc, adflicta & ebria, ſed non vino. 22. Sic dixit Dominus tuus Jehova: Deus tuus cauſam populi ſui ſuſcipiet, en, è manu tua abſtuli calicem vertiginis, fecem calicis iræ meæ, nec ampliùs eum bibes. 23. Eum ponam in manum eorum, qui tibi dolorem crearunt, qui dixerunt tibi: procumbe & tranſibimus; fac ut corpus tuum ſit inſtar terræ & quaſi platea tranſeuntibus.

Prædi-

vertiginem creantem, bibiſti atque exſuxiſti. 18. Non habuit ducem ex omnibus, quos peperit & educavit. 19. Duo tibi contigerunt mala, propter quæ nemo ſe tecum dolere oſtendit, vaſtitas & vulnera, fames & vulnera; quî verò te, propter tot mala, conſolere. 20. Filii tui defecerunt, non aliter ac oryges illaqueati, irâ & increpatione Dei tui. 21. Quamobrem audi nunc hæc, adflicta & veluti ebria, ſed non vino. 22. Sic dixit Dominus tuus Creator Deus tuus cauſam populi ſui defendendam ſuſcipiet, & dicet, ſe abstuliſſe, è manu tua, calicem, qui tibi vertiginem creat, & quem dixeris fecem calicis iræ divinæ, nec paſſurum eum exhauriri à te; 23. deinde daturum eumdem ebibendum iis, qui te malè habuerint, & contemtim ſe erga te geſſerint, & qui te veluti calcaverint, & contumelioſè ſe erga te geſſerint.

PARA-

ta, Jeroſolimam quidquid fuerit in illo calice exſorpſiſſe; hoc eſt, omnia mala perpeſſam eſſe, calamitatem nullam reliquam feciſſe, ut qui potionem noxiam totam exhauſiſſet, noxios ejus effectus omnes ſentiret.

18. *Non fuit ei dux*] מנהל *mnabbel*, pro quo LXX. Intt. & *Symmachus* videntur legiſſe מנחם *mnabbem*, cùm illi verterint παρηγορῶν, hic παρακαλῶν. Sed meliorem eſſe noſtram lectionem ſequentia oſtendunt; nam *manum tenere* eſt ducis.

Ex omnibus liberis, quos peperit] Ex omnibus Jeroſolimitanis, nullus fuit; qui, conſilio & fortitudine, eam juverit; nam poſtremi Judæ Reges nec prudentiâ, nec manu, adversùs Babylonios eam potuerunt tueri.

19. *Quis dolere ſe* &c.] מי ינוד לך *mi janoud lach*. LXX. Intt. τίς συλλυπηθήσεταί σοι. Vulg. *Quis contriſtabitur ſuper te?* Rectiùs præterito uſi eſſent, nam hæc narrantur quaſi præterita, more Prophetarum, quamvis eſſent etiamnum futura.

Vaſtitas & vulnus] השד והשבר *haſſchod vehaſſcheber*, vaſtatio & fractio. Sed vox שבר *ſcheber* hic pro *vulnere* ſumitur, aut *clade*, ut liquet è parallelismo, ut ſic loquar, ſequentium verborum, *fames & gladius*, è vaſtitate enim oritur fames, & gladio infligitur vulnus. Sic Jerem. X, 19. eſt *clades*, ut & alibi.

20. *Defecerunt*] עלפו *hullephou*, quod verti etiam queat, *defectionem animi paſſi ſunt*. LXX. Intt. ἀπορούμενοι. *Symmachus*: ἐκφοβηθέντες. Vulgatus: *projecti ſunt*. Vide Jon. IV, 8. Ham. VIII, 13.

Jacuerunt ad caput omnium viarum] Inſtar mendicorum & viribus morbo & inediâ defectorum, qui prætereuntium opem implorant.

Sicut oryx illaqueatus] כתוא מכמר *chtho michmar*. LXX. Intt. ὡς σεύτλιον ἡμίεφθον, *ſicut beta ſemicocta*. *Symmachus*: ὡς ὄρυξ ἐν ἀμφιβλήστρῳ. *Aquila*: ὡς ὄρυξ ἀμφιβλητρευμένος. *Theodotion*, συνειλημμένος. Vulgatus: *ſicut oryx illaqueatus*. Quas poſtremas verſiones probat *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 28. quem vide. מכמר eſt pro במכמר *in rete*.

Pleni ira Jehovæ &c.] Effectibus iræ, hoc eſt, juſtitiæ ultricis Jehovæ oppreſſi.

21. *Et ebria, ſed non vino*] ושכרת ולא מיין *ouſchechura velo mijjajin*. Quæ vertigine laboras, & ebria videris, quamvis vinum nullum biberis. Quod & rebus nimiùm ſecundis & adverſis, adfectibúſque æquo vehementioribus fieri obſervarunt Veteres, quorum teſtimonia collegit magno numero *Gatakerus* loco antea memorato, qui adiri poterit. Vide C. XXIX, 9.

22. *Deus tuus cauſam populi ſui* &c.] ואלהיך *velohajich*, & Deus tuus, ubi ו abundat. Poſtea יריב עמו *jarib hammo*. ריב in *Hiphil* interdum eſt *cauſam ſuſcipere*, ut C. I, 17. & in Pſalmis ſæpiùs.

23. *Qui tibi dolorem crearunt*] מוגיך *mogajich*, dolorem tibi creantium, à יגה quod in *Hiphil* eſt *dolorem creare*. Vide Job. XIX, 2. Lam. III, 32. LXX. Intt. τῶν ἀδικησάντων σε καὶ τῶν ταπεινωσάντων σε, Vulgatus: *eorum, qui te humiliaverunt*. Sed neutrum ſignificat verbum Hebraïcum. Jonathan: דהוו מונן ליך *dahavo monan lich*, qui oppreſſerunt te, vel ſpoliarunt te, quaſi legiſſent מונך *monajich* à ינה, ut bene obſervavit *Val. Schindlerus*.

Qui dixerunt tibi] *Animæ tuæ*.

Procumbe & tranſibimus] שחי ונעברה *ſchehhi venahaborah*. Poſſet fieri, ut eſſent in Oriente homines, qui conculcare Judæos voluerint. Vide Jud. X, 24. *Victor* in Epitome de Valeriano Imp. à Sapore Perſarum Rege capto: *Quamdiu vixit Rex ejusdem Provinciæ, incurvato eo pedem cervicibus ejus imponens, equum conſcendere ſolitus erat*. Vide *Iſ. Caſaubonum & CL. Salmaſium* ad calcem vitæ Valerianorum.

Fac, ut corpus tuum ſit &c.] *Et pones corpus tuum ut terram*. Poſſent tamen hæc & ſuperiora tralaticio ſenſu intelligi de contemtu maximo; major enim eſſe non poteſt, quàm pedibus hoſtem calcare. Sic apud Græcos & Latinos καταπατεῖν & *calcare* ſignificant *ſpernere*. Quod in hodiernis etiam linguis obtinet, ut in Gallica & aliis.

COM-

Prædicitur inſtauratio terreſtris Jeroſolimæ, poſt captivitatem Babylonicam, & ſub eo involucro Evangelii prædicatio, & Meſſiæ deſcriptio inchoatur.

CAPUT LII.

1. EXPERGISCERE, expergiſcere, fortitudinémque tuam indue, ô Sion, indue veſtes, quibus *maximè* ornaris, ô Jeroſolima urbs ſacra; neque enim ampliùs in te ingredietur incircumciſus aut immundus. 2. Excute pulverem *tuum*, ſurge, ſede, ô Jeroſolima; ſolve vincula colli tui, ô captiva, filia Sionis. 3. Dixit enim Jehova: ſine pretio venditi eſtis, & ſine argento *in libertatem* vindicabimini. 4. Quia ſic dixit Dominus Jehova: initio in Ægyptum deſcendit populus meus, ut illic peregrinaretur, Aſſyriúſque ſine cauſa eum oppreſſit. 5. Nunc verò quid mihi hîc eſt *agen-*

PARAPHRASIS:

1. EXpergiſcere, ô Jeroſolima, Urbs ſacra, forti animo eſto & ſplendidiores indue veſtes; neque enim incircumciſi, aut immundi intra mœnia cernentur. 2. Excute pulverem, qui tibi adhæſit, ſurge, ſede, ut videbitur, ô Jeroſolima; ſoluta enim ſunt vincula tui colli, ô captiva, filia Sionis. 3. Dixit etiam Creator: gratis in ſervitutem data fueras, nunc ſine pretio ullo ſoluto libertatem recuperabis, ô filia Sionis; 4. quia ſic juſſit Dominus Creator: olim, inquit, ivit populus meus in Ægyptum, ut illic peregrinaretur, Aſſyriíque eum fruſtra oppreſſerunt. 5 Nunc verò faciam, ait Creator, cùm populus ſit ſine cauſa abductus, & qui ei dominantur eum malè habeant, eíque

COMMENTARIUS
In CAPUT LII.

1. N*Eque enim ampliùs ingredietur*] לא יוסיף יבוא *lo joſiph jabo*, ſupplendum ולא *velo* ante alterum verbum, aut legendum בוא, *non addet ingredi*, quòd fortè meliùs. LXX. Intt. *προσθήσεται διελθεῖν.* Vulg. *non adjiciet ut tranſeat.*

Incircumciſus &c.] Nempe, ut te polluat, quemadmodum fecerunt Chaldæi. Incircumciſis enim & pollutis, hoc eſt, Ethnicis numquam clauſa eſt Jeroſolima, modò ne eò ſe conferrent, quò admitti eos nefas erat; in atrium, nempe, Iſraëlis.

2. *Excute pulverem tuum*] התנערי מעפר *hitbnahari mehaphar*, excute te à pulvere. Statuitur, nempe, Jeroſolima in pulvere jacuiſſe, quod fuit lugentium; qui ubi lugere deſinebant, pulverem, qui veſtibus adhæſerat, excutiebant.

Solve vincula colli tui] Hoc eſt, te non ampliùs captivam eſſe intelligens liberaliore modo vivito. Reſpicitur ad annulum ferreum, quo colla captivorum vinciebantur & pendente catenâ trahebantur.

O captiva] Quæ antea captiva eras.

3. *Sine pretio venditi eſtis*] Nullo pretio emtos vos abduxerunt Chaldæi, ſed vi & armis ſubactos ſervire coëgerunt. Qui numeratâ ſibi, aut aliis pecuniâ, ſervi cujuſpiam facti ſunt, jure Gentium ſervire debent, donec pretium rependatur; ſed qui in ſervitutem traditi ſunt merâ vi, nullum debent pretium. Itaque Cyrus Judæis reſtituit libertatem, nullo accepto ab iis, aut numerato aliis pretio. Vide not. ad Heldr. II, 2.

In libertatem vindicabimini] תגאלו *thiggaelou*, quod verti non debet *λυτρωθήσεσθε*, *redimemini*, ut fecerunt LXX. & Latinus, nulla enim eſt redemtio, ubi nullum redemtionis pretium datur. Itaque vertimus quaſi eſſet [illegible] תגאלו *vindicabimini in libertatem*; hoc eſt, jure veſtro, liberi pronunciabimini, à Cyro.

4. *Ut illic peregrinaretur*] Poſt hæc verba, ſupplendum quidpiam videtur, quale hoc eſt: ſed cùm eam oppreſſiſſent Ægyptii, ex Ægypto eductum liberavi. Ad eum modum, è Babylonia educam, quia Aſſyrii (hoc eſt, Chaldæi, qui ſæpe ſic vocantur) eam ſine cauſa oppreſſerunt. Alioquin hæc non ſatis cohærere videntur, nec aliter res intelligi poteſt, quàm ut ſtatuamus, inſtitutam hîc comparationem Chaldæorum cum Ægyptiis. Videri fortè queant verba quædam hîc excidiſſe, ſed Hebræi interdum parci ſunt verborum, divinandúmque relinquunt, ex re ipſa, quod volunt, potiùs quàm exprimunt; quod multis exemplis paſſim, in his Commentariis, oſtendimus.

5. *Quid mihi hîc eſt agendum*] מה לי פה *mah li pho*, quid mihi hîc. Sunt verba veluti deliberantis, quamobrem ſupplevimus *agendum*, quaſi eſſet פעלי *phohali*, opus meum.

Ejulatum ei creent] יהילילו *jehelilou*. Quod verbum quidem *ejulare* verti ſolet. Sed cùm ſit in *Hiphil*, nihil vetat, pro nativa ejus conjugationis poteſtate, hîc verti, ut fecimus, quemadmodum res poſtulat; qui enim *dominantur* משלים *moſchelim* non ejulant, verùm ii, qui ſerviunt. Neſcio quî vertere potuerint LXX. Intt. Hebraïca verba: משליו יהילילו *θαυμάζετε καὶ ὀλολύζετε*, Latinus verò: *dominatores ejus iniquè agunt*. Meliùs *Jonathan*: *populi qui dominantur iis* משתבחין miſchthabbohhin, *gloriantur*, deductâ voce ab הלל *halal*, quod eſt *gloriari*; aut ei adtributâ ejus verbi ſignificatione. Maluimus tamen formationis analogiam ſequi, & referre ad radi-

cem

agendum, ait Jehova, cùm gratis abductus ſit populus meus, & qui ei dominantur, eju-
latum *ei* creent, ait Jehova, cúmque jugiter, per totum diem, nomen meum contemna-
tur? 6. Cognoſcet populus meus nomen meum; propterea, die illo, quia ego ipſe
loquar, & mox adero.
7. Quàm grati ſunt, in montibus, pedes fauſta nunciantis, pacem promulgantis,
bona prædicentis, liberationem proloquentis, & dicentis Sioni: regnat Deus tuus. 8. Vo-
cem ſpeculatores tui, vocem ſuſtulerunt ſimul, lætum clamorem ediderunt, quia ocu-
lis ſuis viderunt, cùm Jehova Sionem reverteretur. 9. Vociferamini & unà clamate,
per loca deſerta Jeroſolimæ, quia ſolatus eſt Jehova populum ſuum, & Jeroſolimam
ſibi vindicavit. 10. Exſeruit Jehova ſanctum ſuum brachium, coram omnibus genti-
bus; & viderunt omnes terræ fines liberationem Dei noſtri.

11. Diſce-

eiſque ejulatum extorqueant, ait Creator, & quotidie nomen meum, non ſine contemtu, profeſratur? 6. Cognoſcet propterea populus meus, quanti faciendum nomen meum, quia ipſe hæc dico, & mox adero pœnas ab impiis repetiturus.

7. Quàm gratus eſt adventus, in montes Iſraëlitarum, eorum, qui in iis pacem nunciant, & bona prædicunt, ut liberationem Sionis, & Regnum Dei. 8. Vocem ſpeculatores tui, ô Sion, ſimul ſuſtulerunt, quia viderunt reditum Creatoris Jeroſolimam. 9. Vociferamini unà per loca deſerta Jeroſolimæ, quia Creator ſolatus eſt populum ſuum, & Jeroſolimam, quam ſibi peculiariter vindicavit. 10. Brachium ſuum exſeruit, ſpectantibus omnibus gentibus vicinis, quæ viderunt liberationem regionis omnis finitimæ.

11. Diſcedi-

cem ילל *jalal*, quæ in *Hiphil* conſtanter *ejulare* ſignificat.

Contemnatur] מנאץ *minnoats*, ubi forma eſt compoſita ex *Hithpael* & *Puhal*, ut aiunt Grammatici. Sed ſi ſic punctis adficiatur מְנֹאָץ, erit analogica forma Participii *Pahul* conjugationis *Puhal*, quod meliùs eſſet. Dei autem *nomen* quotidie *contemni* dicitur; apud Babylonios, quòd devictarum Gentium Deos, quaſi non ſatis potentes, ad cultores ſuos tuendos, irridere ſolerent Ethnici. Quod notavimus jam ad C. XLVIII, 9.

6. *Cognoſcet populus meus nomen meum*] Hoc eſt, me eum eſſe, qui jure vocor יהוה, hoc eſt, qui facit ut res ſint; hæc eſt enim poteſtas ejus nominis, ut notavimus ad Exod. VI, 3. Quò ſæpe reſpexerunt Eſaïas & Jeremias.

Die illo] Hoc eſt, eo tempore, quo prædico liberationem Iſraëlis futuram.

Ego ipſe loquor] Non ſunt verba hominum, ſed Dei ipſius.

Mox adero] *Ecce me*, הנני *hinneni*; hoc eſt, me adeſſe, hoc eſt, favere Judæis, rebus ipſis oſtendam. Hæc vocula conjungenda cum *die illo*, & ſæpe in hoc Propheta aliíſque הנה *hinneh*, perinde eſt ac mox.

7. *Quàm grati ſunt in montibus* &c.] מה נאוו *mah navou*, quàm elegantes, quàm decori ſunt &c. Hoc eſt, quàm jucundus erit montibus ipſis Judæ nuncius adveniens è Chaldæa, & nuncians, fore ut veteres coloni in avitas ſedes redeant. Nempe, ut floridum Prophetæ ſtylum poëtico loquendi genere illuſtrem, ô Juda,

Ipſi te montes, ipſa te hæc arbuſta vocabant.

Sic verſu 9. Propheta ipſas ſolitudines Jeroſolimitani agri præ lætitia vociferari jubet. Vide & C. LV, 12.

Fauſta nunciantis] מבשר *mbaſſcher*. Veteres omnes Græci Intt. εὐαγγελιζομένου, quod verbum cùm ſit conſecratum ad ſignificandum eum, qui adventum Meſſiæ nunciat, ideò locum hunc Chriſto eleganter aptavit Paulus Rom. X, 15. Sed vide hoc quoque verbo utentem Nahumum I, 15.

Pacem promulgantis] Hoc eſt, fauſta omnia & ſecunda nunciantis, nam שלום *pax*, omnis generis bona complectitur, ut omnes norunt.

7. *Regnat Deus tuus*] מלך אלהיך *melech elohaïch*, regnavit Deus tuus. Meliùs fortè extuliſſent מולך *molech*, regnat, in præſenti; tum enim nuncius mittitur, cùm res contigit. Regnat quidem ſemper Deus, quippe à quo ſemper creaturæ pendent, ſed tum potiſſimùm *regnare* dicitur; cùm rebus ipſis, hoc eſt, populi ſui conſpicuâ tutelâ, oſtendit ſe regnare.

8. *Speculatores tui*] צפיך *tſophajich*. Reſpicit Propheta ad conſuetudinem, de qua pluribus egimus ad Cap. XXI, 5. collocandi ſpeculatores in turribus, aut ſpeculis montium; qui viderent adventantes, ſignóque aut voce de eorum adventu monerent. Itaque fictione propheticâ deſcribit ejuſmodi ſpeculatores in montibus Judææ, è longinquo viſuros adventantem Deum; hoc eſt, reduces Judæos, quibus Deus aderat, ut iterum Judæam colerent, & præſentis illic Dei auxilium experirentur. Satis enim liquet, in deſerta Judæa non fuiſſe ejuſmodi ſpeculatores; ſed hæc pertinent ad propheticam deſcriptionem reditûs Judæorum, quaſi ornamenta quædam poëticis ſimilia, quæ non ſunt ad vivum reſecanda.

Oculis ſuis viderunt] עין בעין יראו *hen behen jirou*, oculo, in oculo videbunt. Quod eleganter vertit *Symmachus* ὀφθαλμοφανῶς, & *Jonathan* בעיניהון *behenehon*, oculis ſuis.

Cùm Jehova Sionem reverteretur] Revertente, nempe, populo, Deus, qui tempore captivitatis ab eo digreſſus videri poterat, unà cum eo Jeroſolimam reverti cenſebatur. Nec Deum ipſum, nec inſigne divinæ præſentiæ ſymbolum quiſquam vidit; neque enim Deus ipſe, ſub oculos cadit, neque nubes, aut ignis, ut in ſolitudinibus Arabicis, Judæis præivit.

9. *Vociferamini* &c.] Jeroſolimam in ruderibus jacentem, incolíſque deſtitutam hor-

[11]. Diſcedite, diſcedite, exite illinc, ne res pollutas tangatis, ex ea egredimini, & vos purificate, qui fertis vaſa Jehovæ. [12]. Neque enim feſtinanter exibitis, neque *ut* in fuga incedetis; quia vobis præibit Jehova, & coget veſtrum *agmen* Deus Iſraëlis. [13]. En prudenter ſe geret ſervus meus, extolletur, evehetur, & valde ſublimis erit. [14]. Quemadmodum obſtupuerint propter eum multi, quia adſpectus ejus humilior erat, quàm viri *nobilis*, & forma ejus *deterior* etiam *formâ* hominum plebeiorum: [15]. ſic admira-

11. Diſcedite, diſcedite illinc, ne res pollutas tangatis, voſque abluite, quibus cura mandata ſacrorum vaſorum bajulandorum. 12. Neque enim feſtinantes exibitis, aut quaſi fugientes excedetis; nam Creator vobis præibit, idemque veſtrum agmen aget, ut vos tueatur contra hoſtium veſtrorum molimina. 13. Prudenter ſe geret ſervus meus Meſſias, extolletur, provehetur, atque ad ſummam dignitatem evehetur. 14. Quemadmodum obſtupuerint, ejus cauſâ, multi, quia adſpectus ejus externus humilior erat, quam videbatur debere eſſe viri tam nobilis, & ad munera uſque adeò

tatur Propheta ad tollendas lætas voces. Vide de ejuſmodi Proſopopœia ad C. XIV, 7. & infrà IV, 12.

Sibi vindicavit] גאל *gaal*; quaſi ſuum ſibi adſeruit, ut גואל *goel* facere ſolebat, propinquus viduæ. Vide Ruth. C. IV, 4.

10. *Exſeruit*] חשף *chaſchaph*. LXX. Intt. ἀποκαλύψει, *Symmachus*, & *Theodotion* ἀπεκάλυψεν, Vulg. *paravit*. Hoc eſt, brachium, quod veluti in ſinu tectum continebat, è veſte exſeruit. Vide Ezek. IV, 7. & Jerem. XIII, 26. Sententia eſt, à Deo potentiæ ſuæ inſigne ſpecimen editum iri, reductione populi ſui è Chaldæa. Quod & à Gentibus intellectum. Vid. Heſdræ C. I.

11. *Diſcedite* &c.] סורו *ſourou*, recedite; nempe, è Babylone. Adloquitur Sacerdotes.

Qui fertis vaſa Jehovæ] Vaſa, nempe, ſacra è Templo in Babyloniam priùs ablata, atque à Cyro Judæis reſtituta. Vide Hezdr. C. VI, 5.

12. *Neque enim feſtinanter exibitis*] Qui feſtinanter migrant, iis vix ſatis eſt temporis ad colligenda vaſa, eáque ordine diſponenda; ac proinde ſacra à profanis vix ſatis ſecernunt, omniáque ſine diſcrimine convaſant. Sed edicto Cyri, factâ migrandi poteſtate, & commendati etiam liberalitati populorum Judæi poterant ſingula, per otium, ordine diſponere, nec priùs abire, quàm omnia itineri eſſent parata. Vide C. I. Heſdræ.

Vobis præibit] *It ante ora veſtra.*

Coget veſtrum agmen] מאספכם *meaſſiphchem*. Cùm hoc opponatur ſuperioribus verbis, neceſſe eſt, velle Prophetam, Deum clauſurum, vel coacturum agmen migrantium. Vide Num. X, 25. Joſ. VI, 9, 19. & infrà c. LVIII. 8. Eâ autem Dei à fronte & à tergo præſentiâ, ejus tutela ſignificatur.

13. *Prudenter ſe geret ſervus meus*] *Servus* Dei dicitur hìc populus Judæus, qui inſtar unius deſcribitur, ut alibi non rarò. Vide C. XLI, 8, 9. Sed videtur hìc à Deo ſic vocari, quia mox ſequetur deſcriptio unius viri, cui collatus populus Hebræus erat tantùm umbra ejus ſapientiæ, eáque evanida; præſtantiore etiam multò ſenſu Meſſias vocatur *ſervus Dei*, qui & ita evehendus erat, ut nullus ad ſimilem gloriam pervenire poſſet. Itaque ſenſim ac ſine ſenſu Propheta à populo ad Meſſiam tranſit. Prudenter quidem ſe geſſerunt Judæi, & paullatim è captivo populo, in potentiſſimam gentem evaſerunt, quod *evectione* & *ſublimitate* innuitur. Sed nihil hoc, cum ſumma Meſſiæ, in cœlo, & in terra, poteſtate collatum. Ac ſanè *Jonathan* hìc habet עבדי משיחא *ſervus meus Meſſias*. Quo fit, ut mirer ab *Hug. Grotio* hæc ad Jeremiam referri. Sic & alii antiquiores & recentiores Judæorum Magiſtri, quorum verba laudavit *Raim. Martinus* Pugionis Fidei P. 2. C. IX, 25. XI, 14. XII, 6. & alibi.

14. *Propter eum*] Eſt עליך *halecha*, propter te, pro more mutandi & miſcendi perſonas, Prophetis uſitato. Sed cum agat Eſaïas de uno eodémque viro, hìc & in proximè ſequentibus, ubi tertia perſona adhibetur, utrobique Latinè loquentes tertia uſi ſumus.

Adſpectus erat humilior, quàm viri nobilis] כי משחת מאיש מראהו *chi miſchchath meiſch marahou*, quia corruptior erat (*vultu*) viri nobilis adſpectus ejus. Primùm, vocem איש ſumi hìc, non pro quovis *homine*, ſed pro *homine nobili*, vel illuſtri, oſtendunt ſequentia verba; ubi, creſcente oratione, dicitur forma ejus deterior eſſe מבני אדם *filiis hominis*, nimirum, plebeii. Nec opus eſt probari hos earum vocum ſignificatus, cùm res ſit notiſſima. Vide, ſi opus ſit, Pſ. XLIX, 3. Secundò, τὸ מ in ſequente voce comparationem ſignare, quod etiam frequentiſſimum eſt, ſtatuimus, ut plana loquutio ſit: משחת מראהו גדולה ממראה איש *deformitas adſpectûs ejus major erat, quàm adſpectûs viri nobilis*; nempe ſolet. Denique cùm hìc ſermo ſit de *adſpectu* & *forma*, intelleximus משחת, quod eſt *corruptio*, de humilitate & depreſſione vultûs. Commodior fuiſſet oratio, ſi voce נשחת *niſchchath*, in Conjugatione *Niphal*, uſus eſſet Propheta; ſed Hebræorum rationes loquendi non ſunt ad teretem Græcorum & Latinorum dictionem exigendæ. *Corruptionem*, ſeu *deformitatem* vultûs, *humilitatem* interpretati ſumus, ex re ipſa. Nobiles enim viri ſolent erecto vultu, & fiduciam præferente incedere; cui contraria eſt *humilitas*, quæ Latinis etiam *deformitas* dicitur. Vide & C. LIII, 2. Hoc quoque Veterum Intt. animis obverſatum videtur, cùm habeant LXX. Intt. ἀδοξήσει ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου, & Latinus: *inglorius erit inter viros adſpectus ejus*. Si hæc referamus ad populum Judæum, ſignificabit Propheta, Judæorum vultus, dum jugo Babyloniorum gens premeretur, fuiſſe humiles & demiſſos,

mirationem creabit multis gentibus, & Reges de eo os ſuum comprimen; quia videbunt, quod ſibi narratum non fuerat, & quod non audierant intelligent.

Deſcribitur primùm humilis Meſſiæ ſtatus, deinde ad ſummam dignitatem evectio.

1\. QUIS credidit prædicationi noſtræ ? cuíve eſt revelatum Jehovæ brachium ? 2. Ortus eſt ut tener truncus, coram eo, útque radix è terra ſitiente ; nec forma CAPUT LIII.

adeò ſublimia evehendi: 15. Sic admirationem augebit multis gentibus : & Reges ipſi obſtupefacti tacebunt; quia videbunt, qualia numquam iis narrata fuerant; & intelligent.

PARAPHRASIS.

1\. QUANDO hæc nunciavimus, pauci adducti ſunt, ut fidem nobis haberent, cùm non ſatis divinam potentiam intelligerent. 2. Ortus eſt inſtar teneri trunci, coram Deo ei favente, quamvis, in ſicco ſolo, in quo ejuſmodi truncus vix creſcere poſſe videbatur, in tantam arborem,

demiſſos, non quales ſolent eſſe gentis florentis, atque inter vicinas nobilis. Sed aptiùs multò in Meſſiam quadrant, quem ex adſpectu nemo ſuſpicatus fuiſſet à Davide ortum ducere, atque ad dignitatem evectum iri, Davidis dignitate longè longéque præſtantiorem & ſublimiorem.

Forma ejus deterior erat formâ hominum plebeiorum] ותארו מבני אדם *vethoaro mibbene adam*; hoc eſt, & deformitas ejus ſpeciei externæ, major erat deformitate ſpeciei externæ hominum plebeiorum. Eodem enim modo intelligendum hoc loquendi genus, ac ſuperius, exceptis voculis בני אדם *bne adam*; filiorum hominis. LXX. Intt. ἡ δόξα σου ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων. *Hieronymus*: & *forma ejus inter filios hominum.* Sed מ hìc quoque neque ἀπὸ, neque *inter* ſignificat, ſed eſt comparationis nota.

15\. *Sic admirationem creabit*] כן יזה *chen jazzeh.* XXX. Intt. οὕτω θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ ἐπ' αὐτῷ. Vulgatus: *iſte adſperget gentes multas.* Nec dubium eſt, quin verbum נזה *nozeh* ſignificet *adſpergi* in Kal, *adſpergere* verò in *Hiphil.* Sed ratio oppoſitionis, quæ intereſt inter hunc & ſuperiorem verſum, ſuadet, utendum hìc verbo, quod admirationis creationem ſignificet, quod ſenſerunt LXX. Intt. Itaque eos hìc ſequuti ſumus, cùm præſertim huic ſignificatui etiam ſequentia faveant; nam ſilere, dum vides, quod numquam narratum tibi fuerat, dúmque intelligis id eſſe, quod ne fando quidem audiveras, ſunt reverâ mirantis. Qui de adſperſione ſanguinis Chriſti, quo in novum fœdus multas gentes admiſſurus erat, intelligunt, rem veram alieno loco quærere videntur; nam in ſequentibus tantùm ea de re agetur.

Reges de eo os ſuum comprimen] De eo non malè loquentur, ſed mirantes contemplabuntur, quæ numquam viderant, & ea intelligent, quæ ab aliis numquam audiverant. Quibus verbis Chriſtiana Religio deſcribitur, cui nulla ſimilis conſpecta fuerat, imò ne à ſapientibus quidem viris ficta, vel audita. Procedente oratione, Propheta clariùs Chriſtum deſcribit, nam clarior eſt hìc verſus priore, & ſequentia etiam manifeſtiora. Violenter hæc ad Jeremiam detorquet *Grotius*.

COMMENTARIUS
In Caput LIII.

1\. QUis credidit &c.] Hoc Capite ad verſ. 11. loquitur Propheta, cùm in ſuperioribus nunc Deus, nunc Propheta loquantur. In hoc autem deſcribitur Meſſias, unà cum muneribus, quibus functus eſt in terris, ſed non ſine involucris, quibus uti ſolent Prophetæ; ita ut ea dicat, quæ poſſint aliquatenus convenire piis Judæis, qui unà cum malis in exſilium ſunt abducti, non tam ſuorum peccatorum causâ, quàm propter aliena; communis enim calamitatis incommodis æquè ſubjiciuntur boni, ac mali. Verùm hæc aptiùs & pleniùs multò in Meſſiam quadrant, ut ex ipſa interpretatione liquebit. Queritur primùm Propheta, ſuis aliorúmque Prophetarum admonitionibus & vaticiniis eam non eſſe habitam fidem, quæ haberi debuit. Tum tranſit ad deſcriptionem Meſſiæ, ſub iis, quæ diximus, involucris, quibus explicatis quì verba Meſſiæ, potiore ſenſu conveniant oſtendemus.

Cui revelatum eſt Jehovæ brachium] Hoc eſt, quis potentiam divinam ſatis intelligit? quæ quamquam revelata eſt intelligere volentibus, iis revelata negatur, qui non multò magis eam intelligunt, quàm ſi nondum eſſet patefacta.

2\. *Ortus eſt ut tener truncus*] ויעל כיונק *vajjahal chajjonek*, & adſcendit ut tener truncus. *Adſcendere* dicuntur plantæ, quæ à germine, vel è radicibus paullatim ſurſum verſùs truncum, vel caulem protrudunt. ינק *janak* propriè eſt *lac ſuxit*, & יונק *jonek*, animal *lactens*; unde tranſlato ſignificatu dicitur de *ſurculo*, vel ſtolone tenero, qui ſucco radicum, quaſi lacte, alitur. Hinc *Aquila* ἀναβήσεται ὡς τιθηνιζόμενον, & *Theodotion* θηλάζον, quæ *lactantem* ſonant. At *Symmachus* ἀνέβη ὡς κλάδος, &

forma ei, nec decor erat, ut eum intueremur, neque adſpectus, ut ejus cupiditate caperemur. 3. Deſpectus *erat*, & deſierat *inter* viros *nobiles* haberi, vir *erat* doloribus *oppreſſus*; atque morbo adſuetus, veluti faciem ſuam abſcondens ei, *à quo ſpectabatur*, con-

tem, quanta fuit, & oculos noſtros ad ſe converſuram, ut caperemur cupiditate aut ſpe tantæ arboris. 3. Deſpectus erat, nec videbatur poſſe umquam inter viros nobiles haberi; doloribus premebatur, & fugiens eos, qui eum ſpectabant, atque ab iis ſpernendus.

4. Sed

Vulgatus: *adſcendet ſicut virgultum.* Hinc & noſtri Prophetæ C. XI, 1. Meſſias dicitur נצר netſer, *ſurculus aut germen è radicibus Iſaïs*, & C. LX, 21. pii vocantur *germen plantarum* Dei.

Poteſt ergo hoc intelligi primùm de piis, qui in captivitate veluti repullularunt, è radicibus trunci exciſi Judæorum; ſed multò aptiùs de Meſſia, qui è trunco, veluti reciſo, Davidicæ familiæ ortus eſt, & ſenſim crevit. Meliùs enim hoc dicetur de uno, quàm de pluribus.

Coram eo] Nempe, Deo ei favente, & ſuppeditante, quæ ad augmentum neceſſaria erant.

Radix è terra ſitiente] Plantæ, quæ in ejusmodi ſolo oriuntur, non niſi ægrè creſcunt; quod & experti ſunt pii in Babylonia, in qua dum fuerunt, convaleſcere vix poterant. Verùm & Chriſtus è paupertina Virgine natus, ſine opibus & amicis, apud homines auctoritatem nancilci, & ſibi fidem facere, niſi inſignibus & multiplicibus miraculis, non potuit; cùm ei quàm maximè potiſſima Gentis Judææ pars adverſaretur. Erat ergo *inſtar radicis, in ſolo ſiticuloſo.*

Nec forma ei, nec decor erat, ut eum intueremur.] לא תאר לו ולא הדר ונראהו *lo thoar lo vlo hadar venirehou*, non ſpecies ei, non decor, & eum videbimus. ו in poſtrema voce eſt pro *ut*, quemadmodum ſæpe vertitur.

Neque adſpectus, ut ejus cupiditate caperemur] ולא מראה ונחמדהו *vlo mareh venebhmedebou*, nec adſpectus, & eum cupiemus. Nulla fuit ſpecies externa, ſeu ſplendor conſpicuus, quo pii oculos hominum ad ſe converterent, ut amicos ſibi conciliarent; quod rebus ſecundis & florentibus fieri ſolet. Excepto enim Daniele & pauculis aliis, reliqui omnes in paupertate jacebant; imò & ipſe Daniel nobiléſque adoleſcentes, qui in aula Babylonica erant, in maximis periculis verſati ſunt, atque in metu perpetuo vixerunt. Verùm in Chriſto multò minùs externi ſplendoris fuit, quàm in illis; cùm nihil habuerit, præter eximiam doctrinam atque inſignia miracula, quibus Judæi totius Gentis auctoritatem opponebant.

3. *Deſpectus erat*] Nempe, apud Babylonios, qui præ ſe captivos Judæos contemnebant, deſpectui erant optimi quique. Sed multò majorem contemtum gentis ſuæ ſenſit Chriſtus, qui, impoſtoris inſtar, in crucem popularium ſuorum ferâ importunitate actus eſt.

Deſierat inter viros nobiles haberi] חדל אישים *vahhadal iſchim.* Supplenda eſt particula מן *min*, quaſi eſſet מאישים *meiſchim*, deſierat ex hominibus illuſtribus haberi. Ea eſt conſtructio verbi חדל non infrequens. Vide ad C. II. 21. Hinc LXX. Intt. ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς ἀνθρώπων, nam apud eos præceſſit τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, pro eo quod eſt *deſpectus erat*, nimiâ utrobique licentiâ. *Symmachus*: ἐλάχιστος ἀνδρῶν, alii ἐξουθενημένος. Vulgatus: *noviſſimum virorum.* Vim verbi חדל non expreſſerunt. Hic אישים, ut antea viros illuſtres interpretamur, ex re ipſa. Optimi quique Judæorum, qui virtutis famâ claruerant, in Babylonia ſpernebantur. Sed de Chriſto multò veriùs dici potuit, qui Joſephi & Mariæ, pauperum parentum, filius habebatur; cúmque Galilæus eſſe crederetur, nullo numero, aut loco erat apud Judæos, quamvis ex illuſtriſſima familia ortum duceret. Sed dudum erat, ex quo paupertas Davidicæ familiæ reliquias in vilioris plebeculæ ſortem redegerat.

Vir erat doloribus oppreſſus] איש מכאבות *iſch machhoth*, vir dolorum. LXX. Intt. ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, *Symmachus* ἀνὴρ ἐπίπονος. Poteſt hoc quidem dici de quovis Judæo pio, patriæque & Religionis amanti, qui in Babylonia non niſi triſtem vitam agere potuit; ſed hoc nihil fuit, præ laborioſa Chriſti vita, inter perditiſſimos populares, extremóque præſertim ejus actu, in quo doloribus cùm ex pertinacia & crudelitate popularium, quibus graviſſimas pœnas ſibi contrahebant, conceptis, tum etiam ab ipſo crudeliſſimo ſupplicio ortis, vehementer commovebatur.

Morbo adſuetus] ידוע חלי *jedouah hholi*, *notus morbi*, ut *Symmachus* γνωστὸς νόσῳ. Videtur ſubaudienda particula ב ante חלי, hoc eſt, *notus in morbo*; quo loquendi genere, ſignificatur propriè, qui longo & difficili morbo implicitus, dudum eâ re innotuit; qui vir ei ferendo adſuetus. Tales erant probi viri triſtitiâ & macie confecti, ob Babyloniorum tyrannidem. Sed ejusmodi faciem potiore multò jure præ ſe tulit Chriſtus, quem pravi mores popularium, pœnæque eis imminentes angebant, & ſæviſſimi ſupplicii dolores cruciabant.

Faciem ſuam abſcondens] Sic homines faciunt nimio mœrore confecti, qui ne conſpiciendos quidem ſe libenter præbent; ſed præſertim qui ſupplicio pudendo adficiuntur. Non erat quidem quod Chriſtum puderet ſupplicii crucis, quo Deo acceptiſſimum ſacrificium offerebat, viámque ad ſalutem æternam humano generi aperiebat; ſdque ubi pertuliſſet, poſt paucas horas, norat morte primùm carnificibus eripiendum ſuum corpus, & poſt paullò plures è ſepulcro excitandum, ut menti denuo conjunctum æternæ, ab eo tempore, gloria cum ea frueretur, in cœlum ſubvectum: ut, præſtituto à Deo tempore, extremam de humano genere ſententiam ferret. Attamen cùm verus homo eſſet, & ſalutis hominum intereſſet, fœdiſſimo eum ſupplicio interire, & ſentire dolores, quibus obnoxia

eſt

Digitized by Google

contemtus, ut eum nullo in pretio haberemus. 4. Verè tamen morbos noſtros ille ferebat, & dolores noſtros portabat; dum nos putabamus plagis adfectum, percuſſum à Deo, atque in humilem ſtatum redactum. 5. Vulneratus ille erat, propter defectiones

4. Sed verè morbos & dolores ferebat, quæ nobis, non ei debebantur; cùm crederemus, eum plagis à Deo adfici, propter peccata, quibus carebat; ſed propter noſtra ipſorum delicta adterebatur. Pœnæ, quæ nobis ipſis debebantur, ab eo repetebantur, & per ejus dolores medicina morbis

eſt humana natura; nihil vetuit, quin commotus etiam fuerit, quemadmodum homines alii, in iiſdem circumſtantiis, commoverentur; ſed ſine ulla vel minima cogitatione, quæ ejus Sacerdotium dedeceret.

Ei, à quo ſpectabatur] Eſt tantùm ממנו *mimmenou*, ab eo; ſed non poteſt alius intelligi, præter eum, à quo ſpectabatur; quare hoc vertendo ſupplevimus.

Nullo in pretio haberemus] ולא חשבנהו *velo bhaſchabenuhou:* hoc eſt, nullam ejus rationem haberemus. Loquitur Propheta, nomine multitudinis Judæorum, quæ nec Babylone pios magni fecit, & multò minùs Chriſtum Jeroſolimæ.

4. *Verè tamen morbos noſtros ille ferebat*] אכן חליינו הוא נשא *achen bholajenou hou naſa*; hoc eſt, incommoda omnia, quæ nos ſoli ferre debebamus, qui in Deum peccaveramus, delictiſque noſtris captivitatis pœnas nobis contraxeramus, non minùs tulit, quàm nos; ſi rem aptes piis Judæis, quibus ſi omnes populares ſimiles fuiſſent, ejuſmodi pœnas, quas in Babylonia luebant, de populo ſuo non ſumſiſſet Deus. Sed eùm, improborum causâ, Regnum Judæ evertiſſet, populúmque Chaldæis tradidiſſet, omnes eadem calamitate, ut fit, oppreſſi ſunt. Verùm hæc longè præſtantiùs & magis propriè de Meſſia dicuntur, qui nullius prorſus peccati reus eùm eſſet, factus eſt victima piacularis & morti traditus, ut veniam nobis peccatoribus impetraret. Ideóque hoc vaticinium directè ad Chriſtum refertur Matth. VIII, 17. 1. Pet. II, 24. ut & ſequentia Act. VIII, 32. Neque hæc fuit Apoſtolorum tantùm ſententia, ſed & aliorum veterum Judæorum, ut liquet è *Jonathanis* Paraphraſi, quæ, poſtquàm apertè profeſſus eſt de Meſſia agi Cap. LII, 13. ſic habet: *propterea ipſe deprecabitur pro peccatis noſtris, & delicta noſtra propter eum remittentur*: בכן על חובנא הוא יבעי ועויתנא בדיליה ישתבקן. Quibus quidem verbis non ſat plenè ſententiam Prophetæ expreſſit, cùm pro victima pœnas populo debitas luente, deprecatorem tantùm hic nobis deſcribat; attamen hæc ad Meſſiam pertinere non diffitetur. Sic & alii Judæi plures, cùm antiquiores, tum recentiores, ut dudum oſtendit *Raimondus Martini* Pugionis Fidei, Part. 3. Diſtinct. 1. C. X, 3. *& ſeqq.* Quare nemo eſt, qui poſſit, ut recentiores quidam Judæi faciunt, Chriſtianis objicere, eos primos, aut ſolos cœpiſſe hunc locum de Meſſia interpretari.

Dolores noſtros portabat] מכאבינו סבלם *machobenou ſbalam*, dolores noſtros tulit eos. Hæc & antecedentia verba Matth. VIII, 17. τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε, proferuntur, quaſi reſpicerent curationes morborum; nec quidquam vetat duplicem ſenſum verbis ineſſe, ita ut morbi tam animi, quàm corporis ſignificentur; unde factum, ut Petrus 1. Ep. II. 24. ad peccata referat, quæ Chriſtus *in corpore ſuſtulit in crucem.* Sed ex toto orationis contextu & verſu 10. ad poſteriorem ſenſum potiſſimùm reſpici, quo victima pro peccatis factus, ea tulerit, quæ peccatoribus erant debita.

Percuſſum à Deo] *Percuſſum Dei.* Sic dixit *Æſchylus*, πληγεὶς Θεοῦ μάστιγι, in verbis quæ ſubjiciemus.

5. *Vulneratus eſt* &c.] Hæc metaphorico ſenſu intellecta de calamitatibus captivitatis atque exſilii quodam modo de probis intelligi queant. Eteocles, apud *Æſchylum*, in Tragœdia. ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, vers 603. *& ſeqq.*

Φεῦ τοῦ συναλλάξαντος ὄρνιθος βροτοῖς
Δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστέροις.
Ἐν παντὶ πράγει δ' ἔσθ' ὁμιλίας κακῆς
Κάκιον οὐδὲν, καρπὸς οὐ κομιστέος.
Ἥλης ἄρθρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.
Ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
Ναύτῃσι θερμοῖς, τῇ πανουργίᾳ τινὶ,
Ὄλωλεν ἀνδρῶν ξὺν θεοπτύστῳ γένει
Ἢ ξὺν πολίταις ἀνδράσι δίκαιος ὢν,
Ἐχθροξένοις τε καὶ Θεῶν ἀμνήμοσι,
Ταὐτοῦ κυρήσας ἐκδίκως ἀγρεύματος
Πληγεὶς Θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμη.

Interprete *Grotio*:

Quàm triſtis heu! fortuna, vectorem bonum
Atque innocentem peſſimis jungit viris!
Adeò malorum, ſcilicet, commercio
Nil pejus uſquam eſt! oritur infelix ſeges,
Nam ſceleris arvum nil niſi mortem parit.
Aut juſtus aliquis nave conſcenſâ ſimul,
Cum navitarum perfidùm audaci grege,
Obruitur undis hoſtibus Divûm additus
Aut innocens, ſanctúſque populares habens
Injurios hoſpitibus, immemoris Deûm
Implicitus iiſdem caſſibus venaticis
Unà flagellum patitur ultoris Dei.

Quæ eſt imago piorum Judæorum, unà cum improbis in Babyloniam abductorum, qui non ſuæ ſed alienæ nequitiæ causâ pœnas dare dici poterant. Sed multò aptiùs & elegantiùs etiam intelliguntur hæc Prophetæ de Chriſto, ut modò diximus.

Propter defectiones noſtras] מפשעינו *mippheſchabenou*, ubi מ eſt *propter*, ut paſſim.

Pœnæ, quæ nobis debebantur, ei impoſitæ erant] מוסר שלומינו עליו *mouſar ſchlomenou balau*, caſtigatio repenſionum noſtrarum ſuper eo. Hic שלומים intelligendum cenſuimus haud aliter ac ſi eſſent addita puncta hæc שִׁלּוּמִים ut ſuprà

nes noſtras; adtritus, propter iniqua noſtra facta. Pœnæ, quæ nobis debebantur, ei impoſitæ erant, & per livorem ejus medicina nobis fiebat. 6. Nos omnes inſtar ovis *errantis* vagabamur, quisque ad viam ſuam deflexerat; ſed Jehova fecit, ut in eum pœna iniquitatis omnium noſtrûm incurreret. 7. Vexabatur & adflictus erat, neque os ſuum

bis animorum noſtrorum fiebat. 6. Nos, quotquot ſumus, inſtar ovium ſine paſtore, vagabamur, extra rectam viam; ſed Deus eum adfecit pœnis, quæ omnibus debebantur, cum innocentiſſimus eſſet. 7. Vexabatur, & adfligebatur, nec querebatur, ſed inſtar agni ad tonſuram, tacitus

ſuprà C. XXXIV, 8. *annus* שִׁלּוּמִים *repenſionum*, hoc eſt, pœnarum, quæ rependentur; à ſignificatione Conjugationis *Pihel* verbi שלם, quâ *rependere pœnas* ſonat. Vide & Hoſ. IX, 7. Mich. VII, 3. מוסר enim *caſtigationem* ſive verbis, ſive ictibus fiat, dici notum eſt, cui ſignificatui meliùs convenit cum voce, quæ pœnas itidem ſonat, quàm ei, quæ *pacem*. LXX. tamen παιδεία εἰρήνης, & Vulgatus *caſtigatio pacis*, quamvis ſit vox, hìc in noſtris Codicibus, numero multitudinis, quæ, hoc ſignificatu, nuſquam alibi occurrit. Nam Pſ. LXIX, 23. שלומים dicuntur *pacis obſervantes*, non *pax*, ubi tamen ἀνταπόδομα vertitur à LXX. Intt. Nec ſat commoda videtur loquendi hæc ratio, *caſtigatio pacis*, pro caſtigatione, quâ pax nobis, accedente morum emendatione, paratur; aptè verò dixeris, *caſtigationem nobis rependendam*, vel *qua nobis debebatur*. Poteſt hoc dici, ut monuimus, de piis, qui non tam propter ſua, quàm aliorum peccata, in captivitatem abducti, cum reliqua turba, fuerant; fuerunt enim ſine dubio in tanto populo boni aliquo numero; quibus ſi ſimiles fuiſſent reliqui omnes, aut plerique, Deus, pro ſua clementia, paſſus non eſſet populum in captivitatem abduci; quamvis ceteroqui ſuis etiam nævis, qualibus nemo caret, laborarent. Sed rectiùs atque excellentiùs multò dicuntur hæc de Chriſto, in quo nullus omninò fuit nævus, nulla culpa vel minima, quæ ei eſſet luenda; adeò ut quidquid paſſus fuit, totum id noſtri causâ, non ſuâ, pertulerit.

Per livorem ejus medicina nobis fiebat] בחברתו נרפא לנו behhaburatho nirphah lanou, *in livore ejus curabatur nobis.* Hoc quoque commodiùs multò de Chriſto dicitur, quàm de piis Judæis. Supplicio enim Chriſti, expiata & curata ſunt peccata noſtra, non tralaticio ſenſu, ſed vero. Verùm figuratè dici potuerunt incommoda piorum, quos Deus miſerabatur, effeciſſe, ut à captivitate omnes liberarentur. Sic *ſanare* C. LVIII, 18, 19. eſt, pro eo quod eſt reducere è captivitate, quæ ſub imagine morbi hìc deſcribitur. Sic & *Cicero* dixit de ſe, laboribúsque, quos ſubierat, ut Rempublicam à Catilinaria conſpiratione liberaret: *Ego multa tacui, multa pertuli, multa conceſſi, multa meo quodam dolore, in veſtro timore, ſanavi*, initio IV. Catilinariæ. Non multò antea ſic erat loquutus: *Mihi, ſi hæc conditio Conſulatûs data eſt, ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatúsque perferrem; feram, non ſolùm fortiter, ſed etiam libenter, dum modò meis laboribus vobis populóque Romano dignitas ſalúsque pariatur.* Verba hæc eloquentiſſimi Romanorum ſunt à nobis adlata, ut adpareat, non Hebræis tantùm & aliis Orientalibus populis placuiſſe vehementiores figuras, ſed nec ipſis Romanis ſemper diſplicuiſſe.

6. *Nos omnes inſtar ovis errantis* &c.] כצאן תעינו *chattſon thahinou*, inſtar ovis erravimus. Quod paullò clariùs expreſſimus, quia *errare* ovis Latinè dicitur, etiam quæ intra certa paſcua, ſub paſtorum cura, remanet; hìc verò ſignificatur ovis vaga; quæ egreſſa paſcuorum finibus paſtorum curæ non ampliùs ſubeſt. Vide Ezek. XXXIV, 5. & Matth. IX, 36.

Ad viam ſuam deflexerat] More ſuo, nullâ legum ratione habitâ, vitam agebat.

Fecit, ut in eum pœna &c.] הפגיע בו את עון כלנו *hiphgiah bo eth havon chullanou*, occurrere in illum fecit iniquitatem omnium noſtrûm. *Iniquitas* hìc, ut paſſim, pro ejus pœna ſumitur. Malè LXX. Intt. παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. Meliùs *Symmachus*: καταντῆσαι εἰς αὐτὸν ἀνομίαν πάντων ἡμῶν, & Latinus: *poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum*: ſed obſcurè.

7. *Vexabatur & adflictus erat* &c.] Hæc, ut alia plura, in hoc vaticinio, planè pervertit *Jonathan*, qui habet: *Robuſtos populorum, quaſi agnum ad victimam tradet, & ſicut ovem, quæ tacet, coram tondente ſe, nec erit, qui aperiat os ſuum in conſpectu ejus.* Contraria prorſus habet Propheta, qui ipſum Meſſiam ait hoc paſſurum, ab aliis, non erga alios facturum. Verùm hinc certè liquet, *Jonathanem* ex antiqua traditione locum de Meſſia intelligendum accepiſſe, quamvis ſenſum ejus verborum non adſequeretur.

Agni inſtar ad mactationem &c.] Hæc in Chriſtum ſolum quadrant, non in pios, aut pium ullum Iſraëlitam; qui non potiùs, quàm mali, à Babyloniis occiſi ſunt. Vide Act. VIII, 32.

8. *Per vim & damnationem* &c.] מעצר וממשפט *mehetſer oumimmiſchphat*. Primùm, hìc מ eſt *propter*, ut ſæpiùs, in hoc ipſo vaticinio. Vide vers. 5, 8, 11. Præpoſitionem *per* hìc adhibuimus, ut Synonymam, in hoc verborum ſitu, ſed auribus Latinis gratiorem. Secundò עצר *hetſer* vertimus *vim*, quia verbum עצר eſt *coërcere*, & nomen, hoc eſt, *coërcitio* Prov. XXX, 16. & *vis tyrannica* Pſ. CVII, 39. Tandem vocem משפט *miſchphat*, quæ propriè eſt *judicium*, interpretati ſumus *damnationem*, quam ſæpe ſignificat; quia proximè conſequitur judicium, erga nocentem, ſi ſit juſtus judex; imò etiam erga innocentem, ſi judex ſit iniquus. Vide Pſ. XLVIII, 12. CXIX, 52. & infrà C. LIX, 11. Jerem. XLVIII, 42.

In

Digitized by Google

ſuum aperiebat, ſed agni inſtar ad mactationem ducebatur, inſtar ovis, coram tondentibus obmuteſcebat, neque os ſuum reſerabat. 8. Per vim & damnationem ſublatus eſt (ætatem ejus quis exprimat?) & è terra viventium reſectus, *at* plaga ei *impoſita fuerat*, propter defectionem populi mei. 9. Poſuit *eum Deus* cum ſontibus, *ſed* ſepulturam ejus, poſtquam mortuus eſſet, cum divite; quia nulli injuriam fecerat, nec fraus ulla in ore ejus fuerat. 10. Vo-

citus ad mortem ibat. 8. Vi, & iniquâ damnatione è medio ſublatus eſt (quis poſſit iniquitatem eorum, qui eum damnarunt, exprimere?) nec ampliùs conſpectus eſt in terris, cùm pœnas defectionis popularium ſuorum paſſus eſſet. 9. Deus paſſus eſt eum numero nocentium cenſeri. 10. Vo-

In judicio Pilati de Chriſto, vis illata eſt primùm ipſi Pilato, à quo invito damnationem ejus extorſerunt Judæi, ut ex hiſtoria Evangelica, præſertim ἁρμονικῶς digeſta, ſatis liquet; deinde etiam tyrannorum more à Pilato, quaſi vile caput, licèt innocens, ipſo fatente, conceſſos eſt clamoribus Judæorum & cruce damnatus.

Sublatus eſt] לקח *lukabh*, ſumtus eſt. Quod verbum adhibetur ad deſcribendam rationem, quâ Deus Henochum rebus humanis exemit Gen. V, 24. & poſtea Eliam 2. Reg. II, 9. Itaqoc non de nihilo hac voce uſus eſt Propheta; aut propheticus potiùs Spiritus, quo agebatur, cùm aptiſſimè ἀνάληψις Chriſti eâ ſignificetur. Hoc neque Jeremiæ, neque ulli alii, poſt Eliam contigit, excepto Chriſto, & iis fortè ſanctis viris, qui reſurrexiſſe dicuntur Matth. XXVII, 52. nec videntur reſurrexiſſe, ut iterum morerentur. Itaque hæc neque Jeremiæ, ut perperam voluit *Grotius*, neque pluribus piis Judæis aptari poſſunt, niſi dilutiore ſenſu.

Ætatem ejus quis exprimat] ואת דורו מי ישוחח *veeth doro mi jeſchobheabh*, & ætatem ejus quis dicet? Hæc verba parentheſi elaodenda cenſuimus, quòd nexum orationis interpellent, ut lectio ipſa verborum Prophetæ oſtendit. *Hieronymus* in Comment. ad hæc verba. *Quod dupliciter*, inquit, *intelligitur. Aut enim de divinitate ejus accipiendum eſt, quòd impoſſibile ſit divinæ nativitatis poſſe myſteria* —— *aut de partu Virginis, quòd difficulter poſſit exponi.* LXX. Intt. γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; quod verterat priſca verſio Itala: *generationem ejus quis enarrabit?* quod ſequutus eſt etiam *Hieronymus*. Sed non ſatis adtendit vir doctiſſimus, ſignificationem vocum דור & γενεὰ, quæ numquam ſignificant γένεσιν, *generationem*, aot *nativitatem*, ut nunc loquimur. Hebræi vocant hanc תולדת *tholedeth*, à verbo ילד in *Hiphil*, *genuit*. דור apud Hebræos ſignificat *tempus vitæ humanæ*, & ſuprà C. XXXVIII, 12. vel homines unà viventes, aut tempus, quo homines ſimul vivere, aut certè vivere poſſe cenſentur. Sic & γενεὰ ſumitur, apud Græcos, quamvis ei voci brevioris, aut longioris temporis tribuant poteſtatem Scriptores Veteres. Exempla vocis Hebraïcæ ſuppeditabit *Concord. Buxtorfiana*, ſi opus ſit, aut *Valen. Schindlerus*, vel *Joan. Coccejus*, in Lexieis; ex quibus conſtare poterit id quod diximus. Igitur hìc neque de divina generatione, neque de humana Chriſti ſermo eſt; nec poteſt דורו *doro* aliud eſſe, præter vitam ejus in terris, aut homines æquales, qui tum vivebant, eùm in terris verſaretur. Sunt qui velint reſpici ad homines ejus ævi, & quidem ad eorum nequitiam, quæ nullis verbis deſeribi queat; nec dubium eſt, nequiſſimos fuiſſe ejus ætatis Judæos, quod Chriſtus ipſe in Evangeliis ſatis docet, ubi eam & πονηρὰν & μοιχαλίδα, & ἄπιστον & διεστραμμένην vocitat. Verùm eò reſpici non crediderim, ſed ad ipſam vitam Chriſti in terris, quæ ab initio ad finem ſumma admiratione digna eſt; ſive ipſam Chriſti perſonam ſpectemos, ſeu ea, quæ fecit & dixit in terris, quæ nemo, pro dignitate, laudare poſſit, aot eorum præſtantiam, ſine imminutione, culpâ ingenii res tantas deterentis, deſcribere. *Jonathan*, qui pleraque omnia hìc corrupit, non malè tamen hæc expreſſit: *mirabilia, quæ nobis fient, in diebus ejus, quis poterit narrare?* Atque eò videtur ſpectare Propheta, non æternitatem, quæ numquam voce דור ſolà deſcribitur, nusquam enim Deo דור tribuitur, ſed דור ודור *dor vedor*, aut דור דורים *dor dorim*, quæ ſunt circumloquutiones humanæ æternitatis.

Et è terra viventium reſectus] Hæc ad ſolum Meſſiam pertinent, quæ cùm in Meſſiam Judæorum, hoc eſt, in Regem victorem minimè quadrarent, immutavit prorſus *Jonathan*, qui ſic hunc verſom παραφράζει: *ex infirmitatibus & ultione congregabit captivitatem noſtram; & mirabilia, quæ nobis fient in diebus ejus, quis poterit narrare? Nam auferet dominium populorum è terra Iſraëlis, peccata, quæ peccaverunt populus meus, usque ad eos non pervenient.* De verſione LXX. Intt. vide dicta à nobis ad Act. VIII, 33. in Addit. Hammondianis.

At plaga ei impoſita fuerat, propter defectionem populi mei,] מפשע עמי נגע למו *mippheſchah hammi negab lamo.* Eſt idem ſenſus, ac verſuum 4. & 5. Interpretamur למו quaſi מו ſit hìc ſingularis numeri, & למו perinde ac לו, quod & in aliis locis invenire eſt, ut Gen. IX, 26. ad quem locum vide notata, & *Chriſt. Noldium* ad particulam למו *num.* 2. *Symmachus* & *Theodotion* legerunt etiam למו, & πληθυντικῶς verterunt. Hieronymos *eum.*

9. *Poſuit eum Deus cum ſontibus*] יתן את רשעים *jitthen eth rſchabim*, dedit eum nocentibus; hoc eſt, paſſus eſt cum nocentibus damnari & in crucem tolli, quaſi capitis ſupplicio dignus eſſet. Supplevimus hìc vocem *Deus*, quæ paſſim ſubauditur; neque alius nominativus, quem quidem comminiſcar, ſubaudiri queat. Vide verſſ. 4. & 6, & 10.

Sed ſepulturam ejus] Hic eſt tantùm קברו & ſequitur ואת עשיר במותיו *& cum divite in morte ejus.* Sed qui potuit *ſepeliri cum ſontibus*, ſimúlque eſſe *in morte ſua cum divite?* Qui ſepeliuntur in πολυανδρίῳ, hominum morte damnatorum, non poſſunt mortui eſſe cum divitibus,

10. Voluit Jehova eum conterere, & morbum *ei* immiſit; ut, poſtquàm eum, *ô Deus*, conſtituiſſes victimam, pro delicto, videret poſteritatem, & produceret dies, & voluntas Jehovæ per manum ejus feliciter peragеretur. 11. E labore ſuo, *quem* videbit, ſatiabitur; cognitione ſui multi ſervus meus juſtus ut abſolvantur efficiet, corúmque iniqua facta ipſe bajulabit, *ait Jehova*. 12. Quare faciam, ut dividat *ſpolia* inter multos, & cum fortibus prædam partiatur, quia vitam ſuam ad mortem profudit, & cum defectoribus

10. Voluit Creator eum adfligere, morbúmque ei immiſit; ut poſtquàm ſe obtuliſſet victimam pro peccato, videret ſibi veluti poſteritatem diſcipulorum, viveretque in æternum, & Patris voluntatem exſequeretur. 11. Erit cur, propter laborem ſuum, gaudeat; nam ſervus juſtus efficiet, ut cognitione ipſius multi apud Deum abſolvantur, dum iniqua eorum facta bajulat, *ait Creator*. 12. Quare faciam, ut victor victoriæ fructus inter multos dividat, & quædam cum conſtantibus

tibus, divites enim habent ſua privata ſepulcra. Itaque ſuſpicabar voces קברו & במותיו ſedes inter ſe mutaſſe librariorum incuriâ, & ſcripſiſſe Prophetam: ויתן את רשעים במותיו ואת עשיר בקברו, *& dedit* (eum) *cum ſontibus in morte ejus, & cum divite in ſepulcro ejus.* Quod ex ipſa hiſtoria Chriſti interpretor, qui cùm morte damnatus fuiſſet, & in crucem ſublatus inter nocentes, inter quos etiam eſt mortuus, tamen ſepulcro viri divitis Joſephi Arimathæenſis illatus eſt. Vide Matth. XXVII, 57. *& ſeqq.* Sed, re magis expenſâ, minor vila eſt mutatio, ſi ita interpretarer, קברו ואת עשיר *kibro veeth baſchir*, quaſi eſſet tranſpoſita tantùm copula ו, & legeretur וקברו את עשיר *vekibro eth baſchir*, & ſepulcrum ejus cum divite. LXX. Intt. δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, quæ neque reſpondent Hebraïcis, neque commodam ſententiam fundunt. Sed videntur ficta ab Interprete, qui Meſſiam expectaret, quem latè victorem futurum ſomniabat. *Hieronymus* tamen non meliùs: *& dabit impios pro ſepultura, & divitem pro morte ſua.*

10. *Eum conterere*] Hoc eſt, gravi dolore adficere, דכאו, *daccheo*, eſt *eum comminuere*, quod tralaticio ſignificatu idem eſt, ac apud Græcos κατατρίβειν, & ἐπιτρίβειν, frequens *Ariſtophani*; hoc eſt, perditum ire, malè habere. Quod hìc tantùm de ſupplicii & mortis doloribus & metu antecedente intelligendum, è quibus poſtea, ſumma cum gloria, emerſit Chriſtus.

Morbum ei immiſit] החלי *hebheli*. Hoc unum verbum è Quieſcentibus Tertiâ ה in Chirek, ad formam Quieſcentium Tertiâ א flectitur, ſed tamen per Apocopam tertiæ radicalis, pro החליה *hebhli*. Alioqui deberet eſſe החלה *hebhelah*, ut vers. 12. הערה *hebera*. Sed quis oſtendet talia non eſſe menda Librariorum, ſed Anomalias? Quidquid ſit ejus rei, *morbus* videtur hìc eſſe extremus ille Chriſti ἀγὼν, antequàm caperetur à Judæis. LXX. Intt. mirè verterunt καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. *Hieronymus* verò aptiùs, *conterere eum in infirmitate*, quaſi legiſſet בחלי *bhholi*, languore, vel morbo, nec malè. Hìc ubi libenter videremus, quî alii Græci verterint, deſunt nobis eorum verba; imperitiâ Veterum, qui eos conſuluerunt, & citaverunt in locis claris, in obſcuris verò vix inſpexerunt, ſi modò in LXX. Intt. Verſione ſenſum invenirent, quamvis ab Hebraïcis verbis diſſidentem.

Ut, poſtquàm eum, ô Deus, conſtituiſſes victimam pro delicto] אם תשים אשם נפשו *im thaſchim aſcham naphſcho*, ſi poſueris victimam pro delicto animam ejus. Eſt ſubita perſonæ, κατ' ἀποστροφὴν, mutatio; cùm de Deo, tertiâ perſonâ, in antecedentibus & ſequentibus loquatur, quales mutationes Hagiographis & Prophetis raræ non ſunt. Notiſſimum etiam eſt אשם eſſe *victimam pro delicto*, ex Levit. C. V. ut & נפש *animam* ſumi, pro homine. Voluit ergo Propheta, poſtquàm Meſſias mactatus foret, inſtar victimæ pro peccato, fore ut ingentem poſteritatem ſibi videret; hoc eſt, diſcipulos innumeros in vitam revocatus atque in cœlum ſubvectus per terras omnes proſpiceret; quod & ſequente Capite latiùs diducitur.

Videret poſteritatem] יראה זרע *jireh zerah*, videbit ſemen. LXX. Intt. ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Quæ nimis abeunt ab Hebræis & recto ſenſu carent. Vulgatus: *ſi poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum.* Videntur ante יאריך ימים *producet dies*, ſuppleviſſe אשר *quod*, ſine ratione. Multò rectiùs hæc intelliguntur de Chriſti ipſius vita, in cœlo.

Per manum ejus feliciter perageretur] Chriſti miniſterio homines fierent divinorum præceptorum obſervantes. Hæc verba בידו יצלח *bjado jitſlahh*, per manum ejus proſperabitur, ab iis omiſſa ſunt. Vulgatus: *in manu ejus dirigetur*, non ſatis propriè.

11. *E labore ſuo, quem videbit, ſatiebitur*] מעמל נפשו יראה ישבע *mebamal naphſcho jireh jiſchbab*, è labore animæ ſuæ (*quem*) videbit ſatiabitur. Hìc latet comparatio quædam, in hanc ſententiam: quemadmodum agricola, collectâ copioſâ meſſe, fructu laboris ſui ſatiatur: ſic Meſſias animum ſuum ſucceſſu miro Evangelii, poſtquàm in cœlum adſcenderit, paſcet. LXX. Intt. ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς. Interpretati ſunt יראה *videbit*, quaſi eſſet יאיר *jaïr*, illuſtrabit, incommodè. Latinus: *pro eo, quod laboravit anima ejus, videbit & ſaturabitur.*

Cognitione ſui, multi ſervus meus juſtus ut abſolvantur efficiet] בדעתו יצדיק צדיק עבדי לרבים *bedabtho iatſdik tſaddik babdi larabbim*, cognitione ſui juſtificabit juſtus ſervus meus multis. Hìc adjectivum צדיק præponitur, præter morem, ſubſtantivo עבדי quod fit in hoc adjectivo & nonnullis aliis. Vide *Joan. Buxtorfium* Lib. II. Cap. I. reg. 2. Hoc vult Propheta, Chriſtum effecturum, ut multi Evangelii cognitione; quam, nempe, ſequuntur fides

ribus numeratus eſt, idémque pœnam multorum tulit, & pro defectoribus deprecatus eſt.

Prædicitur vocatio Gentium ad cognitionem Evangelii, & florens earum ſtatus poſt fidem ei habitam.

1. TOLLE clamorem lætum ſterilis, quæ non peperiſti, vociferare atque hinnito tu, quæ non parturiviſti, quia plures erunt liberi relictæ, quàm virum ha- CAPUT LIV.

bus partiatur, quia vitam ſuam ad ſervandos diſcipulos profuderit, dum defectorum numero falſò adſcribitur; & quia multorum pœnas, eorum loco, tulerit, & pro iis deprecatus ſit.

PARAPHRASIS.

1. TOLLE clamores lætos, ô ſterilis, quæ nullos pariebas Deo liberos, eo quòd ſint nunc plures liberi relictæ ſponſæ, quàm ei, quæ virum

fides & obedientia; conſequantur, ut, à Deo impetrent juſtificationem, hoc eſt, ut, abſolutis peccatis, juſtorum numero apud eum habeantur. *Multi* dicuntur, quia non omnes *cognitione* Chriſti utuntur, ut par eſt, ac proinde abſolutionem non impetrant. Incommodè LXX. Intt. καὶ πλάσαι τῇ συνέσει δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς. Meliùs *Hieronymus*: *in ſcientia ſua, juſtificabit ipſe juſtus ſervus meus multos.*

Eorúmque iniqua facta ipſe bajulabit] עונתם הוא יסבל *bavonotham hou jisbol*, quod intelligendum de pœnis, quas ipſe, eorum piacularis victima, quaſi onus feret; quod & antea monuimus, ad vers. 6.

Ait Jehova] Hoc addidimus, quia hæc & ſequentia, non Propheta, ſed Deus dicens inducitur.

12. *Faciam, ut dividat ſpolia inter multos*] אחלק לו ברבים *abhallok lo barabbim*, dividam illis inter plures. His verbis præmia ſignificantur, metaphorâ deſumtâ ab iis, qui bello, aut prælio victores prædam dividunt inter ſe. Sed non ſunt hæc, præter animum dicentis, urgenda; quaſi futuri eſſent, qui ſimilium Chriſto præmiorum participes eſſent futuri. Hoc unum vult Propheta, Jeſum, ob victoriam de erroribus & vitiis relatam, ingentia præmia à Deo relaturum, & cœleſti regno in Eccleſiam ſuam donatum iri.

Vitam ſuam ad mortem profudit] הערה למות נפשו *heherah lammaveth naphſcho*, evacuavit morti animam ſuam. LXX. Intt. παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Debuiſſent ſaltem vertere παρέδωκεν εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, nam verbum eſt activum, ut Vulgatus *tradidit in mortem*. Nemo neſcit *animam* paſſim vitam dici, nec erat, cur auribus Latinis durus Hebraïſmus & quidem notiſſimæ poteſtatis, veluti ſuperſtitiosè ſervaretur, ab Interpretibus, qui paſſim ſummâ licentiâ verterunt, quæ non intelligebant.

Cum defectoribus numeratus eſt] עם פשעים נמנה *bim phoſchehim nimnah*; nempe, cùm accuſatus eſt rebellionis in Cæſarem, & cum latronibus in crucem ſublatus.

Pœnam] עון *havon*, iniquitatem, pro ejus pœna, ut jam diximus. Additur *multorum*, non quòd pro omnibus non tulerit, ſed quòd effectus ejus ſacrificii multis tantùm profuerit, non omnibus; non quòd victimæ quidquam deſit, ſed quòd libertate ſua, in ea rejicienda, abutantur.

Pro defectoribus deprecatus eſt] לפשעים יפגיע *lapphoſchehim japhgiah*, in gratiam defectorum oravit; nempe, Deum. Bene Vulgatus: *pro transgreſſoribus rogavit.* Minùs propriè LXX. Intt. διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. Verbum enim eſt activum, & actionem intercedentis & ſe ſe interponentis inter judicem & reum, ut huic veniam impetret ſignificat, ut vulgò notum. Adi vel *Val. Schindlerum.*

COMMENTARIUS
In CAPUT LIV.

1. *Sterilis, quæ non peperiſti*] עקרה לא ילדה *hakarah lo jaledah*, ſterilis non peperit; hoc eſt, tu, quæ es mulier ſterilis, (*qua*) non peperit. Solent Prophetæ gentes ſub imagine mulieris, κατὰ προσωποποιΐαν deſcribere; quod liquet, præter hunc noſtrum Prophetam, ex Hoſea, Ezekiele & Jeremia. Hìc quoque Eſaïas deſcribit non unam gentem, ſed plures, quas quaſi unam mulierem adloquitur, quia in unum corpus erant coalituræ. Si quæſiveris, quæ ſint illæ, ante omnia liqueat oportet, quæ non ſint. Cùm autem Deus adloquatur mulierem *ſterilem, quæ non pepererat*, ſatis oſtendit, ſe non adloqui Judæam Gentem, quæ Deo filios pepererat, quamvis eo tempore tanto numero non eſſent, poſtquàm Iſraëlitarum decem Tribus in captivitatem erant abductæ. Vocat etiam vers. 6. eam *mulierem relictam & adflictam ſpiritu*; quæ non conveniunt Judææ Genti, quam nondum Deus reliquerat. Addit præterea fuiſſe *uxorem adoleſcentiæ, cùm repudiata eſt*, quod Genti Judææ non contigerat, cùm non rejeciſſet initio, ſed conjugis loco eam etiamnum haberet. Pollicetur etiam fore, ut *brevi tempore deſertam revocaret*, quod nec Judææ convenit, quam nondum repudiarat. Quæ cùm ita ſint,

 neceſſe

habenti, ait Jehova. 2. Dilata locum tentorii tui, & cortinas tabernaculorum tuorum extendant *ſervi tui*; ne *eas* contrahas, longiores fac funes tuos, & paxillos firma. 3. Ad dextram enim & ſiniſtram prorumpes, & poſteritas tua gentes poſſidebit, atque urbes vacuas incolis inſtruet. 4. Ne timeas, nam pudore non adficieris; ne ignominiam metuas, quia non pudefies; pudoris enim adoleſcentiæ tuæ oblivîſceris, nec opprobrii vidui-

virum habuit, ait Creator. 2. Dilata nunc ſpatium tui Tentorii, & cortinas aliorum Tabernaculorum extendant ſervi tui, qui ſibi caveant, ne eas minuant, imò verò majores eas faciant. 3. Nam ad dextram & ad ſiniſtram extendere poteris tua prædia, & poſteri tui gentes ſubigent, ac urbes vacuas novis incolis inſtruent. 4. Ne verò timeas tibi à vicinis, nam numquam te pudore adficient; pudoris enim adoleſcentiæ tuæ oblivîſceris, nec pudoris adoleſcentiæ tuæ memoria renovabitur, nec

neceſſe eſt, à Deo collectionem Gentium aliarum compellari; hoc eſt, Gentes, quibus Deus ſe ſe nondum, ex quo ab ipſo defecerant, patefecerat, & quibus voluntatis ſuæ patefactionem & ſingularem favorem promittit. Potuiſſent quidem hæc clariùs dici, ſed ſatis erat, rem ita exprimi, ut iis temporibus, quibus implenda erat, facilè poſſet intelligi, quod reverâ temporibus Evangelicis contigit.

Scio virum magnum *Hug. Grotium* velle Jeroſolimam compellari, eámque deſertam, hoc eſt, in eo ſtatu, in quo erat; abducto in captivitatem populo. Sed nihil eſt hìc, quod neceſſe ſit ad Jeroſolimam teferri, & multa ſunt, quæ ei non conveniunt, ut oſtendimus, útque magis ac magis ex ſingulorum interpretatione liquebit. Non poteſt dici Jeroſolima *ſterilis, quæ non pepererat*, cùm tot peperiſſet Deo filios, à temporibus uſque Davidis, ad Eſaïæ ætatem. Non eſt *ſterilis*, quæ, cùm antea peperiſſet, abſente viro non parit, qualis Jeroſolima fuit; ſed quæ numquam, aut certè rarò, alii collata, peperit.

Vociferare atque hinnito] פצחי רנה וצהלי *phitshhi rinnah vetſahali*. Verbum פצח *clamorem edere*, & quidem lætum ſignificat Pſ. XCVIII, 4. ſolum, at Cap. XLIX, 13. additâ voculâ רנה *rinnah*, quæ & ipſa per ſe *vociferationem hilarem* ſonat, ferè ſemper. LXX. Intt. ῥῆξον, nempe, φωνὴν, pro quo *Theodotion* habebat, εὐφροσύνην. *Aquila*: κελάδει αἴνεσιν, & *Hieronymus*: *decanta laudem*, quod tamen minùs proprium. *Symmachus*: ἱλάρυνον ἐν ἀγαλλιάσει. Verbum צהל propriè eſt *hinnivit*, dicitúrque de equis, ut Jerem. V, 8. L, 11. Sed transfertur ad clamores lætantium hominum ſup. C. XII, 6. & Eſth. VIII, 15. Unde Græci χρεμέτιζον, exceptis LXX. Intt. qui habent βόησον.

Tu, quæ non parturiviſti] לא חלה *lo hhalah* non perturivit. Subaudi אשר, *quæ*, ut paſſim. Quæ ne parturivit quidem, quamvis nupta aliquot annis, habetur planè ſterilis. Ejusmodi certè non fuit Jeroſolima, ſed Gentium multitudo, è quibus, *vel duo, vel nemo* Deo nati leguntur, hoc eſt, perpauci.

Relictæ] שוממה *ſchomemah*, deſertæ; hoc eſt, quæ ſola vixerat. Talis erat ingens illa Gentilium multitudo, quæ totum orbem impleverat, & in qua, cùm per plura ſæcula nemo veri Dei timens inventus eſſet, plures futuri erant, quàm umquam fuerant apud Judæos, cùm Deus iis adeſſet; quod contigit nunciato Evangelio, atque à Gentibus admiſſo, dum à Judæis pleriſque repudiaretur.

2. *Cortinas tabernaculorum tuorum*] Laxiores, nempe, erant cortinæ, ut contrahi poſſent & dilatari, prout pauciores, aut plures erant tentorio excipiendi.

Extendant] Subaudiendus nominativus, quo ſignificentur ii, quibus mandata erat tendendi cura, hoc eſt, *ſervi*.

Paxillos firma] Hoc eſt, pange in terram altiùs, ut tentos tabernaculi funes retinere poſſint. Quibus verbis incrementum ſignificatur.

3. *Prorumpes*] תפרצי *thiphrotſi*, quod fit, cùm multitudinis causâ, quæ non ampliùs arcto loco contineri poteſt, ad dextram & ſiniſtram novas ſibi ſedes capiunt populi. Vide Gen. XXVIII, 14. XXX, 30. Job. I, 10. Hæc autem promiſſa de multitudine eorum, qui naſcituri erant è *ſterili* hactenus muliere, ſeu quæ perpaucos pepererat. Dei filii, haud paullò meliùs Eccleſiæ Gentilium conveniunt, quàm Judaïcæ. Judæi enim, poſt reditum è Captivitate, creverunt quidem numero, ſed qui nullo modo æquavit multitudinem Chriſtianorum, ſub Imperatoribus Chriſtianis. Imò verò è bellis Judaïcis, ad tempora Chriſtiana, ſemper minutus eſt numerus Judæorum, dum Chriſtianorum augeretur multitudo.

Gentes poſſidebit] גוים יירש *gojim jiraſch*. A tempore Captivitatis nullæ gentes, exceptâ Idumæâ, universè Religionem Judaïcam amplexæ ſunt; cùm totum Imperium Romanum Chriſtianum factum fuerit, & Gentes etiam vicinas, ad ſeptentrionem ſpectantes, ad eamdem Religionem adduxerit.

4. *Pudore non adficieris* &c.] Hoc eſt, numquam deerunt tibi liberi. *Opprobrium* enim ducebant mulieres ſterilitatem, apud Judæos. Vide Gen. XXX, 23. & ſuprà C. IV, 1. tum etiam Luc. I, 25.

Pudoris adoleſcentiæ tuæ] Hoc eſt, ejus temporis, quo cùm, Idololatriâ ſuſceptâ, oblita eſſes Dei veri, filios ei nullos pariebas.

Viduitatis tuæ] Ejus temporis, quo Deus creator, & benefactor tuus, te, Idololatriæ causâ, in æternum rejeciſſe videbatur; ut à viro relinquitur mulier repudiata, quæ inſtar viduæ vivit, niſi alteri viro nubat.

5. *Maritus tuus eſt*] בעליך *bahalajich*, *Dominatores tui*; quod, ſi per Maſſorethas licuiſſet, efferri poterat *bahalajich*. Quæ vox *Dominum* propriè, tum tralaticio ſignificatu *Maritum* ſignificat, quia mulieres viros ſuos *dominos* vocabant. Quæ ſignificatio ad hunc locum ſine dubio pertinet, cùm ſermo ſit de marito & uxore. Attamen, quod mirum, LXX. Intt.

viduitatis tuæ ampliùs recordaberis. 5. Nam maritus tuus eſt is, qui te fecit, *cui* Jehovæ *Deo* exercituum nomen eſt, & vindex tuus Sanctus Iſraëlis, Deus totius terræ vocabitur. 6. Ut enim mulierem relictam & adflictam ſpiritu revocabit te Jehova, & uxorem adoleſcentiæ, cùm repudiata es, ait Deus tuus. 7. Brevi tempore reliqui te; at in miſerationibus magnis colligam te. 8. Non magnâ irâ tibi faciem meam momento

nec opprobrii viduitatis tuæ probrum revocabis. 5. Eſt enim maritus tuus is, qui te creavit, cui Creatori Deo exercituum nomen eſt, & qui eſt vindex tuus Deus ſanctus Iſraëlis & totius Terræ Numen vocabitur. 6. Te enim Deus, quaſi mulierem relictam & adflictam revocabit, & quidem uxorem adoleſcentem, cùm repudiareris, ait Deus & vindex tuus. 7. Brevi tempore te reliqui, quaſi repudiatam, at miſericordiâ permotus te revocabo. 8. Non enim te deſerui, longo tem-

Intt. ὁ κύριός σου, Vulgatus, *Dominatus fui*, & Chaldæus מריך *marich*, quod idem eſt, habent. Deus poteſt dici *maritus* fuiſſe gentium, cùm etiamnum eum colerent; neque enim Idololatria fuit gentibus æqualis, quamvis antiquiſſima fuerit. Non videntur certè filii aut nepotes Noachi veri Dei cultum ſimul ac ſemel abjeciſſe, ſed eorum poſteri. Tempore Abrahami fuit Melchiſedekus Dei veri Sacerdos, in urbe, in qua ſine dubio colebatur.

Qui te fecit] עשיך *boſchajich*, factores tui; de quo loquendi genere vide not. ad Job. XXXV, 10. LXX. Intt. hìc ὁ ποιῶν σε & Vulg. *qui fecit te*, Jonathan, דעבדיך *debebdich*, quod idem eſt. Vir tamen doctus *Seb. Schmidius*, in hunc locum, contendit, hunc pluralem numerum perperam eludi à Judæis, cùm profertur ad probandam S. Trinitatem, quaſi ſic ex ingenio Linguæ & honoris gratiâ fiat, cùm tamen illud Linguæ ingenium, extra locos, ubi de Deo ſermo, probare nequeant. Sed fallitur, cùm אדנים *adonim*, domini, dicatur etiam unus vir Gen. XXIV, 9. XL, 1. XLII, 30. 1. Reg. XVII, 24. Vide *Joan. Buxtorfii* Theſ. Grammat. Lib. II. c. 2. & 9.

Vindex tuus] גאלך *goalech*, qui te ſibi, quaſi ſuam, vindicabit. LXX. Intt. ὁ ῥυσάμενός σε, & Vulg. *redemtor tuus*. Non eſt hæc propria vis verbi גואל *goel*, ut etiam *Joan. Coccejus* in Lexico oſtendit.

Deus totius terræ vocabitur] Eſt quidem rerum omnium creator, perpetuo atque immutabili jure, Deus, ſeu Dominus, creaturum ſuarum; ſed cæcitate earum fit, ut non ſemper jus illud æternum agnoſcant, ſed in commentitios Deos, ſtultâ opinione, transferant. Hìc verò Propheta pollicetur, non Judæis, ſed Chriſtianis è Gentilibus, fore ut per omnes terras agnoſcatur Creatoris unius ſola divinitas. Judæi certè rem ad ſe pertinere negant, niſi ſimul Lex ritualis admittatur, imò niſi Chriſtianæ Religioni nuncius remittatur; quod neque factum eſt antehac, neque umquam fiet. Quare hæc Judæos non ſpectant. Quorum ſi quis Proſelytos paucos memoret, is nihil dicet, quod ſit ullo modo Chriſtianorum multitudini comparandum. Itaque *vindex* eorum, quos adloquitur Eſaïas, idémque *Sanctus Iſraëlis*, non Judæorum, ſed Chriſtianorum causâ, *totius terræ Deus* vocandus fuit, & re ipsâ vocatus eſt.

6. *Ut enim mulierem* &c.] Collectio Gentilium hìc deſcribitur imagine *mulieris relictæ & adflictæ*, quia à multis ſæculis Deus Ethnicos permiſerat ſuæ ipſorum ignorantiæ & nequitiæ, nec Prophetas ad eos miſerat, ut ad Judæos; quamobrem ea mulier myſtica nullos Deo filios pepererat.

Uxorem adoleſcentiæ] *Adoleſcentiarum*. Initio enim Deus curam ejus geſſerat, cùm eum coleret, nec dum commenticiorum Deorum cultu, quaſi adulterio, ab eo receſſiſſet. Non poteſt dici Gens Judaïca, quaſi Dei ſponſa, in adoleſcentia repudiata; quia licèt multa deliquerit, eam tamen Deus non repudiavit, niſi tempore Captivitatis Babylonicæ, quo ævo dici non poterat אשת נעורים *uxor adoleſcentiæ*. Hoc enim loquendi genere ſignificatur quidem propriè uxor, quam adoleſcens adoleſcentem duxit; verùm hoc in negotio *adoleſcentia* non refertur, niſi ad homines, vel ad gentem, quam ſibi Deus copulavit.

Cùm repudiata es] כי תמאס *chi thimmaës*, ubi, כי eſt *quando*, ut ſæpe aliàs.

7. *Brevi tempore* &c.] ברגע קטן *bregab katon*, momento parvo. Id tempus *parvum* aut *breve* dicitur, non ratione numerandi, quæ apud homines brevis ævi obtinet; ſed more Dei, apud quem *mille anni ſunt inſtar heſterni diei, poſtquàm tranſiit, aut inſtar vigiliæ nocturnæ*, Pſ. XC, 4. cum quo confer 2 Pet. III, 8, 9.

At in miſerationibus magnis colligam te] Videri queant hæc, & quæ in hoc verſu antecedunt, dici poſſe de ſponſa Dei Judaïca, ut ſic loquar; quam deſeruiſſet Deus in Babyloniam abducendam. Sed reliqua repugnant, oſtendúntque hæc intelligenda de æterna Dei erga Eccleſiam Chriſtianam miſericordia, quâ fiet, ut numquam ab eo rejiciatur; quod non contigit ſponſæ Judaïcæ, quæ à capta & deleta Romanorum armis Jeroſolima, planè rejecta eſt ac repudiata; nec poteſt Dei favorem ſibi recuperare, niſi fœderis antiquati oblita ad novum cum Eccleſia Chriſtiana factum confugiat. *Colligi* autem dicitur Eccleſia Chriſtiana, quòd ex variis Gentibus in unum corpus coaleſcat.

8. *Non magnâ irâ*] בשצף קצף *bſchetſeph ketſeph*. LXX. Intt. ἐν θυμῷ μικρῷ. Vulgatus: *in momento indignationis*. Vocula שצף *ſchetſeph* hìc tantùm occurrit, nec radicem, nec adfinem ullam vocem in Lingua Hebraica, aut aliis Orientalibus habet. Sed Interpretes ex antecedentibus collegerunt idem eſſe ac רגע קטן *momentum parvum*, quod præceſſit & ברגע quod rurſus ſequitur, ac proinde voce שצף *ſchetſeph* parvum quiddam ſignificari.

mento *quidem temporis* occului, benignitate verò perpetuâ tui miſertus ſum, inquit vindex tuus Jehova. 9. Nam mihi hoc eſt *inſtar* diluvii Noachi, cui juravi non fore, ut ampliùs aquæ per terram exundarent: ſic & tibi juravi, me *in perpetuum* tibi non indignaturum, aut te increpiturum. 10. Montes enim movebuntur, & colles nutabunt, at benignitas mea à te non recedet, nec fœdus pacis meæ mutabitur, ait Jehova, quem tui miſeret.

11. O

tempore, quamvis indignationem meam provocaſſes; contra benignitatem perpetuam tibi teſtatus ſum ego Vindex tuus, idemque Creator. 9. Nam me geſſi in hoc negotio, ut tempore Diluvii Noachi, feci, cùm promiſſione, addito jorejorando: numquam terræ diluvio perdendæ. 10. Sic etiam juravi fore, ut montes priùs locis ſuis moverentur, quàm me in perpetuum tibi indignaturum.

11. O

Faciem meam occului] Hoc eſt, favorem meum à te ſubſtraxi; quod qui faciunt nolunt, ſe ab iis, quibus iraſcuntur, propiùs conſpici. Sæpe in Pſalmis occurrit. Vide Pſ. XIII, 2, XXVII, 9. XXX, 8. &c. Non poſſunt objicere hic Judæi Gentilibus *parvâ irâ*, atque *momento temporis* occultam fuiſſe faciem Dei; cùm per plura ſæcula, ex ipſorum Chriſtianorum ſententia, Deus eorum Majores in tenebris ignorantiæ jacere paſſus ſit; cùm & ipſi à ſexdecim ſæculis omni cultu publico Religionis ſuæ caruerint, atque in veræ Religionis ignorantia & ipſi torpuerint, ut putant Chriſtiani & quidem jure. Bene hic *Hieronymus*: *ſi ergo*, inquit, *Judæi & noſtri Judaïzantes* (Nazaræi fortè) *dicunt Iſraël ad modicum derelictum, ut, in adventu Chriſti, ejus miſereatur Deus*: & modicum *interpretantur, ad comparationem totius æternitatis; cur & nobis non concedunt* modicum *dicere tempus, quo Gentes ſunt derelictæ, ut abjectæ in medio, quæ in adoleſcentia ſua Dei fuerant, poſtea in ſenectute æternam miſericordiam conſequantur?*

9. *Hoc eſt, inſtar diluvii Noachi*] כי מי נח זאת לי *chi me Noahh zoth li*, quia aquæ Noachi hoc mihi; hoc eſt, ita me hic geram, ut me geſſi, ad diluvium Noachi quod adtinet. LXX. Intt. ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπὶ Νῶε τοῦτό μοι ἐστι, quaſi legiſſent ממי *mimme*, ab aquis. *Symmachus*: ὡς αἱ ἡμέραι Νῶε. *Theodotion*: κατὰ τὰς ἡμέρας Νῶε. *Hieronymus*: *ſicut in diebus Noë*; quaſi legiſſent בימי נח *bime Noahh*, in diebus Noachi, quibus verbis Latinus præmiſit ſupplementum particulæ *ſicut*, quæ ſubaudiri debet & paſſim ſubauditur ab Hebræis.

Cui juravi non fore &c.] *Cui juravi à tranſeundo aquas Noachi ſupra terram*; מעבור *meabor*, à tranſeundo, perinde eſt ac כי לא יעברו *chi lo jababerou*, non tranſituras. Frequens eſt vis negandi in particula מן. Cùm Deus addit promiſſioni jusjurandum, ſignificat eam numquam à ſe revocatum iri, cùm à nulla conditione pendeat. Non additur tamen diſertum jusjurandum promiſſioni de terra numquam mergenda Gen. VIII, 21, 22. & IX, 8. *& ſeqq.* Sed res ita diſertè exprimitur, itáque adfirmatur, ac repetitur, ſine ulla conditione, ut ea promiſſio firmior eſſe, jurejurando addito, non poſſet.

In perpetuum] Hoc addimus ex antecedentibus, ubi Deus *benignitatem perpetuam* pollicetur Gentilibus; unde intelligere licet, Deum quidem interdum Chriſtianorum vitiis infenſum graves de iis, prout ei videbitur, & æquum erit, pœnas ſumturum; ſed non eas, quibus cultus religioſus Chriſtianorum exſtinguatur. Quo modo Deum ſe reverâ geſſiſſe erga Chriſtianos, non tantùm ex Hiſtoriarum monumentis, ſed & noſtrâ ipſorum experientiâ novimus.

10. *Montes enim movebuntur* &c.] Hoc eſt, res numquam fiet, quia montes moveri & colles nutare res rara eſt. Perinde eſt, ac ſi diceret: facilius eſt montes & colles è ſuis locis aliò transferri, quàm favorem, quo Chriſtianum nomen proſequor, mutari. Eſt formula proverbialis, quæ ad vivum non eſt reſecanda.

Fœdus pacis meæ] Hoc eſt, fœdus, quo tibi pacem meam promiſi. *Fœdus* eſt hic Dei promiſſum, ſine ulla tamen conditione, ut in Hiſtoria Diluvii Gen. IX, 9. ubi vide à nobis notata. *Pax* verò eſt favor Dei ſe placatum Chriſtianis præbentis,

11. *O adflicta & turbine jactata*] עניה סערה *hunijah ſobarah*. LXX. Intt. non malè ταπεινὴ καὶ ἀκατάστατος. Hieronymus: *perculſa & tempeſtate convulſa*. Hæc pertinent ad Eccleſiam Chriſtianam vexationibus Ethnicorum, per tria prima ſæcula, malè habitam, & quam nemo extrinſecus ſolabatur; Judæíque, non minùs quàm Ethnici, odio habebant.

Collocabo in Gemma lapides tuos] מרביץ בפוך אבניך *marbits bapphouch abanajich*. Hoc unum certò videmur adfirmare poſſe, id quod פוך hic vocatur eſſe gemmam quampiam; quam ait Deus, fundamenti loco, ſe ſe lapidibus ejus murorum ſubjecturum, ſed quid ſit nemo dixerit. Vide ad 1. Ephem. XXIX, 2. Hic *Aquila* & *Symmachus* verterant, ἐν στίμμει & *Theodotion* στιμμῇ, hoc eſt, *in ſtibio*; quod *antimonium* dici ſolet, & quod reverâ interdum פוך dicitur, ut 1, Reg. IX, 30. Sed nihil huc facit, quid enim antimonium ad lapides? Crediderim eò reſpicere Eſaïam, quò reſpexit Joannes Apoc. XXI, 19. ubi cœleſtis Jeroſolimæ muros pro fundamentis pretioſos lapillos habentes deſcribit; quibus verbis pingitur ſtatus melior Eccleſiæ hic in terris, aut in beatitatis æternæ ſedibus.

Sapphiris] Hic eſt, ספיר *ſapphir*, quod nomen retinuerunt Græci.

12. *Ponam tibi cryſtallinas feneſtras tuas*] שמתי כדכד שמשותיך *ſchamthi chadchod ſchimſchothajich*. *Grotius* eos probat, qui vertunt: *ſpecularia tua ex cryſtallo faciam*, putátque *ſpecularia*

11. O adflicta, & turbine jactata, nec conſolationem nacta, en ego collocabo in gemma lapides tuos, fundabo te in ſapphiris, 12. ponam tibi cryſtallinas feneſtras tuas, & portas tuas è carbunculis, & omnes fines tuos lapidibus pretioſis *implebo*. 13. Omnes filii tui edocti erunt a Jehova, iisque pax multa erit. 14. Juſtitiâ firmaberis, longè aberis ab oppreſſione, nam non timebis; & *procul* à pavore, neque enim ad te accedet. 15. Commorabuntur *quidam tecum*, ſed non à me; quisquis commorabitur tecum, tibi

11. O adflicta gens, nec ullam conſolationem nacta, ego in fundamentis tuis ſapphiros ponam; 12. faciam, ut feneſtræ tuæ conſtent cryſtallo, & portæ carbunculis, & omnes fines tuos lapidibus pretioſis implebo. 13. Omnes filii tui edocebuntur à me, atque alta pace fruentur. 14. Juſtitiâ firmaberis, longè ab omni oppreſſione aberis, neque enim ullo pavore turbaberis. 15. Commorabuntur quidem mali tecum, ſed non juſſu meo; quisquis tibi contrarius erit, tecum cadet. 16. Crea-

cularia שמשות *ſchimſchoth* diei à ſole, ſeu שמש *ſchemeſch*; quia, ut ait *Martialis*:

> —— *ſpecularia puros*
> *Admittunt ſoles & ſine fece diem.*

Malui *feneſtras*, per quas ſol admittitur in conclavia, quia *ſpecularia* dicebantur laminæ aut tabulæ è lapide pellucido, inſtar *ſpeculorum* expolitæ, non quòd ſolem admitterent, eáque ævo demum *Senecæ* inventa, ut intelligere eſt ex ejus Epiſtola XC. *Solarium* dicitur Latinè ſpatium apricum in ædibus, vel ſupra ædes, in quod ſolem excipere ſolebant, & in quo ambulabant. Simili de cauſa fortè Hebræi שמשות *feneſtras* vocarunt. כדכד *chadchod* quid ſit etiam parum notum eſt. LXX. Intt. & Vulgatus *Jaſpidem* vertunt. Habent enim illi θήσω τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν, hic verò: *ponam Jaſpidem propugnacula tua. Symmachus* καρχηδόνιος, credo ex ſono vocis, pro χαλκηδόνιος, *calchedonius*, lapillus notus.

E carbunculis] לאבני אקדח *leabne ekdahh.* LXX. Intt. λίθους κρυστάλλου, *Aquila:* λίθους τρυπανισμοῦ, *Symmachus:* λίθους γλυφῆς, & Vulgatus: *lapides ſculptos. Theodotion* γλυφῆς. Recentiores *carbunculum*, aut *Pyropum*, quia קדח *kadahh* eſt *ardere.*

Lapidibus pretioſis] לאבני חפץ *leabne hhephets*, lapidibus voluntatis, aut quos quivis libenter habuerit, hoc eſt, pretioſis. Addidi *implebo*, quia aliter Latinè res exprimi non poterat.

13. *Edocti à Jehova*] למודי יהוה *limoude Jehovah.* Interpretatur *Grotius* edoctos à Prophetis, Daniele, Haggæo, Zacharia, Malachia. Sed Judæi ſemper à Prophetis fuerant edocti. Hæc pertinent ad Ethnicos, quibus antea non fuerat hoc conceſſum, ut divina audirent præcepta, cùm nonniſi commenta audiſſent. Vide & Jerem. XXXI, 34. & confer cum Joan. VI, 46.

Pax multa] Res ſecundæ, ut paſſim.

14. *Juſtitiâ firmaberis*] Juſta erunt, apud te, judicia, quibus unicuique ſuum tribuetur; quæ ſunt maxima Rerum Publicarum firmamenta. Sic *Juſtitiâ ſolium Regis firmari* dicitur Prov. XXV, 3. Cùm liquidum ſit, injuſtitiâ præſertim judiciorum publicorum, tum etiam privatorum, everti Rempublicam: miror, cur ad alia juſtitiæ genera confugiunt nonnulli Interpretes. Nulla eſt ſocietas, quæ ſine juſtitia ſtare poſſit; nec quisquam, qui Deo, ſine ea virtute, placere queat. Sunt hæc principia non minùs Religionis Chriſtianæ, quàm veræ Politices; quæ, controverſiarum neſcio quarum cauſâ, convelli fas non erat.

Longè eris] רחקי *rahhaki*, procul eſto. Sed eſt Imperativus pro futuro, cùm ſint hîc promiſſiones, non præcepta. Plura ſuppeditabit exempla *Sal. Glaſſius* Phil. Sacræ Lib. III Tr. 3. Can. XLIII.

Nam non timebis] Nemo erit, qui te terreat, nec proinde, qui te opprimere poſſit.

15. *Commorabuntur quidam tecum*] הן גור יגור *hen gor jagour*, en commorando commorabitur; ſupplevimus *quidam tecum*, re ipſâ flagitante, ut & ſequentia oſtendunt. LXX. Intt. προσήλυτοι προσελεύσονταί σοι. Vulgatus: *accola veniet.* Maluimus verborum propriam ſignificationem ſequi, quamvis reverâ ſermo ſit de iis, qui à Græcè loquentibus Judæis poſtea dicti ſunt προσήλυτοι, *advenæ*; hoc eſt, homines, qui, nuncio Idololatriæ remiſſo, nomen veræ Religioni dabant, ſéque Iſraëlitis adgregabant.

Sed non à me] אפס מאותי *ephes meothi* non à me. Planè contra ſenſum verborum LXX. Intt. δι' ἐμοῦ omiſſâ negatione. Non multò feliciùs Latinus: *qui non erat mecum*, niſi legerit מאתי *meitthi*. *Hieronymus* ſic habet ad hunc locum: *Et hæc Judæi putant ad Jeruſalem dici, quòd multi de Gentibus Proſelyti ſint futuri & Legem Moyſi, cærimoniáſque ſuſcipiant. Quod nos, juxta cœptam interpretationem, ad Eccleſiam referimus, quæ per Apoſtolos ex utroque populo congregata eſt.* Sed non dicit quinam ſint hi, de quibus Eſaïas. *Grotius*, qui de Jeroſolima quoque agi putat, hos interpretatur Samaritas, qui Judæi haberi voluerunt, ſed non ſunt umquam in Iſraëlis coetum admiſſi. Cùm verò adloquatur Deus Eccleſiam Chriſtianam, ut pluribus ad antecedentia oſtendimus, intelligimus primi & ſecundi ſæculi Hæreticos Gnoſticos, Valentinianos, alióſque ſimiles, qui *commorati* quidem ſunt initio, apud Chriſtianos, ſed poſtea ab iis defecerunt; quia non commorabantur *à Deo*, hoc eſt, amore Veritatis & Virtutis, ſeu Deo placendi ſtudio; ſed ut regnarent apud Chriſtianos, omnísque generis abſurda dogmata Religioni miſcerent, & vitiis totos ſe dederent; quod in Hiſtoria eorum ſæculorum Eccleſiaſtica multis oſtendimus.

Tibi adverſus] *Contra tè*, עליך *halajich.* Qui adverſabitur dogmatibus & moribus Chriſtianorum. Eſt Hebraïcè: מי גר אתך עליך *mi gar*

tibi adverſus, cadet. 16. Creavi ego fabrum flatu prunas in igne excitantem, & inſtrumentum operi *conficiendo* proferentem. Ego *etiam* creavi corruptorem ad *id* perdendum. 17. Nullum inſtrumentum, contra te formatum, proſperè cedet. Omnem linguam, quæ contra te ſtabit in judicio, ream perages. Hæc eſt poſſeſſio ſervorum Jehovæ, eorúmque innocentia à me eſt, ait Jehova.

Adhortatio ad aures divinæ revelationi præbendas, & confugiendum ad Deum, propter certas ejus promiſſiones; interpoſitis nonnullis de Meſſia, déque Gentium vocatione.

Caput LV. 1. HEUS vos omnes ſitientes ite ad aquam; etiam *vos*, quibus nulla eſt pecunia, ite, emite, & comedite; ite & comparate, ſine pecunia, & ſine pretio, vinum

16. Creavi ego quidem fabrum flatu prunas in igne excitantem, & inſtrumenta, ad opus ſuum conficiendum, proferentem. Sed etiam creavi eum, qui id corrumpit. 17. Nullum autem inſtrumentum contra te paratum tibi nocere poterit. Omnem linguam, quæ te adgredietur in judicio, ream perages. Hæc ſunt, quæ ſunt penes ſervos Creatoris, quorum innocentiam tuetur; quia ab eo eſt & virtutis eorum fautor, ut ipſe teſtatur.

PARAPHRASIS.

1. HEUS vos omnes, qui ſiti eruditionis ardetis, ite, & vobis eam comparate ſine pecunia, & vinum & lac ejus ſine pretio. 2. Qua-

gar ittbach balajich, quiſquis morabitur tecum contra te. LXX. verterunt καὶ ἐπὶ σὲ καταφεύξονται omiſſâ voce יפל *cadet*; quod contraria eſſet ſenſui, quem huic loco tribuebant, de augmento Judææ Religioni addictorum, de quo ſermo non eſt. Vulgatus non meliùs: *advena quondam tuus adjungetur tibi.*

Cadet] Excidet ſuis conſiliis & cum prava ſua ſecta tandem exſtinguetur. Quod contigit Gnoſticis & Valentinianis, aliiſque ejuſmodi Pſeudochriſtianis, de quibus *Joannes* 1. Ep. II, 19. verbis non omnino diſſimilibus hiſce Eſaïæ: *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis; nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum; ſed ut manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis.*

16. *Creavi ego fabrum* &c.] Eſt hîc aliquid] παροιμιῶδες, quod eò ſpectat, ut intelligamus & bonos, qui ædificandæ Eccleſiæ operam dant, & malos, qui eam evertere conantur, à Deo æquè creatos, ac proinde ejus potentiæ ſubjectos eſſe utroſque. Corrupere hanc egregiam ſententiam LXX. Intt. qui habent: ἔκτισά σε οὐχ ὡς χαλκεὺς φυσῶν ἄνθρακας, καὶ ἐκφέρων σκεῦος εἰς ἔργον· ἐγὼ δὲ ἔκτισά σε, οὐκ εἰς ἀπώλειαν φθεῖραι. Meliùs *Hieronymus*, cujus hæc ſunt verba: *creavi fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum, & ego creavi interfectorem ad diſperdendum,*

Ad id perdendum] Non quaſi Dei conſilium hoc fuerit, ut perderetur opus à ſe creatum; ſed quia improbus ita ſe gerit, quaſi eſſet creatus ad Veritatem, Virtutémque exſtinguendas. Ἐκβατικῶς hæc ergo ſunt intelligenda, ut multa alia; Deus enim à ſemet ipſe diſſentire non poteſt.

17. *Nullum inſtrumentum* &c.] Nulla ars contraria Veritati ac Virtuti eas omnino perdere poterit, apud Chriſtianos.

Quæ contra te ſtabit in judicio] תקום אתך למשפט *thakoum itthac lammiſchphat* (ſupple, אשר *quæ*) ſtabit tecum ad judicium: hoc eſt, hominem, qui dogmata tua falſitatis arguere adgredietur, aut te etiam ſcelerum inſimulare.

Reum perages] תרשיעי *tharſchihi*, damnabis, ſeu facies, ut damnetur. LXX. Intt. hoc quidem viderunt, ſed parum feliciter expreſſerunt: πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις· οἱ δὲ ἔνοχοί σου ἔσονται ἐν αὐτῇ. Vulgatus incommodè: *judicabis*, quod eſt judicis, non litigantium, nec Hebraïcâ voce ſignificatur.

Eorúmque innocentia à me eſt] צדקתם מאתי *tſidkatham meitthi*, juſtitia eorum à me, ſed *juſtitia*, oppoſita calumniæ, *innocentia* Latinè dicitur, & צדיק *juſtus*, quando accuſatur *innocens* vocatur. *Innocentia* autem *à Deo* eſſe dicitur hîc, quòd Dei providentiâ tandem innoteſcat. Incommodè LXX. ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι δίκαιοι, λέγει Κύριος, nec multò meliùs Latinus: *juſtitia eorum apud me, ait Dominus*, מאתי eſt *à me* non *mihi*, aut *apud me*.

COMMENTARIUS
In Caput LV.

1. V*Os omnes ſitientes*] Satis liquet hæc eſſe figuratè dicta, *aquam*, *lac* & *vinum* eſſe veritatem ad veri Dei cognitionem, cultúmque pertinentem; *ſitim* verò ejus veritatis cognoſcendæ cupiditatem, eámque minimè fucatam.

Quibus nulla eſt pecunia] Reſpicit, ut videtur, ad mores Græcorum, quo populo maxima turba Chriſtianorum initio conſtabat, qui Sophiſtis liberos, aut ſe ipſos inſtituendos tradebant, magnâ promiſſâ pecuniâ; ut ſe aut ſuos eloquentiam docerent, vel Philoſophis

num & lac. 2. Quare adpenditis argentum, pro eo, quod non eſt panis, & la-
borem veſtrum *impenditis*, pro eo, quod non *prodeſt* ad ſatiandum; me audite, res bo-
nas comedite, & adpetentia veſtra pinguedine delectabitur. 3. Inclinate aurem veſtram,
venite ad me, audite & vivetis; feriam vobiſcum fœdus perpetuum, *exercebóque in vos*
conſtantem beneficentiam Davidis. 4. Eo teſtem eum dedi populis, ducem & præ-
ceptorem gentium. 5. Gentem, quam non noras, vocabis, & gens, cui ignotus eras, ad
te adcurret, propter Jehovam Deum tuum; atque ad Sanctum Iſraëlis, quia te exor-
navit.
6. Quærite Deum, dum invenitur; eum invocate, dum prope adeſt. 7. Relinquat
nocens viam ſuam, & vir iniquus molitiones ſuas, redeántque ad Jehovam, qui eorum
miſere-

2. Quare adpenditis argentum, pro eo, quod non alit animum, & laborem impenditis, ad comparandum id, quod nihil prodeſt ad ſatietatem. Me potiùs audite, res bonas & adpetentia veſtra pinguedine delectabitur. 3. Me audite, venite ad me, & vivetis Feriam vobiſcum fœdus perpetuum, atque ſentietis à me conſtantem beneficentiam, quam ſenſit à me David. 4. Eum dediſti teſtem beneficiorum meorum erga populos, ducémque virtutis & magiſtrum gentium. 5. Gentem, quam non noveras, ad te quaſi amicam vocabis; & gens cui ignotus eras, ad tibi auxilium ferendum, eáque viciſſim, cui eras ignota, ad te adcurret, propter Creatorem, Deum Iſraelis, quia te exornavit.

6. Confugite ad Deum, dum licet eum faventem experiri, & affectum erga vos, quemadmodum eſt. 7. Hominibus nocentibus atque iniquis tempus

loſophis, ut ab eis Philoſophiam acciperent. Quod ſatis notum eſt iis, qui vel unum *Platonem* evolverunt; qui & inanem eorum garrulitatem, & avaritiam in multis Dialogis notavit. Sed omnia ferè, quæ ad ejusmodi homines probè cognoſcendos faciunt, collegit *Lud. Creſollius* in Theatro Rhetorum & avaritiam quidem in propatulo poſuit, Lib. V. c. 3, 4, 5, 6. Ad ejusmodi ergo homines reſpicere videtur Propheta, Græcósque ab iis avocare, ut ſe docendos tradant Eccleſiæ Chriſtianæ doctoribus, qui nullam eam in rem pecuniam, à diſcere cupientibus exigebant. Adloqui hìc Eſaïam Graecos, non magis mirum eſt, quàm *inſulas* ab eo compellari Cap. XLIX, 1. cùm inſulae ſint Graeci. Vide ad eum locum, & ad XLII, 4.

Emite & comedite] Adtentione ſolâ veritatem vobis comparate, eámque in ſuccum & ſanguinem convertite. Apud Græcos & Latinos etiam in uſu fuit *alere* & *paſcere animum* pro eo, quod eſt eum erudire. Vide & Heb. V, 13, 14.

Vinum & lac] *Aqua*, *vinum* & *lac* idem ſignificant, nempe, eruditionem veram; nec debent nimis argutis diſtinctiunculis diſcriminari.

2 *Pro eo, quod non eſt panis*] Pro eo, quod animum verâ & utili cognitione non alit, eſt Rhetoricae, & Philoſophiae inanis peritia.

Impendentis] Hoc addidimus, quia Latinè *adpendere* laborem, ut pecuniam, non dicunt. Vide ad verſ. 3.

Quod non prodeſt ad ſatiandum] בלא לשבעה *blo lſchobbah*, quod non ad ſatietatem; quod animo non ſatisfacit, ita ut in eo adquieſcere poſſit, nec quidquam præterea quærere neceſſe habeat. Talis fuit immenſa illa rhetorica & philoſophica farrago, quæ animo Veri ſtudioſo ſatisfacere non potuit, ſed garrulitati verba ſuppetitavit.

Res bonas comedite] אכלו טוב *icchelou tob*, comedite bonum, hoc eſt, animum veſtrum paſcite verâ & utili cognitione.

Adpetentia veſtra pinguedine delectabitur] ותתענג בדשן נפשכם *vethithhaggeg baddeſchen napoſchechem*, & delectabit ſe pinguedine anima veſtra; hoc eſt, ſatisfiet verâ & profuturâ doctinâ cupiditati veſtræ ſciendi: ut ſtomachi adpetentia ſatiatur pingui carne. Nam נפש, ut ſæpe in hiſce Commentariis obſervavimus, non animam tantùm ſed & adpetentiam, ſeu ὄρεξιν ſignificat. Vide ad Num. XI, 6.

3. *Et vivetis*] Veram animi vitam conſequemini, quæ ſita eſt in veræ Religionis certa cognitione, quam ſequuntur mores cognitioni conſentanei.

Conſtantem beneficentiam Davidis] חסדי דוד הנאמנים *hhaſde David neemanim*, beneficentias Davidis fideles, vel conſtantes. *Beneficia Davidis* ſunt beneficia in Davidem collata; hoc eſt, veræ Religionis perpetuus cultus, mores ei conſentanei; aut certè, ſi quid in eam peccetur, celer & vera reſipiſcentia, ac Dei protectio, per totam vitam. Addidimus *exercebo in vos*, quia non poterat Latinè dici: *feriam vobiſcum beneficentiam*. Sic ſæpe verbum unum duobus, aut pluribus, apud Hebræos, nominibus inſervit, quorum tamen uni propriè convenit: Vide ad vers. 2. Volunt Davidem hìc eſſe unum è poſteris Davidis; Meſſiam, nempe, quæ eſt ſententia ipſorum Judæorum. Sed res parum probabilis videtur & citatio hujus loci Act. XIII, 34. contrarium ſuadet, ſi probè expendatur.

4. *Teſtem eum dedi*] Feci ut omnibus beneficentiam meam, exemplo ſuo teſtatam facere poſſet.

Ducem & præceptorem] Qui in Virtute omnibus præiret exemplo ſuo, & quid faciendum fideliter moneret; quod in Pſalmis ſuis præſtitit, ubi ſunt innumera pietatis non fucatæ indicia ac præcepta. *Grotius*, ſuo inſtituto, hæc aptat Jeremiæ, cui parum conveniunt.

5. *Gentem, quam non noras* &c.] Ad vos vocabitis; quaſi ejusdem Reipublicæ ſpiritualis cives, populos, quos non noveratis, iique

Digitized by Google

miſerebitur, atque ad Deum noſtrum, nam multa remittet. [8]. Non ſunt enim cogitationes meæ veſtræ cogitationes, nec viæ veſtræ viæ meæ, ait Jehova; [9]. quanto enim ſunt altiores cœli, tanto ſublimiores meæ viæ, quam veſtræ, & cogitationes meæ, quàm veſtræ. [10]. Quemadmodum enim deſcendunt imber & nix è cœlo, nec eò revertuntur, ſed rigant terram, eam fœcundant, germinàque ut emittat faciunt, & dant ſementem ſerenti, ac panem comedenti: [11]. ſic erit verbum meum quod ex ore meo prodibit

tempus concedit redeundi ad ſaniorem mentem, propter quam multa remittit. 8. Non ſunt enim, inquit, conſilia mea ſimilia veſtris, nec vos geritis, ut ego me gero: 9. nam quanto altiores cœli ſunt terra, quam pedibus calcatis; tanto ſublimiores viæ meæ, quàm veſtræ, & cogitationes meæ, quam veſtræ. 10. Quemadmodum enim è cœlo deſcendunt imbres & nix, nec ad id redeunt, ſed rigant terram, eámque fœcundant. 11. Sic verbum, quod ex ore meo prodierit, non re-

iſque ad vos venient, ad conflandum unum populi Deo fidelis corpus.

Quia te exornavit] כי פארך *chi phearach.* LXX. Intt. ὅτι ἐδόξασέ σε, & Vulgarus *glorificavit te.* *Symmachus*: ἐποίησέ σε καύχημα: Reſpicere videtur Propheta ad eximiam Chriſtianæ Eccleſiæ doctrinam & miracula præſertim ab Apoſtolis facta.

6. *Quærite Deum* &c.] Ab his verbis, ſe convertit Propheta ad Judæos ſui ævi, quos adhortationibus, & caſtigationibus ad Virtutem & Pietatem adducere conatur. *Quærere Deum*, hìc eſt Deum orare, ad auxilium ejus confugere, obſequióque & cultu ſibi conciliare. Vide 2. Ephem. XXVI, 5. Fallitur *Grotius*, qui putat ab Eſaïa hìc Gentiles ad pœnitentiam cognitionémque Dei vocari. Loquendi hoc genus *quærere Deum* non adhibetur, niſi ubi de Judæis ſermo eſt.

Dum invenitur] Hoc eſt, dum ſe exorari patitur. Cùm enim populus tempus à Deo præſtitutum, ut ad ſaniorem mentem redirent homines, ſine ulla morum emendatione præterlabi ſivit; tum verò non ampliùs *invenitur Deus*; ſeu non magis preces audit, quàm ſi abeſſet. Metaphora eſt petita ab homine, qui quæritur ab alio, quia opera ejus indiget, nec tamen invenitur. Exemplum inſigne ejus rei habemus in decreto de captivitate Babylonica, quod nunciatum Hezekiæ per Eſaiam 2. Reg. XX, 18. & Eſ. XXXIX, 7. numquam eſt revocatum, ne deprecante quidem religioſiſſimo Rege Joſiâ, 2. Reg. XXII, 16. *Quæſivit* quidem Deum, ſed non *invenit*, ad hanc rem quod adtinet, nec aliud potuit ab eo impetrare, niſi rem, eo vivo, non futuram, quod unum etiam Hezekiæ promiſſum fuerat. Multa ſunt loca ejuſdem ſententiæ, apud Prophetas. Vide ad Pſ. XXXII, 8.

7. *Relinquat nocens vias ſuas* &c.] Hæc demum eſt vera pœnitentia, nam dolere tantùm, peccati cauſâ, nec eò ſeciùs ei adhærere, non eſt quæ dicitur μετάνοια, aut *reditus* ad Deum.

Redeant ad Jehovam] ישוב אל יהוה *jaſchob el Jehovah.* שוב maluimus hìc & alibi ex proprio vocis ſignificatu, qui optimè convenit, vertere *redire.* LXX. Intt. ἐπιστραφήτω ἐπὶ κύριον, quod vertunt: *convertatur ad Dominum.* Meliùs habet Latinus *revertatur.* Sic & alibi ſemper vertimus.

Nam multa remittet] ירבה לסלוח *jarbeh liſloahh*, multiplicabit parcere; hoc eſt, multa & multoties ignoſcet. Excipienda tantùm eſt contumacia ad finem uſque vitæ, ideóque Propheta exigit hìc reſipiſcentiam, ſeu emendatiorem vitam.

8. *Non ſunt enim cogitationes meæ* &c.] *Cogitationes* מחשבות *mahhſcheboth*, & *viæ* דרכים *drachim*, differunt ut conſilium & conſilii exſequutio. Rectè quidem hæc verba uſurpari ſolent de quibuſvis conſiliis & actibus Divinæ Providentiæ, collatis cum conſiliis & actibus humanæ prudentiae; diverſiſſima enim ſunt. Verùm hìc de quibuſvis ſermo non eſt, quandoquidem conjungitur hoc dictum, cum ſuperioribus, particulâ כי *quia*, aut *enim.* Deus dicitur multa & multoties remittere, cujus dicti ratio redditur, his verbis; quod nempe, conſilia & facta Dei non ſint ſimilia conſiliis & factis hominum; quia homines ſæpiùs læſi, aut offenſi ab aliis hominibus, præſertim ſi injuriæ graviores ſint, aut cum contemtu conjunctæ, non facilè ignoſcunt, & plerumque implacabiles ſunt. Quod bene obſervatum à *Joanne Piſcatore* & *Joanne Deodato*, aliiſque. Non debent ergo verba Prophetæ eò trahi, quaſi Dei conſilia & facta nihil haberent ſimile rationi, quâ ſe gerunt homines ſapientes ac pii. Deus enim ſibimet ipſe lex eſt, & leges naturæ ſuæ conſentaneas hominibus tulit; quarum cùm obſervantes ſunt, ſimilia, pro humanæ naturæ captu, Deo faciunt, ac proinde Deus etiam ſimilia, ſed in ſuo genere longè perfectiora facit. Graviter abutuntur his verbis, qui, ubi reprehenduntur, quod inducant Deum ſe gerentem parum convenienter legibus, quas ipſe tulit, reſpondent continuò: *cogitationes Dei non eſſe noſtras cogitationes* &c. quæ verba nihil ad rem faciunt. Nec licet iis abuti, ut iniqua facta Deo tribuantur, quaſi quod iniquum eſt apud homines, è rectæ Rationis luminibus, ipſáque adeò Scriptura, poſſit eſſe æquum apud Deum.

9. *Quanto enim ſunt terrâ* &c.] Hæc non ſunt ita capienda, quaſi Deus ageret interdum contra ſuam ipſius ſapientiam, & juſtitiam, aut legibus ſuis contraria faceret, vel imperaret; ſed ita ut longè longéque in omnibus ſuis conſiliis, factiſque ſapientiùs ſanctiúſque ſe, quàm homines, gerere inteligatur.

10. *Quemadmodum enim* &c.] Hìc probat Deus conſiliis ſuis & factis longè humana ſuperari, exemplo ab imbre petito; eò quod numquam ſint irrita, quæ Deus vult fieri, cùm ſæpe ſapientia & virus humanæ, finem, ad

bit, non revertetur ad me, re infectâ; ſed perficiet, quod voluero, & id feliciter peraget, *propter* quod id emiſero. [12]. In lætitia enim egrediemini, atque in pace deducemini; montes & colles lætos clamores tollent, & omnes agrorum arbores manibus plaudent. [13]. Pro ſpina orietur abies, & pro urtica myrtus; atque *Sion* fiet Jehovæ nomen *&* ſignum æternum, nec abolebitur.

Adhor-

redibit ad me, veluti irritum, ſed perficiet id, quod voluero. 12. Egrediemini, è locis, in quibus exſulatis, & à pacatis populis deducentibus dimittemini. Montes & colles lætos clamores edent, ac omnes agrorum arbores ramis, quaſi manibus, plaudent. 13. Ubi erat ſpina, non magni uſûs, orietur abies, & pro urtica myrtus. Sion Creatoris nomine fiet inſignis in æternum, nec umquam abolebitur.

PARA-

ad quem ſpectant, conſequi non poſſint.

Nec eò revertuntur] Hoc eſt, non ſunt irritæ; petito loquendi genere ab hominibus, qui ſæpe rei cujuſdam gratiâ miſſi, re infectâ, redeunt ad eos, à quibus miſſi fuerant.

11. *Sic erit verbum meum*] Ejuſmodi erit id, quod promiſero, ut eventus oſtendet. Non ſunt hæc intelligenda de iis, quæ Deus vult ab hominibus fieri, quibus cùm libertatem non eripiat, mandat exſequutionem ſuorum præceptorum, legibus ſuis, quas irritas faciunt; ut paſſim queruntur Eſaïas & ceteri Prophetæ, úſque Chriſtus, & Apoſtoli poſtea etiam iis exprobrarunt. Hîc ſermo eſt de iis, quæ Deus ipſe exſequutioni mandat, & præſertim de Judæorum è Captivitate Babylonica liberatione; in qua re flexit animos Regum Perſarum, quemadmodum ei libuit; quod in aliis rebus facere eum non ſolere res ipſa oſtendit, ut ſatis liquet ex iis, quæ diximus. Sic & Phariſæi, ut unum hoc exemplum addam è Luc. VII, 30. τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς, hoc eſt, *conſilium Dei erga ſe irritum fecerunt*, non *reſciderunt*, ut *Caſtellio*, neque *abrogarunt*, ut *Beza*. Non irritum quidem fecerunt conſilium Dei, de iis ad pœnitentiam vocandis, id enim per *Joannem* exſequutus eſt Deus; ſed finem ejus conſilii, ut, nimirum, eorum ſaluti conſuleretur, quem Deus eorum arbitrio permiſit. Vide *Grotium* ad locum.

Non revertetur ad me re infectâ] ריקם *rekam*, fruſtra.

Perficiet, quod voluero] Deus dicitur *verbo* ſuo operari, hoc eſt, voluntate ſuâ; de quo loquendi genere, vide not. ad Gen. I, 3.

Feliciter perficiet] הצליח *hitſliahh*. Incommodè LXX. Intt. εὐοδώσω τὰς ὁδούς σου, & *Hieronymus*: *proſperabitur*. Ubi per Linguam Latinam licet, verbum activum ſignificans, debet verbo activo verti.

12. *In lætitia enim egrediemini*] E captivitate, nempe.

In pace deducemini] בשלום תובלון *bſchalom thoubaloun*, fiet, ut in pace deducamini; id eſt, Cyrus dabit operam, ut incolumes, & ſine noxa in patriam reducamini.

Montes & colles] Vide C. XLIV, 23. XLIX, 13. Sæpe hoc ſchemate utitur Eſaïas.

13. *Pro ſpina orietur abies*] תחת הנעצוץ יעלה ברוש *thahhath hanahatſouts jahaleh broſch*. Pro inutili planta, arbor erit utilis. LXX. Intt. ἀντὶ τῆς στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος. *Symmachus* pro Cypariſſo habet βραθύ. Vulgatus: *pro ſaliunca adſcendet abies*.

Pro urtica myrtus] תחת הסרפד יעלה הדס *thahhath haſſirphad jahaleh hadas*. LXX. Intt. ἀντὶ τῆς κονύζης (ut *Aquila* & *Theodotion* etiam habebant) ἀναβήσεται μυρσίνη. *Symmachus* ἀντὶ κνίδης, *pro urtica*, ut habet & Vulg. ברוש eſſe *abietem* & הדס *myrtum* conſtare videtur; ſed duo alia nomina non ita nota. Eſt deſcriptio mutationis in meliùs, qualis Virgiliana de ſæculo aureo Ecl. IV, 24.

Occidet & ſerpens & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgò naſcetur amomum.

Atque Sion fiet Jehovæ nomen & ſignum æternum] והיה ליהוה לשם לאות עולם *vehajah lIhovah lſchem leoth leholam*, & erit Jehovæ in nomen & in ſignum æternum. Primùm ſupplevimus *Sion*, quia res non poteſt referri ad plantas, in proximè antecedentibus verbis memoratas. Cetera ita intelligimus, Sionem iterum à priſcis incolis cultam parituram nomen æternum Deo, & perpetuum fore ejus miraculum; hoc eſt, in longum tempus. *Eſſe in nomen*, notiſſimo loquendi genere, eſt *fieri nomen*, hoc eſt, parere nomen Deo, apud omnes populos. *Eſſe in ſignum*, id eſt, miraculum inſigne, ex quo potentia ejus in futurum poſſit intelligi. LXX. Intt. habent: ἔσται κύριος εἰς ὄνομα καὶ εἰς σημεῖον αἰώνιον, quod poſſet ferri niſi eſſet יהוה, quod nominativo caſu verti nequit. *Hieronymus* verò: *& erit Dominus nominatus in ſignum æternum*, obſcurè, nec ſatis convenienter Hebraïcis verbis. Fateor nec me hunc locum non ſatis commodè vertiſſe; ſed præſtitit nimis adhærere verbis quàm ab iis nimiùm recedere.

COM-

Adhortatio ad pios mores, atque impoſtorum caſtigatio.

CAPUT LVI.

1. SIC dixit Jehova: juris obſervantes eſtote, & juſtitiam exercete; quia prope eſt, ut liberatio mea adveniat, útque juſtitia mea revel etur. 2. Felicem hominem, *qui* hoc fecerit, & filium hominis, *qui* conſtanter ei adhæſerit, obſervans Sabbathum, ne id polluat, & manum ſuam cohibens, ne quid mali faciat! 3. Ne filius alienigenæ, qui adhæſerit Jehovæ, dicat: à populo ſuo me Jehova ſejunget; nec dixerit Eunuchus: en ego ſum aridum lignum. 4. Sic enim ait Jehova de Eunuchis; qui Sabbathorum meorum obſervantes erunt, eáque eligent, quibus delector, & fœderis mei retinentes erunt:

PARAPHRASIS.

1. SIC dixit Creator: juris obſervantes eſtote, & juſtitiam exercete; quia prope eſt liberatio populi mei, & juſtum ſupplicium, quod de ejus hoſtibus ſumam. 2. Felicem hominem, qui Divinarum Legum eſt obſervans, & quidem qui ita obſervat, ut numquam violet Sabbathum, & qui ab omni malo facinore abſtinet. 3. Ne verò alienigena, qui cultum Creatoris amplexus fuerit, ſibi metuat, ne Deus eum repudiet, quaſi indignum, qui ipſum colat; neque Eunuchus, ejus cultui fideliter addictus, metuat, quaſi indignus ſit, qui in Iſraëlitarum cœtum admittatur. 4. Sic enim loquutus eſt Deus de Eunuchis; qui Sabbathorum meorum erunt obſervantes, & fœderis mei retinentes

COMMENTARIUS
In CAPUT LVI.

1. P*Rope eſt, ut liberatio mea adveniat*] Hanc *liberationem* intelligimus de Babylonicæ captivitatis fine. Paſſim enim in ſuperioribus Propheta ſemet ipſe, ut ſic loquar, differt in ævum poſterius, adloquitúrque eo tempore futuros Judæos; quaſi eorum eſſet æqualis, qui vivus viventes adhortaretur. Attamen ex admonitione, quæ ad alios pertinebat, magnum etiam fructum capere poterant Judæi, ejusdem ætatis ac Eſaïas; ſive ob præcepta Moralia, ſive ob prædictiones rerum futurarum; cùm nos tot ſæculis poſtea nati, non ſine ſumma utilitate, ejus vaticinia legamus.

2. *Qui hoc fecerit*] Nempe, ut jus obſervet.

Filium hominis] Perinde eſt ac *homo*, ſed ſic ſolent Hebræi rem eamdem pluribus verbis ſynonymis variare.

Conſtanter ei adhæſerit] יחזיק בה *jahhazik bah*, adprehenderit eam; nempe, juſtitiam; hoc eſt, conſtanter ei adhæſerit, ut iis adhæremus, quæ firmo complexu tenemus.

Ne id polluat] Opere quopiam ſervili. Qui erant in Babylonia, inter Gentes Ethnicas, facilè tentari poterant, earum exemplo, ad violationem Sabbathi. Obſervatio Sabbathi, præ ceteris officiis, memoratur; quia erat publica profeſſio, quâ unus ille Deus agnoſcebatur, qui ſeptem diebus omnia creavit.

Manum cohibens] שומר ידו *ſchomer jado*, ſervans manum ſuam.

3. *Qui adhæſerit Jehovæ*] הנלוה אל יהוה *hannilvah eth Jehova.* LXX. προσκείμενος πρὸς κύριον, meliùs Vulgatus: *qui adhæret Domino.* Intelliguntur ii, qui poſtea προσήλυτοι dicti ſunt, & qui potuiſſent ſibi timere, ut Deus Iſraëlis, qui beneficia ſua promiſerat tantùm poſteris Jacobi, ſui, quamvis eum colerent, rationem haberet; ac proinde ne cultus, quo eum proſequebatur, ſibi inutilis eſſet, eo quòd non eſſent à Jacobo oriundi.

En ego ſum aridum lignum] עץ יבש *hets jabeſch*, quod poſſit etiam verti: *arida arbor*, quæ proinde nullos fructus profert, quòd Eunuchi liberos generare non poſſent. Videntur plures Iſraëlitæ à Babyloniis exſecti, qui ſibi timebant, ne ſpernerentur, aut excluderentur è cœtu Iſraëlis; quod prole carerent, quæ non minimum erat beneficiorum à Deo Iſraëlitis promiſſorum.

5. *Donabo illos* &c.] Admittentur Eunuchi in Ædem, urbémque Jeroſolimitanam, non ſecus ac alii, poterúntque Jeroſolimæ ſibi domus comparare, cùm erit inſtaurata; vel etiam ipſi ædificare, ſi ita eis videretur,

Locis] יד *jad*, manu, quæ vox non rarò ſpatium ſignificat. Vid. c. VII, 8. Intelleximus locum, vel aream ad ædes Jeroſolimæ ædificandas. *Ludovicus* verò *Cappellus* interpretatur *cippum* vel *titulum*, ut 1. Sam. XV, 12. & 2. Sam. XVIII, 18. non abſurdè. Eum adito.

Nomine meliore &c.] Si ſint religioſi, ut par eſt, non minùs famam conſequentur, quàm ii, qui liberos habebunt; nec minùs eorum nominis memoria, apud poſteros, manebit.

Quod non abolebitur] *Non reſecabitur*, nempe, è cenſualibus libris, in quibus, ad perpetuam eorum memoriam perſcriptum remanebit.

7. *Adducam eos ad ſacrum mihi montem* &c.] Non minùs illis reditum, aut acceſſum ad urbem mihi ſacram præſtabo. Hæc dici videntur, ne Proſelyti dubitarent ſe ſe redeuntibus Judæis adjungere.

Exhilarabo eos &c.] Non minùs illis licebit victimas in Templo mactare, earúmque carnibus hilariter epulari, quàm oriundis è Jacobo.

In Æde, in qua preces mihi fundentur]

בבית

erunt: 5. donabo illos, in Æde mea atque intra mœnia mea, locis & nomine meliore, quam ſunt filii & filiæ: nomen perpetuum eis dabo, quod non abolebitur. 6. Filii alienigenæ, qui ſe adjunxerint Jehovæ, ut ei ſerviant, ament nomen ejus, & ſint ei ſervi; quicumque ſunt obſervantes Sabbathi, ne id polluant, & qui conſtanter fœderi meo adhæſerint, 7. adducam ad ſacrum mihi montem, exhilarabo eos in Æde, in qua preces mihi *funduntur*, holocauſta *ceteráque* eorum ſacrificia, in altari meo ad favorem *meum iis conciliandum proderunt*; nam Ædes mea ab omnibus populis Ædes precum vocabitur, 8. ait Dominus Jehova, qui in unum coget expulſos omnes Iſraëlitas, eósque unà cum his adgregabit. 9. Omnes feræ agrorum & ſilvarum, venite *huc* ad comedendum.

10. Speculatores populi mei cæcutiunt, quotquot ſunt, nec *quidquam* norunt; omnes ſunt

retinentes: erunt 5. donabo in Æde mea, atque in urbe mihi ſacrata, locis & nomine meliore, quam ſunt filii & filiæ; & cujus memoria numquam abolebitur. 6. Filii peregrini, qui ſe adjunxerint cœtui eorum, qui Creatorem colunt, ament eum, eíque ſerviant; quicumque obſervant Sabbathum, neque eum diem, ullo opere ſervili polluant; & quicumque fœderi adhærebunt, 7. eos ducam ad ſacrum mihi montem, atque exhilarabo in Æde mihi ſacra, in qua mihi preces fundant, & ſacrificia offerant, quæ accipiam libenter; nam Ædes hæc mea ab omnibus vocabitur Ædes precum, 8. ait Dominus Creator, qui in unum cœtum admittet omnes Iſraëlitas, ab hoſtibus dimiſſos, & alios, qui ei ſe ſe adjungent. 9. Omnes ergo populos, qui varia loca ſilvarum, inſtar terrarum, occupaverunt, veniant huc, ut carnium victimarum participes fiant.

10. Ii, qui ſunt veluti cuſtodes populi mei, quotquot

בבית תפלתי *bebeth thphillathi*, in Æde orationis meæ; hoc eſt, in qua preces mihi fundentur, cùm erit inſtaurata.

Ad favorem meum iis conciliandum proderunt] Eſt tantùm לרצון *lratſon*, ad favorem. Subaudivimus hîc יועילו *jobilou*, proderunt, aut ſimile quiddam. LXX. Intt. ἔσονται δεκταὶ, Latinus: *placebunt mihi.*

Ab omnibus populis Ædes precum vocabitur] Omnes gentes eam habebunt, quaſi Templum, in quo licebit ſibi Deum orare & favorem ejus ſibi precibus implorare. Quod non tantùm Proſelytis licuit, verùm etiam Ethnicis ſacris addictis; nec de Judaïca Religione amplectenda cogitantibus. Sic ſacra facta pro Alexandro Macedone, pro Auguſto, pro Agrippa, ut diximus ad annum Hiſtoriæ Herodis XXVI, & pro Imperio Romano, ut oſtendimus ex *Joſepho* ad annum Sæculi I, 66.

8. *Qui in unum coget* &c.] *Congregans expulſos Iſraëlis adhuc congregabo ad eum ad congregatos ejus.* Sed Latinè loquentibus neceſſe erat tertia perſona uti.

9. *Omnes feræ agrorum* &c.] כל חיתו שדי *chol hhaitho ſchadai.* In voce חיתו cùm hîc, tum in penultima verſûs, eſt *Vau* paragogicum, ſi credimus Grammaticis. Sic & Gen. I, 23. Crediderim eſſe aliquid παροιμιῶδες in his verbis, quo ſignificetur, omnes homines invitari ad Templum; ut in eo, ſi ita videretur, ſacra facerent, atque è ſalutaribus ſacris epularentur.

Et ſilvarum] Ordo Hebraïcus verborum ita habet: *omnis fera agri, venite ad comedendum, omnis fera* (quæ) *in ſilva.* Quem ordinem ad morem Latinum exegimus, neque enim invitantur omnes feræ agrorum ad comedendas omnes feras, quæ ſunt in ſilvis, ut nonnulli putarunt; quod eſt abſurdum, cùm *omnes feræ agri* & *omnes in ſilva* eædem ſint, præterquàm quòd nihil hoc facit ad ſcopum Eſaïæ. Scimus accentus nobis opponi, ſed fruſtrà fit, non potuit enim eſſe accentus, qui primum κῶλον ſejungeret à ſecundo; quia eſt unicum κῶλον, quemadmodum expreſſimus.

10. *Speculatores populi mei*] צפו *ſpeculatores ejus*, in textu; in margine צפיו *tſophau*, ſpeculatores eorum. LXX. Intt. ἴδετε, legentes צפו in Imperativo. *Aquila*: σκοπευταὶ αὐτοῦ. *Symmachus* & *Theodotion*: σκοποὶ αὐτοῦ. Vulg. *ſpeculatores ejus.* Notum eſt צפים *tſophim* dictos homines è turribus, antedictis locis proſpectantes, ſicunde hoſtes, aut latrones adventarent; quibus conſpectis, voce, aut tubâ, aut alio ſigno, vicinos monerent; hîc verò tralaticio ſignificatu ſumitur pro Prophetis, qui morum populi *inſpectores* erant. Vide Cap. LII, 8. ſic Ezech. III, 17. *Fili hominis, te ſpeculatorem* (צפה tſopheh) *conſtitui domui Iſraëlis.* Hîc in Codicibus Maſſorethicis τὸ צ eſt majuſculum, quod putant factum, ad excitandam attentionem Iſraëlitarum, quia magni intererat populum conſiderare, quos ſpeculatores haberet. Sed ſi hoc eſſet, ubicumque hæc vox eo ſenſu occurrit, primam litteram majuſculam eſſe oportuit, ea enim ratio ubique valet. Iidem minutiarum ejuſmodi nimis arguti ſpeculatores volunt ' multitudinis notam in hac voce deficere, ut ſignificentur omnes, qui Prophetas tunc agebant, ne uno quidem excepto, fuiſſe cæcos. Sed commentum eſſe nemo non videt. Satis liquet pronomen adfixum eſſe hîc pro ſubſtantivo *populus meus*, quod ſupplevimus, aut ſimile quiddam.

Cæcutiunt] עורים *hivverim*, cæci. Adpoſitè, nam ut, ſi ſpeculatores propriè dicti ſint cæci, aut etiam μύωπες, procul non vident, nec quidquam in tempore prænunciare poſſunt: ſic Pſeudoprophetæ imperiti vitia populi caſtigare non poſſunt, quia quid vitium ſit non ſatis norunt.

Irrident] הזים *hozim*, quod quidem in hoc uno loco legitur. Hîc agitur de Pſeudoprophetarum vitiis, quorum eſt irridere eos, à quibus conſuluntur. Itaque הזים deduximus ab Arabico הזא *hazaa*, irriſit. *Grotius* à Verbo Arabico הזי deducit, quod eſt, ut ait, *inſanivit*,

ſunt canes muti, qui latrare non poſſunt, irrident, recubant & dormitare amant. [11]. Canes avidi ſatiari neſciunt; cùm ſint paſtores, non norunt prudenter ſe gerere, quotquot ſunt viam ſuam reſpiciunt; quisque, nullo excepto, lucrum *ſpectat*. [12]. Venite, *inquit*, ſumam vinum, nósque ſicerà inebriabimus, & erit, ut hodie, cras *etiam* maxima *potûs* copia.

Impœnitentium caſtigatio & piorum conſolatio.

CAPUT LVII.

1. JUSTUS perit, nec quisquam animadvertit; viri benefici intereunt, dum nemo

quot ſunt, excutiunt; nec quidquam ſciunt. Omnes ſunt inſtar canum mutorum, qui latrare non poſſunt; irrident, recubant, & libenter dormitant. 11. Inſtar canum avidorum, cum ſint paſtores, neſciunt prudenter ſe gerere; omnes, quotquot ſunt, ſequuntur pravos ſuos mores; nullo excepto, ad lucrum contendunt. 12. Venite, *inquiunt*, ſumamus vinum aut ſiceram, nósque inebriemus; neque nunc, neque poſtea nobis, quod nos inebriet, deerit, & quidem ſat magnâ copiâ ſuppetet.

PARAPHRASIS.

1. BONI viri moriuntur, nemine advertente; etiamſi beneficos, cùm in vivis eſſent, ſe præbue-

inſanivit, nec tamen in optimis Lexicis exſtat. Itaque, accedente ratione adlatâ, maluimus deducere à Verbo adſiniore certi & frequentioris uſûs. Omnino videtur eo uſus Eſaias, ut, mutatâ litterulâ unâ, in aliam admodum adfinem, ה in ח, innueret vocandos hosce homines non חוים *videntes*, ut ſe ipſi vocabant, ſed הזים *illudentes*. Solet enim Propheta hujuscemodi Paronomaſiis uti, quod jam antea notavimus, & animadverterunt *Iſaacus* & *Mericus Caſauboni*, ut oſtendit poſterior, in Diſſert. de Lingua Hebraïca. Adi not. ad Cap. V, 7. Viderat jam *Lud. Cappellus* quod diximus de verbo Arabico הזא, aut הזי, vel הזו, eodem enim hæ formæ recidunt, & quod *Grotius* habet de הזי. Itaque adeatur etiam ille, ad hunc locum, quamvis non viderit quod de Paronomaſia diximus. LXX. Intt. ἐνυπνιαζόμενοι, *Aquila* & *Theodotion*: φανταζόμενοι, *Symmachus*: ὁραματισταί, Latinus: *videntes vana*, ex quibus liquet, eos legiſſe חוזים *hhozim*, videntes, aut habentes viſa nocturna. Facilè confundi potuit ה cum ח, ſed elegantior videtur hodierna lectio, ob Paronomaſiam.

11. *Canes avidi*] Muneribus, nempe, facilè capiebantur Pſeudoprophetæ, eáque captabant, & vaticinia, quæ placerent conſulentibus, fundebant. Ad canes quod adtinet eleganter hìc vocantur עזי נפש *hazze nephesch*, fortes, aut vehementes animâ, hoc eſt, adpetentiâ, ut ſæpe diximus, & nota eſt fames canina. Perperam LXX. Intt. κύνες ἀναιδεῖς τῇ ψυχῇ, & *Hieronymus*: *canes impudentiſſimi*; nam נפש hìc eſt, ſine dubio, ὄρεξις. Vide ad C. LV, 2.

Satiari neſciunt] *Neſciunt ſatietatem.*

Cùm ſint paſtores] והמה רעים *vehemmah rohim*, & illi paſtores. Non tantùm canes, ſeu cuſtodes gregum, ſed & curatores.

Non norunt prudenter ſe gerere] לא ידעו הבין *lo jadehou hebin*, neſciunt intelligere, aut prudenter ſe gerere, & poſterius eligimus cùm agatur de Paſtore. LXX. Intt. καί εἰσι πονηροὶ οὐκ εἰδότες σύνεσιν. Pro רֹעִים legerunt רָעִים & pro הבין *habin*, בינה *binah*, prudentia. *Hieronymus*: *ipſi paſtores ignoraverunt intelligentiam.*

Viam ſuam reſpiciunt] לדרכם פנו *ldarcham phanou*. Vivendi inſtitutum ſuum, pro adfectibus, quibus laborant, neglectis Legibus Divinis, ſequuntur.

Nullo excepto] מקצהו *mikkatſehou*, ab extremitate ſua. De hac loquutione, vide not. ad Gen. XIX, 4.

12. *Venite, inquit*,] Supplevimus neceſſariò, *inquit*, eſt enim cujusque oratio directa, amicos ad bibendum hortantis; quâ Propheta depravationem morum in Pſeudoprophetis deſcribit.

Sicerâ] Potu inebriante; nempe, vino, quod anteceſſit.

Ut hodie, cras etiam &c.] והיה כזה יום מחר גדול יתר מאד *vehajah chazzeh jom mahhar gadol jether meod*, & erit, ut hoc die cras magna copia valde. *Theodotion*: ἔσται τοιαύτη ἡμέρα μεγάλη περισσὴ ὡς σφόδρα. Vulgatus: *& erit, ſicut hodie, ſic & cras, & multò ampliùs.* Sententia eſt, quantumvis biberint hodie, cras tamen ſibi non defuturam vini copiam magnam; quam, nempe, ab iis, quos vaticiniis fallebant, accepturi erant. יתר *jether* eſt περισσὸν, *quod abundat*, cui ſi addas מאד meod *maximam copiam* ſignificat.

COMMENTARIUS In CAPUT LVII.

1. J*Uſtus perit*] Veteres hæc verba de Chriſto intellexerunt, ſed nihil eſt hìc quod ei ita conveniat, ut non poſſit de aliis æquè commodè, imò etiam commodiùs intelligi. Alii intelligunt de Joſia Rege, qui juſtitiâ & beneficentiâ eximius fuit. Vide 2. Reg. XXII, 2. Ephem. XXXIV. Nec dubium eſt, quin hæc in eum quadrent, ſed fuerunt & alii, qui-

mo intelligit; juſtus enim moritur, propter *imminentem* calamitatem. [2]. Ingreditur *ſepulcrum in* pace, requieſcit in lecto ſuo, qui ambulavit rectè. [3]. Vos verò accedite huc, filii divinatricis, proles adulteri & *mulieris*, *quæ* ſcortata eſt. [4]. Contra quem delicias dicitis? contra quem dilataſtis os veſtrum, & linguam protraxiſtis? Nonne vos eſtis filii defectionis, & proles mendacii, [5]. qui *Deorum cauſâ* incaleſcitis, ſub quavis arbore frondoſa, & mactatis liberos *veſtros* in vallibus, ſub verticibus rupium? [6]. Læves lapides vallium pars tua ſunt, *ô meretrix*, illi ſunt ſors tua, etiam iis libamen effudiſti, & *farreum* munus obtuliſti; an propter talia conſolationem acciperem? [7]. In

præbuerint. 2. Ingrediuntur ſepulcrum, cui inferuntur, ſine ullo tumultu, & illic jacent, ita ut imminentes calamitates fugiant. 3. Vos verò accedite huc, filii Divinatricis, proles adulteri & meretricis. 4. Contra quem delicias dicitis? contra quem os veſtrum aperitis, & linguam, ex ore emittitis? Nonne defeciſtis, & mentiti eſtis, 5. vos, qui Idololatras imitati, ſub quavis arbore frondoſa Deos fictitios adoratis, & liberos veſtros iis mactatis, in vallibus, aut verticibus montium. 6. Etiam læves lapides vallium neſcio quid divinum habere putatis, nam eos colitis libaminibus, &

quibus convenire etiam potuerunt; ut omnes boni & religioſi viri, qui mortui ſunt Jeroſolimæ, ſub initia Nebucadneſaris; quæ tempora hîc videntur reſpici, neque enim ordo temporum in vaticiniis adcuratè ſervatus, & poſtquàm prædicta eſt captivitas Babylonica, ejúſque finis, res hîc memorantur, quæ antea contigerunt. Si hiſtoriam adcuratam illorum temporum haberemus, poſſemus videre, quo reſpiciat, aut adludat Propheta. Nunc verò fatendum eſt, nos hîc, *tamquam per nubila Lunam*, multas res videre.

Nec quiſquam animadvertit] *Et nullus vir poſuit ad cor*; hoc eſt, nemo animadvertet eo tempore, non ſine divina providentia, multos viros pios mori ante ſenectutem, ne viderent calamitates, quas paſſa eſt Jeroſolima à Babyloniis. Iis mortem obire, eo tempore, beneficii loco erat.

Propter imminentem calamitatem] מפני הרעה *mippbene barabab*, è facie mali, aut propter malum. Prædixerat hoc Chulda Prophetis Joſiæ 2. Par. XXXV, 28. quod & pluribus aliis bonis viris contigit; quibus gratulari, ut ſic dicam, mortem ſatius erat, quàm lacrimis proſequi; propter mala à Babyloniis timenda, atque ab Eſaïa dudum prædicta.

2. *Ingreditur ſepulcrum in pace*] יבוא שלום *jabo ſchalom*, quod vertimus quaſi eſſet יבוא אל קבר בשלום *ingreditur* ſepulcrum in *pace*, hoc eſt, antequàm Babyloniorum arma in regnum Judæ converſa fuerint. Alioqui Joſias in acie cecidit, prælio temerè cum Pharahone Nechone commiſſo, & plures cum eo alii.

Requieſcit in lecto ſuo] ינוחו על משכבותם *janoubbou hal miſchchebotbam*. Quieſcent in lectis ſuis; in funebribus, nempe, lectis, qui ſepulcro inferebantur. Plurali numero hîc utitur Propheta, quia de uno ſermo non erat, quamvis inter morientes, ante bella Babylonica, inſignis fuerit Joſias.

Qui ambulavit rectè] הלך נכחו *bolecb nechobbo*, ambulans è regione ſui, hoc eſt, rectà; unde factum, ut vox נכחה *ncboabb*, etiam rectitudinem, ut ſic loquar, moralem ſignificarit. Vide C. XXVI, 10. XXX, 10. LIX, 14.

3. *Filii divinatricis*] בני עננה *bne bonenab* LXX. Intt. υἱοὶ ἄνομοι, quaſi legiſſent עון *bavon*, iniquitatis. *Theodotion* ſervaverat vocem Hebraïcam, ut docet *Hieronymus*, qui maluit *auguratricem*, poſt *Symmachum* vertere. Intelligitur Jeroſolima, aut tota terra Judæ, quæ idololatria ſæpiùs infecta, divinationibus Ethnicis etiam dedita fuerat.

Proles adulteri] זרע מנאף *zerab mnaepb*, ſemen adulteri. LXX. Intt. σπέρμα μοιχῶν. Latinus: *ſemen adulteri*.

Mulieris, quæ ſcortata eſt] ותזנה *vattbizneb*, & ſcortata eſt. LXX. πόρνης, & Vulgatus: *fornicariæ*. Nec aliter verti poteſt, quàm ſi eſſet ואישה אשר תזנה *veiſchab aſcber thizneb*, niſi legeremus וְזוֹנָה *& meretricis*. Vult Judæos parentibus Idololatris eſſe natos, ſequentia enim oſtendunt ea de re agi; quamvis ſimul eſſet conjuncta propriè dicta ſcortatio.

4. *Contra quem delicias dicitis*] על מי תתענגו *hal mi thithbannagou*, in quem deliciamini? hoc eſt, delicias dicitis, ſeu faceti videri vultis. LXX. Intt. optimè ἐνετρυφήσατε. Vulgatus: *luſiſtis*. Ita ſe geſſerant, ut videtur, erga Dei Prophetas, ac proinde erga ipſum Deum.

Dilataſtis os veſtrum] Nempe, riſu. Vide Pſ. XXII, 13. XXXV, 21.

Linguam protraxiſtis] Irriſionis cauſâ, unde inter ſannarum genera habet *Perſius* Sat. I, 60. *linguas quantùm ſitiat canis Appula tantas*. Ad quem verſum vide *Iſ. Caſaubonum*.

Filii defectionis] ילדי פשע *jilde pheſchab*, LXX. υἱοὶ ἀπωλείας, impropriè. *Hieronymus* verò *filii ſceleſti*. Intelliguntur homines, qui defecerunt à cultu veri Dei. Hebraïſmum retinuimus, ut alios claros, & quibus aures omnium ſunt adſuetæ.

Proles mendacii]. זרע שקר *zerab ſchaker*, ſemen mendacii; hoc eſt, mendax. LXX. Intt. σπέρμα ἄνομον, minùs propriè. *Hieronymus* meliùs: *ſemen mendax*. Significatur proles, quæ cùm ab ea exſpectaretur gratus animus & obſequium erga cœleſtem patrem, contraria omnia ei reddiderat.

5. *Qui Deorum cauſâ incaleſcitis*] הנחמים באלים *bannebbamim baelim*. LXX. Intt. οἱ παρακαλοῦντες εἴδωλα. Latinus: *qui conſolamini in Diis*. Putarunt priorem voculam eſſe à נחם *nabbam*, conſolatus eſt, ſed nullum ſenſum parit, hoc loco. Itaque alii deducunt à

 יחם

7. In monte ſublimi atque edito poſuiſti cubile tuum, etiam illuc adſcendiſti, ut victimas mactares. 8. Poſt oſtium & poſtem poſuiſti ſuffitum tuum; quia ſeorſim à me retexiſti te, & adſcendiſti, dilataſti cubile tuum, & percuſſiſti tibi *fœdus cum iis*, *qui ſunt* ex iis, quorum amaſti cubile, ſpatiúmque proſpexiſti. 9. Iviſti ad Regem unguentata, & auxiſti unguenta tua; miſiſti legatos tuos è longinquo, téque ad ſepulcrum uſque demiſiſti. 10. Propter multam viam laboraſti, nec tamen dixiſti rem deſperatam eſſe, victum manu

& munera farrea iis offertis; an ejusmodi ſuperſtitionibus mihi ſatisfieri paterer? 7. In alto monte poſuiſti cubile tuum, atque ibi etiam mactaſti victimas ſideribus. 8. Poſt oſtium & poſtem poſuiſti ſuffitum, quia à me defeciſti; dilataſti etiam cubile tuum, ut plures uxores eo exciperes, è vicinis gentibus, è quibus concubinas tibi comparaſti, & quarum amore inſaniiſti.

9. Iviſti ad Regem *Babyloniorum*, aut *Ægyptiorum*, auxiſti tua unguenta, priusque è longinquo legatos tuos, téque humiliter geſſiſti. 10. Longitudine viæ laboraſti, nec tamen conſilium mutaſti,

יחם *jabham*, incaluit, quod intelligendum de fœminis, cupiditate maris, incaleſcentibus, ut liquet è Gen. XXX, 38, 39, 41. Eſt participium Niphal pro נחמים *nobhammim*, idque aptiſſimum ad deſcribendam ſcortationem ſpiritualem Iſraëlitarum, cum alienis Diis.

Sub quavis arbore frondoſa] תחת כל עץ רענן *thahhath chol hets rahanan.* LXX. Intt. ὑπὸ δένδρα δασέα. Latinus: *ſubter omne lignum frondoſum.* Sub calente cœlo, ſi in vetuſtam arborem, eámque frondoſam, inciderent, Deum loco præeſſe putabant. Vide notata à nobis ad Deut. VII, 7.

Mactatis liberos veſtros in vallibus] שחטי הילדים *ſchobbete hajjeladim.* Quæ clarè oſtendunt verè jugulatos filios Diis ab Ethnicis. Vide 2. Reg. III, 27.

Sub verticibus rupium] תחת סעיפי הסלעים *thabbath ſebiphe haſſelahim.* LXX. Intt. ἀναμέσον τῶν πετρῶν, non ſatis propriè. *Aquila*: ἄκρων τῶν πετρῶν, Vulgatus: *ſubter eminentes petras.* Vide Jud. XV, 8. & illic notata.

6. *Læves lapides vallium*] בחלקי נחל חלקך *bebhalke nahhal hhelkech*, in lapidibus torrentis, aut vallis portio tua. Eſt hîc Paronomaſia, in duplici ſenſu ejusdem vocis, nam חלק *hhelek*, & *partem*, & *lævorem* ſignificat. Crediderim hîc ſpectari *lapides læves torrentium* ſtatuæ loco, in ſacellis collocatos, de quibus ad Genes. XXVIII, 18, 19. & Levit. XXVI, 1.

Pars tua ſunt] Sic loquuntur Hebræi, de re, quæ cuipiam peculiaris eſt, ut David Pſ. XVI, 5. *Jehova* מנת חלקי, *pars portionis meæ.* Vide & Joſ. XXII, 25, 27. Quod non obſtat, quin Deus ſit & fuerit *pars* omnium eorum, qui ei ex animo parent; eósque tueatur, quantocumque numero ſint, propter infinitatem naturæ.

O meretrix] Hoc addidimus, quia verba & adfixa hîc ſunt fœminina, Idololatriáque in ſequentibus quaſi ſcortatio deſcribitur. Intelligenda Jeroſolima, aut terra Judæa, quâ patebat.

Iis libamen &c.] Sacra enim ad ejusmodi lapides, quaſi ad ſimulacra Deorum, faciebant. Hinc *libamen* vini, *& munus* farris iis, quaſi Diis, oblata.

An propter talia conſolationem acciperem] העל אלה אנחם *hahal elleh hinnahhem*; hoc eſt, an paterer me placari, dum talia admittuntur? LXX. Intt. ἐπὶ τούτοις οὐκ ὀργισθήσομαι; ſic & Latinus: *numquid ſuper his non indignabor?*

7. *Poſuiſti cubile tuum*] Quaſi ad ſcortandum. Intelliguntur adparatus ad ſcortationem ſpiritualem, ſeu ad ſacra commentitiis Diis facienda.

8. *Poſt oſtium & poſtem*] אחר דלת והמזוזה *abhar deleth vehammezouzah*; hoc eſt, clam, nam quæ fiunt intra poſtes & poſt oſtium, non fiunt in publico, atque omnibus ſpectantibus. Sub piis Regibus, qualis Joſias, non audebant Judæi palam falſis Diis ſuffitum offerre.

Suffitum] זכרונך *zichrounech.* Interpretati ſumus *ſuffitum*, è ſignificatione conjugationis Hiphil verbi זכר *zachar*, quâ pro eo, quod eſt *ſuffire* ſumitur, infra C. LXVI, 3. ubi מזכיר לבנה *mazchir lbonah* eſt ſuffiens thus. Hîc autem de cultu Idolorum ſermo eſt. Sic aliud derivatum hujus verbi אזכרה *azcharah* eſt ſuffitus Levit. XXIV, 17. & אזכרתה *azchartbah* Ibid. II, 2.

Seorſim à me] מאתי *meitthi.* Reſpicitur ad fornicationem mulieris, ſeorſim à viro ſuo ſe retegentis, alius viri cauſâ. Hæc eſt vis particulæ מאת *meeth*, hoc in loco, unde LXX. Intt. ἀπ' ἐμοῦ. Vulgatus perperam *juxta me*, ut res ipſa oſtendit. מ, ut ſæpe alibi, vim habet hîc negandi.

Dilataſti cubile tuum] Hoc eſt, eadem ſervatâ tranſlatione à muliere proſtituta deſumtâ, loca edita ampliora tibi feciſti, ut plures Idololatras capere poſſent, pluréſque aras complecti.

Percuſſiſti tibi &c.] תכרת לך מהם אהבת *thichrath lach mehem ahabth*, ſcidiſti tibi ex iis (quos) amaſti. Subaudivi עם אנשים אשר *cum viris, qui ſunt*; nempe; *ex iis, quos amaſti*; hoc eſt, cum Idololatris. Notum eſt Hebræos dicere כרת ברית *chroth brith*, ſcindere fœdus, pro eo, quod eſt Latinè, *ferire fœdus.* Rationem ejus loquendi generis vide in not. ad Gen. XV, 10. Ideò etiam *Hieronymus*: *pepigiſti cum iis fœdus*; cùm cetera parum feliciter verterit.

Spatiúmque proſpexiſti] יד חזית *jad hhazith.* יד *jad* interdum eſſe *ſpatium* oſtendimus ad C. LVI, 5. Vide & Deut. XXIII, 12. & Ezek. XXI, 19. חזית vertimus *proſpexiſti*, quamvis propriè ſit *videre*; ſed apud Hebræos, verba ſimplicia funguntur vice compoſitorum, quibus carent Orientales Linguæ. *Spatium* hîc Idololatris *proſpexiſſe* dicitur Jeroſolima, vel Judæa, quòd plures ad ſacra ſua exceperit, convivâſque habuerit.

9. *Iviſti ad Regem*] Babyloniorum, vel Ægyptiorum, qui tempore hujus Prophetiæ vivebant, Nabopolaſſarem putà Babylonium, aut Pharahonem Nechonem Ægyptium. Vult Judaeos

manu tuâ inveniſti, ideóque non languiſti. 11. Cujus causâ ſollicita fuiſti, & timuiſti, ut mentireris, nec mei recordareris, nec animum *ad me* adjiceres? Annon tacui, & quidem à longo tempore, nec me reverita es? 12. Ego nunciabo juſtitiam tuam, & opera tua, nec tibi proderunt. 13. Cùm clamabis, liberent te congregationes tuæ, ſed omnes, quotquot ſunt, feret ventus, rapiet inanitas; at, qui mihi fiderit, poſſidebit terram, & montem meum ſacrum hereditario jure habebit; 14. ac dicet: munite, munite &

ſti, præ deſperatione; victum tuâ manu tibi comparaſti, quâ ratione in languorem non incidiſti. 11. Cujus rei causâ anxia fuiſti, ut mentireris, nec ad me confugeres. Annon propterea diu tacui, nec me reverita es? 12. Ego vero patefaciam tuam fucatam virtutem, & opera, quæ tibi nequaquam proderunt. 13. Cùm auxilio opus tibi erit, adſint tibi cœtus tui; ſed quidquam conabuntur, auferet ventus, atque inane erit; at, qui fidelis erit, poſſidebit terram, & montem Sionem, jure hereditario, poſſidebit; 14. & dabit operam, ut muniatur via & offendicula omnia, quæ

Judæos adiiſſe eos Reges, ut ſibi gratiam eorum conciliarent, deſcribítque eos quaſi meretricem, quæ ornata mundo muliebri & unguentata ei placere conatur, ejúſque idololatriæ particeps fit.

Unguentata] בשמן *baſſchemen*, in oleo.

Auxiſti unguenta tua] ותרבי רקחיך *vottharbi rikkubbajich*, multiplicaſti unguenta tua. LXX. Intt. πολλὰς ἐποίησας τὰς μακρὰς ἀπὸ σοῦ. Putarunt רקחיך *rikkubbajich* idem eſſe ac רחוקיך *rebbokajich* remoti tui, perperam. Meliùs *Symmachus* & *Theodotion*: μυρέψιά σου, quod ſequutus *Hieronymus*, qui habet *pigmenta tua*. *Aquila*: συνθέσεις σου, quæ ſunt *veſtes*, fortè unguentatæ. Mirum eſt eum à propria vocis poteſtate hìc, ſine ratione, abiiſſe.

E longinquo] עד מרחוק *bad merabbok*, à longinquo uſque; honoris, nempe, causâ hæc meretrix dicitur miſiſſe legatos ante ſe, cùm procul etiamnum abeſſet, qui dicerent Regi aut Babylonio, aut Ægyptio, ipſam mox adfuturam. LXX. Intt. ὑπὲρ τὰ ὅριά σου, quæ eſt paraphraſis nequaquam neceſſaria. Vulgatus, *procul*, ſed מ *à* oſtendit, hìc eſſe, ut loquuntur, terminum à quo, non terminum ad quem.

Ad ſepulcrum uſque demiſiſti] תשפילי עד שאול *thaſchphili bad ſcheol*, humiliaſti (*te*) ad ſepulcrum; hoc eſt, turpiter te coram eo, tamquam multò humilior, abjeciſti. שאול ſumitur pro re omnium infima, ut notum eſt. Vide ſuprà C. XIV, 15.

10. *Rem deſperatam eſſe*] נואש *noaſch* deſperatum eſt. Hoc eſt, animum non deſpondiſti. Simili ſenſu occurrit Jerem. II, 25. de re, quæ, ob nimiam laſſitudinem, omittitur. LXX. Intt. παύσομαι, & Latinus: *quieſcam*, impropriè.

Victum manu tuâ inveniſti] חית ידך מצאת *bhajath jadech matſath*, victum manûs tuæ nacta es. חיה hìc non eſt *vita*, ſed *victus*, ut מחיה *mibhjab* ab eadem radice. Vide Hezd. IX, 8. LXX. Intt. ἔπραξας ταῦτα, *adquiſiviſti hæc*. Latinus: *vitam manûs tuæ*. Deſcribitur hæc propudioſa mulier, quaſi ſumtibus ſuis longum iter ingreſſa, ut ſui copiam Regi faceret, nullam mercedem pacta; neque ab eo acceſſita, quod erat abjectiſſimi proſtibuli. Intelligitur legatio ad Regem Babyloniorum, vel Ægyptiorum miſſa, Judæos licèt faſtidientem.

Ideóque non languiſti] Quia ſumtus legationis & itineris ferre ſtatueras, non faſtidiſti longum iter, licèt Rex nullo munere te donaret. Innuit Propheta gratuitam hanc fuiſſe nequitiam Judæorum, ſponte ſuâ à vera Religione deficientium, ſine ulla à vicinis Regibus mercede accepta.

11. *Cujus causâ ſollicita fuiſti* &c.] *Quem ſollicitè metuiſti*: ואת מי דאגת *eth mi daagth*. Quæ verba oſtendunt Ethnicum Regem, de quo ſermo eſt, non modò nullos ſumtus feciſſe, ut Judæos à cultu veri Dei avocaret; ſed nec ullum metum adhibuiſſe, quo ab iis defectionem à vero Deo extorqueret; quibus circumſtantiis res multò turpior fiebat.

Annon tacui &c.] Patienter tuli tua flagitia; quâ meâ longanimitate, ad ſaniorem mentem adduci debuiſti.

12. *Nunciabo juſtitiam tuam*] Rectè *Grotius* hæc ironicè dici judicavit, cùm nulla juſtitia, ſeu innocentia tam fœdæ meretrici tribui poſſet.

13. *Cùm clamabis*] Cùm in calamitatibus tuis quereris.

Congregationes tuæ] קבוציך *kibboutſajich*. Quod cùm non intelligerent LXX. Intt. verterunt: ἐν θλίψει σου. *Symmachus* rectiùs: αἱ συναγωγαί σου. *Hieronymus* verò: *congregati tui*. Intelliguntur cœtus idololatrici, ſacrorum faciendorum causâ.

Feret ventus] ישא רוח *jiſcha rouabh*. Feret ventus; nempe, ut glumam, quam *ventus & aura ferunt*.

Rapiet inanitas] יקח הבל *jikkabh babel*, *ſumat inanitas*, in fumum abibunt. Omnia eorum conſilia irrita fient, neque vires habebunt, quibus tibi auxilio ſint.

Poſſidebit terram] Judæam, quamvis non in perpetuum, ſed interveniente captivitate Babylonicâ, poſtquàm eam recuperarit. In duabus prioribus Captivitatibus multi ſunt in Babyloniam abducti, qui ante reditum perierunt; ſed pii ſuperſtites è tertia redierunt.

14. *Munite, munite*] סלו סלו *ſollou, ſollou*, *aggerate, aggerate*. Aggeratâ terrâ muniuntur viæ, unde מסלה *mſillab*, via munita. Incommodè verterunt LXX. Intt. καθαρίσατε, *purgate*, licèt purgentur etiam viæ, cùm muniuntur. Sed nihil neceſſe erat à proprio ſignificatu abire. Vulgatus: *viam facite, præbete iter*. Hæc pertinent ad reditum è captivitate. Similia habemus infrà C. LXII, 10. & alibi. Vide & quæ *Hammondus* & nos diximus ad Matth. III, 3.

Tollite offendicula] הרימו מכשול *barimou michſchol*,

Digitized by Google

& parate viam, tollite offendicula è via populi mei. [15]. Nam ſic dicit excelſus & ſublimis, qui inhabitat æternitatem, & cujus nomen ſanctum eſt Sublimem & ſacrum *locum* habito: & *tamen ſum* cum fracto *corde* atque humili ſpiritu, ut ſpiritum humilium & cor contritorum recreem. [16]. Neque enim in perpetuum contendam, nec in æternum iraſcar; quia ſpiritus è conſpectu meo *profectus* induit ſe *corpore*, atque animos feci. [17]. Propter iniquitatem ejus avaritiæ iratus fueram; percuſſeram eum clam, ſuccenſueram, quia ingreſſus erat contumax viam, quæ ſibi cordi erat.

quæ in ea ſunt, amoveantur. 15. Sic enim ait non homo mortalis, ſed excelſus & ſupra omnia Deus, qui eſt ab omni æternitate, & ſemper erit, cujus nomen eſt ſacroſanctum; in ſublimi & ſacro loco, ſingulari modo, habito quidem; ſed ſum etiam præſens animis humilibus, & ſuæ ſibi humilitatis conſciis, ut eos in virtute confirmem. 16. Neque enim in perpetuum cum homine contendo, & iræ indulgeo; quia, me volente, animus, quem creavi, induitur corpore, & a me creatus eſt. 17. Propter iniquitatem ejus cupiditatis divitiarum iratus ei fueram,

michſchol, extollite offendiculum. Offendicula dicuntur non tantùm aſperitates viæ, quæ eminent, ſed & cavitates depreſſæ, in quas, pede demiſſo, cadere poſſunt iter facientes. הרימו *barimou* non tam eſt *auferte*, quàm *extollite*.

15. *Qui inhabitat æternitatem*] שוכן עד *ſchochen bad*. LXX. κατοικῶν τὸν αἰῶνα, & Vulgatus: *habitans æternitatem*, vel *habitator æternitatis*, ut eſt in *Hieronymo*, qui etiam vertit: LXX. *habitans* in *æternitatem*, quaſi vertiſſent εἰς αἰῶνα. Mirum auribus noſtris eſt *æternitatem habitari*, quaſi æternitas eſſet regia Dei. Sed aut ita tulit Linguæ Hebraïcæ ingenium, à noſtrorum linguarum ingeniis longè remotum; aut ſententia erit, qui in cœlo, per æternitatem habitat, qui numquam pellitur ſede ſua, ut commenticiorum Deorum ſimulacra.

Cujus nomen ſanctum eſt] Hoc eſt, ſumma veneratione dignum.

Sublimem & ſacrum locum habito] מרום וקדוש אשכן *marom vekadoſch eſchchon*, altitudinem & ſanctitatem habitabo; nimirum, cœlum; quod confirmare queat, quod modò dicebamus, de æterno Dei domicilio. Hìc & alibi paſſim Deus ſe ſe demittit ad hominum debilitatem; neque enim, ad Deum ipſum quod adtinet, quidquam eſt humile, aut altum, neque poteſt eſſe in immenſa Univerſi amplitudine, & multò minùs in Omnipræſentia Divina. Sed plerique homines ad hæc ſublimia dogmata mentem erigere nequeunt.

Sum cum fracto corde] ואת דכא *veeth daccha*, & cum contrito. Subaudimus hic לב *leb*, corde, propter ſequentia. *Fractus corde* eſt perinde ac humilis, hoc eſt, homo ſuæ tenuitatis, ſuorúmque pravorum adfectuum, & delictorum ſibi probè conſcius; quíque proinde nec ſe magni facit, nec alios ſpernit, cujuſcumque ſortis ſint. Sic quoque Latini *frangere animum* & *audaciam*, *fractum animum* & *humilem* dixerunt, ſed vitio hæc vertebant, pro inſita Genti ſuperbia.

Recreem] להחיות *lebahhajoth*, ad vivificandum; hoc eſt, ut fractis animo alacritatem addam, excitémque ad meliora ſperanda, ne in deſperationem incidant.

16. *Neque enim in perpetuum contendam*] לא לעולם אריב *lo lebolam arib*; hoc eſt, nolo, aut non ſoleo in perpetuum cum hominibus, immiſſis pœnis, contendere, ita ut numquam gravioribus delictis ignoſcam; ſed ad me redeuntibus parco.

Nec in æternum iraſcor] Ultricem juſtitiam non in perpetuum exerceo, hæc enim eſt Dei ira. Similis ſententia eſt Pſ. CIII, 9.

Spiritus è conſpectu meo profectus induit ſe corpore] רוח מלפני יעטף *rouahh millephanai jahatoph*. Verbum עטף *hataph* eſt propriè *indutus eſt*, *tectus eſt*, ut liquet ex Pſ. LXV, 14. ubi vide notata. At quando, ad animum refertur, eſt, ut aiunt, *deliquium pati*, *deficere*; quod non negarim, ſed perpetuum hoc eſſe, non puto, ut, ex hoc loco, colligere mihi poſſe videor, ubi multò meliùs ei prior poteſtas convenit, ita ut hoc velit Deus, *ſpiritum*, ſeu mentem humanam ab ipſo profectam, hoc eſt, creatam, *indui* corpore. Hoc ſuadet membrum parallellum, ut ſic loquar, quod ſequitur: & *animas*, aut *animos feci*. Hunc ſenſum putarunt jam olim LXX. Intt. huic κώλῳ ineſſe, cùm habeant: πνεῦμα γὰρ ἀπ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ πνοὴν πᾶσαν ἐγὼ ἐποίησα. Quos ſequutus eſt *Hieronymus* hiſce verbis: *ſpiritus à facie mea egreditur, & flatus ego faciam*. Fateor hæc poſſe trahi ad vitam hanc animalem, cujus halitus eſt conſectarium; ſed tamen Veteres cum halitu putarunt in hominibus, conjunctam vim eam, quæ in nobis ratiocinatur, & Mens vocatur, ut intelligere eſt, ex Gen. II, 7. Ita ſenſiſſe videtur *Hieronymus* in hunc locum, ubi verba Dei παραφράζει: *Miſereor creaturæ meæ, &, quos ipſe condidi, in æternum perire non patiar. Spiritus quoque meus, qui ex me egredietur (ſive qui, juxta Hebraicum, Aquilam, Symmachum, & Theodotionum* cuncta circumdat, *hoc enim ſignificat* περιβαλεῖται *) vegetator eſt omnium. Et* flatum, *ſive pluraliter* flatus (hoc *quippe* NASAMOTH *ſonat) ego feci; de quo alibi ſcriptum eſt:* omnis flatus, *ſive* omne quod ſpirat, laudat Dominum, (Pſ. CL, 6.) *De quo ſpiritu & flatu in principio Geneſeos ſcriptum eſt:* inſufflavit Deus flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem. *Tale quid & Job loquitur* (XXVII, 3.) Spiritus Dei, qui eſt in naribus meis & flatus omnipotentis, qui docet me. *Cùm ergo à me egrediatur ſpiritus & flatu atque inſpiratione meâ cuncta vegetentur, & vivant, non eſt juſtum perire eos in æternum, qui meo flatu ac ſpiritu ſuſtentantur. Quidam noſtrorum hunc aiunt eſſe ſpiritum, quo omnis mundus inſpiratur & regitur, & cuncta habent notitiam Dei; quem juxta Stoïcos inſignis Poëta deſcribens, ait:*

Prin-

rat. 18. Vias ejus vidi, eúmque ſanavi, quietem ei conceſſi, & ſolatia ei, lugentibúſque ejus reddidi. 19. Creo fructum labiorum, pacem, pacem, remoto, & propinquo, inquit Jehova; & eum ſanavi. 20. Nocentes verò *erunt* inſtar maris *vento* pulſi, nam

ram, & clam de eo poenas ſumſeram. 18. Cùm viderem, quam viam iniiſſet, eum ab ea revocavi, atque animi ſanitate donavi, quietem ei conceſſi, & ſolatium cum lugentibus conceſſi. 19. Creator ſum eorum, qui verba ſapientia pariunt; ut pacis cum proximis, & cum remotis, inquit Creator, & animorum aliter ſentientium. 20. Nocentes verò erunt inſtar maris vento vehementer agitati; etenim

Principio cœlum & terras, campóſque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque aſtra
Spiritus intus alit, totámque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

& reliqua. Alii verò Spiritum Sanctum intelligunt, qui in principio ferebatur ſuper aquas, & vivificabat omnia &c. Denique: *Hoc ſolum*, inquit, *dicimus, quòd idem Propheta* (ſuprà C. XLII, 5.) *de hoc ſpiritu & flatu pariter ſit loquutus:* Hæc dicit Dominus Deus, qui fecit cœlum; *& poſt paullulum:* qui dat flatum populo ſuo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum his, qui calcant eam.

Noluiſſet, ſine dubio, *Hieronymus*, ab his ſejungi *Mentem* rationis participem; ac ſanè, ſi Deus eſt auctor vitæ animalis, ut reverâ eſt, multò potiore jure auctor eſt vitalis illius naturæ, quæ Ratione prædita eſt. Itaque Prophetam noſtrum putavimus agere hìc quoque de Mente, de qua cùm dicit מלפני יעטוף *millephanai jabatob*, è conſpectu meo induitur, nihil aliud ſubaudiri videtur, quàm גו *bgev*, corpore. Poteſt ergo hic locus de creatione Mentis, ejúſque in corpus demiſſione intelligi.

17. *Propter iniquitatem ejus avaritiæ*] Hoc vitium, quod non minùs frequens eſt, quàm fœdum, exprobrat Judæis Propheta, ab initio Prophetiarum, C. I, 23.

Percuſſeram eum clam] אכהו הסתר *accheheu haſther*, percuſſi eum occultando; hoc eſt, ita ut non intelligeret eas calamitates à me in eum immiſſas. Facilè talia ſibi perſuadent homines, quòd ſe meliores multò eſſe putent, quàm ſunt, ac proinde tam graves pœnas ſe Deo non debuiſſe ſperant; ad quod accedit, quòd res adverſas potiùs infelicitati neſcio cui, aut imprudentiæ ſuæ tribuant, quàm Deo ipſis infenſo. Hinc fit, ut manum ipſos ferientis non agnoſcant. LXX. Intt. hìc, quod non intelligebant, ut ſolent, perverterunt, habent enim: διὰ ἁμαρτίαν βραχύ τι ἐλύπησα αὐτὸν, καὶ ἐπάταξα αὐτὸν, καὶ ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου ἀπ᾽ αὐτοῦ. Meliùs *Hieronymus*, in Commentario: *propter iniquitatem avaritiæ ejus iratus ſum, & percuſſi eum, abſcondi & indignatus ſum.* In Editione Vulgata eſt perperam: *abſcondi à te faciem meam*, è LXX. Intt.

Quia ingreſſus erat contumax] וילך שובב *vajjelech ſchobab.* Hìc ו vertimus *quia*, prout orationis nexus poſtulabat. LXX. Intt. καὶ ἐλυπήθη καὶ ἐπορεύθη στυγνὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. *Hieronymus* verò: *& ambulavit mœrens in via cordis ſui.* שובב non eſt *mœrens*, ſed *contumax*, qui ad quidpiam vocatus aliò ſe convertit. Vide Jerem. III, 14. XXXI, 22.

Quæ ſibi cordi erat] *Cordis ſui.*

18. *Vias ejus vidi*] Hoc eſt, cùm probè animadverterem, quò tenderet, & quàm cœco impetu in perniciem ſuam rueret; vulnera ei inflicta ſanavi. Nimirum, Judæi captivi, cùm in captivitate deteriores fierent, ſunt à Deo in patriam revocati; ne in æternam Idololatriam prolaberentur.

Eúmque ſanavi] In patrias ſedes reduxi; animo enim & corpore æger in Babylonia captivus erat Juda. Vide & vers. ſeq.

Quietem ei conceſſi] ואנחהו *veanhhehou*, & feci eum quieſcere; hoc eſt, certas & quietas ſedes ei in Judæa dedi. Qui enim in ſolo alieno eſt, vagus haberi poteſt, & ſede carere. Ideò terra Iſraëlitis מנוחה *mnouhhah*, quies dicitur. Vide not. ad Gen. XLIX, 15.

Lugentibúſque ejus] Iis, qui in terra aliena lugebant. LXX. Intt. ἔδωκα αὐτῷ παράκλησιν ἀληθινήν. Quod rectè vertit *Hieronymus: reddidi conſolationes ipſi & lugentibus ejus*; ut habent Hebraïca, nec eo ſeciùs in Comment. verſionem Græcam illuſtrat, dum obſervat, *multas falſas eſſe conſolationes, quibus genus decipitur humanum.* Sic & alibi ſæpe, ut gratificaretur iis, qui Veterem Italam lectitabant, hoc eſt, omnibus Occidentalibus, ipſo excepto, & paucis, qui labores ejus probabant.

19. *Creo fructum labiorum*] בורא ניב שפתים *bore nib ſchphathajim.* Omittunt hæc verba LXX. Intt. Latinus: *creavi fructum labiorum*, quod interpretatur *Hieronymus: implevi, quod pollicitus eram.* Alii de actionibus gratiarum, quæ Deo repenſæ ſunt, ob reditum è captivitate. Subauditur אני *ego*, quod, in hoc loquendi genere, ubi participium præmittitur, vim obtinet verbi ſubſtantivi. Eſt in textu נוב *nob*, ſed Maſtorethæ legunt ניב *nib*, quâ voce *proventus* terræ ſignificatur. *Proventus* autem *labiorum* vix quidquam dici queat, præter verba; quæ, ubi ſermo eſt de re, cujus causâ gratiæ aguntur, ſunt gratiarum actiones. Eadem loquutio occurrit in verſione LXX. Intt. Hoſ. XIV, 3. ἀνταποδώσομεν καρπὸν χειλέων ἡμῶν, unde deſumta adhibetur à viro Apoſtolico Heb. XIII, 15. pro θυσίας αἰνέσεως. Eſt tamen in Hebræo Hoſeæ loco: פרים שפתינו *pharim ſchphathenou*, quod eſt contrarium analogiæ Grammaticæ, quæ poſtulat priorem vocem in ſtatu constructo, quomodo lecta videtur à LXX. Intt. פרי *phre*, vitulos, quod poteſt etiam efferri *phri*, fructum.

Pacem, pacem] Nempe, Cyri victoriis & regno, cui etiam addendi alii Reges Perſarum;

nam quieſcere non poteſt, & pelluntur ejus aquæ cœno & luto *turbidæ*; 21. nec ulla pax, inquit Deus meus, *erit* nocentibus.

De prava & recta jejunii obſervatione, déque iis, quæ veram virtutem à Deo maneant.

CAPUT LVIII.

1. CLAMA gutture, ne cohibe, ſed tolle vocem tuam inſtar tubæ; indica populo meo defectionem ſuam, & domui Jacobi ſua peccata. 2. Me quærunt quotidie, viáſque meas ſcire volunt, quaſi gens eſſent, quæ juſtitiam exerceret, nec jura Dei

uim quieſcere uequit, 21. nec ullâ quiete fruentur, ut ait Deus meus, nocentes.

PARAPHRASIS.

1. CLAMA, imo gutture, nec vocem cohibe, ſed ea utere, ut tubâ; exprobra populo meo ſuam defectionem, & Jacobo ſua delicta. 2. Me quotidie quærunt, & quomodo me geram ſcire cupiunt, quaſi juſtitiæ amantes eſſent, uec leges Dei ſui negligerent. Interrogant me de judiciis juſtis, & libenter videntur audire, quomodo me geram; quaſi juris eſſent amantes, nec jura à Deo inſtituta negligerent. Interrogant de juſtis judiciis, libentérque, ad Deum palam ado-

rum; ſub quorum imperio & Judæi & finitimi Aſiæ populi & remotiores longâ pace fruiti ſunt.

Et eum ſanavi] Iſraëlem reduxi è captivitate, ut vers 13.

20. *Vento pulſi*] Supplevimus *ventum*, quia nullâ alia re mare pellitur, ita ut æſtuet, niſi vento.

Cœno & luto turbidæ] רפש וטיט *repheſch vathith.* Subaudiendum *turbidæ*, quod fit præſertim ad littora ſoli pinguioris, unde particulæ luti diſſolvuntur, miſcentúrque aquæ, in gravioribus præſertim procellis. De animis ejuſmodi hominum dicere poſſis, quod *Ovidius* de ſe Triſtium I. El. X, 33.

Cúmque ſit hibernis agitatum fluctibus æquor,
Pectora ſunt ipſo turbidiora mari.

21. *Ulla pax*] Aut tranquillitas, aut ſors beata, aut utrumque. Sæpe graviter jactantur mali, nec ſuis frui ſinuntur; ſæpe, ſi externa vis non ingruit, conſcientiâ ſcelerum agitantur, apud animum ſuum.

COMMENTARIUS
In CAPUT LVIII.

1. C*Lama gutture*] Non extremis labiis, ſed aperto ore, & magnâ voce.

Inſtar tubæ] כשפר *cheſchophar.* LXX Int. ὡς σάλπιγγι, *tuba.* Alii Græci κερατίνῃ habent, quæ propriè *buccina* cornu arietino confecta. Sed hæc ſæpe confunduntur.

2. *Me quærunt*] In Templo orationes fundunt, ſed dicis causâ.

Meáſque vias ſcire volunt] Præ ſe ferunt cupiditatem cognoſcendi Leges divinas, quas tamen perfringunt.

Interrogant me] Sacerdotes & Prophetas conſulunt de judiciis, in quibus dubium quiddam eſt, quaſi vererentur, ne inſcii divina jura violarent.

3. *Rem non animadvertiſti*] לא ראית *lo raitha,* non vidiſti; hoc eſt, majorem rationem eorum non habuiſti, quàm ſi non vidiſſes, ſive nos non exaudiſti.

Conſequimini, quod cupitis] תמצאו חפץ *thimtſeou hhephets*, invenitis voluntatem. Videri tantùm vultis homines religioſi, eámque famam conſequemini; quamvis ceteroqui Legum divinarum ſpretores ſitis; cui vitio gens Judæa obnoxia fuit, ut ex Evangeliis etiam liquet.

Laborum veſtrorum mercedem exigitis] עצביכם תנגשו *hatsbechem thingoſchou*, labores veſtros exigitis: hoc eſt, mercedem macerationum veſtrarum exigitis & accipitis; famam, nempe, hominum religioſorum, quam plebs vobis non negat. Non intellexerunt hæc LXX. Int. qui habent: τοὺς ὑποχειρίους ὑμῶν ὑπονύσσετε, nec alii Græci, quos ſequutus eſt *Hieronymus*, cujus hæc ſunt verba: *quod ſequitur, juxta* LXX. & omnes ſubjectos vobis compungitis, *ſive* adfligitis, *meliùs Theodotio, & Symmachus tranſtulerunt, quos nos, hoc in loco, ſequuti ſumus:* & omnes debitores veſtros repetitis. Sed nuſquam עצב *debitorem* ſonat, & ſuperioris membri παραλληλισμὸς oſtendit, agi de macerationibus jejuniorum. Expreſſit hæc Chriſtus Matth. VI, 2, 5, 16. vocibus ἀπέχειν μισθὸν, ubi agit de ſimulatoribus pietatis, qui *mercedem accipiebant* fictæ religionis, ſpectari ab hominibus, & famam religioſorum ſibi paraſſe.

4. *Atqui jejunare vos oportuit contentioni*] הן לריב ומצה תצומו *hen larib oumatſah thatſoumou*, en contentioni & rixæ jejunabitis; hoc eſt, jejunare vos oportuit; hæc enim eſt vis Futuri præcipientis, apud Hebræos. Quod non animadverſum fecit, ut Interpretes non pauci à ſenſu prorſus aberrarint; quos, vero ſenſu expoſito, confutare ſingillatim nihil adtinebat. Hoc unum addam, *jejunare liti & contentioni*, aliud

Dei ſui reliquiſſet. Interrogant me de juſtis judiciis, libentérque ad Deum accedunt.
3. Quare, *inquiunt*, cùm jejunaſſemus, *rem* non animadvertiſti, cúmque nos adflictare-
mus, neſciviſti? En verò, *ait Deus*, die, quâ jejunatis, conſequimini, quod cupitis, at-
que omnium laborum veſtrorum *mercedem* exigitis. 4. Atqui jejunare vos oportuit con-
tentioni, rixæ & pugnis, *quibus alios* improbè *impetitis*; non jejunare, ſicut hodie, ut
altam vocem veſtram audiendam præbeatis. 5. Hoccine eſt jejunium, *quod* elegi, ut
quis, per diem *unum* ſe ſe adflictet? an ut curvet collum ſuum, inſtar junci, ſaceúm-
que & cinerem *ſibi* ſubſternat? an hoc jejunium vocatis, & diem Deo acceptum?
6. Annon hoc eſt jejunium, quod elegi, ſolvere vincula improbitatis, *preſſos* exo-
nerare

adorandum, accedere videntur. 3. Queruntur, ab eo rationem nullam haberi ſuorum jejuniorum; & quare, *inquiunt*, cùm jejunaſſemus, rem non animadvertiſti, cumque nos adflictaremus, neſciviſti? Atqui, ait Deus, diebus, quibus jejunatis, impetratis, quod petitis, atque omnium veſtrorum laborum mercedem exigitis. 4. Vos verò jejunare oportuit contentioni, rixæ & pugnis, quibus alios improbè impetitis; non jejunare, ſic ut facitis nunc, ut altam vocem audiendam præbeatis. 5. Hoccine eſt jejunium, quod volui obſervari, ut quis unum diem ſe ſe adflictet? an ut curvet caput ſuum inſtar junci, ſaccumque & cineres ſibi ſubſternat? Hoc perperam vocatis religioſum jejunium, & diem Deo acceptum.

6. Hoc demum eſt jejunium, quod mihi elegi, ut laudabile, ſe ſe liberare vinculis improbitatis, preſſos nimiùm quovis onere exonerare, liberos ad-
tritos

aliud eſſe non poſſe, quàm à lite & contentione abſtinere.

Pugnis, quibus alios improbè impetitis] ולהכות באגרף רשע *oulahaccboth beegroph reſchah*, & percutiendo pugno improbitatis.

Non jejunare] לא תצומו *lo thatſoumou*, non jejunabitis. Infinitivo uſi ſumus, Latinè loquentes, nec ſententiæ quidquam detraximus. LXX. Intt. ſenſum fecerunt non malum, ad rem quod adtinet, ſi negans particula addatur, ſed vim verborum non expreſſerunt: εἰ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε καὶ τύπτετε πυγμαῖς ταπεινόν. Addendum eſſet μὴ poſt εἰ. ἵνα μοι νηστεύετε ὡς σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν. *Hieronymus*: *ecce, ad lites & contentiones jejunatis* (hoc verò nequaquam faciebant) *& percutitis pugno impii. Nolite jejunare, ſicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelſo clamor veſter.* Non minùs aberravit à ſententia loci. Mirum eſt omnes Interpretes Veteres & Recentiores, quos vidi, in re tantilla erraſſe, nec obſervatam eſſe, quod quidem ſciam.

Ut altam vocem veſtram audiendam præbeatis] להשמיע במרום קולכם *lehaſchmiah bmarom kolechem*, ad faciendum audire in altitudine vocem veſtram; dum, nempe, *altâ*, ſeu magnâ voce Deum oratis. Hebræi enim dicunt הרים קול *harim kol*, extulit in altum vocem, ut liquet ex vers. 1. & מרום hic ſumitur pro *ſummo tono*. Vide & 2. Reg. XIX, 22.

5. *Hoccine eſt jejunium* &c.] *An ſicut hoc erit jejunium, elegi illud?* Omiſſum eſt אשר *quod*, ut paſſim.

Ut quis per diem unum &c.] *Die adfligere hominem animam ſuam.*

Saccúmque & cinerem ſibi ſubſternat] Hoc eſt, humi jaceat in cinere, aut pulvere, ſacco indutus.

Vocatis] *Vocabis.*

Diem Deo acceptum] יום רצון ליהוה *jom ratſon l'Ihovah*, diem favoris Jehovæ. LXX. Intt. ἡμέραν δεκτήν. Meliùs Latinus: *diem acceptabilem Domino.*

6. *Hoc eſt, jejunium*] Hoc exæquo jejunio, aut etiam præfero.

Solvere vincula improbitatis] פתח חרצבות רשע *phittheahh hhartſubboth reſchah.* Vox חרצבות exſtat, ſemel adhuc, Pſ. LXXIII, 4. ubi vide notata. Hìc LXX. Intt. σύνδεσμον ἀδικίας. *Hieronymus* etiam: *colligationes iniquitatis.* Jonathan: כנישת רשעא *chniſchath riſchhah*, congregationem nequitiæ. Ex verbo פתח *phittheahh*, quod eſt *aperuit*, aut *ſolvit*, intelligere licet *vincula*, aut *conjunctiones*, aut *carceres*, ſignificari. Poterant debitores vinculis ſervitutis retineri, aut innocentes in carcerem conjici, aut coitiones judicum fieri, ut damnarentur, qui causâ ſuperiores erant, & ſimilia; quibus æquè conveniunt verba Prophetæ; nec ſatis liquet quid potiſſimùm ſpectarit.

Preſſos exonerare ſarcinâ jugi] התר אגדות מוטה *hatther aguddoth mothah.* LXX. Intt. διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων. Vulgatus: *ſolve faſciculos deprimentes. Jonathan:* שרו קטרי כתבי דין מסטי *ſolvite colligationes ſcripturarum judicii depravati.* Satis conſtat, jugum quoddam iniquum damnari, ſed quale ſit obſcurum eſt. Quia אגדה *aguddah* eſt faſciculus, & quidem litteratum, putarunt LXX. Intt. agi de contractibus violenter extortis; *Jonathan* verò de ſcriptis, quæ lite pendente fiunt, vel à Judicibus, vel à litigantibus. Sed non ſatis commodè talia *jugum* vocari videntur; verùm quis dixerit quodnam *jugum* intelligatur? Hoc unum adſeverare queas, onus quoddam moleſtum à potentioribus impoſitum populo fuiſſe. Hieronymus ad locum: *Verbum Hebraïcum MOTA, quod in Jeremia*, torques ferreos *interpretatur, in præſente Capitulo bis legitur. In eo enim loco, ubi ſupra juxta* LXX. *diximus:* diſſolve obligationes violentarum commutationum. *Pro uno verbo MOTA, ſciamus, eos poſuiſſe* violentas cautiones, *pro quibus Aquila* errorem, *Symmachus* declinationem, *Theodotio* κλοιόν, *id eſt*, torquem *converterunt. Rurſus in præſenti loco, ubi nos vertimus:* ſi abſtuleris de medio tui catenam; *& pro* catena LXX. σύνδεσμον, *id eſt, colligationem*, ſive *vinculum* tranſtulerunt; *Aquila, ſicut ſupra*, errorem *interpretatus eſt. Symmachus* in *Theodotionis ſcita concedens* torquem *poſuit.*

nerare ſarcinâ jugi, dimittere adtritos liberos, atque omne jugum rumpere? [7]. Annon frangere eſurienti panem tuum, intromittere adflictos vagantes domum, ſique videris nudum, operire, neque te carni tuæ abdere? [8]. Tum verò erumpet inſtar auroræ lumen tuum, ſanitas tua citò efflorefcet, præibit tibi juſtitia tua, & gloria Jehovæ agmen tuum coget. [9]. Tunc *eum* invocabis, & Jehova *te* exaudiet; clamabis, & dicet: en adſum; ſi removeris è medio jugum, emiſſionem digiti & ſermonem iniquum; [10]. ſi eſurienti expromſeris animum *benignum*, & adpetentiam pauperis ſatiaveris; in caligine exorie-

tritos dimittere, ne onere nimio opprimantur. 7. Eodem pertinet, eſurienti partem panis ſui largiri; vagantes, qui hoſpitio carent, excipere; veſte eos donare, qui non habent; ſique videris nudos, operire, neque populari tuo te ſubtrahere, quia paupertate premitur. 8. Tum verò res domeſticæ tuæ florentes, omnibus fient conſpicuæ, ut aurora, ſanitas tua confirmabitur, præibit tibi virtus tua, & Dei gloria velut agmen tuum coget. 9. Tunc cùm Creatorem invocabis, te ille exaudiet, invocabis eum, & ſe auxilio, quod tibi feret, præſentem oſtendet; ſi modo omnem vim amoveris, omnem promiſſionem vanam, & ſermones iniquos. 10. Si eſurienti benignum te præſtiteris, & quod edat dederis; videberis lumen in tenebris ortum, & tenebræ ipſæ tuæ videbuntur

Dimittere adtritos liberos] שלח רצוצים חפשים *ſchalleabh rtſoutſim bhophſchim*, dimittere fractos liberos. LXX. Intt. ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει. Latinus: *dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos. Jonathan*: פטרו דהוו אניסין בני חורין *dimittite eos, qui ſunt oppreſſi, liberos.* רצוצים ſunt hìc qui vi & injuriâ fracti & carcere coërciti. Vide 2. Sam. XII, 3, 4. Hamos. IV. Sed quodnam ſingulare injuriæ genus imprimis reſpiciatur, nobis non liquet.

Omne jugum rumpere] כל מוטה תנתקו *chol mothah thenatthekou*, omne jugum rumpite; nempe, iniquum. Rem infinitivo expreſſimus, propter antecedentes, & ſequentes infinitivos. LXX. Intt. πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. Latinus: *omne onus dirumpite. Jonathan*: וכל דין מסטי תסלקון, *omne judicium iniquum auferent.* Videtur ſignificari omne genus injuſti oneris.

7. *Vagantes*] מרודים *mroudim*. LXX. Intt. ἀστέγους. Vulgatus: *vagos*. Jonathan: מטלטלין *migrantes*. Intelliguntur, ut ipſa res oſtendit, deſtituti domicilio, ſive vox deducatur à רוד *roud*, deploravit in *Hiphil*; vel à מרד *marad* rebellavit, ut intelligantur ii, qui à ſuis per vim, domo ejecti ſunt. Hìc pro *intromittere* eſt *intromittes*, duóque ſequentia verba ſunt etiam in futuro. Sed Latinè futura miſcere infinitivis non licet.

Neque te carni tuæ abdere] בשר *caro* dicuntur non rarò conſanguinei, aut ejuſdem gentis. Vide Gen. XXIX, 14. XXXVII, 27. ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. Vulgatus: *carnem tuam ne deſpexeris.* Non poteſt quidem popularis dives fugere conſpectum popularis pauperis, ne eum adjuvet, ſine ejus contemtu; ſed propterea non fuit recedendum à proprietate ſignificatûs verbi תתעלם *thithallam*, abdes te, quod æquè commodè auxilii negationem exprimit.

8. *Erumpet inſtar auroræ lumen tuum*] יבקע כשחר אורך *jibbakah chaſſchabhar orecha*; hoc eſt, res tuæ ſecundiores fient, nam *lumen* paſſim res ſecundas ſignificat, quarum augmentum ſignificatur, & quidem omnibus gratum, inſtar auroræ exorientis, quâ nihil jucundius.

Sanitas tua citò eſſloreſcet] ארכתך מהרה תצמח *arucchathecha meherah thitſmahh*. LXX. Intt. τὰ ἰάματά σου τάχυ ἀνατελεῖ. *Aquila*, ut habet *Hieronymus*, verterat in hanc ſententiam: *cicatrix vulneris tui citò obducetur*; ipſe verò vertit: *ſanitas tua citò orietur.* Vide & Jerem. VIII, 22. XXX, 17. Sic dictam volunt ſanitatem, quòd vitam producat, nam ארך eſt *longus fuit.* Quod tamen Etymon præſtare nolim.

Præibit tibi juſtitia tua] Voce *juſtitiæ* צדקה *virtutem*, non quæ propriè apud Philoſophos dicitur *juſtitia*; ſed quamvis ſignificant Hebræi; quod & interdum fecerunt Græci, pro verſiculo *Theognidis* 147.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.

Juſtitia una alias virtutes continet omnes.

Quem profert *Ariſtoteles*, Eth. Nicom. Lib. V. c. 1. ad quem vide Interpretes. Qui Meſſiæ juſtitiam hìc quærunt, quæ noſtra ſit, quia nobis imputata, ii nimis liberaliter ſuam ipſorum Theologiam Prophetæ mutuam dant. *Juſtitia* vel *Virtus*, in prima Judæorum acie, fore dicitur, quaſi tutela quædam, quæ eos ab omni malo præſtabit; ſic volente Deo Opt. Max. qui virtutes imperfectas licèt hominum, pro ſua liberalitate, præmiis donat, quæ non ſunt meritæ, ſi ſummo jure nobiſcum ageret.

Gloria Jehovæ agmen tuum coget] Vide dicta ad C. LII, 12.

9. *Tunc eum invocabis*] Hinc Judæi intellexerant, ὁ Θεὸς ὐκ ἀκύει· ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, κὴ τὸ θέλημα αὐτῦ ποιῇ, τύτυ ἀκύει, Joan. IX, 31. ſed & ipſi Ethnici rem norant, ut liquet *Homeri* verſiculo Iliad. A, 217.

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

Eum maximè exaudiunt Dii, qui eos audivit; quod; ſimilibus ſententiis illuſtravit *Jac. Duportus* in Gnomol. Homerica.

Et dicet: en adſum] Præſens tibi auxilium feret.

Si removeris è medio jugum] Onus quodvis injuſtum, quod potentiores humilioribus imponunt.

Emiſſionem digiti] שלח אצבע *ſchlabh etsbah.* LXX. Intt. χειροτονίαν. *Aquila* & *Symmachus*: ἐκτείνοντα δάκτυλον. Vulgatus: *deſieris extendere*

exorietur lumen tuum, & tenebræ tuæ fient inſtar meridiei. 11. Semper dux tuus erit Jehova, in magnis ſiccitatibus explebit adpetentiam tuam, & oſſa tua *ex anguſtia* expediet; eris inſtar horti irrigui; inſtar ſcaturiginis, cujus aqua non deficit. 12. E tuo *domos* ædificabunt *in* locis dudum deſertis, fundament*áque* in futuras ætates ſtabilies; à te vocabitur, qui perruptas ſepes inſtauret, & qui vias iterum frequentet. 13. Si pedem tuum revocaveris à *profanatione* Sabbathi, *nec volueris* facere, quod tibi libet, die mihi ſacrâ, ſi vocaveris Sabbathum *delicias* ſancti & colendi Jehovæ, ídque ſacrum habueris,

tur inſtar luminis meridiani. 11. Creator erit tibi ſemper inſtar ducis, in longis ſiccitatibus, ſuppeditabit quod adpetentiam ſuſtentabit, & oſſa tua ex anguſtia expediet. Eris ſimilis horti irrigui, inſtar vivæ ſcaturiginis, cui aqua non deeſt. 12. Tuis ſumtibus ædificabuntur ædes, in locis dudum deſertis, fundamentáque jacient in futuras ætates. Curabis ſepes inſtaurari, quo fiet, ut viæ, ut antea, frequentes fiant. 13. Si ſtudioſè abſtineas à profanatione Sabbathi, nec volueris facere quidquid libebit, die Deo ſacro; ſi vocaris eum diem delicias ſancti & colendi Creatoris, eumque ſacrum habueris, & religioſè ſervaveris; ita ut non ſequaris mores tuos, nec feceris quidquid libebit, die Deo ſacra, nec ſequaris mores tuos aut dicas,

dere digitum. Viri docti volunt *emiſſionem digiti* eſſe irriſionem, quaſi irriſionis causâ digito homines notaſſent Judæi. Velim prolatum ejus rei exemplum, interea crediderim, Proceres Jeroſolimitanos eo ſigno uſos, ut, ſi quis tenuioris ſortis vir ipſis diſpliceret, à ſervis, vel adparitoribus, ſi Magiſtratum gererent, expelleretur & malè haberetur. Prius quidem illud non erat probi viri, verùm ea deliquerant Judæi, quæ leve peccatum iis exprobrari vix patiuntur. Sed rem in medio relinquo.

10. *Expromſeris animum benignum*] תפק לרעב נפשך *thaphek lraheb naphſchecha*, effuderis famelico animam tuam. LXX. δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον ἐκ ψυχῆς σου. Latinus: *effuderis eſurienti animam tuam*; hoc eſt, liberali & promtâ largitione ſubveneris egeno, unde facilè intelligere eſt rem ex animo fieri.

Adpetentiam pauperis] נפש נענה *nephesch nahanah*, animam adflictam, quod eodem modo intelligendum putamus, ac נפש עני *animam pauperis*. Jam ſæpiùs obſervavimus, apud hunc Prophetam, נפש *nepheſch* eſſe ὄρεξιν. Vide & vers. 11.

In caligine exorietur lumen tuum &c.] Orientale eſt loquendi genus, quo ſignificat Propheta, in ejusmodi hominis fortunis, eam futuram mutationem; ut locupletior fiat, atque ex obſcuro homine vir illuſtris.

11. *Dux tuus erit Jehova*] נחך יהוה תמיד *nabhacha Jehovah thamid*, ducet te Jehova perpetuò; nempe, inſtar Paſtoris. Vide Pſalm. XXIII, 3. LXX. Intt. καὶ ἔσται ὁ Θεός μετά σου διὰ παντός. Latinus: *& requiem tibi dabit Dominus ſemper.*

In magnis ſiccitatibus] בצחצחות *btſabhtſachoth*. LXX. Intt. καθάπερ ἐπιθυμεῖ. *Hieronymus: ſplendoribus.* Jonathan: בשני בצורתא *biſchne btſoretha*, annis ſiccitatis. Vide ad Pſ. LXVIII, 7. Repetitio radicalium emphaſin, ut notum, voci addit, quâ proinde *magnæ ſiccitates* ſignificantur. Sententia loci eſt, fore ut Deus homines beneficos, in maxima ſterilitate, curet omnibus abundare.

Adpetentiam tuam] Animam tuam, ut verſu 10.

Ex anguſtia expediet] יחליץ *jahhalits*. LXX. Intt. τὰ ὀστᾶ σου πιανθήσεται. Latinus: *oſſa tua liberabit*. Nec aliud ſignificat vox Hebraïca.

Cujus aqua non deficit] אשר לא יכזבו מימיו *aſcher lo jechazzebou memau*, cujus non mentientur aquæ; hoc eſt, non deficient. LXX. Intt. ὃ μὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ. Vulgatus: *cujus non deficient aquæ.* Qui, nempe, fidem non ſervant, & id, quod exſpectabatur ab iis, non præſtant: ideóque fons *mentiri* dicitur, qui aquam, quæ ab eo ſperabatur, non ſuppeditat. Vide ſimile loquendi genus de Muſto Hoſ. IX, 2. & de Oleo Hab. III, 17.

12. *E tuo domos ædificabunt*] בנו ממך *banou mimmecha*, ædificabunt à te; hoc eſt, pecuniâ è tua arca deſumtâ.

In locis dudum deſertis] חרבות עלם *bhorboth holam*, ſolitudines antiquas; hoc eſt, in locis jam dudum; nempe, ante Captivitatem deſolatis, domos ædificabunt.

Fundamentáque in futuras ætates &c.] מוסדי דור ודור *moſede dor vador*, fundamenta ætatis & ætatis; hoc eſt, in multas ætates ſuperfutura.

A te vocabitur] וקרא *vekora*. Eſt *Puhal* ubi *Cholem*, propter ר, additur per *Kibbuts*. LXX. Intt. κληθήσῃ vocaberis, quaſi fuiſſet תקרא *thkora*. Sic & Vulgatus *vocaberis*, neglectâ Grammaticâ Analogiâ, quam non ſatis norant, ut ex innumeris locis liquet.

Et qui vias iterum frequentat] משבב נתיבות לשבת *mſchobeb nthiboth laſſchabeth*, reſtituens vias ad habitandum; hoc eſt, homines, qui faciunt, ut viæ iterum frequentes ſint viatoribus. Quibus verbis ſignificatur multitudo incolarum Judææ, poſt reditum è Captivitate. LXX. Intt. τὰς τρίβους σου ἀναμέσον παύσεις. Vulgatus: *avertens vias ad quietem.* Prorſus contra ſenſum. *Aquila* non meliùs: τοῦ καθίσαι. *Symmachus* & *Theodotion* optimè: τοῦ οἰκῆσαι. *Habitari* enim dicuntur *viæ*, per quas frequentes incolæ commeant.

13. *Si pedem tuum revocaveris à profanatione Sabbathi*] אם תשיב משבת רגלך *im thaſchib miſſchabbath raglecha*; ſi redire feceris pedem tuum à Sabbatho; nempe, ne polluas ullo ſervili opere.

Nec volueris facere] Eſt tantùm עשות *haſchoth* facere, ſed neceſſariò ſupplenda negatio, ללא *lelo* cum LXX. Intt. qui habent: τοῦ μὴ ποιεῖν. Minùs commodè *Hieronymus: facere voluntatem* &c.

Die mihi ſacro] *Die ſanctitatis meæ*.

Sancti & colendi Jehovæ] לקדוש יהוה מכבד

bueris, *ita* ut non ſequaris mores tuos; neque, quod tibi libet, feceris; nec loquaris, *quod tibi videtur*; [14]. tum delectaberis Jehovâ, & faciam, ut veharis per loca edita terræ útque victum habeas è poſſeſſione Jacobi, progenitoris tui; nam os Jehovæ loquutum eſt.

Caſtigatio ſcelerum à Judæis admiſſorum, qui tamen peccata fatentes inducuntur, deſcriptióque pœnarum, quas Deus de hoſtibus ſuis ſumet.

CAPUT. LIX.

1. NON eſt brevior facta manus Jehovæ, ne liberet; neque obſurduit ejus auris, ita ut non audiat; [2]. ſed iniqua veſtra facta vos & Deum veſtrum ſepararunt, &

eas quidquid tibi libebit; 14. tum tandem oſtendes, te delectari cultu Creatoris, & faciam, ut liberè veharis per loca edita Iſraëlitidis terræ, utque tibi abundè ſuppeditet victus neceſſarios ex agris Jacobi progenitoris tuis, prout Creator pollicitus eſt.

P A R A P H R A S I S.

1. NON eſt minuta potentia Creatoris, ut nequeat liberare cultores ſuos; nec ita obſurduit, ut eos, qui eum invocabunt, minùs audiat, quàm antea; 2. ſed iniqua facta veſtra Deum alieniorem fecerunt, ut vultum ſuum a vobis averteret, nec vos exaudiret.

likdoſch Jehovah mechubbad, ad ſanctum Jehovam colendum. Hic præter morem epitheton unum antecedit ſubſtantivum, alterum verò ſequitur. Solent alioqui dicere Hebræi יהוה קדוש ומכבד *Jehova ſanctus & colendus.* Fortè legendum לקדש *lkodeſch*, *ad ſanctificandum*, vel *ſanctum habendum Jehovam* &c.

Idque ſacrum habueris] וכבדתו *vechibbadtho* & honoraveris eum.

Ita ut non ſequaris mores tuos] *A faciendis viis tuis*, מעשות *mehaſchoth*, ubi מ eſt negativum.

Neque, quod tibi libet, feceris] ממצוא חפצך *mimmetſo hhaphtſecha*, ab invenienda voluntate tua. Hìc iterum מ negat. Sententia hujus loquendi generis *invenire voluntatem ſuam* eſt id conſequi, quod cupis, nullà habitâ ratione ſanctimoniæ Sabbathi, ita ut cuivis operi manus admoveatur; quod illicitum prorſus erat.

Nec loquaris, quod tibi videtur] ודבר דבר *veddaber dabar*. Repetenda negatio, ita ut vetentur Iſraëlitæ, die Sabbathi, quidquid libebat proloqui, ac proinde jubeantur eum diem ſermonibus piis celebrare, non de quavis re loqui. LXX. Intt. οὐδὲ λαλήσεις λόγον ἐν ὀργῇ ἐκ τοῦ στόματός σου. Sic & *Jonathan*: ומללא מלין דאונס, *nec loquaris verba violentiæ.* Similia etiam ipſi Ethnici vitanda diebus feſtis ſanciverunt. *Ovidius* Faſtorum Lib. I, 71. de Calendis Januariis:

Proſpera lux oritur, linguiſque animiſque favete;
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.
Lite vacent aures inſanáque protinus abſint
Jurgia; differ opus, livida lingua, tuum.

14. *Delectaberis Jehova*] התענג על יהוה *thithhannag hal Jehovah.* LXX. Intt. ἔσῃ πεποιθὼς ἐπὶ κύριον. *Hieronymus*, verbo tenus: *delectaberis ſuper Dominum.* Jonathan: קדם יהוה *coram Jehova.* Vult *Grotius* perinde eſſe ac, Deo dante, habebis, quo te oblectes; hoc eſt: ſecundis rebus frueris. Nec abſurda eſt interpretatio. Vereor tamen, ut ſimilis loquutionis exemplum exſtet, eo ſenſu. Eſt quidem Pſ. XXVII, 4. *Oblecta te Jehova* התענג על יהוה *thihhannag hal Jehova.* Sed non video cur Pſaltes hoc velit, quod putat *Grotius*. Sententia ergo mihi eſſe videbatur: ſi legum obſervans fueris, omni bonorum genere te cumulabit Deus, carúmque obſervatione delectaberis, nedum ut tibi graves ſint. Libenter certè id facimus, quo facto, certa utilitas in nos redundat.

Faciam, ut veharis per loca edita terræ] Hanc rem ita interpretatur Chaldæus, ut velit Deus, ſe ſe in manum Iſraëlis munitas omnes arces Judææ traditurum; ita ut ejectis Babyloniorum præſidiis, tutò & ſine impedimento per eas vehi poſſent. LXX. Intt. ἀναβιβάσει σε, ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς. Vulgatus: *ſuſtollam te ſuper altitudines terræ.*

Utque victum habeas è poſſeſſione &c.] *Ut comedas poſſeſſionem Jacobi.* LXX. Intt. ψωμιεῖ σε τὴν κληρονομίαν. Latinus: *cibabo te hereditate.*

COMMENTARIUS
In CAPUT LIX.

1. NOn eſt brevior facta. &c.] *Ecce non brevis* &c. Particula *ecce* hìc more Hebraïco abundat, ideóque eam omiſimus vertendo. Videntur hæc verba Prophetæ eſſe reſponſio ad tacitam objectionem Judæorum ſui ævi, objicientium Prophetis, fruſtra ſibi promitti auxilium Dei contra vicinos populos ipſis longè potentiores; neque enim eſſe ampliùs ea tempora, quibus inſignibus miraculis populum ſuum liberabat ab hoſtibus, tutúmque

& peccata veſtra fecerunt, ut abſconderet vobis faciem, ne vos audiret. 3. Manus enim
veſtræ ſunt pollutæ ſanguine, & digiti veſtri iniquitate, labia veſtra mendacium pro-
loquuta ſunt, & lingua veſtra res iniquas protulit. 4. Nemo eſt, qui imploret juſti-
tiam, nemo eſt, qui judicet ex vero; fiduciam reponitis in inanitate, dicitis mendacia,
concipitis moleſtias, & res iniquas paritis. 5. Ova reguli excluſerunt, teláſque araneæ
texuerunt; qui comedet ex eorum ovis morietur, nam è compreſſo *ovo* vipera exclude-
tur. 6. Telæ verò aranearum non erunt veſti idoneæ, nec ii tegentur operibus
ſuis

ret. 3. Manus enim veſtræ ſunt etiamnum cædibus pollutæ, & digiti veſtri iniquitatibus, labia mendaciis dedita, mendacia & res iniquas protulerunt. 4. Nemo implorat juſtitiam, nec quisquam eſt, qui judicet ex vero; fiduciam veſtram reponitis in rebus inanibus; mentimini; concipitis res moleſtas, atque iniquas paritis. 5. Ova regulorum excludunt; telas araneæ contexuerunt; & quisquis guſtarit eorum ova, hoc eſt, particeps fuerit eorum conſiliorum, morietur; nam ex compreſſis ejusmodi ovis viperæ, hoc eſt, venenata conſilia naſcentur, cùm ex ovo venenati ſerpentis, naſcatur ejusmodi venenatum animal. 6. Nec telæ aranearum illarum idoneæ veſtibus texendis,

que præſtabat, qualia fuerant tempora Moſis, Joſuæ, aliorúmque Judicum ac Regum; jámque ita convaluiſſe opes, hinc Ægyptiorum, illinc Babyloniorum, ut eis pares nequaquam eſſent Judæi, neque de iis victoriam referre ſe poſſe ſperarent. Ideò Propheta negat *breviorem factam eſſe manum Jehovæ*, ſeu minùs eum eſſe potentem, quam olim; neque minùs præſentem rebus humanis, ut non videat, quid in terris agatur; neque minùs audire preces religioſorum hominum, ad ejus auxilium confugientium; ſed cauſam cur tanta potentiæ ſuæ ſpecimina non ederet, in gratiam Judæorum, eſſe eorum nequitiam.

2. *Fecerunt, ut abſconderet* &c.] *Abſconderunt faciem* (פנים pro פניו faciem ejus) *ne audiret*. Deſumtum hoc, ut alibi jam diximus, à more Regum & Principum virorum, qui in conſpectum ſuum non admittunt eos; quibus concedere nolunt, quod petunt, aut quibus infenſi ſunt.

3. *Protulit*] תהגה *thehgeh*, quod eſt, hìc *protulit*, alibi *meditatus eſt*. Ideò Latinus: *iniquitatem fatur*. LXX. μελετᾷ, minùs bene, niſi μελετᾷ interpreteris de lingua, quæ ſe ſe ad pravè loquendum exercet.

4 *Qui imploret juſtitiam*] קרא בצדק *kore btſedek*, vocans juſtitiam; quia, nempe, judices erant iniqui, ſéque iis permittere nemo, audebat. LXX. Intt. οὐδεὶς λαλεῖ δίκαια. Meliùs *Hieronymus* vertit: *non eſt, qui invocet juſtitiam*.

Qui judicet ex vero] נשפט באמונה *niſchphat beemounah*, qui judicet in veritate. LXX. Intt. οὐκ ἐστὶ κρίσις ἀληθινή. Vulgatus: *qui judicet verè*; hoc eſt, cujus judicium nitatur veritate, ac proinde æquitate.

Fiduciam reponitis in inanitate] בטוח על תהו *batoahh hal thoou*, confidendo ſuper inanitate; hoc eſt, nullis certis rationibus nituntur judicia, ſed inanibus ratiocinationibus. LXX. Intt. πεποίθασιν ἐπὶ ματαίοις. Vulgatus: *confidunt in nihilo*.

Concipitis moleſtias] הרו עמל *haro hamal*, hoc eſt, conſilium capitis moleſtiam creandi.

5. *Ova reguli excluſerunt* &c.] Sunt hæc παροιμιώδη dicta, quæ non debent ad vivum reſecari, verùm ex ſcopo intelligi. Eſt Hebraïcè; ביצי צפעוני בקעו *betſe tſiphhoni bikkehou*, ova reguli fiſſerunt. Probavit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 9. צפעוני eſſe regulum. Hæc verba ſignificant pernicioſa à Judæis ſæpe capta conſilia, ut ſi quis venenatarum ſerpentium ova, quæ calcari debent ab iis, qui in ea incidunt, ſtudioſè excluderet, quò noxia animalia inde, ſuo tempore, prodirent in perniciem hominum. LXX. ὠὰ ἀσπίδων ἔῤῥηξαν, ſed ſunt, ut dixi, *ova reguli*. Eos tamen ſequotus eſt Vulgatus.

Telas araneæ texuerunt] Sic videtur vocare Propheta malorum Judicum inanes ratiocinationes, quibus injuſta judicia plebi adprobare nituntur; quamvis tam facilè diſſolvi poſſint, quàm *aranearum telæ*, & quibus nemo capitur, qui rectæ Rationis lumen ſequetur. Non eſt ſermo hìc de Hæreticis, ut multi Veterum voluerunt; neque de malis quibusvis, ut putabat *Bochartus*, ſed de iis, qui velare injuſtitiam conantur infirmis rationibus, ut mali Judices. Vide virum doctiſſimum Hieroz. P. 2. Lib. IV, c. 23.

Qui comedet ex eorum ovis morietur] Nemo, ut puto, ova ſerpentium, quæcumque ſint, ſciens ac volens comedit; nec tamen conſtat, ea noxia eſſe iis veſcentibus, quarum venenum, ut docent Phyſici, ſanguini adfuſum, non ore ſumtum nocet. Imò verò corpora ipſa viperarum habentur in Alexipharmacis.

Nam è compreſſo ovo vipera excludetur] והזורה תבקע אפעה *vehazzoureh thibbakah ephheh* LXX. Intt. συντρίψας ὤριον τὸ ῥε καὶ ἐν αὐτῷ βασιλίσκον. Vulgatus: *quod confractum eſt erumpet in regulum*. Certum eſt הזורה *hazzoureh* de ovo dici, ut Job. XXXIX, 18. de ſtruthionis ovis: *Obliviſcitur fore ut pes illa comprimat* (תזורה thezoureh) *& agreſtis fera conterat*. Nec agitur hìc de viperæ ovo, ut putabat *Bochartus*, ſed de ovo reguli. Quî ergo, inquies, dicitur ex ovo reguli compreſſo & fracto vipera exire? An ex ovo unius ſpeciei prodit ſerpens ad aliam ſpeciem pertinens? Hoc ſine dubio non fit, ſed proverbium eſt, quo dicitur, non id quod fit reverà, ſed noxius effectus ejusmodi cibi exprimitur, ut ſententia ſit eadem, quæ eſt Græci proverbii κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν; hoc eſt, è venenatæ ſerpentis ovo nihil boni poſſe prodire. Præterea אפעה, quamvis ſit propriè *vipera*, tamen latiùs etiam patet, ut oſtendit vir ſummus Hieroz. Lib. III. c. 1. qui adiri poterit. Eò ſpectat Propheta, ut doceat,

ſuis. Facta eorum ſunt iniqua, operáque injuria in manibus eorum. 7. Pedes eorum cucurrerunt ad malum, feſtinarunt ad ſanguinem innocentem fundendum, molitiones eorum ſunt molitiones iniquæ, vaſtitas & contritio *ſunt* in viis eorum munitis. 8. Non noverunt viam pacis, in eorum orbitis nullum jus eſt, ſemitæ eorum ſunt obliquæ, quiſquis eas calcat pacem neſcit.

9. Propterea remotum eſt à nobis jus, nec juſtitia ad nos acceſſit. Exſpectavimus lucem, en verò caliginem; ſplendorem, at in tenebris ambulamus. 10. Palpamus, inſtar cœcorum, parietem contrectamus, quaſi oculos non haberemus; impingimus, in meridie, ut in crepuſculo; *ſumus* in ſolis locis, ſicut mortui. 11. Quotquot ſumus ſævimus, ut urſi, & tamquam columbæ gemimus: exſpectavimus jus, nec ullum fuit; liberationem, at à nobis procul receſſit. 12. Multæ ſunt defectiones noſtræ coram te, & peccata noſtra contra nos *teſtimonium* dicunt: defectiones enim apud nos *ſunt*, & iniqua

texendis, nec fraudes malorum hominum iis proderunt, quando retectæ fuerint. 7. Improbi feſtinarunt iniqua facinora committere, qualia ſunt homicidia innocentium, molitiones omnis generis iniquæ, vaſtitas agrorum vicinorum, latrocinia in viis munitis, omnis denique generis pravæ molitiones. 8. Veram pacem cum nullo vicinorum obſervant, nulla jura obſervant, obliquis artibus utuntur, ut conſequantur quod cupiunt; nullam denique ſinceram pacem quærunt.

9. Propterea remotum eſt à nobis jus, nec adminiſtrata, ut par erat, juſtitia. Exſpectavimus majorem juris cognitionem, ſed in ejus ignoratione viximus. 10. Verſamur in tenebris, quibus fit, ut palpemur, inſtar cœcorum, omni cognitione deſtituti; impingimus in meridie, ut in crepuſculo; ſumus in locis ſolis, ut fato functi. 11. Omnes ſævimus, ut urſi, quaſi alios alii terrere vellemus; vel gemimus inſtar columbarum, quando miſericordiam movere conamur; exſpectavimus jure nobiſcum actum iri, ſed impetrare non potuimus; & liberationem ab hoſtibus, aut inimicis, ſed nobis negata eſt. 12. Multis rationibus, ô Deus, à te defecimus, de quibus conſtat; cùm peccata in te noſtra ipſa contra nos teſtimonium dicant; cúmque noſtris vitiis etiamnum indulgeamus,

ceat, è pravis judiciis non niſi malos effectus ſequi.

6. *Telæ verò eorum* &c.] Hoc eſt, colores; quibus judiciorum ſuorum iniquitatem tegere conantur, non obſtabunt, quominùs intelligatur.

Operáque injuria in manibus eorum] ופעל חמס בכפיהם *opus injuriæ in volis eorum.*

7. *Molitiones*] מחשבות *mebhſchebotb*, cogitationes.

Vaſtitas & contritio] שד ושבר *ſchod vaſcheber.* Quòd, nimirum, viatores ſpoliant, ac vulnerent, per vias publicas tranſeuntes, aut membra iis frangant, nam שבר *ſcheber*, & *fracturam*, & *vulnus ſonat.*

8. *Non noverunt viam pacis*] Ita vivunt, ut oſtendant ſe omnibus malè velle & facere paratos, ſi modò putent id cum emolumento ſuo futurum.

9. *Ad nos acceſſit*] תשיגנו *thaſſchigenou*, nos adtinget, vel adſequetur; hoc eſt, numquam ab iis impetravimus, ut juſtitia, apud nos, colatur.

Exſpectavimus lucem] Hoc eſt, res ſecundiores, quæ frequenter, vel apud ſolum Jobum, *luce* ſignificantur. Vide ejus libri C. XXX, 26. ubi ſimilis huic ſententia. Adde & XIX, 8.

Caliginem] Res adverſas.

10. *Palpamus* &c.] Hæc omnia res adverſas ſignificant; & mos eſt hujus Prophetæ amplificatione quadam, veluti rhetorica uti, rémque eamdem aliis atque aliis verbis exprimere; ut vel ex hoc Capite ſatis liquet. Hoc unum obſcurum eſt, ad quod tempus hæc referantur, cùm initio vaticinii nulla ſit nota temporis, cúmque Eſaïas ſoleat ætates futuras interdum ita compellare, quaſi earum ævo vixiſſet, & rebus interfuiſſet. Videmus enim, in ſuperioribus Capitibus, multa, quæ pertinent ad Judæos in Babylonia captivos, & multa item, quæ nonniſi reducibus dicta videri queant. Quas tamen ætates nonniſi diutiſſimè, poſt mortem Prophetæ, partes ſuas in hoc Terræ theatro egiſſe ex Chronologia liquet. Suſpicari tamen poſſimus hæc reſpicere ad tempora Manaſſæ Hezekiæ filii, quæ Idololatriâ atque aliis vitiis maculoſa fuere, & graves pœnas, ne ipſo quidem Rege excepto, dederunt.

In ſolis locis, ſicut mortui] באשמנים כמתים *baaſchmannim chammetbim.* LXX. Intt. ὡς ἀποθνήσκοντες στενάξουσι. *Hieronymus*: *in caliginoſis, quaſi mortui.* Vox אשמנים, in hoc tantùm loco exſtat, nec ſat perſpicuus eſt ejus ſignificatus. Deducunt nonnulli à שמן *ſchaman*, pingueſcere; ſed quid eſt mortuis cum pinguedine? Alii ab אשם *haſcham*, quod interdum idem eſt ac שמם *ſchamam*, vaſtatus eſt, & deſerta loca interpretantur; quia πολυάνδρια in locis ſterilibus & ſolis fieri ſolebant, ne locus fertilis & frequens iis pollueretur. Quod factum videmus in Ægypto, ubi ſunt plures cryptæ, aut putei mortuorum causâ facti, in locis incultis & arenoſis, quàm alibi. Hanc ſententiam, cùm alia melior non occurreret, ſequuti ſumus. Judæi autem dici eo tempore poterant eſſe *in deſertis locis*, quia abductæ erant X. Tribus in captivitatem ab Aſſyriis, quarum agri erant deſerti, & ipſum Judæ regnum ab iiſdem vaſtatum fuerat.

11. *Fremimus ut urſi*] נהמה כרבים *nehemeb chaddubim.* Maluimus uti voce *fremere* quæ de aliarum etiam ferarum ſonitu adhibetur, quàm verbo *ſævire*, quo propriè ſignari vocem urſi aiunt, quia eſt ambiguum.

Gemimus] הגה נהגה *hago nehgeh. Gemitus*, aut *murmur* dicitur vox columbarum & turturum. Mirum eſt LXX. Intt. vertiſſe:

ὡς

iniqua noſtra facta agnoſcimus, [13]. *qualia ſunt* deficere, mentiri Jehovæ; retrocedere à Deo noſtro: calumniam & defectionem loqui, animo concipere & meditari verba mendacia. [14]. Retrò averſum eſt jus, & juſtitia procul ſtetit, quia veritas in platea impegit, nec æquitas *eò* potuit ingredi. [15]. Veritas deeſt, & recedens à malo prædæ eſt.

Quæ cùm vidiſſet Deus, diſplicuit ei, nullum eſſe jus. [16]. Vidit nullum eſſe virum, & miratus eſt, neminem eſſe, qui intercederet. Itaque liberavit eum, brachium ejus &

mus, nec addictos nos eſſe iis etiamnum negare poſſimus. 13. Talia ſunt, defectiones à vero Deo, mendacia, quibus eum fallere nitimur, palam ab eo deficere, ei mentiri, & mendacia meditari. 14. Retrò jus à nobis eſt averſum, juſtitia procul ſtetit, veritas in plateis impegit, nec æquitas eò admittitur. 15. Veritas exſulat à nobis, & quiſquis vitia fugit, aliis prædæ eſt.

Hæc Deus contemplatus ægrè tulit, nullum eſſe jus, apud Iſraelitas. 16. Vidit & mirari viſus eſt, nullum eſſe, qui inter litigantes intercederet. Quam ob rem liberavit eum, brachium ejus & juſtitia

ὡς περιστερὰ φθογγῇ φθεγξόμεθα. *Symmachus*: ὡς περιστερὰ μελέτῃ μελετήσομεν, & *Hieronymus*: *quaſi columbæ meditantes gememus*. Potuiſſent omnes aptiùs loqui. Manifeſtò intelliguntur verbis המה & הגה *fremitus* & *querelæ*, *aut murmura*.

12. *Multæ ſunt*] Aut *multiplicatæ ſunt*, רבו *rabbou*.

Contra nos teſtimonium dicunt] וחטאותינו ענתה בנו *vehhatothenou banetha banou*, & peccata noſtra reſpondet contra nos; hoc eſt, unumquodque peccatorum à nobis admiſſorum contra nos teſtimonium dicit. *Reſpondere* dicitur teſtis à Judice rogatus, aut etiam ſponte ſuâ loquens. Vide not. ad Exod. XX, 16. & ad Ruth. I, 21.

Agnoſcimus] ידענום *jedahanoum*, ſcimus ea, conſcii nobis eorum ſumus.

13. *Qualia ſunt*] Duas haſce voculas perſpicuitatis & nexûs causâ addidimus.

Deficere] פשע *phſchoah*. Quod quidem ſumitur pro quibusvis delictis in legem, ſed hìc videtur ſingulare quoddam deſignare, quale eſt defectio ad Idola.

Mentiri Jehovæ] חכש ביהוה *bbacheſch badonai*. Non putarim eſſe pejerare juranda, ut vult *Grotius*, ſed ita te gerere, quaſi Deum ſolum colere velis, ídque profiteri; ſed clam ad Idololatriam prolabi, quaſi Deum fallere velles. Sic ψεύσασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ſumitur Actorum C. V, 3. ubi vide Intt.

Retrocedere à Deo noſtro] נסוג מאחר אלהינו *neſog meahhar elohenou*; hoc eſt, leges ejus partim violare, vel etiam omnes.

Calumniam & defectionem loqui] דבר עשק וסרה *dabber hoſchek veſarah*. LXX. Intt. ἐλαλήσαμεν ἄδικα καὶ ἠπειθήσαμεν. *Hieronymus*: *ut loqueremur calumniam & transgreſſionem*; nempe, de circumveniendo populo calumniis & fraudibus, déque deficiendo à Deo.

Animo concipere &c.] הרו והגו מלב *horo vehogo milleb*, concipiendo & meditando è corde.

14. *Retrò averſum eſt jus* &c.] Elegans Proſopopœia, quâ Jus deſcribitur quaſi averſum à Jeroſolima, & Juſtitia procul ab ea ſtans, urbem ingredi non auſa; quia Veritas eam ingreſſa in platea impegerat, hoc eſt, malè ab oppidanis excepta fuerat, cùm, nimirum, à Prophetis proferretur; nec Æquitas admiſſa in eam fuerat. Jus eſt משפט *miſchphat*, quod non eſt hìc putandum ſignificare pœnas, quas Deus de Judæis ſumebat, ut vel ex hoc loco liquet. *Juſtitia* צדקה *tſedaka* eſt cognitio Juris ejúsque exſequutio, ut ſic loquar. *Veritas* אמת *emeth*, quæ dicitur impegiſſe in platea, eſt veritas factorum, quæ nolebant audire Jeroſolimitani proceres præſertim, quòd facinora eſſent, quæ iis exprobrari verè poterant; quâ Veritate malè acceptâ Jeroſolimæ, non erat cur eò Juſtitia veniret, quæ ſolâ Veritate nititur. Eadem de cauſa deſcribitur *Æquitas*, נכחה *nchobbah*, quaſi *Rectitudinem* dicas, ejus mœnibus excluſa, quæ ſine memoratis Virtutibus non incedit. Videmus hinc non Græcos tantùm Proſopopœâ delectatos & feliciter uſos, ſed etiam Hebræos; quod & è variis Proverbiorum ac Eccleſiaſtæ locis liquet.

Veritas deeſt] Nulla eſt Veritatis, ac proinde nec Juſtitiæ cura, quæ Virtus comitem ſemper habet Veritatem; quo fit, ut apud Græcos ἔτυμον confundatur cum δικαίῳ.

Recedens à malo &c.] סר מרע *ſar merah*, vir nempe; nam ſi hæc referentur ad אמת *emeth*, quæ eſt fœminini generis oporteret eſſe סרה *ſarah*, quod notamus, quia non unus interpres hìc cespitavit. Alioqui res eſt perſpicua, משתולל *miſchtholel*, hìc paſſivè ſumitur; quamvis *Hithpahel* ſit conjugatio reciproca, aliquando tamen paſſivè ſumitur, ut Gen. XXVI, 18. Adi *Sal. Glaſſium* Phil. Sac. Lib. III. Tr. III. c. 29.

Quæ cùm vidiſſet Deus] Res ipſa oſtendit, ante hæc verba diſtinctionem debuiſſe interponi, cùm novus ſenſus hinc inchoetur.

Diſplicuit ei] *Malum fuit in oculis ejus.*

Nullum jus eſſe] כי אין משפט *chi en miſchphat*. LXX. Intt. ὅτι οὐκ ἦν κρίσις, & Latinus: *quia non eſt judicium*. Atqui non deerant Judices nec Judicia, quibus mali homines, in urbibus etiam flagitioſis, in rem ſuam callidè utebantur; ſed nulla ratio habebatur legum, quaſi nullum jus fuiſſet, è quo ſententia Judicum peti poſſet.

16. *Vidit & miratus eſt*] Miratus eſt, nullum eſſe virum; nempe, qui ſe viriliter gereret, איש *iſch*, vir, ſumitur pro viro forti, ut 1. Sam. IV, 9. XXVI, 15. Jerem. VI, 23. *Mirari* quidem, propriè ſi loquamur, non poteſt Deus, cui nihil nec-opinum contingit; quippe qui, nullo non tempore, videt quid agatur inter homines, & omnia futura novit quaſi præſentia. *Mirari* (Gallicè, *être ſurpris*, nam hoc in verbo Latina Lingua ambiguitate laborat) eſt tantùm hominum futura neſcientium.

& juſtitia ipſa eum fulcivit. [17]. Induit Juſtitiam, quaſi loricam, & galeam liberationis capiti ſuo impoſuit; veſtiit ſe ultione, quaſi veſte, involvítque zelotypiâ, quaſi pallio. [18]. Pro *iniquè factis* pœnas, pro *injuriis* reddet iram hoſtibus ſuis, ſupplicium adverſariis & inſulis rependet. [19]. Timebunt nomen Jehovæ, ab occaſu, & ab ortu gloriam ejus; quia veniet hoſtis inſtar fluvii, & ſpiritus Jehovæ vexillum in eo erexit. [20]. Veniet

ſtitia ipſa cauſam ejus fulcivit. 17. Induit juſtitiam, loco loricæ, & galeam liberationis capiti ſuo impoſuit; veſtivit ſe ulciſcendi ſtudio, quaſi veſte, involvitque, zelotypiâ, quaſi pallio. 18. Pro iniquè factis, pœnas repetet, & pro injuriis, reddet iram hoſtibus ſuis, ſuppliciúmque adverſariis, & inſulanis rependet. 19. Metuent Creatoris ab occaſu nomen, & gloriam ab ortu; quia ingruet hoſtis inſtar fluminis, & ſpiritus Creatoris vexil-

tium. Sed Scriptura paſſim ἀνθρωποπαθῶς de Deo loquitur, eique adfectus humanos tribuit, qui ſunt θεοπρεπῶς intelligendi. LXX. Intt. ut vitarent loquendi genus humanum, habent κατενόησε. *Hieronymus* Græcâ voce in Latinam Linguam detortâ: *aporiatus eſt*, ἐν ἀπορίᾳ ἦν, hoc eſt, non ſatis expediebat, quid opus factu eſſet. Sed verbum שמם, & in *Hithpahel* השתומם non eſt inopem eſſe conſilii, ſed obſtupeſcere, admirari, ut docebunt Lexicographi. Senſus eſt Deum rem vidiſſe, propter quam nemo non obſtupeſceret.

Qui intercederet] מפגיע *maphgiah*; hoc eſt, qui ſe interponeret in judiciis iniquis, ne contra jus & fas innocentes damnarentur atque opprimerentur. LXX. verterunt ἀντιληψόμενος *adjuturus*. Meliùs Vulgatus: *non eſt, qui occurrat.* Jonathan: ולית אנש דיקום ויבעי עליהון *nec ſit homo, qui ſtet, & deprecetur pro eis.* Verbum פגע *phagah*, propriè eſt *occurrere*, & tralaticio ſignificatu, *occurrere*, deprecandi causâ, homini alium malè alioquin habituro, adeóque deprecari. Vide C. LIII, 18. & Jerem. VII, 16. XXXVI, 25.

Liberavit eum] Deus hîc, ut alibi in Scriptura, inducitur quaſi vir fortis, qui Rempublicam ſolus ſervat.

17. *Induit juſtitiam quaſi loricam*] Nomina veſtium, & armorum dat Propheta virtutibus & adfectibus, aut quaſi adfectibus quæ Deo tribuuntur, juſtitiæ, nempe, liberandi conſilio, ultioni & zelotypiæ; quæ tamen omnia poſſunt nomine juſtitiæ contineri; nec quærendum eſt, cur *juſtitia* pro *lorica* habeatur, liberatio pro *galea*, *ultio* pro *veſte* & zelotypia pro *pallio*. Potuiſſet æquè commodè *juſtitiæ* tribui idem uſus qui *gladio*, *liberationi* qui *clipeo*, *ultioni* qui *telo* vel *haſtæ*, *zelotypiæ* denique qui *faci*, quæ hoſtibus caſtris ſubjicienda ſit. Ratio habenda eſt ſcopi, non ſingularum vocularum. Vide ſimilem deſcriptionem figuratam ſpiritualium armorum, quibus Chriſtianum inſtructum eſſe cupit Paulus Eph. VI, 13. *& ſeqq.*

18. *Pro iniquè factis pœnas*] כעל גמלות *chehal gemuloth*, ut ad mercedes. Videtur hîc ellipticum eſſe loquendi genus (niſi ſit labe temporis, aut incuriâ librariorum ita ſcriptum) pro כעל עונות גמלות *quaſi ad flagitia pœnas*. Crediderim hanc, aut ſimilem ſententiam oportere hîc quæri, quamvis verba ſubaudienda inveniri nequeant.

Pro injuriis reddet iram hoſtibus ſuis] כעל ישלם חמה לצריו *chehal jeſchallem hhema letſarau*, quaſi ad reddet iram hoſtibus ſuis. Poſt כעל *chehal* ſubaudiendum eſſe nomen חמסים *hhamaſim*, injuriis, aut ſimile quid, res ipſa oſtendit. De כעל pro *ſecundùm* vide *Chr. Noldium* ad ſignif. 27. particulæ כ.

Supplicium adverſariis & inſulis rependet] גמול לאיביו לאיים גמול ישלם *gemoul leoiebau laijim gemoul jeſchallem*; mercedem adverſariis, mercedem inſulis rependet. Paucioribus paullò verbis reddidimus, ſed ſenſui nihil detraximus. Ordo & numerus vocum Latinè loquenti ſemper ſervari non poterant. LXX. Intt. cùm ſe ſe ex hiſce tricis non expedirent, nodum ſecuerunt, quem ſolvere non poterant, cùm verterint tantùm: ὡς ἀνταπόδοσιν ἀνταποδώσει, ὄνειδος τοῖς ὑπεναντίοις. Latinus verò habet: *ſicut ad vindictam, quaſi ad retributionem indignationis hoſtibus ſuis & viciſſitudinis inimicis ſuis, inſulis vicem reddet.* Jonathan: *Dominus retributionum eſt, retributionem ipſe reddet, ultionem inimicis ſuis, & mercedem hoſtibus ſuis, inſulis retributionem reddet.* Unde intelligere licet, ex horum Interpretum ſententia, minari Deum ſupplicia hoſtibus ſuis, quamvis ſtructuram orationis non ſint ſatis adſequuti.

Inſulis rependet] Sæpiùs diximus איים *inſulas* dici & *pæninſulas* maris interni. Sed quid hæc ad Judæos? Videtur Deus poſtquàm minatus eſt pœnas Judæis, ne ſe ſolos puniri quererentur, addere è veſtigio, ſe etiam de Ethnicis ſupplicium ſumturum. Pœnas autem dederunt Græci incolæ Inſularum & Pæninſularum, operâ Cyri & ſucceſſorum ejus, qui eos omnes ſubegerunt, & ſubactis Tyrannos aut Satrapas impoſuerunt, quamvis poſtea Perſarum jugum excuſſerint.

19. *Timebunt nomen Jehovæ* &c.] Nomen, nempe, Dei Iſraëlis cùm apud Orientales, ultra Euphratem, populos, tum etiam apud Gentes ad occidentem ejus fluvii ſedes habentes, celebratum eſt & terrori etiam fuit; poſtquàm edicto Cyri Perſarum Regis innotuit tantum Regem profiteri ſe *omnibus terræ regnis donatum à Jehova Deo cœli, juſſúmque ſe Ædem ei ædificare Jeroſolimæ in Judæa*, ut habemus Heſdr. I, 2. Cùm Judæis exſulibus & per omnia vicina regna ſparſis poteſtas fieret redeundi in patrios agros, edictúmque propterea per totum Cyri imperium, ut teſtatur Heſdras, propoſitum fuiſſet, quod habet C. I, 1. non potuit non terrori eſſe populis ei parentibus nomen Dei, cui tot & tam inſignes victorias acceptas ferebat Aſiæ cis & ultra Euphratem Rex longè potentiſſimus.

Veniet hoſtis inſtar fluvii] יבא כנהר צר *jabo channahar tſar.* Reverâ Cyrus, torrentis impetu, omnia præſertim ad occaſum Euphratis,

20. Veniet Sioni vindex, & iis, qui à defectione redibunt, apud Jacobum, ait Jehova.
21. Ad me quod adtinet, fœdus meum cum illis erit, inquit Jehova: nec ſpiritus meus à te, nec verba mea, quæ in ore tuo poſui, recedent ab ore tuo, aut ab ore poſteritatis tuæ, aut ab ore poſteritatis tuæ poſterorum, ait Jehova, ab hoc tempore & in perpetuum.

Vocatio

vexillum in eo erexit. 20. Veniet verò Sioni vindex, & iis, qui à defectione redibunt, ad Jacobum, ait Jehova. 21. Ad me quod adtinet, fœdus cum illis erit, ait idem; nec ſpiritus meus à te, nec verba mea, quæ in ore tuo poſui, recedent ab ore tuo, vel poſteritatis tuæ, & quidem, ait Creator, ab hoc tempore, in omne ævum.

PARA-

tis, proſtravit, ut ex *Herodoto* & *Xenophonte* ſatis conſtat.

Spiritus Jehovæ vexillum in illo erexit] רוח יהוה נססה בו *rouahh Jehova noſeſa bo.* LXX. Intt. ἡ ὀργὴ παρὰ Κυρίου, ἡ ὀργὴ μετὰ θυμοῦ. Vulgatus: *quem Spiritus Dei cogit.* Sed נסס *naſos* eſt tantùm *ſignum erigere*, quod eſt eorum, qui copias contrahunt, & milites ad ſigna vocant, ut ex pluribus Eſaïæ locis liquet. Vide Cap. XI, 10, 12. XIII, 2. Præterea perperam conjunxerunt נהר *fluvium* cum צר *tſar* quod ſequitur, & βίαιον, *violentum* verterunt; cùm nusquam occurrat צר eo ſignificatu, cúmque frequenter dicatur *hoſtis*. *Spiritus* autem *Jehovæ* eſt ſapientia, aut providentia Dei, quæ Cyri copias veluti ad ſigna vocavit, ut tot regna invaderent. Vide Cap. XIII, 2. & *ſeqq.*

20. *Veniet Sioni vindex*] גואל *goel*, qui in libertatem vindicabit Judæos, facultatémque iis concedet redeundi in patriam, atque inſtaurandi Templi Jeroſolimitani. Vid Heſdr. C. I.

Iis, qui à defectione redibunt] שבי פשע *ſchave pheſchab*, reducibus defectionis; hoc eſt, qui redibunt è cultu falſorum Deorum, ad cultum Dei Iſraëlis; quales ſine dubio plures fuerunt, qui vel ſponte ſuâ, vel coacti à Babyloniis genua flexerant, aut ſacra fecerant ſignis Deorum. His cùm poteſtatem feciſſet Cyrus redeundi in patriam & Majorum ſuorum Dei colendi, multi ad ſaniorem mentem redierunt. Nec tantùm ad Judæ Tribules, ſed etiam ad alius quosvis Iſraëlis poſteros res pertinet. LXX. Intt. planè contra ſenſum verborum Hebræorum: καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. *Aquila* & *Symmachus*: καὶ τοῖς ἀποστρέφουσιν ἀσέβειαν ἐν Ἰακώβ. Sed oporteret legi: משיבים פשע *facientes redire ab impietate*, aut certè משיבי פשע *maſchibe pheſchab.* Meliùs Latinus: *iis, qui veniunt ab iniquitate, in Jacob*, nam שבים *ſchabim* non ſunt *redire facientes*, ſed *redeuntes.*

20. *Ad me quod adtinet*] ואני *vaani.* Nominativus, ſine regimine, ſæpe ita exprimendus. Vide *Sal. Glaſſium* Phil. Sacræ Lib. III. Tr. I. can. 28. & infrà C. LXVI, 18.

Fœdus meum cum illis erit] Si redeant ad me, ero iterum eorum Deus, ut antea fui, eósque pro populo meo habebo.

Nec ſpiritus meus à te] *Nec ſpiritus meus* (qui) *ſuper te.* Eſt adfectio animi, quâ Judæi, à reditu Captivitatis, conſtanter cultui veri Dei adhæſerunt, certè quatenus omnes alios Deos rejecerunt. Sed non ſunt hæc ulteriùs urgenda, nam licèt ab Idololatria abhorrerent, graviſſimis tamen vitiis cooperti fuerunt; quod non tantùm è Novi Teſtamenti Libris, ſed etiam ex Hiſtoria Macchabaïca & *Joſephi* intelligere eſt; ne jam ad antiquiora tempora Heſdræ & Nehemiæ, Prophetarúmque iis æqualium regrediar, unde quàm depravati eſſent reducum mores ſatis liquet.

Nec verba mea &c.] Hoc multò pleniùs impletum eſt, quàm cultus verus veri Dei, hoc eſt, ſanctitas morum. Judæi conſtanter quidem Majorum ſuorum Religionem ſunt profeſſi, ab eo tempore; ſed ætate Chriſti ſe geſſerunt, ut Eſaïæ ævo: *propinquus erat populus Deo ore, & linguâ eum colebat, ſed animo procul ab eo aberat.* Vide Matth. XV, 8. & confer cum Eſaïæ XXIX, 13. Idem factitant etiamnum hodie Judæi, qui Legis cortici adhærent, ſed ſpiritum ipſum, quod adtinet ad obſervationem Legum æterni juris, ignorant.

Vocatio gentium deſcribitur.

CAPUT LX. 1. SURGE, illuſtrator, quia venit lumen tuum, & gloria Jehovæ tibi exorta eſt. 2. En tenebræ terram operient, & caligo populos; tibi verò orietur, *ô Jeroſolima*, Jehova, & gloria ejus ſupra te cernetur. 3. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortûs tui. 4. Circumfer oculos tuos, & vide; illi omnes congregati venient ad te, filii tui è longinquo venient, & filiæ tuæ juxta eos à nutricibus bajulabuntur. 5. Tunc vibebis, & conflues, obſtupeſcet & dilatabitur cor tuum, quando

PARAPHRASIS.

1. SUrge, Gens antea veræ Religionis ignara; excipito cœleſtem lucem, quæ eſt gloria Creatoris, nuper exorta, ut tibi voluntas ejus innoteſcat. 2. Dum ignorantiæ tenebris tectus erit orbis terrarum, ô ſpiritualis Jeroſolima, illuceſcet tibi gloria Creatoris. 3. Gentes plures & Reges libenter lumen illud excipient, atque eo ſplendente gaudebunt. 4. Circumferto oculos, & vide, quam copioſa ſoboles utriusque ſexûs à nutricibus ad te adferatur, è remotis regionibus. 5. Tum verò cum turba conflues, obſtupeſces, & lætabitur cor tuum, cùm ad te converſa fuerit multitudo

COMMENTARIUS
In Caput LX.

1. *Illuſtrator*] אורי *ori*, hoc eſt, excipe lucem. Adloquitur hîc Propheta *Jeroſolimam*, ut verè crediderunt LXX. Intt. qui habent: φωτίζου, φωτίζου, Ἱερουσαλήμ, ut & *Jonathan*, qui ſæpe iis adſentitur; ſed non terrenam, cui numquam contigerunt, quæ hîc promittuntur. Meliùs *Aquila* & *Symmachus*, quos Latinus ſequutus eſt: ἀνάστηθι, φωτίσθητι. *Lux* autem quam excipi vult Propheta, non eſſe *lucem* rerum ſecundiorum, ſed aliam multò præſtantiorem, res ipſa oſtendit, quamvis *Grotius* aliter cenſuerit.

2. *Tenebræ terram operient*] Neque hîc ſunt adverſarum rerum *tenebræ*. *Lux* eſt cognitio Evangelii, tenebræ ejus ignoratio. *Grotius terram* & *populos* interpretatur *Medos* & *Babylonios*, quos Cyrus ſubegit, ſed ſequentia planè repugnant.

Orietur Jehova] Quaſi, nempe, Sol ὑπερφάνος, qui per Filium ſuum & in ipſo exorietur, cùm pateſiet doctrina Evangelica, ut Malach. IV, 2. & infrà vers. 20.

Gloria ejus] Adluſione ad Nubem, Iſraëli, in ſolitudinibus Arabicis imminentem, protectio divina ſignificatur, quæ nomquam tanta & tam diuturna fuit erga recidivam Jeroſolimam, quàm erga Eccleſiam Chriſtianam.

3. *Ambulabunt gentes in lumine tuo*] *Venient tibi gratulatum*, ait *Grotius*, ſed quando, & quæ Gentes, quive Reges externi gratulati ſunt Jeroſolimitanis; quibus nemo ex animo bene voluit, præter paucos Proſelytos, dum vicinis omnibus inviſi eſſent?

4. *Circumfer oculos tuos*] *Tolle oculos tuos.*

Illi omnes congregati &c.] Præter Imperatores Chriſtianos, multi alii Reges, ut Gothorum, Francorum & Vandalorum aliorúmque ſe ſe Eccleſiæ Chriſtianæ adgregarunt. Quibuſcum nullo modo conferri poteſt Adiabenorum Regulus & Regina, à quibus Judaïci ritus ſuſcepti ſunt, & quorum familia brevi extincta eſt; cùm Chriſtianiſmus apud Boreales populos, tantas radices egerit, ut etiamnum floreat. Qua de re legendus *Salvianus*.

Filii tui &c.] Hæc quadamtenus Judæis, è vicinis oris in Judæam redeuntibus, aptari poſſunt; nec mirum, cùm ſpiritualis Jeroſolima pingatur aliquomodo coloribus è terreſtri deſumptis. Sed conferri non poſſunt Judæi illi, quotquot fuerunt, cum ingenti multitudine hominum, qui ad Deum verum in Eccleſia Chriſtiana cultum, à quo eorum Majores olim defecerant, redierunt.

Juxta eos à nutricibus bajulabuntur] על צד תאמנה *hal tſad theamanah*, ad latus à nutricibus ferentur. LXX. Intt. ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται. Nempe, אומן *omen*, eſt *bajulus*, Num. XI, 12. אומנת *omeneth*, *bajula*, Ruth IV, 16. & אמון *amoun* qui bajulatur, Lament. IV, 5.

5. *Conflues*] נהרת *nahareth*, à נהר *nahar* fluxit, quod de hominum confluxu dicitur, ſupra C. II, 2. Jerem. XXXI, 11. LI, 44.

Obſtupeſcet] Eſt פחד, quod propriè eſt *pavere*, vide LXX. Intt. φοβηθήσῃ, ſed cùm ei ſignificationi hîc locus non ſit, *Hieronymus* rectiùs vertit *mirabitur*. *Dilatari cor* dicitur gaudio. Vide Pſ. CXIX, 32.

Multitudo maris] המון ים *hamon jam*. Vide Gen. XVII, 4. Job. XXXI, 34. ubi המון *hamon* eſt multitudo, ſic dicta ob ſtrepitum, quem ſecum trahit. Dicitur *maris*, quod è Maris Interni inſulis, pæninſulis & littoribus maxima initio fuerit Chriſtianorum multitudo. Mox liquebit Græcos potiſſimùm ſignari.

6. *Copia camelorum*] שפעת גמלים *ſchiphhath gemallim*. LXX. Intt. ἀγέλαι καμήλων. Hieronymus: *inundatio camelorum*, incommodè. Eâ voce *copiam*, ſeu *numerum magnum* ſignificari docebunt Lexicographi. Dicitur & de equis Ezek. XXVI, 10. Locum hunc pluribus interpretatus eſt *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 3. qui adiri poterit.

Eorúmque pulli] בכרי מדין *bichre Midjan*; hoc eſt, juniores cameli Madianis. Dudum docuerat Lexicographus celebris Hebræorum, qui

quando ad te converſa fuerit multitudo maris, & gentium exercitus ad te venerit. 6. Copia camelorum te operiet, corúmque pulli profecti Madiane & Hephâ; omnes è Saba venient, aurúmque & thus adferent, & laudes Jehovæ celebrabuntur. 7. Omnes minores pecudes Kedarenorum ad te cogentur, omnes arietes Nabathæorum inſervient tibi, imponentur altari meo, ad *quærendum* favorem *meum*; & ſplendidam meam Ædem glorioſam reddam.

8. Quæ ſunt illæ gentes, *quæ* volant inſtar nubis, & ſicut columbæ, ad ſua columbaria? 9. Inſulæ, nempe, *auxilium* meum exſpectabunt, & Tharſiſiæ naves *velis dabunt* primùm, ut advehant filios tuos è longinqua *ora*, argentúmque eorum & aurum, unà cum illis,

tudo gentium mari advecta. 6. Te teget multitudo camelorum, eorumque pulli, qui venerunt Madiane & Hephâ; omnes è Saba venient, aurúmque adferent & thus, & laudes Creatoris extollent. 7. Minores pecudes Kedarenorum ad te magnâ copiâ venient, omnes arietes Nabathæorum inſervient tibi, præſertim quando Deo mactantur, ut favorem ejus offerenti ambiant, útque Dei Domum frequentem reddant.

8. Quæ ſunt gentes, quæ inſtar nubis volant, útque columbæ ad ſua columbaria? 9. Eæ ſunt, nimirum, quæ auxilium meum quærunt, *ait Deus*; quales ſunt variæ inſulæ, ut Tharſiſenſes, ex Indico mari, eo conſilio, ut advehant ad me liberos

qui *Babal Aruch*, aut *Haruch* dici ſolet, tria Camelo eſſe nomina in Lingua Arabica, & eùm naſcitur (aut potiùs *ablactatur*, ut cenſet *Bochartus*) dici אלקעוד *alkaoud*; & cùm adolevit, vocari marem בכר *bichor*, ac fœminam בכרה *bichrah*; denique cùm par oneri ferundo eſt, maſculum quidem adpellari גמל *gemel*, fœmellam verò נקה *nakah*. Quod exemplis Scriptorum Arabum confirmat vir eximius. Ea de cauſa בכרים *bichrim* pullos eorum vertimus; quòd incommoda futura eſſet verſio, ſi dixiſtemus *pullos Madianitarum*.

Madiane & Hephâ] *Regiones ſunt*, ait Hieronymus, *trans Arabiam, fertiles camelorum.* Trans Arabiam, nempe, Petræam. De Madiane ita *Euſebius*; in locis: Μαδιὰμ, πόλις ἀπὸ ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἀβραὰμ καὶ Χεθύρας, Μαδιὰμ ἐπικληθεῖσα. Κεῖται δὲ ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας, πρὸς Νότον, ἐν ἐρήμῳ τῶν Σαρακηνῶν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐπ' ἀνατολάς. Quod verbotenus vertit *Hieronymus*. De *Hepha* nihil *Euſebius*, aut *Hieronymus*, niſi quòd ſit *Gæpha nomen regionis, apud Eſaïam*; ſed conſtat urbem fuiſſe in vicinia, ſic dictam ab Hepha, Madianis filio. Vide Gen. XXV, 4. & 1. Par. I, 33. Deſcribuntur autem, ſub larva, ut ſic loquar, veteris Jeroſolimæ camelis, ceteríſque opibus Arabum abundantis, res ſecundiores Chriſtianorum, ſed ad animum pertinentes; qualis eſt adductio multorum Arabum ad Religionem Chriſtianam. Ceterùm Judæi numquam Arabiam ſubegerunt, neque ejus populos tributum ſibi pendere coëgerunt. Sed Epiſcopales urbes aliquot in Arabia fuerunt, ut ex antiquis Notitiis videre eſt, quarum Cives Religionem Chriſtianam amplexi ſunt.

Omnes è Seba venient &c.] Reſpicitur hìc ea regio, cujus Regina ad Salomonem venit de qua vide 1. Reg. c. X, 1. *& ſeqq.*

Aurúmque & thus &c.] Hæc umquam facta fuiſſe, pro Grammatico ſenſu, nulla memorat Hiſtoria, & quamvis tempore Mohammedis nonnulli eſſent in Arabia Judæi, attamen nullum ſupereſt monumentum, è quo colligere liceat regiones integras, & nobiliſſimam omnium Sabæam nomen Judaiſmo dediſte. Itaque hæc capienda erunt de Arabibus, qui ſub Imperatoribus Chriſtianis, Religionem Chriſtianam amplexi fuerint, ante tempora Mohammedis.

7. *Kedarenorum*] קדר *Kedar*. De hoc populo & Nabathæis, qui ſequuntur, vide notata ad Gen. XXV, 14. Hi omnes populi, cùm totus Oriens Chriſtianis Imperatoribus pareret, videntur, maxima ex parte, Religionem Chriſtianam amplexi. Quamvis antea Judæis amici fuiſſent, ut habet ad hunc locum *Grotius*, tamen eos revereri neceſſe non habuerunt, ut Imperatores Chriſtianos. De ſacris nomine Kedarenorum, ac Nabathæorum in Templo Jeroſolimitano factis, aut de eorum populorum ad Judaïcam Religionem acceſſione, nulla apud *Joſephum* mentio; qui tamen parcus non eſt in iis narrandis, quæ ad honorem, exiſtimationémque Gentis Judææ faciebant. Ab ejus tempore, everſo Templo, in eo ampliùs ſacra facta non ſunt. Itaque Judæi hæc numquam retulerunt, aut certè referre potuerunt ad tempora, quæ inter reditum è Captivitate & Urbis Jeroſolimæ exſcidium effluxerunt; ſed ad ætatem Meſſiæ, quem etiamnum exſpectarunt, ſed fruſtra. Vide *Reim. Martini* Pugionem Fidei Part. 3. Diſtinct. III. c. 10.

Splendidam meam Ædem] בית תפארתי אפאר *beth thiphharthi aphaër*, domum ornamenti mei ornabo. LXX. Intt. ὁ οἶκος τῆς προσευχῆς μου δοξασθήσεται, ſenſu quidem bono, ſed verbis non conveniente. Aptiùs ad Hebraïca vertit *Hieronymus*: *domum Majeſtatis meæ glorificabo.*

8. *Quæ ſunt illæ gentes* &c.] *Grotius* probat interpretationem *Jonathanis*, qui hæc intelligit de Judæis undique in patriam redeuntibus; ſed *Jonathan* hæc retulit ad tempora Meſſiæ etiamnum venturi; certè hæc, & ſequentia præſertim, nemo Judæus poſſit credere impleta ante Jeroſolimæ poſtremum exſcidium; & quidquid ſplendidius videtur promitti, id omne differunt ad tempora Meſſiæ, quem à capta Jeroſolima exſpectarunt. Itaque *Gentes, quæ volant inſtar nubis* &c. meliùs interpretabimur de Græcis inſulis, pæninſulíſque, & littora Maris Interni incolentibus, qui ingenti numero Religionem Chriſtianam amplexi ſunt; quod egregium facinus deſcribitur ſub imagine Judæorum ſacrorum causâ Jeroſolimam contendentium. In hac

illis, nomini Jehovæ, Dei tui, & Sancto Iſraëlis, qui te ornavit. [10]. Ædificabunt peregrini muros tuos, Regéſque eorum tibi inſervient, nam in ira mea percuſſi te, atque in favore tui miſertus ſum. [11]. Apertæ erunt portæ tuæ ſemper, nec interdiu, nec noctu claudentur, ut intromittant ad te exercitum gentium, earumque Reges ad te adductos. [12]. Gens enim & regnum, quæ tibi non ſervient, peribunt, & gentes devaſtabuntur. [13]. Gloria Libani ad te veniet, abies, ſapinus & pinus, ad ornandum Sacrarii mei locum, & ſcabellum pedum meorum ornabo. [14]. Ibunt ad te flexo corpore, filii eorum, qui te adflixerant, & pro-

ros ex remota ora, aurúmque & argentum, quæ mihi conſecrabunt. 10. Inſtaurabunt, ô Jeroſolima, peregrini tua mœnia, Regéſque eorum te obſervabunt; nam te malè habui, cùm ob peccata tua tibi indignarer; ſed placatus & miſertus ſum tui. 11. Poſthac ſemper patebunt portæ tuæ interdiu, & noctu, ut pateant peregrinis, & Reges eorum intromittantur. 12. Gentes enim & regna, quæ Deum tuum non colent, neque tibi amica erunt, devaſtabuntur, & peribunt. 13. Selectiſſimæ arbores Libani ad te advehentur, ut abies, ſapinus & pinus, ut ad ſacrarium meum ornandum uſui ſint. 14. Poſteri eorum, qui cultui meo, præceptiſque meis adverſati erant, ad pedes tuos procident, vocabuntque Jeroſolimam urbem Creatoris, & Sionem urbem Dei Iſraelis.

15. Cùm

hic vaticiniorum ſcena, Judæi nunc ſuam, nunc Chriſtianorum perſonam agunt, quod probè diſtinguendum.

Sicut columbæ ad ſua columbaria] כיונים אל ארבתיהם *chajjonim el arubbothehem.* Poſtremam vocem bene verterunt *Symmachus* & *Theodotion* θυρίδας, & Vulg. *feneſtras.* Incommodè *Aquila* καταράκτας, & deteriùs LXX. Intt. σὺν νοσσοῖς ἐπ' ἐμέ. Vide 2. Reg. VII, 19. Hæc ſunt nota, ſed, quod à nemine obſervatum puto, in voce יונים *jonim*, quæ columbas ſignificat, adluſum eſſe videtur ad nomen Græcorum, qui etiam יונים vocabantur, quæ vox à Maſſorethis tam IONIM potuit efferri quàm JAVANIM. Certè inter ſe Ἴωνας Græci partem non exiguam Gentis ſuæ vocabant; de quo vide quæ congeſſit *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. III. c. 3.

9. *Inſulæ, nempe* &c.] כי לי איים יקוו *chi li ijim jekavvou.* כי non poteſt hic eſſe αἰτιολογικὸν, his enim verbis reſpondetur ſuperioribus, ratio eorum non redditur. Itaque vertimus, *nempe.*

Auxilium meum exſpectarunt] *Exſpectabunt mihi.* Vide Cap. LI, 5. Perinde eſt ac, me Deum agnoſcent, me invocabunt, mihi confident, atque à meo auxilio pendebunt.

Tharſiſiæ naves] אניות תרשיש *onijoth Tharſchiſch.* Intelliguntur aut Thaſiorum naves, aut Tarteſſenſium. Vide ad Gen. X, 4.

Ut advehant filios tuos &c.] Evangelium uſque ad ultimam terrarum Hiſpaniam perveniet, atque inde Chriſtiani ad alios Chriſtianorum coetus, ut ſint communionis Sanctorum participes, navigabunt. Quod poſſit & de Thaſiis intelligi. Nam in Tharſiſiam Indicam admiſſam Religionem, aut Judaïcam, aut Chriſtianam, veriſimile non eſt; certè nullum, apud Veteres, aut Recentiores ejus rei veſtigium.

10. *Ædificabunt peregrini muros tuos* &c.] Hæc & ſequentia numquam Jeroſolimæ terreſtri contigerunt; ſed Chriſtianam Eccleſiam ædificarunt qui à cognitione veri Dei antea alieniſſimi erant.

In ira mea te percuſſi &c.] Neglexerat Deus, per multa ſæcula, Ethnicos, qui Rationis ipſius lumina ſpernebant, adeóque ſibi pœnas à Deo contraxerant; quorum tamen poſtea miſertus eſt, Evangelióque eos ad ſui cognitionem vocavit.

11. *Apertæ erunt portæ tuæ*] Numquam hoc Jeroſolimæ viſum, portas noctu patere ut Reges admitterentur; nimis enim Jeroſolimitani à vicinis ſibi timebant. At verum eſt de Eccleſia Chriſtiana, quæ Regibus, Chriſti fidem amplecti volentibus, ſemper patuit. Eò reſpexit Joannes Apoc. XXI, 24, 25, & 26. ita ut hunc locum animo præſentem habuiſſe videatur.

Exercitum gentium] Multitudinem credentium, inter quos erant Reges. De victoriis Macchabaïcorum temporum hæc frigidè interpretatur vir ſummus *H. Grotius.* Magnificentia verborum rebus iis non convenit; nec fas eſt hìc poſſe dici: *parturient montes, naſcetur ridiculus mus.*

12. *Gens enim & regnum* &c.] *Si qua civitas*, inquit Grotius, *à vobis juſto bello impetita, ad conditiones non venerit, ea exſcidium feret, ut evenit plurimis civitatibus, quarum mentio apud Joſephum* Lib. XII. c. 11, & 12. & 1. Mac. V. Verum eſt, Judæos quaſdam urbes invaſiſſe; ſed & varias clades ipſi paſſi ſunt, nec Syriæ regnum propterea minùs ſtetit; ut vix ac ne vix quidem dici poſſent gens & regnum, quæ non ſerviiſſent Jeroſolimæ, periiſſe. Macchabæos terrori fuiſſe Regibus Ægypti & Syriæ, nemo facilè credat.

13. *Gloria Libani*] Videtur intelligi ארז *erez* cedrus, niſi fortè proceræ quævis arbores, atque ædificiis aptæ ſignificentur. In Libano ſola cedrus non naſcebatur.

Abies, Sapinus & Pinus] ברוש תדהר ותאשור *broſch, thidhar, outheaſchour.* LXX. Intt. ἐν κυπαρίσσῳ καὶ πεύκῃ καὶ κέδρῳ. Sed ברוש in verſione, quæ LXX. Intt. nomen præfert, quorumcúmque tandem ſit, interdum ἄρκευθος *juniperus*, alibi ἐλάτη *abies*, alibi πεύκη *picea*, alibi πίτυς *pinus* vertitur; ut ſatis liqueat neſciviſſe eos Interpretes, quid hac voce ſignificetur. *Aquila*, ut docet *Hieronymus*, primam quidem arborem *abietem*, hoc eſt, ἐλάτην verterat, duas verò ſequentes ipſis nominibus Hebraïcis *Thadaer* & *Thaaſſur* vocaverat. Theodotion: *Brothi*, *Thadaar* & *Thaaſſur.* *Hieronymus: abies & buxus & pinus.* Recentiores Intt. ſequuti ſumus, qui nomina tria arborum ædificiis aptarum poſuerunt; eò quòd agatur de inſtauratione Templi. Sed ſub imagine Templi, pingitur hìc penicillo prophetico ſpiritualis Jeroſolima, quam exornaturum hìc ſe pollicetur Deus. Sed non ſunt quærenda ornamenta, quæ ſingulis arboribus reſpon-

procumbent ad plantas *pedum tuorum* quicúmque te ſpreverant, vocabúntque urbem Jehovæ, Sionem Sancti Iſraëlis.

15. Pro eo, quod fuiſti deſerta & inviſa, *ut* nemo *per* te tranſiret, faciam, ut eveharis in perpetuum, ſisque gaudium ætatum futurarum. 16. Suges lac gentium & mammâ Regum lactaberis, atque intelliges, me Jehovam Servatorem tuum eſſe, & potentem *Deum* Jacobi vindicem tuum. 17. Pro ære adferam ad te aurum, pro ferro argentum, pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum; faciámque, ut præfecti tui ſint pacati, útque exacto-

15. Cùm antehac fueris adeò inviſa aliis populis, ut pauci, aut nulli per te tranſire ſuſtinerent, faciam, ut laudibus in cœlum eveharis in perpetuum, & lætitiam excites in animis hominum apud ætates futuras. 16. Alèris munificentiâ aliarum Gentium, & Regum; unde intelliges, me Creatorem omnium rerum eſſe, & potentiſſimum tuum vindicem, quemadmodum fui olim Jacobi. 17. Omnes tuas opes augebo uſque adeò, ut pro poodere æris, quod habes, efficiam, ut habeas parem copiam auri, pro ferro argentum, pro lignis æs, & loco lapidom ferrum; curabóque, ut præfecti tui ſint pacati, útque exactores debi-

reſpondeant. *Grotius*, qui hæc refert ad loca Syriæ & Phœnices à Judæis ſubacta, ut retulit *Strabo*, debuiſſet hoc de ſolo Libano probare. Verùm nihil eſt frigidius ejus, hoc in loco, interpretationibus.

Scabellum pedum meorum] *Locum pedum meorum* מקום רגלי *mkom raglai.* Vide not. ad 1. Ephem. XXVIII, 2. Intelligitur Eccleſia, quæ Dei Templum eſt.

14. *Ibunt ad te flexo corpore*] שחוח *ſchhoahh, incurvando ſe.* LXX. δεδοικότες, quam tamen vocem non fuiſſe LXX. Intt. *Hieronymus* notavit, qui ipſe vertit *curvi.* *Grotius* nos hìc amandat ad Hezdr. IV, 2. ubi Samaritæ *conveniſſe* dicuntur *Zorobabelem & principes familiarum Judæ*, obtuliſſéque eis operam ſuam, ad inſtaurandum Templum, quam aſpernati ſunt Judæi. Sed Samaritæ non iverunt ad Judæos, quaſi ad dominos, qui nullum alium agnoſcebant, præter Perſarum Regem. Obtulerunt tantùm operam ſuam, quaſi ejuſdem Dei cultores, quod tamen videntur malo animo feciſſe. Hìc eſt potiùs deſcriptio mutationis rerum, quæ in Imperio Romano facta eſt, poſtquàm ſumma in eo poteſtas Religionem Chriſtianam eſt profeſſa; unde factum eſſet, ut Ethnici ſupplices fierent Chriſtianis atque ab eorum nutu penderent, quos antea malè habuerant.

Vocabúntque urbem Jehovæ] Hoc non fecerunt Samaritæ, Jeroſolimitanorum infenſiſſimi hoſtes, ſed Ethnici ad fidem Chriſtianam adducti agnoverunt in Eccleſia Chriſtiana ſola verum Deum coli, cujus cultûs, abjectis commenticiis Diis, participes facti ſunt.

15. *Pro eo, quod fuiſti deſerta*] Rectè hoc dicetur de toto corpore Idololatrarum, qui orbem terrarum occupabant, & apud quos virorum, qui Deum verum colerent, tanta erat autea penuria, ut ne unus quidem inveniretur, aut perpauci. Ideóque gentes illæ dicuntur fuiſſe Deo *inviſæ*, Idololatriæ causâ, proindéque ab eo veluti neglectæ.

Ut nemo per te tranſiret] Veri, nempe, Dei cultor. Pingitur hìc, ut diximus, Gentium multitudo, coloribus è Jeroſolima deſerta deſumtis.

Faciam, ut eveharis] שמתיך לגאון *ſchamtihch ligeon*, poſui te in altitudinem. *Sublimitate* potentia in pleriſque linguis ſignificatur; quæ tamen nunquam tanta fuit in Haſmonæis, ut ullo modo æquanda eſſet potentiæ Regum Syriæ & *Ægypti*; nedum ut Romanæ conferri poſſet; quam ſemper comiter obſervavit Herodes, Antipatri F. Regum Judææ, à reditu è captivitate, potentiſſimus, quippe qui probè norat ſe iis prorſus imparem eſſe.

In perpetuum &c.] Non poſſunt hæc dici de Judæis, qui paruerunt Perſis, deinde Macedonibus, qui Alexandro ſucceſſerunt, quorum jugum vix ac ne vix quidem excutere potuerunt; donec, cum toto Oriente, in manus Romanorum inciderent, malè ab iis haberentur, ac tandem propè ad internecionem, unà cum Jeroſolima, delerentur. Hæc non poſſunt, ullâ ratione, conferri cum potentia Chriſtianorum, à mille quadringentis annis florentium.

16. *Suges lac Gentium* &c.] *Grotius*, è Chaldæo Interprete, *divitias gentium* intelligit. Sed *Jonathan*, qui diu poſt Chriſtum vixit, divitias intellexit, quas Meſſias Judæorum, etiamnum venturus, ſibi, devictis aliis populis, paraturus eſſet. Nec certè de Judæis, qui vixerunt à reditu Captivitatis ad Æram Chriſtianam, dicere quiſquam poſſit ditatos è ſpoliis gentium, primùm propter vicinorum Regum potentiam, tum etiam Imp. Romanum, cui Oriens ſubjectus eſt à Cn. Pompeio. Si quas interdum prædas à vicinia egerint, graves viciſſim pœnas iis ſubinde pependerunt.

17. *Pro ære adferam ad te aurum* &c.] Eſt aliquid hìc παροιμιῶδες, quo ſignificatur ſtatus poſterior priore multò melior futurus. Si verbo tenus hæc intelligantur, ſatis conſtat, numquam Jeroſolimam ita ditatam fuiſſe, poſtquàm inſtaurata fuit; ut longè majores divitias haberet iis, quas poſſederat ante bella, quæ cum Babyloniis geſſerat. Nec felicior fuit Reſpublica ſub Haſmonæis, ac ſub Herode, teterrimo tyranno, quàm ſub Davidis poſteris, ad quos jure pertinebat regia dignitas. Tempora, quæ Herodem Magnum ſequuta ſunt, deteriora multò fuerunt, Judæâ in Provinciam redactâ atque à Procuratoribus Cæſarum adminiſtratâ, atque expilatâ. Quare omnino confugiendum ad Eccleſiam Chriſtianam, opéſque ſpirituales, hoc eſt, cognitionem veræ Religionis, morúmque ad eam conformationem; quæ erant aurum cum ære oblatum, argentum cum ferro, æs cum lignis, & ferrum cum lapidibus; longè enim erant meliores Gentiles ad Chriſtianam fidem adducti, quàm cùm Deos confictos colerent, & ſpe certâ beatæ immortalitatis multò felicio-res,

Digitized by Google

exactores tui ſint juſti. [18]. Non audietur ampliùs injuria in terra tua, nec vaſtitas aut contritio in tuis finibus; muros tuos vocabis ſalutem, & portas tuas laudem. [19]. Non erit tibi ampliùs Sol in lucem diurnam, neque ſplendor Lunæ tibi *noctu* illucebit; ſed erit tibi Jehova lux perpetua, & Deus tuus ornamentum tuum. [20]. Non occidet ampliùs Sol tuus, nec Luna tua deficiet; nam Jehova tibi fiet lux perpetua, & luctûs tui dies deſinent. [21]. Univerſus populus tuus erit juſtus, atque in hereditatem perpetuam terram poſſidebit. Surculus plantariorum meorum, opus manuum mearum *ejusmodi erit*, ut *eo* gloriari

debitorum ſint juſti. 18. Non audietur ampliùs in terra cuiquam vis illata; nec vaſtitas, aut ſimilis injuria, intra fines tuos. Muris tuis tribues veram tuorum incolumitatem, & portas tuas laudabis, quod jacturam impediant. 19. Non ampliùs neceſſaria erit lux diurna Solis, ut tutò tua ſerventur; neque ſplendor Lunæ. Erit tibi Deus lux perpetua, & ornamentum tuum. 20. Non ampliùs indigebis luce Solis, neque ſplendore Lunæ; nam Deus erit perpetua tua lux; & luctus tuus deſinet. 21. Omnes tui populares erunt juſtitiæ cultores, luctus tuus deſinet, atque in perpetuum terram, in qua degis, poſſidebis. Plantaria mea, quæ feci & colui, erunt ejusmodi, ut

res; quod multis oſtendimus in P. II. Prolegomenon Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Factámque, ut præfecti tui ſint pacati] שמתי פקדתך שלום *ſchamthi phekudathech ſchalom*, faciam præfecturam tuam pacem. LXX. Intt. δώσω ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ. Vulgatus: *ponam viſitationem tuam pacem. Jonathan:* פרנסך שלם *pharnaſach ſchlam*, rectores tuos pacem. Præfectura פקודה ſæpe ſumitur pro Præfectis ſeu פקידים. Vide 2. Ephem XXIV, 11. Ezek. XLIV, 11. Præfecti Judæorum, qui Babylone redierunt, Zorobabel, Nehemias, aliique Judæorum Proceres pacatiùs & clementiùs rexere populum, quàm Babylonii; at de ſequentibus non conſtat, & poſtquàm Pontifices Maximi Diadema ſumſerunt, graviter populum expilarunt, & crudelibus diſcordiis inter ſe certarunt, ut docet *Joſephus*. At populorum, qui Chriſtianam Religionem amplexi ſunt, Præfecti, Chriſtiani & ipſi, manſuetiores, quàm ſub Ethniciſmo, fuerunt.

Utque exactores tui ſint juſti] ונגשיך צדקה *venogeſchajich tſedakah*, & exactores tuos juſtitiam; hoc eſt, juſtos. נגש *nogeſch* dicitur exactor tributorum, ac operum, quæ loco ſunt tributi; quod hominum genus ſæpiſſimè eſt ferox & iniquum. Vide Exod. V, 6. & Eſaï. IX, 4.

18. *Non audietur ampliùs injuria* &c.] Si legatur hiſtoria Macchabæorum, non difficile erit intellectu, eorum ævo cùm à vicinis, tum ab ipſis Judæis inter ſe & præſertim Pontificibus Maximis, exortas graviſſimas injurias, Regnum Herodis, eorum prole exſtinctâ, fuit prorſus tyrannicum; ſequentia tempora, uſque ad captam Jeroſolimam, etiam deteriora. Itaque hæc ad Judæos referri non poſſunt, quorum ſors longè deterior fuit, quàm temporibus Hezekiæ fuerat. Sed nullàne audita eſt injuria Chriſtianorum in Chriſtianos, ex quo Imperium Romanum Evangelium amplexum eſt? Imò nimis frequentes & nimiæ fuere aliorum in alios, etiam apud Chriſtianos, injuriæ. Sed ſi conferantur cum moribus Ethnicorum, longè minores fuere; atque ea eſt Evangelicæ doctrinæ indoles, ut omnes injurias excluſura eſſet, & inter cives & inter populos vicinos, ſi audiretur; quod non à Lege Moſaïca ſperare licuit, ut intelligere licet ex oratione Chriſti, quæ exſtat Matth. V, *&* *ſeqq.*

Muros tuos vocabis ſalutem] Salvus & incolumis intra muros tuos vives, eorúmque firmitatem prædicabis.

Et portas tuas laudem] Laudabis tuas portas, quæ probè clauſæ, atque excubiis firmatæ, ſecuram tibi noctem præſtabunt. Pro תהלה *thehillah*, quod eſt *Aquilæ* ὕμνησις, *Symmacho* αἴνεσις, Latino *laudatio*, vertitur à LXX. Intt. γλύμμα, quaſi fuiſſent *ſculpturis* ornatæ. An legerunt תחלה *thehhillah*, quod ad eum ſignificatum accedit?

19. *Erit tibi Jehova lux perpetua*] Sic & in ſpirituali Jeroſolima, *nullam noctem futuram* ait Joannes Apoc. XXII, 5. *neque opus fore lucerna, neque luce Solis, quia Dominus Deus iis illucebit.* Quæ Dei favorem, omnium rerum jucundiſſimarum loco futurum ſignificant, & quidem in perpetuum. Quod in urbe Jeroſolima fruſtra quæſiveris.

20. *Deficiet*] *Colligetur* יאסף *jeaſeph*, vel condetur objectu Terræ, nam אסף *aſaph* eſt *recondidit*. *Lux* paſſim eſt pro rebus ſecundis; adeóque *lux perpetua* perennem felicitatem ſignificat.

21. *Univerſus populus tuus erit juſtus*] *Et populus tuus, quotquot ſunt, juſti.* Hæc & ſequentia ſi hyperbolica videantur aptata Chriſtianis, quanto minùs convenient Judæis, quorum Lex Evangelio æquiparari non poteſt, & qui ne Legis quidem ſuæ obſervantes fuere?

In hereditatem perpetuam &c.] At Judæi ſuâ in æternum ejecti, quod à multis ſæculis experiuntur, ſine ulla ſpe reditûs.

Surculus plantariorum meorum] נצר מטעי *netſer matthahai*. LXX. Φυλάσσων τὸ φύτευμα, quia legerunt נוצר *notſer*, ſervans, ſed perperam, cùm ſermo ſit de plantis. *Hieronymus* meliùs: *germen plantationis meæ*. Intelliguntur Chriſtiani, quibus magis gloriari poteſt Deus, quamvis nimis, heu nimis! multa ſint in iis, quæ venia indigent; quàm Judæis, qui poſtremis Reipublicæ ſuæ ſæculis perditiſſimis moribus fuerunt. Chriſtus utitur eodem ſenſu tralaticio pro hominibus voce φυτεία Matth. XV, 13. & Paulus præcones Evangelii ait φυτεύων 1. Cor. III, 6, 7, 8.

Ut eo gloriari poſſim] להתפאר *lehithpaër*, ad gloriandum.

22. *Parvus*

ri *poſſim.* ²². Parvus *numerus* fiet millenorum & exigua gens potens. Ego Jehova *hæc*, tempore ſuo, maturabo.

Meſſias de ſe ipſo, déque diſcipulorum ſuorum commodis loquens inducitur, eorúmque ſpes & lætitia deſcribitur.

1. SPIRITUS Domini Jehovæ mihi incumbit, unxit enim me Jehova, ut fauſta nunciem manſuetis, miſitque me ad obligandos fractos corde, & captivis libertatem, vinctíſque carceris apertionem pronunciandam; ². útque clamore promulgem annum Caput LXI.

ut propterea gloriari poſſis. 22. Parvus hominum numerus erit, inſtar aliquot millenorum, & exigua gens potens habebitur. Ego Creator hæc omnia, tempore ſuo, maturabo.

PARAPHRASIS.

1. SPIRITUS Domini Creatoris mihi incumbit, unxit me, ut fauſta manſuetis meis popularibus ejus nomine nunciarem, miſitque ad ſolandos eos, qui timidiores ſunt; 2. útque clamore promulgarem, adeſſe tempus, quo ſe Creator faventem præſtiturus eſſet & ſumturus pœnas de Iſraëlitis ...

22. *Parvus numerus*] הקטן *hakkaton*, vertendo ſupplevimus מספר *miſphar*, numerus. Chriſtianis hæc meliùs multò conveniunt, quàm Judæis.

Hæc tempore ſuo maturabo] בעתה אחישנה *behittbah ajchibbennah.* Subaudi זאת *hoc.*

COMMENTARIUS
In Caput LXI.

1. SPiritus Domini Jehovæ mihi incumbit] *Super me.* Loquitur hìc Eſaïas de ſe, ait *Grotius*, ut notat Chaldæus, ſed in quo Chriſti non obſcuram conſpicimus imaginem. Verùm cùm Chriſtus ipſe, lectis his verbis, in Nazarena Synagoga, in ſe impleta dixerit, ut videmus Luc. IV, 18. *& ſeqq.* crediderim, cum aliis Interpretibus, à Propheta ipſum Meſſiam loquentem induci; præſertim cùm longè pleniore ac præſtantiore ſenſu ei conveniant, quàm ulli Prophetæ.

Unxit enim me Jehova] Poteſt quidem dici Propheta *ungi*, pro eo quod eſt conſtitui, ut videmus ex 1. Reg. XIX, 16. Sed unctio Chriſti fuit alius generis, quippe qui eſt in Regem & Sacerdotem etiam divinitus unctus, de qua re vide Ep. ad Hebræos C. I, 9. & ad eum locum Intt. Adde & Act. X, 38. ubi Petrus ad hunc Eſaïæ locum reſpicere videtur, cùm ait de Jeſu: *Unxit eum Deus, Spiritu ſancto & virtute, qui pertranſiit beneſaciendo & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo.*

Ut fauſta nunciem] לבשר *lbaſſcher.* LXX. Intt. εὐαγγελίσασθαι, & reverâ hoc verbo utuntur Hebræi, ubi de fauſtis nunciis agitur. Ideóque hoc vertendo exprimendum cenſuimus, quamvis *Hieronymus* verterit dumtaxat, *ad adnunciandum.* Ac ſanè *Aquila*, *Symmachus*, & *Theodotion*, apud hunc noſtrum Prophetam εὐαγγελιζομένη verterunt מבשרת *mbaſſchereth* C. XL, 9.

Manſuetis] ענוים *hanavim*, quod πτωχοῖς tranſtulerunt LXX. Unus ex aliis Intt. ταπεινοῖς. Latinis: *manſuetis*, quæ ſunt vocis πολυσήμου ſignificationes.

Ad obligandos fractus corde] Quia שבר *ſcheber* ſignificat *vulnus*, quo perfracta eſt cutis, aut *fracturam* etiam oſſis; ideò Meſſias dicitur veniſſe ad *obligandos corde fractos*, hoc eſt, ut animo vulneratos, ſenſu, nempe, delictorum ſuorum, & metu pœnarum, curaret, veluti obligatis eorum vulneribus. Alioquin *animo*, aut *corde fracti* ſunt humiles, ut Latini dicunt iis *fractos eſſe ſpiritus*, quibus demta eſt ſuperbia.

Captivis libertatem &c.] Interpretatur *Grotius*, primo ſenſu, de captivitate Babylonica. Atqui liberari eâ captivitate non tanti erat, apud Deum, quàm apud homines. In captivitate enim ejusmodi poterant eſſe Judæi probi & religioſi homines, ut Daniel & ſocii, ideóque Deo grati; liberati verò eſſe nequam, ac proinde ei inviſi, quamvis ſibi de libertate plauderent.

Carceris apertionem] פקח קוח *phekahh koahh.* LXX. Intt. τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. *Symmachus:* δεδεμένοις λύσιν, & *Hieronymus: clauſis apertionem.* Certè פקח *phakahh* dicitur de apertione oculorum Gen. III, 5. Job. XXVII, 19. Pſ. CXLVI, 8. ſuprà C. XXXV, 5. Sed ſequi deberet לעורים *lehivverim*, cæcis, ſi id ſignificaretur, quod volunt LXX. Intt. Sunt qui velint קוח eſſe repetitionem radicalium, quæ ſignificatum intendit, ut *omnimoda liberatio* intelligatur. Poſſet hoc admitti, ſi eſſet unâ voce פקחקח *phekahhkahh*, ſed leguntur diviſim. Itaque iis accedere malui, qui קוח nomen eſſe *carceris* putant, aut vinculorum, quia קיחה apud *Thalmudicos* eſt *lorum*, donec melius quidpiam occurrat. *Valent. Schindlerus* retulit etiam ad radicem, aut radicales litteras קח, ubi citat quaſi è LXX. Intt. ἄνοιξιν δεσμωτηρίου, quod in nullo Cod. quem quidem norim, exſtat, & puto docto viro excidiſſe.

2. *Utque clamore promulgem annum favoris*] לקרא שנת רצון *likro ſchnath ratſon*, ad clamandum annum favoris. Intelligit *Grotius* tempus ſolutionis captivitatis, ac proinde annum

annum favoris Jehovæ, & diem ultionis Dei noſtri, quo lugentes omnes ſolctur; 3. ut *denique* lugentes Sionis componam, démque iis ornamentum, pro cinere; oleum hilaritatis, pro luctu; amictum, *quem induunt tempore* laudis, pro animo mœſto; ut vocentur arbores juſtitiæ, & plantarium, quo Jehova gloriatur.

4. Ædificabunt domos, in locis dudum deſertis, in priorum ſolitudinibus excitabunt *ædificia*, atque inſtaurabunt urbes deſerti, & *colere denno incipient* loca à pluribus ætatibus vaſta. 5. Adſtabunt alieni & paſcent pecus veſtrum, alienigenæ erunt agricolæ

Iſraëlitarum hoſtibus; 3. & quo Jeroſolimitanos ſolaretur, ut ad hilariorem vitæ rationem redirent; ut ornati in publicas vias procederent, prout antea, cùm res ſecundiores eſſent, ſolebant; adeò ut ſolaretur adflictos Jeroſolimitanos, dum hortaretur eos ad exuendas veſtes cineribus adſperſas, aliásque induendas, quibus lætis temporibus utebantur, cùm laudes Dei canebant. 4. Tum verò prædixi, fore ut ædificarent domos in locis, dudum ſine ædibus relictis; 5. utque adeſſent homines ex alienis gentibus, qui pecus Jeroſolimitanorum paſcerent, quique agricolæ & vini-

I. Babylonici regni Cyri. Sed longè meliore jure vocari potuit tempus *favoris Jehovæ* tempus, quo Chriſtus in terris fuit, & Judæos ad pœnitentiam vocavit. Quod Veteribus etiam Chriſtianis placuit, quamvis nonnulli perperam hinc collegerint, Chriſtum anno uno Evangelium prædicaſſe. Vide *Irenæum* Lib. II. c. 22. & *Theodoretum* ad hoc caput.

Diem ultionis] Idem interpretatur ultionem Dei in Babylonios, ſed æquè commodè intelligere licet tempus ultionis, quam Deus de Judæis incredulis, & contumacibus, everſâ Jeroſolimâ, ſumſit.

Quo lugentes &c.] Lugentes ex ſententia *Grotii*, debent eſſe Judæi captivi, quibus etiam non malè conveniunt verba ſequentia. Sed non minùs rectè dixeris lugentes hos eſſe Eccleſiam Chriſtianam Jeroſolimæ, & totius Judææ; quæ Eccleſia vexata eſt à Judæis, dum ſtetit Jeroſolima, & quæ, ſine ſummo dolore, videre non potuit, populares ſuos pertinaciâ horrendâ pergere fidem Chriſto detrahere, eo ipſo tempore, quo ſe de contumacibos pœnas ſumturum ſignificaverat. Vide Matth. XXIV. & notas *Henr. Hammondi*. Confer & Matth. III, 10. Deus ergo *lugentes* Chriſtianos *ſolatus eſt*, cùm, everſâ Jeroſolimâ, Judæis auctoritatem omnem, & potentiam nocendi, in perpetuum eripuit.

3. *Componam*] לשום *laſchoum*, ut ponam, hoc eſt, ut res eorum ita componam, ut quieti poſſint, in Judæa, vivere; niſi malis hoc quoque verbum *ponam* conſtruere cum ſequentibus, quemadmodum verbum *dem*.

Ornamentum pro cinere] Hic eſt Paronomaſia, Prophetæ noſtro ornamentum frequens. Quæ Latinè exprimi non poteſt: פאר תחת אפר *pheer thabbath apher*, ornamentum pro cinere; hoc eſt, mundas veſtes, loco earum, quæ immundæ ſunt cinere, aut pulvere, & quæ in luctu geruntur.

Oleum hilaritatis] שמן ששון *ſchemen ſchaſchon*. LXX. Intt. ἄλειμμα εὐφροσύνης, Latinus: *unguentum gaudii*; quo, nempe, homines uti ſolent in privata, vel publica hilaritate. Vide ad Pſ. XLV, 8.

Amictum, quem induunt tempore laudis] מעטה תהלה *mahatah thehillah*; hoc eſt, veſtem, quam gerere ſolent, eo tempore, quo Deo publicè gratias agunt.

Pro animo mæſto] תחת רוח כהה *thabbath rouahh chohah*, pro ſpiritu contractionis. LXX. ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας, Latinus: *pro ſpiritu mœroris*. Ut *dilatari* dicitur cor hilare, ſic *contrahi* triſte. Vide ſùpra XLII, 4. & Ezek. XXI, 7. Triplex ratio, quâ cùm hilaritas, tum luctus hìc deſcribuntur, eodem redit; neque aliud vult Meſſias, niſi ſe effecturum, ut Chriſtiani à vexatione Judæorum liberati gauderent in Judæa.

Arbores juſtitiæ] אילי הצדק *ele hattſedek*. LXX. Intt. γενεαὶ δικαιοσύνης. Hieronymus: *fortes juſtitiæ*. Sic & *Symmachus*: ἰσχυραὶ Nonnulli אלה *quercum* & אילים *quercus* vertunt. Hìc viſum eſt generis nomine oti, propter ſequentem vocem, cui meliùs convenit cum toto genere, quàm cum ona arborum ſpecie. Crediderim *arbores juſtitiæ* homines dici, quorum fructus eſt juſtitia; hoc eſt, facta juſtitiæ conſentanea. Vide vers. 11.

Plantarinm &c.] Vide Cap. LX, 51. Chriſtiani intelliguntur, qui iis temporibus erant inſtar plantarii, ex quo ſurculi petiti totum orbem terrarum implere cœperant.

4 *Ædificabunt domos* &c.] Poſſemus hæc, ſi ita videretur, proprio etiam ſenſu de Chriſtianis interpretari. Cùm enim Judæis vetitum eſſet Jeroſolimam ingredi, poſtquàm eam inſtauraſſet *Hadrianus*; nulla cauſa fuit, cur Chriſtiani, qui minimè erant Judæi, illic habitare non poſſent. Vide Hiſt. Eccleſ. noſtram ad A. C. CXXXV. Sed augmentum Chriſtianiſmi hìc ſignificari crediderim.

In locis dudum deſertis] ובנו חרבות עלם *banou hhorboth holam*, ædificabunt ſolitudines antiquas; hoc eſt, ibi conſtituent Eccleſias, ubi antea nullæ erant.

In priorum ſolitudinibus excitabunt ædificia] שוממות ראשנים יקוממו *ſchomemoth riſchonim jekomemou*, vaſtitates priorum excitabunt. Idem eſt ac quod proximè antecedit, & ſequitur; pro conſuetudine Eſaïæ & Jeremiæ ſynonymis gaudentium. LXX. Intt. ἐξηρημωμένας πρότερον ἐξαναστήσουσι. *Hieronymus: ruinas antiquas erigent.*

Inſtaurabunt] וחדשו *hhiddeſchou*, renovabont.

5. *Adſtabunt alieni* &c.] Quæ habentur hoc & ſequente verſu numquam *ſecundùm litteram*, ut loquontur, contigerunt Judæis, eâ intercapedine temporis, quod effluxit ab inſtauratione Jeroſolimæ, ad ejus ultimum excidium, Numquam divitiæ eorum comparandæ fuerunt cum divitiis Syrorum, aut Ægyptiorum; nec cum Romanis ullo modo conferri

colæ & vinitores veſtri. 6. At vos Sacerdotes Jehovæ vocabimini, & Miniſtri Dei noſtri dicemini, opes gentium abſumetis, earúmque divitiis gloriabimini. 7. Pro duplici pudore & ignominia, quibus adſecti eſtis, lætos clamores, pro ſua virili, *nepotes veſtri* tollent, ideóque in terra ſua duplum poſſidebunt, atque in perpetuum læti erunt. 8. Nam ego Jehova, *ait Deus*, amans ſum juris, inſenſúsque rapinæ iniquæ, ideóque præmium eorum fideliter dabo, & cum iis fœdus perpetuum feriam. 9. Innoteſcet inter gentes eorum poſteritas, & qui ex iis orientur inter populos. Quicumque

vinitores eſſent in eorum agris, 6. contrà Jeroſolimitanos, vocatum iri Sacerdotes, ac Miniſtros Dei, opes Gentium abſumturos, eorúmque divitiis gloriaturos. 7. Pro duplice pudore & ignominia, quibus adfecti fuerant, lætos clamores ſublaturos, ideoque, in agris ſuis duplum poſſeſſuros, & perpetuâ lætitiâ adficiendos. 8. Nam ſe Creatorem eſſe amantem juris, atque inſenſum fore rapinæ, & perpetuum fœdus cum iis habiturum. 9. Inter Gentes fore ut noſcerentur eorum poſteri, & qui ex iis naſcituri eſſent, apud alios populos; nam eos agnitum iri, ab omnibus, quia

ferri potuerunt, à quibus ſunt primùm ſubacti, deinde etiam ad internecionem deleti. Itaque hæc omnia intelligenda de Chriſtianis, non terrenis divitiis gloriantes, ſed verâ cognitione Dei & Chriſti; quæ ſunt demum eæ opes, quas concupiſcere eis jus fásque eſt; non iis, quibus Ethnici etiam gloriabantur, & quæ tam malorum, quàm bonorum ſunt, imò etiam ſæpiùs. Ad hunc locum Prophetæ partim etiam reſpexiſſe videtur Petrus Apoſtolus, ad ſequentia verba quod adtinet.

6. *Vos Sacerdotes Jehovæ* &c.] Magis addicti eritis cultui divino, quàm coacervandis divitiis. Sic Moſes Exod. XIX, 6. Iſraëlitis: *regnum Sacerdotale*, inquit, *& gens ſacra eritis*. Sic & à Petro 1. Ep. II, 5. Chriſtiani dicuntur ἱεράτευμα ἅγιον & vers. 9. βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον. Itaque ad eos etiam referenda hæc Prophetæ verba; quæ neque ſecundùm litteram, neque ſecundùm ſpiritum ad Judæos pèrtinent; neque poſthac umquam pertinebunt, niſi fiant Chriſtiani.

7. *Pro duplici pudore* &c.] *Pro pudore veſtro duplici & ignominia* בשת משנה *boſcheth miſchneh*, pudor duplex Chriſtianorum, ad quem hìc reſpicitur, eſt ignominia, quam iis crearunt Judæi apud ſuos, hoc eſt, apud Judæos primùm; deinde etiam apud Ethnicos, ad quorum tribunalia eos accuſarunt. Quod liquet vel ex Paulo, qui apud ſuos, eo quòd Chriſtianus factus eſſet, infamatus eſt, flagris percuſſus, & peſſimè habitus; tum etiam apud Judææ Procuratores accuſatus. LXX. Intt. hæc non habebant, ſed ex *Theodotione* ſupplerant: ἀντὶ τῆς αἰσχύνης ὑμῶν διπλῆς καὶ ἐν τροπῆς ἀγαλλιάσονται μερὶς αὐτῶν. Vulgatus: *pro confuſione veſtra duplici & rubore laudabunt partem ſuam.*

Lætos clamores, pro ſua virili, tollent] ירנו חלקם *jaronnou bhelkam*. חלק *bhelek* partem, quam quis habet in quavis re, ſignificat, ideóque vertimus, *pro ſua virili*, aut *parte*; quaſi eſſet לחלקם *lbhelkam*, aut ſimile quid. Addidimus *nepotes veſtri*, quia nullus nominativus commodior alius ſuppleri poſſe videbatur.

In perpetuum læti erunt] *Lætitia ſæculi eis erit.* Hæc de Judæis dici nequeunt, cùm perpetuus mœror iis incumbat, ob omiſſam, culpâ ſuâ, in æternum patriam. Contraria omnia Chriſtianis obtigerunt.

8. *Inſenſúsque rapinæ iniquæ*] שנא גזל לעלה *ſchoneh gazel lebolah*. LXX. Intt. μισῶν ἁρπάγμα ἐξ ἀδικίας. *Jonathan*: מרחק קדמי שקרא ואנסא, *abominanda coram me ſunt mendacium & violentia.* Vulgatus verò: *odio habens rapinam in holocauſto*. Legit, nempe, ut Maſſorethæ, בְּעֹלָה in holocauſto, ſed alii בְּעַוְלָה *in iniquitate*. Quod præfert meritò *Grotius*, quia prolatio Maſſorethica ſenſu caret. Hæc videntur pertinere ad rapinas Judæorum, gentis latrociniis deditæ, præſertim ſub Romanorum jugo.

Præmia eorum fideliter dabo] *Dabo opus eorum in veritate*: hoc eſt, operis mercedem.

Fœdus perpetuum feriam] Multò potiore jure hæc intelliguntur de Chriſtianis, quibus Deus Leges naturâ ſuâ ſanctas, juſtas & æquas, adeóque immutabiles, quia immutabili ejus natura nituntur, impoſuit; non ritus mutabiles, quibus nulla juſtitia, aut ſanctitas ineſt; non conſtitutiones rudi & contumaci populo adtemperatas, ut in Fœdere Moſaïco, adeóque per ſe *nequaquam bonas*, ut Deus nos docet apud Ezekielem C. XX, 25. quáſque vocat Paulus Gal. IV, 3, 9. *elementa mundi, infirma & mendica elementa*. De utroque fœdere, vide Jerem. XXXI, 31. *& ſeqq.*

9. *Innoteſcet inter gentes*] Innotuerunt quidem pleriſque populis Judæi, atque ad hodiernum uſque diem noti ſunt. Sed & olim, & hodie iiſdem populis ſpreti & inviſi ſunt. *Innoteſcere* verò hìc quaſi quidpiam utile, adeóque honorificum promittitur; ita ut ſecum trahat honeſtam, apud eos populos, famam. Hæc autem obtigere Chriſtianis, præſertim poſt tempora Conſtantini Magni, quorum Eccleſia ad hanc noſtram ætatem permanet, & in futura ſæcula propagabitur; dum nulla ſpes eſt Judæis recuperandæ patriæ, ita ut cœperint jam inter eos eſſe, qui commenticium Rabbinorum Meſſiam, hoc eſt, terrenum Regem, rideant; quales etiam olim fuerunt.

Agnoſcent eos, quia &c.] Noti quidem fuerunt olim Judæi, ſúntque etiamnum hodie, ſed omnibus inviſi; quamvis Chriſtiani, & Mohammedani non diffiteantur oriundos eſſe à Patriarchis, quos ſingulari favore olim perſequutus eſt Deus; aut certè ab hominibus olim Religionem Judaïcam amplexis. Sed poſt captam Jeroſolimam, ad hoc ævum, nemo eorum poſteros in pretio habuit. Ideóque

que eos videbunt agnoſcent eos, quia ſunt poſteritas, cui benedixerit Jehova.

10. Gaudebo Jehovæ cauſâ, exſultabit animus meus, propter Deum meum, quia me induit veſtibus ſalutis, pallio juſtitiæ me involvit: ſicut ſponſus ornatum ſumit, & ſicut ſponſa mundo *muliebri* ſe exornat. 11. Ut enim terra germen ſuum emittit, & ut hortus ea, quibus conſitus eſt, profert: ſic Dominus Jehova, coram omnibus gentibus, juſtitiam & laudem effloreſcere curabit.

De vocatione Gentium, déque adventu Meſſiæ promiſſiones.

CAPUT LXII.

1. SIONIS causâ non tacebo, propter Jeroſolimam non quieſcam, donec juſtitia ejus ſplendoris inſtar prodeat, & liberatio ejus ut fax accendatur. 2. Videbunt gentes

quia eorum poſteritas erunt, quibus benefecit Creator.

10. Se ejus causâ gaviſurum, atque exſultaturos, quia ab eo induti forent veſtibus ſalutiferis, & pallio juſtitiæ involvendi; ut eſſent induti inſtar ſponſi, & ſponſæ mundo muliebri ornatæ; 11. ut enim fertile ſolum emittit germina, & hortus plantas, quibus conſitus eſt: ſic Dominum Creatorem, coram omnibus gentibus, effecturum ut eorum probitas, & laudes effloreſcant.

P A R A P H R A S I S.

1. UBI agentur Sion, & Jeroſolima, ſilentium non ſervabo, donec juſtitia eorum eluceſcat, & liberatio ejus manifeſta, & ſplendida contingat. 2. Videbunt, cùm liberata fueris, Gentes vicinæ innocentiam tuam, & poſtmodum Reges omnes vicini gloriam tuam, cùm liberata fueris,

que hæc ſunt intelligenda de ſpirituali poſteritate Abrahami, cùm nemo non agnoſcat potentiam Chriſtianorum; qua in re ſitam alii populi putant benedictionem divinam.

10. *Gaudebo* &c.] Hæc ſunt verba Eſaïæ aut potiùs cujusvis Iſraëlitæ ob beneficentiam Dei erga Judæos exſultantis; poſt reditum è captivitate. Poſſit & aptari Chriſtianis liberatis ab ignorantia, à vitiis, à peccatis, à pravis affectibus, à metu mortis, aliiſque quæ naturam humanam dehoneſtant.

10. *Gaudebo Jehovæ causâ*] *Gaudendo gaudebo in Jehova*; hoc eſt, propter beneficia à Deo, & quidem ſolo, accepta.

Me induit veſtibus ſalutis] Effecit, ut induam veſtes, quæ decent non lugentem, ſed à graviſſimis calamitatibus liberatum; hoc eſt, mundiores.

Pallio juſtitiæ] Pallio quod innocentem, non reum decet. Sed nihil vetat, quin ſublimiùs hæc intelligantur de moribus, quæ liberatos à Deo decent.

Ut ſponſus ornatum ſumit] כחתן יכהן פאר *chobhatnan jechaben pheer*, ut ſponſus ſacerdotem agit ornatu. LXX. Intt. ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν. Vulgatus: *quaſi ſponſum decoratum coronâ*. Exprimi metaphora vocis יכהן *jechaben* aliâ Linguâ non poteſt. Deſumta eſt à more Sacerdotum qui ſollemnia ſacra, veſtibus ſacris induti, faciunt.

Mundo muliebri ſe exornat] *Ornat* (ſe) *vaſibus ſuis*, כליה *cheleha*. quæ vox omnem mundum muliebrem complectitur.

11. *Juſtitiam & laudem effloreſcere curabit*] Hoc eſt, efficiet, ut juſta facta & laude digna ubique efflореſcant, inter homines. Quod multò meliùs Chriſtianis, quàm Judæis convenit.

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT LXII.

1. *NOn tacebo*] Perpetuò Deum orabo.

Donec juſtitia ejus] Hæc, ut & ſuperiora, intelligimus de Eccleſia Chriſtiana, de qua Meſſias pollicetur, ſe ad Patrem fuſurum preces, donec vexationibus Ethnicorum liberetur; quo tempore in clara luce poſita eſt ejus *juſtitia*; hoc eſt, innocentia, palam confutatis omnibus flagitiis, quæ iis ab Ethnicis fallò exprobrata fuerant de cœtibus nocturnis, infanticidio, promiſcua libidine &c. de quibus Defenſores antiquiſſimi Chriſtianæ Religionis. Cùm enim palam & interdiu fierent Chriſtianorum cœtus, & multò plures iis adeſſent, diſcuſſæ ſunt omnes calumniæ. *Hieronymus* vertit: *juſtus ejus & ſervator ejus*. Quod adripuit *Grotius*, ut de Cyro hæc interpretaretur; ſed perperam, nam conſentiunt LXX. Intt. cum Hebræis Codd. & ſenſus eſt optimus

Liberatio ejus] *Salus ejus*. Neque enim dubium amplius fuit, an Religio Chriſtiana liberata eſſet à vexationibus Ethnicorum, poſtquàm Conſtantinus rerum potitus eſt, præſertim cùm ſolus imperavit.

2. *Videbunt gentes innocentiam tuam* &c.] Patuit innocentia Chriſtianorum populis, & Regibus vicinis Imperii Romani, cùm publicè eam profeſſi ſunt, qui rerum potiebantur, magis quàm antea; unde & plures populi, ut jam diximus, ei etiam nomen dederunt. Rectè verterunt LXX. Intt. & tres alii Græci δικαιοσύνην & δόξαν minùs rectè *Hieronymus*: *juſtum & inclytum*. Quod nec ſatis prudenter ſequutus eſt *Grotius* ἔνδοξον hic δίκαιον.

Voca-

gentes innocentiam tuam, & Reges omnes gloriam; vocaberis nomine novo, quod pronunciabit os Jehovæ. 3. Eris diadema decorum, in manu Jehovæ; & cidaris regia, in vola Dei tui. 4. Non diceris ampliùs RELICTA A DEO; nec tua terra DESOLATA; ſed vocaberis FAVOR MEUS IN ILLAM; & terra tua, CONJUGIO JUNCTA, quia faverit Jehova tibi, & terra tua conjugio conjuncta fuerit; 5. nam *ut* juvenis virginem ducit, *ſic* filii tui conjugio conjungentur; & *ut* gaudebit ſponſus, ob ſponſam; *ſic* tui causâ gaudebit Deus tuus. 6. Muris tuis præfeci Vigiles, qui jugiter totâ die & totâ nocte non tacebunt; vobis, qui celebratis Jehovam, nullum ſit ſilentium. 7. De illo ne ſileatis, donec *ita* ſtabilierit conſtitueritque Jeroſolimam, *ut* laudetur in terra.

8. Jura-

ris, quo tempore, vocaberis nomine novo, quod tibi impoſuerit Creator. 3. Eris diadema decorum, in ejusdem manu, & cidaris regia. 4. Non vocaberis poſthac RELICTA A DEO, neque tuus ager DESOLATUS, ſed FAVOR MEUS ERGA ILLUM, & terra tua CONJUGIO JUNCTA, quia tibi faventem Creatorem habebis, & veluti conjugio ei conjuncta fueris; 5. nam quemadmodum juvenis virginem uxorem ducit: ſic non ſine gaudio Deus te ſibi veluti conjugio conjunxerit; quamobrem ut ſponſus amat ſponſam, ſic Deus ſponſus tuus gaudebit. 6. Muris tuis, *ait ille*, *viros* præfeci, qui eos ſervent, interdiu & noctu; nec illi interdiu & noctu umquam tacebunt, ne ſomnus iis ſubrepat. Quare vobis, qui celebratis Creatorem, perpetuò eum laudetis, donec ita firmaverit Jeroſolimam, ut laudetur in terra.

8. Crea-

Vocaberis nomine novo] *Et vocabitur tibi nomen novum.* Id poſtea proferetur, quamvis non tam de nomine, quàm de re, ſermo ſit; ſed conſuetudo eſt Scripturæ, mutatione nominis, rei mutationem ſignificare, certè in re quapiam.

3. *Eris Diadema decorum* &c.] עטרת תפארת *hatereth thipbereth*; diadema ornamenti. LXX. Intt. στέφανος κάλλους. Latinus: *corona gloriæ*. Hoc eſt, glorioſam futuram Eccleſiam, atque in manibus Dei, id eſt, ſub ejus tutela; nam *diadema*, aut *corona* non geruntur manibus, ſed capite.

Cidaris regia] צניף מלוכה *tſniph mloucha*, tiara regni, qualem Reges Orientis geſtabant, ad tempora Parthorum, ut liquet ex eorum Nummis. LXX. διάδημα βασιλείας, & Latinus: *diadema regni*. Difficile eſt dictu, quæ ſit ejusmodi vocum propria ſignificatio. Eſt hæc à verbo, quod *circumvolvere* ſignificat; & prior ab alio, quod eſt *cingere*.

4. *Non diceris ampliùs Relicta*] Verba quidem hæc non malè, proprio ſenſu, Jeroſolimæ conveniunt; ſed, quod non ſemel diximus, coloribus è Jeroſolima terreſtri deſumtis, pingitur ſpiritualis Jeroſolima.

4. *Relicta*] עזובה *bazoubab*, quod eſt epitheton mulieris, quam vir deſeruit; quod quadrabat quidem in Jeroſolimam, cùm eam tradidiſſet Deus Chaldæis, & cultum ſuum publicum intermitti in ea paſſus eſſet; ſed non minùs *relicta* dici potuit infinita illa Ethnicorum multitudo, æquè creata à Deo ac Gens Judæa, vocatáque ad ſaniorem mentem, per id, quod Paulus Rom. I, 19. γνωστὸν τοῦ Θεοῦ adpellat, ſed in Idololatriam delapſa, propter quam eos, ut ibidem docet Apoſtolus, Deus tradiderat pravis libidinibus, quas commemorat.

Deſolata] Incolis quidem Judæis, ſi de Judæa res capiatur; viris verò religioſis, ſi de Orbe Ethnico.

Vocaberis à Deo] Addidimus *à Deo*, quia agitur de novo nomine, quod pronunciaturum erat os Jehovae, & quod à ſolo Deo ſic exprimi poterat, ut ſequitur.

Favor meus in illam] חפצי בה *bbaphtſi-bah* quaſi eſſet unum nomen. LXX. Intt. θέλημα ἐμόν, & Latinus *voluntas, mea in ea*, quæ nec Graeca, nec Latina ſunt, nec vim Hebraicæ vocis exprimunt, nam חפץ *bbephets* non eſt ſimpliciter *voluntas*, ſed *delectatio* & *favor*: ut nec verbum חפץ *bbaphats* eſt tantùm aliquid velle, ſed eo delectari.

Conjugio juncta] בעולה *beboulab*, quae virum habet, qui cum ea vivit, nec ab eo eſt relicta; quaſi Deus cum terra Judaea divortium feciſſet. Si ita loqui potuit Propheta, de Jeroſolima, & Judaea; potiore multò jure, de Eccleſia Chriſtiana, ſimilia adfirmare poſſimus. Multò majorem benevolentiam huic teſtatus eſt Deus, quàm, Idololatriae dedita cùm eſſet, ignoraretque, quid Deo acceptum eſſet, vocavit ad ſui, hoc eſt, ad veri Dei cultum, voluntatiſque ſuæ patefactionem pleniùs, & clariùs, quàm Judæis, dignatus eſt; cui, poſtquàm paruit, longè gratior Judæâ gente Deo fuit, quæ paruit potiùs ritibus, quàm aeterni juris legibus; dum leges verè ſanctas, & per ſe bonas ſolas obſervarent Gentiles.

5. *Nam ut*] Similitudinis particulas hîc, *ut* & *ſi*, כ & כן, Latinè loquentes ſupplere neceſſe habuimus, quæ ſæpe omittuntur ab Hebræis, ut docebit *Chriſt. Noldius.* Sic etiam LXX. Intt. quos debuiſſet ſequi *Hieronymus.*

6. *Muris tuis præfeci vigiles* &c.] Quinam ſint hi שמרים *cuſtodes*, ſeu vigiles, non ſatis liquet. *Grotius* ſic interpretatur: *pro muris tuis, pro ſalute tua precatores conſtitui Sacerdotes & Levitas.* Poſſint etiam intelligi צופים *ſpeculatores*, id eſt, Prophetæ, jugiter deprecantes Deum, pro populo.

Qui celebratis] המזכירים *hammazchirim*, commemorantes; id eſt, celebrantes. Poſſint hìc intelligi Levitæ.

7. *Ut laudetur in terra*] ישים תהלה בארץ *jaſchim thebillah baerets*, poſuerit laudem in terra; hoc eſt, donec laudetur in terra, quaſi urbs firma. Hæc non tantùm de inſtauratione Jeroſolimæ terreſtris, ſed etiam ſpiritualis

tualis

8. Juravit Jehova, per dextram ſuam & per potens brachium ſuum, ſe non daturum triticum tuum, ut ſit paſtus hoſtium tuorum; neque alienos bibituros vinum tuum, cujus gratiâ laboraſti. 9. Qui id collegerint, ii comedent, & laudabunt Jehovam, & cùm comportarint, id in atriis Sacrarii mei bibent. 10. Tranſite, tranſite per portas, parate viam populo; munite, munite viam ſtratam, amovete lapides, tollite vexillum populis. 11. En Jehova effecit, ut ad extremam terram *vox hæc* audiretur: dicite filiæ Sionis, en tua liberatio *mox* veniet, merces Dei eſt apud eum, & præmium ejus coram eo. 12. Vocabunt filios tuos populum ſanctum, liberatos à Jehova; tu verò vocaberis Urbs quæſita, non relicta.

Dialo-

8. Creator juravit; per dextram ſuam, & per potentiſſimum brachium ſuum, ſe non paſſurum triticum vehi, ut ſit paſtus tuorum hoſtium; aut vinum tuum ab alienis, ut id gratis bibant, cùm vineæ ſint à te cultæ. 9. Qui triticum collegerint, id comedent, non ſine laudibus Creatoris, & poſtquàm vinum attulerint, id bibent in atriis Sanctuarii. 10. Ingredimini, ingredimini per portas Urbis, parate viam populo, munite, ut par eſt, vias ſtratas, ab iis lapides ad eas minimè pertinentes amovete, & tollite vexilla populo. 11. Creator effecit, ut ad extremam terram vox hæc audiretur: dicite Jeroſolimæ, filiæ Sionis, liberationem ejus mox adfuturam, & mercedem Dei apud eum eſſe paratam; 12. denique populum ejus vocatum iri ſanctum, & liberatum à Creatore, atque ipſam urbem dicendam eſſe quæſitam, non deſertam, propter civium multitudinem.

PARA-

tualis intelligi queant, ita ut, qui præſunt Chriſtianis Eccleſiis, jubeantur Deum indeſinenter orare, donec ita ordinatæ eſſent, ut ab omnibus laudarentur.

8. *Juravit Jehova per dextram* &c.] Hoc eſt, per potentiam ſuam, vel per ſe; nam potentia Dei eſt ipſe Deus. Perinde eſt ac ſi diceretur Deus omnipotens promiſiſſe, nec promiſſum hoc ſuum revocaturum fore, ut numquam hoſtes Jeroſolimitanorum horum agros vaſtent; aut non paſſurum ſe, ut malè habeantur Chriſtiani.

Non daturum &c.] *Si dedero*: ubi *ſi* vim habet negandi; quaſi eſſet: *ne vivam, ſi dedero.* Cùm verò non poſſit Deus non vivere in æternum, fidem datam non poterat non ſervare.

9. *Qui id collegerint*] Nempe, *triticum*, ut poſtea ſubaudiendum *vinum*.

In atriis ſacrarii mei] Aut, *mihi ſacris*, eſt enim קדשי *kodſchi*, ſanctitatis meæ, quod adjectivi loco eſſe queat, aut idem ac מקדש *ſacrarium.* Reſpicit ad convivia, quæ Euchariſtica ſacra ſequi ſolebant.

10. *Tranſite, tranſite per portas* &c.] *Grotius* portas templi intelligit. Sed cùm de via munita ſermo ſit, amovendiſque lapidibus, malim de urbibus Judææ intelligere; quæ etiamnum in ruderibus jacebant, & quarum viae erant purgandae, ut per eas iter ad Templum fieri poſſet.

Tollite vexillum populis] Ut ad ea, nempe, concurrerent, ſimulque iter facerent Jeroſolimam. Quod poteſt etiam intelligi de vocatione Gentium, ad cognitionem Evangelii.

11. *En tua liberatio mox veniet*] הנה ישעך בא *hinneh jiſchhech ba*, ecce ſalus tua venit. LXX. Intt. ἰδὺ ὁ σωτήρ σου παραγίγνεται. Vulg. *Salvator tuus venit. Jonathan*: פרקך מתגלי *pharekich mithgele*, liberator tuus revelatur. Hunc *Grotius* interpretatur *Cyrum.* Non video cur recedamus à lectione noſtra.

Merces Dei &c.] Eſt שכרו *ſchecharo*, merces ejus, ſed quia vox *ejus* ambigua erat, nomen ſubſtantivum, ad quod refertur, repetendum cenſuimus.

Præmium ejus] פעלתו *phhullatho*, opus ejus, pro operis pretio. Solet referri ad operantem, ſed hîc ad remuneratorem ipſum refertur. Videtur autem ſumi pro pœna, quam de Chaldaeis ſumturus erat Deus, aut quam ei dederant etiam hoſtes Chriſtianiſmi. *Cum eo*, aut *coram eo* dicitur eſſe ſupplicium, quod paratum erat.

Vocabunt —— *vocaberis*] Hoc eſt, *erunt* —— *eris*, nam ſtatuit Propheta verè hæc nomina impoſitum iri, ut jam antea diximus.

COM-

Dialogiſmus inter victorem ex Idumæa redeuntem, & Jeroſolimitanos, quorum preces & gratiarum actiones ad Deum ſequuntur; quas Propheta, accepto à Deo Jeroſolimæ exſcidio, in uſum eorum, qui ſuperſtites ei cladi futuri erant, ſcripſiſſe videtur.

1. QUIS eſt iſte, qui venit ex Idumæa, & veſtibus rubentibus *ex urbe* Botſra? decorus indumento ſuo, peregrè adveniens, cum multis copiis? EGO, qui juſta loquor & potens ſum ad liberandum. CAPUT LXIII.

2. QUA-

PARAPHRASIS.

1. QUIS eſt, qui venit ex Idumæa veſte rubrâ indutus, & quidem ab urbe Botſra; qui eſt eleganter veſtitus, & peregrè advenit cum multis aliis? EGO, qui nonniſi juſta loquor; & qui ſum præditus potentiâ ſat magnâ, ut poſſim quemvis calamitatibus liberare?

2. QUA-

COMMENTARIUS
In Caput LXIII.

1. Q*Uis eſt iſte, qui venit ex Idumæa*] *Grotius*, rectè omninò haec interpretatur de Judæ Maccabæi victoria de Idumæis, de qua 1. Macc. V, 3. Joſephus etiam Archæol. Lib. XII, 11. eamdem expeditionem narrat. Eodem refert *Grotius* quæ narrat 1. Maccab. ſcriptor C. V, 26. *& ſeqq.* & *Joſephus* ibidem de Botſræ exſcidio, quaſi eſſet eadem, quæ Idumææ urbs בצרה *botſrah*. Sed urbs fuit Galahaditidis, longè ab Idumæa remota, ut liquet è 1. Maccab. V, 26, 36.

Veſtibus rubentibus] חמוץ בגדים *bhamouts bgadim*, ruber veſtibus. Vocem חמוץ *bhamouts*, cùm alia, tum intenſè rubrum ſignificare oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 7. LXX. hìc ἐρύθημα ἱματίων. Vulgatus: *tinctis veſtibus*. Sed ſanguinis addita mentio oſtendit rubrum colorem ſpectari.

Ex urbe Botſra] מבצרה *mibbotſrah*. LXX. Intt. ἐν Βοσὸρ, quo nomine poſteriore Maccabaicorum loco adlato, vocatur urbs Galahaditica. *Euſebius* in locis: Βοσὸρ, ἐν τῇ ἐρήμῳ, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, τῆς φυλῆς Ῥουβίν. ἀπὸ ἀνατολῶν Ἱεριχὼ, πόλις ἱερατικὴ καὶ τῶν φυγαδευτηρίων. Αὕτη ἐστὶ Βόστρα ἡ νῦν Μητρόπολις τῆς Ἀραβίας. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη νῦν Βοσὸρ πόλις τοῦ Ἠσαῦ ἐν ὄρεσι τῆς Ἰδουμαίας ἧς μέμνηται Ἡσαΐας λέγων· τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδὼμ, ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ. Hieronymo Interprete: *Boſor, in deſerto trans Jordanem, quæ cecidit in ſortem tribûs Ruben ad Orientalem plagam Hierichuntis. Hæc eſt Boſtra, metropolis Arabiæ. Adpellatur autem & alia Boſor, Civitas Eſau, in montibus Idumææ, cujus Eſaïas recordatur dicens: quis eſt iſte, qui venit de Edom, fulvida veſtimenta ejus ex Boſor.* Idem ad hoc Caput: *Sciendum quoque eſt, quòd juxta hiſtoriam* BOSRA *non ſit in Edom, ſed in Moab.* Verum eſt Boſtram fuiſſe urbem Moabiticam ut conſtat, ex Jerem. XLVIII, 24. & 1. Maccab. V, 26. 36. ſed nec minùs verum fuiſſe urbem eodem nomine in Idumæa, ut liquet non tantùm ex hoc loco, verùm etiam è Cap. XXXIV, 5, 6. & Hamoſo I, 11. ubi diſertè urbs Idumææ fuiſſe dicitur בצרה *botſrah*. Itaque ſequutus rectiùs fuiſſet *Hieronymus Euſebium* ſuum. Nec mirum ſic vocatas plures urbes, quaſi *munitas*; cùm בצר in *Pihel* ſit *munire*, & מבצר *mibtſar* dicatur *munitio*. Notum etiam eſt arcem Carthaginis, in Africa, dictam *Byrſam*, hoc eſt, *Botſram*. Vide *Sam. Bochartum* Lib. 1. Chanaanis c. 24.

Peregrè adveniens] צועה *tſobeh*. LXX. Intt. βίᾳ. Latinus: *gradiens*. Sed cùm hìc ſermo ſit de viro peregrè adveniente, cúmque verbum hoc in *Kal* ſit *migrare*, in *Piel facere ut quis migret* Jerem. XLVIII, 12. vertendum eſſe, ut fecimus, exiſtimavimus. Alioqui ei *feſtinandi* & *vagandi* poteſtas ſubjecta eſt.

Cum multis copiis] ברוב כוחו *brob chobho*, in multitudine exercitûs ſui. LXX. μετὰ ἰσχύος. Vulgatus: *in multitudine fortitudinis ſuæ*. Intelligitur exercitus Judæ Maccabæi, non magnus quidem, ſed tantus, quantus, eo tempore, conſcribi poterat à Judæorum Principe.

Ego, qui juſta loquor] *Ego loquens in juſtitia*. Talis fuit Sacerdos Judas, juris ſciens & obſervans. Res ipſa oſtendit hìc eſſe διαλογισμὸν, hæc enim verba ſuperioribus reſpondent.

Potens ſum ad liberandum] רב להושיע *rab lehoſchiah*; hoc eſt, ſufficiens ad liberandum Iſraëlem à molitionibus hoſtium. Perinde eſt, ac ſi dixiſſet Judas, ſe, auxilio Dei fretum, quamvis minores multò haberet copias, quàm Judæorum hoſtes, ſatis eſſe inſtructum ad liberandos populares ſuos. Quod reverâ præſtitit, quoad vixit, ut videre licet 1. Maccab. C. V. *& ſequentibus*, ad ejus mortem. Qui Jeſum-Chriſtum hìc quærunt nihil habent quod veteribus Allegoriis exprobrent; quamvis interdum verba non malè ei aptari poſſent, ſpirituali ſententiâ ſumta. Sed quæcumque aliquo modo in Chriſtum quadrant, non ſunt continuò ei aptanda.

2. *Quare*

². QUARE verò rubet veſtis tua, & ſunt indumenta tua, qualia hominis, qui *racemos* calcavit in torculari?

³. IN cupa calcavi ſolus, neque è populis quiſquam mecum fuit; Idumæos calcavi, in ira mea; pedibus eos preſſi, in excandeſcentia mea. Clades eorum adſperſit veſtem meam, omniáque veſtimenta mea *inde* inquinavi. ⁴. Erat enim dies ultionis mihi

2. QUARE verò rubet veſtis tua, & talis eſt, qualis eſſet hominis, qui rubros racemos in torculari calcaſſet?

3. IN cupa uvas calcavi ſolus, neque ullus eſt è populis vicinis, qui me adjuverit. Idumæos calcavi ſis iratus, & pedibus preſſi, dum irâ commotior fui. Ex eorum clade & cæde factum eſt, ut veſtem meam eorum ſanguine macularim. 4. Erat enim dies ultionis mihi cordi, atque advenerat annus, quo liberatores mei me periculo erepturi

2. *Quare verò rubet* &c.] Hîc qui Judam interrogavit, iterum loquens inducitur. Similis Dialogiſmi duplex exemplum idque inſigne habemus Pſ. XXIV. Perſonarum colloquentium verba diſtinximus majuſculis litteris, quibus primas voces deſcripſimus, ut res oculis magis pateret.

Qualia hominis] *Inſtar calcantis in torculari.* Intelligitur vir, qui in cupa pedibus uvas calcat, ut ſolet fieri etiamnum hodie in Europa. Si, qui hoc faciunt, induſium ſervant id prorſus rubro colore inficiunt, ſi rubræ ſint uvæ, quales plerumque à Veteribus deſcribuntur. Simili etiam hoc utitur Jeremias Lam. I, 15. Sed ſenſu nonnihil diverſo.

3. *In cupa calcavi ſolus*] פורה דרכתי לבדי *phourah darachthi lbaddi.* Primam vocem nullo modo adſequuti ſunt LXX. Intt. nec poſteriorem etiam ſatis commodè verterunt: habent enim πλήρης καταπεπατημένης, *plenus calcatâ*, nempe, uvâ. At *Symmachus*: ληνὸν ἐπάτησα, rectè. Sed ληνὸς hîc eſt cupa, in quam conjiciuntur racemi, nondum conculcati; & ubi conculcantur, ut per tubum exeat quidquid calcando exprimi poteſt liquoris; quo facto racemi ſubjiciuntur torculari, cujus vis, quidquid ſupereſt liquoris in uvis, penitus exprimit, & in quo non conculcantur, ſed tortâ cochleâ, vi duorum aut plurium virorum, ita conſtringuntur, nihil ut amplius ſuperſit, præter uvarum ſcapos cum exhauſtis folliculis. Dicendum hoc fuit, in eorum lectorum gratiam, qui, in borealibus oris, vinum quomodo fiat neſciunt, & פורה *phourah torcular* interpretantur, in quo pedibus, ſeu conculcatione non exprimitur vinum, ſed craſſioribus tabulis cochleæ ſuppoſitis; quâ tortâ premunt uvas, & quidquid in iis ſupereſt humoris vi emittunt. Tamen & *Hieronymus*: *torcular calcavi ſolus.* Atqui torcular non calcatur, ſed uva in cupa. Vide & Haggæi II, 16. qui eſt alter locus, ubi hæc vox exſtat, & è quo liquet etiam פורה eſſe δεξαμένην, ſeu vas ligneum, in quo ſunt racemi anteqùam vi torcularis conſtringantur. *Solum* autem qui *calcat* uvas, neceſſe eſt induſium ac ſubligacula rubro vini colore tingeret eò magis, quò major uvarum unà calcanda copia, quàm cùm plures addunt vicibus id opus ſuſcipientes. Hoc ergo vult Judas, cùm exiguis copiis Judæorum, ſine aliarum gentium auxiliis, bellum geſſiſſet cum Idumæis; quod liquet vel ex 1. Mac. V, 1, 2. ubi vicinæ omnes gentes tum infenſæ Judæis fuiſſe dicuntur: καὶ ἐγένετο ὅτε ἤκουσαν τὰ ἔθνη κυκλόθεν ὅτι ᾠκοδομήθη τὸ θυσιαστήριον καὶ ἐνεκαινίσθη τὸ ἁγίασμα ὡς τοπρότερον, καὶ ὠργίσθησαν σφόδρα. καὶ ἐβουλεύσαντο ἆραι γένος Ἰακὼβ τοὺς ὄντας ἐν μέσῳ αὐτῶν καὶ ἤρξαντο τοῦ θανατοῦν ἐν τῷ λαῷ καὶ ἐξαίρειν. Hinc intelligere eſt, cur Propheta dicat, in ſequentibus verbis: *populum nullum fuiſſe cum eo*, de quo loquitur. Frigidè hæc Chriſto tribuuntur, qui ſolus munere ſacerdotali fungi potuit; nedum ut quemquam adjutorem eam in rem exſpectaret, aut ſibi non adfuiſſe quereretur.

Idumæos calcavi &c.] Qui non Idumæos propriè dictos intelligunt, pro arbitrio fingunt quidquid adridet; ſed nihil probant. Pro *Idumæis* eſt pronomen demonſtrativum: habet enim Propheta: אדרכם *edrechem calcavi eos*; nempe, *Idumæos*, quos antea nomine adpellavit.

Pedibus eos preſſi] ארמסם *ermeſem.* LXX. Intt. κατέθλασα αὐτοὺς εἰς γῆν. *Hieronymus*: *conculcavi eos in ira mea.* Ne vox repeteretur, periphraſi uſi ſumus, ſed quæ rei nihil addit.

Clades eorum adſperſit veſtem meam] ויז נצחם על בגדי *vejjez nitshham hal bgadai.* LXX. Intt. καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν, quæ nihil ad rem. Sic & Vulgatus: *ſanguis eorum adſperſus eſt ſuper veſtimenta mea.* Ceterorum nihil ſupereſt, ex *Hieronymo*, niſi quòd נצחם *nitshham* vertiſſet ἶρις αὐτῶν, quod non multò commodius fuit. Vult *Lud. Capellus*, eâ voce propriè ſignificari *adſperſionem*, ex Arabiſmo, in quo נצח, ubi ſecunda litteta eſt *Dad blæſum*, *adſperſionem* ſonat, quæ pro ſanguine adſperſo hîc ſumitur. Maluimus vertere *cladem*, quia נצח *victoria* eſt, victoria autem Judæ fuit *clades* Idumæorum. Itaque hoc velle videtur, cruentas eſſe veſtes ſuas, eo quòd, dum tantam cladem infert Idumæis, multo ſanguine adſperſus fuerat. *Symmachus* etiam, ut docet *Procopius*, habebat: ἐῤῥαντίσθη τὸ ἐπινίκιον αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἱμάτιά μου.

4. *Mihi cordi*] בלבי *blibbi*, in corde meo. Hîc ב ſignificat *ſecundùm*, ut in ברצון Pſ. LXXXIX, 18. & בחפץ Prov. XXXI, 13. *pro voluntate*, aut prout videtur. LXX. Intt. verterunt ἐπῆλθεν αὐτοῖς, cùm non intelligerent, quid ſibi vellent, non quòd legerent בא לחם *ba lahem*, venerat ad eos. Meliùs Latinus: *in corde meo.*

Annus liberatorum meorum] גאולי *geoulai*, hoc eſt, in quo mei, Judæi, nempe, quos malè habebant Idumæi, in libertatem erant vindicandi. LXX. λυτρώσεως, quaſi eſſet גאלה *geullah*, & Vulgatus: *redemtionis meæ*, quaſi legiſſet גאלתי *geullathi.* Sed nihil opus eſt.

5. *Nec*

hi cordi, & annus libera orum meorum venerat. 5. Circumſpexi, nec erat auxiliarius; obſtupui, nec erat, qui *me* fulciret; at brachium meum me ſervavit, atque excandeſcentia mea me fulcivit. 6. Conculcabo populos in ira mea, inebriabóque eos excandeſcentiâ meâ, & victoriam eorum in humum dejiciam.

7. Beneficia Dei celebrabo *&* laudes Jehovæ, pro omnibus, quæ nobis rependit Jehova, & multitudine bonorum, quæ quaſi præmium dedit domui Iſraëlis, pro ſua miſericordia & pro multitudine benefactorum ſuorum. 8. Verè, inquit, illi ſunt populus meus, nec mentiuntur, ſe filios *meos* eſſe. Itaque factus eſt eorum liberator. 9. In omnibus anguſtiis eorum, ei *fuit* anguſtia, & Angelus, qui faciem ejus videt, liberavit

turi erant. 5. Attamen cùm circumſpicerem, nec ullus eſſet auxiliarius, obſtupui, neminem eſſe, qui me defenderet; ideoque me brachio meo me ſervavi, & indignatio me defendit. 6. Dixi apud me, cum iratus eſſem, me conculcaturum hoſtes meos, eiſque fructus victoriæ ſuæ erepturum.

7. Celebrabo Dei beneficia, eúmque laudabo pro iis, quæ nobis rependit, & multitudine beneficiorum; quæ contulit in nos, quaſi præmia profuſa in domum Iſraëlis, pro ſua beneficentia, & miſericordia. 8. Verè, ait, Iſraelitæ ſunt meus peculiaris populus; nec mentiuntur, cùm meos filios ſe eſſe gloriantur. Quamobrem eſt eorum liberator, in rebus adverſis. 9. Senſit omnes eorum anguſtias, atque Angeli, qui ſunt apud eum inti-

5. *Nec erat auxiliarius*] E finitimis, nempe, gentibus, qui Judæis auxilium ferret, ut jam antea diximus.

Obſtupui] אשתומם *eſchthomem*. LXX. Intt. προσενόησα, *adtendi*. Vulgatus: *quæſivi*. Significatur ea animi adfectio, quâ quis non ſine metu circumſpicit periculum, in quo verſatur, nec ſatis expedit, quid ſit factu opus.

Qui me fulciret] Qui me territum confirmaret, conſilióque & operâ adjuvaret.

Brachium meum] Fortitudine mea; cui tamen adfuit Deus, ſine cujus auxilio irrita fuiſſet.

6. *Inebriabóque eos*] אשכרם *aſchaccherem*. Omiſſa hæc fuit à LXX. Intt. Sed *Symmachus* & *Theodotion*: ἐμέθυσα αὐτοὺς ἐν θυμῷ μου. Latinus: *inebriabo eos indignatione meâ*. Inebriantur vino, qui ſeſe eo ingurgitant, *inebriarique* ideò hoſtili *irâ* dici poſſunt, qui graviſſimas pœnas ejus iræ dant. *Ira* hic ſumitur pro ſupplicio, quod hoſtis iratus, & quidem meritò, ſumit de iis, à quibus gravibus injuriis eſt adfectus. Idumæi Babylonios concitarant, atque adjuverant in diruenda Jeroſolima. Vide Pſ. CXXXVII, 7. Confer & Jerem. XLIX, 20. Ezek. XXV, 14. & Abdiam. Tempore etiam Judæ περιεκάθηντο τὸν Ἰσραὴλ, & cum aliis populis in eum conjuraverant; unde & Judæi Bethſuram muniverant, ut Idumæos coërcerent. Vide 1. Macc. IV, 61. V, 3.

Victoriam eorum] נצחם *nitsbham*. Hic LXX. Intt. iterum αἷμα, *Hieronymus* verò *virtutem*. Græci alii νῖκος. Sententia eſt, irritas factum iri victorias, quas de Iſraëlitis retulerunt Idumæi, unà cum aliis vicinis populis, Judæis infenſis.

7. *Beneficia Dei celebrabo* &c.] Canticum hoc eſt Prophetæ, ad finem uſque Cap. LXIV. In eo loquitur Propheta, ut ſæpe antea fecit, nomine captivorum in Babylonia, non ſuo; quod & ſæpe antea factitavit, quia norat fore, ut Jeroſolima à Babyloniis caperetur. Vide Cap. XXXIX, 5. 6.

Pro omnibus] כעל כל *chebal chol*. LXX. Intt. ἐν πᾶσι, incommodè. Rectiùs *Symmachus*: περὶ πάντων, & Latinus: *ſuper omnibus*. Sed τὸ ב præfixum præpoſitioni על, oſtendit, ſignificari, *ſecundum omnia*, vel *pro omnibus*. Vide *Chriſt. Noldium* ad ſignif. 27. τοῦ ב.

Multitudine bonorum &c.] *Multitudine boni domui Iſraëlis, quod rependit eis* &c,

8. *Verè, inquit, illi ſunt*] *Et dixit: verè populus meus illi.*

Nec mentiuntur, ſe filios meos eſſe] *Filii non mentientur*. LXX. Intt. οὐχ ὁ λαός μου; τέκνα οὐ μὴ ἀθετήσωσι, parum feliciter. Nec multò meliùs *Symmachus*: πλὴν λαός μου οὗτοι ἀρνηθήσοντες; aut Vulgatus: *verumtamen populus meus eſt, filii non negantes.*

9. *Ei fuit anguſtia*] לא צר *lo tſar*, non fuit in anguſtia. Verùm alii legunt לו, *ei*, *Hieronymus* ad locum: *Ubi nos interpretati ſumus*: in omni tribulatione eorum non eſt tribulatus; *quod Hebraïcè dicitur LO, & eſt negantis adverbium, legi poteſt*: & ipſe, *ut ſit ſenſus*: in omni tribulatione eorum ipſe eſt tribulatus; *id eſt, Deus, ut non ſolùm peccata, ſed & tribulationes noſtras ipſe portaret. Ipſe enim infirmitates noſtras portat, & pro nobis dolet. Porrò Septuaginta poſuerunt aliud, quod in Hebræo non habetur: non legatus, neque Angelus ſed ipſe ſervavit eos.* Verum tamen eſt voce צר *tſar* legatum etiam ſignificari. Sed hìc eſt *anguſtia*, ut Jud. XI, 7. צר לכם *tſar lachem* anguſtia vobis. *Anguſtia* autem fuiſſe *Deo* dicitur tralaticio ſenſu, ut ſignificetur Deus adtendiſſe anguſtiam, in qua erant Iſraëlitæ, eóſque liberaſſe. Dicerent Græci eſſe hoc loquendi genus παρακεκινδυνευμένον, hoc eſt, audacius.

Angelus, qui faciem ejus videt] Angelus, nempe, è primoribus, ſeu intimæ admiſſionis; loquendi genere deſumto è magnorum Regum more, qui primarios tantùm miniſtros in conſpectum ſuum admittebant. Vide *Hug. Grotium* ad Matth. XVIII, 10. Nec obſtat, quòd Deus ipſe antea dicitur *liberator* Iſraëlis; non deſinit enim eſſe *liberator*, qui liberat per Angelos; cùm ab eo mandata liberandi, & poteſtatem acceperunt.

Bajulavit eos, & tulit &c.] Hoc eſt, protexit; metaphorâ deſumtâ à bajulo, qui tenerum puerum geſtat. Vide Num. XI, 12.

Omnibus diebus in perpetuum] כל ימי עולם

liberavit eos. In amore & indulgentia ſua, eos vindicavit *ſibi*, bajulavit eos, & tulit omnibus diebus, in perpetuum. 10. Attamen rebellarunt, & ſanctum ejus Spiritum dolore adfecerunt, ideoque inſenſus iis factus contra eos ipſe pugnavit. 11. At recordatus eſt antiquorum dierum, Moſis*que* & populi ſui; cùm eduxit eos è mari, cum paſtoribus pecudum ſuarum, cúmque Spiritum ſuum ſanctum in iis poſuit. 12. *Tum* duxit ad dextram Moſem, brachio majeſtatis ſuæ, cùm fidit aquas, & *dimovit* ab eorum conſpectu, ut nomen æternum ſibi faceret. 13. Duxit eos per abyſſos, ut equus per deſertum *ducitur*, nec impegerunt. 14. Quemadmodum armentum in vallem deſcendit:

intimæ admiſſionis, eos liberant. 10 Attamen in eum rebellarunt Jacobi poſteri atque ſanctum Angelum, quem iis præfecerat Deus, veluti protectorem, offenderunt; isque ita iis infenſus factus eſt, ut qui antea faverat, iis averſatus poſtea ſit. 11. Sed Deus memor fuit initii Reipublicæ Hebrææ, Moſisque &· populi illius, quem præ ceteris elegerat, cùm eum per mare Erythræum eduxerat ex Ægypto, cum gregibus, quos habebant, & quando eos Spiritu ſancto adflavit. 12. Tum duxit Moſem, non rectà ab Ægypto in Chananæam inter mare Erythræum, & mare Occiduum, ſed ad dextram, omnipotentiâ ſuâ per ipſum mare Erythræum itinere aperto, & fiſſis ejus aquis, in ſolitudines Arabicas, cum Paſtoribus ſui gregis, quos Spiritu ſuo adflaverat, ut nomen æternum ſibi faceret. 13. Duxit Iſraelitas, per alveum maris, ut equus per deſertum *ducitur*; nec per novam illam viam impegerunt. 14. Quemadmodum armenta in valles demittuntur, ubi major eſt copia graminis: ſic Creatoris Spiritus Iſraelitis quietem

chol jeme holam, omnibus diebus ſæculi; hoc eſt, ab initio ad hæc uſque tempora.

10. *Sanctum ejus Spiritum dolore adfecerunt*] עצבו את רוח קדשו *hittjebou eth rouahh kodſcho*, contriſtarunt Spiritum ſanctitatis ejus; hoc eſt, ea fecerunt, quibus dolor etiam amicis crearetur. Nam in Deum non cadit triſtitia. Vide hoc ipſum loquendi genus Epheſ. IV, 2. quamvis poteſtate nonnihil diverſà, & quæ obſervata à nobis Artis Criticæ P. 2. Sect. I. c. XV, 2. 3. *Spiritus Sanctus* Dei eſt ipſe Deus, ut & *Verbum ejus*, apud Chaldæum Interpretem.

Inſenſus iis factus] Et *averſus eis eſt*, vel *evaſit in hoſtem*.

Contra eos ipſe pugnavit] Sæpiùs enim hoſtibus eorum uſque adeò ſavit, ut victuriam iis conceſſerit; quod ſæpiùs contigit, ſub Regibus Idololatris & improbis.

11. *Antiquorum dierum*] Eorum, nempe, temporum, quibus cum populum elegit, inter ceteras omnes orbis terrarum gentes; cujus rei recordatione permotus ei porrò favere perrexit.

E mari] Idumæo, nempe. Quod vertimus: *cùm eduxit eos*. Verba איה המעלם *ajjeh hammahalem*, verterunt LXX. Intt. ποῦ ὁ ἀναβιβάσας, & Vulgatus: *ubi eſt, qui eduxit eos*, pro ſolito ſignificatu particulæ איה *ejjeh*. Sed ſi rem adtentiùs perpendas, intelliges hìc adverbium loci ſumi, pro adverbio temporis, quemadmodum in lingua Latina. Durum eſt ſtatuere hìc Deum veluti, apud animum ſuum, dicere, *ubi eſt, qui eduxit eos è mari* &c. *ubi eſt, qui Spiritum ſuum ſanctum in iis poſuit?* quaſi Deus ipſe ſe mutationis argueret. Ideò *Jonathan* hìc ſupplevit: *ne fortè dicant*, ante hæc verba: *ubi eſt, qui eduxit eos* &c. Verùm hoc quoque videbitur durum.

Cum paſtoribus pecudum ſuarum] Moſe, nempe, & Aharone, qui erant ποιμένας λαῶν, ut *Homerico* loquendi genere utar, hoc eſt; rectores Hebræorum; ſub Deo, nimirum.

Cúmque Spiritum &c.] Eſt quoque hìc איה השם *ejje haſcham*, ubi ponens in medio ejus Spiritum ſanctitatis ſuæ? ποῦ ἐστιν ὁ θεὶς ἐν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ut habent LXX. Intt. *ubi eſt, qui poſuit in medio ejus Spiritum Sancti ſui?* ut habet Latinus, perperam, nam Spiritus prophetiæ intelligitur. Vide Num. XI, 25. & *ſeqq.*

12. *Tum duxit ad dextram*] מוליך לימין *molich limin*, fecit incedere ad dextram. Agitur hìc de dextra non Moſis, aut Dei, cujus *brachii* mentio in ſequentibus verbis; ſed loci. LXX. Intt. ἀγαγὼν τῇ δεξιᾷ Μωϋσῆν, ſed oporteret legi בימין *bjamin*, ſi dextra Dei intelligeretur. Vulgatus: *qui eduxit ad dextram*, rectè, ita ut intelligatur, ad orientem; nam Arabia Petræa, in quam tranſierunt Iſraëlitæ, eſt ad dextram, hoc eſt, ad ortum Ægypti, ſi quis oculos obvertat ad Septemtriones. Vide tabulam Ægypti, apud *Ptolemæum*. Alioqui ימין *jamin* Meridiem ſignificat, nam ad Orientem obverſo, quæ eſt antica pars Mundi, ad dextram eſt Meridies, ad ſiniſtram Septemtrio, ad tergum Occidens, atque ita ſolent loqui Hebræi. Sed videtur frons caſtrorum Iſraëlis, ubi tendebant Moſes & Aharon, ad Septemtriones fuiſſe converſa, éque inferiore Ægypto venientibus oppoſita. Itaque ad dextram caſtrorum fuiſſe dici poteſt mare Erythræum.

Ut nomen æternum &c.] Non quærit quidem Deus famam apud homines, quaſi eâ indigeat; ſed propter homines, qui miraculorum ejus famâ percellebantur, & quos eo modo ad cognitionem ſui adducebat.

13. *Per deſertum*] Per loca plana, qualis eſt maxima Arabiæ Petrææ pars; quæ bene opponunt *abyſſis*, hoc eſt, profundiori alveo maris Erythræi, in quo altiores erant lacunæ, lapides, alga & ſimilia, quæ tamen facilè ab Iſraëlitis ſunt peragrata. Vide not. hac de re in Diſſert. *de Maris Idumæi trajectione* §. VII.

Quemadmodum armentum &c.] Armenta lentè in valles deſcendunt, ut illic paſcantur: ita & Iſraëlitæ, Chananæa potiti, tranquillam illic, in fertili ſolo, vitam egerunt.

15. *Equæ*

dit: ſic Spiritus Jehovæ ei quietem conceſſit; ſic enim duxiſti populum tuum, ut tibi
nomen decorum faceres. 15. Deſpice è cœlo, éque ſancta tua & ſplendida ſede. Ubi
ſunt zelotypia tua, & potentia tua facta? Fremitus viſcerum & miſerationum tuarum?
erga me ſe cohibuerunt. 16. Atqui tu pater es noſter, nam Abrahamus neſcit qui ſi-
mus, nec Iſraël nos agnoſcit; tu Jehova pater, & vindex noſter es; ab æterno *eſt* no-
men tuum. 17. Quare nos pateris, Jehova, aberrare à viis tuis, *atque* obdurare ani-
mum noſtrum, ne te timeamus? Redi propter ſervos tuos & tribus, quas poſſediſti.
18. Quaſi rem parvam poſſederunt populum tuum hoſtes noſtri, & Sacrarium tuum
calca-

tem conceſſit, cùm ita eduxerit Iſraëlitas, ut ſibi eos cognomen Omnipotentis compararet. 15. Deſpice è Cœlo, ſacra & ſplendida tua ſede. Ubi ſunt tua zelotypia, & tua potentia facta? Miſericordia tua? Erga me certè cohibita ſunt. 16. Atqui pater noſter verè es, ſublimiore ſenſu, quàm Majores, inter homines, qui ita dictitantur; nam nec Abrahamus, nec Jacobus ſciunt qui ſimus; ſed tu, ô Creator, conditor noſter, & nos tibi vindicas, & ab æterno nomen tuum notum eſt. 17. Quare nos pateris, ô Creator, aberrare à via recta legum, quas nobis impoſuiſti, atque obdurare animum, ne te timeamus. 18. Nos ſpreverunt hoſtes noſtri, & Sacrarium tuum profanis pedibus

15. *Eque ſancta tua & ſplendida ſede*] מזבול קדשך ותפארתך *mizzeboul kodſchecha vethiph-arthecha*, ex habitatione ſanctitatis tuæ & ſplendoris, *aut* decoris tui.

Ubi ſunt zelotypia tua &c.] Temporibus Prophetæ ita habebant res Judæorum, ut à vicinis Regibus ſibi omnia timerent. Quinimò ſe ſpiritu prophetico transfert ad tempora Nebuchadnetſaris, & ſic loquitur, ut loquutus fuiſſet, ſi eo ævo vixiſſet. Quare Deus, qui antea, veluti zelotypiâ quadam, non patiebatur populum ſuum aliis gentibus eſſe ludibrio, videbatur rem tanti non facere; à temporibus Hezekiæ, ad reditum è Captivitate.

Potentia tua facta] גבורתיך *ghourothecha*, potentiæ tuæ. Sic paſſim צדקות *tſidkoth*, juſtitiæ, pro juſtè factis, aliáque ejuſmodi.

Fremitus viſcerum] המון מעיך *hamon mehecha*, tumultus viſcerum; quo loquendi genere ſignificatur commotio, quæ naſcitur in homine miſericorde, ubi cogitat de miſeria amici. LXX. Intt. πλῆθος ἐλέους σου, minùs commodè, ſed incommodiùs Latinus: *multitudo viſcerum tuorum.* המן *haman* propriè eſt *tumultuari*, unde המון *hamon*, tumultus, tralaticio verò ſenſu, multitudo hominum tumultuantium. Sed, pro circumſtantiis loci, alteruter ſignificatus adhibendus, qui rei meliùs convenit.

Erga me ſe cohibuerunt] אלי התאפקו *elai hithappbakou.* LXX. ὅτι ἀνέσχου ἡμῶν, incommodè. Latinus: *ſuper me ſe continuerunt.* Hoc eſt, erga me ſe ſe non exſerunt, ſed intra ſe continentur. Vide antea C. XLII, 14. & infra C. LXIV, 12. Factum hoc eſt præſertim tempore Nebuchadnetſaris & captivitatis Babylonicæ.

16. *Atqui tu pater es noſter*] כי אתה אבינו *chi atthah abinou.* Particula כי vix *nam* hìc verti poteſt, ſed adverſativa eſt. Certè Latinè loqueuti vix aliter res exprimi queat. Vide *Noldium*, ad hanc particulam.

Nam Abrahamus neſcit qui ſimus] *Nos non novit*. Sententia eſt, Deum multò potiore jure *patrem* Hebræorum dici, quàm Abrahamum, aut Jacobum; jure, nempe, creationis, adoptioois & reliquorum omnium beneficiorum, quæ in eos contulerat; præ quibus, generatio Majorum Populi Hebræi, ab Abrahamo & Jacobo, propemodum nihil erat.

Vindex noſter eſt] גאלנו *goalenou*; qui nos, nempe, creationis atque adoptionis jure tibi vindicare potes. Hæc propria eſt vocis גאל *goel* poteſtas, ut notum eſt. Malè ergo LXX. Intt. ῥῦσαι ἡμᾶς. *Hieronymus*: *redemtor noſter.* Sed hìc non ſermo eſt de redemtione, verùm de jure, quo ſibi Deus Judæos, quaſi ſuos, vindicare paterno jure poterat, atque in libertatem aſſerere.

Ab æterno eſt nomen tuum] Hoc eſt, ſolus æternus es, ac proinde rerum omnium conditor; ita ut jura tua in creaturas, omnibus aliis antiquiora & potiora longè ſint.

17. *Quare nos pateris aberrare*] למה תתענו *lamah thathhenou.* LXX. Intt. τί ἐπλάνησας ἡμᾶς. *Hieronymus* quoque: *quare errare nos feciſti.* Sed conſtat verbis activis, apud Hebræos, ſubeſſe interdum ſignificationem patiendi, non faciendi; quod ex re ipſa dijudicandum eſt, ut hìc; ubi, ſi agendi poteſtati locus eſſet, Deus argueretur peccati, quod nefas eſt. Vide Deut. II, 21. & plura apud *Sal. Glaſſium* Phil. Sacræ Lib. III. Tr. 3. can. XI.

Atque obdurare] תקשיח *thakſchiahh.* Quod eodem modo intelligendum, ac ſuperius verbum; nam ſi Deus ipſe obduraret animos hominum, ita ut, poſitâ eâ Dei obduratione, non poſſent non contumaces eſſe erga Dei præcepta, ut quidam volunt; nec contumaciæ ejuſmodi causâ peccati argui poſſent, nec pœnas dare.

17. *Redi*] Ad nos, nempe, favens & propitius, ut antea fuiſti; nam Deus ſe à contumacibus amovere dicitur, quod in Pſalmorum Libro ſæpiùs obſervare eſt.

Propter ſervos tuos]. Miſericordiâ erga eos, qui te coluerunt, permotus.

18. *Quaſi rem parvam poſſederunt*] למצער ירשו *lammitsbar jareſchou*, ad parum poſſederunt. LXX. Intt. malè: ἵνα μικρὸν κληρονομήσωμεν. Vulgatus: *quaſi nihilum poſſederunt.* *Grotius* quidem hæc intelligit de Syro-Macedonibus, qui, regnante Antiocho Epiphane, Jeroſolimam tenuere, per annos tres & menſes ſex. Sed ſtatuit, ſine ratione, hanc orationem eſſe Judæ Maccabæi; cùm æquè aptè hìc loqui poſſit Propheta, ut antea, nomine Judæo-

calcaruunt. ¹⁹. Facti ſumus *ut ii*, quibus olim dominatus non es, & qui de nomine tuo non ſunt vocati.

CAPUT LXIV. 1. UTINAM lacerares cœlos, deſcenderésque, & coram te montes diffluerent, 2. ſicut

pedibus calcarunt. 19. In contemtum incidimus, quaſi non eſſemus ille populus, qui nomine tuo vocabatur POPULUS CREATORIS.

PARAPHRASIS.

1. O Utinam, fiſſis Cœlis, qui ſunt inter te & nos, deſcenderes in terram, & coram te montes diffluerent; 2. ſicut igni abſumuntur ſtipulæ; ut te notum faceres hoſtibus tuis, téque gentes

Judæorum, qui à Babyloniis poſtea victi & in captivitatem abducti ſunt. Voculam למצער eodem modo interpretamur ac כמצער *cemitsar*, *quaſi parum*. Verbo tenus eſt: populum tibi ſacrum in poteſtatem ſuam redegerunt, ut res parva eis videretur. ל, quod finem ſignificat, interdum eventum dumtaxat denotat.

19. *Facti ſumus ut ii, quibus* &c.] היינו מעולם לא משלת בם *hajinou mebolam lo maſchaltha bam*, fuimus (*inſtar eorum*) quorum dominus non fuiſti, à longo tempore, ſeu quos populi tui loco numquam habuiſti. Plena eſſet oratio: היינו כאלה אשר לא משלת בם, *fuimus ut illi, quibus non dominatus es.*

Et qui de nomine tuo non ſunt vocati] לא נקרא שמך עליהם *lo nikra ſchimcha halechem*, non vocatum eſt nomen tuum ſuper iis; hoc eſt, qui numquam dicti ſunt populus Jehovæ. Queritur Propheta, à Deo non aliter habitos eſſe Iſraëlitas, ac populos, qui numquam dicti ſunt populus rerum omnium Creatoris, & quorum ſe quaſi dominum, ratione quadam ſingulari, numquam geſſit.

COMMENTARIUS
In Caput LXIV.

1. *Utinam lacerares cœlos* &c.] Eſaïas, ut diximus, ſpiritu prophetico veluti dilatus in id ævum, quo capta eſt Jeroſolima atque abductus in captivitatem populus, Deum orat, ut inſigni protectione oſtendat, ſe Judæorum eſſe Deum; quod ſatis patefecit, reductione eorum è captivitate Babylonica, ex Edicto Cyri, Perſarum Regis. Putat *Grotius* continuari orationem Judæ Maccabæi, ſed nihil eſt, in verbis, quod ei magis conveniat, quàm Judæis in Babylonia captivis; & ſatis notum eſt vaticinia non eſſe ſecundùm temporum ordinem digeſta. Idem ait voculam לוא, quam *utinam* Latinus interpres vertit, Græci ἐὰν, Chaldæum ſumſiſſe, non malè, pro הלא *halo*, quod eſt, *nonne*, & verba, non optantis, ſed indicantis ſenſu. Sed habet Chaldæus לא *lo*, hoc eſt, *non*, ut *Symmachus* habebat οὐκ. Negandi, non adfirmandi animo, per interrogationem, ſic loquutus eſt, de aliis populis: *non enim propter eos inclinaſti cœlos, & revelatus es.* Perperam vir ſummus ait eum dixiſſe, *propter nos*, eſt enim עליהון *halehon*, propter eos, populos, nempe, à Deo alienos. Denique ſenſum vult hunc eſſe: *nonne tu dirupiſti cœlos & deſcendiſti?* atque alludi ad id, quod factum eſt, in monte Sinaï. Sed ſenſus noſter elegantior eſt & loco aptior; optat enim Propheta Deum deſcendere è cœlo, & cauſam populi ſui ſuſcipere. Eò pertinent hæ preces.

Diffluerent] נזלו *nazollou*. LXX. Intt. τακήσονται, aut potiùs τακήσεται. *Symmachus*: κατέῤῥευσεν, *Hieronymus*: *defluerent*. Arabicæ Linguæ vox eſt notior, in qua Lingua זאל *zala* & זול *zawala*, eſt *amovit*, *ceſſavit*, *deſiit*. Hoc autem loquendi genere, videtur ſignificari deſtructio potentiæ Regum, aut Procerum, qui Judæis adverſabantur. Vide Pſ. XCVII, & Hab. III, 6. Ut, nempe, montes eminent in terræ ſuperficie: ſic Reges & Proceres in Civili Societate, quamobrem eo nomine ſignificantur.

2. *Sicut accendit ignis ſtipulas*] כקדח אש המסים *chikdoahh eſch hamaſim.* קדח *kadahh* eſt interdum verbum neutrum, interdum activum, ut ſupra C. L, 11. Vocem המסים *hamaſim*, quæ hoc ſolo loco exſtat, LXX. verterunt τήκεται; qui habent: ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς τήκεται, ſed nihil hic de *cera*, neque vocum ſtructura ac forma patiuntur ut המסים aliud ſit, quàm nomen pluralis numeri. *Symmachus*: ὡς ἐκκαύσεις πυρὸς ἐτάκη, quaſi legiſſet נמס *nemes* à מסס *liqueſit*; ſed nimis hoc abit ab Hebraïca voce. *Hieronymus* tamen, eum ſequutus, habet: *ſicut exuſtio ignis tabeſcerent.* Jonathan: *Cùm miſiſti iram tuam, ſicut diebus Eliæ liqueſactum eſt mare*, יתמסיא ימא *ithmaſejah jamah*; ſed nihil hic de mari, neque commodè eſt loquutio. Recentiores *liqueſactionum*, quaſi non הֲמָסִים ſed הַמְּסִים eſſet, quod deducunt à מסס *maſas*. *Caſtellus* interpretabatur *devorationum*, aut *vehementiarum*, quia apud Syros המסא eſt *vehementia caloris*. Maluimus *R. Jonam* ſequi, qui interpretatur, ex re ipſa, *ſtipulas ſiccas*. Sic etiam conferuntur mali *ſtipulæ* accendendæ & abſumendæ Nahum. I, 10. & Mal. III, 19.

Aqua fervet igne] מים תבעה אש *majim thibbeb eſch*, aquam fervefaciet ignis. Repetenda

2. ſicut accendit ignis ſtipulas, & aqua fervet igne; ut notum faceres nomen tuum hoſtibus tuis, téque gentes formidarent! 3. Cùm faceres quæ terrorem incuterent, *& quæ* non exſpectaveramus, deſcendiſti & montes è conſpectu tuo diffluxerunt. 4. Ab omni ævo non audiverunt, neque auribus exceperunt *gentes*, neque oculus vidit Deum,

tes omnes timerent! 3. Cùm ea faceres, quæ hominibus terrorem injicerent, præter eorum exſpectationem veluti deſcendiſti, montes è conſpectu tuo diffluxerunt. 4. Ab omni ævo homines non audiverant, neque viderant Deum, qui res ejuſmodi faceret in eorum gratiam, qui ei confidebant. 5. Ante-

tenda ante מים particula כ *ſicut*. Senſus eſt: ut ignis ſtipulas accendit, & aquam fervefacit, quo fit, ut facilè abſumantur. Sic montes (hoc eſt, Reges & Proceres) ô Deus, deſtrueres, nullo negotio.

Ut notum faceres nomen tuum] Hoc eſt, aut te ipſum, aut famam tuam. Propheta, nempe, intelligebat fore, ut Deus liberatione Judæorum, à Chaldæorum tyrannide, innoteſceret, qualis eſt, hoſtibus ſuis; ſeu oſtenderet, ſe talem eſſe, qualem eum Judæi prædicabant, ſeu omnipotentem, & juſtum. Deus, nimirum, non quidem ſui ipſius cauſâ, ſed in hominum gratiam, ut eos meliores faciat, & beatiores, iis ſemet ipſe patefacit, acceptáſque habet religioſorum hominum preces, qui eum orant, ut hoc faciat. Quod ſi Propheta Deum oravit, ut pœnas ſumeret de Chaldæis, potiùs quàm ut eos ad ſaniorem mentem adduceret; tribuendum hoc Oeconomiæ, quæ inveteravit, & per quam hoſtibus malè precari illicitum non erat.

Téque Gentes formidarent] *A facie tua gentes formidabunt.* Subaudiendum ante hæc verba ולמען oulmahan, *& propterea*, ut liquet è verbo להודיע, *ut notum faceres.*

3. *Quæ terrorem incuterent*] נוראות noraoth, terribilia. Intelligenda omnia, quæ Deus ab initio, quo Iſraëlitas ex Ægypto vocavit, in eorum gratiam fecerat, ad tempora uſque captivitatis, ut terrorem eorum hoſtibus injiceret. Semper enim hìc Propheta loquitur quaſi tempore Captivitatis vixiſſet.

Quæ non exſpectaveramus] Supplendum אשר, *quæ*, ante verba לא נקוה *lo nkavvah*, non exſpectaveramus. Talia fuerunt, quæ à Deo facta ſunt, dum præfuerunt populo Hebræo, Moſes & Joſua, quæ reverâ populus ille à Deo minimè exſpectaverat; nec tamen hinc excludenda mirabilia ſequentium ſæculorum, quæ Judæorum exſpectatione majora etiam fuerunt.

Deſcendiſti &c.] Hæc ſunt intelligenda, ut vers. 1. Deus paſſim dicitur *deſcendere è cœlo*, cùm omnipotentiæ ſuæ effectibus oſtendit, ſe in terris præſentem eſſe. Vide Gen. XI, 5. 7. Exod. III, 8.

Montes] Rex Ægypti, aliíque Reges, quos aut Moſes, aut Joſua vicerunt, & regnis ſpoliarunt, aliíque poſtea; quos Deus, in gratiam Judæorum, malè mulctavit, aut etiam è medio ſuſtulit.

4. *Auribus exceperunt Gentes*] Eſt tantùm האזינו *heezinou*, in aures admiſerunt, ſed Latinè loquenti ſupplendus neceſſariò eſt nominativus, *gentes*, aut *homines*. Poſſet tamen etiam verti, mutatâ verborum conjugatione, ut *Grotius* fecit: *numquam auribus perceptum.* Sed ſuppleto nominativo, minor mutatio infertur verbis Hebraïcis.

Neque oculus vidit Deum] עין לא ראתה אלהים *hajin lo raatha elohim.* LXX. Intt. οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἶδον Θεὸν πλήν σου. Ubi ad ſenſum quod adtinet nihil eſt quod reprehendas. *Hieronymus* verò: *oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti exſpectantibus te.* Sed poſtrema non ita habent in Hebraïcis, nec ſunt mutata, niſi ut cum citatione Pauli 1. Cor. II, 9. conſentirent; nec quiſquam dubitare queat, quin lectio Hebraïca egregium ſenſum fundat. Vult Propheta neque narratum à quoquam, neque ulli experientiâ propriâ eſſe compertum, aliquem eſſe Deum, præter eum, quem colebant Iſraëlitæ; qui talia feciſſet, in eorum gratiam, qui ei confidiſſent. Paulus verò Apoſtolus non vertens hæc verba, neque quidquam iis probans, ſed ea tantùm aptans ſuo negotio, iis uſus eſt, ut, quod volebat, exprimeret; nempe, doctrinâ Evangelicâ ea contineri, quibus ſimile quidquam nemo umquam vidiſſet, vel audiviſſet, vel animo concepiſſet. Non oſtendit Paulus hanc fuiſſe ſententiam Eſaïæ, de Evangelio, ſed verbis ejus utitur quaſi ſuis, ut mentem ſuam exprimat. Sic ſæpe Scriptores Novi Teſtamenti verba Veteris proferunt, ut iis exprimant, quod volunt, non ut quidquam probent. Scriptores Græci verbis Homericis utebantur ad ea deſcribenda, de quibus numquam cogitavit *Homerus*, ſed quia videntur ad rem exprimendam idonea. Judæi Scriptores etiam eo modo Scriptura non infrequenter utuntur, ut norunt omnes, qui eos legerunt. Vide notata à nobis, in additamentis Hammondianis, ad Heb. X, 5.

Hieronymus ſic de hoc loco habet, in Commentario: *Paraphraſin hujus teſtimonii, quaſi Hebræus ex Hebræis, adſumit Apoſtolus Paulus de authenticis Libris, in Epiſtola, quam ſcribit ad Corinthios, non verbum ex verbo reddens, quod facere omninò contemnit; ſed ſenſuum exprimens veritatem, quibus utitur ad id, quod voluerit, roborandum. Unde Apocryphorum deliramenta conticeant, quæ ex occaſione hujus teſtimonii ingeruntur Eccleſiæ.* Meritò rejicit Apocryphos libros, ſed minùs prudenter ait, Apoſtolum uti loci hujus ſenſibus *ad id, quod voluerit, roborandum*; nihil enim hoc teſtimonio confirmat, ſed verba Prophetæ ſua facit, ut quod vult exprimat; unde factum, ut verbis mordicus non adhæreat, ſed ſua iis admiſceat. Nec ſanè, apud Eſaïam & Paulum, eadem de re ſermo eſt.

Præter te] זולתך *zoulathcha.* Rectè LXX. Intt. πλήν σου, *præter te.* Minùs commodè Latinus: *abſque te.*

Deum, præter te, *qui talia* faciat in gratiam ejus, qui ei confidit. 5. Obviam veniſti gaudenti & juſtitiam exercenti in viis tuis, *quales homines* tui recordantur. Jam iratus es nobis, atque in eas deliquimus à longo tempore, & *tamen* liberati ſumus. 6. Fuimus nos omnes, inſtar immundi, & juſta omnia noſtra facta, inſtar veſtis rejectitiæ; decidimus inſtar ſolii *aridi*, quotquot ſumus, atque iniqua noſtra facta nos abſtulerunt, inſtar venti. 7. Cùm non eſſet, qui invocaret nomen tuum, & ſemet ipſe excitaret, ut tibi adhæreret; abſcondiſti vultum tuum nobis, & nos per iniquitates noſtras diſſolviſti.

8. Nunc verò, ô Jehova, pater noſter es; nos ſumus lutum, tu figulus noſter, atque opus manuum tuarum omnes ſumus. 9. Ne uſque adeo iraſcaris, Jehova, ne in perpetuum iniquitatis *noſtræ* memineris; reſpice quæſo *nos*, *qui* omnes ſumus populus

5. Antevertiſti eos, qui gaudentes tibi parebant, & mores ſuos tuis legibus aptabant; nec tui ſunt etiamnum oblíti. Nunc vero es nobis iratus, ac ſanè in eas peccavimus à longo tempore, nec tamen à te ſumus rejecti. 6. Potìmus omnes haberi veluti immundi, & bene à nobis facta conferri queant cum veſte, quæ non amplius uſui eſt; ſumus quotquot ſumus inſtar folii aridi, omniáque noſtra pravè facta nos transverſos egerunt inſtar venti. 7. Cùm nemo ampliùs te, ô Deus, invocaret, neque tibi, ut par erat, adhæreret; nos ampliùs reſpicere noluiſti, & nos peccatis noſtris transverſos agendos permiſiſti; ac perdendos ſceleribus deſeruiſti.

8. Attamen, ô Creator, noſter pater es; imò lutum ſumus, tu verò figulus, qui nos finxiſti, ita ut ſimus manuum tuarum opera. 9. Ne uſque adeo nobis iraſcaris, ut numquam vitiorum noſtro-

Qui talia faciat] Eſt tantùm יעשה *jabaſcheh*, ſed ſubaudiendum ante verbum, אשר *qui*, & poſt verbum, זאת *hoc*, *vel* כן *ſic*.

In gratiam ejus, qui ei confidit] למחכה לו *limhhabbah lo*. LXX. Intt. ἃ ποιήσεις τοῖς ὑπομένουσιν, minus rectè. Nec meliùs *Hieronymus* habet: *quæ præparaſti exſpectantibus te*, ex Paulo, qui habet: ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Textus enim Eſaïæ non eſt refingendus ex *paraphraſi* Pauli, in qua verba omnia non ſervantur. מחכה *mhhabbah* propriè eſt *latens*, aut *abdens ſe*, ſed videtur hic eſſe idem ac *confidens*, חוסה *hhoſeh*. Suſpicari fortè quis poſſit legendum מחבב לו *mehhobeb lo*, hoc eſt, *amans eum*, qui ſignificatus, è Chaldaïca Lingua ſumtus, Paulinæ paraphraſi conſentaneus eſt.

5. *Obviam veniſti gaudenti*] פגעת את שש *phagahtha eth ſchaſch*. Omiſerunt ultimam vocem LXX. Intt. Meliùs Latinus: *occurriſti lætanti*; hoc eſt, læto animo juſtis tuis præceptis parenti; nam *gaudens* conjungi debet cum *juſtitiam exercente*. Significatur is, qui non invitus paret præceptis divinis, ſed ſanctitatem & utilitatem eorum intelligens libenter eis obſequitur; quod faciunt qui toto animo Deum amant, nec horrent, ut *ſervi dominum durum*, cui vellent quidem non parere, ſed non audent negare obſequium. *Occurrere* autem dicitur Deus hilariter parentibus, ut qui favere cuipiam ſolent, ut eum adjuvent. Celebris eſt *Baſilii* Magni ſententia: θέλησον μόνον καὶ Θεὸς προαπαντᾷ, in virtutis, nempe, via. Alioquin *occurrere* in malam partem ſumi ſolet.

Quales homines] Supplendum hoc eſſe res ipſa oſtendit.

Jam iratus es] *En iratus es.*

6. *Inſtar immundi*] Tam animo immundi fuimus, hoc eſt, vitiorum & violatarum legum divinarum rei; quàm immundi corpore qui ſunt maximâ, ex Lege, immunditiâ inquinati.

Juſta facta] *Juſtitiæ.*

Inſtar veſtis rejectitiæ] כבגד עדים *chbeged hiddim*. LXX. Intt. verterunt: ῥάκος ἀποκαθημένης, unde *Hieronymus*: *pannus menſtruatæ*; *Aquila*: μαρτυριῶν, quaſi legiſſet עֵדִים, quod tamen verti deberet μαρτύρων *teſtium*, non *teſtimoniorum*; *Symmachus*: κινουμένων, *Theodotion*: ἰδδίμ, ſervatâ voce Hebraicâ. Cur hic *menſtruatas* quæſiverint non adſequor. Meliùs ii, qui derivant vocem à עדה, quod eſt *abjectus fuit*, præſertim apud Chaldæos, unde Chaldæus habet: כלבוש מרחק *chilbouſch mrahhak*, ut veſtis abjecta. Itaque propriè vertendum eſſet *veſtis abjectarum*, veſtis, quæ eſt ex abjectis, quòd ſint immundiores, quàm ut ferantur. Quando autem Propheta *juſtè facta* Judæorum confert cum veſte rejectitia, non ſunt intelligenda rectè facta piorum, παραπτώματα; ita vocat improba facta, quae pro juſte factis vulgò habebantur; qualia, apud gentes depravatas, nimis multa erant, ſúntque etiamnum hodie.

Decidimus inſtar folii] Hoc eſt, facilè à Chaldæis victi ſumus, cùm deciderimus coram iis, inſtar folii aridi. Supplevimus *aridi*, re ita poſtulante; nam nonniſi arida folia ſponte ſuâ cadunt.

Iniqua noſtra facta &c.] Hoc eſt, propter iniquè facta, facti ſumus inſtar aridorum foliorum, quæ ventus aufert, quod perinde eſt ac quod ſuperioribus verbis ſignificatur.

7. *Cùm non eſſet* &c.] *Et nullus invocans* &c.

Semet ipſe excitaret] מתעורר *mitthorer*. LXX. Intt. ὁ μνησθεὶς ἀντιλαβέσθαι σου. Vulgatus: *qui conſurgat & teneat te*. Propriam verbi, & conjugationis vim retinere maluimus; nam in hac conjugatione ad animum verbum hoc transfertur, & vim habet reciprocam. Vide Job. XVII, 8. XXXI, 29. *Excitabat* autem *ſe*, *ut Deo adhæreret*, quisquis in memoriam ſuam revocabat leges & beneficia Dei in Iſraëlem, intelligebatque, ſui eſſe officii eorum memoriam colere, & legibus toto animo parere apud ſe ſtatuebat, etiam ſine aliena admonitione.

Per iniquitates noſtras diſſolviſti] תמוגנו ביד עונינו *thmougenou bjad havonenou*. LXX. Intt. παρ-

Digitized by Google

lus tuus: [10]. Urbes tibi ſacræ *in* deſertum *converſæ* ſunt, Sion *eſt* ſolitudo, Jeroſolima *eſt* vaſtitas. [11]. Ædes Sacrarii noſtri & decus noſtrum, in qua te laudarunt Majores noſtri, igne abſumta eſt, & quidquid amabamus vaſtatum. [12]. An in hiſce *omnibus* te coërcebis, Jehova, tacebis & nos uſque adeò adfliges?

Improborum Judæorum flagitia & pœnæ, bonorúmque præmia, præſertim eorum, qui non erunt Iſraëlitæ.

1. QUÆSITUS ſum ab iis, qui *de me* ſciſcitati non fuerant; inventus ſum ab iis, qui me non inveſtigarant. Dixi: en adſum, en adſum genti, quæ de nomine meo Caput LXV.

noſtrorum oblivíſcaris; reſpice potiùs nos, qui populus tuus hactenus fuimus. 10 Urbes, quæ tibi conſecratæ fuerant, in ſolitudines ſunt converſæ. Mons Sion caret omni te adorantium concurſu, & Jeroſolima mera vaſtitas. 11. Sacrarium noſtrum, quod nobis honori erat, & in quo te coluerant Majores noſtri conbuſtum eſt ab hoſtibus, & quidquid nobis placebat vaſtatum. 12. Quæ cùm ita ſint, nullóne nos auxilio dignaberis, & nos ſines in tanto mœrore?

P A R A P H R A S I S.

1. ILLI me quæſiverunt, qui antea de me ne ſciſcitati quidem erant, inventus ſum ab iis, qui me nequaquam inveſtigarant; nec ego eorum cognitionem fugi, imò me pleniùs cognoſcendum obtuli,

παρέδωκας ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Verùm מוג non eſt *tradi*, ſed *liqueſieri*, *diſſolvi* & ביד *byad* eſt *per* non *propter*. Attamen Chaldæus habet etiam hìc מסרתנא *miſarthana*, tradidiſti nos in manum peccatorum noſtrorum. Sed eum Interpretem ſæpiùs verſione Græca uſum videri obſervavimus. מוג confuderunt cum מגן *tradidit*. Latinus: *alliſiſti in manu iniquitatis noſtræ*. Verùm מוג nuſquam eſt *adlidere*. Ceterùm תְּמוּגֵנוּ eſt pro תְּמוֹגְגֵנוּ in *Pohel*, quæ conjugatio eſt activa. Vide Job. XXX, 22. Pſ. LXV, 11. Homines per ſua ipſorum peccata diſſolvuntur, quia nihil eorum faciunt, quæ ad Societatem Civilem incolumem præſtandam pertinent, eámque ſic diſſolvunt, ut ſtare nequeat. *Injuſtitia* eſt potiſſimum vitium, quâ Societas ſolvitur, & quam paſſim exprobrat Propheta Judæis. Sententia eſt ergo, Deum paſſum eſſe iniquitate Judæorum ſocietatem ipſam civilem labefactari & perire.

8. *Pater noſter es*] Hoc eſt, creator, ut ſequentia oſtendunt, qui verè *pater* eſt.

9. *Uſque adeò*] עד מאד had meod, *uſque ad valde*.

Reſpice] הבט *habbet*; hoc eſt, faveto nobis, ut alibi paſſim.

10. *Urbes tibi ſacræ*] *Urbes ſanctitatis tuæ* ערי קדשך *hare kodſchecha*. At LXX. Intt. πόλις τοῦ ἁγίου σου, & Vulgatus: *civitas Sancti tui*; quomodo nuſquam loquitur Scriptura. Ut *terra*, in qua fuerunt *urbes*, dicitur eſſe Dei (qua de re vide *Hadr. Relandum* Palæſt. Illuſt. Lib. I. c. 3.) ita nihil vetat *urbes* vocari *ſanctitatis ejus*, hoc eſt, ei ſacras. In ſequentibus verbis ſatis memoratur Jeroſolima, nec opus eſt hìc ejus mentionem fieri. Hæc non potuerunt dici à Propheta, niſi quia, per Propheticam πρόληψιν, ut ſic loquar, perſonam induit Judæorum captivorum in Babylonia. *Grotius* hæc refert ad tempora Antiochi Epiphanis, & Judam Maccabæum loquentem inducit. Sed meliùs conveniunt cladi à Babyloniis illatæ.

11. *Ædes ſacrarii noſtri*] בית קדשנו *beth kodſchenou*, domus ſanctitatis noſtræ. LXX. Intt. ὁ οἶκος τὸ ἅγιον ἡμῶν, *urbs, quæ eſt ſacrarium noſtrum*, meliùs quàm Latinus, qui habet: *domus ſanctificationis noſtræ*. Nam קדש *kodeſch* ſæpe confunditur cum מקדש *mikdaſch*, ſacrario.

Igne abſumta eſt] *Fuit in combuſtionem ignis*. Fatetur *Grotius* hìc, prolato loco è I. Maccab. I, 23. non fuiſſe incenſum totum Templum ab Antiocho, ac proinde vult eſſe συνεκδοχὴν totius pro parte. Malim hæc ad Chaldaïcam, cladem referri, quâ Templum in cinerem redactum eſt.

Quidquid amabamus] וכל מחמדינו *vechol mahhamadenou*, omnia concupiſcenda noſtra; hoc eſt, quæcumque utilitate, aut pulcritudine ſuâ cupiditatem videntium accendebant.

12. *Te coërcebis*] תתאפק *thithappbek*. Vide ſup. C. LXIII, 15. LXX. Intt. ἀνέσχου, *abſtinuiſti*. Rectiùs Latinus: *continebis te*. Senſus eſt: nobis auxilium non feres, aut: pœnas ab hoſtibus noſtris non repetes.

Tacebis] תחשה *thehheſcheh*. Quod poſſit etiam verti *quieſces*. Idem ſignificat, ac verbum ſuperius. Vide Pſ. XXVIII, 1. & infra C. LXV, 6.

C O M M E N T A R I U S

In Caput LXV.

1. Q*Uæſitus ſum ab iis* &c.] Inducitur hìc Deus, ſine tranſitionis ullo ſigno, de Judæis loquens, ſimúlque Gentilium vocationem ad cognitionem Dei prædicens. *Quæſitus ſum*, נדרשתי *nidraſchthi*, perinde hìc eſt *inventus ſum*, ut ſequens καλῶ oſtendit. Hinc Pau-

Digitized by Google

meo non vocabatur. 2. *Verùm* porrexi manus meas, toto die, ad populum contumacem, *ad homines*, qui, cogitationes ſuas ſequuti, viam non bonam ingreſſi ſunt; 3. ad populum, qui perpetuò, in faciem, ad iram me provocat. Sacra faciunt in hortis, inque *aris* lateritiis *ſuffitum* adolent; 4. qui manent in ſepulcris, in locis abditis pernoctant, veſcentes porcina, & *in* quorum vaſibus juſculum *eſt carnium* abominandarum;

5. qui

obtuli, ſponte meâ, quamvis meo nomine minimè vocarentur. 2. Interea manum porrexi Iſraëliis hominibus, totis diebus, ſed fruſtra apud populum pertinacem, qui ſua ipſius commenta ſequutus eſt, viámque veram ſalutis non eſt ingreſſus, 3. ad populum, qui me perpetuo ad indignationem movet, & quidem ſatis apertè. Sacra facit, non in Templo Montis Sionis, ſed

10

Paulus Rom. X, 20. vertit εὑρέθην, *inventus ſum*, ex ipſa re. Eſt antecedens pro conſequente. LXX. Intt. ἐμφανὴς ἐγενόμην.

Qui de me ſciſcitati non fuerant] ללא שאלו *lelo ſchaalou*, iis, *qui* non interrogant; nempe, de me. Ejuſmodi erant Ethnici, tempore Chriſti, & ſequente, qui de Deo, quem Judæi colebant, ne dignabantur quidem interrogare Judæos, & abſurdiſſimè loquebantur, quod liquet ex iis, qui obiter de iis egerunt, *Strabone*, *Trogo Pompejo*, *Tacito*, *Suetonio*, *Plutarcho*, & aliis; quibus adde abſurdiſſimam opinionem eorum, qui ſimulacrum Dei aſinino capite ab iis coli putabant. Attamen ejuſmodi homines, qui non ſciſcitati erant à Judæis, quid de Deo ſentirent, audito Evangelio, fidem Deo vero habuerunt, quem antea prorſus ignoraverant. Quò pertinet quod habet Paulus de Ethnicis Rom. X, 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει· εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι. Ad quem locum, vide Interpretes.

En adſum] הנני *hinneni*, ecce me. Deus ipſe ſe obtulit Ethnicis, quamvis de ipſo minimè cogitarent; per præcones, nempe, Evangelii.

Quæ de nomine meo non vocabatur] לא קרא בשמי *lo kora biſchmi*. קֹרָא eſt præteritum Puhal, ut Ezek. X, 3. Subaudiendum אשר *quæ*. LXX. οἳ οὐκ ἐκάλεσάν μου τὸ ὄνομα, & Latinus, *quæ non invocabat nomen meum*. Legerunt perperam קָרָא in *kal*.

2. *Porrexi manus meas*] Qui eſt geſtus ad ſe vocantis, & adhortantis; quod factum per Prophetas, qui Iſraëlitas perpetuò vocarunt ad cultum unius veri Dei, à quo ſæpe defecerant, eoſdémque ad legum obſervationem hortati ſunt.

Ad populum contumacem &c.] Hæc de Judæis intelligenda, res ipſa oſtendit, & Pauli auctoritas perſuadet, Rom. X, 21.

Cogitationes ſuas ſequuti] *Euntes viam non bonam, poſt cogitationes ſuas*; cùm deberent ſequi leges divinas. *Via non bona* eſt prava; quæcumque enim à recta deflectit, prava ſit neceſſe eſt.

3. *In faciem*] על פני *hal phanai*, ad faciem meam. Quibus verbis ſignificat Propheta proterviam Judæorum etiam commmentitios Deos colentium, quaſi poſſent verum Numen fallere.

Sacra faciunt in hortis] זובחים בגנות *zobebbim bganoth*. Hoc eſt, in lucis, vel nemoribus clauſis, quod ſignificat vox גן *gan*, quæ & παράδεισος propterea verti ſolet, hoc eſt, nemus muro cinctum. In nemoribus ſacra facere vetuerat diſertiſſimè Moſes Deut. VII, 5. ubi vide notata. Vid. c. LXVI, 17.

Inquè aris lateritiis &c.] מקטרים על הלבנים *mkatterim hal hallebenim*, ſuffientes ſupra lateres. Nullæ erant, nec eſſe debebant ex Lege Moſaïca, ejuſmodi aræ. Vide Exod. XX, 25. *Lateres* enim erant inſtar lapidum cæſorum, cùm argilla in quadratam formam cædenda eſſet ferro, antequàm coqueretur, aut ſoli expoſita ſiccaretur.

4. *Qui manent in ſepulcris*] Quibus apud Hebræos nihil erat immundius, quæque propterea erant fugienda, à Legis obſervantibus.

In locis abditis pernoctant] בנצורים ילינו *banetſourim jalinou*. LXX. Intt. ἐν σπηλαίοις κοιμῶνται δι' ἐνύπνια. Vulgatus: *in delubris idolorum dormiunt*. Græci videntur legiſſe בצורים *betſourim*, in rupibus, in quibus ſunt σπήλαια; non abſurdè quidem, ſed נצורים dici etiam potuerunt quævis loca abdita, quæ *clauſa ſervabantur*, ne cuivis in ea ingredi liceret. Quod non fiebat ad captanda ſomnia, ſed ad carnem ſuillam clam illic comedendam, ut ſequitur. Certè נצר eſt *ſervare* & נצור *natſour* eſt *clauſus* Ezek. VI, 12.

Veſcentes porcina] *Comedentes carnem ſuis*; quæ, ex Lege, immundiſſima erat. Vide Levit. c. XI, 7. Ideò ſummopere ab ea religioſiores Judæi abhorrebant, qui ab Ethnicis eos ad deficiendum à Lege tentantibus jubebantur ſuillam comedere *Joſephus* libro de Maccabæis C. V. deſcribit Antiochum jubentem ἵνα ἕκαστον τῶν Ἑβραίων ἐπισπᾶσθαι καὶ κρεῶν ὑείων, καὶ εἰδωλοθύτων ἀναγκάζειν ἀπογεύσασθαι: *unumquemque Hebræorum trahi, & carnes ſuillas ac idolis mactatas cogi deguſtare*; & ipſe Eleazari ſeni, συμβουλεύω, inquit, ὅπως ἀπογευσάμενος ὑείων σώζου: *auctor tibi ſum, deguſtatis ſuillis carnibus, ſaluti tuæ conſulas*. Cur verò in occultis hiſce ſacris mentio fiat ſuillæ dicemus ad C. LXVI, 17.

Juſculum carnium abominandarum] פרק פגלים *phrak phiggulim*. LXX. Intt. ζωμοὶ θυσιῶν μεμολυμμένα πάντα. Vulgatus: *jus profanum*. Pro פרק *phrak*, quod *fruſtum* ſignificaret, Maſorethæ legi volunt מרק *mrak*, quod eſt *juſculum*. Utrumvis legatur parum intereſt, æquè enim polluta fuerunt fruſtum carnis ſuillæ, aut juſculum ex eadem carne, aut alius animalis vetiti. פגול *phiggoul* eſt cibus abominandus. Vide Ezek. IV, 14. Pro *in quorum vaſibus* eſt כליהם *chlehem*, pro בכליהם *bichlehem*, in vaſibus eorum.

5. *Recede* &c.] Deſcribitur hiſce verbis

horren-

5. qui dicunt *aliis* : recede tuam domum, ne accede ad me, ſum enim ſanctior te. Iſti fumus ſunt, in naſo meo, & ignis toto die ardens. 6. En res eſt ſcripta coram me, non diſſimulabo, ſed rependam, & in eorum quidem ſinum rependam, 7. pœnas iniquè factorum, cùm ipſorum, tum eorum Majorum ſimul, ait Jehova, qui ſuffitum obtulerunt, in montibus & collibus, & me probris adſecerunt; & remetiar quidem priora

in hortis privatis, atque in aris latericiis, ſuffitum adolet; 4. qui in ſepulcris manet, in locis parum frequentibus pernoctat, ubi clam porcinâ carne, Lege vetitâ, veſcitur, & qui in vaſibus habet juſculum carnium illicitarum; 5. & qui alios jubent ſuas privatas domos ſecedere, vetántque ad ipſos venire, ſe enim aliis ſanctiores eſſe. 5. Iſti fucati Judæi, ſed re verâ Ethnici, non ſunt mihi gratiores, quàm hominibus eſt in naribus fumus, & ignis quotidie, etiam in æſtu, ardens. 6. Horum omnium ſervantur apud me ſcripti commentarii, nec ſuo tempore diſſimulabo, quid in iis legatur, nec qui ſint talium conſcii, 7. ſed pœnas ab iis exigam malè factorum, cùm ipſorum, tum

horrenda ſimulatio malorum Judæorum, qui, cùm clam legem perfringerent, dum ſuillam aliósque illicitos cibos comederent; aliorum tamen, quaſi pollutorum, familiarius conſortium fugiebant. Simulatoribus virtutis quantopere infecta fuerit ea gens, tempore Chriſti, ſatis nos docent Evangelia; ſed nec ſuis hodie *biſtrionibus* (ſic enim Latini dicunt, quos, à Græcis mutuâ ſumtâ voce, *Hypocritas* vocamus) carent Chriſtiani, qui Hiſtriones ſunt pernicies Religionis, quam ſoli obſervare & tueri videri volunt. Pro *recede ad tuam domum* eſt קרב אליך *krab elecha*, adpropinqua ad te; quod ita cepimus, quaſi juberetur ab Hypocrita alius Judæus recedere propiùs ad ſuam ipſius domum; ne contactu pollueret tranſeuntem fortè illac impurum ſimulatorem. Non potuimus vertere *ad propinqua ad te*, quod non poteſt intelligi. LXX. Intt. paraphraſi etiam uti coacti ſunt, qui cùm non poſſent dicere ἔγγιζε πρός σε, verterunt non incommodè, ad rem ipſam quod attinet: πόῤῥω ἀπ' ἐμοῦ, μὴ ἐγγίσῃς μοι, ὅτι καθαρός εἰμι. Sic & Vulgatus: *recede à me, non adpropinques mibi, quia immundus es.* In eumdem etiam ſenſum *Jonathan*: רחיקלהלא לא תקרב בי ארי דכינא מנך, *recede illuc, ne adpropinques ad me, quia mundior ſum te.* Sed commodiùs verti videtur אליך *ad domum.* Hebræi, non minùs ac Latini, pro eo quod eſt: *ibo domum tuam*, dixerunt אלך אליך elech elecha, *ibo ad te*, ut Gallicè dicimus *j'irai chez vous.* *Franciſcus Junius* malè vertit: *ad tuos*, rectéque à *Joan. Piſcatore* emendatus eſt, *ad te*, quod dictum verè obſervat, ut apud *Terentium*: *eamus ad me*, hoc eſt, domum meam.

Ne accede ad me] אל תגש בי *al thiggaſch bi.* Quod poſſit intelligi: ne propiùs accede ad me tranſeuntem, per viam publicam, ne me fortè contactu tuo polluas; vel: ne ingrediaris domum meam. Sed priùs malim. Erat ſcelerata hiſtrionia eorum, qui cùm immundiſſimi eſſent, quòd è ſepulcro redirent, in quo ſuillam ederant, ſibi occurrentes, in via, veluti ſemovebant, ne ab iis impurarentur.

Sum enim ſanctior te] כי קדשתיך *chi kdaſchthicha*, pro קדשתי ממך *kadaſchthi minmecha*, ſanctior, hoc eſt, mundior ſum quàm tu. Præpoſitio מן latet in adfixo. Ceterùm קדש hîc proprio ſignificatu ſumitur, pro *mundus fuit*, de quo vide ad Exod. III, 5. XIX, 10. XXV, 33.

Fumus ſunt in naſo meo] עשן באפי *baſchan beapphi.* LXX. Intt. καπνὸς τοῦ θυμοῦ μου. Hieronymus: *fumus ſunt in furore meo.* Jonathan: *ira eorum eſt veluti fumus ante me.* Eſt proverbium, quo ſignificatur res, quæ iram movet, ut ſi fumus ingrediatur nares; qui, ſi copioſior eſt ſuffocat. Alioqui *fumus oculis* rem odioſam ſignificat, Prov. X, 26.

Ignis toto die ardens] אש יקדת כל היום *eſch jokedeth chol hajjom.* Crediderim hæc conjungenda eſſe, cum antecedentibus, atque ita intelligenda, quaſi eſſet מאש *meeſch*; *fumus in naribus ex igne toto die ardente.* Graviſſimum incommodum crearetur iis, qui expoſiti eſſent per totum diem fumo ex igne accenſo adſcendente, nec commodè fumum poſſent illum fugere. LXX. Intt. πῦρ καίεται ἐν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. Unde puto natam *Jonathanis* interpretationem: *ultio eorum erit in geenna, ubi ignis ardet omni die.* Vulgatus: *ignis ardens totâ die.*

6. *En res eſt ſcripta* &c.] Hoc eſt, ut rei ſcriptæ & coram ſe in menſa poſitæ nemo obliviſcitur: ſic nec eorum ſcelerum obliviſcar; id eſt, pœnas de iis ſumam.

Non diſſimulabo] לא אחשה *lo ebbeſcbeb* non tacebo. Vide ad C. LXVI, 12.

In eorum ſinum] In ipſos peccatores, qui ſic deliquerint. Vide Pſ. LXXIX, 12. & infra vers. 7.

7. *Pœnas iniquè factorum* &c.] *Iniquitates veſtras & iniquitates patrum veſtrorum.* Tertia perſona uſi ſumus, quia ejuſmodi mutationes perſonarum non ferunt aures Latinæ. עונת *bavonoth*, iniquè facta, pro eorum pœnis ſumitur, ut ſæpe alibi. Vide Gen. XIX, 15.

Tum majorum &c.] Cùm antiquiores Judæi fuiſſent improbi, & Idololatræ, non minùs ac eorum poſteri; quando poſteri pœnas luerunt eorum ſcelerum, tulerunt pœnas peccati, quod non tantùm ipſorum fuerat, ſed etiam Majorum eorum. Attamen non imputatur iis peccatum alienum, cùm, ſi probi & Dei veri cultores fuiſſent, nullum ſupplicium fuiſſent daturi, ut docet Ezekiel Cap. XVIII. Vide & dicta ad Exod. XX, 5.

In montibus & collibus &c.] His quidem verbis, ſignificantur loca, præter Templum, extra quod ſacra facere non licuit; ſed hæc non putem tam reſpici, quàm idololatricum cultum alienorum Deorum.

Remetiar quidem &c.] מדתי פעלתם *maddothi phebullatham*, metiar factum eorum; hoc eſt,

priora eorum facta in ipſorum ſinum. [8]. Sic Jehova, quemadmodum, inquit, quia muſtum invenitur in botro, dicat *quis vaſtatori*, ne corruperis botrum, quia in eo eſt benedictio: ſic non committam, propter ſervos meos, ut perdam totum *Iſraëlem*. [9]. Faciam, ut egrediatur poſteritas è Jacobo, atque è Juda, quæ poſſideat montes meos. Poſſidebunt eam *terram* electi mei, & ſervi mei illic habitabunt. [10]. Erit Saron habitatio minuto pecori, & vallis Hachoris, ut *illic* recumbant boves, in gratiam populi mei, qui me quæſiverit. [11]. Vos vero, qui reliquiſtis Jehovam, obliti eſtis montis mihi ſacri;

tum etiam Majorum, qui ſimilia peccarunt, ait Creator, & qui ſuffitum Numinibus obtulerunt in montibus & collibus, ac me probroſè habuerunt. Simul de antiquioribus eorum delictis pœnas ſumam, pro eorum gravitate. 8. Sic ait Creator: quemadmodum, inquit, quia muſtum exprimitur ex botro, quia ei benedixi: ſic non committam, ob ſervos meos, ut totum Iſraelem perdam. 9. Faciam ut oriatur poſteritas ex Iſraëlitis, atque e Juda, qui habitabunt montana mea. Ea poſſidebunt ii, quos elegero, electi & ſervi mei. 10. Erit Saron paſcuum minuto pecori & vallis Hachoris, ut in ea boves recumbant, in gratiam populi, qui me invocaverit. 11. Vos vero, qui deſeruiſtis Creatorem, obliti eſtis montis Sionis, in quo ſollemnius coli debuit à vobis, & pro cultu

eſt, pro menſura delictorum remetiar iis ſupplicia. Metaphora deſumta eſt ab iis, qui menſuram rei, quam mutuam acceperunt, reddunt; quò pertinent *Heſiodi* verba Oper. & Dier. vers. 349.

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ᾽ ἀποδοῦναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ.

Rectè metiaris mutuum accipiens à *vicino; rectè etiam reddas, eadem menſurâ.* Hinc nota etiam γνωμὴ, quæ exſtat Matth. VII, 2. & Marc. IV, 24. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν. Quòd variè etiam expreſſerunt Judæorum Magiſtri, quorum verba vide in Florilegio *Joan. Buxtorfii*, ad Titulum *Talio*.

8. *Quia muſtum invenitur in botro*] כאשר ימצא התירוש באשכל *chaaſcher jimmatſe hattiroſch baeſchchol*. LXX. Intt. ὃν τρόπον εὑρεθήσεται ὁ ῥὼξ ἐν τῷ βότρυι. Latinus: *Quomodo ſi inveniatur granum in botro*. Sed תירוש non eſt *granum*, aut *acinus*, verùm *muſtum*, quomodo vocatur ſuccus uvarum, antequàm efferbuerit.

Dicat quis vaſtatori] אמר אל תשחיתהו *amar al thaſchchithehou*, dixit ne corruperis eum. Expreſſimus nominativum neceſſariò ſubaudiendum & dativum, qui regitur à verbo אמר *dixit*; nempe, למשחית *lmaſchchhith*, vaſtatori. Eſt aliquid hìc παροιμιῶδες, aut quod Hebræi vocant משל *ſimilitudinem*, quâ ſignificatur non eſſe perdendum quidpiam, eo tempore, quo cernitur inutile, qualis eſſet omphax; propter utilitatem, quæ poſtea ex eo capi poteſt, ut eſt productio muſti & vini ex uva, poſtquàm maturuit.

Benedictio] ברכה *bracbah*; hoc eſt, vini copia, quæ eſt Dei benedictio:

Non committam ut perdam] *Non faciam ad non perdendum.*

Totum] הכל *hacchol*, totum; nempe ישראל *Iſraëlem*; ut eſſent, nempe, qui Judæam ſibi hereditario jure poſſiderent, Deúmque illic rurſus colerent.

9. *Poſſidebunt eam terram*] Eſt tantùm in Hebraïcis וירשוה *vireſchouha*, poſſidebunt eam. Sed Latinè loquenti ſupplenda fuit vox *terram*.

Electi mei] Ii, quos eligam ex Iſraële, non enim omnes redierunt, ſed tantùm patriæ & cultûs divini amantes, ut ex Eſdra & Nehemia intelligere eſt.

10. *Erit Saron* &c.] Liquet ex Capp. XXXIII, 10. & XXXV, 2. amœnum & fertilem hunc fuiſſe tractum, quod teſtatur etiam *Hieronymus* ad C. XXXIII. & in hunc locum, ubi ait *omnem regionem circa Lyddam, Joppen, & Jamniam* (qui tractus *Saron* vocabatur) *aptam fuiſſe paſcendis gregibus*. Vide quæ de ea collegit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 48. Mirum eſt LXX. Intt. vertiſſe: καὶ ἔσονται ἐν τῷ δρυμῷ ἐπαύλεις, cùm non ignorarent eſſe *Saron* nomen proprium loci. Mirum etiam *Hieronymum* maluiſſe vertere *campeſtria*, cùm in Commentario obſervet *pro campeſtribus, in Hebræo poni* SARON, & probè etiam nomen loci eſſe ſciverit. *Euſebius* in locis: Σαρὼν, Ἡσαΐας· ἔλη ἐγένετο ἡ Σαρών· ἡ ἀπὸ τοῦ ὄρους Θαβὼρ ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα λίμνην χώρα. καὶ ἄλλος ἐστι Σαρωνᾶς ἡ ἀπὸ Καισαρείας εἰς Ἰόππην χώρα. Interprete Hieronymo: *Saron, cujus & Eſaias meminit dicens:* in paludes verſus eſt Saron. *Uſque in præſentem autem diem, regio inter montem Thabor & ſtagnum Tiberiadis Saronas adpellatur. Sed & à Cæſarea Palæſtinæ, usque ad oppidum Joppæ, omnis terra, quæ cernitur, dicitur Saronas. Jonathan* bene habet שרונא *Scharona.*

Vallis Achoris] עמק עכור *hemek Hachor. Euſebius:* Ἀχὼρ, κοιλὰς Ἀχὼρ καλουμένη, ἔνθα ἐλιθοβόλησαν τὸν Ἀχὰρ κλέψαντα τὸ ἀνάθεμα· παρ᾽ ὃ καὶ Ἀχὼρ ὠνομάσθη κεῖται ἐν βορείοις Ἱεριχὼ, καὶ οὕτω καλεῖται πρὸς τῶν ἐπιχωρίων. Hieronymus: *Achor, Hebraïcè dicitur Emec-Achor, quod interpretatur vallis tumultûs, vel turbarum; eò quòd ibi tumultuatus & turbatus ſit Iſraël; in qua lapidaverunt quondam Achan, propter furtum anathematis. Eſt autem, ad ſeptemtrionem Hiericho, & usque hodie à regionis illius adcolis ſic nominatur. Meminit hujus Oſee Propheta.* Bene in *Emek-Achor* obſervat *Achanem* vocari *Achor* perperam.

11. *Obliti eſtis montis mihi ſacri*] In eo ſacra non facitis, quaſi ejus obliti eſſetis.

Paratis Lunæ menſam] הערכים לגד שלחן *hahorechim laggad ſchulchhan*. LXX. ἑτοιμάζοντες τῷ Δαιμονίῳ τράπεζαν. In antiqua Verſione Latina erat: *paratis fortunæ menſam*, & in ſequente membro *Dæmoni*, ut liquet ex *Hieronymi* Comment. qui & ipſe habet: *ponitis Fortunæ menſam.* Jonathan: מסדרין לטען פתורין, *ordinatis*

Digitized by Google

cri; paratis Lunæ menſam, atque impletis libamen Menſi; 12. numerabo vos, ut gladio *ſubjiciamini*, & quotquot eſtis ad mactationem incurvabimini; quia *vos* vocavi, nec reſpondiſtis; loquutus ſum, nec audiſtis; feciſtis quod malum eſt oculis meis, & quod nolui elegiſtis.

13. Propterea ſic dixit Dominus Jehova: en ſervi mei comedent, ſed vos eſurietis; ſervi mei bibent, ſed vos ſitietis; ſervi mei lætabuntur, ſed vos pudore adficiemini. 14. Servi mei clamores lætos tollent præ bonis, *quibus fruentur*; vos verò præ animi dolore

cultu, quem ei ſoli debetis, in honorem Menſis menſam inſtruxiſtis & Menſi libamina offertis. 12. Ideo vos numerabo, ut omnes gladio ſubjiciamini, atque ad cædem vos pareris; quia cùm vocarem, nequaquam reſpondiſtis; nec loquenti aurem præbuiſtis; feciſtis quod improbo, atque elegiſtis quod improbavi.

13. Quamobrem, ait Dominus Creator, erit cultoribus meis, quod edant; ſed vos famem patiemini. Cultores mei habebunt, quod bibant, ſed vos ſiti laborabitis. Cultores mei habebunt cur lætentur; ſed vos ignominiâ prememini. 14. Cultores mei clamores lætos ad ſidera tollent, propter commoda, quibus fruentur; vos verò plan-

ordinatis idolis menſas. Copioſè de hoc loco ſcripſere viri doctiſſimi *Joan. Seldenus* de Diis Syris. Synt. I. c. 1. & *Pet. Daniel Huëtius* in Notis ad *Origenem* p. 108. qui digni ſunt, qui legantur, præſertim in re dubia & incerta. Conjecimus in notis ad *Heſiodi* Theogoniæ vers. 411. non Fortunam, aut Dæmona, ſive Genium, ſignificari voculâ גד *gad*, ſed eandem Deam, quæ à Græcis *Hecate* dicebatur, hoc eſt, Hebraicè אחת, vel אחתה *Echath*, vel *Echatha*, una, ſeu μονογενὴς, ut ab *Heſiodo* vocatur vers. 426. Apud noſtrum hunc Prophetam C. LXVI, 17. Dea memoratur אחת *Echath*, quæ eadem eſſe videtur. Notum etiam eſt *Hecaten* eandem habitam, ac Lunam, ſeu Numen Lunæ inſidens, quod Numen latè per totum Orientem colebatur. Cur verò diceretur גד, ánve ſit hæc genuina lectio fateor me ignorare, nec pudenda eſt, in rebus ejuſcemodi, ignorantia. Qui aut *Fortunam*, aut *Solem* eſſe putant certam ſuæ illius opinationis rationem ne ipſi quidem proferre poſſunt. Vide not. ad Gen. XXX, 11. Menſam autem Hecatæ, ſive Lunæ, ab antiquiſſimis Græcis, in triviis inſtructam, ſingulis Neomeniis nobis ex *Ariſtophane* conſtat cujus verba ex Pluto vers. 594. *& ſeqq.* ſic habent:

——— παρὰ τῆς Ἑκάτης ἔξεστιν τοῦτο πυθέσθαι
Εἴτε τὸ πλουτεῖν, εἴτε τὸ πεινῆν βέλτιον· φησὶ γὰρ αὐτὴ
Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον κατὰ μῆνα προπέμπειν
Τοὺς τε πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν, πρὶν καταθεῖναι.

Ab Hecate licet hoc audire, utrum divitem eſſe, an pauperem ſotius ſit, ait enim ipſa habentes & divites cœnam ſingulis menſibus adponere, pauperes verò homines eam rapere, antequàm depoſita ſit à bajulis. Ubi Scholiaſtes: τὴν Ἑκάτην ἐν ταῖς τριόδοις ἐτίμων τὸ παλαιόν, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν Σελήνην, καὶ Ἄρτεμιν καὶ Ἑκάτην καλεῖσθαι· κατὰ δὲ νουμηνίαν οἱ πλούσιοι δεῖπνον ἑσπέρας ὡς θυσίαν τῇ Ἑκάτῃ προσάγοντες ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἐτίθεν, οἱ δὲ πένητες ἐρχόμενοι πεινῶντες καὶ ἤσθιον αὐτά: *Hecatam in triviis olim colebant, quòd eadem Luna, Diana & Hecate vocaretur. Singulis Neomeniis divites veſpertinam cœnam, ut ſacrificium Hecatæ offerentes in triviis; pauperes verò eſurientes veniebant, & adpoſita comedebant.* Quibus ex verbis quid ſit *parare*, aut *inſtruere Lunæ menſam* intelligere eſt.

Impletis libamen Menſi] הממלאים למני ממסך *hemmemaleïm lanmi mimſach.* מני *mni* vertimus *menſem*, quia inde putamus derivatum Græcum μὴν, *menſis*, & μήνη *Luna* ab Hebræo מנה *manah* numeravit, quod per menſes numerarent. Voces גד & מני cùm nuſquam alibi inveniantur, Hebraïcas non crediderim, ſed vicinæ cujuſpiam gentis, unde ea vocabula, unà cum re, Judæis innotuerant. Totam tamen rem in medio relinquo. LXX. Intt. verterunt τῇ τύχῃ, aut τῷ Δαιμονίῳ, nam non ſatis conſtat cui, Hebraïco vocabulo ſingula Græca reſpondeant, propter rationem adlatam. *Hieronymus* vertit: *libatis ſuper eam*, quam verſionem Hebraïca verba non ferunt, uti nec rationem, quâ *Symmachus* verterat: *abſque me. Implere Menſi libamen* eſt plenis ſcyphis Menſi libare. Quod factum videtur, quòd exiſtimarent, eo ſacro peracto, Menſi ineunti, vel Lunæ, fieri ut totus menſis fauſtus eſſet. *Hieronymus* in hunc locum morem non abſimilem Ægyptiorum profert, his verbis: *Eſt autem in cunctis urbibus & maximè in Ægypto & in Alexandria Idololatriæ vetus conſuetudo, ut ultimo die anni & menſis eorum, qui extremus eſt, ponant menſam refertam varii generis epulis, & poculum mulſo miſtum, vel præteriti anni, vel futuri fertilitatem auſpicantes.* Sed *auſpicari* ſolebant tantùm in futurum tempus, & Ægyptii fortè eâ die epulabantur, quâ renovabatur Luna, & quâ deſinebat proinde ejus cum Sole conjunctio, quam Attici ἕνη καὶ νέα, *veterem & novam* propterea vocabant. Eo autem ritu potiùs auſpicabantur annum ineuntem, quàm præteritum.

Numerabo vos, ut gladio ſubjiciamini] מניתי אתכם לחרב *manithi ethchem labhereb*, numeravi vos gladio. Adludit paronomaſiâ quadam, (figurâ quâ delectabatur, ut plus ſemel monuimus) ad vocem מני *mni*, ſignificátque ſe effecturum, ut omnes gladio ſubjicerentur.

Incurvabimini] Cervices præbebitis præcidendas.

14. *Præ bonis, quibus fruentur*] מטוב לב *mittoub leb*, præ bonitate cordis. LXX. Intt. ἐν εὐφροσύνῃ, *Hieronymus*: *præ exſultatione cordis.* Senſus eſt: quia bene erit eorum cordi,

dolore clamabitis, & propter ſpiritus fractos ululabitis. 15. Relinquetis nomen veſtrum, ut per id exſecrentur, electis meis; vos verò occidet Dominus Jehova, & ſervos ſuos alio nomine vocabit 16. Qui ſibi bene precabitur in terra, bene precabitur per Deum verum; & qui diras preces in terra proferet, eas proferet per Deum verum; oblivioni enim mandatæ erunt anguſtiæ priores, & fugient oculos meos 17. Ecce enim adſum creaturus novos cœlos, & terram novam; nec memorabuntur res priores, nec earum in mentem veniet. 18. Quin imò gaudete atque exſultate in perpetuum, *propter hæc* quæ creo, nam mox *denuo* creabo Jeroſolimam, *ut* exſultet, & populum

plangetis, præ dolore, atque ululabitis. 15. Relinquetis nomina veſtra electo a me populo, ut iis utantur, ad diras preces iis concipiendas; vos vero morte mulctabit Dominus Creator, & cultores alio nomine vocabit. 16. Si quis ſibi ipſe precari velit, utetur nomine Dei veri; & qui diras preces concipiet, eodem utetur, omnes enim anguſtiæ priores oblivioni mandatæ fuerint. 17. Tanta erit mutatio, ut videantur cœlum eſſe novum, & terra nova, nec Judaicæ Religionis; neque cuiquam in memoriam redibit, quaſi etiamnum Deo eſſet grata, & futura in poſterum. 18. Quinimò gaudete in perpetuum, propter ea, quæ dixi; nam nova creabitur a me Jeroſolima, eaque & populus

ſeu quia bonis fruentur eorum animi.

Propter ſpiritus fractos] משבר רוח *miſſcheber rouahh*, propter fractionem ſpiritûs, quâ loquutione ſignificatur deſperatio, tam apud Hebræos, quam apud Latinos; qui *feroces ſpiritus frangere*, eadem ſententiâ, dicunt.

15. *Ut per id exſecrentur*] לשבועה *liſchbouhah* ad juſjurandum; hoc eſt, ut quando jurejurando quidpiam confirmare volent, dicant: ni promiſſis ſtetero, ſic ſe gerat Deus erga me, quemadmodum ſe erga contumaces Iſraëlitas geſſit.

Vos vero occidet] Deus antea loquitur primâ perſonâ, hic tertiâ. Sic paſſim ſolent Hebræi perſonas mutare, & inducere loquentem tertiâ perſonâ eum, qui de ſe ipſe loquitur, unde fit; ut interdum non ſatis conſtet, Deuſne, an Propheta loquatur.

Alio nomine vocabit] Reverâ reduces Iſraëlitæ, à tempore reditûs, potiùs יהודים *Iehoudim*, ſeu *Judæi* dicti ſunt, quàm בני ישראל *filii Iſraelis*. Sic in libro Eſtheræ *Judæi* vocantur, ut & apud Nehemiam.

16. *In terra*] Nempe, Judæa, in qua à reditu è captivitate Babylonica, locus nullus fuit Idololatriæ, proptereáque fauſtæ preces, adhibito Dei veri nomine, concipiebantur, ut: *ſic mihi & meis benefaciat Jehova.*

Per Deum verum] באלהי אמן *belohe amen.* Quod bene verterunt Græci: τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινόν, nam אלהי eſt in ſtatu conſtructo, quo cum ſequente voce connectitur, ut verbo tenus vertendum ſit, *Deum veritatis*. Perperam Latinus: *per Deum amen*; quaſi eſſet interjectio confirmantis juſjurandum, ut alibi ſæpe; quod ut admitteretur, oporteret legi hìc באלהים.

Diras preces proferet] הנשבע *hanniſchbhah.* Quia jurijurando addebatur exſecratio, quâ Deus orabatur, ut perjurum plecteret; ideò נשבע, hîc eſt, non *jurare* ſimpliciter, ſed *malè precari*. Vide not. ad Pſ. CII, 9. & Jerem. XXIX, 22.

Per Deum verum] Iterum hìc habemus, ut antea באלהי אמן *belohe amen*, Deum veritatis. Utrobique habet *Jonathan*: באלהא קימא *per Deum vivum.*

Oblivioni enim mandatæ erunt &c.] Hoc eſt, in anguſtias, quales fuerunt priores, eos non conjiciam, quia me ſolum conſtanter colent.

17. *Ecce enim adſum creaturus* &c.] *Ecce me creantem cœlos.* Quod poſſit etiam ſic exprimi: *Mox* (nempe, poſt tempora reditûs) *creabo cœlos novos.* Creatio novorum cœlorum & novæ terræ maximam mutationem ſignificat, in Republica Populi Hebræi & quidem in meliùs; quod contigit poſt reditum è Captivitate. *Grotius* eleganter quidem interpretatur *cœlum novum*, non ut antè nubilum, ſed ſerenum; & *terram novam*, non deſertam & ſterilem, ſed habitatam, & fœcundam. Sicut enim, ut ait, *vetuſteſcere* dicuntur, quæ vim ſuam amittunt: ſic *innovari*, quæ vegeta fiunt. Sed vereor, ut hæc nimis arguta ſint. Satis erit nobis, ex re ipſa conſtare, intelligi hoc loquendi genere mutationem in meliùs, quæ hyperbolicis verbis, more Hebræorum, exprimitur. Vide infrà C. LXVI, 22. & Cap. XIII. Diſſert. de Prophetia huic volumini præfixæ.

17. *Nec memorabuntur res priores*] תזכרנה הראשנות *thizzacharna bariſchonoth*, memorabuntur priora. Non refertur adjectivum hoc ad cœlum ac terram ſed ad negotia; nutum enim eſt apud Hebræos fœmininum vim neutrius obtinere. Quamvis convaluerint res Hebræorum, attamen numquam inter vicinos Reges ita eminuere, ut David, aut Salomo, inter æquales. Reges enim Syriæ, & Ægypti potentiores fuere Sacerdotibus, & poſtea etiam Regibus Hebræorum. Verùm hic eſt aliquid hyperbolicum, ut jam dixi. *Grotius* vult hic ſignari mala, quæ ſub Antiocho Epiphane poſtea contigere.

18. *Propter hæc, quæ creo*] אשר אני בורא *aſcher ani bore.* Plena phraſis eſſet בעבור הזאת אשר אני בורא, *propter hæc quæ creo.* Omiſerunt LXX. Intt. Latinus habet: *in his, quæ creo. Creatio* autem non ſemper ſignificat creationem novæ ſubſtantiæ, ſed & interdum rei, quæ jam erat, inſtaurationem, præſertim mirabilem. Vide not, ad Gen. I, 11.

Ut exſultet] גילה *gilah* לגילה *lgilah* ad exſultationem, ut poſtea משוש *moſchoſch* pro למשוש *lmoſchoſch*, quod idem ſignificat.

19. *Nec audietur ampliùs* &c.] Nullæ audientur, in longum certè tempus, ejulationes, ii quæ auditæ ſunt, captâ à Chaldæis Jeroſolimâ. Nam temporibus Antiochi Epiphanis, magnus fuit Jeroſolimæ luctus, antequàm

lum ejus, *ut* lætetur. [19]. Exſultabo, Jeroſolimæ causâ, & læbabor propter populum meum; nec audietur ampliùs in ea vox flentium, aut clamantium. [20]. Abhinc non erit ampliùs *aut* infans ætate, aut ſenex, qui non expleat dies ſuos; puer enim centum annos natus morietur, & peccator centum annos natus maledicetur. [21]. Ædificabunt domos, quas habitabunt, & plantabunt vineas, quarum fructum comedent. [22]. Non ædificabunt, quæ alius habitet, neque plantabunt *vineas*, *quarum fructum* alius comedat; quia dies populi mei æquabunt dies arboris, & opus manuum electorum meorum *cum iis* ſeneſcet. [23]. Non laborabunt in caſſum, neque generabunt in maledictionem; ſunt enim

lus univerſus gaudebunt. 19. Ejus urbis causâ exſultabo, & propter populum meum lætabor, nec ampliùs audietur in illa luctus ullus. 20. Abhinc nec erit infans, nec ſenex, qui non dies expleat; puer enim explebit ſæculum, & peccator centum annos natus, & peccatori centum annos nato diræ imprecabuntur. 21. Ædificabunt ſibi domos, quas ipſi habitent, & vineas plantabunt, quarum fructu fruentur. 22. Non ædificabunt domos, quas alii habiteſt, neque plantabunt *vineas*, quarum fructu non fruantur ipſi; quia dies populi mei æquabunt annos arborum, & opera Electorum meorum unà cum illis ſeneſcent. 23. Non fruſtra laborabunt, neque habebunt liberos, qui ſine liberis moriantur; ſunt enim ſoboles eorum, quibus Creator benedixit, & qui naſcentur ab iis, non erunt

quàm à Maccabæis recuperata eſſet; ſed multò major, quando capta eſt à Tito. Sed hæc vaticinia quamvis nullum, Dei beneficiis finem ſtatuant, quia Deus vati nihil de ſecundiorum temporum fine revelarat, non ſunt tamen ad omne ævum ſequens trahenda.

20. *Abhinc*] משם *miſſcham*. Alii vertunt *ibi*, ut *Ch. Noldius*. Maluimus hoc habere quaſi adverbium temporis, propter עוד *bod*, quod ſequitur, & quod ad tempus futurum ſignificandum adhibetur.

Infans ætate] עול ימים *boul jamim*, infans diebus.

Qui non expleat dies ſuos] Senſus eſt, neque pueros, neque grandiores natu violentam, ac proinde præmaturam mortem ſibi, ſceleribus ſuis, accerſituros. Deus enim, in Lege, mortem immaturam malis minatur.

Puer centum annos natus &c.] Hoc eſt, ad provectam ætatem perveniet, ita ut expleat annos, qui vitæ humanæ tribui ſolent. Non enim *centum anni* ita capiendi, quaſi velit Propheta omnes ad tantam ſenectutem perventuros, ſed tantùm præmaturam mortem non futuram frequentem.

Peccator centum annos natus maledicetur] Hoc velle videtur Propheta, ne peccatores quidem ipſos, hoc eſt, gravioris criminis reos, continuò vitâ mulctatum iri, ſed ad ſenectutem incolumes futuros, ac morte tantùm naturali, Deo ſupplicium differente, exſtinctum iri. Hæc enim eſt קללה *kelabah*, ſive maledictio, quâ Deus, peccati causâ, Adamum omnéſque ejus poſteros damnavit. Hic eſt יקלל *maledicetur*, hoc eſt, *morietur*, ימות *jamouth*, ut eſt in antecedente membro, Vim divinæ maledictionis experietur. Hunc ſenſum ceteris, re probè expensâ, prætulimus, quia hìc non ſunt minæ, ſed promiſſiones & quidem longævitatis, hoc & 22. verſu. Verùm hæc omnia non ſunt ad vivum reſecanda, quaſi Judæi, poſt captivitatem, diutiùs plerumque vixiſſent, quàm antea ſolebant; ſed cùm Lex longævitatem bonis promittat, plùribus eam obſervantibus Deus longævitatem, quaſi præmium præſtitit.

22. *Quæ alius habitet* &c.] Hæc minabatur Lex improbis. Vide Deut XXVIII, 30.

Vineas &c.] Hæc ſupplevimus, quæ Eſaïas è ſuperiore verſu ſupplenda lectori Hebræo reliquit.

Æquabunt dies arboris] Quod intelligendum de arboribus longævis, nec tamen nimis urgendum, cùm quædam arbores per aliquot ſæcula vivant. LXX. Intt. κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἔσονται αἱ ἡμέραι, quod ſequutus eſt *Jonathan*, qui habet אילן חייא *ilan bhajaja*, arbor vitæ. Sed nihil opus eſt eo additamento, cùm conſtet ſilveſtres arbores diutiſſimè vivere, cúmque arbor vitæ ſit nobis ignota. Legatur vel *Theophraſtus* Hiſt. Plantarum Lib. IV, c. 14. ubi ſilveſtres arbores ceteris vivaciores oſtendit, è ruſticorum relatu. Τὰ μὲν οὖν ἄγρια φασὶν οὐδεμίαν ἔχειν, ὡς ἂν εἴποιεν οἱ ὀρεοτύποι, διαφοράν, ἀλλὰ πάντα εἶναι μακρόβια, καὶ οὐδὲν βραχύβιον· αὐτὸ μὲν τοῦτο ἴσως ἀληθὲς λέγοντες· ἅπαντα γὰρ ὑπερτείνει πολὺ τὴν τῶν ἄλλων ζωήν. *Silveſtres quidem arbores aiunt nullam habere, ut dicunt montium incolæ, differentiam, ſed omnes eſſe longævas, nec ullam brevis ævi. Quod ipſum verè fortaſſe dicunt; omnia enim longè ſuperant aliorum vitam.* *Plinus* etiam Lib. XVI. c. 44. *Vita*, inquit, *arborum quarundam immenſa credi poteſt, ſi quis profunda mundi & ſaltus inacceſſos cogitet. Verùm ex his, quas memoria hominum cuſtodit, durant in Liternino Africani prioris manu ſatæ olivæ: item myrtus, eodem loco, conſpicuæ magnitudinis* &c. Sed & *Horatius* I. Carm. XII, 46. famam Marcelli ait fore ut *creſcat occulto velut arbor ævo*; ad diuturnitatem famæ oſtendendam. Nihil adtinet pluribus rem notiſſimam probari; ſed revocari in memoriam oportuit, ne *arbor vitæ* quæreretur, ubi non eſt.

23. *In maledictionem*] לבהלה *labbehalah*. Quæ vox *conturbationem*, ut habet Latinus, *feſtinationem*, & *terrorem* ſonat propriè; ſed cùm opponatur hìc *benedictis* à Deo, verterunt LXX. Intt. εἰς κατάραν, eóſque ſequuti ſumus. *Gignere in maledictionem* eſt eos gignere, qui poſtea maledicti ſint, ſeu quibus nihil bene cedat. Mirum eſt, *Hieronymum*, in Commentario, vertere hanc vocem ἀντιπαρξίαν, & quidem dicere: *Sic expreſſiùs* in Hebraico haberi, cùm nulla ſit ratio ita loquendi, prout hodie nobis Hebraïca Lingua nota eſt.

enim ipſi poſteritas benedictorum à Jehova , & qui ex iis orientur, unà cum illis. 24. Antequàm *me* invocent, ego *eos* exaudiam; etiamnum loquentur, cùm *eos* audivero. 25. Paſcentur unà lupus & agnus, leo inſtar bovis paleam comedet, ſerpentis paſtus *erit* pulvis, neque nocebit, aut occidet, per totum montem mihi ſacrum, ait Jehova.

Pœnæ malis infligendæ, ſed præſertim præmia quibus adficientur boni, & nunciatio Evangelii apud Gentes remotas.

CAPUT LXVI.

1. SIC dixit Jehova: cœli ſunt ſolium meum, terra ſcabellum pedum meorum; quæ verò eſſet Ædes, quam mihi ædificaretis, & ubi eſſet locus, in quo quieſce-

erunt deterioris ſortis. 24. Antequàm me clara voce invocent, exaudiam eorum tacitas preces. 25. Tunc temporis ceſſabunt omnes inimicitiæ, ut in ætate aurea, in monte Creatori conſecrato.

PARAPHRASIS.

1. SIC dixit Creator: Cœli quidem ſunt ſolium meum, & Terra ſcabellum pedum meorum; quanta verò eſſet Ædes, quam mihi ædificaretis, & ubi eſſet locus, in quo conquieſcere poſſem?

Benedictorum à Jehova] *Benedictorum Jehovæ*, Abrahami, nempe, Iſaaci, & Jacobi, aliorúmque piorum.

24. *Antequàm me invocent*] Signum ſingularis favoris.

25. *Paſcentur unà lupus* &c.] Vide Cap. XI, 6. Sic Poëtæ, ut notum, deſcripſere felicitatem aurei ſæculi. Lege vel *Virgilium* Ecl. IV, 27. *& ſeqq.* atque ad eum locum *Joan. Lud. Lacerdam*, qui ſimilia loca congeſſit.

Neque nocebit aut occidet] *Non malè facient, neque corrumpent.*

COMMENTARIUS
In Caput LXVI.

1. C*Oeli ſunt ſolium* &c.] Vide 2. Reg. VIII, 27.

Quæ verò eſſet Ædes &c.] Hæc pertinent ad eos, qui reduces Babylone Templum inſtaurarunt Jeroſolimæ. *Grotius* refert, ad dedicationem novam Templi ab Antiocho polluti; ſed hìc agitur de ædificii inſtauratione.

2. *Hæc omnia manus mea fecit*] Hoc eſt, mihi ipſe Templum, in quo me colatis, condidi rerum Univerſitatem, magnificentiorem longe Ædem, quàm eam, quam inſtaurare vultis, aut mortalium ullus condere poſſet.

Ad adflictum &c.] Humilem & pium; à quo tamen divites & ſuperbi Deum alienum putabant, quia non erat eorum ſimilis, neque opibus abundabat. Vide quæ collegit, hanc in rem, ex ipſis Ethnicis, vir ſummus ad Lib. IV. de Religione Chriſtiana §. XII. Pulcrè & pluribus locis, rem expreſſit *Philo* Judæorum diſertiſſimus, ut Libro de Somniis, p. 593. Edit. Paris. Ὁ αἰσθητὸς οὗτοσὶ κόσμος οὐδὲν ἄρα ἄλλο ἐστὶν ἢ οἶκος Θεοῦ, μιᾶς τῶν τοῦ ὄντως Θεοῦ δυνάμεων, καθ᾽ ἣν ἀγαθὸς ἦν: *Senſilis hicce mundus, nihil profectò aliud eſt, præter Ædem Dei, & unius verè Dei adtributorum ſecundùm quod bonus erat.* Iterum ejuſdem Libri p. 397. Δύο, ὡς ἔοικεν, ἱερὰ Θεοῦ, ἓν μὲν ὅδε ὁ κόσμος, ἐν ᾧ καὶ ἀρχιερεὺς ὁ πρωτόγονος αὐτοῦ θεῖος Λόγος· ἕτερον δὲ λογικὴ ψυχή, ἧς ἱερεὺς ὁ πρὸς ἀλήθειαν ἄνθρωπος: *duo enim videntur eſſe Dei templa, unum mundus hicce, in quo & Sacerdos maximus eſt primogeniti ejus Ratio divina; alterum verò Mens rationalis, cujus Sacerdos eſt verus ille Homo.* Vide & initium Lib. II. de Monarchia.

3. *Niſi hæc adſint*] *Hoc*, vel *alioquin* eſſe ſubaudiendum, ut hæc cum ſequentibus connectantur, rectè vidit *H. Grotius*: ſignificantur autem, ut antecedentia oſtendunt, dolor, præteritorum peccatorum causâ, conceptus, tum humilitas, ac tandem Dei timor; virtutes, eo tempore, apud Judæos rariſſimæ, nec umquam antea admodum frequentes.

Qui mactat taurum] Qui ſacra facit, nec tamen probus eſt, & divinarum legum obſervans, non gratior eſt Deo, nec magis ſibi propitium experietur, mactato tauro, quàm mactato homine, quia ſola virtus homines Deo gratos facit, non victima. Egregiè hoc *Philo* etiam docuit, pluribus locis, ut Lib. deteriorem potiori inſidiari, p. 159. Μηδ᾽ εἴ τις περιῤῥαντηρίοις καὶ καθαρσίοις χρώμενος, διάνοιαν μὲν ῥυπαίνει τὴν ἑαυτοῦ, τὸ δὲ σῶμα φαιδρύνει· μηδ᾽ εἰ πάλιν ὑπὸ περιουσίας ἱερὸν ἱδρύεται λαμπροτάταις χορηγίαις, καὶ δαπάναις χρώμενος, ἢ ἑκατόμβας ἀνάγει καὶ βουθυτῶν οὐ παύεται, ἢ πολυτελεστάτοις ἀναθήμασι κοσμεῖ τὸ ἱερόν, ἀφθόνοις μὲν ὕλαις, τέχναις δὲ πάσης ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τιμιωτέραις εἰσάγων μετ᾽ εὐσεβῶν ἀναγεγράφθω. πεπλάνηται γὰρ οὗτος τῆς πρὸς εὐσέβειαν ὁδοῦ, θρησκείαν ἀντὶ ὁσιότητος ἡγούμενος, καὶ δῶρα τῷ ἀδεκάστῳ διδούς, οὐδέποτε ληψομένῳ τὰ τοιαῦτα, καὶ κολακεύων τὸν ἀκολάκευτον· ὃς γνησίους μὲν θεραπείας ἀσπάζεται· γνήσιαι δ᾽ εἰσὶν αἱ ψυχῆς ψιλὴν καὶ μόνην θυσίαν φερούσης ἀλήθειαν: *Neque ſi quis adſperſionibus, purgationibusque utens animum quidem fœdat, corpus verò nitidum reddit; neque ſi rurſus, propter divitias templum condit ſplendidiſſimis ſumtibus & profuſionibus uſus; vel hecatombas offert, nec deſinit tauros mactare; aut pretioſis donariis ex-*

ornat

quieſcerem? ². Hæc omnia manus mea fecit, ac *per me* fuerunt hæc omnia, ait Jehova. Ad hunc verò reſpicio, ad adflictum, fractum ſpiritu, & ad verbum meum contremiſcentem. ³. *Niſi hæc adſint*, qui mactat taurum, mactat virum; qui mactat ovem, decollat canem; qui offert munus *farreum*, ſanguinem porci *offert*; qui thus adolet, bene precatur iniquitati. Etiam ipſi elegerunt vias ſuas, & factis ſuis exſecrandis eorum animus delectatur. ⁴. Quare ego quoque eligam illuſiones eorum, atque id, quod timent, in eos adducam, quia vocavi eos, nec quiſquam reſpondit; loquutus ſum, nec audiverunt; fecerunt quod malum eſt oculis meis, elegeruntque quod nolui.

⁵. Au-

ſem? 2. Hæc omnia ſunt à me facta, ait Creator; verùm maximam rationem habeo hominis dolentis, humilis, atque verba Dei non ſine metu accipientis. 3. Niſi ſit in homine hæc animi adfectio, qui mactat taurum, idem facit, ac ſi mactet virum; qui offert munus farreum, idem ac ſi mactet canem, aut ſi offerret, idem ac ſi porcos offerret; qui thus adolet, bene precatur vitio. Ipſi etiam elegerunt vitæ pravum inſtitutum, & factis ſuis peſſimis delectantur. 4. Quare Ego quoque illuſiones, eorum illuſiones, & id ipſum, quod timent, in ipſos adducam; quia cùm eos vocavi, nemo reſpondit; cumque eos adloquerer, non audiverunt, ſed fecerunt, quod mihi diſplicet, elegeruntque quod vetui.

5. O vos

nat templum, copioſusve materias & artes omni argento & auro pretioſiores adhibens; piorum numero adſcribetur. Erravit enim à via pietatis, ritus ſanctitatis loco eſſe putans, & dona dans ei, qui his non capitur, numquam talia accepturo, & adulans ei, qui adulationes non admittit, & qui genuinum quidem cultum probat; genuinus autem eſt, qui animi eſt nudum & ſolum ſacrificium adferentis Veritatis. Vide & Libro de plantatione Noë p. 229. & alio de victimas offerentibus p. 850. Utrobique enim graviter oſtendit verum cultum eſſe animi cultum.

3. *Qui mactat ovem*] השה quod minutum pecus ſignificat, hoc eſt, non minùs hædum, quàm ovem.

Decollat canem &c.] Immundum ânimal & cujus ne pretium quidem offerre licuit. Vide Deut. XXIII, 18.

Munus farreum] Vide ad Levit II, 1.

Sanguinem porci offert] Repetendum eſt מעלה *mahaleh*, facit adſcendere, hoc eſt, altaris flammæ imponit. Nam in ea adolebantur thus & farina & oleum. Hoc ergo vult Eſaias adfundere oleum muneris farrei igni, prout lege juſſum erat, ſine timore Dei, & amore proximi, perinde fuiſſe, ac ſi quis pro oleo ſanguinem, & ſanguinem quidem porci, impuriſſimi animalis, flammæ altaris adfudiſſet. *Grotius* putat rem dupliciter illicitam proponi, & quia ſus immunda lege erat, & quia ſanguis omnis effundendus, non offerendus. Sed offerebatur quidem ſanguis Deo eùm ad baſin Altaris effundebatur, ſed non ſupra flammam, aut prunas Altaris. Vide Exod. XXIX, 12. Levit. XVII, 6. Solius erat Sacerdotis, ex Lege, ſic ſanguinem offerre.

Qui thus adolet] מזכיר לבנה *mazchir lbonah.* LXX. Intt. διδὺς λίβανον εἰς μνημόσυνον. Vulgatus: *Qui recordatur thuris.* Verùm eſt hic eſſe conjugationem *Hiphil* verbi, quod in conjugatione *kal* ſignificat *meminiſſe*; hæc enim eſt poteſtas vocis זכר *zachar.* Sed in Hiphil eſt *adolere*, in quam notionem quomodo à proprio ſignificatu tranſierit, doctè, ad hunc locum, oſtendit *Lud. Cappellus*, in Notis Criticis.

Bene precatur iniquitati] מברך און *mbarech aven*, benedicens iniquitati. LXX. Intt. vertunt: ὡς βλάσφημος. Latinus: *ut qui benedicit idolo. Jonathan*: מתנת אונס *mathnath ones*, munus rapinæ. Eum qui ſine vera animi Religione, & bonis moribus, ait Propheta, thus offerret, perinde feciſſe, ac ſi palam *bene precatus eſſet iniquitati*; quia ſibi homini iniquo fauſta omnia precabatur à Deo, oblatione thuris, quamvis iniquitati nuncium remittere nequaquam ſtatuiſſet.

Etiam ipſi elegerunt] גם המה בחרו בדרכיהם *gam hemmah bahberou bdarchehem*; etiam ipſi elegerunt vias ſuas. LXX. Intt. καὶ αὐτοὶ ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, rectè, nam Verbum בחר conjungi ſolet cum præpoſitione ב. Vulgatus: *Hæc omnia elegerunt in viis ſuis*, minùs commodè. Sententia eſt, Religionem Judæorum illius ævi non eam fuiſſe, quam lege ſanciverat Moſes; qui pietatem animi, cum externis ritibus, ſemper conjunctam eſſe voluerat; ſed ipſorum commentum, quo ſibi finxerant ſine timore Dei & bonis moribus, ritibus illis externis ineſſe aliquam ſanctimoniam. Hanc *viam* in vita *ſibi ipſi elegerant*, ut ritus obſervarent, virtutem verò negligerent. Ejusmodi fuerunt etiam Phariſæi, tempore Chriſti. Hinc Rabbini vocarunt *liberum arbitrium* בחירה *bhhirah*, electionem.

Factis ſuis exſecrandis] ובשקוציהם *oubſchikkoutſehem.* Aliquando commentitii Dii hac voce intelliguntur; ſed ſuperius membrum oſtendit de abominandis hominum factis agere Prophetam.

4. *Eligam illuſiones eorum*] אבחר בתעלוליהם *ebhhar btaahaloulehem.* LXX. Intt. τὰ ἐμπαίγματα, & Vulgatus: *illuſiones.* Eos ſequuti ſumus, quia התעלל in Hiphil eſt interdum *illudere.* Vide Num. XXII, 28. & 1. Sam. XXXI, 4. *Hieronymus* tamen in Comment. ἐμπαικτας *illuſtres* vertit, deteriùs. Sententia eſt: quemadmodum mihi illudunt, dum fictâ religione me colunt: ſic & ego illis viciſſim illudam, dum eos in manus Chaldæorum, quos timent, tradam. Sæpe Deus eos, per Prophetas, ad vitam caſtigatiorem revocaverat; ſed Prophetis, ac proinde ipſi Deo illuſerant.

Id quod timent in eos adducam] ומגורתם אביא להם *metum eorum in eos adducam.* Interpretamur

5. Audite verbum Jehovæ vos, qui ad id, quod dicit, contremiſcitis: dixerunt fratres veſtri, qui vos oderunt, expellúntque propter nomen meum: gloria tribuatur Jehovæ! At conſpicietur, in lætitia veſtra, ſed ipſi pudore adficientur. 6. Auditur ſonitus tumultûs ex urbe, ſonitus è Templo; ſonitus Jehovæ hoſtibus ſuis mercedem rependentis.

7. Antequàm *Sion* parturiret, peperit; antequàm oriretur ei dolor, maſculum enixa eſt. 8. Quis ſimile quidquam audivit? quis talia vidit? An parturietur terræ *populus* die uno? an unâ vice *tota* gens parietur? nam *ſimul* parturivit & peperit Sion liberos ſuos. 9. An ego uterum aperiam, nec tamen faciam, ut *mulier* pariat? inquit Jehova; annon ego facio, ut *mulier* pariat, & claudo *ejus uterum*, inquit Deus tuus?

10. Lætamini cum Jeroſolima, atque exſultate in ea, quicumque eam amatis: gaudete *eodem*, cum ea, gaudio, quicumque ejus causâ luxiſtis; 11. Ut ſugatis uber ejus conſolationum, eóque ſatiemini; ut lac mulgeatis, & delectationem capiatis ex ejus gloriæ

5. O vos; qui ad verba Creatoris contremiſcitis; ſcitote fratres veſtros, qui vos odio habuerunt, expelluntque propter nomen meum, quod reveremini: gloria tribuatur Creatori! Deprehendetur pietas veſtra in lætitia veſtra, at ipſi pudore adficientur. 6. Auditur ſonitus tumultûs in urbe Jeroſolima, atque è Templo ſonitus Creatoris, hoſtibus ſuis mercedem rependentis.

7. Antequàm Sion deprehenderetur parturire, peperit; antequam oriretur illi dolor partus, maſculus ei natus eſt. 8. Quis ſimile quidquam umquam audivit? quis tale quidquam vidit? An terræ populus poteſt unâ die parturire, & tota gens naſci? nam Sion ſimul parturivit & peperit. 9. An ego uterum aperiam, nec tamen efficiam, ut mulier pariat, inquit Jehova? annon ego, ait Deus tuus, facio, ut mulier pariat, idemque claudo uterum, inquit Jehova; annon ego facio, ut mulier pariat, & poſtea uterum ejus claudo?

10. Lætamini cum Jeroſolima, atque intra ejus mœnia exſultate, quicumque eam amatis; participes eſtote ejus gaudii quicumque, ejus causâ, luxiſtis; 11. ut ejus conſolationes quoque ſentiatis, usque ſatie-

tamur Chaldæos, quos horrebant poſtremi Judæorum Reges, & in quorum tamen manus inciderunt. *Grotius* hæc ad tempora, quæ Maccabaicis ſucceſſerunt refert, quaſi Propheta in ſuis vaticiniis temporum rationem haberet. Sed *ſpiritus propheticus* non eſt, ut ſic loquar, ſpiritus Chronologicus.

Elegeruntque quod nolui] Nempe, larvam externam Religionis, in ritibus ſitam, quâ numquam delectatus eſt Deus; qui cùm ſit *ſpiritus, in ſpiritu & veritate* eſt colendus.

5. *Qui ad id, quod dicit, contremiſcitis*] Jeremiam & paucos illos Judæorum, qui, ante & poſt captam Jeroſolimam, cum eo ſenſerunt, & minas Dei in populares contumaces timuerunt.

Expellúntque &c.] Nempe, quaſi proditores habebant eos, qui cum Jeremia verbis Dei, deditionem ſuadentis, parendum cenſebant, ut ex eo Propheta ſatis liquet, ac propterea urbe expellebant.

Gloria tribuatur Jehovæ] יכבד יהוה *ijchbad Jehova*, glorificetur Jehova. Volebant, nempe, Jeroſolimitani plerique gloriam tribui Deo, ab iis, qui contendebant, non paſſurum eum urbem ſibi ſacram à Babyloniis capi; contrà verò Jeremiam detrahere gloriæ Dei, cùm diceret, urbem in manus Chaldæorum ab eo traditum iri. Vide Capp. VII, XXVIII, & XXIX. ejus vaticiniorum.

Conſpicietur in lætitia veſtra] Nempe, Deus præſens auxilium tulit Jeremiæ & aliis cum eo ſentientibus, qui à Chaldæis ſervati ſunt. Vide Jerem. Capp. XXXIX, & XL.

Ipſi pudore adficientur] Abducti Babylonem aut coacti, metu Chaldæorum, fugêre in Ægyptum. Vide Jerem. C. XL. *& ſeqq.*

6. *Sonitus tumultûs* &c.] קול שאון *kol ſchaon vox tumultûs*, populi, nempe, ſuperſtitis & Babyloniorum captâ urbe.

Sonitus è Templo &c.] Quaſi Dei Templo excedentis, qualis poſtea in ultimo Jeroſolimæ exſcidio auditus eſt, de quo vide *Joſephum* de Bello Jud. Lib. VII. c. 31. in Græcis.

7. *Antequàm Sion parturiret peperit* &c.] Subitò & ſine tranſitione ulla ac ſine novi vaticinii inſcriptione, Propheta Jeroſolimæ & Judææ inſtaurationem prædicit. Hæc autem verba, & ſequentia quàm brevi tempore, poſt Nehemiam, novis incolis ſit inſtructa atque habitata oſtendunt. Implementum hiſtoriæ meliùs adſequeremur, niſi, unà cum Nehemia, deſineret eorum temporum hiſtoria, quam ex nullis aliis monumentis ſupplere licet. *Sion* hìc ſupplevimus, quod omnino ſubaudiendum; aut, quod eſt perinde, Jeroſolima.

8. *Quis ſimile umquam vidit* &c.] Elegantiſſima deſcriptio celeris inſtaurationis Judææ. concurrentibus undequaque Judæis, dum iis Perſarum Reges faverent, in antiquas ſuas ſedes, & omnia inſtaurantibus.

An parturietur populus] היוחל ארץ *hajoubbal erets*. Eſt ſubaudiendum poſt perſonam maſculinam יוחל nomen maſculinum עם *populus*. Ut poſſemus aliquo modo exprimere vim paſſivam conjugationis *Hophal*, paſſivè diximus *parturietur*, quamvis fortaſſe numquam ita loquuti ſint Latini. LXX. Intt. dixerunt: εἰ ὤδινε γῆ; *an parturiit terra*? ſed verbum maſculinum יוחל *joubbal* non poteſt conſtrui cum nomine fœminino ארץ. Poteſt tamen etiam eſſe conſtructio, κατὰ τὸ σημαινόμενον, nam voce *terra* ſignificatur *populus terræ*.

9. *Uterum aperiam*] אשביר *aſchbir*, frangam; hoc eſt, aperiam, ſeu faciam ut mulier ſit fœcunda, nam *claudi* dicitur uterus ſterilium.

11. *Ut ſugatis uber conſolationum*] למען תניקו תנחמיה

Digitized by Google

riæ ſplendore. 12. Sic enim dicit Jehova: en ego inclino pacem in te, tamquam fluvium, & tamquam torrentem inundantem gloriam gentium; *inſtar infantium* ſugetis, ad latus bajulabimini, úsque in genubus vos oblectabitis. 13. Sicut is, quem mater ſua ſolatur; ſic vos ſolabor, & Jeroſolimæ ſolatium accipietis. 14. Videbitis, gaudebit animus veſter, oſſa veſtra, ut tenuis herba, germinabunt, intelligetísque manum Jehovæ adeſſe ſervis tuis, & iram ejus hoſtibus illius incumbere. 15. Nam Jehova in igne veniet, & turbinis inſtar *erunt* ejus quadrigæ, ut rependat iis mercedem, in iræ ſuæ excandeſcentia, atque increpationem ſuam in flammis ignis. 16. Nam Jehova in ira, & gladio ſuo, judicium feret de omni gente, & multi erunt ab eo vulnerati. 17. Qui ſe abluunt, & purificant in hortis, more Echathæ, inter veſcentes carne porci, & *cibis aliis* abominandis, ut mure agreſti, ſimul

ſatiemini; ut lac mulgeatis, & voluptatem capiatis ex ejus gloriæ ſplendore. 12. Dixit enim Creator: en derivo in te pacem, tamquam fluvium, & tamquam torrentem, qui abripiet gloriam gentium. Inſtar infantium ſugetis lac, atque à nutrice, in genubus ejus, vos oblectabitis. 13. Vos ſolabor, & Jeroſolimæ ſolatium accipietis. 14. Eam videbitis & gaudebitis; oſſa veſtra germinabunt in pueritia veſtra, & creſcent ut tenuis herba; unde intelligetis auxilium Creatoris vobis adeſſe ejus cultoribus, & juſtitiam ejus incumbere iis. 15. Veniet enim igne cinctus, & nubibus vehetur quaſi quadrigis; ut mercedem malis rependat, in indignatione ſua, quam conferre potentis flammis ignis. 16. Creator enim malis indignatus, & gladio armatus pœnas repetet de omnibus Gentibus, quæ cultum ejus neglexerint, & multi vulnera ejus ſentient. 17. Quicumque ſe abluunt, & purgant in hortis, more qui dicitur Echatæ,

תנחומיה *lmahan thanikou thanhhumeah.* Mirum loquendi genus, ſed non inelegans, quo ſignificatur ſolatii participem eſſe.

Et delectationem capiatis ex ejus gloriæ ſplendore] והתענגתם מזיז כבודה *vehithhannagthem miz-ziz chbodah.* LXX. Intt. τρυφήσατε ἀπὸ εἰσόδου δόξης αὐτῆς. Putaverunt, ut rectè hìc obſervavit *Lud. Cappellus*, זיז *ziz* ſignificatum adfinem habere voci מזוז *poſtis* aut *limen* januæ. *Aquila:* ἀπὸ παντοδαπίας, quod ſequutus *Hieronymus* vertit: *ab omnimoda gloria. Symmachus:* ἀπὸ πιότητος, & *Theodotion*: ἀπὸ πλήθους *à multitudine*, nempe, gloriæ. Qui זיז cum Maſſorethis legunt, nullum commodum ſenſum hinc exſculpunt, cùm זיז *ziz* beſtiam ſignificet, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 29. Multi ex Recentioribus legerunt זיו *ziv* ex conjectura *D. Kimchii* (quam nequaquam ſpernendam verò ait *Cappellus*) ut ex eorum Verſionibus liquet, quas Lectores, ſi ita videatur, conſulant. Nullam tamen hìc variam lectionem habent Maſſorethæ, & conſtat *Hieronymum* legiſſe זיז *ziz* ex ejus commentario, qui ſic habet: *Qui verò poſt lac conſolationis ad ſolidum profecerint cibum deliciis adfluent veritatis, & ſcientia omnimodæ gloriæ, quæ Hebraïcè dicitur* ZIZ. *Pro quo* LXX. introïtum. *Symmachus*, pinguedinem (πιότητα) *Theodotio*, multitudinem *interpretati ſunt.* Hoc diximus ut Pſalmi LXXIX *verſum panderemus ambiguum, in quo ſcriptum eſt*: Vaſtavit eam aper de ſilva & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. *Pro eo enim, ubi in noſtris Græcis Codicibus legitur* μόνιος ἄγριος, *id eſt*, ſingularis ferus, *in Hebraïco ſcriptum eſt* ZIZ SADAI. *Quod Aquila tranſtulit* παντοδαπὴν χώραν, *hoc eſt*, omnimodum regionis. Nempe, *Aquila*, nec immeritò, exiſtimavit eâ voce *omnis generis feras* ſignificari, unde etiam hìc habuit παντοδαπίαν δόξης, ſed incommodè. *Symmachus* videtur legiſſe מזית *mizzajith*, quæ vox apud Arabas, ut animadvertit *Cappellus*, non *oleam*, ut apud Hebræos, ſed *oleum* ſignificat, unde πιότητα vertit, verùm parum aptè. *Theodotion*: ἀπὸ πλήθους, quia voce Hebraïcâ putavit propriè multitudinem ferarum ſignificari. Nos ſentimus cum *Kimchio* & recentioribus.

12. *En ego inclino*] Vel *mox inclinabo*, ea enim eſt ſignificatio voculæ הן & הנה *hinneh*, ecce. *Inclinare* dicitur Deus *fluvium pacis*, quaſi eum è cœlo demittens. Hæc verò, ut & pleraque è ſequentibus pertinent ad vocationem Gentium, ad cognitionem Dei; cum quibus *pacem* habituri erant Judæi Chriſto credentes, poſtquàm & ipſi ad eum adducti eſſent. Propheta, ut alibi ſæpe, à ſenſu proprio ſenſim, ac ſine ſenſu ad ſpiritualem progreditur. Vide & ad Cap. LIII. initium.

Pacem in te] Dabo operam, ut altâ pace fruaris, cùm hoſtibus vicinis & remotis. Cùm enim Judæi aliarum gentium omnium hoſtes eſſent, vix umquam certa quiete frui poterant; cùm aliæ Gentes & quidem potentiores ſimilia iis odia redderent; ita ut induciæ potiùs eſſent, quàm vera pax; qua numquam potuere frui, niſi ſub Imperio Romano, & præſertim quidem Chriſtiano, poſtquàm multi eorum eſſent etiam Religionem Chriſtianam amplexi.

Tamquam fluvium & tamquam torrentem &c.] Per totum, nempe, Imperium Romanum, quod ſolum populis omnibus & præſertim Judæis pacem præſtare potuit. Id autem vocatur meritò *gloria gentium*, cùm in excultiſſima Orbis terrarum parte nihil ei fuerit par, aut ſecundum.

Inſtar infantium ſugetis] ינקתם *jinaktem*, ſupplevi *inſtar infantium* perſpicuitatis causâ. Hæc autem comparatio cum infantibus eò ſpectat, ut ſignificet Popheta, Judæos blandè & amicè habitum iri à Chriſtianis ad quorum Religionem ſe ſe adgregarint. Deſcribitur enim hìc infantilis ætas, in qua primùm infanti ubera præbentur, cùm brachio *ad latus* geſtatur, aut genubus matris vel nutricis inſidet. Hæc non experti ſunt Judæi ab Ethnicis, dum uterque populus priſcis Religio-

Digitized by Google

mul abſumentur, ait Jehova. 18. Ego facta eorum, & cogitationes *novi*, *&* veniet *tempus*, quo congregem omnes gentes, & linguas, conveniantque, & gloriam meam videant.

19. Po-

chatæ, unà cum hominibus, qui comedunt ſuillam & cibos alios abominandos, ut murem agreſtem, ſimul peribunt, ait Creator. 18. Eorum ego facta & ipſas cogitationes novi, atque aderit aliquando tempus, quo congregem omnes Gentes, quibuscumque linguis utantur; conveniéntque, & gloriam

gionibus adhæſit, ſemper enim inimici inter ſe fuere; ſed poſtquàm ſunt conjuncti in unum populum Chriſtianum, cùm ſublatum prorſus fuiſſet, τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, ut loquitur Paulus, Ephel. II, 13. tum verò fuit æterna pax. Sed & hæc, & ceteræ Prophetiæ ad hominum facta pertinentes ita ſunt capiendæ, ut Deus omnia feciſſe intelligatur; quæ per ſe poterant fieri, ut homines, naturæ liberæ, beneficiis, quæ pollicetur, frui poſſent, ſi modò vellent; omniáque adhiberet argumenta, ut perſuaderentur. Quod ubi factum eſt, ſi eventus non ſequatur, nequitiâ & pertinaciâ hominum; non eſt hæc culpa Dei, ſed eorum, qui noluerunt beneficiis ejus uti. Impleta ſunt vaticinia, ad Deum quod adtinet, qui nihil, quod ab eo exſpectari poterat, omiſit; nec quisquam poteſt queri, quaſi per Deum ſtetiſſet, quo minùs, totâ ſuâ amplitudine, eventum ſortirentur. Quod eò ſpectat, ne quis putet, impletum non fuiſſe, quod homines, ne pleniùs impleretur, obſtiterunt; quemadmodum fecerunt Judæi, qui non eo numero, quo debebant, ſeſe Chriſtianæ Eccleſiæ adgregarunt. Satis eſt per Deum non ſtetiſſe, quo minùs hoc fieret.

14. *Videbitis* &c.] Hoc eſt, omnia fient, ut omnes Judæi videre hæc poſſint & gaudere, ac reverà multi videbunt & gaudebunt; quamvis multò plures eorum beneficiorum participes eſſe potuerint, è quibus non ſunt excluſi, niſi culpâ ſuâ.

Oſſa veſtra germinabunt &c.] Hoc eſt, ut herba revireſcit & germinat rore & pluviâ: ſic vos beneficiis divinis ad ſtatum feliciorem multò pervenietis, niſi culpa veſtra obſtiterit.

Hoſtibus illius] Veritatis, nempe, divinæ adeóque Evangelicæ; tam inter Judæos, quàm inter Ethnicos.

Incumbere] Sententia eſt à nobia reddita, cùm verba non poſſemus. Eſt enim verbo tenus: *cognoſcetur manus Jehovæ cum ſervis ſuis* (favens, nimirum) *& ira cum hoſtibus illius*; erga hoſtes veritatis.

15. *In igne veniet* &c.] Sub imagine *ignis* paſſim Divina Juſtitia deſcribitur, quia nihil eſt, in naturis corporeis, efficacius, violentius & formidoloſius igne. Vide Deut. IV, 24. XXXII, 22. Pſ. XVIII, 9. &c. Quin etiam Deus in partem hoſtium ſuorum, rebellium, nimirum, Jeroſolimitanorum, ignem ſævire paſſus eſt in conflagratione Templi & aliorum ædificiorum.

Turbinis inſtar &c.] Vide ſimilem iræ divinæ deſcriptionem Pſ. XVIII.

16. *In ira & gladio* &c.] Hæc aliò jam videntur pertinere; nempe, ad ipſos Judæos, vicinosque populos, in quos Chaldæi ſævire. Vaticinia non ſunt ita connexa, ut ordo temporum ſervetur. Sæpe nunc ad remotiora tempora, mox ad propiora reſpiciunt, unde ad ſeriùs eventura redeunt. Nunc ad populum quemdam pertinent, nunc ad alium; neque eſt vis verbis adhibenda, ut ſeries quædam eventuum, quibus conveniant, inveniatur; ſed adtendenda ea, quæ poſt vaticinia contigerunt, ſi quæ ſint, in quæ quadrent. Vide *Joan. Smithum* de Prophetia Cap. XIII. Reg. 2.

17. *Qui ſe abluunt*] המתקדשים *hammithkaddeſchim*, ſanctificantes ſe: ſed eæ ſanctificationes ſitæ erant in ablutionibus. Iidem ſpectantur, de quibus egit Propheta, antecedente Cap. vera. 10. & 14.

More Echathæ] Eſt in textu אחר אחד *abhar ehad*, ſed Maſſorethæ, in margine, monent, legendum אחת *ehhath*. LXX. Intt. ἐν προθύροις, & *Hieronymus*: *poſt januam*. Quæ quid adfine habeant cum Hebraïcis non video. *Symmachus* & *Theodotio*, ait Hieronymus, *hunc locum ſic interpretantur*: qui ſanctificamini & luſtramini in hortis, alter poſt alterum, (ὀπίσω ἀλλήλων, ut habet ex iis Procopius) inter eos, qui comedunt carnem ſuillam & abominationem, & murem, ſimul deficient, dicit Dominus; *volentes oſtendere non ipſos comedere carnem ſuillam & abominationem & murem, qui ſanctificantur in hortis, alter poſt alterum; ſed eos, qui luſtrantur, verſari cum eis, qui comedunt, quæ probibita ſunt*. Videntur legiſſe, aut legendum putaſſe אחר אחר, *Jonathan* etiam habet: סיעא בתר סיעא, *turba poſt turbam*. Sequuti ſumus Maſſorethas, & אחת interpretamur *Hecatam*, ſeu Lunam, ut jam diximus ad C. LXV, 10. ubi vide notata. Agit Propheta de improbis Judæis, qui clam Ethnicas luſtrationes ſuſcipiebant, in hortis clauſis, ubi Ethnico more ſacra faciebant, atque illicitis carnibus veſcebantur; quamvis Judæos ſe Jeroſolimæ ſimularent. Jam אחר אחת *poſt Echatham* perinde eſt ac *more Echathæ*. Sic *ire poſt cogitationes ſuas*; eſt more ſuo vivere C. LXV, 2. & *ire poſt Baales*, ſequi religionem *Baalum*, atque ex eorum inſtitutis vivere. Sed quæ eſſent inſtituta Orientalium, in hac re, tot amiſſis Veterum monumentis, non ſatis notum eſſe mirum videri nequit. Hoc unum quod huc facere poſſe videatur occurrit, apud *Herodotum* Lib. II. c. 47. ubi docet, apud Ægyptios, ſuem immundiſſimam fuiſſe, nec Diis aliis mactari ſolitam, ſic pergit: Σελήνῃ δὲ καὶ Διονύσῳ μούνοισι, τοῦ αὐτοῦ χρόνου, τῇ αὐτῇ πανσελήνῳ τοὺς ὗς θύσαντες πατέονται τῶν κρεῶν: *Lunæ verò & Baccho ſolis, eodem tempore, eodem plenilunio mactata ſue carnes deguſtant*. Ait rationem ejus rei tradi ab Ægyptiis, ſed quam, ſuperſtitionis cauſâ, dicere non audebat. Tum hæc

ſequuntur

Digitized by Google

19. Ponam in iis ſignum, mittámque ex iis, qui evaſerint, ad gentes Tharſiſiorum, Philenſium, & Æthiopum arcum tendentium, Tibarenorum, Græcorúmque, & Inſularum remotarum; quæ famam meam non audiverint, nec gloriam meam viderint;

riam meam videbunt.

19. Erit ſignum, quo dignoſcentur, mittamque, ex iis, qui evaſerint ad Gentes Tharſiſiorum, & Æthiopum arcum tendentium, Tibarenorúmque, Græcorumque, & Inſularum remotarum; qui nondum famam meam audiverint, & qui tunc

ſequuntur: θυσίη δὲ ἥδε τῶν ὑῶν τῇ Σελήνῃ ποιέεται. ἐπεὰν θύσῃ, τὴν οὐρὴν ἄκρην, καὶ τὸν σπλῆνα καὶ ἐπίπλοον συνθεὶς ὁμοῦ, κατ' ὦν ἐκάλυψε πάσῃ τοῦ κτήνεος τῇ πιμελῇ τῇ περὶ τὴν νηδὺν γινομένῃ· καὶ ἔπειτα καταγίζει πυρί, τὰ δ' ἄλλα κρέα σιτέονται ἐν τῇ πανσελήνῳ ἐν τῇ ἂν τὰ ἱρὰ θύσωσι. *Sacrificium autem hoc ſuum Lunæ fit. Poſtquàm qui ſacra facit mactavit ſuem, extremam caudam & lienem, & omentum ſimul componens, adipe omni, qui circa alvum pecudis eſt, ea operit, deinde igni adolet. Reliquis carnibus plenilunii die veſcuntur, quo die ſacra fecerint.* Nec eſt incredibile quoniam hìc, apud Prophetam, mentio fit Lunæ, Menſis & carnis ſuillæ, ad ſimile quoddam ſacrum, clam apud Judæos factum, reſpici.

Inter veſcentes carne porci] Quod vertimus *inter*, eſt Hebraïcè בְּתוֹךְ quaſi hìc deſineret ſenſus; ſed conjungimus cum ſequente voce, & legimus בָּתוֹךְ, ut fecerunt *Symmachus*, & *Theodotion*.

Cibis aliis abominandis] השקץ haſſchekets *abominatione*.

Mure agreſti] והעכבר *habachbar*; de qua voce vide *Bocharti* Hieroz. P. 1. Lib. III, c. 34.

18. *Ego*] *Et ego.*

Novi] Quaſi ſcriptum eſſet ידעתי *jadahtbi*, quod aut legendum, aut certè ſubaudiendum eſt. Sic *Jonathan*: קדמי גלן *ante me revelata*, aut *aperta ſunt*. Reſpicit ad ſacra illa occulta, quæ fiebant in hortis, clam omnibus, exceptis ſymmyſtis; aitque, hæc, licèt aliis ignota, ſibi eſſe notiſſima. Rectè, inter Recentiores, *Leo Judæ* ſupplevit hìc *ſcio*, quem & alii nonnulli ſunt ſequuti. Ceteri nihil niſi durum & contortum, habent. Vide & *Lud. Cappellum* ad hunc locum.

Veniet tempus] Eſt באה *baah*, participium fœmininum, unde, ut etiam ex re ipſa, ſatis liquet, ſubaudiendam; aut, ſi excidit, exprimendam voculam עת *tempus*, quæ eſt communis generis. Nec raro conjungitur עת cum verbo בא *bo*, venire, ut Concordantiæ docebunt. Ideóque plerique Recentiorum, quos inſpexi, expreſſerunt. Ac ſanè niſi & hìc *tempus* & antea *novi* ſuppleantur, pendet planè ſententia & ſolœca etiam eſt oratio. Sic LXX. Intt. Κἀγὼ τὰ ἔργα αὐτῶν καὶ τὸν λογισμὸν αὐτῶν ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη. Ubi ἔρχομαι eſt pro בא, non באה. Vulgatus etiam: *Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum venio, ut congregem.* Sed *ego* non poteſt conjungi, quandoquidem Deus, non fœmina, loquitur, cum participio fœminino באה; & videtur dicere Propheta Deum *venire*, *ut opera & cogitationes congreget*, quod eſt abſurdum. Sed non commodiùs verterunt nonnulli Recentiores, qui duas, quas diximus, voculas, ſupplere noluerunt. Vide verſionem *Franc. Junii*, ejúsque interpretationem à *Joan. Piſcatore.*

Quo congregem omnes gentes &c.] Antecedentia videntur ſuadere hìc agi de judicio Dei, quo pœnas de Judæis Idololatris ſumturus erat, ſpectantibus pluribus gentibus; quod non malè quadrat in exſcidium Judææ, per Nebuchadneſſaris copias, quæ è variis populis conſcriptæ erant. Sed malim hìc ἐπέχειν, quàm quidquam temerè adfirmare; video enim hìc lat multos, quos fugiam, neminem, quem tutò ſequi poſſim.

19. *Ponam in iis ſignum*] ושמתי בהם אות *veſchamthi bahem oth*. Ex antecedentibus ſi ratiocinemur, בהם *bahem*, in iis, referri debet ad גוים *gojim*, gentes. Tota difficultas ſita eſt in voce אות *oth*, ſignum, quæ non videtur idem eſſe ac נס *nes*, vexillum, quod editis in locis collocabatur, ad copias ad id convocandas, ut conſtat, ex variis hujuſce Prophetæ locis; ſed potiùs aliud *ſignum*, ad quod concurrentes ſalvi & incolumes erant, quamobrem dicuntur פליטים *phletim*, qui evaſerint. Sed quinam ſunt, quos eo nomine ſignat Propheta? Judæi eſſe nequaquam videntur è Judææ clade dimiſſi, qui per omnes gentes exſcidium Jeroſolimæ, in quo gloria Dei emicuerat, narrarent; ii enim, quibus pepercerunt Chaldæi, aut abducti ſunt in Chaldæam, aut relicti, ut patrium ſolum colerent, ne prorſus deſolaretur. Improbi verò Judæi, qui in Ægyptum fugerunt, diſſuadente, ex mandato Dei, Jeremiâ, potiùs defecerunt à Religione Judaïca, quàm gloriam Jehovæ nunciarunt, ut ſatis patet è Jeremia. Vide Cap. XLIV, ejus Prophetæ.

Itaque cùm *Prophetiæ lumen*, ſit *lumen abruptum*, ut loquuntur Judæi, crediderim Prophetam, qui jam cœperat vers. 12. de vocatione Gentium ad cognitionem Dei loqui, atque abruperat, quod dicere cœperat, ut Idololatrarum Judæorum cladem prædicaret; eò, unde digreſſus erat, reverti, & agere hìc de iis qui, Judaïſmo relicto, fidem Religioni Chriſtianæ habituri eſſent, & quaquaverſùm eam ſparſuri. Certè in neminem alium quadrant, quæ hìc habentur; nam quod habet *Grotius* de Judæis, poſt clades ab Antiocho acceptas, ſuperſtitibus, qui auxilia è regionibus, quæ memorantur, eſſent petituri, id verò nullâ hiſtoriæ fide nititur; nec Gentium auxilio jugum ejus excuſſerunt.

Tharſiſiorum] גוים תרשיש *gojim Tharſchiſch* Poſterior vox cum priore non conſtruitur, ſed per adpoſitionem additur, eſt enim nomen proprium, ut & ſequentia. Significantur autem Tharſiſiæ Macedonica & Hiſpanica, de quibus vide ad Genes. X, 4. ad eas enim pervenit Evangelium, & ſat citò quidem in Macedoniam,

rint; atque, apud gentes, gloriam meam nunciabunt. 20. Adducent omnes fratres veſtros ex omnibus gentibus, quaſi manus Jehovæ, vectos equis, curribus, lecticis, mulis, & camelis, ad montem mihi ſacrum, Jeroſolimam, ait Jehova: quemadmodum Iſraëlitæ adferunt munus *farreum* in vaſe mundo, in Ædem Jehovæ. 21. Ex iis etiam ſumam *mihi*, qui ſint Sacerdotes, & Levitæ. 22. Nam ſicut cœli novi, & terra

tunc temporis gloriam meam nunciabunt. 20. Iidem omnes fratres veſtros; hoc eſt, Deo omnium Creatori credentes; adducent è cunctis Gentibus, quaſi munus Creatori, Jeroſolimam, omni genere vehiculorum, & jumentorum vectos; 21. ex quibus etiam mihi eligam, qui muneribus Sacerdotum, & Levitarum in Æde Creatoris fungantur. 22. Nam ſicut cœli, & nova terra, quæ molior, durabunt coram me: ſic & poſteritas veſtra & nomen veſtrum ſtabunt in conſpectu veſtro. 23. Sin-

niam, ut ex Actis conſtat, ſeriùs aliquantò in Hiſpaniam. LXX. Intt. habent εἰς τὰ ἔθνη εἰς Θαρσὶς, Hieronymus: *in mare*, quod de Oceano interpretantur, & hìc regionem Indiæ intelligunt. Malim de aliis Tharſiſiis intelligere, in quas Evangelium perveniſſe conſtat, intra duo ſæcula, à Chriſti adſcenſu in cœlum elapſa; cùm, quæ dicuntur de Indis ad Chriſtum adductis, miniſterio Thomæ, & Bartholomæi, incertiſſima ſint.

Phileníium] פול *phoul*. Cùm *Phoul* conjungatur cum לוד *Loud*, & cùm *Loud* ſit Æthiopia ad Auſtrum Ægypti, hoc cum ſono vocis conjunctum perſuadet ſignificari hìc *Philen*, urbem ad Nilum fluvium, centum ſtadiis ſupra Syenen, in parva inſula, quæ Æthiopas inter & Ægyptios ambigui juris fuit; quod multis Veterum locis illuſtrat *Sam. Bochartus* Phalegi Libro IV. c. 26. inter quos miror non eſſe *Herodotum*, iis, qui ab eo memorantur, antiquiorem, & qui Lib. II. ſæpiùs *Elephantines* meminit, ejuſdem urbis, aut certè vicinæ. Nempe, פיל, ut obſervat idem *Bochartus*, Syris, Chaldæis, Arabibus, Æthiopibus, eſt *Elephas*, unde nomen loco factum, quem Incolæ quidem, Ægyptiacâ, aut Æthiopicâ linguâ utentes, vocaverint *Phil*, Græcè verò loquentes *Elephantinem*. Ægyptiis urbibus pluribus fuit nomen Ægyptiacum, & nomen Græcum. Sic quæ *Tſin* צין Ægyptiis dicta, Græcis fuit Πηλούσιον; *On* prioribus, *Heliopolis* poſterioribus. Mutatum hìc י in ו & פול *phoul* dictum pro פיל *phil*, quod & aliis nominibus non infrequens. Adi de ceteris *Bochartum*. LXX. Intt. ΦΟΥΔ habent pro ΦΟΥΛ errore Græcorum Librariorum, ex ſimilitudine litterarum nato. Hieronymus, *in Africam*, nimis laxè miſcuiſſe videtur פול *phoul* cum פוט *phout*, quod nomen fuit Africæ, à Tritonide palude ad Oceanum Atlanticum, ut pluribus oſtendit *Bochartus* Cap. XXXIII. ejuſdem Libri. *Jonathan* habet פולאי *pholaë*.

Æthiopum] לודים *loudim*. Quos Æthiopas fuiſſe probavit *Bochartus*, & nos ex loco Jeremiæ confirmavimus ad Gen. X, 13. Malè Veteres, è ſolo nominis ſono, *Lydiam* interpretati ſunt. Huc facit hiſtoria Eunuchi Candaces Meroës Reginæ, Act. VIII, 27.

Tibarenorum] תובל *thoubal*, de quo vide dicta ad vers. 3. ejuſdem Cap. Geneſews. Intelliguntur Tibari, vel Chalybes, Aſiæ minoris ad Pontum Euxinum, quâ in Orientem vergit, populi. LXX. Intt. καὶ Μοσὸχ καὶ εἰς Θοβὲλ, quia *Thubal* cum *Meſech* ſolet conjungi, & alia fuit regio prope Moſchicam, quæ etiam *Thubal* à ferrariis fodinis dicta eſt. Malè *Italiam* interpretatur *Hieronymus*, nam neque uſquam ſic vocatur; & ſub nomine *Inſularum remotarum* continetur.

Græcorúmque] ויון *vejavan*. *Javanem*, vel *Ionem* Græcos eſſe oſtendimus, poſt *Bochartum*, ad Gen. X, 2. quo nomine potiſſimùm Græcos Aſiæ Minoris adpellarunt, qui hìc aptè conjunguntur cum Tibarenis, Ponti populis. Ad hos & illos facilè pervenit Evangelium, curâ Eccleſiarum, quas in Aſia Minore condidit Paulus Apoſtolus. *Græciam* hìc habet Latinus, ut Græci Ε'λλάδα, minùs commodè; quia ubicumque erant Græcè loquentes, non erant tamen *Græciæ*; quo nomine vocata eſt tantùm notiſſima illa regio Europæ; non Aſiæ, de qua hìc ſermo eſt. Nemo Aſiæ Minoris oram maritimam, quæ à Græcis potiſſimùm incolebatur, *Græciam* vocavit, quamvis non diffitear partem Italiæ Orientalem *Magnam Græciam* dictam.

Inſularum remotarum] Inſularum & Pæninſularum ab Aſia remotiorum, in mari interno, ad Hiſpaniam uſque, quod ſæpiùs diximus ad hunc Prophetam, ut ad Capp. XLI, & XLII.

Gloriam meam nunciabunt] Non tantùm hiſtoriam V. T. & facta Dei in gratiam Populi Hebræi, ut velle videtur *Grotius*, ſed & longè excellentiſſimam Dei naturam, quam meliùs norant Chriſtiani quàm Judæi, & Hiſtoriam, Oeconomiámque Evangelicam; in quibus Dei beneficentiſſimi omnium hominum Creatoris virtutes multò magis elucent, quàm in antiquato Fœdere, & doctrina præſertim de Chriſto Judæis ignorata, exponitur perſpicuè, quæ nonniſi obſcurè in V. T. exſtabat. Hæc multò præſtantiore ſenſu *gloria Dei* dici poſſunt, quàm ejus revelatio, & facta, ante Chriſtum natum, inter Judæos.

20. *Adducent omnes fratres*] Putat *Grotius* ſententiam loci hanc eſſe: in honorem Dei, Græcos & Romanos reſtituturos & domum remiſſuros, cum honore, captivos, quos bellis Macedonico, & Syriaco ceperant. Sed factum hoc fuiſſe, nulla docet Hiſtoria. Poſſent fortè hæc Judæi referri ad multitudinem Proſelytorum & Σεβομένων, quam ex toto orbe ad cognitionem Dei adduxerunt; verùm hoc nihil eſt propemodum, ſi conferatur cum ingenti numero hominum, quem ex quavis gente, imò etiam ex ipſis Judæis, præcones Evangelii Chriſto lucrifecerunt, præſertim poſt everſum Templum Jeroſolimitanum. Hi omnes dicuntur *fratres* Judæorum, hoc eſt,

ra nova, quæ facio, ſtabunt in conſpectu meo, ait Jehova: ſic & poſteritas veſtra, & nomen veſtrum ſtabunt. 23. Singulis neomeniis, & ſingulis Sabbathis, omnis caro veniet, ut coram me adoret, inquit Jehova. 24. Egredientur verò, & videbunt cadavera eorum, qui à me defecerint; nam vermis eorum, non morietur, nec ignis exſtinguetur, atque omni carni faſtidio erunt.

23. Singulis Noviluniis, & Sabbathis omne genus hominum veniet, ut me adoret, ait Creator. Hi verò, ſingulis Neomeniis, & Sabbathis, venient, ut me adorent, ait Creator. 24. Hi verò, ubi venerint, videbunt cadavera eorum, qui à me ad Idolorum cultum defecerint; nam vermis, quo rodantur, non deerit, nec ignis, quo urantur, extinguetur, atque omnibus faſtidio erunt.

eſt, myſtici Iſraëlis, qui omnes homines, ſine diſcrimine, in ſinum ſuum recepit.

Vectos equis &c.] Hæc ſunt ornamenta & veluti πάρεργα imaginis propheticæ, quæ non ſunt ſeorſim excutienda, quaſi ad ſummam rei ſingula quidpiam facerent. Satis eſt hoc ita intelligi, ut undecumque homines ad Chriſtum adductos ſciamus.

Vectos equis] *In equis, in curru* &c.

Lecticis] בצבים *battſabbim*. LXX. Intt. & *Theodotion*: ἐν λαμπήναις, *Aquila*: ἐν σκεπαστοῖς, Latinus: *in lecticis*, quem ſequuti ſumus, cùm hoc ſolum conſtet fuiſſe vehiculi genus; ex re ipſa & uſu vocis, apud Chaldæos.

Mulis] בפרדים *bappheradim*, quâ voce LXX. *Aquila* & *Theodotion* & Vulgatus, ἡμιόνους, *mulos*, intellexerunt, *Symmachus*: καρρούχας, carpenti genus. *Muli* intelliguntur, ut docet *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 19.

Camelis] בכרכרות *bacchircharoth*. LXX Intt. σκιάδια, *Symmachus*: φορεῖα, Latinus: *carrucas*. Sed memoratis aliis jumentorum & vehiculorum generibus, *camelos* memorari ſatius erat intelligi, quibus in longinquis itineribus Orientales quàm maximè uti ſolebant, cùm huic interpretationi Arabicæ Linguæ uſus faveat. Qua de re eumdem vide *Hieroz*. P. 1. Lib. II. c. 4. ubi Dromadas intelligi, non ſine ratione, conjicit. Omne fermè jumentorum, exceptis aſinis, brevi dumtaxat itineri aptis, & vehiculorum genus memoratur; ut intelligat Lector homines adducendos ad Chriſtum è quavis gente fuiſſe, quemadmodum factum eſt.

In montem mihi ſacrum &c.] Intelligitur, ut alibi, Eccleſia Chriſtiana, in qua luculentiùs multò impletum eſt vaticinium, quàm in Jeroſolima terreſtri, ut jam diximus.

21. *Qui ſint Sacerdotes & Levitæ*] Qui fungantur miniſterio ſacro, in Eccleſia Chriſtiana; nam propriè ſi intelligas, verum non eſſet; cùm Sacerdotes & Levitæ non fierent, apud Hebræos, ſed naſcerentur & quidem è poſteris Levis, quibus nulli alii cooptari poterant.

22. *Cæli novi & terra nova*] Eccleſia, nempe, Chriſtiana, cui ſoli hæc deſcriptio competit; nam ſtante cultu Levitico, eodem modo ac olim, non poterat Judæorum Reſpublica vocari *cælum novum*, *& terra nova*, cùm omnia in ea ſemper futura fuiſſent antiqua. Vide C. LXV, 17. Reverâ tantum eſt diſcrimen inter Judaïcam doctrinam, & Religionem Chriſtianam, ut Chriſtianiſmus *novum cælum*, *& nova terra* dici queat, & quidem jure merito. Leges Judaïcis oppoſitæ & novæ leguntur, Matth. V, *& ſeqq.*

Poſteritas veſtra &c.] Spiritualis, nempe, atque Iſraël Dei; nam carnalis Iſraël prorſus excidit prærogativâ ſuâ, eò quòd Evangelium aſpernatus ſit.

23. *Singulis neomeniis* &c.] *A menſe ad menſem ejus, à Sabbatho ad Sabbathum ejus.* Diebus, nempe, feſtis quicumque futuri erant, qui nomine veterum feſtorum deſcribuntur; quod eſt propheticum משל, ſeu ſimilitudo occulta, qua utuntur Prophetæ, dum res ad ſpiritualem Iſraëlem pertinentes nominibus antiquarum carnalis Iſraëlis rerum ſignificant.

Omnis caro] Omne hominum genus, ſine diſcrimine.

24. *Cadavera eorum* &c.] Deſcribuntur hîc Judæi contumaces, inſtar cadaverum ſine vita; quæ abroduntur à vermibus, donec vel minima caro in iis ſupereſt; quia, nempe, numquam, dum contumaciæ ſuæ indulgent, quemadmodum adhuc fecerunt, ſine ſpe ulla reſtitutionis, jacebunt.

Neque ignis exſtinguetur] Oppida eorum ſemper deſolata manebunt, quaſi igne ἀσβέστῳ abſumerentur.

Omni carni faſtidio erunt] היו דראון לכל בשר *bajou draon lchol baſchar*. דראון *draon* extat tantùm in hoc loco & Dan. XII, 2. ubi conjungitur cum חרפות *hharaphoth*, opprobriis; unde colligere licet ſimile quidpiam hîc ſignificari, & ſimul quidpiam quod conveniat cadaveribus, aut ſceletis, quale eſt *faſtidium*, quod inſpicientibus creant. Deduci queat à radice Chaldaïca, Samaritica, atque Arabica דרא *diſperſit*, *diſſipavit*; qui ſignificatus huic rei non malè convenit; ubi ſermo eſt de oſſibus inſepultis jacentibus, quæ huc illuc ventis raptantur ac diſſipantur in terræ ſuperficie, unde ſequitur, ut ſint omnibus faſtidio. LXX. Intt. εἰς ὅρασιν, quaſi legiſſent לראון *lraon* à ראה *vidit*. Vulgatus: *in ſatietatem viſionis*, quod convenit cum faſtidio, cui futuri erant, apud omnes populos; quaſi compoſita vox eſſet ex די *dai* ſufficientia, & ראה *raah*, vidit, quod eſt coactum. Eas autem pœnas, ab excidio usque Jeroſolimæ, Judæi, ubicumque ſint, Divinæ Juſtitiæ luunt, & luent, niſi reſipiſcant.

COMMENTARII IN ESAIAM FINIS.

JEREMIÆ
HANATHOTHENSIS
SACERDOTIS
PROPHETIÆ,
TEMPORIBUS

JOSIÆ, JEHOJAKIMI, ET SEDEKIÆ REGUM

EDITÆ.

Digitized by Google

LIBER
JEREMIÆ PROPHETÆ.

Mandata à Deo Jeremiæ data, ut munere Prophetico fungeretur.

1. VERBA Jeremiæ, Chilkijæ filii, è Sacerdotibus, qui erant Hana- Caput I.
thothis, in terra Benjaminis : 2. ad quem *Jeremiam* verba Jehovæ
facta ſunt, temporibus Joſiæ, Amonis filii, Regis Judæ, tertio de-
cimo anno, ex quo regnabat, 3. & temporibus Jehojakimi, Joſiæ
filii, Regis Judæ, donec exacti eſſent undecim anni Sedekiæ, Jo-
ſiæ filii, Regis Judæ, uſque ad migrationem Jeroſolimæ, menſe quin-
to. 4. Verbum Jehovæ ad me *factum* eſt, in hanc ſententiam.
5. Priusquàm te formarem in utero, te noram, antequàm exires è matrice, te con-
ſecraram, prophetámque Gentibus *multis futurum* conſtitueram. 6. Ego verò, ah!
Do-

P A R A P H R A S I S.

1. JEREMIÆ Prophetæ, Chilkijæ Filii, Sacerdotis Hanathothenſis, in Tribu Benjaminis; 2. & cui Deus voluntatem ſuam patefecit, regnante in Juda Joſiâ, Amonis F. anno ejus regni decimo tertio, ex quo regnabat; 3. Jehojakimi, Joſiæ Judæ Regis F. ad annum undecimum Sedekiæ, quo migravit Jeroſolimâ, menſe anni quinto; 4. quo tempore, hæc ſunt ei Prophetæ revelata; in hanc ſententiam:

5. Prinſquàm, ô Jeremia, te formarem in utero matris tuæ; jam ſtatueram, te mihi conſecrare, ut te, Prophetæ nomine atque auctoritate, ad plures Gentes mitterem. 6. Ego verò, qui excuſatum eſſe me cupiebam, dixi: ah! Domine Creator, neſcio ita loqui, ut idoneus tuus interpres eſſe poſſim, ſum enim adhuc puer.
7. At

C O M M E N T A R I U S

In Caput I.

1. H*Anathotis*] *Euſebius* de hac urbe, πόλις κλήρου Βενιαμὶν, ἱερεῦσιν ἀφωρισμένη περὶ τὴν Αἰλίαν, ὡς ἀπὸ σημείων γ'. ἐντεῦθεν Ἱερεμίας ὁ προφήτης: *Hieronymo* Interprete: *civitas ſortis Benjamin, Sacerdotibus ſeparata, in tertio ab Ælia* (Jeroſolima) *milliario, de qua & Jeremias Propheta fuit.*

2. *Ad quem verba Jehovæ facta ſunt*] *Cui fuit verbum Jehovæ ad eum* &c. Superiora verba hæc, & ſequentia verſûs tertii ſunt veluti, inſcriptio totius hujuſce Libri; qui complectitur prophetias Jeremiæ, ab anno 13. Joſiæ, Regis Judæ, ad 11. annum Sedekiæ, ejus filii; hoc eſt, ab anno DCXXIX. ante Chriſtum, ad annum ante eamdem Æram DLXXXVIII. hoc eſt, 41. annos. An ſint autem hæc omnia Jeremiæ, per tot annos, vaticinia; an alia præterea fuerint, non conſtat.

3. *Donec exacti eſſent*] His verbis ſignificat Jeremias, vel qui hanc inſcriptionem vaticiniis ejus præfixit, non tantùm vaticinatum eum eſſe, regnante Joſiâ, & Jehojakimo, ſed etiam per totum Sedekiæ Regnum; quod fuit undecim annorum, & per quod potiſſima vaticinia Jeremias edidit. Vide Chronologiam Propheticam.

4. *Verbum Jehovæ* &c.] *Et fuit verbum Jehovæ ad me* &c, Videtur hæc revelatio, aut prima, aut inter primas fuiſſe, ut ex re ipſâ colligere eſt. Itaque crediderim à Propheta vocem hanc in ſomnis auditam, tempore Joſiæ, aut Jehojakimi.

5. *Te formarem*] אֶצָּרְךָ. Sic punctant Maſſorethæ, incommodè, ſi enim eſt à יצר, debebat ſcribi & punctari אֱצָר, ſi verò è צור ſcribendum & puntandum אָצוּר. Formæ illæ dubiæ mendoſæ eſſe videntur, quidquid hodie ſentiant Judæi & Chriſtiani eorum imitatores. Formatio autem hominis in utero materno Deo tribuitur, ac reverâ divinum eſt opus corpus humanum, ut jam rectiùs philoſophantes verè docent. Vide & Job. X, 8. *& ſeqq.* & Pſ. CXXXIX, 15. Epicurei, qui putabant, omnia animalia nata eſſe, ex luto & calore, quod *Lucretius* tueri conatus eſt, manifeſtò delirabant, nec opus eſt, ut quisquam eos confutet, in hac luce Phyſicorum ſtudiorum.

Te noram] Hoc eſt, ſtatueram te creare, tuáque opera uti; ad ea, nempe, quæ mox ſequentur. Niſi enim velit Deus hominem in utero formari & naſci; non poteſt dici ſcire hoc futurum, cùm tota res ab ejus ſolius voluntate pendeat.

Te conſecraram] הקדשתיך *hikdaſchthicha*. Hoc eſt, apud me te ſepoſui, velut hominem ad vatici-

nandum

Domine Jehova, inquam, neſcio loqui, puer enim ſum. 7. At Jehova, ne mihi dixeris, inquit, puer ego *ſum*; ad omnes enim, ad quos te mittam, ibis, & quæcumque tibi in mandatis dabo proloqueris. 8. Ne eos time, nam tibi adſum, ad te liberandum, ait Jehova. 9. Tum porrexit Jehova manum, tetigítque os meum, atque, verba mea, inquit, ori tuo impoſui. 10. Vide, præfeci te hodie Gentibus & Regnis, ut evellas, diruas, perdas, deſtruas, ædifices, & plantes.

11. Poſtea

7. At Creator, noli, inquit, dicere, puerum te eſſe; ibis enim, me adjuvante, ad omnes, ad quos te mittam, & mandata à me accepta iis expones. 8. Ne ergo timeas, nam tibi adero, ut te liberem ab omnibus malis, ait Creator. 9. Tum Creator manum porrigere viſus eſt, & os meum tangere, additis hiſce verbis: Verba mea, inquit, poſui in ore tuo, quibus utaris apud eos, ad quos te mittam. 10. Hoc in animum demitte, te à me aliquo modo eſſe præfectum Gentibus & Regnis, ut in iis mutes quidquid mutare à me juſſus fueris; ut in iis evellas, diruas, perdas, deſtruas,

nandum conſecratum, Sic Paulus, in re ſimili, utitur verbo ἀφορίζειν, Gal. I, 15. ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι. Vide & Eſaiæ C. XLIX, 1.

Gentibus multis futurum] Duo poſtrema vocabula addidimus, ex re ipſa ſubaudienda, perſpicuitatis cauſâ. *Gentes multæ* complectuntur hìc ipſos Iſraëlitas; ſed *Gentes*, ſine additamento, ſolet ſignificare nationes alias, exceptâ Iſraëliticâ; ad quam tamen, ante ceteras omnes, miſſus eſt Jeremias.

6. *Puer enim ſum*] נער אנכי *nahar anochi.* Voce נער non tantùm ſignificatur *pueritia* propriè dicta, ſed adoleſcentia; ante quam ad propheticum munus vix potuit vocari Jeremias. Imò ipſe Propheta ſe nondum maturum tanto negotio putavit, quòd *neſciret loqui*; hoc eſt, facultatem loquendi, ut Prophetam decebat, nondum eſſet adſequutus. Reverâ ſi conferantur revelationes Jeremiæ cum Prophetiis Eſaïæ; poſteriores videbuntur multò elegantiores, quàm priores, omnibus, qui has legent Prædictiones V. T.

7. *Ibis* &c.] Dabo operam, ut ire audeas ad eos, ad quos te mittam, & mandata mea eâ gravitate & fide, quâ par eſt rem tantam fieri, proloquaris. Non ſunt enim hæc tantùm imperium, ut opinabatur *Grotius*, qui imperativum. *Ito* hìc vertendo adhiberi volebat; ſed promiſſionem complectuntur facultatum ad mandata Dei exſequenda neceſſariarum. Deus enim nihil mandat, quod exſequi nequeat is, quem ei negotio adhibet.

8. *Ne timeas*] Adoleſcens enim ſuæ imperitiæ ſibi conſcius, & metuens ne malè haberetur ab iis, quos nomine Dei adloquuturus erat, non auſus fuiſſet eos adire, niſi præter ordinem à Deo confirmatus. Hinc natum Judæorum dictum: *Spiritus propheticus numquam reſidet, niſi in homine ſapiente, & forti.* Vide Diſſert. de Prophetia Cap. VIII, 2.

9. *Porrexit Jehova manum* &c.] Hoc in viſo peractum, in quo Propheta vidit manum ad labia ſua porrectam, quæ Symbolum fuit auxilii divini, quo facultatem aptè & conſtanti animo mandata Dei proloquendi eſſet accepturus. Vide ſimilequid, apud Eſaïam, C. VI, 7.

Verba mea ori tuo impoſui.] *Dedi verba mea in ore tuo.* Symbolicâ, nempe, eâ actione in viſo oſtendit, ſe Jeremiam inſtruere facultate proferendi verba Prophetæ convenientia, & conſtantiam eam in rem neceſſariam. Non eſt enim putandum, Jeremiam æquaſſe Eſaïæ eloquentiam. Sed conſtantiâ eo inferior fuiſſe non videtur.

10. *Præfeci te hodie Gentibus*] Hoc eſt, curam tibi impono Gentium quarumvis adeundarum, & meo nomine compellandarum. Nam illa פקדה *phkuddah*, præfectura, ulteriùs non porrigebatur; ſed prophetica verba omnia ſunt ἐμφατικώτερα, atque è rebus ipſis intelligenda.

Ut evellas, deſtruas &c.] Propheta quaſi facturus deſcribitur, quod tantum, nomine Dei, prænunciaturus erat: quemadmodum Poëtæ, apud quos loquendi genera propheticis ſimilia ſæpe leguntur, ea quæ tantùm deſcribunt. Sic *Virgilius* Eclog. IX, 19. de ſe ipſo propemodum agris ejecto, nec proinde pangendis carminibus operam daturo:

Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret, aut viridi fontes induceret umbrâ?

ſi, nempe, migraſſet. Profert meritò *Servius* exemplum ſimile ex Ecl. VI, 62.

Tunc Phaëthontiadas muſco circumdat amaræ
Corticis, atque ſolo proceres erigit alnos.

Utrobique ſermo tantùm eſt de deſcriptionibus Poëticis, ut & apud *Horatium* Sat. Lib. I. 6. X, 36.

Tumidus Alpinus jugulat dum Memnona, dúmque
Depingit Rheni luteum caput, hæc ego ludo.

Sic & *Ovidius* Triſt. Lib. II, 533.

Et tamen ille tuæ felix Æneïdos auctor
Contulit in Tyrios arma, virúmque toros.

Quibus multa ſimilia addi poſſent. *Grotius* vult Prophetæ tribui, quia non minùs certò eventura erant, ab eo prædicta, quam ſi ipſe faceret. Rem non nego, ſed loquutionis rationi non adſentior. Jeremias multa mala hoſtibus & vicinis Judæorum prædicit, Judæiſque contrà multa bona prænunciat; priúſque dicitur *evellere*, *diruere*, *perdere*, poſteriùs *ædificare*, & *plantare*.

11. *Quid*

11. Poſtea facta ſunt verba Jehovæ ad me, qui dixit: quid vides, Jeremia? & video, inquam, virgam amygdalinam. 12. Jehova verò mihi, bene, inquit, vidiſti, nam feſtino ego dicta mea exſequi. 13. Iterum me adloquutus eſt Jehova, his verbis; quid vides? video, inquam, ollam, quæ flatur, & obverſa eſt Septemtrioni. 14. Jehova autem, à Septemtrione, inquit, erumpet calamitas in omnes incolas terræ. 15. Mox quippe vocabo omnes familias Regnorum Septemtrionis, ait Jehova, & venient, ponétque

ſtruas, ædifices, & plantes.

11. Poſtea hæc verba ad me fecit: quid vides Jeremia? Video, inquam, virgam amygdalæ. 12. Creator verò mihi, rectè, inquit, vidiſti, nam feſtino dicta mea exſequi. 13. Repoſuit verò Creator, iterans quod petierat, quid vides, inquit? Video, inquam, ollam Septemtrioni obverſam. 14. Scito verò, ait Creator, mox à Septemtrione venturam ſubitò calamitatem, in omnes incolas vicinarum orarum. 15. Nam brevi vocabo familias Regnorum Borealium, ait ille, & in Judæam ſe conferent, unusquisque Regum ponet ſuum

11. *Quid vides?*] Hæc enim contigerunt, in viſu nocturno, in quo à Deo de futuris docetur, per Symbola, quæ ipſe interpretatur; quòd ea docendi ratio altiùs in animum deſcendat; & memoriæ tenaciùs res inſigat.

Virgam amygdalinam] מקל שקד *makkel ſchaked.* LXX. Intt. βακτηρίαν καρυΐνην. Sed שקד eſt *amydala*, non *nux*. *Hieronymus: Aquila*, & *Symmachus*, virgam vigilantem, *Theodotio verò* amygdalinam, *tranſtulerunt.* Duos priores ipſe ſequutus eſt, quamvis *virga vigilans* careat ſenſu. Eccleſ. XII, 5. LXX. שקד verterunt ἀμύγδαλον. Hìc verò *Hieronymus: Pro* virga vigilante LXX. baculum nuceum *tranſtulerunt. Laborandum ergo nobis eſt, ut breviter Hebræam Etymologiam Latinus Lector intelligat.* SECED *Nux dicitur. Vigilia autem, vel Vigil ſive vigilans vocatur* SOCED. *Unde, & in poſterioribus*, pardus vigilans *hoc nomine ponitur. Ab hoc quod qui dicitur* nux, *propter verbi ſimilitudinem, ad vigilis intelligentiam, nomen adluſit. Quod quidem, & in Daniele, juxta Theodotionem ſcriptum eſt;* ut ab arboribus σχῖνον & πρῖνον, ilice, *videlicet, &* lentiſco, *ſciſſio atque ſerratio adulteris Presbyteris decernatur.* Mirum hoc exemplo uſum *Hieronymum*, qui fabulam probè norat, vel ex hoc loco, fictam à Græculo. Non melior eſt allegoria, quæ apud eumdem *Hieronymum* ſequitur, & poterit legi ab otioſis.

12. *Feſtino ego*] שקד אני על דברי לעשותו *ſchoked ani hal dbari lebaſchotho*, vigilo ego ad verbum meum, ad id faciendum. Sed qui *vigilat* ad faciendum quidpiam, is *feſtinat* id quàm primùm facere, ideóque ſic vertendum cenſuimus. Deus reſpondet, adluſione factâ ad nomen Hebraicum *amygdali*; quod nomen cauſa fuit, cur Deus ejus arboris *Symbolo* uſus ſit, ad feſtinationem deſignandam; ſdque nomen amygdalo impoſitum, quòd ſit inter arbores, quæ primæ florent. *Plinius*, Lib. XVI. c. 21. *Ex his hieme, aquilâ exoriente, ut diximus concipiunt, floret prima omnium Amygdala, menſe Januario; Martio verò pomum maturat.*

13. *Quæ flatur & obverſa eſt ſeptemtrioni*] סיר נפוח *ſir naphouahh*, ollam flatam. Erat, nempe, olla, ut videtur prunis, aut flammæ impoſita, quæ Boreâ flante accendebantur. Sequitur mox: ופניו מפני צפונה *ouphanau mipphene tſaphonah*, & facies ejus è facie ſeptemtrionis. Videtur orificium ollæ aliquatenus ad ſeptemtrionem converſum; quid enim aliud *ollæ facies*, ſeu anterior pars, dici queat non intelligo. LXX. Intt. habent: λέβητα ὑποκαιόμενον καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου Βορρᾶ. Vulgatus: *ollam ſuccenſam & faciem ejus à facie Aquilonis.* Onkelos verò ſic παραφράζει: *Regem ferventem quaſi lebetem ego video, & vexillum exercitûs ejus, qui dicitur, & venit à facie Aquilonis.* Verùm *olla*, vel *lebes* non eſt imago Regis, ſed rei, cui Rex eſt infeſtus; Regni, nempe, Judæ. Rex infeſtus potiùs eſt quærendus, in vento ſeptemtrionali, qui ignem *ollæ*, vel *lebeti* ſubjectum magis ac magis accendit. Is Rex unde venerit, poſtea videbimus.

14. *A Septemtrione erumpet calamitas*] מצפון תפתח הרעה *mittſaphon thipphathahh harahah*, è ſeptemtrione aperietur malum. Venient gentes à Borea, quæ malè habebunt meridianus populos.

15. *Mox quippe vocabo*] כי הנני קרא *chi hinneni koze*, nam ecce me vocantem. Quæ oſtendunt rem in longum tempus minimè differendam.

Familias regnorum ſeptemtrionalium] Intelliguntur, ut videtur, populi, qui paruerunt Napolaſſaro, Nebuchadnetſaris patri; quíque ſtipendia fecerunt, in utriusque exercitibus; quales fuerunt Armeni, Syri, Chaldæi Boreales, Meſopotamiæque, & Aſſyriæ populi, in familias & tribus innumeras diſtincti. Reges quidem Syriæ primi omnium infeſti fuere Judæis, maximè ſub Achazo, & ſub Ezekia, verùm eorum ratio hìc non habetur; ſed tantùm eorum, qui à XIII. Joſiæ anno, quo viſum hoc Jeremiæ oblatum eſt, graves Judææ incubuere, ad captam uſque Jeroſolimam, à Nebuchadnetſare. Huic Babyloniorum Regi paruere, vel auxiliarii fuere ſeptemtrionis Reges, quod docebunt *Jac. Uſſerius*, in Annalibus, & *Joan. Marshamus*, in Chronico Canone.

Ponétque quisque Regum &c.] Hæc quidem, in Hiſtoria Sacra Regum, & Ephemeridum, non memorantur; ſed eſt breviſſima Hiſtoriæ Epitoma, in qua tantùm Judæorum fata narrantur, & quidem paucis verbis. Solium, aut ſellam ponebant Reges in portis urbium ſubactarum, aut ut jus dicerent, aut ut victoriam ſuam oſtentarent.

Ad portas Jeroſolimæ] פתח שערי ירושלם Subaudieneum אל *el*, & verbotenus vertendum *ad oſtium portarum Jeroſolimæ*; unde videmus פתח propriè eſſe ſpatium in muro apertum

nétque quisque Regum ſolium ad portas Jeroſolimæ, ad omnéſque muros circumquaque, & ad omnes urbes Judæ. [16]. Dicam iis judicia mea, de omni nequitia eorum, qui me reliquerunt, ſuffitúmque obtulerunt Diis alienis, & opificia manuum ſuarum adorarunt.

[17]. Tu verò accinges lumbos tuos, ſurgéſque, & adloqueris eos, pro omnibus, quæ tibi in mandatis dedero. Ne propter eos terrearis, ne te coram iis *ipſe* terream. [18]. En ego hodie converti te in urbem munitam, in columnam ferream, in murum æneum, quod adtinet ad omnem terram, ad Reges Judæ, ad proceres ejus ac ſacerdotes, populúmque terræ. [19]. Bellum gerent contra te, ſed ſuperiores non erunt, quia adero ego tibi, ait Jehova, ut te liberem.

Mittitur

ſuum ſolium, ad portam aliquam Jeroſolimæ, quod faciet & in aliis urbibus Judæ. 16. Dicam iis, quid judicem de eorum nequitia, qui a me defecerunt, ſuffitumque obtulerunt Diis alienis, & opificia manuum ſuarum adorarunt.

17. Tu vero, ô Jeremia, lumbos adcinges, ſurgesque, & eos adloqueris, prout te jubebo; pro omnibus, quæ tibi in mandatis dedero. Nec eorum causâ terrearis, ne te & ipſe, coram iis, terream. 18. Hodie, pro homine timido, te convertam veluti in urbem munitam, in columnam ferream, & in murum æneum; quod adtinet ad omnem Judæam, ad ejus Reges, ad Proceres & Sacerdotes, ac plebem. 19. Bellum illi gerent tecum, ſed te non erunt ſuperiores, quia adero ego tibi, ait Creator, ut ab iis te liberem.

PARA-

pertum, & שערים valvas ipſas, quibus id ſpatium claudebatur. LXX. Intt. ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῶν πυλῶν, *Hieronymus : in introitu portarum.*

16. *Dicam iis*] דברתי אותם *dibbarthi otham.* Referenda hæc ad Judæos, non ad Reges; & judicia intelligenda, quæ continebantur Edictis Nebuchadneſaris, quibus malè mulctavit Judæos bis, ſub Jehojakimo, annis DCVI. & DXCIX. ante Chriſtum, & ſemel ſub Sedekia, anno ante eamdem Æram DLXXXVIII. Nihil enim nos cogit hæc verba ad unam dumtaxat earum cladium referre.

Qui me reliquerant &c.] Multi enim fuerant, qui, ante & poſt Joſiam Regem, in Idololatriam clam, aut palam delapſi erant.

17. *Accinges lumbos tuos*] Inſtar viri fortis & pro Deo Iſraëlis contendere parari. Vide Job. XXXVIII, 3. XL, 2.

Pro omnibus] *Omnia quæ ego præcipiam tibi.*

Ne te coram iis ipſe terream] Ne tremendas pœnas de te coram iis ſumam, ſi mihi obſequi dubitaveris, oſtendámque fuiſſe cur me magis multò, quàm homines, timeres.

18. *Converti te in urbem munitam*] *Dedi te hodie in urbem munitionis.* Hoc eſt, ab hodierno die ita te tuebor, ut non magis tibi nocere queant, quàm ſi urbs munitiſſima atque inexpugnabilis eſſes &c.

In murum æneum] Hoc eſt, qui perrumpi nullo ariete poſſit. Sic etiam antiquiſſimi Græci loquebantur, ut *Homerus* Odyſſeæ Lib. X, 4, 5. de Æoli inſula:

Πᾶσαν δέ τε μιν περὶ τεῖχος χάλκεον, ἄῤῥηκτον:

circa eam totam erat murus æneus, qui perrumpi non poterat. Quod etiam imitati alii Græci & Latini Poëtæ. Latini ſic inexpugnabilem murum deſcribebant. *Horatius* III. Carm. III, 65.

Ter ſi reſurgat murus aheneus,
Auctore Phœbo, ter pereat meis
Exciſus Argivis.

Et 1. Ep. I, 60. de inconcuſſo mentis ſtatu ſic loquutus eſt:

— *Hic murus aheneus eſto*
Nil conſcire ſibi, nullâ palleſcere culpâ.

Ad omnem terram] Judæam, nempe, ut ſequentia oſtendunt.

19. *Bellum gerent contra te*] Hoſtili odio tibi adverſabuntur, téque è medio tollere nitentur.

Ait Jehova] נאם יהוה *neüm Jehovah*, dictum Jehovæ. Hìc Deus, ut ſæpe alibi, tertiâ perſonâ de ſe ipſe loquens inducitur.

COM-

Mittitur Jeremias ad Judæos, ut iis Dei beneficia in memoriam revocet, atque exprobret vitia & delicta.

1. FACTA ſunt deinde Jehovæ verba ad me, in hanc ſententiam: 2. ito & clama, Caput II.
audiente Jeroſolimâ, his verbis: ſic ait Jehova: recordatus ſum tui, benigni-
tatíſque *meæ* erga adoleſcentiam tuam, & amoris mei, cùm te deſponderem, & me ſe-
quereris in deſerto, per terram ſationis expertem. 3. Iſraël erat res Jehovæ ſacra, &
primitiæ proventûs ejus; quicumque eum abſumebant deſolabantur, malúmque in eos
veniebat, ait Jehova. 4. Audite verbum Jehovæ, ô domus Jacobi, & omnes familiæ
domûs Iſraëlis.
5. Sic dixit Jehova: quid deprehenderunt Majores veſtri iniquitatis in me, ut à me
procul abſcederent, ſequerentúrque inanitatem & inanes fierent? 6. Non dixerunt; ubi eſt
Jehova;

PARAPHRASIS.

1. DEINDE Deus eſt me adloquutus, in hanc ſententiam. 2. Ito & clama, audiente Jeroſolima, his verbis: recordatus ſum tui & benignitatis meæ erga adoleſcentiam tuam, & amoris mei, cùm te mihi deſponderem & me ſequereris per Arabicas ſolitudines. 3. Iſraël tum erat Creatori ſacer, & proventûs ejus primitiæ; quicumque eum abſumebant deſolabantur, calamitatéſque iis incumbebant, ait Creator. 4. Audite vero, ô Iſraëlitæ, verba ejus.

5. Præterea à vobis petit Creator, quid deprehenderint Majores veſtri iniquitatis in ipſo, ut juſtam cauſam haberent à ſe deficiendi, utque inania Numina ſequerentur? 6. Annon quæſiverunt, ubi eſſet Creator, qui eos è terra Ægyptia eduxerat, atque eos juſſerat iter facere, per ſolitudines;

COMMENTARIUS
In Caput II.

1. F*Acta ſunt* &c.] *Et fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo.*

Audiente Jeroſolimâ] *In auribus Jeroſolimæ.*

2. *Benignitatis meæ* &c.] חסד נעוריך *bheſed nebourajich.* LXX. Intt. ἔλεος νεότητός σου. Latinus: *miſerans adoleſcentiam tuam.* Sed חסד *bheſed*, potiùs eſt *benignitas*, quàm miſericordia; quamquam, ad rem ipſam quod adtinet, miſeratus reverà ſit Deus Jeroſolimam, aut Iſraëlem; quem hîc, ſub ſponſæ perſona, deſcribit Propheta.

Cùm te deſponderem] כלולתיך *chloulothajich.* LXX. Intt. τελειώσεώς σου. Rectiùs Vulgatus: *deſponſationis tuæ.* Significatur id quod Deus fecit, cùm Iſraëlitas ſibi in deſerto adjungeret, inſignibus miraculis, quæ erant inſtar ſponſalium donorum.

3. *Res ſacra*] קדש *kodeſch*, ſanctitas. LXX. Intt. ὁ ἅγιος, & Latinus *ſanctus*, quaſi legiſſent קדוש *kadoſch.* Perperam. Aliud eſt *ſanctum* eſſe, aliud *ſacrum Deo.* Iſraëlitæ quidem, in ſolitudinibus Arabicis, Deo conſecrati erant, fœdere Sinaïtico; ſed nequaquam *ſancti*, paucis exceptis, ut Hiſtoria ſacra nos docet.

Primitiæ proventûs ejus] ראשית תבואתה *reſchith thbouatho.* LXX. Intt. ἀρχὴ γεννημάτων αὐτοῦ. Latinus: *primitiæ frugum ejus.* Hoc velle videtur Propheta, Iſraëlitas Deo fuiſſe è toto humano genere, quaſi primitias, ei conſecratas; & quemadmodum primitias Deo ſacras nemo impunè adtingere poterat: ſic nec Iſraëlem adgreſſos eſſe hoſtes, ut Ægyptios, Hamalekitas, Amorrhæos, & Baſanitidis incolas, ſine magnis cladibus. Quod rectè, ad hunc verſum, expreſſit *Jonathan.*

Abſumebant] אכליו *ocbelau*, comedentes eum; qui prædas, nempe, ex eo agebant, vel agere conabantur; ut ſecerant Ægyptii, qui omni iniquitatis genere eos vexaverant, & alii populi quos diximus per Arabiam, qui ſunt ab Iſraëlitis victi.

5. *Iniquitatis*] עול *bavel*; hoc eſt, de quo queri poſſint me iniquè, erga eos, me geſſiſſe. Vide Mich. VI, 3.

Inanitatem] הבל *hebel*, de qua voce vide ad Eccleſ. I, 1.

Inanes fierent] ויהבלו *jehebalou.* LXX. Intt. ἐματαιώθησαν, Latinus: *vani facti ſunt.* Eorum animi tam facti ſunt bonarum rerum inanes; quàm ſunt eorum commenticii Dii.

6. *Non dixerunt* &c.] Duplex ſententia his verbis ineſſe poteſt. Ita loqui potuit Jeremias, ut oſtenderet Judæos uſque adeò negligentes, in Religionis negotio, fuiſſe; ut non inquiſiverint in beneficia Dei, olim in gentem ſuam collata. Rurſus potuit etiam hæc inducere dicentes Judæos infideles: ut rejicerent, quæ de priſcis Dei miraculis narrabantur, quaſi minùs vera, eò quòd, ſuo tempore, ſimile nihil fieri viderent; quaſi dixiſſent: ubi eſt nunc ille Deus, qui tot miracula ſeciſſe olim narratur, ut nos ab hoſtibus noſtris liberaret, nec quidquam nunc in noſtri gratiam facit; cùm aliæ gentes, cis & trans Euphratem, ſecundioribus rebus utantur quàm nos? Quæ ſententia ſi admittatur, vertendum erit: *annon dixerunt* &c. Particula איה *ubi*, in interrogatione, tam ſignificat contemtum, quàm deſiderium; ut rectè eſt à *Chriſt. Noldio* obſervatum, & pluribus exemplis demonſtratum; quamvis interdum miſcuiſſe videatur exempla;

Jehova, qui nos è terra Ægyptia eduxit, atque iter facere juſſit per terram deſertam & foveis plenam, per terram aridam & umbræ mortiferæ, per terram, per quam nullus vir tranſierat, & quam nemo habitarat? 7. Adduxi vos in terram Charmeli, ut veſceremini ejus fructu & bonis, quæ in ea ſunt; ingreſſi *eam* eſtis, contaminaſtis meam terram, ac poſſeſſionem meam abominandam reddidiſtis.

8. Sacerdotes annon dixerunt, ubi eſt Jehova? Legem tractantes non noverunt me, paſtores defecerunt à me, & prophetæ vaticinati ſunt per Bahalem, & *ea, quæ* prodeſſe nequeunt, ſequuti ſunt. 9. Propterea adhuc vobiſcum litigabo, & liberorum veſtrorum

rum

tudines, & terram foveis plenam; per ſolum aridum, aut umbræ mortiferæ; per ſolum, per quod nemo tranſierat, aut quod nemo habitarat? 7. Adduxi vos poſtea in terram, ubi eſt mons Charmelus, ut frueremini ejus fructibus. Ingreſſi eam eſtis & contaminaſtis poſſeſſionem illam meam, quam vitiis veſtris abominandam reddidiſtis.

8. Annon ipſi Sacerdotes dixerunt: ubi eſt Creator? illi, quorum erat eum publicè colere. Legis Doctores me nequaquam norunt, paſtores defecerunt a me, & Prophetæ vaticinati ſunt per Bahalem, & ea Numina, quæ prodeſſe nequeunt, ſequuti ſunt. 9. Propterea vobiſcum contendam, & liberorum veſtrorum liberis eamdem litem intendam.

pla, & ad priorem ſenſum retuliſſe, quæ pertinent ad poſteriorem & viciſſim. Senſu deſiderii occurrit איה *ajjeh* 2. Reg. II, 14. in his verbis Eliſæi: *ubi eſt Jehova, Deus Eliæ?* & Pſ. LXXXIX, 5. *ubi ſunt beneficia illa tua priſtina, Domine?* Hunc etiam ipſum Jeremiæ locum profert, quaſi exemplum hujus ſignificatûs, ut & vers. 8. Sed ſunt hæc dubia. Senſu verò contemtûs legitur Job. XIV, 10. *cùm mortuus eſt* (homo) *ubi ille?* & Jerem. II, 28. *ubi verò ſunt Dii tui, quos tibi feciſti?* Vide & XXXVII, 19. Poſſit & eò referri hîc ipſe locus, ut diximus, quamvis non incommodè etiam ſenſu deſiderii capi queat. Optionem Lectoribus relinquemus. Sic & Latini particula *ubi* utuntur & Græci particula ποῦ.

Foveis plenam] שוחה *ſchouhhah*, quæ vox cùm *foveam* ſignificet Prov. XXII, 14. XXIII, 27. & infrà, in hoc Propheta, XVIII, 10. vertimus hîc *foveis plenam*, nam *terra foveæ* vix aliter Latinè verti queat. Videntur intelligi profundiores valles, quæ in Arabia Petræa ſunt, aut in Syria, inter montes.

Umbræ mortiferæ] In depreſſionibus vallibus umbroſa erant loca. Vide de voce צלמות *tſalmaveth*, pro loco umbroſo, notata ad Job. III, 5. X, 21. *Si mortiferam umbram* malimus, petita hæc erit adpellatio ex eo, quòd in umbroſis receſſibus laterent feræ; quæ excitari à prætereuntibus hominibus non poterant, ſine vitæ periculo. Poteſt etiam petita fuiſſe è cavernis, in quibus latebant Latrones.

7. *In terram Charmeli*] Fertilem & amœnam, qualis erat mons Charmelus. Vide Eſaiæ C. XXIX, 17. XXXII, 15, 16.

Contaminaſtis meam terram] Idololatriâ & malis moribus.

Abominandam reddidiſtis] *Poſuiſtis in abominationem*; Idololatriâ potiſſimùm.

8. *Non dixerunt, ubi ſit Jehova*] *Non dixerunt ubi Jehova?* Quod aut contemtim intelligendum, & vertendum: *annon dixerunt: ubi eſt Jehova?* aut capiendum ita, ut ſit interrogatio querentium, nuſquam cultum Creatoris non fucatum cerni; quaſi hoc vellet Jeremias, Sacerdotes, cùm omnia Idololatriâ inquinata eſſent, queſtos tamen non eſſe, verum Deum, Cœli & Terræ Creatorem, è ſua terra ſuiſque ſedibus expelli.

Legem tractantes] תפשי התורה *thophesche hatthorah*: LXX. Int. ἀντεχόμενοι νόμου. Latinus: *tenentes Legem*; hoc eſt, qui legem tractare ſolent, Chaldæus: מלפי אוריתא *mallephe oraitha*, docentes Legem.

Paſtores] הרעים *haroìm*. Chaldæus מלכיא *Reges*, qui ποιμένες λαῶν, ut loquitur *Homerus*, pluribus in locis.

Vaticinati ſunt per Babalem] נבאו בבעל *nibbeou babbahal*, vaticinia, nomine Bahalis, protulerunt, ut fiebat in Oraculo Baalzebuli, de quo 2. Reg. I, 2. *& ſeqq.* Hinc & Bahalis Prophetæ 1. Reg. XVIII, 19. *& ſeqq.*

Ea, quæ prodeſſe nequeunt] לא יועילו *lo johilou*, non proderunt. Subaudi אלהים אשר *elohim aſcher*, Deos qui. Hic futurum potentiam faciendi ſignificat. LXX. Int. ἀνωφελής, Latinus: *utila*.

9. *Et liberorum veſtrorum liberis*] Hoc eſt, hoc reprehendam & ulciſcar in vobis, poſteriſque veſtris; ſi vos, nimirum, imitentur; quod minùs frequenter quàm antea hiſce temporibus, & poſt reditum è Captivitate rariùs multò contigit. Liberorum liberi, vel *filii filiorum* ſunt.

Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis, ut loquitur *Virgilius*.

10. *Tranſite ad Chitthæorum inſulas*] Præfigitur hiſce verbis כי *quia*, vel *nam*, quod abundat. Chitthæos כתים *Chitthim* Romanos, vel Italos fuiſſe, vult vir ſummus *Sam. Bochartus*, Phalegi Lib. III. c. V. Jam eum confutavimus ad Gen. X, 4. Num. XXIV, 24. & Eſai. XXIII, 1. & ubique Macedoniam voce כתים *Chitthim* ſignari oſtendimus. Sic propriè vocabantur plures inſulæ è regione Macedoniæ, aut ab ea non remotæ, omneſque etiam ejus regionis vicinarúmque pæninſulæ. Jam à temporibus Moſis notum erat id nomen, ſine dubio Sidoniorum navigationibus, quos illuc aureæ fodinæ adliciebant, & fortè aliæ merces, quibus indigebant. Vide ad Gen. X, 4. Videtur diu fuiſſe Macedonia ultima navigationum Phœnicum meta, ad occaſum, & quia nota non erant ulteriora, Græciam, & Italiam fortè ipſam eo nomine interdum complectebantur, propter incertos regionum longinquarum fines, qui nondum erant aliis populis remotioribus nôti. *Hieronymus*, in Comment. ad hunc locum, monet

nos

rum liberis litem intendam. 10. Tranſite ad Chitthæorum inſulas & videte; mittite ad Kedarenos, & diligentiſſimè adtendite & conſiderate: 11. an mutavit gens ulla Deos *ſuos, quamvis* non ſint Dii; at populus meus mutavit gloriam ſuam, in *id, quod* juvare nequit. 12. Obſtupeſcite ad hoc, ô cœli, cohorreſcite, & humorem veſtrum omnino retinete, ait Jehova; 13. nam mala duo fecit populus meus, me reliquerunt, *qui ſum* fons aquarum vivarum, ut foderent ſibi ciſternas, *& quidem* ciſternas fractas, quæ aquam continere nequeunt. 14. An Iſraël ſervus erat? an verna? cur ergo prædæ fuit? 15. Adverſûs eum rugierunt leunculi, ac vocem ſuſtulerunt, redegerunt ejus terram

tendam. 10. Trajicite in Macedonum inſulas, atque in mores eorum inquirite. Mittite etiam qui inviſat Kedarenos, & diligenter inquirite, 11. an ulla gens mutaverit Deos ſuos, quamvis non ſint reverâ Numina; ſed populus meus mutavit Deum ſuum, quo debebat ſummopere gloriari, iis, qui juvare eum non poterant. 12. Quod cùm ita ſe habeat, obſtupeſcite ô cœli, cohorreſcite, & humorem veſtrum retinete, ita ut nulla pluvia cadat, inquit Creator; 13. nam in duobus graviter peccavit populus Iſraelis, quorum alterum eſt, quòd à me defecerit, qui fons ſum, vivas aquas emittens; ut ſibi foderet ciſternas, & quidem tales, ut aquas continere non poſſent. 14. An ergo Iſraëliticus populus ſervus erat, aut verna? Si neutrum fuit, cur prædæ fuit? 15. Adverſûs

nos *inſulas Cethim, quas vel Italiæ, vel Occidentalium debere ſumere, ab eo quod Cyprus, in qua hæc hoc vocabulo vocatur, vicina ſit.*

Mittite ad Kedarenos] קדר *kedar*. Cùm Kedareni pars fuerint Saracenorum, mirum videri queat, cur ſoli hîc memorentur; cùm illuſtriores ceteris nequaquam fuerint. Itaque ſuſpicari licet hîc olim fortè lectum fuiſſe קדם *kedem*, hoc eſt, Oriens; quo nomine interdum vocantur Arabes, qui dicuntur Job. I, 3. בני קדם *bne kedem*, filii Orientis, ut & 1. Reg. IV, 30. Certè res intelligenda eſt, quaſi ita ſcriptum fuiſſet, unde *Jonathan* hîc habet: למדינת ערבאי *limdinath harabae*, ad provinciam Arabum; ita ut *Kedar* hîc, συνεκδοχῇ partis pro toto, dicatur tota Arabia, quamvis neſciamus, cur hîc Arabum populus potiùs nomine adpelletur, quàm alii. Ut *Chitthim* ſunt populi ad Occidentem, ſic Kedareni ſunt ad Orientem; ita ut populi ab Occidente in Orientem negentur Deos ſuos deſeruiſſe.

Diligentiſſimè adtendite] התבוננו מאד *hithbonenou meod*, facite ut adtendatis valde.

11. *Quamvis non ſint Dii*] *Et illi non Dii.*

Mutavit gloriam ſuam] Deum verum, quo maximè gloriari poterat.

In id, quod juvare nequit] בלוא יועיל *blo jobil*, in non proderit. Vide vers 8.

12. *Obſtupeſcite, ô cœli* &c.] Graviſſima eſt expoſtulatio, cujus cœli teſtes vocantur, & cujus causâ humorem ſuum cohibere jubentur. Similis exclamatio eſt Eſaïæ C. I, 2.

Humorem veſtrum omnino retinete] חרבו מאד *hhorbou meod*, exſiccamini valde. Vide Eſaïæ XLIV, 27. LXX. Intt. omiſerunt, & Vulgatus: *portæ ejus deſolamini*, pro eo quod eſt שערו חרבו *cohorreſcite, ſiccamini*, quaſi legiſſent שעריו *ſchabarau*, portæ ejus, incommodè.

13. *Fons aquarum vivarum*] Eſt hîc latens משל, *ſimilitudo*, quaſi dixiſſet: idem peccavit populus meus, ac qui fontis perennis aquam repudiaret, ut biberet tantùm aquam pluviam ciſternis exceptam, & quidem iis ciſternis, quæ, quòd fractæ eſſent, aquam retinere non poſſent. Deus autem meritò confertur cum fonte perenni, qui origo eſt omnium bonorum, quæ numquam deſinit in homines effundere; quippe cujus beneficentia numquam exhauritur. Hinc Chaldaïcorum Oraculorum vers. 18. dicitur Deus

— Πηγὴ πηγῶν καὶ πηγῶν πέρας ἁπασῶν.

Fons fontium, & fontium finis omnium,

ubi vide notata.

Continere nequeunt] לא יכילו *lo jachilou*, non continebunt. Vide ſimilem uſum futuri vers. 8, & 11. Rectè LXX. Intt. οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν, & Latinus: *aquas non valent continere.*

14. *An verna*] אם יליד בית *im jelid bajith*, an natus domûs, aut domi, ex alio ſervo, Græcè οἰκογενής. Hæ interrogationes vim negandi obtinent. Huc facit locus *Philonis*, in vita Moſis p. 608. Ed. Par. ubi de Iſraëlitis, qui liberi in Ægyptum venerant: τέλος δὲ, οἱ μὲν οἰκίαν ἀπέλιπον, οἷς δ᾽ Αἰγύπτιοι ἧκον, ὡς ἐν δευτέρᾳ πατρίδι μετ᾽ ἀσφαλείας οἰκήσοντες, ὁ τῆς χώρας ἡγεμὼν ἐδουλοποδίζετο, καὶ ὡς ἢ πολέμου νόμῳ λαβὼν αἰχμαλώτους ἢ πριάμενος παρὰ δεσποτῶν, οἷς ἦσαν οἰκότριβες, ὑπήγετο καὶ δούλους ἀπέφαινε, τοὺς οὐκ ἐλευθέρους μόνον, ἀλλὰ καὶ ξένους καὶ ἱκέτας καὶ μετοίκους: *hos ergo, qui, domo relictâ, in Ægyptum venerant, tanquam in ſecunda patria tutas ſedes habituri, regionis Rector, in ſervitutem redegit, & quaſi aut belli jure captos, aut emtos à dominis, quibus domi nati erant, rapuit & ſervos declaravit, qui non tantùm liberi erant, ſed & hoſpites, & ſupplices, & inquilini.* Sic Syri Iſraëlitas, antea amicos, ſine ulla belli juſta cauſa, invaſerunt, migrare coëgerunt & ſibi ſervos eſſe voluerunt, quod erat merum latrocinium.

Cur ergo præda fuit?] In ſervitutem quidem redigebantur bello capti, ſed tamen ita ut, inter gentes humaniores, redimi poſſent, ſi erant liberi. At ſervi erant præda, quæ numquam redimebatur, invito victore.

15. *Leunculi*] כפירים *chphirim*, hoc eſt, leones in prima juventute, ut pluribus oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. c. 1. Videntur autem ſignari Syri & Aſſyrii, qui cùm decem Tribuum, tum etiam Judæ & Benjaminis agros vaſtaverant, & Iſraëlitas captivos abduxerant. *Leunculos* eos à Propheta

Digitized by Google

ram in vaſtitatem, urbes ejus combuſtæ ſunt, *ita ut ſint* ſine incola. 16. Etiam Memphitæ, & Thachphancheſu tibi confringent verticem. 17. Annon hoc tibi paries, relinquendo Jehovam Deum tuum, eo tempore, quo tibi dux viæ erat? 18. Nunc verò, *ô filia Sionis*, quæ *cauſa* tibi eſt, ut viam Ægypti *ingrediaris*? an ad bibendas aquas Sichoris? Quæ *cauſa* tibi eſt, ut viam Aſſyriæ *meas*? An ut bibas aquas fluvii *Euphratis*? 19. Nequitia tua corripiet te, iterationes *delictorum tuorum* ſe coarguent. Scito & vide, malum

verſus eum fugierunt leunculi, & redegerunt ejus agros in vaſtitatem, ut ejus urbes combuſtæ ſint, & ſine incolis manſerint. 16. Memphitæ, & Thachphneſii tibi verticem conſtringent. 17. Annon hanc calamitatem tibi creabas, deficiendo à Creatore, Deo tuo, eo tempore, quo tibi ducem viæ ſe præbebat. 18. Nunc vero, ô filia Sionis, quæ cauſa tibi eſt, cur viam Ægypti ingrediaris? An ad bibendas aquas Nili? Quæ etiam fuit cauſa, cur alii viam Aſſyriæ ingrederentur? An factum fuit, ut biberes aquas Euphratis? 19. Nequitia tua te invadet, atque delicta tua iterata ſe invicem coarguent. Scito & probè intelligito, rem eſſe malam & odioſam deſeri a te Creato-

pheta vocari crediderim, quod non æquarent Babylonios fortitudine ac ſævitiâ; quas mox experti ſunt Hebræi, ſub Joſiæ filiis; cùm eorum exercitibus, regnante patre, Nebuchadneſar præcellet, & mox ipſe regnaret.

Redegerunt ejus terram in vaſtitatem] Videntur hæc ad Iſraëlitas præſertim referri; quorum regio planè vaſta erat; exceptis paucis, hìc illìc, incolis, qui Aſſyriorum manus fugerant. Vide 2. Reg. C. XVII. & 2. Ephem. XXXV. Attamen ipſum etiam Judæ regnum multa paſſum erat mala, ſub Hezekia, à Sancheribo; ſed ſtante Jeroſolimâ, conſervatum fuerat. Verùm, ſub filio Hezekiæ, Manaſſa, iterum adfuerunt Aſſyrii Babylonico regno potiti, eorúmque vim ſenſit ipſe Rex captivus abductus, mox tamen ab iis reſtitutus. Vide 2. Ephem. XXXIII. Sub Manaſſæ nepote Joſia, vaticinabatur Jeremias, iſque Rex per vitam pacem habuit cum Babyloniis; ſed tamen jam notum erat inſtare ab illis captivitatem, ut videre eſt ex Cap. ſequente XXXIV.

16. *Memphitæ & Thachphancheſii*] וגם בני נף ותחפנחס *vegam bne Noph veThahhphanhhes*, etiam filii Noph & Thachphanches. LXX. Intt. υἱοὶ Μέμφεως καὶ Τάφνας, aut Τάφνης. Latinus: *filii Mempheos*, *& Taphnes*. נף *Noph* videtur etiam dicta מף *Moph*, unde natum nomen Græcum *Memphis*, urbis nobiliſſimæ & totius Ægypti Metropolis, ante conditam Alexandriam. תחפנחס nomen durius erat, quàm ut ore Græco rectè pronunciari poſſet; itaque urbem hanc vocarunt Græci *Daphnas* & quidem *Pelufias*, quia non procul Peluſio aberant. Præſidium fuit contra Syros, & Arabas, de quo diximus *Quæſtione Hieronymianâ* V. p. 162. *& ſeqq.* quæ vide, ſi vacat, aut ſi opus eſt.

Tibi confringent verticem] ירעוך קדקד *jirhouch kodkod*. LXX. Intt. ἔγνωσάν σε καὶ κατέπαιζόν σου. Legerunt ידעוך *jidhouch*, cognoſcent te, ut rectè vidit *Lud. Cappellus*. Sed quomodo in קדקד *kodkod* invenerint κατέπαιζον non intelligo. Latinus: *conſtupraverunt vos uſque ad verticem*. At nuſquam hoc verbum ſumitur pro eo quod eſt *ſtuprare*, neque ejus derivata adfinem ullam ſignificationem ei rei habent. Præterea ſupplendum eſſet hìc עד *uſque ad*. Attamen locum ſic interpretatur *Hieronymus* in Comment. *Duas autem urbes maximas Ægypti Memphim & Taphnim nominat*, *earúmque dicit* filios conſtupraſſe *Iſraël*, uſque ad verticem, *illo ſenſu*, *quo Eſaias poſuit*: à planta pedis, uſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas: *Tanta enim fuit libido Ægyptiorum*, *qui ſunt magnis carnibus*, *ut nulli parcerent membro*, *ſed omnia conſtuprarent*. Verùm, ut dixi, nullum eſt exemplum ejus poteſtatis in verbis רעה, aut רוע, aut רעע, aut ירע, è quibus forte deduci poteſt ירעו; *Grotius* tamen ait רוע eſſe *corrumpere*, ut alibi dixit. Sed puto eum falli, nam רוע nuſquam in eo ſignificatu occurrit, itaque, quod inde deducit, per ſe corruit. Crediderim ירעוך punctandum eſſe יְרֹעֻךְ ut ſit futurum Kal à רעע *rahah*, & vertendum *franget*; ſenſúſque Judæorum Regem Joſiam, qui erat eorum *vertex*, ſeu caput, ab Ægyptis occiſum iri, quod reverâ contigit, ut liquet ex 2. Reg. XXIII. & 2. Ephem. XXXV. Sic etiam קדקד *kodkod* ſumit Jeremias C. XLVIII, 45. Qui vertunt *paſcentur tibi verticem*, quaſi minaretur Propheta tonſuram capitis, nullum adferunt ejus translationis in verbo רעה exemplum. Itaque maluimus interpretari de *fractione verticis*, hoc eſt, de morte Joſiæ, donec certius quid occurrat.

17. *Hoc tibi paries*] *Facies tibi*, hoc eſt, id facies, propter quod Rege optimo ſpoliaberis.

Relinquendo Jehovam] עזבך *hozbech*, relinquere *tuum ô Jeroſolima*, ſupplendum ב, initio vocis. Quamvis Joſias eſſet Princeps religioſiſſimus, qui cultum veri Dei inſtauraverat, aráſque & ſimulacra falſorum Deorum demolitus eſſet, 2. Ephem. XXXIV, & XXXV, attamen è querelis Jeremiæ caſtigationibúſque Idolatriæ, ſatis liquet, eam nequaquam apud Judæos penitus extinctam fuiſſe.

Tempore, quo tibi dux viæ erat] Eum enim ducem unicum viæ, hoc eſt, ſummum Legiſlatorem propoſuerat Joſias populo.

19. *O filia Sionis*] Hoc ſupplevimus, quia Propheta, κατὰ προσωποποιίαν, populum Judæum, quaſi fœminam adloquitur; quod locum Hebraïcè legentibus patet, ex perſonis, & adfixis fœmininis; quæ in Latina oratione latent.

Viam Ægypti ingrediaris] Cùm Judæis imminerent hinc Babylonii, illinc Ægyptii; alii favorem Regis Ægypti, alii Babyloniorum Regis captabant, & dum ita ſe gererent, alterutrius populi Religionem ſuſcipiebant. Vide 2. Reg. XXXV. Hoc videtur hic innuere

malum & odioſum eſſe, te deſerere Jehovam Deum tuum, nec mei reverentiam apud
te eſſe, ait Dominus Jehova, *Deus* exercituum. 20. Nam jam olim ruperam jugum
tuum, & fregeram vincula tua: at tu dixiſti: *Jehovæ* non ſerviam; nam in omni edi-
to colle, & ſub quavis arbore virente vagata es, ô meretrix. 21. Te plantaveram ex
generoſa vite, totam è vero ſemine, *quomodo* converſa es mihi in palmites vitis alie-
næ?

22. At

Creatorem Deum tuum, neque te eum reverentiâ proſequi, ait Creator, qui eſt Deus, qui, exercitibus præeſt. 20. Jam olim jugum tuum ruperam, ut & vincula tua; ſed dixiſti te nolle Creatorem colere; nam in quovis edito colle, & ſub quavis arbore virente vagata es, ô propudioſa meretrix. 21. Tu decerpta è generoſa vite, tota è vero ſemine, quomodo converſa es mihi in palmites vitis alienæ.

22. Quam-

nuere Propheta, hoc loquendi genere. *Quid tibi (&) viæ Ægypti?* hoc eſt, quæ negotia habes in Ægypto, ut illuc eas? מה לך לדרך *mah lach lderech* eſt pro ולדרך *oulderech* & viæ. Notum eſt idioma Hebraïcum, *quid mihi & tibi?* pro eo quod eſt, nihil volo tibi eſſe negotii mecum.

An ad bibendas aquas Sichoris] LXX. Intt. τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γηὼν; hoc eſt, Nili. Judæi enim fluvium גיחון *gibhon*, vel Γηὼν, de quo Gen. II. Nilum interpretabantur. *Joſephus* Ant. Jud. Lib. I. Γηὼν διὰ τῆς Αἰγύπτου ῥέων, δηλοῖ τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἀποδιδόμενον ἡμῖν, ὃν δὴ Νεῖλον Ἕλληνες προσαγορεύουσι: *Geon per Ægyptum fluens, ſignificat eum, qui ab Oriente nobis redditur, & quem Nilum Græci vocant.* *Hieronymus* vertit מי שחור *me ſchibhor*, *aquam turbidam*; & veriſſimum eſt, ut ait, Nilum *aquas turbidas habere*. Sed שחור non ſignificat *lutum*, quod turbidam facit Nili aquam, verum ipſum fluvium, ut ex loco manifeſtò liquet, quod jam alibi diximus. Vide notata ad Joſ. XIII, 3. & Gen. XV, 18. Errant omnino qui contrà ſentiunt. Adi & not. ad Eſai. XXIII, 3. Huic autem interrogationi: *an ad bibendas aquas Sichoris?* negationis vis ineſt. Quamvis enim Nili aquam ſaluberrimam eſſe conſtet, ſi lutum ſubſiderit, vicini populi libentiùs aquas fontium ſuorum limpidas, & frigidas bibebant. Propheta autem innuit aliam rationem fuiſſe Judæis commeandi è Judæa in Ægyptum, quam reticebant; nempe idololatriæ, quâ infecti erant, causâ, & cui indulgere non audebant in Judæa, dum Reges Leges Moſaïcas obſervari curabant.

Fluvii Euphratis] Hebraïcè habetur tantùm נהר *fluvii*, quia ſic ἀντονομαστικῶς vocari ſolet Euphrates. Cùm autem Euphrates non eſſet fluvius Aſſyriæ propriè dictæ, ſed potiùs Babyloniæ, & inferiorum ad meridiem regionum; hìc אשור *Aſſyria* vocari videtur totum Babylonicum Imperium, cujus Reges Jeremiæ æquales ex Aſſyria venerant; quomodo etiam paſſim a Græcis vocatur, ut vel ex *Xenophontis* Κύρου παιδείᾳ abundè liquet. Ibant autem Judæi in Babyloniam, Idololatriæ causâ; cui licentiùs indulgere, ſub Joſia, in Judæa, non licebat.

19. *Nequitia tua corripiet te*] תיסרך רעתך *thejaſſerech rahathech*; hoc eſt, nimiâ tuâ nequitiâ fiet, ut à Deo, & hominibus corripiaris.

Iterationes delictorum tuorum] משובותיך *mſchubothajich*, reditûs tui; nempe, ad prava facta. LXX. Intt. κακία, nimis laxè; Latinus: *averſio tua*, quod poteſtatem vocis non ſatis exprimit; quâ ſignificatur *reditus* tam ad flagitia, quàm ad bonam mentem & caſtigatiores mores.

Odioſum] מר *mar*, amarum; qui ſapor cùm ingratus ſit, hìc odioſum quiddam ſignificat.

Mei reverentiam] פחדתי *phahhadthi*, terrorem, aut timorem meum. Sed Deus vult nos ipſum non horrere, quaſi maleficam; ſed quaſi beneficam Naturam revereri, atque amare.

20. *Ruperam jugum tuum*] Jugum, quod in Ægypto ferebas, hoc eſt, à ſervitute te liberaveram.

Jehovæ non ſerviam] לא אעבוד *lo ebebod*; quod ſi retineamus, ſupplendum id quod ſupplevimus; quod videtur ſequentis membri ſententia poſtulare. Sed in margine legitur: אעבור *ebebor*, transgrediar, quod minùs commodum videtur. LXX. ſic locum vertunt: συνέτριψας τὸν ζυγόν σου καὶ διέσπασας τοὺς δεσμούς σου, καὶ εἶπας, οὐ δουλεύσω σοι. Latinus: *confregiſti jugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti: non ſerviam.* Neuter ſenſus malus eſt, ſed ex conjectura interpretum profluxiſſe videtur. Quare non eſt cur Hebraïcam lectionem propterea relinquamus.

Vagata es, ô meretrix] את צועה זנה *ath tſohah zonah*, tu vagans meretrix. Notum eſt idololatriam *ſcortationem* vocari, eámque in collibus & ſub arboribus virentibus maximè graſſatam. Ideò Propheta Iſraëlitas deſcribit, ſub imagine *volgivagæ meretricis*, amatores ſibi, ubicumque poteſt, ſine pudore, quærentis.

21. *Ex generoſa vite*] שורק *ſchorek*. Confert Iſraëlem palmiti ex generoſa vite detracto, & in aliud ſolum tranſlato, ubi degeneravat. LXX. ἄμπελον καρποφόρον, & Latinus: *vineam electam*. Vide ad Gen. XLIX, 11. & Eſai. V, 2.

Totam è vero ſemine] *Totum ſemen veritatis*, è veris Soreki palmitibus; hoc eſt, à legitima Abrahami, Iſaaci, ac Jacobi prole, nullis alienis admiſtis, huc tranſlatâ, juſſi Chananæam habitari. Vide Exod. XV, 1. Pſ. XLIV, 3.

In palmites vitis alienæ] סורי הגפן נכריה *ſoure baggephen nochrijah*. LXX. Intt. εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἀλλοτρία; Latinus: *in pravum vinea aliena*. Sed סורי conſtructum eſt cum ſequenti voce & סורים *ſourim* ſunt palmites degeneres,

 qui

22. At ſi ablueris te nitro, & multam copiam ſmegmatis adhibueris; maculoſa eſt iniquitas tua, coram me, ait Dominus Jehova. 23. Quomodo diceres: polluta non ſum, Bahales non ſum ſequuta? vide viam tuam in valle, *atque* in conſcium animum revoca quid

22. Quamvis verò te ablueres nitro, & abhiberes magnam copiam ſmegmatis, maculoſa eſſet apud me improbitas tua, ait Dominus Creator.

23. Quî poſſes negare te non eſſe pollutam, nec Bahales coluiſſe? Memor eſto cultus ejus, in valle Jeroſolimæ vicina, atque in memoriam revoca

qui racemos deteriores ferunt, quàm vitis, è qua depromti erant; à סור *recedere*, quia à præſtantia ſuæ vitis receſſerunt. Vide infrà C. XVII, 13. Hic autem eſt adcumulatio quædam comparationum planè diverſarum, quam aliæ Linguæ facilè non ferant. Confertur enim Iſraël cum meretrice, cum vite, & cum muliere ſe ſe abluente. Sed Hebraïcæ comparationes non ſunt ad morem cultiorum Linguarum exigendæ; nec tamen ſua Emphaſi carent, ſi bene expendantur.

22. *Si ablueris te nitro*] בנתר *bannether*. Unde liquet *nitri* adpellationem nos habere ab Oriente. Exſtat Commentarius in Librum Proverbiorum, perperam *Hieronymo* adtributus, cujus Commentarii hæc ſunt verba: *Nitrum à Nitria provincia* (Ægypti, nempe) *ubi maximè naſci ſolet, nomen accepit.* Imò potiùs *Nitria* à Nitro dicta eſt; ut rectè judicat *J. G. Voſſius* in Etymologico.

Multam copiam ſmegmatis adhibueris] תרבי לך ברית *tharbi lach borith*, multiplicaveris tibi borith. LXX. Intt. πληθυνῇς ἑαυτῇ πόαν, ut habet rectè Alexandrinus Codex, non ποίαν ut Romanus. *Hieronymus* verò ad hunc locum: *Pro herba* BORITH, *quam nos, ut in Hebræo poſita eſt, vertimus, LXX. tranſtulerunt* πόαν, *ut ſignificarent herbam fullonum, quæ, juxta ritum Provinciæ Palæſtinæ, in virentibus & humectis naſcitur locis, & ad lavandas ſordes eamdem vim habet, quam & nitrum.* Poſtquàm verba interpretati ſumus, è propria eorum poteſtate, cui hìc locus nullus eſt; videndum quid, tranſlato ſignificatu, ſibi velint. *Hieronymus*, vult pœnitentiam iis ſignificari. *Nitrum noſtrum*, inquit, *&* herba fullonis *pœnitentia eſt. Eccleſiaſticus quoque ſermo, qui arguit & increpat, & corrigit delinquentes, mordacioris nitri habet ſimilitudinem. Qui verò levi peccatorum ſorde maculatus eſt, levioribus purgatur monitis. Porrò peccata gravia, quæ ad mortem trahunt, nec* Nitro, *nec herbâ* Borith *dilui poſſunt, ſed gravioribus tormentis indigent.* Dubitet quidem nemo, quin pœnitentiâ abluantur peccata, ac proinde quin poſſit *nitro & ſmegmati* conferri, iiſque deſcribi; ſed hoc ipſum oſtendere videtur de pœnitentia hìc ſermonem non eſſe, cùm verâ pœnitentiâ, hoc eſt, vitæ conſtanti emendatione, maxima peccata deleri queant. Propterea malim *nitrum*, & *ſmegma* intelligere de purgationibus, ſeu excuſationibus, quibus peccatores ſe ſe tueri conantur; ſive admiſſa peccata negent, ſive elevent. Profectù verſu 23. rejicitur defenſio delinquentium, quæ in negatione delictorum ſita eſt.

Maculata enim iniquitas tua coram me eſt] נכתם עונך לפני *nichtham havonech lphanai*. LXX. Intt. κεκηλίδωσαι ἐν ταῖς ἀδικίαις σου. Latinus: *maculata es iniquitate tuâ. Jonathan:* כתמא *macula, quæ non eſt munda*; hoc eſt, quæ non poteſt elui. Eſt, apud Syros, & Thalmudices ſcriptores, hæc poteſtas radicis כתם, optiméque loco convenit, quaſi diceret Deus: quibuſcumque utaris excuſationibus, aut defenſionibus, ad eluenda tua delicta, numquam delebunt maculas tuas, quæ mihi præſentes ſunt. Cùm hoc tantùm loco exſtet verbum נכתם *nichtham*, nec ulla ſint ejus in Libris Sacris derivata; ex Linguis vicinis, loci ſententia, & veteribus Interpretibus, poteſtas ejus neceſſariò petenda eſt, aut res relinquenda in medio.

23. *Quomodo diceres* &c.] Hoc optimè convenit cum ſenſu adlato ſuperiorum verborum; oſtendit enim Deus, excuſationibus Judæorum, non poſſe elui maculam delictorum; quandoquidem negare non poterant, ſe cultu Bahalum eſſe pollutos.

Bahales non ſum ſequuta] בעלים *behalim* plurali numero dicuntur, ſive intelligerentur plura Numina, ſive unius tantùm eſſent cognomina. LXX. Intt. habent in feminino τῆς Βάαλ, & *Hieronymus: Baalim.* Omnia, quæ hac de re dici poſſent, collegit, cum pulviſculo, *Joannes Seldenus*, in Opere de Diis Syris; quod conſulent ii, quorum intererit illa noſſe.

Viam tuam in valle] Intelligi videtur vallis quæpiam, cultu Bahalum infamis, in quam frequentes iverint Judæi. *Grotius* & alii, ex *Hieronymo*, *Vallem Hinnonis* intelligunt; nec repugno. Celeberrima fuit, & quidem ad Jeroſolimæ muros. LXX. Intt. pro גיא *ge* habent πολυάνδριον, cœmeterium; ob ſepultas illic eorum, qui Molocho mactati erant, reliquias. Attamen *Jonathan* habet hìc: *vallem è regione Baal Pheoris.*

In conſcium animum revoca] דעי מה עשית *dehi mah haſchith*, ſcito quid feceris; quorum verborum ſenſus eſt, quem expreſſimus. Hebræi voces nullas habent, quibus *conſcientiam*, aut *conſcium animum* exprimant; ſed ſi Latinè loquutus eſſet Jeremias, hìc alterutra harum vocum, aut ſimili uſus fuiſſet. Vide & C. III, 13.

Quæ eſt inſtar dromadis levis] בכרה קלה *bikrah kallah*. LXX. Intt. ὀψὲ φωνὴ αὐτῆς ὠλόλυξε. Mirum eſt, quî uſque adeò recedere potuerint à verbis Hebraïcis. *Lud. Cappellus*, qui feliciter plerumque lectiones Cod. LXX. Intt. ex eorum verbis eruit, hìc habet, eos בברה ſumſiſſe, eâ ſignificatione, quâ apud Arabas uſurpatur, pro *manè* πρωΐ, ut בקר *boker* apud Hebræos. Sed πρωΐ & ὀψὲ ſunt planè contraria, nec ſatis intelligo, quî ea confuderit vir doctiſſimus. Verè tamen obſervat קלה potuiſſe ab iis legi קלה *kolah*, vox ejus. *Multùm in hoc loco LXX. Editio ab Hebraïca veritate diſcordat*, inquit Hieronymus, *tamen utraque habet ſenſum ſuum.* Verè, ſed ſenſus Græ-

quid feceris, *quæ es inſtar* dromadis levis, quæ vias ſuas implicat. [24]. Aſinæ feræ deſerto adſuetæ, cum in ſua libidine hauſit auram, quis occaſionem avertet? Quicumque eam quærent minimè delaſſantur, ſed ejus menſe eam invenient. [25]. Prohibe ne per

voca quæ feceris, tu quæ es inſtar Dromadis levis; quæque, ut illa, vias tuas ſoles implicare. 24. Quis coërcere poſſet aſinam feram, cum libidine; hauſtâ aurâ, incenſa eſt? Qui eam quærent eo menſe, quo libidine laborare ſolet, facilè eam deprehendent. 25. Da operam ne pes tuus calceo exuatur, néve guttur tuum ſitiat. At negabis hoc poſſe te exuere; & mores mutare, itaque cùm ames mores aliarum gen-

Græcorum planè alienus eſt à re, quæ agitur. Tum ſuam ipſius verſionem ſic exponit: *Quomodo*, inquit, *caprea levis, quam nos genere communi curſorem diximus, ſignificantiúsque Aquila, Symmachus, & Theodotio vertere* δρομεὺς κουφὴ explicat vias ſuas, & velox fertur ad pabula &c. Sic eſt in Editione *Martianæi*, verùm δρομεὺς κουφὴ merus eſt ſolœciſmus, & antiquiſſimi Codd. *Hieronymi* habent δρομὰς, teſte doctiſſimo Editore reliquiarum *Hexaplorum*. Præterea בכרה *bichrah* eſt *camela*, ut oſtendit *Sam. Bochartus*; ex uſu Arabum, Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 3. Sic autem vocatur meretrix, quia libidinoſiſſimi ſunt Cameli, ut obſervavit *Grotius* ex *Ariſtotele*, cujus hæc ſunt verba Hiſt. Animal. Lib. V. c. 2. διημερεύει τὸ μὲν ὀχεῦον, τὸ δὲ ὀχευόμενον, *totum diem exigunt, dum hic quidem ſubigit, illa verò ſubigitur*. Hinc & apud Græcos δρομάδες dictæ ſunt meretrices. *Heſychius*: δρομὰς, ἑταίρα, quod hunc locum egregiè illuſtrat, ubi ſermo eſt de meretrice.

Quæ vias ſuas implicat] משרכת דרכיה *mſcharecheth darcheah*. LXX. Intt. ὠλόλυξε τὰς ὁδοὺς αὐτῆς. Prima vox neque Hebraïcæ voci convenit, neque ſenſum ullum commodum hìc parit. Sed videtur eſſe mendoſa, pro εἵλιξε, aut fortè εἰλέλιξε cum reduplicatione Attica, ſi tamen in hoc verbo uſitata erat. *Hieronymus*, contrario ſenſu, *explicans vias ſuas*, incommodè, ut mox videbimus. *Jonathan*: מקלקלא *mkalkela*, implicans. Idem ſignificat verbum Chaldaïcum כרך *frach*, & שרוך *ſeruch* Hebraïcè eſt *corrigio* calceorum, quæ implicita calceum vincit, Gen. XIV, 23. Eſ. V, 17. Camela autem dicitur *implicare vias ſuas*, quæ huc, illuc it, reditque; ita ut vix ſcire queas, ex veſtigiis, quam in partem tandem conceſſerit. Quod volgivagæ Veneri optimè convenit.

Aquila hìc & *Symmachus* citantur ex Codd MSS. quaſi vertiſſent ἀνελγῶς ἐλάλησαν, ſed ad alium locum referenda, ad hunc perperam ab imperito Librario ſunt tranſlata.

24. *Aſina feræ deſerto adſuetæ*] פרא למד מדבר *phre limmoud midbar*, aſinus ferus deſertum edoctus; nempe, à natura. Hìc nomen eſt maſculinum, ſed adfixa ſequentia fœminina. Itaque vox eſt ἐπίκοινος, quæ de mare, aut femella intelligenda, pro re quæ agitur. Hìc verò de aſina agi liquet, certo tempore libidinis œſtro correpta. Abſurdè verterunt LXX. Intt. ἐπλάτυνεν ἐφ' ὕδατα ἐρήμου; quaſi legiſſent. פרה לפי מדבר *auctus eſt ad aquas deſerti*, Latinus: *onager adſuetus in ſolitudine*. Melius multò.

Cùm in ſua libidine hauſit auram] באות נפשה שאפה רוח, *beavath naphſchah ſchoapha rouahh*, in libidine animæ ſuæ; hoc eſt, ſua, noto Hebraïſmo. Verterunt LXX. Intt. ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς ἐπνευματοφορεῖτο. In tenebris palpabat hic Latinus: *in deſiderio animæ ſuæ, adtraxit ventum amoris ſui*. Sed תאנה non eſt *amor*, ut mox videbimus. Significatur tempus, quo aſinæ maſculum expetunt. *Haurire auram* dicitur, quæ eſt odore maris adflata, eo tempore; quod elegantiſſimè deſcripſit *Virg*. Georg. III. 245.

Tempore non alio catulorum oblita leænâ
Sævior erravit campis; nec funera vulgò
Tam multa informes urſi, ſtragémque dedere.
Per ſilvas tum ſævus aper, tum peſſima tigris.
Heu! malè tum Libyæ ſolis erratur in agris.
Nonne vides, ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, ſi tantùm notas odor adtulit auras?

Quod intelligendum, quaſi dixiſſet: *aura adtulit odorem*; nempe, equæ. Sed & *odor* ille *aura* dicitur, quòd inſtar auræ per aërem feratur. Sic *aura olivi* apud *Lucretium* Lib. II. 850. & *aura croci*, apud *Statium* V. Silv. III, 42. & *de Corycio quæ venit aura croco*, apud *Martialem*. Lib. III. Ep. 65. Eodem reſpexit *Horatius* Lib. II. Carm. Od. VIII, 21.

Te ſuis matres metuunt juvencis,
Te ſenes parci, miſeræque nuper
Virgines nuptæ tua ne retardet
Aura maritos.

Quis occaſionem avertet] תאנתה מי ישיבנה *theenathah mi jeſchibennah*, occaſionem ejus quis reverti faciet eam? LXX. Intt. παρεδόθη, τίς ἐπιστρέψει αὐτήν; ſed תאנה *theenah* non eſt idem ac נתנה *nitthenah*, tradita eſt, neque ſenſus ullus hinc emergit. Vulgatus: *amoris ſui, nemo avertet eam*. *Grotius* ſuſpicatur legiſſe eum תאותה *thaavathah* cupiditatis ſuæ, non abſurdè quidem; ſed תאנה meliùs hìc convenit, ubi ſermo eſt de aſina fera, quæ maris odore adflata, occaſionem cum eo coëundi non amittit; ſed, ut dicit *Virgilius*, *in furias ignémque ruit*. Notum eſt hanc vocem deduci ab אנה, quod in *Pihel* eſt *occurrere fecit*, in *Hithpahel occaſionem quæſivit*. Quod ſi feræ naturæ ductum ſequentis convenit; nemo tamen putarit, minùs in meretricem, cui occurrit amator, quadrare.

Minimè delaſſantur] Non fruſtra laſſabuntur, dum quærunt aſinam feram iis temporibus, quibus latet in abditiſſimis ſolitudinum, & montium aviorum latebris; ſed ex-

per tuus calceo exuatur, & guttur tuum à ſiti. At dicis: res eſt deſperata, non *faciam*; amo alienos, eóſque ſequar. 26. Ut pudet furem, quando deprehenditur: ſic pudore adfecta eſt domus Iſraëlis, cùm ipſi *Iſraelitæ plebeii*, tum eorum Reges, Principes, Sacerdotes, & Prophetæ. 27. Dicunt ſimulacro: pater meus es; & lapidi: tu genuiſti nos. Verterunt ad me cervicem, non faciem; attamen calamitatis ſuæ tempore, ſurge, inquiunt, & libera nos. 28 Ubi verò ſunt Dii tui, quos tibi feciſti? ſurgant, ſi te, tempore calamitatis tuæ, liberare poſſunt; nam quot ſunt urbes tuæ: *totidem* fuerunt Dii tui, ô Juda. 29. Quid con-

gentium, non poſſe te eas non imitari, idque facturum. 26. Ut non pudet furem in furto deprehendi: ſic quoque domus Jacobi, tam quod adtinet ad plebeios, quam ad ejus Reges, Proceres, Sacerdotes, & qui ſe quaſi Prophetas venditant, ita ſe gerunt. 27. Simulacrum Dei fictum vocant patrem ſuum, quamvis ſit merus lapis. Cervicem ad me vertunt, non vultum, quaſi me nihili facientes, præ Deorum fictitiorum ſimulacris. Attamen cum calamitate premuntur, ad me redeunt & ſurge, inquiunt, & libera nos. 28. Ubi vero, tunc temporis, tua fictitia Numina, quæ tibi creaſti? Veniant ſi poſſunt, urgente calamitate, & te periculo eripiant. Nam quot erant oppida tua, totidem ſunt a te ficti Dii tui, ô Tribus Judæ. 29. Cur mecum contendiтis Iſraelitæ? Omnes

ſpectant id tempus anni, quo amoris œſtro veluti percita latiùs & liberiùs mares quærens per deſerta vagatur; quo denium tempore faciliùs capi poteſt.

Ejus menſe] בחדשה *bhhodſchah*, menſe ſuo; eo anni menſe, quo amoris ſtimulis agitata è luſtro ſuo egreſſa ſe interdum venatoribus objicit. LXX. Intt. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῆς, ſic & *Theodotion*, quamvis voci Hebraicæ non inſit *humilitatis* ſignificatio. *Aquila*: ἐν τῇ νεομηνίᾳ αὐτῆς, quia vox propriè loquendo νεομηνίαν ſignificat; ſed agitur de toto menſe, ideóque rectiùs *Symmachus*: ἐν μηνὶ αὐτῆς. *Hieronymus* parum commodè: *in menſtruis*. Videtur hìc verius eſſe comparationis πρότασις, quam nulla ſequitur ἀπόδοσις. Propheta enim hìc habet id, quod facit Dromas, cùm qua confert Iſraëlem; ſed non addit, quid fieret ab Iſraële, quod poſſet cum Dromadis indole conferri. Crediderim hìc caſtigari id Idololatrarum genus, qui Dei veri cultores videri volebant, nec aderant, niſi clam, ſacris Ethnicorum populorum, qui finitimi erant Judææ, & quidem tantùm certis temporibus. Hoc eſt, quod confertur cum Dromadis œſtro in certum anni menſem incidente; quo demum tempore deprehendi poterat Iſraëlitarum Idololatria.

25. *Probibe ne pes tuus calceo exuatur*] מנעי רגלך מיחף *minhi raglech mijjabbeph*. LXX. Intt. ἀπόστρεψον τὸν πόδα σου ἀπὸ ὁδοῦ τραχείας. Latinus: *probibe pedem tuum à nuditate*. 2. Sam. XV, 30. יחף *jabbeph* dicitur *nudis pedibus* ambulans; ſed hìc eſt pro ipſa *nuditate*. Significatur, his verbis, oportere Iſraëlitas deſinere fornicari; quòd, non niſi nudis pedibus, libidini indulgeri ſolebat; eáque fornicatione deſignatur Idololatria, pro more Scripturæ.

Et guttur tuum à ſiti] גורנך מצמאה *gorenech mittſimeab*. Sed in margine eſt גרונך *gronech*, quomodo ſine dubio ſcribendum. His verbis ſcortandi libido ſignificatur. Symbolicum igitur eſt præceptum, quo Idololatria vetatur, qualia multa fuere, apud Orientales populos, quos imitatus eſt, in ſuis *Symbolis*, *Pythagoras*. Vide & C. IV, 3. & dicta ad Levit. XIX, 19.

At dicis: res eſt deſperata, non faciam] ותאמרי נואש לוא *vattbomeri noaſch lo*, & dices, deſperatum eſt, *non*; ſupplendum אעשה *faciam*. LXX. Intt. ἡ δὲ εἶπεν, ἀνδριοῦμαι. Non capio qui נואש poſſit verti ἀνδριοῦμαι, niſi deducatur vox à voce איש, *vir*, quod Grammatica non patitur. *Aquila* meliùs: ἀπέγνων & Latinus: *deſperavi*. Hoc eſt; ne ſperato fore, ut abſtineam ab Idololatria, non poſſum tibi obſequi. Fortè quidem ita non loquebantur Judæi, ſub Joſia; ſed, quod deterius erat, ita ſe gerebant, & actionibus Idololatriam profitebantur, quam verbis abnegabant, metu Regis; qui ſi paſſus eſſet, commenticios Deos palam coluiſſent. Vide ad verſ. 31.

26. *Ut pudet furem*] כבשת גנב *cbboſcbeth gannab*, qualis pudor furis, qui nullus eſt.

Sic pudore adfecta eſt &c.] Pudebat Judæos, in Idololatria deprehenſos, nullâ ratione cultum fictorum Deorum defendere; nec quidquam ſani objectionibus Prophetarum reſpondere. Attamen Idololatriæ dediti erant, exemplo, ut opinor, potentiſſimarum gentium adducti; quarum res florentiores erant, quàm Judæorum. Putabant, nimirum, res ſuas ſecundiores fore, ſi vicinos potentiores imitarentur, quibus pares non erant. Tales erant Ægyptii, Babylonii, Perſæ, & Chaldæi, aliique, iis temporibus.

27. *Tu pater es*] Creator. Vide Eſaiæ LXIII, 16. LXIV, 8. Non putabant quidem à ſimulacro ſe creatos, ſed ſic adloquebantur eum Deum; quem conſecratæ ſibi imagini præſentem adeſſe credebant. Verùm re ipſâ cùm nullum ejusmodi Numen adeſſet ſimulacro, quippe quod eſſet אליל *elil*, merum nihil, & Idololatrarum commentum, cultus ille in ſtatua deſinebat.

Verterunt ad me cervicem] Hoc eſt, me deſeruerunt, ut deſeruntur homines, quibus tergum obvertitur.

Calamitatis ſuæ tempore] Tum verò intelligebant, ſe fruſtra coluiſſe commenticios Deos, אשר לא יועילו, *qui juvare non poſſunt*, ut Propheta noſter loquitur antea, ideóque ad Deum verum confugiebant, à quo tamen non audiebantur, quòd non religioſo animo ad eas preces devenirent, ſed ſolo metu adducti.

28. *Ubi verò ſunt* &c.] Hoc eſt, cur non te ſervant tua ſimulacra, quæ, me relicto, coluiſti; quaſi plus ab iis ſperares, quàm à me.

Quot ſunt urbes tuæ &c.] Hæc ipſa, mul-tis

contenditis mecum? vos omnes defeciſtis à me, ait Jehova. 30. Fruſtra percuſſi filios veſtros, caſtigationem non admiſerunt; abſumpſit gladius veſter Prophetas veſtros, inſtar leonis vaſtatoris. 31 O ætas *prava*! videte *quodnam ſit* verbum Jehovæ: an fui Iſraëli deſerti *inſtar*? an terræ caliginis? Quare ergo dicit populus meus: dominamur, nec ampliùs ad te veniemus. 32. An obliviſcitur virgo mundi ſui, aut ſponſa catenularum ſuarum? At populus meus oblitus eſt mei, diebus innumeris. 33. Cur bonam eſſe viam tuam prædicas, dum quæris quod amas? Eo ipſo oſtendiſti malas eſſe tuas vias. 34. Etiam

Omnes defeciſtis à me ait Creator. 30. In caſſum pœnas exegi à filiis veſtris, caſtigationem meam nequaquam audiverunt. Prophetas ad vos miſſos occidiſtis, quemadmodum leones regionis vaſtatores. 31. O ætatem depravatam! videto quodnam ſit verbum Creatoris. An fui erga Iſraëlitas, id quod eſt ſolitudo, aut quod eſt terra tenebricoſa, in qua nemo occurrit, qui vos quidquam doceat? Niſi res ita ſe habeat, cur dicit populus ſe dominari, neque ad me poſthac venturum. 32. An virgo mundi ſui muliebris, aut ſponſa catenularum ſuarum aurearum obliviſcitur? Attamen populus meus oblitus eſt mei, idque per longum tempus. 33. Cur verò, ô Jeroſolima! 33. Cur bene te gerere te jactas, dum quid ames etiamnum quæris? Eo ipſo oſtendiſti corruptos eſſe tuos mores.

tis poſtea ſæculis, exprobrarunt Ethnicis Chriſtiani, ut vel unus docebit *Tertullianus* Apologet. C. XXIV. quem non ſtudio partium hac in re peccare oſtendent *Cicero* in Opere de *Natura Deorum*, & *Plinius* Hiſtoriæ Naturalis Lib. II, ab initio.

Totidem fuerunt Dii tui] *Nam* (pro) *numero urbium tuarum fuerunt Dii tui.*

30. *Caſtigationem non admiſerunt*] מוסר לא לקחו *mouſar lo lakehhou.* LXX. παιδείαν οὐκ ἐδέξασθε, Latinus: *diſciplinam non receperunt*: hoc eſt, in animum non admiſerunt; ita ut intelligerent ſe peccaſſe, & à pravis factis in poſterum abſtinerent.

30. *Abſumpſit gladius veſter* &c.] Non quidem ſub Joſia, ſub quo vaticinabatur Jeremias; ſed dum regnarent Reges Idololatriæ dediti, Amon Joſiæ Pater, & Manaſſa avus, exceptis regni annis poſtremis. Non multa quidem in Judæ Regum Hiſtoria leguntur, ſed memores nos eſſe oportet brevem eam eſſe Hiſtoriam, & in qua permulta omittuntur; ad quæ tamen Sacri Scriptores adludunt, quo fit, ut non intelligantur à nobis.

31. *O ætas prava*] הדור *baddor.* Hæc vocula eſt à LXX. Intt. omiſſa. A Vulgata verò conjungitur cum ſuperioribus verbis: *devoravit gladius veſter prophetas veſtros; quaſi leo vaſtator, generatio veſtra.* Sed Hebræi hæc ſejungunt, & *Jonathan* incipit hunc verſum, his verbis עם דרא *popule ætatis.* Reverâ ה in הדור *baddor* eſt idem ac interjectio, *ô*, quod occurrit & infrà C. XXXI, 22. Vide plura exempla, apud *Ch. Noldium* ſign. VI. Addidimus hic *prava*, quia Latinè vix ac ne vix quidem dixeris, *ô ætas*, ſine ulla adjectione.

An fui Iſraëli deſerti inſtar] המדבר הייתי לישראל *hammidbar bajithi leJiſchraël*, an deſertum fui Iſraëli; an nullum ex me cepiſtis fructum, non magis quàm ex ſiticuloſa Arabum terra?

An terra caliginis] אם ארץ מאפליה *im erets maſhelyah.* LXX. Intt. ἢ γῆ κεχερσωμένη, *terra inculta.* Sed qui hæc ſignificatio Hebraïcæ voci convenire queat non video. Latinus: *terra ſerotina*, quia אפילות dicuntur Exod IX, 32. *fruges ſerotinæ.* Verùm de terra ipſa non dicitur. Ideò nativam ſignificationem vocis retinuimus, idémque hic eſſe cenſuimus *terram caliginis*, ac terram *umbræ mortis*, quomodo vocatur Cap. hujus vers. 6. Deſerta Arabia, ubi dicta vide. Hanc autem vocem compoſitam volunt ex מאפל *maaphel*, caligo, & יה *jab* quod eſt Dei nomen, & ſignificationem vocis, cui additur, intendit, ut in שלהבת יה *ſchallhebeth jah*, flamma Jehovæ Cant. VIII, 6. Sententia eſt Deum nullum creaſſe periculum Iſraëli, quale eſt id, in quod incidunt, qui opacos ſaltus ſolitudinum ingrediuntur, cùm ſint illic feraciſſimarum ferarum luſtra.

Dominamur] רדנו *radenou.* LXX. Intt. κυριευθησόμεθα, *dominum non patiemur*; ſed nulla eſt in Hebraïcis negatio. Latinus: *receſſimus*, at רוד *roud* nuſquam eſt *recedere.* Exiſtimarim hìc *dominamur* perinde eſſe ac juris noſtri facti ſumus, hoc ſenſu: jugum tuum excuſſimus, nec ampliùs ad te redibimus, ut tibi denuo pareamus. Sic inducuntur loquentes Judæi Idololatræ, qui nolebant ad Dei Iſraëlis cultum reverti; non quòd talia palam, regnante Joſiâ, dicerent, ſed quòd ſic ſentirent, & ſic eſſent loquuturi, ſi modò licuiſſet impunè. Vide ad vers. 25.

Ad te veniamus] Nempe, ut te colamus quemadmodum fecere Majores noſtri.

32. *An obliviſcitur virgo mundi ſui?*] Hoc eſt, numquam obliviſcitur mundi ſui muliebris.

Aut ſponſa catenularum ſuarum] קשוריה *kiſſchoureah.* LXX. στηθοδεσμίδα αὐτῆς, unde Latinus habet, *faſciæ pectoralis ſuæ.* Catenulæ aureæ ſignificari videntur, nam קשר eſt *ligavit.* Hæc quoque interrogatio eſt negantis. Sententia eſt, cùm mulieres mundi muliebris numquam obliviſci ſoleant; multò minùs Judæos debuiſſe oblivioni mandare *gloriam ſuam*; hoc eſt, Deum Creatorem, cujus cultus honori iis erat.

At populus meus &c.] Cùm res exigui pretii, quando ſimul cordi fuere, oblivioni mandari non ſoleant; multò minùs obliviſci debuiſſent Judæi cultûs veri Dei, qui tanti momenti eſt, ut nulla res ei poſſit ullo modo æquiparari, quæcumque ſit. Sed non movebantur à Deo, quem non videbant & qui captum eorum longè ſuperabat. Nec hodie multi Chriſtiani ſunt iis multò ſapientiores.

Diebus innumeris] ימים אין מספר *jamim en miſſhar*, diebus *quorum* nullus eſt numerus; omnibus, nempe, annis, & menſibus, & diebus; quibus Idololatriæ addicti fuerant Judæi.

33. *Cur bonam viam tuam eſſe prædicas*]

Digitized by Google

34. Etiam ſub pallio tuo inventus eſt ſanguis hominum egenorum atque innocentium, quos non deprehenderas inſtructos inſtrumento, quo *parietes* foderent, ſed aliis omnibus intentos. 35. Et dicis tamen: innocens ſum, profectò à me averſa eſt ejus ira! Atqui ego de te pœnas mox exigam, quod dicas: non peccavi. 36. Cur abjecta es uſque adeò, ut mutes tuum vitæ inſtitutum? Ab Ægyptiis pudore adficieris, quemadmodum pudore adfecta es ab Aſſyriis. 37. Propterea etiam hinc egredieris, & manus tuæ

mores. 34. Etiam deprehenſa es rea homicidii, cædis; nimirum, egenorum, atque innocentium; quos nequaquam deprehenderas inſtructos inſtrumentis, quibus parietes perrumperent, ſed aliis omnibus intentos. 35. Nihilo ſeciùs jactatis innocentiam veſtram, nec Deum poſſe eſſe vobis infenſum contenditis. 36. Cur es uſque abjecta, ut inſtitutum tuum vitæ, ſine ratione, mutes? Ab Ægyptiis pudore adficieris, quemadmodum fuiſti ab Aſſyriis. 37. Propterea hinc etiam egredieris, &

מה תיטיבי דרכך *mah thetibi darchech*, cur *bonam feciſti viam tuam*; hoc eſt, cur bonam eſſe contendiſti, aut te prædicaſti; nam hæc ſæpe eſt Conjugationis Hiphil poteſtas. LXX. Intt. τί ἔτι καλὸν ἐπιτηδεύσεις ἐν ταῖς ὁδοῖς σου, qui ſenſus non eſt Hebraïcarum vocum. Meliùs *Hieronymus: quid niteris oſtendere viam tuam bonam?*

Dum quæris quod amas] לבקש אהבה *lbakkeſch ahabah*, dum quæris amorem. LXX. Intt. τοῦ ζητῆσαι ἀγάπησιν, Latinus: *ad quærendam dilectionem.* Sed antecedens interrogatio oſtendit τὸ ל meliùs verti *dum* אהבה *amor*, id eſt, quod quis amat; & hìc quidem opponitur iis, quæ Deus jubet.

Oſtendiſti malas eſſe tuas vias] את הרעות למדת את דרכיך *eth harahoth limadth eth derachajich*, malas docuiſti vias tuas. LXX. σὺ ἐπονηρεύσω τοῦ μιᾶναι τὰς ὁδούς σου. Latinus: *malitias tuas docuiſti vias tuas.* Quæ ſunt obſcura, & dura. Duplex את oſtendit רעות & דרכיך inter ſe convenire. למד *limmad*, docuit. Sic ſumimus perinde ac *oſtendit*, quod frequentius eſt in Lingua Latina, ſed nec alienum ab Hebraïca,

34. *Sub pallio tuo*] בכנפיך *bichnaphajich*, in alis tuis; nempe, veſtium, aut pallii מעיל *mehil*. Vertimus *ſub pallio*, quia quæ occultantur ſub eo latent; unde fit, ut Propheta diſſimulatas cædes eſſe *in alis* pallii dicat.

Inventus eſt ſanguis] Qui quempiam gladio occidit, ſæpe ſanguine vulnerati adſpergitur; unde fit ut *invenire ſanguinem in alis* alicujus, perinde ſit ac eum cædis reum comperire.

Hominum egenorum] *Animarum egenorum*, hoc eſt, hominum.

Inſtrumento, quo parietes foderent] במחתרת *bammahhthereth*, quod poſſit & *in perfoſſione* reddi, ut Exod. XXII, 2. Qui deprehendebantur noctu occupati, in perfodiendis ædibus, aut cum ejusmodi inſtrumento parati, ad eam rem, poterant jure occidi, ut ex eo loco liquet. Sed homines potentes & crudeles poterant pauperiores occidere innocentes, & ſine ejusmodi inſtrumento, iiſque occiſis, dicere eos fuiſſe in perfoſſione, aut cum ejusmodi inſtrumento noctu deprehenſos, ne rei cædis apud Judices fieri poſſent. Ejuſmodi homicidas reſpicit hìc Propheta. Vide not. ad locum Exodi. LXX. Intt. hìc οὐκ ἐν διορύγμασιν εὗρον αὐτούς, quod perperam vertit *Hieronymus: non in foſſis inveni eos.* Nam מחתרת *mahhthereth*, nuſquam eſt *foſſa*, vel *fovea*; nec quidquam ſimile. מצאתים *mtſathim*, non eſt prima perſona, ſed ſecunda fœminina; ideóque εὗρες verti debuit, non εὗρον.

Sed aliis omnibus intentos] כי על כל אלה *chi hal chol elleh*, ſed ad omnia illa. LXX. Intt. ἀλλ' ἐπὶ πάσῃ δρυΐ, & *Hieronymus: in omnibus iſtis*, ſive, *ſub omni quercu.* In Commentario verò ſic habet: *Hos autem*, inquit, *pauperes & innocentes, non inveni in foveis interfectos, quod ſolet plerumque accidere latronum inſidiis, ſed in omnibus, quæ ſupra memoravi; ſive* ſub quercu, *quæ Hebraïcè dicitur* ELLA, *quæ quidem &* iſta *ſignificat; ut ſit ſenſus: in omnibus iſtis, ſive ſub quercu atque terebintho, ſub hujus umbra & frondibus, quaſi in amœnis locis, Idololatriæ ſceleribus fruebaris.* Exiſtimavi כל אלה *chol elleh*, apud Hebræos, formulam fuiſſe, quà *omnia alia* ſignificarentur, atque hìc eſſe ellipſin participii, ut ſit plena loquendi ratio מתבוננים על כל אלה *mithbonenim hal chol elleh*, intenti ad omnia hæc, ſeu ad quævis alia, quàm eſt perfoſſio ædium. Ac reverà התבונן *hithbonen* conſtruitur cum על Job XXXI, 1. Sententia aperta eſt, & loco conveniens. Perfodiendorum murorum conſuetudo frequentior erat in Oriente, ubi pauciora erant ædificia lapidea, & apud Atticos etiam τοιχώρυχος convicium fuit, quod in pauperiores jaciebatur, ut ex multis locis Pluti *Ariſtophanis* intelligere eſt.

35. *Innocens ſum*] נקיתי *nikithi*; hoc eſt, innocens habeor, nec eſt cur ſupplicium ullum propterea timeam, nam hæc eſt ſæpe vis verbi in hac conjugatione. Vide not ad Exod. XX, 7.

A me averſa eſt ejus ira] Nempe, Dei. Inducit Propheta impios dicentes, ſi modò fallere homines poſſent, fore etiam, ut fallerent Deum; ſi enim fucum facere judicibus poſſent, Deum nequaquam ſibi indignaturum; non quòd ſint homines, qui ita loquantur, ſed quia ſunt multi, qui ita ſe gerunt, quaſi talia dici poſſent. Jam bis ad hoc Caput eam Prophetæ noſtri conſuetudinem obſervavimus.

Atqui ego de te pœnas mox exigam] הנני נשפט אותך *hinneni niſchphat othach.* Particula הנני *ecce me*, pro ambiguitate particularum Hebraïcarum, vertenda quidem eſt, prout orationis ſeries poſtulat; ſed cùm paſſim præfigatur rebus paullò pòſt futuris; ejus etiam poteſtatis rationem habuimus, quà perinde eſt ac *mox*, vertimúſque: *atqui mox*: נשפט eſt quidem *diſceptare, litem intendere*, ſed ubi eſt de Deo, qui judex ipſe & actor eſt, ſignificat *pœnas ſumere* de reis, ut hìc. Antecedens,

Digitized by Google

tuæ erunt ſupra caput tuum, quia improbat Jehova eos, quibus confidis, nec res proſperè tibi cedet, ad eos quod adtinet.

Caſtigantur atque ad pœnitentiam vocantur Tribus Hebræorum, ſed præſertim Tribus Judæ; dum, & illæ & hæ proſopopœiâ duarum impudicarum mulierum deſcribuntur.

CAPUT III.

1. ME *præterea adloquutus eſt Jehova*, his verbis: ſi vir uxorem ſuam repudiarit, eáque ab illo diſceſſerit, & alterius viri facta ſit, an *vir prior* ad illam redibit?

& manùs tuæ, propter anxietatem, quia Creator improbat eos, quibus confidis, nec res tibi feliciter cedet; propter eos.

P A R A P H R A S I S.

1. ME præterea adloquutus eſt Creator in hæc verba: ſi quis uxorem ſuam repudiarit, eáque poſtquàm ab illo diſceſſerit, & alii nupſerit, an prior vir ad eam redibit? Annon ea mulier poteſt vocari terra polluta, ſi ratio habeatur primi viri? Tu tamen, quæ fornicata es cum multis viris,

dens, nimirum, ſumitur pro conſequente, in hac conjugatione *Kal*; unde etiam nomen משפט *judicium*, ſæpiſſimè perinde eſt, ac *pœna*.

36. *Cur abjecta es usque adeò*] מה תזלי מאד *mah thezeli meod*, quid contemta es valde. Cùm יקר *jakar* & זולל *zolel* opponuntur, priúsque *pretioſum*, alterum *vilem* ſonet Jerem. XV, 19. & ſic quoque זולל ſit intelligendum Lam. I, 11. hunc ſignificatum verbi hîc retinuimus, cum Vett. Intt. nam LXX. habent καταφρόνησας, & Latinus meliùs: *vilis facta es*. Videntur legiſſe תָּזֵלִּי, quaſi à forma זלת. Grammarici recentiores deducunt ab אזל *azal*, *abivit*, volúntque formam Chaldaïcam eſſe, & primam radicalem א in Ttere occultari. Res ipſa, conjuncta cum auctoritate Vett. Intt. fecit, ut mallemus derivare à זלת.

Ut mutes tuum vitæ inſtitutum] לשנות את דרכך *lſchannoth eth darchech*, ad mutandam viam tuam; ut cùm coleres ſolum Deum Iſraëlis, qui verus eſt, mutaveris hoc tuum inſtitutum; ut, eo relicto, Diis alienis ſacra faceres, quo abjectius, & turpius nihil fieri potuit. Vilis eſt animi populus, qui eò adducitur, ut aliena inſtituta mala ſuis bonis anteferat, in gratiam aliorum, præſertim in re tanti momenti.

Ab Ægyptiis pudore adficieris] ממצרים *mimmitſrajim*, quod eſt Gallicè: *de la part des Egyptiens*. Hoc contigit, cùm Joſias ab Ægyptiis occiſus eſt, & victus, & cùm Jeroſolima Regem à Pharahone accipere neceſſe habuit. Vide 2. Ephem. XXXV. & XXXVI.

Ab Aſſyriis] מאשור *meaſchour*. Quod vertendum etiam Gallicè, *de la part des Aſſyriens*, ut aliquando etiam Latini dicunt *à parte*, quod tamen obſcurius hîc viſum. Tempore Manaſſæ, hoc factum erat. Vide 2. Ephem. XXXIII, 11.

37. *Egredieris*] In captivitatem.

Manus tuæ erunt ſupra caput tuum] Geſtus mulierum dolentium. Vide 2. Sam. XIII, 19.

Eos quibus confidis] במבטחיך *bmibtabbajich*, fiducias tuas. LXX. ἐλπίδα σου. Latinus: *confidentiam tuam*. Quaſi eſſet in ſingulari מבטחך *mibtabbacha*. Sed obſtat ultima verſûs vox.

Proſperè tibi cedet] תצליחי *thatslibbi*, proſperè facies cedere; nempe, דרכך *darchecha*, aut ſimile quid. Sed rem æquè commodè, more Latino, expreſſimus.

Ad eos quod adtinet] להם *labem*. LXX. Intt. ἐν αὐτῇ, Latinus: *in ea*, quia antea legerunt in ſingulari nomen, ad quod pronomen hoc refertur.

C O M M E N T A R I U S
In Caput III.

1. ME *præterea adloquutus eſt Jehova*] Quaſi hinc excidiſſet וידבר יהוה אלי *vajjedabber Jehova elai*; aut ויהי דבר יי אלי & fuit verbum Jehova ad me, vox enim לאמר *lemor*: quæ ſequitur ſimile quiddam præceſſiſſe oſtendit. Ideò LXX. Intt. omiſſerunt eam vertere. *Hieronymus* quidem vertit: *vulgò dicitur*, ſed contra uſum perpetuum vocis, & canones Grammaticorum; quamvis aliter ſentiat *Andreas Maſius*, vir doctus. Non intelligo etiam quid velit quod habet, *poſſe hoc pendere ab eo, quod dixit Propheta*, הלא חנוף תחנף הארץ, כי מאס יי במבטחיך, horum enim verborum quatuor priora leguntur in hoc verſu, & quatuor poſteriora verſ. ult. Cap. II. interpoſitis ſeptemdecim vocibus. Aliud ſine dubio agebat vir eruditus, cùm hæc ſcriberet. Nec alii Intt. quos equidem vidi, quidquam habent, unde nihil excidiſſe, aut certè ſupplendum eſſe, conſtare poſſit. *Hieronymus* in Comment. ad hunc locum: *Vulgò dicitur* C. *pro quo LXX. tantùm* dicitur *tranſtulerunt*. Unde intelligere eſt fuiſſe in ejus Codice LXX. Intt. λέγεται. Sed ſequentia non ſunt παροιμιῶδες quiddam, de quo dicere liceat: *vulgò dicitur*, aut *dicitur*. *Aquila* habebat λόγον, ut liqueat eum legiſſe, quemadmodum hodie legimus. Verùm nec ante proverbia ſolent voculam לאמר

bit? Annon eſt polluta terra *iſta*? tu *tamen*, quæ fornicata es cum multis amantibus, revertere ad me, ait Jehova. ². Tolle oculos ad loca edita, & vide ubi non conſtuprata fueris. Ad vias ſediſti, eorum cauſâ, ut Arabs in deſerto, & polluiſti terram fornicationibus tuis & nequitiâ tuâ. ³. Coërciti ſunt imbres, nec ſerotina pluvia fuit; at tibi fuit frons mulieris meretricis, & pudorem abjeciſti. 4. Annon ab hoc tempore adpellabis me, *his verbis*: Pater meus atque adoleſcentiæ meæ dux es. ⁵. Num *quis* ſervare poteſt *aliquid* in perpetuum? an poteſt *ejus* memor eſſe in æternum? Tu verò dixiſti & feciſti flagitia, & *pertinax eſſe* potuiſti

⁶. Dixit etiam Jehova mihi, temporibus Joſiae Regis: an vidiſti, quae fecit contumax

ris, revertere ad me, ait Creator, & caſtiorem vitam gere. 2. Tolle oculos ad edita loca, ubi idololatria te polluiſti, atque commentitios Deos coluiſti. Ad vias etiam publicas ſediſti, ut cum Idololatris imagines eorum coleres, ut ſolent Arabes facere, in ſolitudinibus, & polluiſti terram libidinibus tuis. 3. Propter hæc peccata, Deus coercuit imbres; dum tu, pudore abjecto, fornicabaris, & nequitias exercitabas, ſine modo. 4. Attamen eo ipſo tempore, me vocitabas patrem tuum, & adoleſcentiæ tuæ ducem. 5. Cum nemo in perpetuum eodem modo peccet; tu tamen iiſdem vitiis & flagitiis ſemper addicta fuiſti, & pertinaciter iis dedita.

6. Tempore Joſiæ Regis, Creator à me petiit; an obſervaſſem quid faceret contumax gens Iſraelitica

לאמר ſolam præmittere.

Si vir &c.] הן ישלח איש *hen jeſchallahh iſch*, En dimiſerit vir. Videtur τῷ הן *hen* propria hæc eſſe poteſtas; ponamus à viro uxorem eſſe repudiatam. Sed idem ſenſus eſt vertendo *ſi*, nec opus eſt periphraſi. Vide de hac repudii lege, Deut. XXIV, 1. *& ſeqq.*

An vir prior ad illam redibit?] Hoc eſt, redire ad eam non poteſt. Lege enim tenebatur, quâ ejuſmodi mulier *polluta* ei habebatur. Ibid vers. 4.

Annon polluta eſt terra iſta] הלא חנוף תחנף *halo hhanoph thehhenoph*, annon contaminando contaminata eſt. LXX. Intt. οὐ μιαινομένη μιανθήσεται ἡ γυνὴ ἐκείνη: ſic & Latinus: *numquid non polluta & contaminata eſt terra illa?* Atqui de terra agitur hìc, omiſſâ parte προτάσεως, ex Moſe, aut uſu notiſſimo, à quovis facilè ſupplendâ; cùm præſertim ipſa ἀπόδοσις rem in memoriam Lectoris revocaret. Non erat ergo cur LXX. Intt. mutarent *terram* in *mulierem*.

Quæ fornicata eſt cum multis amantibus] Ac proinde indigna erat, quam ego Deus tuus in gratiam meam reciperem. Non eſt cur moneamus hìc ſcortationem ſpiritualem reſpici, ſeu Idololatriam. Vocem רעים *rehim*, quam *amantes* vertimus, ποιμένας verterunt LXX. Intt. quaſi eſſet רעים *rohim*, ſed melior eſt Maſſoretharum punctatio, & rectiùs alii Græci ἐραστὰς aut φίλους, & *Hieronymus* vertêre *cum amatoribus*. Si ſermo eſſet de puella pecudum cuſtode, quæ deſeiviſſet ab amatore, poſſet ferri lectio LXX. Intt. ſed loquitur Propheta, in hac proſopopœïa, de Judæa gente, quaſi Deo nupta.

Revertere ad me] Subaudiendum: *& te miſericorditer recipiam.* Deus, nempe, vir [illegible] recepit etiam in Idololatriam delapſos, ſi modò toto animo ad eum redierint; qua in re, in homines ſe ſe longè longéque mitiorem & benigniorem præſtitit, quàm homines (pudendum dictu!) inter ſe eſſe ſolent.

2. *Ad loca edita*] על שפים *hal ſchphajim*, LXX. Intt. εἰς εὐθεῖαν, Vulgatus, *in directum*, Niſi de locis editis, in quibus Idololatria admittebatur, ageretur; Deus non diceret: *tolle oculos ad loca*, ſed: *circumſpice totam planitiem.* Sic & alibi, apud hunc Prophetam, ſumitur שפים *ſchphajim*, quamvis aliter olim cenſuerimus ad Num. XXIII, 3. Vide & ad Eſaïæ XIII, 2.

Ad vias] Sic ſolebant proſtibula. Vid. not. ad Gen. XXXVIII, 14. *Origenes* contra *Celſum* Lib. IV. p. 206. è *Chryſippi* introductione de bonis & malis: πρῶτον μὲν ἔξω πόλεως καὶ προσωπεῖα περικείμεναι αἱ ἑταῖραι ἐξεμίσθουν ἑαυτὰς τοῖς βουλομένοις· εἶτα ὕστερον καταφρονήσασαι ἐπέθεντο τὰ προσωπεῖα καὶ ὑπὸ τῶν νόμων μὴ ἐπιτρεπόμεναι εἰσιέναι εἰς τὰς πόλεις, ἔξω ἦσαν αὐτῶν καὶ τὰ ἑξῆς; *primùm quidem extra urbem, & perſonâ tectæ meretrices ſe locabant iis, qui volebant; deinde, ſpreto pudore, depoſuerunt perſonas, & cùm non paterentur Leges eas ingredi urbes, extra eas erant* &c.

Eorum causâ] להם *lahem*, illis, eorum libidini expoſita.

Ut Arabs in deſerto] כערבי במדבר *ehebarabi bammidbar.* LXX. Intt. ὡσεὶ κορώνη ἐρημωμένη. Legerunt ערב *horeb*, quod propriè *corvum* ſonat, & quod putarunt *cornicem* etiam poſſe verti. *Hieronymus* verò: *quaſi latro in ſolitudine*, qui in Commentario ſic habet: *Pro latrone, ſive cornice, in Hebræo ſcriptum eſt* ARABE: *quod poteſt & Arabas ſignificare, quæ Gens latrociniis dedita uſque hodie incurſat terminos Palæſtinæ, & deſcendentibus de Jeruſalem in Hiericho obſidet vias.*

3. *Coërciti ſunt imbres* &c.] Ne ſiccitatibus quidem, quibus divinitus adflicta eſt Judæa, ad cultum unius Dei veri revocari potuiſti.

Tibi fuit frons mulieris meretricis] Perrexiſti impudenter fictos à vicinis populis Deos colere.

Pudorem abjeciſti] מאנת הכלם *meantha hicchalem*, renuiſti pudefieri. LXX. Intt. ἀπηναισχύντησας πρὸς ἅπαντας. Inutiles ſunt duæ poſtremæ voces.

4. *Ab hoc tempore*] מעתה *mehatha*, à nunc.

Pater meus] Creator meus.

Dux juventutis meæ] אלוף נעורי *allouph nebourai*; ſponſus qui in adoleſcentia mea ſponſam tuam eſſe voluiſti. Vide ad Proverb. II, 17. LXX. Intt. hæc & priora verba mirè verterunt: οὐχ ὡς οἶκόν με ἐκάλεσας καὶ πατέρα καὶ ἀρχηγὸν

max Iſraëlitis? Ivit in omnem editum montem, & ſub omnem arborem virentem, at-
que illic fornicata eſt. 7. Ei vero dixi, poſtquàm iſta omnia fecerat, ad me reverte-
re, nec tamen reverſa eſt. Quod vidit perfida ſoror ejus Judithis. 8. Vidi etiam,
propter omnes cauſas, propter quas moechata eſt contumax Iſraëlitis, *&* propter quas
eam dimiſi, dato ei repudii libello, non timuiſſe perfidam Judithin, ſororem ejus, ſed
ſcortatum ipſam etiam abiiſſe. 9. Propter infamiam fornicationis ſuæ, polluit terram;
nam mœchata eſt cum lapide, & ligno. 10. Attamen ne propter hæc omnia quidem
toto animo ad me rediit perfida ejus ſoror Judithis, ſed fictè, ait Jehova.
11. Dixit propterea mihi Jehova: minùs nocens fuit contumax Iſraëlitis, quàm
perfida

litica; eam in omnia loca edita ire, & ſub omnem arborem virentem, atque fictitios Deos illic colere: 7. ſe quidem eam voluiſſe revocare ab ejusmodi flagitiis, ſed pertinaciter iis adhæſiſſe. Quod cùm vidiſſet perfida ſoror Judithis, æmulata eſt. 8. Animadverti etiam, propter quas cauſas mœchata ſit Iſraëlitis impudica; nempe, quòd coluerit Deos ligneos, & lapideos; quamobrem eſt a me ei datus libellus divortii; nec perfida Judithis eam imitari verita eſt. 9. Infami fornicatione ſe polluit, nam lapidem, & lignum adoravit. 10. Attamen eam arguerunt Prophetæ, nec ad me toto animo ipſa Judithis rediit, ſed fictâ quadam religione, ut ait Creator.

11. Quare

γὸν τῆς παρθενίας σου. Meliùs Latinus: *faltem à modò voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ es tu*: niſi quòd נעורים non eſt *virginitas*, ſed *adoleſcentia*. Virginitas בתולים *btouulim* ſimiliter vocatur. Omiſit Græcam verſionem Latinè reddere in Comment. fortè quia nimis abibat ab Hebraïcis.

5. *Servare*] Meminiſſe. Eſt הינטר *hajintor*, an ſervabit? Non ſignificatur tantùm memoria; ſed & adſectus, quem perpetuum eſſe non patitur humana infirmitas.

Ejus memor eſſe in perpetuum] אם ישמר *im jiſchmor*, an ſervabit? Verbum שמר, pro זכר *meminit*, non raró ſumitur. Vide not. ad Gen. XXXVII, 11. In hiſce autem duabus interrogationibus non quæritur propriè quid futurum ſit; ſed quid ſoleat, aut poſſit fieri. Deus inducitur exprobrans Iſraëli pertinaciam ſuam, in colendis Diis alienis, quæ contumaciam in Idololatria prorſus inauditam oſtenderet; cùm hominum infirmitas vix patiatur, ut, etiam in bonis rebus, conſtantes ſint. LXX. ſic antecedentia verba verterunt: μὴ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, ἢ φυλαχθήσεται εἰς νῖκος; quaſi eſſet יִנָּטֵר & יִשָּׁמֵר in Niphal. *Hieronymus*: *numquid iraſcêris in perpetuum & perſeverabis in finem?* Quibus verbis ſenſum ſatis expreſſit. At debuit ſervari conjugatio & perſona verbi, quod potuit fieri, ſupplendo איש *iſch*, aliquis, & vertendo *num quis*, ut Recentiores plures fecerunt.

Et pertinax eſſe potuiſti] ותוכל *vattboucbal*, & potuiſti. Quid verò? nempe, *ſervare & memor eſſe, in æternum*, quod uno verbo *pertinacem eſſe* expreſſimus. Ac ſanè debuit aliquid ſuppleri, è re ipſa, ut nexus orationis intelligeretur.

6. *Contumax Iſraëlitis*] משבה ישראל *mſchubab Jiſchraël*. Hic *Iſraël* fœminini generis eſt, quia Iſraël hìc ſponſam Dei ſignificat. Latinè diximus *Iſraëlitis*, fœminino, more Græco, nec eo multùm ab Hebraïco abeunte, formato, perſpicuitatis & vitandæ ambiguitatis, ac τολοικοφανοῦς cauſâ; quia *Iſraël* eſt alioqui nomen viri, aut populi. משבה *mſchubah* propriè eſt *retrorſum reverſa*, ac ſanè Iſraëlitis redierat ad ſuam Idololatriam. *Contumacem* vertimus tralaticio ſenſu, quia contumaciter in Deum rebellarat. Vide & vers. 11. 12. משובה eſt nomen ſubſtantivum & *averſionem* ſignificat infrà, Cap. VIII, 5. & quidem adjecto epitheto contumaciam ſignificante.

LXX. Intt. verterunt hìc κατοικία τοῦ Ἰσραὴλ, quaſi traheret ſignificatum à ישב *habitavit*. Sic verterunt etiam vers. 12. at vers. 11. omiſerunt. *Hieronymus* hìc & in *ſeqq. averſatrix Iſraël*, rectiùs.

7. *Dixi*] Per Prophetas, qui Iſraëlitidi veniam à Deo pollicebantur, ſi modò ad officium rediret; quo nihil æquius erat, nec poterat Deo negari, ſine furore quodam.

Soror ejus Judithis] אחותה יהודה *abbothab Jehouda*. Ob cauſam memoratam, ita vertimus, quaſi eſſet יהודית *Jehoudith*, quod mulierem Judæam ſonat, ut ישראלית *Jiſchraëlith* Iſraëlitidem. Hoc vel ex Libro *Judith* videre licet.

8. *Scortatum* &c.] *Et ivit, & ſcortata eſt etiam ipſa.*

9. *Propter infamiam*] מקל *mikkol*, quod εἰς οὐδὲν verterunt LXX. Intt. Latinus: *facilitatem*. קל derivant Grammatici à קלל *levem eſſe*, ac metaphoricè *contemni*, *vilem eſſe*. Ideò vertimus *infamiam*. Sic & קללה *klalah*, eſt *maledictio*, quæ infamiam ſecum trahit. Intelligitur autem Idololatria, ſub Manaſſa & Amone, admiſſa à Tribu Judæ; quam neque ex animo deſeruerat, ſub Joſia, quamvis diſſimularet.

10. *Toto animo*] Hoc eſt, ita ut prorſus, & quidem ex animo, Idololatriæ valediceret; ſed ut, dum Jehovam palam colebat, etiam fictis Diis clam ſacra faceret, ſub Joſia.

Fictâ] בשקר *baſſcheker*, in mendacio.

Minùs nocens fuit] צדקה נפשה *tſiddekah naphſchah*, juſtificavit animam ſuam; hoc eſt, ſe. *Juſtificatio*, hæc eſt comparata cum *juſtitia* Judithidis, nec *juſtitiam*, ſeu innocentiam complectitur, ſed minorem nequitiam. Vide Ezekielis XVI, 51. Rectè *Hieronymus*: *juſtificavit animam ſuam, comparatione prævaricatricis Judæ.*

12. *Septemtrionem versùs*] Quia decem Tribuum agri, maxima ex parte, erant ad Judæ & Benjaminis ſeptemtriones.

Contumax] Vide ad vers. 6.

Non faciam, ut incumbat &c.] *Non faciam, ut cadat facies mea in vos.*

Memoriam delicti ſervo] לא אטור לעלם *lo ettor lebolam*, non ſervabo in perpetuum. Vide ad vers. 5.

13. *Scito*] Hoc eſt, revocato in animum tuum delicta, quorum es tibi conſcia, eáque agnoſcito. Nam qui de iis non cogitat, nec ea fatetur, numquam ea emendat, nec eorum proinde veniam à Deo impetrat. Vide ad C. II, 23.

 Vaga-

perfida Judithis. [12]. Ito & promulgato hæc verba, Septemtrionem verſùs, ac dicito: revertere, contumax Iſraëlithis, ait Jehova, nec faciam ut incumbat ira mea vobis; quia beneficus ſum, ait Jehova, nec *memoriam delicti* ſervo in perpetuum. [13]. Attamen ſcito iniquitatem tuam, nam defeciſti à Jehova, vagata es apud alienos *Deos*, ſub quavis arbore frondoſa, nec voci meæ auſcultaſti, ait Jehova. [14]. Redite, filii contumaces, ait Jehova, vos enim deſpexi, ſed *inter* vos ſumam unum ex urbe, duóſve è familia, atque in Sionem vos intromittam. [15]. Dabo vobis paſtores, ex animi mei ſententia, vóſque ſcienter & prudenter paſcent. [16]. Cùm aucti fueritis, & fructus ediderítis in terra, diebus illis, ait Jehova, non dicent ampliùs; arca fœderis Jehovæ; ejus in animum non veniet, neque recordabuntur, neque eam inviſent, neque ſic ampliùs fiet. [17]. Eo tempore vocabunt *homines* Jeroſolimam ſolium Jehovæ, atque ad eam convenient omnes Gentes, ad nomen Jehovæ, Jeroſolimam. *Jeroſolimitani* non ſequentur ampliùs cordis ſui mali contumaciam. [18]. Diebus illis ibit domus Judæ ad domum

11. Quare mihi dixit Deus, Iſraëlithidem minùs ſontem fuiſſe, contumacem licet, quam Jehudithidem perfidam. 12. Ito & promulgato hæc verba ad Septemtriones Judææ, non procul à Syria ac Phœnice, in Idololatrarum confinio. Exclamato, redito ad officium, contumax Iſraëlithis, ait Creator; nec tibi iraſcar, quia beneficus ſum, non ultionis cupidus in perpetuum. 13. Attamen ne oblitus ſis peccati, quo a me defeciſti, dum vagaris apud Deos alienos, ſub qualibet arbore frondoſa, nec voci meæ auſcultas, ait Creator. 14. Redite filii contumaces, ait idem, vos enim quoſque quamvis ſpreverim, attamen paucos è vobis, è familiis, vel ex urbe revocabo, ut rurſus in Sionem eos intromittam. 15. Dabo vobis paſtores, ex animi mei ſententia; paſtores qui ſcienter ac prudenter paſcent vos. 16. Cùm verò ſoboles veſtra aucta fuerit, in patrio ſolo, ait Creator, tunc non ampliùs mentio fiet arcæ Dei, neque amplius viſetur. 17. Eo demum tempore, Jeroſolimam vocabunt ſolium Creatoris, atque Gentes eò convenient ad ejus nomen, quæ ſolebant eò ſe conferre, neque ſe contumaces præbebunt. 18. Eo tempore, Judæ Tribus ſibi adjunget reliquas tribus Iſraelis; & ſimul venient, a ſeptemtrionalibus oris, in terras, quibus Deus eorum Majores donaverat.

19. Ego

Vagata es] תפזרי דרכיך *thephazzeri derachajich*, ſparſiſti vias tuas; hoc eſt, non ad unum Numen alienum confugiſti, ſed ad plura, quaſi ad diverticula, divertiſti.

14. *Vos enim deſpexi*] בעלתי בכם *behalthi bachem.* LXX. Intt. κατακυριεύσω ὑμῶν incommodè, nam non minatur hic Deus, ſe pro imperio, in eos ſeverè poſthac animadverſurum; ſed loquitur de præterito tempore, quo eos *deſpexerat*, ut heri deſpiciunt nequam ſervos, quos & aliis vendunt; nam Deus paſſus erat Iſraëlitas malè haberi à Syris atque Aſſyriis, & in captivitatem a poſterioribus abduci. Vide & C. XXXI, 32.

Inter vos ſumam unum ex urbe] Hoc eſt, paucos è vobis in patriam reducam.

E familia] ממשפחה *mimmiſphahhah.* Quâ voce non eſt intelligenda familia minor, quales multæ ſunt in una urbe, ſed Tribus integra; quarum nulla fuit, quæ non plures multò haberet Tribules, quàm ulla urbium cives. Hoc ergo vult Propheta paucos ex Iſraëlitis, præſertim eo tempore, ad pœnitentiam adductum iri, ac proinde patriam reviſuros. *Grotius* aliam ſententiam hìc quæſivit; nempe, etiamſi in aliqua urbe, vel vico unus tantùm, aut duo eſſent Iſraëlitæ, Deum etiam illorum non obliturum. Sed *ex urbe unus, è Tribu duo*, ſignificant tantùm paucos liberandos; non verò *ſi eſſet unus in urbe*, & *duo in Tribu*, eorum tamen, apud Deum, rationem habitum iri. Particula *ſi*, aut alia ſimilis hìc non legitur.

15. *Paſtores*] Rectores Reipublicæ, ut C. II, 8. quos & Græci ποιμένας λαῶν vocant.

Ex animi mei ſententia] *Secundùm cor meum.*

Scienter & prudenter] דעה והשכיל *dahah vehaſchil*, pro בדעה ובהשכיל *in ſcientia, & in prudentia.* LXX. μετ' ἐπιστήμης. Vulgatus: *ſcientiâ & doctrinâ*, eáque refert ad Apoſtolos, cæteróſque Doctores Evangelicos. Ac ſanè verſus ſequens eò ſpectare videtur etiam nobis.

16. *Non dicent ampliùs: Arca fœderis*] Videntur hæc verba Veteris Fœderis abolitionem ſignificare. *Grotius* putat ſupplendum: *præcedat nos ad prælium*; quod ita ſoleret fieri, antiquis temporibus. Sed à temporibus Davidis, ex quo eſt Arca Adyto illata, numquam inde prodiit; nec quidquam novi hìc diceret Propheta. Crediderim hoc velle Jeremiam, nullos ſermones de illa futuros, cùm antea fuiſſet res omnium ſanctiſſima; quia aliud futurum erat fœdus, ut ſat perſpicuè docet C. XXX, 31. *& ſeqq.*

Ejus in animum non veniet] *Non adſcendet in cor.*

Neque eam inviſent] Non ibunt in Templum; viſendi Adyti causâ, ſed extrinſecus; nemo enim eum videre poterat, præter Pontificem Maximum, die expiationis. Hæc oſtendunt Prophetam, voluiſſe eam non ampliùs futuram in pretio; uti nec alia, ad cultum Moſaïcum pertinentia, quippe quæ homines meliores non faciebant.

17. *Jeroſolimam* &c.] Eccleſiam Chriſtianam, in qua Deus *in ſolio ſedet*; hoc eſt, regnat.

Omnes Gentes] Si hoc poſſit de Proſelytis, è multis Gentibus, Jeroſolimam terreſtrem venturis, aliquo modo intelligi; multò præſtantiore ſenſu de totis Gentibus, ad Chriſtianiſmum adductis, dici poteſt.

Contumaciam] שרירות *ſchirirouth.* LXX. Intt. verterunt: τὰ ἐνθυμήματα. Hieronymus: *pravitatem.* Vide Deut. XXIX, 19. Pſ. LXXI, 13.

E terra ſeptemtrionali] E regnis ſeptemtrionalibus permulti homines numerum Chriſtianorum auxerunt, ut docet Hiſtoria Eccleſiaſtica. Nuſquam legimus, multos Iſraëlitas ſecundùm carnem, à carnalibus Judæis in patrias ſedes reductos fuiſſe; quamvis nonnulli, ſine dubio, Judæis ſeſe adgregarint.

19. *Ego dicebam*] Apud animum meum. Deſcribitur conſilium Dei veluti deliberantis ἀνθρωποπαθῶς, in gratiam eorum, qui ſublimia

Deum

Google

mum Iſraëlis, atque unà venient è terra ſeptemtrionali in terram, quâ Majores veſtros donavi.
19. Ego dicebam: quomodo te, ô *Sionis* incola, habebo inter filios meos, dabóque tibi terram dignam, quæ concupiſcatur, poſſeſſionem amœnam exercitûs gentium? At dixi: vocabis me: Pater mi; neque à me recedes. 20. Ut fidem non ſervat mulier conjugi ſuo: ſic perfidè mecum vos geſſiſtis, ô domus Iſraëlis, ait Jehova. 21. *Sed* auditus eſt, in locis editis, ejulatus Iſraëlitarum, quòd depravatâ viâ ſuâ, Jehovæ Dei ſui obliti eſſent.
22. REDITE *ergo*, filii contumaces, & veſtras defectiones curabo.
EN venimus ad te, quia es Jehova Deus noſter. 23. Profectò è collibus fruſtrà *auxilium exſpectavimus*, & multitudinem è montibus; verè ſalus Iſraëlis erat in Jehova, Deo noſtro. 24. Pudendum laborem *Numen* abſumſit Majorum noſtrorum, ab adoleſcentia noſtra, eorum minutum pecus, boves, filióſque & filias. 25. Jacuimus in pudore

19. Ego verò dicebam, apud me, inquiebat *Deus*, ô Sionis incola; potero te habere inter filios meos, daboque terram dignam quam implendam judices, & quæ ſit ita amœna ſedes exercitûs Gentium vicinarum. At dixi, *inquit Deus*, me Patrem tuum vocabis, neque me deceret aliud nomen admittere. 20. Ut mulier, quæ viro connubio conjuncta fidem ei datam non ſervat: ſic vos quoque non ſervaſtis mihi fidem, ô familia Jacobi, ait Creator. 21. Sed in montibus auditus eſt ejulatus Iſraëlitarum nonnullorum, in montibus habitantium, qui eò lugebant, quòd ſui populares, depravatâ Majorum Religione, Creatoris omnium cultûs obliti eſſent.

22. REDITE ergo ad officium, Poſteri Jacobi contumaces, *ait Deus*, ad officium veſtrum revertimini, & vitiorum veſtrorum præteritorum veniam vobis concedam.
EN, *reſpondent ii, quos pravæ vitæ pœnitet*, ad te redimus, cùm ſis Creator Deus noſter. 23. Perperam certè fecimus, cùm è collibus ſalutem noſtram quæſivimus, & multitudinem quæſivimus, quaſi nos adjuturam è montibus; cùm ſalus Iſraëlis in Creatore noſtro ſolo quærenda eſſet. 24. Pudendum laborem reddidit Deus Majorum noſtrorum, dum negligit, ab adoleſcentia uſque noſtra, eorum minutum pecus, boves, filióſque & filias. 25. Jacuimus pudore ſubfuſi, atque in ignominia; quia in

Deum ſpectantia non intelligerent, præſertim eo tempore, quo vivebat.
O Sion] Hoc ſupplevimus, perſpicuitatis causâ.
Te habebo inter filios meos] *Te ponam in filiis*; hoc eſt, oſtendam tibi paternum animum.
Dignam, quæ concupiſcatur] חמדה *hhemdah* deſiderii. Significatur Eccleſia Chriſtiana, quæ, ſi conſideretur in ſuo primævo ſtatu, digniſſima erat, quæ concupiſceretur; ut & hodie in multis, quamvis pietatem ſuam nequaquam venditent.
Poſſeſſionem amœnam] נחלת צבי *nahhalath tſebi*, poſſeſſionem decoris, vel ornamenti. Vide Dan. XI, 16, 41. LXX. Intt. γῆν ἐκλεκτήν. Latinus: *poſſeſſionem præclaram*.
Exercitûs Gentium] *Exercituum Gentium*. Vix poſſit ita vocari multitudo Judæorum; certè multò meliùs ſic deſcribuntur Gentes magnæ, è toto terrarum orbe, ad fidem Chriſtianam adductæ, quæ Eccleſiam conſtituerunt, & conſtituunt.
At dixi &c.] Hoc eſt, digni erunt, qui me Creatorem ſuum vocent, & qui agnoſcantur à me quaſi filii mei. Hæc eſt conſiliorum divinorum clauſula.
20. *Ut fidem* &c.] Redit Deus ad Iſraëlitas carnales. Hinc intelligere poſſumus non temerè à Judæis Magiſtris dictum, *Spiritum Prophetiæ eſſe ſpiritum abruptum*.
Conjugi ſuo] מרעה *merehah*, ab amico ſuo. LXX. Intt. εἰς συνόντα αὐτῇ. Latinus: *amatorem ſuum*. Voce רע ſignificatur quidem *amator*, ſed quia Deus eſt veluti maritus, & ſermo eſt de *perfidia*, conjugem vertere maluimus. Deus enim, confertur cum viro; non cum amatore; quippe qui eos, quos ſemel amavit, numquam deſerit, niſi ab iis priùs deſeratur.
21. *Ejulatus*] קול בכי *col bechi*, vox fletûs.
In locis editis] שפיים *ſchphajim*, in quibus fruſtra Idolis ſacra facta fuerant.

Depravatâ ſuâ viâ] העוו את דרכם *hehevou eth darcham*, detorſerunt ſuam viam; hoc eſt, mores ſuos corruperunt.
22. *Redite*] Ad officium; hoc eſt, ad cultum unius veri Dei, legúmque ejus obſervationem. Hæc dicens inducitur Deus, audito ejulatu Iſraëlitarum, peccata ſua agnoſcentium; inſtituitúrque veluti Dialogiſmus, inter Deum & Iſraëlitas.
Filii contumaces] שובבים *ſchobabim*. LXX. Intt. οἱ ἐπιστρέφοντες. Sic & Vulgatus: *revertentes*. Sed שובבים ſunt quidem *revertentes*, ſi ita libeat interpretari, ſed revertentes ad ſuam nequitiam. Sic משבה ſumitur C. VIII, 5. pro *avertente ſe*, & quidem contumaciter. Vide & Cap. XXXI, 22.
Et veſtras defectiones curabo] ארפא משובותיכם *erpha mſchoubothechem*. Hic משובות ſunt etiam reditus ad priſtinam nequitiam, quâ homines, averſi nequitiâ ſuâ à Deo, adfectibus iterum ſuis indulgent. Hic verò *curatio*, vel *ſanatio defectionum*, vel *averſionum* videtur eſſe venia eis conceſſa. Vide Hoſ. XIV, 5.
En venimus ad te] Hæc eſt, reſponſio Iſraëlitarum, in precibus, & confeſſione peccatorum ſita. Videtur Propheta in viſo nocturno audiviſſe 1. ejulatus Iſraëlitarum de quibus verſ. 21: 2. vocem à Deo emiſſam: *redite* &c. 3. preces haſce Iſraëlitarum. Non ſunt hæc verè acta, ſed fieri debuiſſent, ideóque ſunt oblata Jeremiæ, ut eorum narratione Iſraëlem & Judam ad reſipiſcentiam adduceret; qui contumaces ſe præbuerunt, ne dum ut peccata ſua faterentur, atque ad Deum redirent.
Jehovah Deus noſter] Creator omnium rerum, idémque Deus noſter; hoc eſt, non tantùm quem colimus, ſed qui nobis bene vult & benefacit. De ſignificatione vocis *Jehova* vide not. ad Exod. VI, 3. & *Dei noſtri* ad Gen. XVII, 8.
23. *E collibus fruſtra*] לשקר מגבעות *leſcheker*

pudore noſtro, texit nos ignominia noſtra; quia in Jehovam, Deum noſtrum, deliquimus, nos, Majoréſque noſtri, ab adoleſcentia noſtra, ad hunc uſque diem, neque voci Jehovæ, Dei noſtri, auſcultavimus.

Judæi ad ſaniorem mentem vocantur, cum interminatione pœnarum, erga contumaces.

CAPUT IV.

1. SI ad me reverſurus es, ô Iſraël, ait Jehova, *nunc* redito; ſi abominationes tuas à conſpectu meo amoturus es, *amoveto nunc*, nec *ampliùs* vagator. 2. Juravit Jehova, en verò, jure & juſtè. Sibi per eum bene precentur gentes, atque in eo glorientur. 3. Sic enim dixit Jehova viris *Tribûs* Judæ, & *præſertim* Jeroſolimitanis: facite

In Creatorem Deum noſtrum peccavimus nos, Majoreſque noſtri, ab adoleſcentia noſtra ad adultam ætatem noſtram; neque Creatoris Dei noſtri præceptis autem præbuimus.

P A R A P H R A S I S.

1. SI redire vis ad me, ait Deus, ô Jacobi ſoboles, ſine mora revertere; ſi idololatriam à me amovere ſtatuiſti, amoveto quàm primùm, nec diutius per diverticula Idololatriæ vagator, dum fictitios plures Deos colis. 2. Jurato, ſi cui danda fides, fiat, adhibitâ hac formulâ: *Vivit Creator*; nec quidquam adfirmato, quod non ſit verum, legitimum, & juſtum. Gentes ſibi invicem non bene precentur, niſi adhibito ejus nomine, eóque glorientur. 3. Sic enim dixit Creator tribulibus Judæ, & præſertim Jeroſolimitanis: facite, ut habet dictum notum, facite vobis novale, antequam

ker miggebaboth. LXX. Intt. εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί. Latinus: *verè mendaces erant colles*. Quamvis hæc vera ſint, tamen verbis Hebraïcis non ſatis aptè reſpondent. Primùm לשקר eſt *fruſtra*, *perperam*, 1. Sam. XXV, 21. ut לשוא quod idem ſignificat. Deinde מגבעות non ſignificat *colles*, ſed *è collibus*. Quæ cùm ita ſint, ſubaudiendum קוינו עזר *kivvinou bezer*, expectavimus auxilium; hoc eſt, à commenticiis Diis, qui illic coluntur.

Et multitudinem è montibus] המון הרים *hamon barim*, multitudinem montium, vel è montibus, quaſi eſſet מהרים *mebarim*. Crediderim ſignificari non montium incolas, quamvis Dei veri cultores, ſed multitudinem eorum, qui montes adibant, ut ſacra illic Diis ſuis facerent; quales Syri, quorum auxilio nitebantur Iſraëlitæ, tempore potiſſimùm Achazi, ut videre eſt 2. Reg. XVI.

Pudendum Numen] והבשת *vebabboſcbeth*, pudor, aut res pudenda, quâ voce ſignificatur falſum Numen, infrà XI. 13. & Hoſ. IX, 10. Nihil erat magis pudendum, quàm ſtatuas adorari ab hominibus ratione præditis.

Abſumſit laborem &c.] Hoc eſt, cauſa fuit cur omnia amiſerimus, Deo nos hoſtibus noſtris tradente; nempe, cùm Aſſyrii Decem Tribus invaſerunt, 2. Reg. XVII.

C O M M E N T A R I U S
In C A P U T IV.

1. S*I ad me reverſurus es* &c.] Verba Hebraïca ſunt: אם תשוב ——— אלי תשוב *im thaſcboub* —— *elai thaſcboub*, ſi redibis — ad me redibis. LXX. Intt. ἐὰν ἐπιστραφῇ — πρός με ἐπιστραφήσεται, & Latinus: *ſi reverteris, -- ad me convertere*; quæ nonniſi ægrè commodum ſenſum fundere queant. At ex noſtra interpretatione, eſt elegantiſſima ſententia. Conjungimus priùs תשוב cum אלי, & verba: *ô Iſraël, ait Jehova*, quaſi parentheſin habemus. Alterum תשוב interpretamur inſtar Imperativi, pro conſuetudine perpetua Hebræorum, & ante verbum ſupplemus עתה *hattha*, nunc. Similis fermè eſt loquendi genus: ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον. Joan. XIII, 27.

Amoturus es] ואם תסיר *veïm thaſir*, & ſi amoturus es. Debuit ſoqui, ut in priore membro עתה תסיר *nunc amoveto*. Sed ex antecedente membro ſupplendum lectori reliquit Propheta; in quo frequens eſt ſermo ellipticus, cujus inſigne exemplum eſt Cap. III, 1.

Neque vagator] ולא תנוד *olo thanoud*, Vocula ולא oſtendit ſubaudiendum proximè verbum תסיר *thaſir*, alterâ vice repetitum. *Vagari* autem dici poteſt, qui non unius Dei cultui adhæret, ſed per plurium cultus varios vagatur. Hæc non poſſunt intelligi de liberatione Iſraëlis à captivitate, quem Deus numquam revocavit; neque etiam Judæ, cujus captivitas irrevocabili decreto à Deo jam præſtituta erat, nec ante certum tempus ſolvenda, ut ex hoc noſtro Propheta conſtat.

2. *Jura: vivit Jehova*] Per unum Jehovæ nomen jurato, ſi quid eſt jurejurando confirmandum; quod perinde eſt ac: *unum illum verum Numen agnoſcito*. Vide ad Eſai. XIX, 18.

Sibi per eum bene precentur &c.] התברכו בו *bitbarecbou bo*, benedicant ſibi, in illo; hoc eſt, cùm inter ſe ſibi fauſta adprecabuntur, dicant: ſic fauſta omnia experiaris, ut ii, quibus favet Jehova. De formula *benedicere in aliquo* vide not. ad Gen. XII, 3.

Gentes] Satis quidem conſtat non poſſe hîc intelligi Idololatricas Gentes, quæ non bene precabantur *in nomine Dei Iſraëlis*. Sed deſignari poſſunt Proſelyti Judaïcæ Religionis,

e

Digitized by Google

facite vobis novale, neque ſementem facite, inter ſpinas. 4. Circumcidite, Jehovæ cauſâ, atque amovete præputia cordis veſtri, ô viri *tribûs* Judæ, & *vos* incolæ Jeroſolimæ; ne erumpat, ignis inſtar, ira mea, atque exardeſcat, nec quiſquam eam exſtinguat, propter factorum veſtrorum nequitiam. 5 Nunciate, apud Judam, facite, ut audiatur *vox veſtra* Jeroſolimæ, dicite, clangite tubâ in terra, clamate, implete *eam vociferatione*, & dicite: convenite, & munitas urbes ingrediamur. 6. Tollite vexillum, Sionem versùs, feſtinate, ne conſiſtite; malum enim adduco è Septemtrione, & cladem magnam. 7. Adſcendit leo è vepreto ſuo, & vaſtator gentium profectus eſt, & ſuo loco egreſſus, ad redigendam terram tuam in ſolitudinem; tuæ urbes diruentur, ut nullus

quàm ſeratis quidquam, ubi ſunt ſpinæ. 4. Circumcidite, in honorem Dei, atque amovete à vobis præputia cordis veſtri, hoc eſt, ejus vitia; quibus abundatis, vos, poſteri Iſraelis; ne erumpat, ignis inſtar, indignatio mea, nec quiſquam eam umquam exſtinguat, propter gravitatem peccatorum veſtrorum. 5. Nunciate hæc in regno Judæ, ita ut res audiatur Jeroſolimæ; clangite tubâ in illa Tribu, & clamores tollite, qui ubique audiantur, & quibus Tribules hortemini convenire atque urbes munitas occupare. 6. Tollite vexillum Sionem versùs, atque feſtinate; magnam enim calamitatem à Septemtrione adduco. 7. Leones è luſtris ſuis exierunt, & vaſtator gentium è ditione ſua egreſſus eſt, ut terram Judæam in ſolitudinem

è variis Gentibus, qui Deum Judæorum colebant, eóque gloriabantur; niſi quis malit Tribus Iſraeliticas vocari *gentes*.

3. *Facite vobis novale*] נירו לכם ניר *nirou lachem nir*. LXX. Int. νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα. Latinus: *novate vobis novale*. Novalis ager eſt, ut ait *Varro, ubi ſatum fuit, ante quàm ſecundâ ſatione renovetur*. In agro antè non conſito ſæpe ſunt ſpinæ, aut herbæ noxiæ, quas priùs evelli neceſſe eſt, ne ſementem poſtea ſuffocent. Ejuſmodi *novale* imago eſt animi parum apti ad excipiendam doctrinam humanis adfectibus & præjudiciis vulgaribus contrariam; ut ejuſmodi ager ad ſementem in eo faciendam eſt ineptus, niſi priùs purgetur, ut dixi. *Philo*, Libro de Agricultura, poſtquàm memoravit potiſſimas virtutes: ταῦτα μὲν, inquit, σπαρέντα καὶ φυτευθέντα ἐν διανοίᾳ καρποὺς οἴσει καλοὺς τὰς ἐπαινετὰς πράξεις, διὰ ταύτης τῆς γεωργικῆς· καὶ ὅσα παθῶν ἢ κακιῶν δένδρα ἀναβλαστῶντα εἰς ὕψος ἐξήρθη, φθοροποιοὺς φέροντα καρποὺς ὑποτεμνόμενα καθαιρεῖται, ὡς μηδὲ βραχύ τι λείψανον ἐαθῆναι, ἀφ' οὗ νέαι βλάσται πάλιν ἁμαρτημάτων ἀναδραμοῦνται: *hæc quidem ſata & plantata in Mente fructus ferent bonos, & laudabilia facta, per hanc agriculturam, & quotquot adfectuum aut vitiorum arbores in altum pullulantes tolluntur, & fructus peſtiferos proferentes ſucciduntur, ut ne tenuiſſimæ quidem reliquiæ relinquantur, ex quibus nova peccatorum germina erumpant*. Quæ cùm ita ſint, nec agat Propheta de agricultura propriè dicta; erit hîc Symbolicum præceptum, quale jam obſervavimus Cap. II, 25. eò ſpectans, ut diſcant Judæi præjudiciis, & adfectibus purgandum animum, antequàm in eum cœleſtis Veritas admittatur, alioqui brevi illis ſpinis ſubereſcentibus ſuffocanda. Ideò etiam *Pythagoras* volebat priùs purgari animos, & quidem diligenter, ante quàm Philoſophia imbuerentur, ut pluribus docet *Lyſis*, in vita *Pythagoræ* à *Jamblicho* conſcripta Sect. LXXVI. Ed. Kuſterianæ; ubi etiam ſimili utitur comparatione. Vide & *Iſ. Caſaubonum* ad Perſii Sat. V, 63.

Neque ſementem facite inter ſpinas] Huc reſpicere videtur Chriſtus in Parabola ſatoris Matth. XIII, 3. *& ſeqq.* ubi pars ſementis Evangelicæ dicitur cecidiſſe *in ſpinas*, *quæ unà creſcentes eam ſuffocant*, quod poſtea interpretatur de *ſollicitudine ſæculi hujus & fallacia divitiarum, quibus ſuffocatur verbum & ſine fructu efficitur*.

4. *Circumcidite Jehovæ causâ*] המלו ליהוה *himmolou lJhovah*; hoc eſt, propter Creatorem, qui præcipit pravorum adfectuum reſciſſionem. Vide ſignif. XXVIII, ל apud *Noldium*. Probè intellexerunt ſapientiores Judæi eò ſpectaſſe carnalem Circumciſionem. Vide not. ad Gen. XVII, 11.

Amovete præputia cordis veſtri] Libidinem, aliáque vitia. LXX. Intt. verterunt σκληροκαρδίαν, ſed plura vitia intelligi videntur.

Eam exſtinguat] Hoc eſt, placet; quod impetrari à Deo non poteſt, erga contumaciter malos; neque enim ignoſcit, niſi reſipiſcentibus. Sed nemini negat facultatem adfectuum coërcendorum.

5. *Implete eam vociferatione*] Res ipſa oſtendit duas poſteriores voces ſubaudiendas. LXX. Intt. ſenſum expreſſerunt his verbis: κηρύξατε μέγα, & Latinus: *clamate fortiter*.

Munitas urbes ingrediamur] *Urbes munitionis*. Prænunciat adventum Babyloniorum; qui eos, qui in agris remanerent, occiſuri erant; cùm urbes munitæ deditionem facere, & incolarum vitam paciſci poſſent.

6. *Tollite vexillum* &c.] Vexillo ſublato, concurrentes ad id ruſticos, aut ruſticantes Jeroſolimam ducite.

Feſtinate] החישו *hahizou*. Interpretantur, *fugite totis viribus*; hoc eſt, feſtinate, σπεύσατε, ut habent LXX. Intt. Vide Eſ. X, 31. & infra C. VI, 1.

E Septemtrione] Exercitus ipſi Babylone profecti non veniebant rectà per Meſopotamiam, & Arabiam Deſertam in Judæam, propter ſolitudines ſiticuloſas, quæ intererant; ſed Euphratem ad Thapſacum, procul ad Boream Judææ tranſibant, unde in Syriam incidebant. Itaque meritò, è Septemtrione Babylonios arceſſit Propheta. Ad quod accedat oportet, partem non ſpernendam copiarum Nebuchadnetſaris, è Septemtrionalibus populis fuiſſe. Vide & C. I, 14. De trajectu Euphratis ad Thapſacum vide quæ collegit *Joannes Freinshemius ad Curtium* Lib. III. c. VII,

 Cladem

nullus ſit *iis* incola. [8]. Propterea cingimini ſaccis, plangite & ululate, cùm non ſit fervor iræ Jehovæ à nobis averſus. [9]. Tempore verò illo, ait Jehova, concidet animus Regis, & animus principum, obſtupeſcent Sacerdotes, & mirabuntur Prophetæ.

[10]. Tum dixi: ah! Domine Jehova, certè feſelliſſes populum hunc & Jeroſolimam, dicens: pax erit vobis; cùm gladius ad animam uſque penetret.

[11]. Tempore illo, *inquit Deus*, dicent populo huic & Jeroſolimæ: ventus ſiccus, *per* ędita loca, in deſerto, *ingreditur* viam filiæ populi mei; *ſed* neque ad ventilandum, neque

litudinem redigat. Tua oppida diruentur, & incolis ſuis nudabuntur. 8. Quod cùm videritis cingite vos ſaccis, plangite & ululate, cùm juſtitia divina nullo modo ſit placata. 9. Tempore illo, ait Creator, Regis animus concidet, nec animoſiores erunt Proceres; nec minùs obſtupeſcent Sacerdotes & mirabuntur Prophetæ.

10. Tum verò exclamavi: Ah! Domine Creator, ſi hæc fiereot, profectò populum hunc falleres pacem pollicitus, cum tot ſint in ea urbe occiſi.

11. Eo tempore, ait Deus, venient noncii, qui iis, qui erunt Jeroſolimæ, dicent eſſe veotos peſtilentes, per deſerti loca edita, quæ peragrabuntur

Cladem magnam] שבר גרול *ſchaber gadol*, fractura magna.

7. *E vepreto ſuo*] מסבכו *miſſabecho*, quo nomine denſum, & impeditum vepretum ſignificatur. Vide Gen. XXII, 13.

Vaſtator Gentium] משחית גוים *maſchhith gojim.* Reverâ multas gentes, cis, & trans Euphratem, ſubegerat, ut liquet vel ex fragmentis veterum Hiſtoricorum; quos ſi integros haberemus, res apertior eſſet. Vide quæ de ea collegit *Joan. Marshamus* ſæculo Ægyptiaco XVIII, à p. 533. Ed. Londinenſis.

9. *Concidet animus Regis*] *Peribit cor Regis.*

Mirabuntur Prophetæ] Qui mirantur obſtupeſcunt, ideóque attoniti Prophetæ, eventus rerum à Jeremia prædictarum, dicuntur miraturi. Alioqui cùm ſe Pſeudoprophetas eſſe ſcirent, nihil novi atque inexſpectati iis contingebat, cùm vaticinia ſua eventu deſtitui cernebant; niſi velimus à mendacibus Spiritibus deceptos. Vide ad verſ. ſequentem.

10. *Feſelliſſet populum hunc*] השא השאת *haſſche hiſchetha.* LXX. Intt. ἀπατῶν ἠπάτησας. Latinus: *ergóne decepiſti. Grotius* interpretatur: *ſiviſti decipi*, quia ſæpe, apud Hebræos, verba activa permiſſionem tantùm ſignificant. Verùm hic plus dicit Propheta, præ terrore, & dolore, vix ſui ſatis compos, cùm audiret patriæ πανωλεθρίαν; nec ſunt hæc ita capienda, quaſi ſedato animo umquam cenſuiſſet à Deo verace poſſe quemquam decipi.

Dicens: pax erit vobis] Quaſi, nempe, per Prophetas falſidicos loquutus eſſet, qui Judææ perpetuò res ſecundas fore prædicarent. Atqui per Pſeudoprophetas numquam loquitur Deus, ſed Spiritus mendax, vel ipſorum, vel Cacadæmonum, quibus eos permittit Deus. Vide 1. Reg. XXII, 21. Sed anxius & perturbatus Jeremias ea dicit nunc, quæ nequaquam credebat.

Cùm gladius &c.] *Et gladius* &c. Cùm ſint incolæ Judææ internecione delendi.

11. *Inquit Deus*] Fuit hoc ſupplendum, perſpicuitatis causâ; nam in hiſce; ut ſic loquar, Dialogiſmis propheticis, interdum nomina perſonarum non adduntur, quòd facilè poſſint è rebus ipſis intelligi. Quod frequens eſt etiam in Platonicis Dialogis.

Ventus ſiccus] רוח צח *rouabh tſabh. Nitidum*, vulgò vertunt צח, ſed ſatius viſum interpretari, ex ſignificatu verbi צחח *tſibbab*, Eſai. V, 13. ubi *arere* ſignificat; præter quàm quòd venti, qui ſine nubibus, aut vaporibus humidis feruntur, ſint ſicci. Hìc רוח eſt fœminini generis, niſi fortè צח ſit nomen ſubſtantivum & *ſiccitatem* ſonet, ut verbotenus ſit *ventus ſiccitatis* vertendum. LXX. Intt. πνεῦμα πλανήσεως. Latinus: *ventus urens.*

Ingreditur viam &c.] Fertur Jeroſolimam. Fuit ſupplendum *ingreditur*, aut ſimile quid. *Vento* autem illo *ſicco* ſignificatur exercitus Nebuchadneſaris, qui venturus erat ex iis regionibus, unde ſpirat Orientalis ventus ſiccior; quia è ſiccis regionibus Meſopotamiæ, & Arabiæ Deſertæ in Judæam fertur. Contrà venti occidentales à mari interno flantes erant pluvii.

Neque ad ventilandum, neque ad purgandum] Ventus, nempe, calidus & ſuffocans adeóque ineptus ad ventilandum triticum & purgandam aream.

12. *Ventus vehemens*] רוח מלא *rouabh male.* LXX. Intt. πνεῦμα πληρώσεως, quod *Aquila*, *Symmach.* & *Theodot.* ſequuti quaſi מִלֵּא legiſſent Latinus: *ſpiritus plenus.* Videtur ſignificari ventus, qui *Samiel* Orientalibus vocatur, & de quo egimus ad Job. XXVII, 21. Sed cur vocetur מלא juxta ſcio cum ignariſſimis.

Illinc] מאלה *meelleh*, ab illis. Suſpicabatur *Lud. Cappellus* legendum מֵאָלָה *è maledictione.* Sed ea mutatio neceſſaria non eſt.

De judiciis meis] שפטים *ſchphatim*, judicia, & jura.

13. *Currus ejus ſunt tamquam turbo*] *Livius* ſæpe, ubi impreſſionem equitum deſcribit, eam vocat *procellam equeſtrem.* Sic etiam currus, procellæ inſtar, in pedites irruebant.

14. *Elue animi nequitiam*] *Ablue à malitia cor tuum.*

Injurias tuas cogitationes] *Cogitationes injuriæ tuæ.*

15. *Vox nuncii* &c.] Vult *Grotius* alludi ad Danem, & Bethelem, Ephraïmiticam urbem, quia in iis fuerant vituli Jerobohami. Malim

neque ad purgandum. 12. Ventus vehemens illinc mihi veniet nunc; ego quoque, *de* judiciis *meis* eos adloquar.

13. En inſtar nubium adſcendet, currus ejus *ſunt* tamquam turbo, leviores ſunt aquilis ejus equi; væ nobis! nam vaſtabimur. 14. Elue animi tui nequitiam, ô Jeroſolima, ut libereris; quò uſque morari in te patieris injurias tuas cogitationes? 15. Vox nuncii audita eſt à Dane, & memorantis iniquitatem è monte Ephraïmi. 16. Commemorate *hæc* gentibus, date operam, ut de Jeroſolima audiant ſpeculatores venientes è terra longinqua, & vocem ſuam mittant contra urbes Judæ. 17. Erunt quaſi cuſtodes agrorum, contra illam, circumquaque; quia me exacerbavit, ait Jehova. 18. Vitæ

buntur à Jeroſolimitanis. 12. Venius vehemens illinc ſlabit, & ego quoque de Judiciis meis eos adloquar.

13. Inſtar oubium adſcendet, curruſque ejus eſit turbinis inſtar, & equi leviores aquilis. Væ nobis! neque enim vaſtationem fugiemus. 14. Jeroſolima, ablue nequitiam tuam, ut libereris ab hoſtibus; quò uſque malas tuas cogitationes in animo tuo morari patieris? 15. Vox nuncii audita eſt à Dane & memorantis tuam iniquitatem è monte Ephraimi. 16. Narrate hæc Gentibus, & ſpeculatores è remotis oris venientes, ut mala, quæ norint, de urbibus Judæ, ei exprobrent. 17. Erunt veluti cuſtodes agrorum, contra Jeroſolimam, circumquaque; quia

Molim intelligere nuncios de adventu Babylonici exercitûs, Dane, urbe maximè ad Boream, unde veniebat, vergente, éque Ephraïmi agris, qui etiam ad Septemtrionem Regni Judæ erant. *Memorari* illinc *iniquitas* dici poteſt, quia inde ejus pœnæ nunciabantur.

16. *Commemorate hæc gentibus*] Adloquitur nuncios è plebe Iſraëlitica, qui Babylonici exercitûs adventum nunciabant, & qui jubentur Babyloniis de Jeroſolima ſciſcitantibus, quæ de illa norant, dicere.

Speculatores] נצרים *notſerim.* Sic quidem propriè vocari queant, qui *ſervant*, & *cuſtodiunt* regionem, amico animo; ſed nihil vetat etiam, quin ita vocentur ſpeculatores, qui in anteceſſum mittebantur à Babyloniis, antequàm exercitus eorum Judæam ingrederetur, ne incideret in inſidias, útque quâ parte exercitum quàm tutiſſimè ducerent, reſcire poſſent. Poterant ita etiam vocari, ut vult *Grotius* κατὰ χλευασμόν, quamvis contraria cuſtodum officio facerent. Sed & *cuſtodes* potuerunt dici miſſi ad ſervandos agros Judææ integros, ad adventum uſque exercitûs, ne vaſtarentur à Jeroſolimitanis; ne quid Babylonii, quod uſui eſſet, invenire poſſent. LXX. Int. συστροφαί, neſcio cur; *Hieronymus*: *cuſtodes.* *Grotius* obſervat *Theodotionem* legiſſe בצרים *botſerim*, vindemiatores; quod unde habuerit neſcio, certè nec in Collectaneis *Druſii*, nec in editis à viro doctiſſimo Reliquiis Hexaplorum exſtat.

16. *Vocem ſuam mittant*] Eos ad deditionem invitent, ac minis terrent.

17. *Quaſi cuſtodes agrorum*] Impediant ne vaſtentur à Jeroſolimitanis; quia ut penuriam exercitui Babylonico crearent, vaſtare agros poterant.

18. *Vitæ tuum inſtitutum*] *Via tua.*

Studia tua] מעלליך *mahalalajich.* LXX. ἐπιτηδεύματά σου, *cogitationes tuæ.*

Acerba] מר mar, *amara.* *Acerbam* potiùs dixerint Latini, quàm *amaram.*

19. *Item viſcera mea* &c.] Eſt hæc ſubita exclamatio, non Dei; cui non convenit; ſed Prophetæ, præter modum commoti, quaſi jam adeſſet Nebuchadnetſar, cum exercitu; eo quòd *tubæ ſonitum*, & *clangorem bellicum* in viſo nocturno audiſſet, hæc enim ſigna erant pugnæ.

Torqueor in parietibus cordis mei] אחילה קירות לבי *ohhilah kiroth libbi*, pro בקירות *bkiroth*; in parietibus. Cor, nempe, ei vehementer palpitaverat, quod in magnis terroribus fieri ſolet. *Parietes* cordis non videntur eſſe viſcera circa cor, ut volebat *Grotius*; ſed materia ipſa Cordis, quâ ejus ventriculi cinguntur.

Sonitum tubæ audiſti, anima mea] Perinde eſt ac audivi tubæ clangorem; quod factum in ſomnis. Nondum enim aderat, cùm hæc viſa Jeremiæ objecta ſunt, regnante Joſiâ, Nebuchadnetſar cum exercitu. Hæc omnia geſta, audita, & dicta ſunt in Phantaſiæ propheticæ Scena, ut ſic loquar.

Clangorem bellicum] תרועת מלחמה *throuhath milhhamah.* Claſſicum vocabant Latini, cùm tubâ ſignum prælii daretur. Hæc ſignificabant exercitum in Judæam venturum, & claſſico ſignum pugnæ, in obſidione urbium accepturum.

20. *Clades ſuper clade*] שבר על שבר *ſcheber hal ſcheber* fractura ſuper fractura; hoc eſt, nuncii, alii ſuper aliis, clades nunciabunt Judæorum.

Tentoria mea &c.] Hoc eſt, habitationes meæ; quæ paſſim ſub imagine tentoriorum deſcribuntur; metaphorâ à moribus Arabum, & ipſorum Hebræorum, dum in Arabia vagati ſunt, deſumtâ.

21. *Quoſque videbo vexillum* &c.] Hoc eſt, exercitus ſub ſignis, quæ nimis diu obverſari ſibi, in viſo, queritur Propheta; qui cupiſſet potiùs ſibi terræ, longâ & certâ pace florentis, imaginem objici.

22. *Stultus enim eſt* &c.] Hæc ſunt verba Dei, oſtendentis talia ſimulacra objici Prophetæ, quia neceſſe erat Judæos furoris ſui pœnas dare; immiſſo in eos Babylonico exercitu, donec ſolo æquata eſſet Jeroſolimâ. Ideò ſupplevimus hìc: *ait Deus.*

22. *Nec me novit* &c.] Non norant Deum Judæi, quòd non ita intelligerent potentiam ejus & bonitatem, nec revocarent, ut par erat, ad animum facta ejus mirifica antiqua & recentiora; aut tuentis populum, aut ſupplicium

[18]. Vitæ tuum inſtitutum, & ſtudia tua hæc tibi fecerunt, hæc tua malitia; quia eſt acerba, atque ad animum uſque penetravit. [19]. Hem viſcera mea! *ait Jeremias*, viſcera mea! torqueor *in* parietibus cordis mei; palpitat intra me cor meum, non tacebo; nam ſonitum tubæ audiſti, anima mea, & clangorem bellicum. [20]. Clades ſuper clade nunciabitur, quia repente tota terra vaſtabitur, tentoria mea & cortinæ meæ ſubitò diripientur. [21]. Quouſque videbo vexillum, & ſonitum tubæ audiam? [22]. Stultus enim eſt, *ait Deus*, populus meus, nec *me* novit. Filii ſunt illi amentes, nec *quidquam* intelligunt; ſapientes *dumtaxat* ſunt, ad malè faciendum, nec bene facere norunt. [23]. Contemplatus ſum, *ait Jeremias*, terram, en verò erat inanis & vacua, & cœlos, nec eorum lux *fulgebat*. [24]. Intuitus ſum montes, en verò tremebant, & colles omnes leviter ſubſultabant. [25]. Circumſpexi, nec ullus homo erat, omnéſque cœli volucres avolarant. [26]. Proſpexi, & Charmelus erat deſertus, omnéſque ejus urbes dirutæ erant è conſpectu Jehovæ, propter fervorem ejus iræ. [27]. Sic enim dixit Jehova: deſerta erit tota terra, nec finem faciam. [28]. Quare lugebit terra & ſurſum cœlum erit atrum, quia loquutus ſum & *rem* ſtatui, nec ejus me pœnitebit, aut ab ea avertar. [29]. Propter ſonitum equitis & ſagittarii, tota urbs fugam capeſſet; ingredientur denſas *ſilvas*, rupes conſcendent, omnes urbes deſerentur, neque quisquam eas incolet. [30]. Tu verò vaſtata quid facies? Cùm coccineâ veſte te indueres, cùmque oculos tuos ſtibio pingeres; in

quia me vitiis ſuis exacerbavit, ait Creator. 18. Vitæ tuum inſtitutum, & prava tua ſtudia hæc tibi pepererunt, hæc tua nequitia, quæ acerbiſſima eſt, atque ad animum penetravit. 19. Hem viſcera mea! *ait Jeremias*, hem viſcera mea! animus meus, intra me, torquetur; præter morem in me cor meum palpitat, non tacebo, nam ſonitum tubæ audivi, & clangorem bellicum. 20. Clades poſt cladem nunciabitur, quia repentinâ vaſtatione tota Iſraelis terra vexabitur, tentoria mea & cortinæ ſubitò ſpoliabuntur. 21. Quò uſque videbo vexilla hoſtilia, & ſonitum tubarum infeſtarum audiam? 22. Stultus eſt, *ait Deus*, populus meus, nec me novit, ut par eſt. Sunt amentes filii, nec quidquam probè intelligunt, ſunt tantùm callidi ad malum flagitium.

23. Contemplatus ſum, *ait Jeremias*, terram Judæam, en verò propemodum inanis erat ac vacua, qualis deſcribitur Telluris globus, ante quàm incolis ſuis & proventibus ornata eſſet; nec ulla lux in cœlo ſplendebat. 24. Adſpexi montes, hi vero tremebant, colléſque omnes leniter ſubſultabant, ut factum initio rerum. 25. Circumſpexi, nec ullum hominem vidi, omnéſque cœli aves avolarant. 26. Charmelus, quem proſpiciebam, viſus eſt deſertus, omnéſque vicinæ urbes erant ſolo æquatæ, præ ira Creatoris. 27. Quin & tota vicina terra, quod ab illo prædictum fuerat, deſerta erit, nec finem faciam. 28. Quamobrem lugere videbitur terra, & cœlum obſcurari, quia ſic ſtatui, nec mutabo ſententiam. 29 Propter ſtrepitum equitum, & ſagittariorum, tota Ieroſolima fugam in denſas ſilvas capeſſet, in rupes conſcendet, & ceteræ etiam urbes deſerentur, nec incolas ullos habebunt. 30. Tu vero, Ieroſolima vaſtata, quomodo calamitatem tuam feres, tu

plicium, de eo repetentis; quamobrem ei nec parebat, nec gratias habebat, prout oportuit; imò etiam Deos alienos, quos homines commenti erant, colebat.

23. *Sapientes dumtaxat ſunt* &c.] Non utuntur ſuo ingenio, niſi ad malè faciendum.

Nec bene facere norunt] Non ignorabant quidem leges divinas, poterántque bonum à malo ſecernere; ſed ſua illa cognitione non magis utebantur, quàm ſi ea caruiſſent. Eſt antecedens, pro conſequente, quod σχῆμα in Scripturæ ſermone, ut in omnibus Linguis, longè eſt frequentiſſimum. Vide *Sal. Glaſſii* Rhet. Sacram. Tr. C. I, 3.

23. *Contemplatus ſum* &c.] Hæc ſunt verba Prophetæ, cui, in Scena nocturna, oblata eſt terra Judæa devaſtata; veluti, ut nunc loquimur, *in decoratione theatri*, vel in ſcenæ aulæis.

Erat inanis & vacua] Hoc eſt, incolis, urbibus, aliiſque ædificiis prorſus deſtituta; quâ imagine deſcribebatur futura ejus, poſt Jeroſolimam captam & ſolo æquatam, ſtupenda vaſtitas. Quæ ut ἐμφατικωτέρως deſcribantur, utitur Propheta verbis, quibus Moſes terram pinxit, ante quam lux eſſet creata, Gen, I, 2. והנה תהו ובהו *vehinneh thohou vabohou*, de quibus ad locum Geneſeos egimus. Hic LXX. Intt. οὐθέν, *Aquila*, *Symmachus*, & *Theodotion*: κενὸν καὶ οὐθέν.

Nec eorum lux fulgebat] ואין אורם *veen oram*, & nulla lux eorum. Ut terra, nempe, ante lucem creatam; niſi quòd Propheta terram in maligna quadam luce viderat.

24. *Leviter ſubſultabant*] התקלקלו *hithkalkelou*. LXX. Intt. ταρασσομένους, & Latinus: *conturbati ſunt*. Propriè *Hithpael* hoc ſignificat, *leves ſe fecerunt*, pro eo quod eſt leviter ſubſultarunt; nam קלל in *kal* eſt *levem eſſe*. Quod loquendi genus omnia, in Judæa, dubia & incerta futura innuit.

25. *Omnéſque cœli volucres avolarant*] Quod maximam ſolitudinem innuit.

Charmelus erat deſertus] *Charmelus* hìc dicitur, non mons ille ad Ptolemaïdem celeberrimus, cujus fuit hoc nomen proprium, ſed quivis tractus fertilis & amœnus, in quo proinde frequentes urbes fuerunt. De Carmelo vide quæ collegit *Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. Lib. II. c. 48.

27. *Nec finem faciam*] וכלה לא אעשה *vechalah lo eheſcheh*. LXX. Intt. συντέλειαν. Latinus: *conſummationem*. Perinde eſt ac ſi diceret: *nec vaſtitati ejus finem imponam*.

28. *Cœlum erit atrum*] קדרו שמים *kaderou ſchamajim*. In triſtibus partum ſidera luce caritu-

in caſſum formam tuam excolebas, ſpreverunt te amatores tui, téque interficere conati ſunt. 31. Nam vocem veluti parturientis audivi, & quaſi primùm parientis anguſtiam, vocem filiæ Sionis ſuſpirantis, tendentíſque palmas ſuas, *& dicentis*: hei mihi! nam defeſſa ſum, propter occidentes *populum meum*.

Varia genera peccatorum à Jeroſolimitanis admiſſorum recenſentur.

1. DISCURRITE, *ait Deus*, per plateas Jeroſolimæ, videte, quæſo, & *rem* cognoſcite; quærite per ejus fora, ſi quem reperturi ſitis, qui juris ſit obſervans, & Caput V.

tu qui coccineis veſtibus te ornabas; aureisque ornamentis, & oculos tuos ſtibio pingebas, nec eo minùs formam tuam colebas, ſed fruſtra, te ſpernentibus tuis amatoribus, & te exſtinguere conantibus. 31. Nam vocem tuam, quaſi parturientis, & quidem primâ vice, audivi; cùm ſuſpirares, & diceres; hei mihi! defeſſa ſum, triſti ſpectaculo cædis civium meorum.

P A R A P H R A S I S.

1. DISCURRITE per plateas Jeroſolimæ, *ait Deus*, rem adcuratè cognoſcite, & quærite per ejus fora, ſi quemquam inventuri ſitis, qui ſit juris obſervans, & veritatis amans,

caritura dicuntur. Vide Eſai. XIII, 10. &c.

Rem ſtatui] זממתי *zammothi*, cogitavi. LXX. Intt. perperam ὥρμησα, ſed mutato vocum ordine. Meliùs *Hieronymus*: *cogitavi*.

29. *Denſas ſilvas*] עבים *habim*. LXX. Intt. σπήλαια, Latinus: *ardua*. Plerumque עבים ſunt *nubes*, & quidem *denſæ*. Quare poſſit quis ſuſpicari velle Prophetam, Judæos in altiſſimis & frigidiſſimis montium verticibus, inter nubes, & nebulas, ſe ſe occultaturos. Sed ſatius videtur, rem capere de ſaltibus denſiſſimis, & aviis montium.

30. *Tu verò vaſtata*] אתי שדוד *atth ſchadoud*. Cùm Judæam, ſub fœminæ proſopopœïa, adloquatur, oporteret שדודה *ſchedoudah*, eſſe, & ita fortè legendum. Certè non video quî ταλαιπωρὶς defendi poſſit, qui mihi videtur potiùs Librarii mendum, quàm figura Grammatica.

Oculos tuos ſtibio pingeret] תרקעי בפוך עיניך *thirkebi bapphouch benajich*. Vide ad 2. Reg. IX, 18, 30. קרע eſt quidem alibi *laceravit*, ſed hîc LXX. Intt. ἐγχρίσῃ, & Vulgatus *pingere*, habent, & quidem rectè; nam mulieres ſupercilia ſua *pingebant*, non *lacerabant ſtibio*. Vide 2. Reg. IX, 30. Hîc Judithis deſcribitur quaſi mulier ſumtuoſa, & fucata, quia tota gens iis vitiis infecta erat.

In caſſum formam tuam excolebas] לשוא תתיפי *leſchav thithjappbi*, in caſſum formoſam te faciebas. LXX. Intt. εἰς μάταιον ὡραϊσμός σου. *Hieronymus*: *fruſtra componeris*. Crediderim, quæſitis hiſce ornamentis, ſignificari obſequium Judæorum, quo Ethnicorum populorum, quibus erant finitimi, aut ſerviebant, inſtitutis ſua adcommodabant. Meretrix enim, quæ amatoribus placere cupit, id libenter factitat, quod iis placere videt.

Spreverunt te amatores tui] Ægyptii, & Babylonii, quorum alterutros, ſi utroſque non poſſent, ſibi conciliare conati ſunt poſtremi Judæorum Reges; ut ex ultimis Capitibus 2. Librorum Regum & Ephemeridum intelligere eſt. Attamen nunc ab his, nunc ab illis peſſimè habiti ſunt, donec, vi Nebuchadnetſaris, funditus perierint; poſtquàm Prophetæ Hebræi rem prædixiſſent, jubente Deo.

Téque interficere conati ſunt] Hinc Pharaho Necho, illinc Nebuchadnetſar, qui Judæorum regnum exſtinguere conatus eſt, ac reverâ per multos annos exſtinxit.

31. *Vocem veluti parturientis* &c.] Solent Prophetæ acutos dolores, cum torminibus parturientium conferre.

Tendentis palmas &c.] Geſtus parturientis, aut graviter dolentis.

Defeſſa ſum propter occidentes] כי עיפה נפשי להורגים *chi bajepha naphſchi leboregim*; hoc eſt, me diſtædet videre in ſinu meo homines, qui occidunt populares meos; nempe, Babylonios, quorum ferro innumeri Judæi ceciderunt. LXX. Intt. ἐκλείπει ἡ ψυχή μου ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις, & Vulg. *defecit anima mea, propter interfectos*; non legerunt quidem הרוגים *barougim*, ſed quia ſententiam commodiùs ſe exprimere putabant, eo modo verterunt. Verùm nihil opus eſt nos à verbis recedere.

C O M M E N T A R I U S
In Caput V.

1. D*iſcurrite*] שוטטו *ſchotetou*. LXX. Intt. περιδράμετε, Latinus: *circuite*; hoc eſt, circumquaque per Jeroſolimam currite, ut inveniatis virum Dei timentem. Vide Joſ. I, 7.

Ait Deus] Manifeſtò liquet 1. & 2. verſu eſſe Dei verba; deinde vers. 3. incipere rurſus verba Jeremiæ, ad verſum uſque 7. ubi iterum loquitur Deus.

Per plateas Jeroſolimæ] בחוצות ירושלם *bbhoutſoth Jerouſchalem*. חוצות dicuntur propriè in urbe quæcumque ſunt *foris*, à חוץ *bbouts*, ſive

& veritatis ſtudioſus; eíque ignoſcam. 2. Si dixerint: vivit Jehova, utique pejerabunt. 3. O Jehova, *inquit Jeremias*, nonne oculi tui ad veritatem *intenti ſunt*? Percuſſiſti eos, ſed non timuerunt; abſumſiſti, ſed caſtigationem admittere noluerunt; faciem ſuam obdurarunt, magis quàm rupes, & redire *ad te* renuerunt. 4. Dicebam ego: omnino tenues inſanierunt, quia ignorabant viam Jehovæ, *&* jus à Deo ſuo *conſtitutum*. 5. Ibo ergo ad proceres, eóſque adloquar, quippe qui viam Jehovæ norunt, *&* jus Dei lui; verùm pariter *&* ipſi confregerunt ejus jugum, & vincula *ejus* ruperunt. 6. Propterea occidet eos leo è ſilva, lupus ſolitudinum eos vaſtabit, pardus inſidiabitur eorum urbibus, & quiſquis ex iis exibit lacerabitur; quia auctæ ſunt eorum

mans, urbíque ignoſcam. 2. Si jurent ſollemni adhibitâ formulâ: *ut vivit Creator*, nihilo ſeciùs pejerabunt. 3. O Creator (*inquit Jeremias*) nonne oculi tui intenti, ut ſcias veritatem? Imò de perjuris pœnas repetiſti, ſed nullo timore cohibiti ſunt; obduruerunt, magis quàm rupes, nec ad te redire voluerunt. 4. Dicebam apud animum meum, tenues omnino inſanire, quia ignorant viam à Creatore inſtitutam, júsque ab eo hominibus datum. 5. Conſulam Proceres, quippe juris, à Deo inſtituti, peritos, verùm & ipſi jugum excuſſerunt, neque ejus rationem habuerunt. 6. Quamobrem leones in eos è ſilvis impetum facient; & lupi è ſolitudinibus erumpent, ut greges ejus devorent; imò eorum urbibus inſidias ſtruent, & eos, qui ex iis egredi ſuſtinebunt, lacerabunt; quia eorum hominum aucta ſunt ſcelera, quæ Deum magis, ac magis irritarunt.

7. Quomo-

ſint viæ arctiores; ſive latiora ſpatia. Sed quando diſtinguuntur ἀπὸ τῶν רחובות rebbobotb, quæ propriè ſunt patentiora inter domos interſtitia; eâ voce ſignari videntur arctiores viæ, alterâ verò fora. In utriſque homines commeantes, negotiorum cauſâ, vel otioſi inveniri ſolent.

Ejus fora] רחובתיה *rbbobotbeab*. Priorem vocem ὁδοὺς poſteriorem πλατείας Græci verterunt. Latinuſque pariter *vias*, & *plateas*. Reverà ut πλατεῖα, eſt ἀπὸ τῦ πλατῦς *à lato*, ſic רחובות ἀπὸ τῦ רחוב *rebbob*, quod idem eſt. Sed quia *fora*, ἀγοραὶ, magis, patent, quàm *plateæ*, aut *viæ*, ideò in hoc vertendo paſſim voce *fora* uſi ſumus. Poteſt tamen fieri, ut interdum confundantur *plateæ* & *fora*.

Juris obſervans] עשה משפט *boſcheb miſchphat*, faciens judicium. Sed משפט non tantùm *judicium*, ſed *jus* etiam, à quo *judicia* pendeant oportet, ſignificat, ut paſſim obſervavimus.

Veritatis ſtudioſus] מבקש אמונה *mbakkeſch emounab*. Quod verti queat *quærens veritatem*, aut etiam *fidem*. *Fides* enim & veritas ita conjunctæ ſunt naturâ, ut etiam eodem nomine, in civilibus præſertim negotiis, ſignentur. LXX. Intt. ζητῶν πίστιν, & Latinus: *quærens fidem*. Non malè, malui tamen *veritatem*, quia aptiùs dicitur *quæri*, quàm *fides*, ut Proverb. XII, 17. & alibi. *In judiciis*, nempe, ante omnia in factorum *veritatem* inquirendum; ut eâ inventâ, *jus* ex legibus dicatur.

Eíque ignoſcam] Hoc eſt, urbi, eſt enim Hebraïcè אסלח לה *eſlabb lab*. Qua in re, Hebraïca Lingua cultioribus eſt commodior, cùm in aliis non ſint ſemper pronomina fœminina diſtincta à fœmininis, ut in Lingua Latina, aliiſque. Non ſunt hæc verba Dei ulquæ adeò urgenda, quaſi ne unus quidem, in tanta urbe, fuiſſet vir bonus; nam certè Jeremias, fuit malorum numero eximendus, aliíque religioſi homines, ut Baruchus. Sed intelligendum perpaucos fuiſſe, in ea urbe, præ malorum multitudine, qui probari virtutibus ſuis poſſent.

2. *Vivit Jehova*] Formula nota jurantium, & quâ prolatâ vir paullò religioſior mentiri nefas ducebat; qui ne mentitus quidem fuiſſet, ſine jurejurando, in perniciem, aut damnum proximi.

Utique pejerabunt] לכן לשקר ישבעו *lachen laſſcheker jiſſchabebou*, propterea in mendacium jurabunt. Quod non eſt intelligendum, quaſi formulæ prolatio eſſet cur pejerarent, niſi fortè Deo Iſraëlis ſe ſe prorſus ſubduxiſſent, atque in Ethnicorum, aut etiam Atheorum caſtra transfugiſſent. Sed hoc vult Deus, niſi fallor, Judæos, quò faciliùs, ut quidpiam confirmarent, dicebant: *ſic ſe verè loqui, ut verè vivebat Jehova*; eò minùs religionis jurisjurandi obſervantes fuiſſe. Sanè qui temerè jurant, etiam temerè pejerant.

3. *O Jehova* &c.] Sunt hæc & ſequentia Jeremiæ verba.

Ad veritatem intenti ſunt] Eſt tantùm hìc לאמונה *leemounab*. Supplendum verò participium מתבוננות *mitbbonenoth*, adtendentes, aut ſimile quid. Vult Propheta Deum quàm maximè probare veracitatem & fidem; ſed nullam aut exiguam invenire, inter Jeroſolimitanos, quorum virtutes erant omnes fucatæ; ut longè mallent viri boni videri, quàm eſſe, contra quàm fieri debuit. Ideóque ſæpiùs hiſtrioniam iis exprobrat. Hìc LXX. εἰς πίστιν, & Latinus: *in fidem*.

Non timuerunt] לא חלו *lo bbalou*. LXX. Intt. οὐκ ἐπόνεσαν; Latinus: *& non doluerunt*. Verè quidem verbum חול *dolere* ſignificat, verùm hìc eſt *timere*; neque enim non poſſunt non *dolere* qui mali quidpiam patiuntur, ſed propterea tamen ad Dei timorem pœnis illis adduci nequeunt, quia eas caſui tribuunt, non certo Divinæ Providentiæ conſilio. Sic & infrà vers. 22. תחילו *thabbilou* eſt *timebitis*. Interpretatur hìc *Jonathan*: לא תבו *non redierunt*, quia intellexit de *dolore*, qui veram reſipiſcentiam antecedit & comitatur.

Caſtigationem admittere noluerunt] מאנו קחת מוסר *meanou bbakatb mouſar*. Admittunt caſtigationem in animum, qui eâ emendantur; quod niſi fiat, rejicere eam meritò cenſentur.

Obdu-

rum defectiones, & creverunt eorum *à Deo* averſiones.

7. Quomodo, ad hanc rem quod adtinet, tibi parcerem? *ô Jeroſolima*, filii tui me reliquerunt, jurarúntque per eos, qui Dii non ſunt; eos ſatiavi, at mœchati ſunt, & domum meretricis confertim convenerunt. 8. Fuerunt inſtar equorum mane paſtorum, & unusquisque ad uxorem proximi ſui hinnierunt. 9. Annon propter hæc pœnas *de iis* exigam, ait Jehova? annon de ejusmodi gente ultionem ſumam? 10. Adſcendite in ejus muros, *eos* diruite, nec finem facite, amovete murorum ejus pinnas; neque enim ſunt hi *homines* Jehovæ. 11. Nam perfidè ſe geſſerunt in me domus Iſraëlis & domus Judæ, 12. mentitæ ſunt in Jehovam; nec ullus eſt, inquiebant, neque calamitas *ulla* nobis continget, neque

7. Quomodo, ait ille, iis ignoſcerem? ô Jeroſolima, cives tui à me defecerunt, juraréque cœperunt per eos, qui nequaquam ſunt Dii. Eos ſatiaveram cibis, quibus indigebant, ſed mœchati ſunt, & lupanaria magno numero adiverunt. 8. Fuerunt inſtar equorum manè copioſè paſtorum, atque hinniverunt ad uxorem vicini. 9. Cur verò, propter ea ſcelera, pœnas ab iis non exigerem, ait Creator; cur de iis ultionem non ſumerem? 10. Adſcendite, hominum libidinoſorum hoſtes, in eorum mœnia, diruite eorum pinnas, ea diruite; neque enim homines ſunt Creatoris omnium cultores. 11. Nam perfidè ſe geſſerunt erga me domus Judæorum, quemadmodum familiæ, quæ ex aliis filiis Jacubi ortum ducunt; & 12. quæ mentitæ ſunt in Creatorem, quem eſſe negarunt, neque pœnas ab eo, qui non erat, perpeſſuros, nec à gladio hoſtili, nec à fame

Obdurarunt magis quàm rupes] חזקו מסלע *hhizekou miſſelah*, confirmarunt magis, quàm eſt lapis. Minùs commoti ſunt, quàm eſt rupes; hoc eſt, impudentiſſimè rejecerunt admonitiones.

4. *Tenues inſanierunt*] דלים הם נואלו *dallim hem noalou*; quia pauperiores, qui, præ egeſtate & imperitia parentum, ſat rectè educari non potuerunt, plerumque officiorum ad Religionem & Societatem Civilem pertinentium imperiti ſunt. Simili comparatione uſus eſt *Virgilius* Æneid. VI, 471. ubi de Didone in inferis Æneæ aurem non præbente:

Nec magis incepto vultum ſermone movetur,
Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

quâ comparatione uſos etiam alios Poëtas oſtendunt *Virgilii* Interpretes.

5. *Ad proceres*] *Ad magnos*, אל הגדלים *el haggedolim*. Vertere etiam poſſis *magnates*, ut Gallicè dicimus *les Grands*, hoc eſt, ἁδρούς, ut habent LXX. Intt. *optimates*, ut *Hieronymus*.

Confregerunt ejus jugum &c.] Deſierunt ei parere, ut tauri, qui jugum, quo premuntur, frangunt, & funes diſcerpunt. Vide Pſ. II, 3.

6. *Occidet eos leo* &c.] *Percutiet*. Arabicæ ſolitudines Regnáque vicina poterant quidem ejusmodi feras ſuppeditare, quæ Judæis eſſent infeſtæ. Attamen neſcio annon hiſce ferarum nominibus hoſtes Judæorum deſignentur.

7. *Quomodo, ad hanc rem quod adtinet*] אי לזאת *e lazoth*. LXX. Intt. ποίᾳ τούτων ἵλεως γένωμαί σοι, quaſi ſubaudiſſent πράξει, *cui actioni harum placatus tibi ero*, aut aliquid ſimile. Latinus: *ſuper quo*. *Jonathan*: על אידא *hal eda*, ob quam; nempe, cauſam. Alii אי idem eſſe putant ac איך *ech*, quomodo, ſive ſic legerint, ſive alia de cauſa. Alii אי putant eſſe negativam particulam, ex Arabiſmo, interpretantúrque: *non tibi ignoſcam*. Sed quocumque nos convertamus, idem eſſe ſenſus videtur, ita ut Deus ſe iis placatum iri neget.

Jurant per Deos, qui Dii non ſunt] Vide ad Cap. IV, 2.

Eos ſatiavi] Omne bonorum genus eis conceſſi.

At mœchati ſunt] Nempe, ut habet Græcum Proverbium, κόρος ὕβριν τίκτει, è *Theognide*, qui habet:

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

Satietas parit contumeliam, cùm malo obveniunt divitiæ.

Confeſtim convenerunt] יתגודדו *jithgodadou*. LXX. Intt. κατέλυον. Latinus: *luxuriabantur*. גדוד *gedoud* eſt turba. Vide Gen. XXX, 11. XLIX, 19. & quæ ibi à nobis notata.

Paſtorum] מזונים *mezozanim*. Sic enim omnino legendum videtur, in participio præterito Conjug. Pyhal, à radice זון *zoun*, paſcere, Dan. IV, 9. In textu legitur מיזנים ſine dubio vitioſè; punctandum ſaltem eſſet מוזנים, ut ſit participium *Hophal*; nec meliùs in margine מיוזנים. *Jonathan habet*, אגדיסין *agidjaſin*, quod *emiſſarios* interpretantur. LXX. Intt. θηλυμανεῖς. Latinus: *amatores*. Sed nulla radix profertur, ad quam vox referri queat, eo ſignificatu. Vertas optimè Gallicè, vimque exprimas conjugationis Pyhal: *des chevaux qu'on a fait repaître*. Vox *mane* reſpondet Hebraïcæ, quæ ſequitur משכים *maſchchim* mane ſurgentes, aut maturantes. Omiſerunt vertere LXX. Intt. niſi quid exciderit è noſtris Codd. ſed Latinus: *emiſſarii*, de qua voce ſic *Hieronymus* in Commentario. *Pro emiſſariis, in Hebraïco ſcriptum eſt* MOSECHIM, *quod omnes, voce conſonâ*, ἕλκοντες, *id eſt*, trahentes, *tranſtulerunt, ut oſtendatur magnitudo genitalium, juxta illud Ezekielis:* quaſi aſinorum carnes eorum carnes. Hinc ſatis liquet, puncta eos Interpretes non habuiſſe in ſuis codicibus, ſed aptiùs judicarunt Maſſorethæ hìc eſſe participium Hiphil. Attamen ne quid diſſimulem, ſuſpicer hìc ſcriptum fuiſſe השכם *haſchchem*, in infinitivo Hiphil, ut infra Cap. VII, 13. Sed vide & Hoſ. VI, 5. ubi eſt hoc participium, rémque maturiùs expende.

neque gladium, aut famem ſentiemus. [13]. Prophetæ fruſtra fuerunt, nullum in iis fuit verbum *à Deo acceptum*; ſic ipſis contingat, *ut aliis prædicunt*.

[14]. Quamobrem ſic dixit Jehova, Deus exercituum, *Jeremiæ*: quia hæc verba protuliſti, mox verba mea in ore tuo ignis ut fiant efficiam; populus verò hic, ut ſit *inſtar* lignorum, quæ *ignis ille* abſumet. [15]. En adduco in vos gentem è longinquo, ô domus Iſraëlis, ait Jehova; gens eſt potens, gens antiqua, gens cujus linguam neſcitis, & quæ quid dicet non intelligetis. [16]. Pharetra ejus eſt inſtar ſepulcri patentis, quotquot ſunt viri fortes ſunt. [17]. Veſcetur tua meſſe & pane tuo, abſumet filios tuos & filias tuas, comedet minutas tuas pecudes & boves, depaſcetur vitem & ficum tuam; urbes tuas munitas, quibus confidebas, gladio deſolabit. [18]. Attamen ne his quidem temporibus, ait Jehova, finem vobiſcum faciam.

[19]. Cùm autem dicent: cur faceret Jehova, Deus noſter hæc omnia nobis? dices iis:

me quidquam ſibi eſſe metuendum; 13. Prophetas impoſtores fuiſſe, cùm nullam revelationem habuiſſent. Sic iis continget, ut aliis prædicunt.

14. Quamobrem, ſic dixit Creator, Deus exercituum, Jeremiæ: quandoquidem talia verba protuliſtis; verba mea, ut fiant inſtar ignis efficiam, populus verò hic erit inſtar ligni, quod ignis ille abſumet. 15. Adducam contra vos brevi gentem procul à vobis habitantem, ô poſteri Iſraëlis; gens eſt potens, gens antiqua, gens cujus linguam non intelligitis, & cujus imperia nonniſi per interpretem adſequi poteritis.

16. Pharetris utuntur refertis ſagittis, quæ occident eos, quos ferient; nec ſunt milites, niſi viri fortes. 17. Non veſcentur, niſi melle & pane veſtris, liberos veſtros abducent utriuſque ſexûs, alentur gregibus veſtris boum & minutarum pecudum, abſument fructus vitium, & ficuum veſtrarum, Urbes munitas, quibus fidebatis, capiet, & gladio in ſolitudinem mutabit. 18. Nec tamen, ait Creator, his temporibus, rem vobiſcum conficiam.

19. Si autem dicant; cur Creator, Deus noſter

9. *Pœnas de iis exigam*] *Viſitabo*.

Ultionem ſumam] *Ultionem ſumet anima mea.* Ad calcem capitis, vers. 29. repetuntur hæc verba.

10. *Nec finem facite*] כלה אל תעשו *chalah al thahaſchou*; huc eſt, nec finem facite, *donec res ſit perfecta*.

Murorum ejus pinnas] נטישותיה *ntiſchotheah*. LXX. Intt. ἀπολίπεσθε τὰ ὑπερείσματα αὐτῆς, planè contra ſententiam Prophetæ. Latinus: *auferte propagines ejus*, qui alibi ſignificatus eſt vocis; ſed hic, ubi de muris ſermo eſt, intelliguntur *pinnæ*, quæ ſunt tamquam murorum *propagines*.

Hi homines Jehovæ] ליהוה המה *lJhovah hemmah*, Jehovæ illi; nempe, cultores.

12. *Mentitæ ſunt in Jehovam*] כחשו ביהוה *chibhaſchou bJhovah*. LXX. Intt. ἐψεύσατο (ſ. ἐψεύσαντο) τῷ Κυρίῳ αὐτῶν Debuiſſet potiùs vertere κατὰ τοῦ Κυρίου, mendacia enim, quæ ſequuntur, non ſunt prolata ab iis, qui Deum ipſum adloquerentur, ſed qui ei detrahebant. Incommodiùs etiam *Hieronymus*, qui habet: *negaverunt Dominum*, nam verbum huc non ſignificat *negare*, ſed *mentiri*.

Nec ullus eſt, inquiebant,] ויאמרו לא הוא *& dixerunt non ille*, vel potiùs *non eſt*, nam הוא hic valet *eſt*. Attamen LXX. Intt. οὐκ ἔστι ταῦτα, perperam. Meliùs Latinus: *non eſt ipſe*. Negabant, nempe, Iſraëlitæ, aut Judæ tribules, non quodvis Numen, ſed eſſe ejuſmodi Numen, quale deſcribebant Prophetæ Numen *Jehovæ* ſui; cui præferebant vicinorum populorum Deos, quod eorum cultores, ut ſuſpicari licet, eſſent potentiores eo populo, qui *populus Jehovæ* dicebatur.

Neque calamitas &c.] Negabant ea futura, quæ nomine Dei à Jeremia, & aliis prædicta fuerant.

Sentiemus] *Videbimus*. Sed *videre* dicunt Hebræi, pro eo quod eſt ſentire, ſive de bonis rebus, ſive de malis ſermo ſit. Sæpiùs *videre*, eo ſignificatu occurrit in Eccleſiaſta, ut ad eum obſervavimus.

13. *Fruſtra fuerunt*] יהיו לרוח *jihjou lrouahh*, fuerunt in ventum. verbo tenus ἦσαν εἰς ἄνεμον, & Latinus: *fuerunt in ventum loquuti*. Hoc eſt, ventus eorum verba rapuit, ſeu nullum eventum ſortientur. Senſum expreſſimus, cùm verba non poſſemus. Aliquo modo ad hanc loquutionem accedit Ovidiana, ex Epiſt. Phyllidis ad Demophountem, vers. 25.

Demophoon ventis & verba & vela dediſti.

Nullum in iis fuit verbum à Deo acceptum] הִדִּבֵּר אין בהם. Cur ſic vocem punctarint potiùs quàm הַדָּבָר non intelligo. Occurrit rurſus Hoſ. I, 2. Addidimus *à Deo acceptum*, quod neceſſariò ſubaudiendum, perſpicuitatis causâ.

Sic ipſis contingat] כה יעשה להם *cho jahaſcheh lahem*, ſic fiat illis; nempe, ut aliis prædicunt. Omiſerunt LXX. Intt. niſi mutili ſint eorum Codices. Vulgatus: *hæc ergo evenient illis*. Non diſſimulandum in Complutenſi Ed. indéque in Plantiniana, legi: οὕτως ἔσται αὐτοῖς, quod videtur è cerebro Complutenſium natum, ut alia multa. Debuiſſent ſaltem more imprecantium loqui, nam hæc eſt imprecatio, non prædictio.

14. *Protuliſtis*] דברכם *dabberchem*: In alia lingua potiùs dictum eſſet דברו *dibberou* dixerunt, quia nec Jeremias, quem adloquitur Deus, neque alii pii talia dixerant. Sed res ſatis intelligitur.

Mox verba mea in ore tuo &c.] *Ecce me dantem verba mea in ore tua in ignem*. Hoc eſt, faciam, ut prædictiones tuæ ab illis ſpretæ iis exitium creent: inſtar ignis ædificium abſumit. Spretorum enim tuorum vaticiniorum mihi pœnas dabunt.

15. *Gen-*

Digitized by Google

iis: quemadmodum reliquiſtis me, atque in terra veſtra Deos alienos coluiſtis: ſic & Deos alienos, in terra non veſtra, coletis. 20. Nunciate hæc domui Jacobi, facite ut audiatur in Juda, his verbis: 21. hoc nunc audito, popule demens, & vecors; cui ſunt oculi, qui *tamen* non vident; & cui ſunt aures, quæ *tamen* non audiunt 22. An me non timebitis? ait Jehova; an coram me non trepidabitis, qui arenam terminum mari poſui, perpetuo decreto, quod numquam prætergredietur? Commovebunt ſe ejus fluctus, nec *tamen eum perrumpere* poterunt; frement, nec *tamen eum* tranſibunt. 23. At huic populo fuit animus contumax & rebellis; receſſit & abiit. 24. Non dixit, apud animum ſuum: metuamus, quæſo, Jehovam Deum noſtrum, qui dat nobis pluviam, *eámque* tempeſtivam & ſerotinam, tempore ſuo, quique hebdomadas ſtatas meſſis nobis ſervat 25. Iniqua veſtra facta fecerunt, ut hæc aberrarint, & peccata veſtra impedierunt,

ſter, tantis malis nos adficeret? iis repones meo nomine; quemadmodum a me defeciſtis, atque in ſolo veſtro Deos alienos coluiſtis: ſic & Deos alienos, in terra, quæ veſtra non erit, coleris. 20. Hæc nunciate poſteris Jacobi, & præſertim Tribui Judæ, his verbis: 21. Hoc nunc audito, gens demens & vecors, cui ſunt oculi, & quæ tamen iis non utitur; cui ſunt aures, nec tamen audiunt eos, qui adfectibus ejus contraria docent 22. An me non timebitis? ait Creator; an coram me non tremetis, qui mare arenâ compeſcui, perpetuo decreto, quod numquam violabit? Quamvis commoveantur fluctus ejus, tamen numquam eum aggerem perrumpere poterunt. 23. At meo populo hactenus tanta fuit contumacia, & rebellandi libido, ut à me defecerit. 24. Nec apud ſe reputavit, juſtum eſſe, ut metuens eſſet Creatoris Dei ſui, qui tempeſtates anni moderatur, qui pluvias concedit tempeſtivas & ſerotinas, temporibus ſolitis, & meſſis ſtatas vices ſervat. 25. Scelera veſtra cauſæ ſunt, cur tempeſtates anni aberrarint, & peccata veſtra, ne vobis bene

15. *Gentem è longinquo*] Hæc jam prædixerat Moſes Deut. XXVIII, 49.

Gens eſt potens] גוי איתן הוא *goi ethan hou*, *gens potens*, aut *fortis illa*.

Gens antiqua] מעולם *meholam*. Meritò, cùm antiquiſſima gentium à Diluvio fuerit Babylonica, cujus vide initia Gen. X, 9. *& ſeqq.* XI, 2. *& ſeqq.* Sed non ſtetit imperium Babylonicum, ab eo tempore, ita ut, uno tenore, vicinas gentes in ditione habuerit, ut oſtendimus ad Gen. X, 10.

Cujus linguam neſcitis .] Quamvis enim ſit magna adfinitas Linguæ Chaldaïcæ, & Hebraicæ, tamen populi, præſertim indocti, invicem non intelligebant; ut hodie videmus Gallos, Italos, & Hiſpanos, qui Linguis utuntur è Latina, maxima ex parte, ortis adeóque adfinibus, alios tamen aliorum ſermones non ſatis intelligere. Vide 2. Reg. XVIII, 26.

15. *Sepulcrum patens*] Hoc eſt, pharetram non aperient, ut ſagittas depromant, niſi in multorum perniciem. Sic & Pſ. V, 10. *ſepulcrum patens* dicitur *guttur* calumniatorum, qui, mendaciis illinc emiſſis, perniciem innocentibus ſtruebant.

Viri fortes ſunt] Bellis, nempe, à Nebuchadneſare præſertim geſtis, exercitati fuerant.

17. *Aſſumet filios* &c.] *Comedent filios tuos, & filias tuas*; hoc eſt, occident, aut parentibus ereptos in captivitatem abducent.

Gladio deſolabit] ירושש בחרב *jeroſcheſch habbereb*. LXX. Intt. ἀλοήσουσι ἐν ῥομφαίᾳ. Vulg. *conteret gladio.* ירשש idem eſt ac ירש *depauperare*, adeóque vult Propheta fore ut Chaldæorum exercitus munitarum urbium præſidia & incolas gladio cædant & deſolatas urbes relinquant.

18. *Finem faciam*] Suppliciorum, nempe; nam poſt clades, quas paſſi ſunt Judæi in patria, in ſuo exſilio multa mala tulerunt, ut vel ex Daniele liquet; donec Perſæ ſunt rerum potiti.

19. *Cur faceret Jehova*] תחת מה עשה *thachbath mah haſcha*, cur fecit, aut pro quo ſcelere nos ita haberet. Carent Hebræi varietate modorum in verbis, cui inopiæ è re ipſa Interpretes ſubvenire par eſt; ut paſſim omnes faciunt. In præterito tamen hìc vertunt Græci & Latinus, quaſi verba hæc ſint Judæorum poſt datas Deos pœnas. Sed præſtat, ut ſequentia oſtendunt, non minùs ac antecedentia, hæc dicta intelligi ante eventum; cui Judæi fidem non habebant prædicto, quia (qui nequitiæ cumulus eſt) ſe ſe innocentes, indignóſque tantis ſuppliciis contendebant.

21. *Vecors*] *Et nullum cor.*

Cui ſunt oculi &c.] Qui à Deo acceptis facultatibus omnibus neceſſariis, ut officium ſuum intelligerent, caveréntque ſibi à malè factis; non magis tamen facultatibus illis ſuis, eam in rem utebantur, quàm ſi iis prorſus caruiſſent. Similia vide Eſaïæ VI, 9. XXXII, 3. XLII, 18, 19. Ezek. XII, 2. Adi & Intt. ac præſertim quidem *H. Grotium* ad Matth. XIII, 14.

22. *An coram me non trepidabitis*] אם מפני לא תחילו *im mipphanai lo thahhilou*, an à facie mea non timebitis. LXX. Intt. οὐκ εὐλαβηθήσεσθε. Vulgatus: *non dolebitis*, quæ propria eſt Hebraici verbi חול ſignificatio; ſed cùm hic reſpondeat verbo *timebitis* in priore membro, *timendi* in poſteriore poteſtatem obtineat oportet. Sic *Jonathan*: הזיעון *thezouhoun*, eodem ſenſu. Vide & Pſ. XCVI, 9.

24. *Tempeſtivam*] יורה *joreh*. Vide ad Deut. XI, 4. LXX. Intt. πρόϊμον καὶ ὄψιμον. Vulg. *temporaneam & ſerotinam.*

Hebdomadas ſtatas] שבעות חקות *ſchbuboth hhukkoth*. LXX. Intt. habent πλήρωσιν προστάγματος, & Latinus: *plenitudinem*. *Aquila & Symmachus* meliùs: ἑβδομάδας, ſequentem vo-

cem

dicrunt, ne bene vobis eſſet. 26. Inventi enim ſunt improbi in populo meo, *qui inſidiantur* inſtar irretientis laquei, ſtruunt perniciem *&* homines capiunt. 27. Ut cavea plena eſt volucribus: ſic domus eorum plenæ ſunt dolo; quam ob rem creverunt & ditati ſunt. 28. Pingues facti ſunt; nituere, etiam ſuperarunt malos rumores; jus etiam non dicunt, ne pupillo quidem, attamen bene habent, nec cauſam pauperum diſceptant. 29. Annon propter hæc pœnas *de iis* exigam? ait Jehova; annon de ejuſmodi gente ſupplicium ſumam?

30. Res ſtupenda & ſummopere horrenda facta eſt in terra. 31. Prophetæ vaticinati

ne eſſet. 26. Fuerunt homines in populo meo, qui aliis inſidiati, quaſi retibus, eos ceperunt, & de medio ſuſtulerunt. 27. Ut caveæ implentur avibus; ſic eorum domus plenæ fuerunt dolis; quibus creverunt, & ditati ſunt. 28. Pingues & nitidi facti ſunt; & malos etiam de ſe rumores ſuperarunt; quin & jus nemini, ut par eſt, dicunt, ne pupillo quidem; nec eo minùs bene habent, nec cauſas pauperum diſceptare audent, contra potentes. 29. Annon propter vitia, & facinora ejus generis, pœnas mihi dabunt? ait Creator.

30. Stupendum atque horrendum quidpiam in terra Iſraëlis contigit. 31. Fuerant, qui ſe quaſi Pro-

cem qui verterint neſcimus. Significantur hebdomades ſeptem à Paſchate ad Pentecoſtem, quibus meſſis fiebat. חקת ſunt propriè *inſtituta*, ſed hìc ſignificant conſtitutiones ratas & perpetuas.

25. *Fecerunt ut hæc aberrarint*] חטו אלה *hhittou elleh*, *fecerunt peccare hæc*. Sed חטא propriè eſt *errare*, tralaticio ſignificatu *peccare*, ut bene obſervatum à *Val. Schindlero* & aliis. LXX. Intt. ἐξέκλιναν ταῦτα, Vulgatus: *declinaverunt hæc*; hoc eſt, effecerunt, ut alieno tempore caderent pluviæ, neque meſſis in menſem ſolitum incideret; quia res eſt irato Deo mutata.

Impedierunt, ne bene &c.] מנעו הטוב מכם *manchou hattob micchem*, prohibuerunt bonum à vobis.

26. *Inſidiantur inſtar irretientis laquei*] ישור כשך יקושים *jaſchour chſchach jekouſchim* intuebitur ut irretiens laqueis. De prima voce dubium non eſt, quin *contemplari* proprio, *inſidiari* tralaticio ſignificatu, ſit. שך verò eſt participium à שוך *ſchouch*, quod fuit *irretire*, apud Hebræos, ut שבך apud Arabas, ex obſervatione *Lud. Cappelli*. יקושים *jekouſchim* ſunt ſine dubio *laquei*. Itaque hæc capimus, quaſi eſſet רשעים אשר ישורו כשך ביקושים, *mali qui inſidiantur, ut qui irretit laqueis*. Omiſſum אשר, ut paſſim, ישור eſt in ſingulari, pro plurali, quod non minùs frequens eſt; ac tandem omiſſum כ, quod eſt longè frequentiſſimum. LXX. Intt. ſenſum viderunt, cùm habeant: παγίδας ἔστησαν, ſed verba non expreſſerunt. Meliùs *Hieronymus*: *inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes*. In Commentario verò ſic habet: *Aquila & Symmachus tranſtulerunt* IASIR, quaſi rete aucupis; *quòd etiam qui bonus inter eos videtur & rectus, inſtar aucupis tendat inſidias, dum invicem ſe venantur ad mortem*. Qui locus eſt corruptus, ut vidit *Joan. Druſius*, qui conjiciebat: *tranſtulerunt rectè verbum* IASUR, cui emendationi ſequentia favent. Sed noſtram lectionem ישור *jaſchour* rectam puto, & *obſervabit*, aut *inſidiabitur* interpretor, ut Hoſ. XIII, 7. אשור eſt *obſervavi*; nempe, ex inſidiis. Hinc שור & שורר *inſidiator* propriè, & per tranſlationem *inimicus, hoſtis*. Vide Pſ. XCII, 12.

Statuunt perniciem] הציבו משחית *hitſibou maſchbhith*, ſtatuunt exterminatorem. LXX. ſenſum ſequuti: τοῦ διαφθεῖραι ἄνδρας. Latinus: *& pedicas ad capiendos viros*, quaſi משחית eſſet *pedica*, aut potiùs ſententiam reddit non verba. משחית eſt quidem propriè ὀλοθρευτής, *perditor*, ſed hìc ſumitur pro *pernicie ipſa*.

Homines capiunt] אנשים ילכדו *anaſchim jilkchodou*, vel ut eos occidant, vel ut ut captos vendant. Hiſce verbis latrocinia deſcribuntur Judæorum, inter ſe; quæ gentis conclamatam improbitatem, & crudelitatem oſtendunt; quippe qui erga populares ſe gerebant, ut Arabes erga peregrinos.

27. *Ut cavea plena eſt volucribus*] *Ut cavea plena ave*. Quia homines contulit in præcedentibus verbis venatori, vel aucupi qui laqueis feras, aut aves capit; hìc, ex eadem ſimilitudine, deſcribit domos eorum, quaſi caveas avibus plenas; hoc eſt, divitiis, per latrocinia, & inſidias paratis.

Ditati ſunt] יעשירו *jahaſchirou*, ditarunt; nempe, נפשם *animas ſuas*, id eſt, ſe ſe. Debet enim, poſt verbum activum, ſubaudiri accuſativus. Latinè loquentes paſſivo uſi ſumus, quòd ſenſus idem eſſet, & ſic alibi fecimus, prout Latina Lingua poſtulabat.

28. *Superarunt malos rumores*] עברו דברי רע *haberou dibre rah*, tranſierunt verba mali; hoc eſt, malos rumores, qui de iis ſpargebantur, incolumes ſuperarunt. Metaphora deſumta à fluvio, quem aliquis incolumis trajicit. Vide & Pſ. CXLI, 10. Hìc parvam rationem habuerunt LXX. verborum. At Latinus: *præterierunt ſermones meos*, דברי, *peſſimè*. Parum commodè.

Attamen bene habent] ויצליחו *vejatslibbou*, ſubaudiendus hìc quoque accuſativus, qualis eſt דרכם *darcham*, vias ſuas, aut כל אשר יעשו *quidquid facient*, ut Pſ. I, 3.

29. *Annon propter hæc* &c.] Eadem verba, quæ antea verſu 9.

30. *Res ſtupenda & ſummopere horrenda*] שמה ושערורה *ſchammah veſcharourah*, ſtupor & horror maximus, propter reduplicationem litteræ radicalis ר. LXX. Intt. ἔκστασις καὶ φρικτά. Latinus. *ſtupor & mirabilia*, quaſi legiſſent שערורות *ſchabarouroth*.

31. *Prophetæ vaticinati ſunt mendacium*] *In mendacio*; hoc eſt, dicentes ſe revelationes, à

Digitized by Google

nati ſunt mendacium, Sacerdotes per eos dominati ſunt, & populo meo ſic placet; quid verò in poſterum facietis?

Prædicitur Judææ & Jeroſolimæ vaſtatio, vocantur Judæi ad pœnitentiam, deſcribitur eorum nequitia, cui graves minas intendit Deus.

1. MATURATE fugere, Benjaminitæ, Jeroſolimâ; Thekoæ clangite tubâ, atque in vertice Beth-haccheremi tollite ſignum, malum enim proſpicitur è Septem- CAPUT VI.

Prophetas venditabant, & qui non erant; ac; per ejuſmodi homines, Sacerdotes plebi dominati ſunt. Hæc non diſſimulabitis in poſterum.]

PARAPHRASIS.

1. FESTINATE fugere, Benjaminitæ, Jeroſolimâ; Thekoæ canite tubâ, atque in vertice Beth-hacchatemi tollite ſignum; malum enim videtur imminere à Septemtrione, & quidem

à Deo habere, quas non habebant. Miror cur בשקר *beſcheker*, in mendacio, verterint LXX. Intt. ἄδικα, quod eſt à re præſenti alienúm. Meliùs Latinus: *mendacium*. Mentiti, nempe, erant nonnulli Pſeudoprophetæ, ſe habuiſſe revelationes, quas non habuerant, in utilitatem, ut ſequentia videntur ſuadere, Sacerdotum.

Per eos dominati ſunt] ירדו על ידיהם *jirdou hal jedehem*, dominati ſunt ſuper eorum manibus. LXX. Intt. ἐπεκρότουν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Cùm רדה aut רדו nuſquam ſignificent *plaudere*, ſed *dominari*, nec vox ſit rara, aut obſcura; rectè *Lud. Cappellus* conjeciſſe videtur ſcriptum fuiſſe à LXX. Intt. ἐπεκράτουν *imperium obtinuere*. Credibile eſt hoſce fallaces Prophetas populo auctores fuiſſe, nomine Dei, quo abutebantur, parendi per omnia Sacerdotibus. Quod ſi reputaſſet *Hieronymus*, numquam vertiſſet: *adplaudebant manibus ſuis*. על ידי autem eſt *per* infra XVIII, 21. Pſ. LXIII, 1. Ezek. XXXV, 1. & alibi.

Populo meo ſic placet] *Populus meus amarunt ſic.*

In poſterum] באחריתה *beahharithah*, in poſtero ejus (fœminino genere) nempe, ut videtur, Judithidis. Vulgatus: *in noviſſimo ejus*, LXX. μετὰ ταῦτα.

COMMENTARIUS

In CAPUT VI.

1. M*Aturate fugere*] העזו *hahizzou*. LXX. Intt. ἐνισχύσατε. *Hieronymus: confortamini*. Hæc eſt quidem poteſtas verbi עז ſeorſim ſpectati, ſed quia ſequitur מקרב ירושלם *mikkereb Jerouſchalem*, è media Jeroſolima, vel ex ea urbe, ſatis liquet, ſignificari fugam & quidem maturam, ut antea Cap. IV, 6. ubi vide notata.

Thekoæ] בתקוע *bithkoah*. De hac urbe diximus ad 2. Sam. XIV, 2. ex *Euſebio*. Hìc ex *Hieronymo* diſcere licet *Thekoam* fuiſſe *viculum in monte ſitum & duobus millibus ab Hieroſolimis ſeparatum*; è Prologo verò ejuſdem ad Amoſum *ſex millibus ad meridianam plagam abfuiſſe à ſancta Bethlehem*, unde intelligere poſſumus Bethlehemum, in media inter utrumque via, ſitam.

In vertice Bethaccheremi] בית הכרם *Hieronymus* memoratâ Jeroſolimâ & Thecuâ: *inter has*, inquit, *altus vicus eſt, qui, linguâ Syrâ & Hebraïcâ*, Bethacharma (בית הכרמא) *dicitur, & ipſe in monte poſitus*. Senſum verò hujus loci ſic exprimit: *Quia ab Aquilone jam jámque venturus eſt Nabuchodonoſor, & imminet vicina captivitas, ô habitatores Jeruſalem, arma corripite, & in Thecua buccinâ concrepate, & in Bethacherem levate vexillum oit, ut contra hoſtes valeatis reſiſtere.* Videtur autem Propheta indicare iis urbès ad meridiem Jeroſolimæ, ut, urbe munitâ hoſti objectâ, pararent ſibi tutiùs auxilia, quæ in eam ſubmitterent. Quod tamen non dicit Propheta, quaſi ſperaret fore, ut Jeroſolima defendi poſſet (nam eam captum iri paſſim monet) ſed ut oſtendat inſtare bellum, in quo auxiliis, undecumque collectis, opus habitura eſſet.

Tollite ſignum] Ad contrahendas è vicinia copias, ut ſæpe apud Eſaïam vidimus.

2. *Formoſæ & delicatæ*] הנוה והמענגה *hannava vehammehunnagah*. Cùm ſequatur דמיתי *adſimilavi*, hæc ſunt intelligenda, quaſi utrique voci præfixa eſſet littera ל nota Dativi, quæ ſæpe omittitur, ut docebit *Noldius*. Has voces in Codice ſuo parum diligenter deſcripto vix legere potuerunt LXX. Intt. qua de re vide *Lud. Cappelli* conjecturas in ejus Notis Criticis. Verterant *Aquila* & *Theodotion*: ὡραίαν καὶ τὴν φανεράν, quorum poſterius videtur eſſe pro τρυφεράν; cùm habeat Hieronymus: *ſpecioſæ & delicatæ*.

3. *Attamen ad eam venient paſtores*] Sub imagine *Paſtorum* deſcribuntur Duces exercitûs Babylonici, & *gregum* nomen copias deſignat. Sic, apud Homerum, *duces* & *principes*

Septemtrione & clades magna. 2. Formoſæ & delicatæ *mulieri* adſimilavi filiam Sionis. 3. *Attamen* ad eam venient paſtores eorúmque greges, atque ad eam circumquaque tentoria figent, quisque ad partem ſuam paſcet.

4. PARATE, *inquient*, adverſùs eam oppugnationem, ſurgite atque adſcendamus ipſo meridie. HEI nobis! declinavit dies & veſpertinæ umbræ creverunt. 5. SURGITE verò, adſcendamus ipſâ nocte, & diruamus altas ejus domos; 6. ſic enim dixit Jehova, *Deus* exercituum: cædite ligna & ſtruite aggerem ad Jeroſolimam, hæc urbs pœnis eſt damnata, tota eſt enim oppreſſione plena. 7. Quemadmodum puteus emittit aquam ſuam, ſic illa nequitiam ſuam evomit; injuria & direptio in ea audiuntur, & coram me jugiter eſt morbus & plaga.

8. Patere te, *ait Deus*, caſtigari, ô Jeroſolima, ne divellatur animus meus à te, néve te

dem magna calamitas. 2. Pulchræ & delicatæ puellæ comparavi Jeroſolimam. 3. Nihilo ſeciùs ad eam venient paſtores, cum ſuis gregibus, atque ad eam circumquaque tentoria figent, & quisque in vicinia greges ſuos paſcet.

4. At hoſtes, cùm advenerint, ſe invicem cohortabuntur ad oppugnandam urbem, ipſo meridie. Dumque deliberabunt, & ſe viciſſim hortabuntur dicent: HEI nobis! declinavit dies & veſpertinæ umbræ auctæ ſunt. 5. SURGITE, ingrediamur in Urbem atque altas illius domos; 6. ſic enim loquutus eſt Creator, Deus Exercituum: cædite ligna, & aggerem ſtruite ad muros, nam hæc urbs eſt meritus pœnis damnata, cùm potentiores in ea opprimant pauperiores. 7. Quemadmodum puteus emittit aquam ſuam, è vivo fonte manantem: ſic hæc Urbs nequitiam ſuam evomit, injuriæ & rapinæ in ea audiuntur; & coram me verſetur morbus aut plaga.

8. O Jeroſolima, patere, inquit Deus, te caſtigari,

cipes vocantur ποιμένες λαῶν, *paſtores populorum. Hieronymus* ad hunc locum argutiùs ſic ratiocinatur, ex ambiguitate vocis רעים punctis deſtitutæ: *Deſcribitur*, inquit, *pulcritudo Jeruſalem, quæ eſt ipſe Sion; ut aliud totam urbem, aliud arcem urbis inſinuet eſſe. Sion enim arx* ſpecula *interpretatur, & ſpecioſæ mulieri comparatur.* Non dicam ציון *tſijon*, ſiccitatem ſignificare, non *ſpeculam*, ſed hìc de tota urbe agere Prophetam. Sic verò pergit: *& quomodo ad illam amatores: ſic ad inſtar paſtorum convenire dicuntur. Satiſque eleganter in Hebræo verbum, quod quatuor litteris ſcribitur* Res, Aïn, Jod, Mem, *ſi legatur* REIM, amatores, *ſi* ROIM paſtores *ſignificat; ut vel juxta metaphoram pulcræ mulieris, amatores; vel juxta everſionem urbis, paſtores intelligantur; quorum alii ſcortum polluere feſtinant, alii obſidere & ſubvertere civitatem.* Sed ſermo hìc non eſt de ſcortatione, ſeu de Idololatria, verum de urbis obſidione, quæ fit à *Paſtoribus* populorum, ſeu ducibus, & à gregibus eorum, ſeu copiis. Quod ſentit etiam *Hieronymus*, qui ſic præterea habet: *In paſtoribus, & gregibus eorum, principes ſentiamus & exercitus Chaldæorum. Figent autem tentoria ſua, in obſidione urbis in circuitu, & paſcet unusquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt; ſuas, videlicet, turmas & numeros.*

Ad partem ſuam] איש את ידו *iſch eth jado*, quod puto eſſe pro מאת ידו *meeth jado*, è latere urbis ſibi obſidendo, & oppugnando, ab Imperatore adſignato, nam יד *jad* ſæpe *latus* ſignificat; unde vertimus *ad partem ſuam.*

4. *Parate, inquient,*] Addidi, *inquient*, quia hìc eſt dialogiſmus Chaldæorum Ducum inter ſe, quorum alii, ex ipſo itinere, Jeroſolimam oppugnari jubent. Quod cùm fieri non potuiſſet, alii nocte ipſâ idem tentari volunt. Eſt autem hic; קדשו עליה מלחמה *kaddeſchou haleah milhhamah, ſanctificate adverſùs eam bellum.* Sed קדש *kiddeſch* in Pihel ſæpe eſt *parare.* Hinc LXX. Intt. παρασκευάσασθε ἐπ' αὐτὴν πόλεμον. *Hieronymus* habet: *ſanctificate ſuper ea bellum*, nimis verbotenus.

Adſcendamus] Ad muros, nempe, ut ſcalas admoveamus. Quo dicto, ſtatuuntur copiæ omnia ad expugnationem neceſſaria paraſſe, quamvis hoc reticeatur.

Hei nobis!] אוי לנו *oï lanou.* Reſponſum, hoc eſt, ab oppugnare juſſis, qui parati oppugnationi non potuerant eſſe, ante veſperam, creſcentibus jam umbris; cùm exigua tantùm pars diei ſupereſſet.

5. *Surgite verò* &c.] Rurſus ipſâ nocte urbem adgredi jubentur. Hiſce ſignificat Propheta Babylonios putaſſe urbem coronâ & primo impetu capi potuiſſe, cujus opinionis ratio ſequentibus verbis exprimitur.

Altas ejus domos] ארמנותיה *armenotheah.* Malè LXX. τὰ θεμέλια αὐτῆς. *Hieronymus* meliùs: *domos*, ſed debuit addere *altas*, nam ארמון *armon* non eſt quælibet domus, ſed alta, à רום *altum eſſe.* Tales ſunt procerum, aut ditiorum civium ædes, præſertim in magna urbe, & frequentiore.

6. *Sic enim dixit Jehova* &c.] Prædictionibus, nempe, Prophetarum, ut Eſaïæ, Jeremiæ & Ezekielis vocati erant Babylonii ad ſupplicium de Jeroſolima ſumendum; quæ res, per transfugas aut exſules Judæos, illis innotuiſſe, non eſt abſimile vero. Quamobrem à Propheta hìc inducuntur quaſi probè noſſent Deum Judæorum ſibi Jeroſolimam traditurum.

Cædite ligna] Ad turres atque aggeres, qui partim lignis, partim terrâ aggeſtâ fiebant. Vide hac de re *Juſt. Lipſium* Poliorcet. Lib. II. Dial. 3.

Struite aggerem] שפכו סללה *ſchipphechou ſolelah.* LXX. Intt. minùs rectè, ἔκχεον δύναμιν, cùm debuiſſent dicere χῶμα, quæ vox *aggerem* ſignificat è terra effuſa factum. Sic & Hebræi dicebant שפך סללה *ſchephoch ſolelah*, fundere aggerem, ligneis, nempe, ploſtellis advectum,

te redigam in vaſtitatem, terrámque incultam. 9. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum: reliquias Iſraëlis, ;vineæ inſtar, racemabunt; converte manum tuam, ſicut vindemiator ad caniſtra. 10. Quem adloquar, *quémve* conteſtabor, ut audiant? en incircumciſa eſt eorum auris, nec poſſunt adtendere; verbum Jehovæ fuit, apud illos, opprobrio, eo non delectabuntur. 11. Irâ Jehovæ, *inquam ego*, ſum plenus, laboravíque, ut eam continerem. Effunde, *ait Deus*, eam in puerulum, qui eſt in platea, paritérque in ſecretum juvenum cœtum; etenim vir, cum uxore, capietur, ſenex cum pleno dierum. 12. Devolvantur eorum domus ad alios, agríque & uxores pariter; extendam enim manum in incolas terræ, ait Jehova. 13. A minimo enim eorum ad maximum, quivis ſectatur lucrum; à Propheta ad Sacerdotem, quivis mendaciter ſe gerit.

gari, niſi vis me infenſum habere, néve te redigam in vaſtitatem. 9. Sic loquutus eſt Creator, idémque Deus exercituum: Reliquias Iſraelis hoſtes, vineæ inſtar, quaſi racemationem auferent; verte manum tuam, ut vindemiator ad caniſtra. 10. Quem verò adloquar, quémve conteſtabor, ut audiant? Poſſis dicere iis eſſe aures, quales ſunt incircumciſorum, neque poſſe audire cum fructu præcepta Dei; qui circumciſionem, apud Iſraelitas, inſtituit. Verba Dei apud alios fuere opprobrio, nedum ut libenter audirentur. 11. Irâ commotus ſum, inquam ego, erga ejusmodi homines, víxque eam poſſum coërcere. Effunde verò, ait Deus, iram tuam in pueros, qui ſunt in plateis, atque in arcanos juvenum cœtus; nam tunc temporis omnes quarumvis ætatum capientur. Vir cum uxore capietur, & ſenex cum decrepitæ ætatis homine. 12. Devolventur eorum domus ad alios, nec domus tantùm, ſed etiam agri & mulieres; extendam enim manum in incolas, ait Creator. 13. Omnes quærunt lucrum, à minimo ad maximum; à Prophetis

advectum, atque effuſum in virgulta & faces, quæ terræ ſubjiciebantur, ad firmitatem operis; qua de re, adi *Lipſii* locum indicatum. Rectè ergo *Hieronymus*: *fundite aggerem.*

Pœnis eſt damnata] הפקד *bopkkad*, facta eſt eſt viſitari. הפקד eſt pro הפקדה *bopkkedah*, nam עיר eſt fœminini generis, & fortè mendum hîc eſt librarii, è quo nullum conſectarium colligi poteſt. Notum *viſere* paſſim, apud Hebræos, perinde eſſe ac *punire*; ubi antecedens eſt pro conſequente.

Tota eſt enim oppreſſione plena] כלה עשק בקרבה *chullah boſchek bkirbah*, tota eſt oppreſſio, in medio ipſius. LXX. Intt. ὅλη καταδυναστεία ἐν αὐτῇ, ſic enim legendum videtur, non αὐτῇ, hoc eſt, tota urbs eſt in ſe mera tyrannis. *Hieronymus* minùs commodè: *omnis calumnia in medio ejus.* Major eſt ἔμφασις verborum Hebraïcorum, quibus dicitur Jeroſolima, quanta quanta erat, oppreſſio fuiſſe; cùm nemo fugeret Regum, Sacerdotum, Procerum, & pſeudoprophetarum potentiam tyrannicam.

7. *Quemadmodum puteus* &c.] In textu hîc eſt בור *bor*, quod λάκκον verterunt LXX. *Aquila*, *Symmachus*, & *Theodotion*, & quidem verè, ut & *Hieronymus*: *ciſternas*, ſed pro בור legunt Maſſoretæ בַּיר quod idem eſt ac בְּאֵר *puteus*, in quo eſt fons perennis, non aqua reſtagnans, quæ exhauriri poteſt. Eſt hîc elegans comparatio nequitiæ, numquam non prava facta parturientis, aut perpetrantis, cum puteo aquæ ſemper ſcaturientis, & quæ exhauriri nequit. LXX. Intt. Ὡς ψύχει λάκκος ὕδωρ οὕτω ψύχει κακία αὐτῆς, & *Hieronymus*: *ſicut frigidam fecit ciſterna aquam ſuam: ſic frigidam fecit malitiam ſuam.* Nempe, vocis ſignificatum deduxerunt à קרר *karar*, *frigidus fuit*. Sed effecerunt, ut elegantiſſima comparatio planè frigeret. Dicendum fuit קר eſſe *ſcaturire*, unde מקור *makor*, fons perennis, unde perpetuò aqua ſcaturit. Vid. C. II, 13. XVII, 13. ubi legimus מקור מים חיים, *fontem aquæ vivæ*.

7. *Morbus & plaga*] חלי ומכה *bboli oumacchab.* LXX. Intt. πόνον καὶ μάστιγα, *Hieronymus* vertit: *infirmitatem & plagam.* Intelligendus *morbus*, aut *dolor*, quorum cauſa eſt tenuioribus potentiorum & ditiorum ſeritas. Dicuntur *coram Deo eſſe*, veluti juſtum Dei judicium implorantes, cujus ille immemor non erat futurus.

8. *Patere te caſtigari*] הוסרי *bivvaſeri* caſtigator, ſed vis conjugationis Niphal ea eſt interdum, ut reciprocam poteſtatem habeat, at paſſivam. Activa eſſet: *fac ut caſtigeris*; paſſiva: *patere te caſtigari.* Vide hac de re pluribus obſervata ad Eſaiæ C. I, 18. LXX. Intt. παιδευθήσῃ, *Hieronymus* verò: *erudire Jeruſalem*; hoc eſt, patere te erudiri.

Ne divellatur] פן תקע *phen thakah.* LXX. Intt. μὴ ἀποστῇ. Vulgatus: *ne recedat.* Vide Ezek. XXIII, 17, 18, 22, 28. ubi idem loquendi genus. Sunt autem verba hæc Dei.

9. *Racemabunt*] *Racemando racemabunt.* Sententia eſt, à Babyloniis, reliquias poſterorum Iſraëlis, Jeroſolimitanos, abductum iri in captivitatem; poſtquàm Iſraëlitæ plerique ab Aſſyriis in alias terras eſſent dudum tranſlati, quod à Nabuchodonoſore factum Jeroſolimitanis.

Converte manum tuam] Eſt mandatum Dei racematori datum, quo eum jubet racemos reliquos in caniſtrum reponere auferendos.

Sicut vindemiator] Cùm reſecuit relictos fortè racemos.

10. *Ut audiant*] *Et audient*

Incircumciſa eſt eorum auris] Ut *cor incircumciſum* dicitur animus libidinum amore etiamnum plenus, nec admittens monita libidinibus contraria: ſic & *incircumciſa auris*, quæ ſermonibus adfectui indulgentium adſueto, contrarias ei admonitiones reſpuit.

Nec poſſunt adtendere] Dum, nempe, pravi ſermones etiamnum eis placent, Hinc Philoſophi *purgari aures* ſuadent. Sic *Perſius* Sat. V, 67.

Digitized by Google

gerit. 14. Curant cladem populi mei, levi oratione, dicentes: pax, pax, nec ulla tamen eſt pax. 15. Pudorene adfecti ſunt, quod abominanda fecerint? imo verò ne pudore quidem ſunt ſuffuſi, nec erubeſcere ſciunt. Quare alii ſuper alios cadent, tempore, quo eos plectam, & corruent, ait Jehova.

16. Sic dixit Jehova: conſiſtite ad vias, videte & interrogate de viis antiquis, ubi ſit via bona, eámque inite, & invenietis animo veſtro tranquillitatem; at dixerunt: non inibimus. 17. Conſtitui, *inquit*, vobis ſpeculatores, adtendite ſonitum tubæ; non adtendemus, inquiunt. 18. Ideo, *inquit*, audite, gentes, & tu, ô cœtus, cognoſce, quid

phetis, aut qui ſe Prophetas dicebant, ad Sacerdotes, omnes mendaciis non parcebant. 14. Elevabant omnes jacturam quaſi exiguam, pollicebanturque ibi pacem, nec tamen poterant eam ſperare. 15. An pudore ſuffundebantur, quod abominanda feciſſent? imo vero erubeſcere neſciebant, nec pudore tangebantur. Quare alii in alios cadent, quando pœnas de iis ſumam.

16. Sic dixit Creator; conſiſtite ad vias publicas, & quærite ab aliis, quænam eſſent viæ antiquæ; & ubi ſit via recta, eamque ingredimini, atque tranquillitatem ex ea cognitione nanciſcemini; at illi negarunt, ſe illam ingreſſuros. 17. Sed conſtitui, ait Deus, ſpeculatores, qui vos de recta via monebunt; adtendite ſonitum tubæ. Illi vero negarunt, ſe facturos id, quod jubebantur. 18 Ideò audite, vos Gentes, & tu Conventus Jeroſolimitane; quid in contumaces illos ſtatuerim facere. 14. Audi

Cultor enim es juvenum purgatas inſeris aures,
Fruge Cleanthea.

Ad quem locum vide *Iſ. Caſaubonum.*

11. *Ira Jehovæ* &c.] Deus ipſe de ſe, tertiâ perſonâ, alibi non rarò, loquitur. Hinc LXX. Int. θυμόν μου. Malim tamen hæc eſſe Jeremiæ, ægrè ſibi temperantis, ne juſtitiæ divinæ ultionem popularibus nunciet. Intelligitur Juſtitia divina, & Deo digna; quæ de contumacibus, poſtquàm diu eorum reſipiſcentiam fruſtra exſpectavit, graviſſima & æquiſſima ſupplicia ſumit.

11. *Laboravi ut eam continerem*] נלאיתי הכיל *nilethi hachil.* LXX. Intt. καὶ ἐπέσχον καὶ οὐ συνετέλεσα αὐτούς, infeliciter & obſcurè. Meliùs *Hieronymus: laboravi ſuſtinens.*

Effunde, ait Deus] Imperium eſt Dei mandantis Jeremiæ, ne differat denunciare pœnas, mox ſumendas de Jeroſolimitanis omnium ætatum atque ordinum. LXX. Intt. habent ἐκχεῶ, quia in ſuperioribus putabant Deum loqui, & pergere hic, apud ſe, indignationem ſuam veluti excitare. Sed pro שפך *ſchphoch* in Imperativo, aut Infinitivo, oporteret legi שופך *ſchophech* & ſubaudire אני *ani*, hoc ſenſu: *ego mox effundam* &c. *Hieronymus* etiam, *effunde.* Hic autem *effundere iram*, eſt nihil diſſimulare, de indignatione Dei in Jeroſolimitanos. Sed Ezek. XX, 33, & Nahum I, 6. *effuſa ira* Deo tribuitur, ſignificátque Juſtitiæ Divinæ plenum exercitium, pœnis contumacibus, ſine ulla venia, inflictis.

In puerulum, qui eſt in platea] In platea, nempe, ludentem; qui quidem pœnas alieni peccati, cujus reus non eſt; minimè dat, ſed citiùs, quàm alioqui fieret, mortalitatis legem implet; ut ejus morte immaturâ improbi parentes ſupplicium Deo dent.

In ſecretum juvenum cœtum] סוד בחורים *ſod babbourim*, in quo prava conſilia, mox exſequutioni mandanda, capiuntur. Vide Gen. XLIX, 6.

Cum pleno dierum] Decrepito, & cui vita eſt oneri. *Senex* in ſuperioribus verbis ætate quidem provectum, ſed viridi ſenectâ ſignificare videtur.

12. *Extendam enim manum*] Ut, nempe, eos graviter percutiam.

13. *A minimo eorum ad maximum*] *A parvo eorum ad magnum eorum.*

Quivis ſectatur lucrum] כלו בוצע בצע *chullo botſeab betſab.* LXX. Intt. συνετελέσαντο ἄνομα, quod nimis generale eſt. Meliùs *Hieronymus* habet: *omnes avaritiæ ſtudent.* Vide Job. VII, 8. Prov. XV, 27.

Mendaciter ſe gerit] עשה שקר *boſcheb ſchaker*, faciens mendacium; non tantùm mendacia ore profert, ſed etiam factis mentitur, cùm hiſtrionem agens vult videri bonus, cùm ſit nequam, ſervatâ quadam pietatis ſpecie externâ; dum intus nihil eſt, præter improbitatem.

14. *Curant cladem populi mei*] ירפאו את שבר *jerappheou eth ſchever*, curant fracturam; hoc eſt, clades acceptas à populo curabat pollicitationibus pacis, quæ ante deletam Jeroſolimam nulla erit. Vide 2. Reg. XXIII. *& ſeqq.* ubi ab occiſo Joſia nulla ſat certa pax fuiſſe narratur.

Levi oratione] על נקלה *bal nkallab.* LXX. Intt. ἐξουθενοῦντες, *elevantes.* Hieronymus: *cum ignominia*, parum commodè. Nomen eſt à קלל *levis fuit*, non à קלה, aut Participium fœmininum à maſculo, נקל *nakel* Conjug. Niphal. Eſaiæ XLIX, 6. ſi participium ſit ſubaudiendum נחמה *nebbamab*, conſolatiu, aut ſimile quid. Nomen malim, ut 1. Sam. XVIII, 23.

15. *Alii ſuper alios cadent*] יפלו בנופלים *jippbelou bannophelim*, cadent inter cadentes, aut in cadentes, quod malim. LXX. Intt. πεσοῦνται ἐν τῇ πτώσει αὐτῶν, malè. *Hieronymus* verò: *cadent inter ruentes.*

16. *Conſiſtite ad vias* &c.] Eſt comparatio ducta ab iis, qui in bivio, vel trivio ſtant, quia neſciunt, quâ viâ progredi oporteat. Ut enim ejusmodi homines viæ imperiti conſulunt viarum peritos, & monentibus obſequuntur: ſic qui dubitant, de tota vitæ ratione, debent doctiores ea de re ſciſcitari, & auditis Majorum ſuorum inſtitutis, ea ſequi, ſi modò recta ſunt; qualia reverâ erant veterum ſapientium, apud Hebræos, placita. Poſſunt hæc etiam aliquo modo illuſtrari ingenioſâ fabulâ de Hercule in bivio ſtante, quæ exſtat

Digitized by Google

quid in illos *ſtatuerim*. 19. Audi terra: en ego adduco malum in populum iſtum, *quod eſt* fructus cogitationum ejus; quia nec verba mea, nec legem meam adtenderunt, atque hanc ſpreverunt. 20. Cur mihi thus è Seba veniret, & calamus aromaticus optimus, è terra longinqua? Holocauſta veſtra mihi non placent, nec victimæ veſtræ gratæ mihi ſunt. 21. Quamobrem ſic dixit Jehova: mox ego objiciam huic populo offendicula, atque impingent in ea patres & filii ſimul, vicinúſque & amicus ejus peribunt. 22. Sic dixit Jehova: en populum venientem è terra ſeptemtrionali, & gentem magnam, quæ è terræ lateribus excitabitur. 23. Arcum & clipeum geret, crudelis

19. Audi, tu Terra, quæ olim es data Iſraëlitis; mox calamitates huic populo immittam, quæ erunt fructus cogitationum ejus, quia legem meam non adtenderunt, imò etiam ſpreverunt. 20. Cur mihi thus è Seba adferretur, & calamus aromaticus è terris remotis? Holocauſta veſtra nequaquam mihi placent, nec victimæ veſtræ gratæ mihi ſunt. 21. Quare Creator minatur, ſe huic populo objecturum offendicula, in quæ offendant patres & liberi ſimul, & quibus vicinúſque & amicus unà pereant. 22. Hoc etiam dixit Creator, en populum è ſeptemtrione venientem, prævalidámque aliam gentem, quæ è vicinia excitabitur. 23. Arcum & pharetram, quibus ſagittas mittat, & ſimul à ſe arceat, geret; crudelis eſt, clamoréſque ejus militares ſunt inſtar fremitûs maris; equitatu potiſſimùm valet; parata eſt inſtar unius viri, ut ſibi bellum inferat, ô Jeroſolima. 24. Jam

ſtat apud *Xenophontem* Lib. II. Memor. *Socratis*.

Tranquillitatem] מרגוע *margoah*. LXX. Intt. ἁγνισμόν. Latinus: *refrigerium*. Sed cùm verbum רגע *ragah* duplicis ſit ſignificatûs, & quidem contrarii; nempe, *moveri*, & *quieſcere* ſonet; *quietis* ſignificationem hìc præferendam eſſe, res ipſa docet. Vide infra C. XXXI, 2. XLVII, 6. & Eſai. XXVIII, 12. Sic & רגע *regah*, ab ipſis LXX. Intt. ἀνάπαυσις vertitur Job. VII, 18. XXI, 13. quamvis alienis locis.

Non inibimus] Non omnes quidem fortè apertè profeſſi ſunt, ſe Majorum inſtituta nolle ſequi; ſed plerique omnes factis oſtenderunt, ſe reverâ ita ſentire, quamvis aliter eſſent antea loquuti.

17. *Speculatores*] צופים *tſophim*. Sic vocantur Prophetæ, qui & mores populi, & futura etiam, quæ à Deo accipiebant, ſpeculabantur; ut malos caſtigarent, futuráque bona, aut mala prænunciarent. Vide Eſaïæ LVI, 10. & Ezek, III, 17. Metaphora ducta ab iis, qui è turribus, aut collibus ſpeculabantur, ne quid hoſtile incautis ingrueret. Vide 2. Reg. IX, 17. & quæ illic notavimus, & Ibid. XVII, 9.

Adtendite ſonitum tubæ] Speculatores, nempe, è turribus, aut collibus tubâ ſignum dabant, ſi quid inſolitum viderent. Hìc tubæ ſonitus deſignat monita Prophetarum.

Non adtendemus] Vide ad verſum antecedentem.

18. *Audite, ô gentes*] Ipſos Ethnicos teſtes vocat ſuarum minarum, ne putarent calamitatem, Judæis mox incubituram, caſu contigiſſe; non ut Deus de iis læſæ Religionis pœnas ſumeret.

Cœtus] עדה *hedah*. Sic ſæpe vocatur cœtus Iſraëlis. LXX. Intt. hæc verterunt parum feliciter: ἀκούσατε τὰ ἔθνη, καὶ οἱ ποιμαίνοντες τὰ ποίμνια αὐτῶν, quaſi legiſſent רֹעֵי pro דְּעִי, & עֶדְרָם, quæ ſunt coacta. Rectè Latinus: *audite gentes & cognoſce congregatio*. *Symmachus*, ut habet *Hieronymus*: *recognoſcite teſtimonium, quod in eis eſt*. Legit דעו *debou* pro דעי *debi*. Hinc liquet, quàm facilè olim in ſimiles litteras error librariorum ſubrepere potuerit; unde factum, ut tot Anomaliæ in Libros irrepſerint, quæ alioqui dicerentur ſphalmata.

Statuerim] Eſt tantùm את אשר בם *eth aſcher bam*, quæ elliptica eſt loquutio, in qua ſubaudiendum יעצתי *jahatsthi*, decrevi, ſtatui, aut ſimile quid. Supplevit Latinus: *quanta ego faciam eis*.

19. *Quod eſt fructus cogitationum ejus*] פרי מחשבותם *phri mahhſchebotham*, fructus cogitationum eorum. Reſpicitur adagium: *prout ſeveris, ita & metes*. Vide ad Job IV, 8. LXX. Intt. καρπὸν ἀποστροφῆς αὐτῶν, quaſi legiſſent משובתם *mſchoubatham*. Bene Latinus: *fructum cogitationum ejus*. Cùm pravas & ſceleratas cogitationes animo verſaverit, fructus eis conſentaneos, calamitates maximas, metet.

20. *Quid mihi thus è Seba*] Reſpicit ſuffitum.

Calamus aromaticus optimus] קנה הטוב *keneh hattob*. Erat in unguento ſacrarii. Vide Exod. XXX, 22. Duobus autem hiſce aromatibus, eximiis quippe, continentur & reliqua, quorum eo Exodi Capite mentio fit; neque enim Deus pluris facit alia aromata, quàm hæc. Sententia eſt, Deo diſplicere operoſum illum & ſumtuoſum cultum, quo delectabantur Sacerdotes, nec quidquam eſſe, quo gratioſi eſſe apud ipſum poſſent, præter animum caſtum & Virtutem; ſine quibus adparatum illum pretioſi unguenti, aut ſuffitûs ei omnino eſſe ingratum. Sic & Eſaïas, C. I, 11. *& ſeqq.* victimas, ſuffitum, feſtus dies & talia, nomine Dei, aſpernatur; ſi ab iis vera animi Religio, Virtúſque ſejungantur.

E terra longinqua] Ex India. *Dioſcorides* Lib. M. M. I. c. 17. Κάλαμος ἀρωματικὸς φύεται ἐν Ἰνδίᾳ: *Calamus aromaticus naſcitur in India*. Sic & *Hieronymus* ad locum.

Holocauſta veſtra &c.] Eodem modo hæc intelligenda ac ſuperiora; victimas, nempe, minimè Deo placere, per ſe, ſed propter animi Religionem, cujus ſigna erant, non pars.

21. *Objiciam offendicula* &c.] נתן מכשלים *nothen michſcholim*, dans offendicula, hoc eſt, immittam calamitates, in quas incident. Incommodè LXX. Intt. δίδωμι ἀσθένειαν, nec multò

lis eſt, nec miſeretur, vox ejus eſt ut fremitus maris, vehitur equis, parata eſt, inſtar viri, ut bello te impetat, ô filia Sionis. [24]. Audivimus ejus ſonitum, remiſſæque ſunt manus noſtræ, anxietas invaſit nos, & dolor, qualis parturientis. [25]. Ne rus exeamini, nec per vias incedatis; nam *ibi eſt* hoſtilis gladius & pavor circumquaque. [26]. O filia populi mei, cinge te ſacco, volve te in cinere, lugeto *ut* unicum filium, planctu amariſſimo; repente enim vaſtator in nos veniet. [27] Arcem conſtitui te in populo meo & munitionem, intelligéſque atque explorabis ejus viam. [28]. Omnes ſunt contumaciſſimi, vivunt in calumniis, *ſunt* æneæ & ferrei *oris*, & quotquot ſunt, pernicioſi *homines*. [29]. Incaluit igne caminus, abſumtum eſt plumbum, *at* fruſtra conflavit conflator,

24. Jam audivimus ejus exercitûs ſtrepitum, jàmque ejus metu remiſſæ manus noſtræ, magna nos jam anxietas invaſit, eorum causâ, & dolorem ſenſimus conjunctum cum metu; qualem ſentiunt puerperæ, antequàm fœtum ſuum enixæ fuerint. 25. Interea caveatis, ne rus eatis, neque facilè per vias publicas iter faciatis; nam illic vagatur atque inſidias molitur hoſtis, qui circumquaque ſui pavorem ſparſit. 26. O Jeroſolimitanæ mulieres, cingite vos ſaccis, volvite vos in cineribus, lugete amaro dolore, ut fit in luctu unigeniti, in ſacco & cinere; ſubita enim vos vaſtitas opprimet. 27. Arcem te, ô Jeroſolima, & unicam munitionem populo meo conſtitueram, quæ exploret hoſtium conſilia. 28. Sed omnes ſunt præter modum contumaces, & calumniatores, ferrei oris & malefici. 29. Incaleſcente vi ignis catino, cui ineſt plumbum, aliquando tandem abſumitur

tò meliùs Latinus: *immittam in populum illum ruinas.* מכשלים ſunt Græcè *προσκόμματα*, & Latinè: *offendicula*, quæ tralaticio ſenſu ſignificant calamitatum occaſiones. Metaphora eſt frequens Scripturæ, ut non ſemel notavimus.

22. *E terra ſeptentrionali*] Vide Cap. I, 13, 14.

E terræ lateribus] מירכתי ארץ *mijjarchethe erets*, *ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς*, ut habent LXX. Intt. & Vulgatus: *à finibus terræ.*

23. *Clipeum*] כידן *chidon.* Vide ad Joſ. VIII, 18.

Ut fremitus maris] כים יהמה *chajjam jehemeh*, inſtar maris fremet. Vide Eſaïæ XVII, 12, 13.

24. *Anxietas*] *Anguſtia*, צרה *tſarah*, quæ vox tam futuri mali metum, quàm præſentis ſenſum ſignificat.

25. *Per vias incedatis*] *Per viam*, nempe, ſtratam; ſi quò ire velitis, ne incidatis in hoſtem illac advenientem; ſed ite per calles ignotos, & obliquas ſemitas, quas hoſtis non obſidebit.

26. *Cingite vos ſacco*] Ut in graviſſima calamitate, quamvis nondum adſit.

Planctu amariſſimo] *Planctu amarorum.*

27. *Arcem conſtitui te*] בחון נתתיך *babhon nthattbicha.* Quòd, nimirum, ex arce ſublimi obſervari poſſit, quid in urbe agatur, an fiat concurſus populi, ſitne tumultus in plateis, & ſimilia. Qua in re ſita erat non ultima pars officii Præfectorum & Præſidiorum. Quod mirum non intellectum à veteribus Intt. cùm verterint: *δοκιμαστὴν δέδωκά σε*, & Latinus: *probatorem dedi te.* Sed מבצר in ſequente membro huic parallelo, oſtendit de *arce* agi, & *probator* diceretur בחן *bohhen*, non בחון *babhon* aut *babhoun.* Vide Eſaïæ XXIII, 13. & infra C. IX, 7. Vocem מבצר verterunt abſurdè LXX. Intt. *δεδοκιμασμένοις*, & Vulgatus: *robuſtum.*

Explorabis] בחנת *babhantha*, inde à re dicta, בחון *babhon* & בחן *behhan.*

28. *Contumaciſſimi*] סרי סוררים *ſare ſorerim*, contumaces contumacium. Vide de hoc loquendi genere, ad Eccleſ. I, 2. LXX. ſimpliciter *ἀνήκοοι*, frigidè. Vulgatus: *principes declinantes*, quaſi legiſſet שרים *ſarim*, aut quòd conſtructionem neglexerit, ut paſſim.

Vivunt in calumniis] הולכי רכיל *holeche rachil*, quaſi eſſet הולכים ברכיל *holechim brachil*, in calumnia; nam vox *calumniam* ſignificat; non minùs quàm calumniatorem. Vide Ezek. XXII, 10. LXX. Intt. *πορευόμενοι σκολιῶς*, & Latinus: *ambulantes fraudulenter*, quòd vocis ſignificatum proprium non adſequerentur.

Aenei & ferrei oris] *Aes & ferrum.* Quod poſſit tamen etiam de duritie animi immiſericordis intelligi.

Pernicioſi] משחיתים *maſchhithim* deſtructores. LXX. Intt. *διεφθαρμένοι*, & Latinus: *corrupti*, ſed vis eſt activa in Conjugatione *Hiphil*, & hac voce ſemper is ſignificatur, qui perniciem aliis adfert.

29. *Incaluit igne caminus*] נחר מפח מאש *nahhar mapphuahh meeſch.* LXX. *ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρός.* Latinus: *defecit ſufflatorium*, *in igne conſumtum eſt plumbum* &c. Certum eſt נחר eſſe *Nihhal* à חרר *exarſit*, *combuſtus fuit*, quod non contingit *folli*, ſed quidem *camino*, ſeu *fornaci*, quæ liqueſcente metallo poſt multum flatum, quò excitaretur ignis, ſummopere ardet. Hinc collegimus, veluti è re ipſa, eſſe *caminum*, aut *fornacem*, cujus uſus potiſſimus, liquefactio, nempe, metalli, non cernitur, niſi flatu adhibito, unde dictum ſit נפח aut מפוח *mapphouahh* Hebræis, hoc eſt, *fornax*, ſeu, caminus, quaſi *conflatorium* diceres.

Abſumtum eſt plumbum] תם עפרת *tham hophareth.* Rectè Maſſorethæ in margine monent תם ſeparandum à מאש, quod antecedit. Fatendum tamen, non convenire verbum תם *tham* genere cum ſequente voce, quæ eſt fœminina. Sed fortè legendum תמה *thamah*, niſi עפרת terminatione fœmininâ maſculinum ſit. Hæc deſumta videntur ab iis, qui maſſam argenteam, cui plumbi aut albi, aut nigri pars admiſta eſt, maſſæ liquefactione ſcorias, ſeu partes

Digitized by Google

ſlator, mali non ſunt avulſi. 30. Argentum reprobatum eos vocabunt; quia eos reprobavit Jehova.

Deus Judæos ad pœnitentiam, promiſſis additis, nec ſine caſtigationibus & minis, hortatur.

1. VERBA à Jehova ad Jeremiam facta in hanc ſententiam: 2. Sta in aditu Ædis Jehovæ, & pronunciato illic, hæc verba: audite verba Jehovæ, *vos* omnes Judæ *tribules*, qui ingredimini per haſce portas, ut Jehovam adoretis. 3. Sic dixit Jehova, CAPUT VII.

ſumitur plumbum; at fruſtra eſt hic conflator, neque mali ſeparantur à bonis. 30. Vocabuntur reprobatum argentum; quia à Creatore fuerint rejecti.

PARAPHRASIS.

1. DEINCEPS Deus Jeremiam ſic eſt adloquutus: 2. Stato ad ingreſſum Ædis Creatoris, atque hæc verba pronunciato: audite hæc Judâ oriundi, qui per haſce Sionis portas ingredimini, ut Creatorem in Sione adoretis. 3. Creator, idémque Deus exercituum, atque Iſraëlis; ſic loquutus eſt: emendate mores & adfectus veſtros; ego verò faciam, ut hunc locum incolatis, ut

partes plumbeas ab argenteis ſeparante, purgare inſtituunt. Cùm enim liquefacta aliquamdiu fuit, & rejectæ ſunt ſcoriæ; ſeparatur verum argentum ab alio metallo. Hac verò conflatione argenti impuri, intelligitur gravis calamitas, per Ethnicos populos creata, quæ veros Dei cultores à fucatis ſecernebat: eo quòd qui Deum ex animo non colebant, ſe ſe Ethnicis adgregarent, & verè religioſos ſolos relinquerent. Calamitas ergo ejuſcemodi fuit inſtar *camini* vel *fornacis* (hæc enim more antiquo miſcemus) in qua veluti conflabuntur Judæi, ut mali à bonis ſecernerentur; quod interdum non fiebat, quia mali, parum religioſi licet, à ceteris non ſemper diſcedebant. Sic geminâ captivitate Jeroſolimitanorum, quæ anteceſſit ultimam urbis cladem, non erant mali à bonis ſeparati, cùm permulti mali in ea etiamnum fuerint, ut liquet è poſtremis Prophetæ noſtri Capitibus. Verùm eò non reſpicit, hoc loco, ſed potiùs ad antiquiores calamitates, tempore Manaſſæ, Joſiæ avi, quibus ſecretio malorum à bonis facta non erat; quandoquidem ſequutis temporibus, ad id quo hæc vaticinia à Jeremia ſunt pronunciata, vivo etiamnum Joſia, & fucatis Judæis Jeroſolima referta fuerit.

Conflavit conflator] צרף צורף *tſaraph tſaroph*. Legendum ſecundo loco צורף *tſoreph*, conflator, aut ſubaudiendum, deeſt enim hìc nominativus verbi צרף *tſaraph*, conflavit. LXX. Intt. legerunt, ut diximus, cùm habeant ὁ ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ, ut & *Hieronymus*: *conflavit conflator*.

Mali non ſunt avulſi] ורעים לא נתקו *rahim lo nitthakou*. Remanſerunt, nempe, Jeroſolimæ, ſimulantes ſe veros Dei Iſraëlis cultores.

30. *Argentum reprobatum*] כסף נמאס *cheſeph nimas*. LXX. Intt. rectè: ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον, & *Hieronymus*: *argentum reprobum*; Jeroſolimitani erant etiamnum argentum ἀδόκιμον, quia calamitatibus non erant expulſi mali, qui inter eos erant, quaſi ſcoriæ.

COMMENTARIUS
In CAPUT VII.

1. V*Erba à Jehova*] *Verbum, quod fuit ad Jeremiam, à Creatore* (יי מאת) *dicendo.*

In porta] Nempe, Orientali, quæ potiſſima fuit, & per quam etiam mulieres in atrium mulierum ingrediebantur. Vide *Joann. Lightfootii* Deſcript. Templi Jeroſolimit. Cap. III. Omiſſos, jam ſuo tempore, in verſione LXX. Intt. notat *Hieronymus* 1. & 2. verſum, ſuppletóſque è *Theodotione*. Pleraque verba etiamnum deſunt, in Codicibus, qui ad nos pervenere.

2. *Vos omnes Judæ tribules*] *Tota Juda.*

3. *Emendate vias veſtras*] היטיבו דרכיכם *hetibou darchechem*, bonas facite vias veſtras. Hanc orationem, aut ejus ſententiam protulerant Prophetæ, ante id tempus, Hezekiæ; quando ei denunciatum eſt, omnia avectum iri Babylonem, etiam ejus poſteros. Vide 2. Reg. XX, 17. 18. Similia repetiit deinde Chulda Prophetis Ib. C. XXII, 15. Deſinunt verò verba Prophetarum Templum, legibus iis, quæ recitantur vers. 5, & 6. incolume promittentium, unà cum vers. 6.

4. *Eorum, qui dicunt*] לאמר *lemor*, dicendo, ſed ſubaudiendum *eorum, qui dicunt.*

Templum Jehovæ &c.] Hoc eſt, Deum numquam paſſurum Templum ſuum ſolo æquari. Repetitio, quæ hìc adhibetur, eſt μίμησις eorum, qui tertio quoque verbo, *Templum Jehovæ* memorabant, ut oſtenderent locum Deo eſſe nimium acceptum, quàm ut capi eum pateretur à Babyloniis; atque adeò hac in re Dei honorem, qui incolumis eſſe non poterat, ſi caperetur.

Illa ſunt] המה *hemmah*. LXX. Intt. ἐστι,

hova, *Deus* exercituum, Deus Iſraëlis: emendate vias veſtras, & ſtudia veſtra, faciamque, ut hunc locum incolatis. 4. Ne fidatis verbis mendacibus eorum, qui dicunt: Templum Jehovæ, Templum Jehovæ, Templum Jehovæ illa *ſunt*. 5. Si emendaveritis vias veſtras & ſtudia veſtra, ſi jus dixeritis cuivis & ejus proximo; 6. nec peregrinum, pupillum & viduam oppreſſeritis, nec ſanguinem innocentem effuderitis in hoc loco, nec veſtro malo Deos alienos ſequuti fueritis; 7. faciam, ut hunc locum incolatis, in terra, quâ Majores veſtros donavi, à longo tempore & in perpetuum. 8. At vos fiditis verbis mendacibus, quæ vobis non proderunt. 9. Annon dum furamini, occiditis, mœchamini, pejeratis, ſuffitum Bahali offertis, & ſequimini Deos alienos, quos non noſtis; 10. venitis & ſtatis coram me, in hac Æde, quæ de nomine meo vocatur, & dicitis: liberati ſumus; ut omnia illa abominanda facta perpetretis? 11. An ergo hæc Ædes, quæ de nomine meo vocatur, vobis videtur eſſe ſpelunca latronum, quod etiam ego video, ait Jehova? 12. Ite verò ad ſedem *olim* meam, quæ erat Silunte, ubi

ut antehac. 4. Ne credatis iis, qui, cùm Jeroſolimæ expugnatio timenda eſſe dicitur, negant futurum, quia in ea ſola eſt Templum Creatoris, & duo hæc poſtrema verba repetunt, ut oſtendant Sacram Deo Urbem captum non iri. 5. Si emendaveritis pravos veſtros mores, & jus cuivis ex Lege dixeritis; 6. ſi peregrino, pupillo, & viduæ injuriam nullam feceritis, nec ſanguinem innocentem umquam effuderitis; 7. tum verò faciam, ut hunc locum, quo majores veſtros olim donavi, in perpetuum poſſideatis. 8. At fidem habetis fallacibus verbis, è quibus nullam utilitatem capietis. 9. Annon furamini, occiditis, mœchamini, pejeratis, ſacra Bahali facitis, aliiſque Diis, quos nullo certo experimento noſtis. 10. Venitis ad Ædem Jeroſolimitanam, quæ de nomine meo, ait Deus, vocatur, & creditis vos eſſe liberatos. 11. An ergo hæc Ædes, quæ de nomine meo vocitatur, vobis videtur eſſe poſſe ſpelunca latronum? Hoc verò etiam ego animadverti, ait Creator, hanc Ædem, quæ mea eſſe dicitur, vobis videri reverâ ſpeloncam latronum, quod etiam ego video. 12. Ite verò ad priſcam meam ſedem, quæ olim fuit Silunte, & de meo nomine vocabatur; ac videte, in quem ſtatum, propter nequitiam populi, eam redegerim.

13. Nunc

& Latinus *eſt*. Revera pronomen demonſtrativum ſæpe verbi ſubſtantivi loco eſt. Sed maluimus addere *illa*; quia, ut bene *Grotius*, complectuntur tres partes Templi, Atrium exterius, Atrium Iſraëlis, & Sacrarium propriè dictum; quæ homines, digito oſtendentes, dicebant *eſſe illa Templum Dei*, ac proinde inviolata ab eo, contra omnes hominum conatus, conſervatum iri.

5. *Si emendaveritis*] *Si bonas faciendo bonas feceritis vias veſtras* &c. Hæ ſunt leges, quibus obſervatis ab Judæis, Deus in perpetuum Templum tutatus eſſet; ſed quibus violatis, Hezekiæ temporibus; jam ab ejus ævo prædixit, ſe Jeroſolimam non tecturum contra Babylonios.

7. *A longo tempore & in perpetuum*] למן עולם ועד עולם *lmin holam vehad holam*, à ſæculo & in ſæculum.

8. *At vos fiditis verbis mendacibus*] *Ecce vos fiditis vobis, ſuper verbis mendacii*. Verba hæc ſunt ipſius Jeremiæ, de hominibus ſuperiorum ætatum & ſuæ loquentis.

9. *Annon furamini* &c.] *An furando, occidendo, moechando* —— *& veniſtis coram me* — *& dixiſtis liberati ſumus* -— His interrogationibus præfiximus *annon*, quaſi eſſet הלא *halo*, cùm ſit tantùm ה interrogans, ſine negatione לא, quia ita res poſtulabat; interrogat enim Deus, non ut quærat, an res ſit facta, ſed ut ſignificet negari eam non poſſe. Hebræi non connectunt partes orationis, ut Latini; nec poſſent à Latinè tantùm ſcientibus intelligi, ſi omnia verbo tenus verterentur. Sæpe τὸ ה interrogativum eſſe pro *annon* obſervavit jam *Chr. Noldius*, ad hanc particulam; quem vide, quamvis omnia exempla, quæ adfert, probare nequeam.

10. *Statis coram me in hac Æde*] Nempe, veluti ad Deum laudandum & orandum. Hæc intoleranda fuit hiſtrionia Judæorum; aut ſtultitia minimè ferenda, dum Diis alienis ſacra offerrent, velle videri Dei Iſraëlis cultores, à quo rem prorſus vetitam norant; quippe qui in Decalogo ſocii impatientem ſe eſſe apertè dudum patefecerat, & poſtea, per plures Prophetas. Quod factum videmus jam à temporibus Hezekiæ Regis, ut ex Eſaïa intelligere licet. Eum vide C. LXV, 11. LXVI, 17.

Liberati ſumus] נצלנו *nittſalnou*; nempe, à Babyloniorum metu; quod dictum fortè eo tempore, quo bello exorto, inter Ægyptios & Babylonios, Babyloniorum partes amplexus eſt Joſias, & paullò poſt impedire conatus eſt, ne Ægyptii ad Euphratem per Iſraëlis agros contenderent, ut habemus 2. Reg. XXIII, 29. & 2. Ephem. XXXV, 20.

Ut omnia illa abominanda facta &c.] Quæ verſu antecedente memorata ſunt. Non dicebant quidem ſe liberatos eſſe, ut furarentur, occiderent, mœcharentur &c. Sed ita ſe gerebant, ut adpareret, quia deſierant Babylonios timere, quos ſibi amicos putabant, nihil ſibi illicitum eos putaſſe.

11. *Vobis videtur*] *Eſt in oculis veſtris*. Videbatur reverâ illis ſpelunca latronum, cùm in eam convenire auderent fures, homicidæ, mœchi, perjuri, idololatræ; quamvis non profiterentur ſe ejuſmodi eſſe.

12. *Ad ſedem olim meam, quæ erat Silunte*] אל מקומי אשר בשלו *el mekomi aſcher bſchiloh*; ad locum meum, qui in Schiloh. Gilgale tranſlatum Tabernaculum fuiſſe Siluntem urbem Ephraïmiticam liquet ex Joſuæ C. XVIII, 1. poſtquàm Chananæa fuiſſet ſubacta, ut ad eum

ubi initio nomen meum collocaveram; & videte quomodo eam, propter populi mei Iſraë-
litici nequitiam, habuerim.
13. Nunc verò quoniam, *dum* hæc omnia facinora admitteretis, ait Jehova, vos ſum
adloquutus mane ſurgens & vos compellans, nec *tamen* audiſtis: vóſque vocavi, nec
reſpondiſtis: 14. ita me geram erga hanc Ædem, quæ de nomine meo vocatur, & in
qua fiduciam ponitis, atque locum, quem vobis, Majoribúſque veſtris dederam: ut
me geſſi erga Siluntem. 15. Ejiciam vos è conſpectu meo, ut ejeci omnes fratres veſtros,
totam poſteritatem Ephraimi.
16. Tu verò, *Jeremia*, ne ores, pro hoc populo; ne vociferatione & precibus pro
iis utitor, néve intercedas, neque enim te audiam. 17. Nonne vides quid iſti faciant,
in urbibus Judæ, atque in plateis Jeroſolimæ? 18. Filii colligunt ligna, patréſque iis
ignem ſubjiciunt, & mulieres ſubigunt farinam, ut operibus cœli placentas faciant, fun-
dúntque libamina Diis alienis, ut iram meam moveant. 19. An me irritant? ait
Jehova;

13. Nunc verò quandoquidem, cùm tot facinora nefanda committeretis, vos maturè monui per Prophetas; nec tamen mihi paruiſtis, nec ullam rationem admonitionum mearum habuiſtis; 14. hanc Ædem, quæ mea dicitur, & cui fidere videmini, locumque, quo vos & Majores veſtros donaveram, eodem modo habebo, ac Siluntem olim habui. 15. Expellam vos è conſpectu Templi mei, ut ejeci alias Tribus, & præſertim poſteros omnes Ephraimi.

16. Tu autem, ô Jeremia, ne me huic populo placare coneris; nullas enim preces pro eo exaudiam. 17. Annon vides, quomodo ſe gerant iſti in urbibus Judæ, & in plateis Jeroſolimæ? 18. Filii colligunt ligna, ad victimas fictitiorum Deorum abſumendas; iiſque lignis eorum patres ignem ſubjiciunt: & mulieres ſubigunt farinam, ut faciant placentas aſtris offerendas; utque libamina offerant Diis alienis, quaſi, datâ operâ, me offendere vellent. 19. An me vero provocant ad iram? ait Creator; annon potiùs ſemet ipſi infamant, ut pudore ſuffundantur?

eum locum diximus. Quamdiu verò illic manſerit, & quando illinc avectum fuerit non conſtat. Ad tempora uſque Helis Silunte fuit, ut intelligere eſt ex 1. Sam. I, 3. III, 21. quænam verò ſors ejus poſtea fuerit, non docet ſcriptura; niſi quòd Arca ab ea ſeparata atque à Philiſthæis capta, & reducta in Iſraëlitarum agros, ad Tabernaculum non redierit. Erat id Gabahone, tempore Salomonis, ut legimus 2. Ephem. I, 3. ſeorſim ab Arca, quæ tunc erat in urbe Davidis. Quid eo factum ſit nuſquam dicitur, ait tantùm Pſaltes Pſ. LXVIII, 60. à Deo deſertum Siluntinum tentorium fuiſſe. Itaque Silo, quæ fuerat ejus ſedes, per tempora Judicum, à Joſuæ ætate, deſiit eſſe ſub finem ejus intervalli, aut initio Judaïcæ Monarchiæ. Quod autem contigerat Silunti, idem poterat Jeroſolimæ fieri. Vide & infra C. XXVI, 6, 9.

Ubi initio nomen meum collocaveram] שכנתי שמי שם *ſchicchanti ſchmi ſcham*, habitare feceram nomen meum ibi, in principio; hoc eſt, feceram ut illic diceretur eſſe *Arca Creatoris*. Bene LXX Intt. κατεσκήνωσα, *Hieronymus*: minùs rectè: *habitavit*, neglectâ Grammaticâ.

13. *Dum hæc* &c.] Particulam *dum*, poſtulantibus ſententiâ & Latinè loquentium uſu, ſuppleri hic oportuit.

Mane ſurgendo] Diligenter, & ſine mora vos admonens. Hæc eſt vis verbi השכם *haſchchem*, in hoc negotio, in quo ſæpe occurit.

15. *Totam poſteritatem Ephraïmi*] *Totum ſemen Ephraïmi.* Nomine Ephraïmitarum, quorum potentiſſima fuit Tribus, inter decem Iſraëliticas, & maximè Idololatriæ dedita, intelliguntur omnes, quæ in æternam captivitatem abductæ ab Aſſyriis fuerant.

16. *Ne vociferatione & precibus* &c.] לא תשא בעדם רנה ותפלה *lo tiſſcha behadam rinnah outhkillah*, ne pronuncies, aut ne tollas pro iis clamorem & preces. רנה *rinnah*, quod plerumque eſt lætus clamor, hic eſt ejulatus. Perperam vertit hic Latinus; *laudem*, quæ eſt deprecatio.

18. *Operibus cæli*] מלכת השמים *mlechetb haſchamajim*. LXX. Intt. τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, quia putarunt agi de ſtellis, Sole, Luna & reliquis, quæ ſunt מלאכת *opus cælorum*, vel opificium, quo Deus cœlum ornavit; & facilè א eliditur. *Jonathan* ſimiliter: לכוכבת שמיא *aſtra cæli*. At *Hieronymus*: *reginæ cæli*, cui etiam præiverant LXX. Intr. C. XLIV, 17, 18, 19, 25. ubi βασιλίσσῃ οὐρανοῦ verterunt. Conſtantior fuit, & quidem meritò Chaldæus, qui ſemper vertit eo modo, quem diximus. Sicubi, in Scriptura, Sol, aut aliud Numen Orientalium, vocaretur מלך שמים, *Rex Cæli*; veriſimillimum eſſet hic memorari *Reginam Cæli*, quo nomine Luna non incommodè intelligi poſſet. Verùm cùm ſæpe occurrant Nomina *Molochi* & *Milchomi*, quæ ſunt à nomine מלך *melech*, Rex, deducta, nuſquam mentio ulla occurrit *Regis cæli*. Hæc fuit cauſa, cur eò inclinaret animus, quò videbam *Jonathanem* alióſque Hebræos præiviſſe.

Non diſſimulabo tamen poſſe adferri ex *Auguſtino* in quæſtionibus ad Judices Lib. VII. quæſt. 16. quo defendi *Hieronymus* poſſit: *Solet*, inquit, *dici Baal nomen eſſe apud Gentes illarum partium Jovis, Aſtarte autem Junonis, quod & Lingua Punica putatur oſtendere. Nam Baal Punici videntur dicere* Dominum; *unde* Baalſamen, *quaſi* Dominum cœli *intelliguntur dicere*; Samen, *quippe apud eos*, cœli *adpellantur.* Hoc autem proximè accedit ad *Regem cæli*, cui conjux datur *Bætis* בעלת השמים *bahalath haſſchamajim*, Domina cœli, & quæ βασίλεια Βῆλτις vocabatur à Nabuchodonoſoro, apud *Megaſthenem*, *Euſebio* citatum, ad calcem Lib. IX de Præparat. Evangelica. Verùm hæc nuſquam occurunt in Hebræorum Libris

Jehova; annon *potiùs* ſemet ipſi *infamant*, ut eorum vultus pudore ſuffundantur? 19. Quapropter ſic dicit Dominus Jehova, en, ira & excandeſcentia mea effuſa eſt in locum hunc, in homines, in pecudes, in arbores agri, atque in fructum terræ; *iſque ignis* ardebit, neque exſtinguetur. 20. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum, Deus Iſraëlis: holocauſta veſtra addite *aliis* ſacrificiis veſtris, *eorúmque* carnem comedite; 21. neque enim adloquutus ſum Majores veſtros, nec mandata iis dedi, quo tempore eos è terra Ægyptia eduxi, de holocauſtis, aliíſque victimis; 22. ſed hoc iis præcepi, quod ſic dixi: auſcultate voci meæ, & fiam Deus veſter, vos vero populus meus, & ingredimini viam omnem, quam vobis præſcribam, ut vobis bene ſit. 24. At non audierunt, neque inclinarunt aurem ſuam, ſed ſequuti ſunt *ſua ipſorum* conſilia, & mali animi ſui contumaciam, ac retroceſſerunt, nedum ut progrederentur *in timore mei*. 25. A die, quo è terra Ægyptia exierunt Majores veſtri, ad hunc uſque diem, miſi ad vos omnes

dantur? 20. Quare ſic loquutus eſt Creator: indignatio mea effundetur in hanc urbem, in arbores agrorum, & proventus terræ; nec exſtinguetur ignis, priusquam omnes agrorum fructus abſumſerit. 21. Sic etiam loquutus eſt Deus omnium Creator, & Deus, ſingulari ratione, Iſraëlitarum: holocauſta veſtra aliis ſacrificiis addite, eorumque carnem comedite; 22. neque enim mandata Majoribus dedi, cùm Ægypto eos eduxi, mandata de holocauſtis, aliiſque victimis; 23. Sed iis in mandatis dedi, ut auſcultarent voci meæ; quod ſi facerent, bene illis futurum pollicitus ſum. 24. Sed mihi dicto audientes non fuerunt, verum ſua ipſorum conſilia & adfectos ſequuti ſunt. Tantùm abfuit, ut progrederentur in timore mei! 25. A tempore, quo Majores veſtri ex Ægypto egreſſi ſunt, ad hoc úſque tempus, miſi ad vos ſervos meos Prophetas, quotidie à matutino tempore

Libris. Attamen *Joan. Seldenus* non dubitavit, quin *Regina Beltis* eadem eſſet ac *Regina Cælorum*, dignúsque eſt, qui legatur *De Diis Syris* Synt. II. Cap. 2. Ei ſi quis mallt adſentiri, quàm rationi antea adlatæ, per me ſanè licet.

Placentas faciant] כונים *chavvanim*, unde LXX. Intt. χαυῶνας fecerunt. Placentas vertit Latinus, nec video quid meliùs dici poſſit, & Diis placentas oblatas fuiſſe ſatis conſtat. Sic *Ariſtophanes* Theſmophor. 292. inducit mulierem ſervæ dicentem:

Ὦ Θρᾶττα, τὴν κίστην κάθελ', κᾆτ' ἔξελε
Τὸ πόπανον, ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν θεαῖν.

O Threſſa, ciſtam demitte, deinde exime popanum, quod ſumtum offeram Deabus. Vide & *Plutum* V. 660. & 680.

Fundúntque libamina] והסך נסכים vehaſſech nſachim, *& fundendo libamina*. LXX. Intt. ἔσπεισαν σπονδὰς, Vulgatus: *& libent*. Notum eſt labiis vinum libatum, & ſi quid ſupererat in flammam conjectum. Qui neſciunt adeant *Virgilium* Georg. Lib. IV, 380. *& ſeqq.* ejúſque Interpretes.

19. *Semet ipſi infamant*] הלוא אתם *halo otham*, annon ipſos; nempe, *infamant*, ex ſequentibus verbis, quæ his connexa ſunt; neque enim poſſis ex antecedentibus repetere, *irritant*. Ergo ſupplere queas הבאישו *hibiſchou*, fœtere fecerunt, propriè; infamarunt, metaphoricè. Vide Gen. XXXIV, 30.

Ut eorum vultus &c.] *Propter pudorem vultuum ſuorum*: hoc eſt, ut pudore ſuffundantur. Sententia eſt, ſe infamarunt, ut nihil emolumenti hinc ceperint, ſed ut erubeſcere debuerint.

20. *Iſque ignis*] Hoc ſubaudiendum, propter ſequens verbum *exſtinguetur*, quaſi eſſet ואש ההיא בערה *veeſch hahi baberah*, & ignis ille ardet, aut *ardebit*, & quidem mox.

21. *Eorúmque carnem comedite*] Illicitum hoc erat, ex Lege Levit. I, 9. Vult Deus ſe pluris non facere ſacrificia à malis oblata, omnibus ritibus obſervatis, quàm ſi ea negligerent, à ſe enim ritus omnes, ſine animo religioſo, nihili fieri.

22. *Neque enim adloquutus ſum* &c.] Hoc eſt, non dedi mandata, de ſacrificiis; quaſi ſolis ritibus delectarer; quæcumque eſſet animi adſectio in offerente; ſed de obſequio per omnia mihi præſtando & præſertim in iis, quæ ad verum animi cultum & bonos mores pertinent. Quando quidpiam longè præfertur alii rei, mandatum dicitur; alia illa res negatur juſſa. Sic Hoſ. VI, 6. de hac ipſa re ſic loquitur Deus: *beneficentiâ delector, non ſacrificio; malóque cognitionem Dei, quàm holocauſta.* Vide Matth. IX, 13. & ad eum locum Interpretes.

24. *Suo ipſorum conſilio*] במועצות *bmohetſoth*, quod conjungendum cum לבם *libbam*, quod ſequitur. Sed perſpicuitatis causâ, addidi *ſua ipſorum*, non mutato ſenſu. Iſraëlitæ, cùm mali eſſent, neque meliores fieri cuperent, id ſibi obſervandum ſumſerunt, è legibus divinis, quod cum animo nequam conſiſtere poterat; quæ pertinebant, nempe, ad ritus; neglexerunt verò, quæ ad animi religionem erga Deum, verámque erga ſe ipſos, & alios virtutem; quaſi has non mandaſſet Deus. Atqui hoc fuerat ejus conſilium, ut meliores fierent; cujus animi adſectionis ritus pars non erant, ſed tantùm ſymbolica ejus imago; quæ rem aliquo modo oculis ſubjiceret atque ad animum revocaret.

In timore mei] Hoc ſine dubio intelligendum, quod, ne penderet oratio, Latinè loquentes ſupplevimus.

25. *Quotidie*] Eſt tantùm יום *jom*, quod valet idem ac יום יום *jom jom*, die, die; id eſt, quotidie; niſi alterum exciderit. Vide Gen. XXXIX, 10. Perperam conjunxerunt Veteres Intt. hanc vocem cum ſequenti.

26. *Indu-*

Digitized by Google

omnes ſervos meos Prophetas, quotidie mane ſurgens, eóſque adlegans; 26. at non
audierunt me, neque admoverunt aurem ſuam: ſed indurarunt cervicem, & deteriùs
ſe geſſerunt, quàm ipſorum Majores.
27. Omnia hæc verba iis dices, nec auſcultabunt tibi; vocabis eos, nec tibi reſpondebunt.
28. Dic ergo illis: hæc gens eſt, quæ non audivit vocem Jehovæ Dei ſui, nec caſtigationem
admiſit; periit veritas, atque ex eorum ore excluſa eſt. 29. Tondeto, *ô Sion*, cæſariem tuam vo-
tivam, eámque projice, & pronuncia in locis editis leſſum, quia rejecit Jehova, & re-
liquit hanc ætatem, cui iratus eſt; 30. nam Judæ poſteri fecerunt quod mihi diſpli-
cet, ait Jehova, collocarúntque exſecranda ſua Numina, in Æde, quæ de nomine
meo vocabatur, ut eam polluerent. 31. Exſtruxerunt loca excelſa Thophethi, quæ
ſunt in valle Hinnomi filii, ut igne filios ſuos, & filias ſuas comburerent, quod nec
præcepi

pore ad veſperam; 26. verùm illi mihi obſequuti non ſunt, neque me quidem audiverunt, ut par erat; ſed pertinaciter vitiis ſuis adhæſerunt, & deteriùs vixerunt, quam fecerant eorum Majores.

27. Omnia hæc iis dicito, quamquam tibi attentas aures non præbebunt, & vocanti nihil reſpondebunt. 28. Quare die, illis audientibus: hæc eſt gens, quæ noluit audire verba Creatoris, qui eſt ejus Deus; nec caſtigationis ullam rationem habuit; apud eum veluti periit veritas, quandoquidem nullam ejus rationem habet, nec amplius ex ejusmodi hominum ore egreditur. 29. Luctum tuum, propter vitia populi tui, ne diſſimulato, ſed tondeto propterea cæſariem tuam, eámque dejice, & pronuncia, inſtar præconis, leſſum; quia Creator rejecit hanc hominum ætatem, cui indignatur. 30. Queritur, Judæ poſteros id feciſſe, quod Deo ſuo diſplicet, atque erexiſſe ſtatuas exſecrandorum ſuorum Numinum, in Templo Jeroſolimitano, quod de nomine Creatoris vocatur, ut eam Ædem polluerent. 31. Præterea erexerunt loca excelſa Thophethi, quæ ſunt in valle Hinnomi filii, ut liberos ſuos illic combure-

26. *Indurarunt cervicem*] Jugo legum, quod eis impoſueram, rigidiorem cervicem præbuerunt; hoc eſt, minùs paruerunt, quàm antea.

28. *Periit veritas*] אמונה *emounah*, veracitas, & fides in promiſſis.

Excluſa eſt] נכרתה *nichretbah*, reſciſſa eſt. Non ampliùs invenitur in eorum ore.

29. *Tondeto, ô Sion, comam tuam votivam*] גזי נזרך *gezi nizrech*. Perſona & adfixa fœminina oſtendunt, Deum Sionem adloqui aut Jeroſolimam. LXX. Intt. κεῖραι τὴν κεφαλήν σου, Sed נזר *nezer* non eſt *caput*, verùm cæſaries intonſa capitis Naziræi. Hieronymus: *tonde capillum tuum.* נזר *nezer* non eſt quivis capillus, ut nomen ipſum oſtendit; ideò vertimus *votivam comam*, vel *cæſariem*. Adludit Propheta ad legem de Naziræo, quæ exſtat Num. VI, 9, ubi, *ſi quis ſubitò prope eum moriatur*, jubetur, *radere caput ſuum.* Quare ſenſus eſt, tot homines occiſum iri Jeroſolimæ, à Chaldæis, ut, ſi qui eſſent tunc in ea Naziræi, deponere cæſariem omnes coactum iri, quibus verbis multitudo moriturorum ſignificatur. Hìc quærunt viri docti, quì Propheta hìc, nomine Dei, jubeat Jeroſolimitanos cæſariem ſuam, luctûs cauſâ, tondere, cùm res eſſet vetita, Lege, quæ exſtat Levit. XIX, 27. *non tondebitis in orbem extremitatem capitis veſtri, neque barbæ veſtræ extremitatem radetis.* Sed in hac lege luctûs ratio nulla habetur, ut ad locum obſervavimus. Vetantur tantùm hic Iſraëlitæ in orbem ſibi cæſariem tondere, ut ſolebant Arabes, non luctûs, ſed ornamenti cauſâ; nam in luctu non tantùm inferiorem crinium partem tondebant Orientales; ſed totum etiam caput, cui calvitiem veluti inducebant. Nec tantùm luctûs causâ faciebant hoc Ethnici, ſed & ipſi Judæi, exceptis tantùm Sacerdotibus, quibus res vetatur Levit. X, 6. XXI, 5. Ceteris Iſraëlitis illicitum non erat, nec umquam exprobrata hæc tonſura lugubris, quaſi Legis violatio, ſempérque in uſu fuit, ut liquet ex Eſaïæ III, 16, 23. & XXII, 12. Jeremiæ hoc ipſo locò, tum Capp. XVI, 6. XLI, 5. Ezek. VII, 18. Hamos. VIII, 10. Mich. I, 16. Profertur tamen locus Deut. XIV, 1. ubi vetantur Iſraëlitæ calvitiem *ſibi inter oculos inducere, propter mortuum.* Sed ipſum loquendi genus, *inter oculos*, oſtendit agi non de tonſura totius capitis, ſed anterioris tantùm partis, quæ oculorum interſtitio reſpondet; niſi fortè etiam partis ſuperciliorum tonſura vetatur, quâ uti ſolerent populi quidam vicini. Scio aliter ſenſiſſe *Moſem Maimoniden*, ut liquet ex Cap. X, 14. 15. Libri, quem inſcripſit *Habodah Zarah.* Sed loca Prophetarum adlata majoris ſunt, apud me, ponderis; quàm traditiones Rabbinicæ, quibus confidere non ſemper licet, cùm incertis tantum doctrinis, quaſi à Majoribus acceptis, nituntur.

Pronuncia in locis editis leſſum] שאי על שפים קינה *ſchei hal ſchephajim kinah*, tolle ſuper locis altis lamentationem. LXX. Intt. ἀνάλαβε ἐπὶ χειλέων θρῆνον. Legerunt, ut obſervat *Lud. Cappellus*, שפם, quod aliquando ſignificat *labia*, vel etiam שפתים *ſchphathajim.* Sed luctus maximus & publicus, è ſpeculis faciendus, ſignificari videtur.

Ætatem cui iratus eſt] דור עברתו *dor hebratho*, ætatem iræ ſuæ. Hebraïſmus notiſſimus.

30. *Quod mihi diſplicet*] *Malum in oculis meis.*

Collocarúntque &c.] Factum hoc videtur, temporibus Manaſſæ, aut Amonis; neque enim ſub Joſia licuiſſet.

31. *Loca excelſa Thophethi* &c.] במות תופת *bamoth thophetb.* LXX. Intt. τὸν βωμὸν τοῦ Ταφὲθ, propter convenientiam vocis Hebraïcæ, cum Græca; ſæpe enim voces Hebraïcas vertunt

præcepi, nec cogitavi. 32. Propterea tempora mox aderunt, ait Jehova, quibus non amplius dicetur Thophethum & vallis Hinnomi filii, ſed vallis occidionis, & deficiente loco *cadavera* in Thophetho ſepelient. 33. Erunt cadavera populi hujus eſcæ avibus cœli & beſtiis terræ, nec quiſquam eas abiget. 34. Faciam ut in *ceteris* urbibus Judæ, inque plateis Jeroſolimæ ſonitus gaudii & hilaritatis deſinat, vox item ſponſi & ſponſæ; terra enim in vaſtitatem erit converſa.

Peccata Judæorum, & pœnæ. & de iis leſſus Prophetæ.

CAPUT VIII. 1. TEMPORE illo, ait Jehova, educent è ſepulcris oſſa Regum Judæ, oſſa principum ejus, oſſa Sacerdotum, oſſa Prophetarum, & oſſa Jeroſolimæ incolarum.

burerent, quod Deus nec præcepit, & ne cogitavit quidem. 32. Præterea mox venient tempora, ait Creator, quibus is locus non vocabitur Thophethum, aut Vallis Hinnomi; ſed Vallis occidionis, & deficiente loco, ſepelientur ea cadavera in Thophetho. 33. Cadavera hujus populi erunt eſca avium cœli, & ferarum terræ, nec quiſquam eas abiget. 34. Dabo operam, ut in ceteris urbibus Judæ, inque plateis Jeroſolimæ, ſtrepitus gaudentium deſinat, & præſertim ſponſorum & ſponſarum; terra enim hæc in ſolitudinem erit converſa.

PARAPHRASIS.

1. EO tempore, ait Creator, eruentur è ſepulcris oſſa Regum ipſorum Judæ, aliorum Procerum, Sacerdotum, Prophetarum, & quorumvis

Græcis ſimilis ſoni, quamquam diverſi ſignificatûs. Scribunt LXX. mendoſè non Θαφὲτ, quos ſequutus eſt *Euſebius* in locis: Θαφὲθ βαμὼς τοῦ Θαφὲτ ἐν Ἱερεμίᾳ· ἐν προαστείοις Αἰλίας, εἰς ἔτι νῦν δείκνυται ὁ τόπος οὕτω καλούμενος, ᾧ παράκειται κολυμβήθρα τοῦ κναφέως καὶ ὁ ἀγρὸς τοῦ κεραμέως ἢ τὸ Ἀχελδάμα χωρίον. *Hieronymo* interprete: *Thaphet, legimus in Hieremia aram Thaphet: eſt autem in ſuburbanis Æliæ uſque hodie locus, qui ſic vocatur, juxta piſcinam Fullonis & Agrum Acheldama.* Poſtea à *Topheth* dicitur eſſe ἐν φάραγγι τοῦ υἱοῦ Ἐννὼμ ἔνθα εἰδωλολάτρει ὁ λαὸς ἐν προαστείοις Ἱερουσαλήμ. In Γαιεννώμ, dicitur fuiſſe, κλῆρος φυλῆς Βενιαμὶν καὶ παρακεῖσθαι τῷ τείχει Ἱερουσαλὴμ πρὸς ἀνατολάς, quod verum eſt, ſi addideris, declinaſſe ad meridiem. Ut bene obſervavit *Had. Relandus* in Palæſtina Illuſtrata. Lib. I. c. 54.

Ut igne filios ſuos &c.] לשרף את בניהם ואת בנותיהם באש *liſchroph bnehem veeth bnothchem baeſch.* Quæ manifeſtò oſtendunt Idololatras verè combuſſiſſe liberos ſuos, in honorem Deorum, non tantùm per flammas tranſmiſiſſe, ut quidam perperam putarunt. Vide not. ad 2. Reg. III, 27.

Nec præcepi &c.] Videntur hæc innuere, Idololatras nonnullos contendiſſe, ἀνθρωποθυσίαν non fuiſſe ingratam Deo Iſraëlis, fortè propter ſacrificium Abrahami, eam in rem perperam detortum, unde ſe *hoc cogitaſſe* negat Deus, pro quo habetur, *non adſcendit in cor meum*, לא עלתה על לבי, ubi ſubauditur זאת *hoc*.

32. *Tempora mox aderunt*] *Ecce dies venientes.* Quod tempore obſidionis Jeroſolimæ contigiſſe videtur, ut rectè habet *Hieronymus.*

Vallis occidionis] Quòd in ea Babylonii multos occiderint Judæos.

Deficiente loco] מאין מקום, *meen makom*, quòd nullus futurus ſit locus. Cùm multi ſint fame mortui, in tam longa obſidione, videntur etiam in illa valle horum cadavera ſepulta, ad peſtem vitandam. Sic & in extremo Jeroſolimæ exſcidio, multa cadavera ſunt ab obſeſſis in profundiores valles dejecta, cùm intra muros ſepulturæ locus non eſſet. Vide *Joſephum* de Bello Jud. Lib. V. c. XIII, 7. è diviſione Hudſoniana.

32. *Erunt cadavera* &c.] Quæ loci inopiâ, aut quod nemo ea curaret, non fuerint ſepulta.

COMMENTARIUS

In CAPUT VIII.

1. E*Ducent è ſepulcris oſſa Regum* &c.] Quod ſperaturi eſſent divitias in eorum ſepulcris inventum iri. *Hieronymus* in locum: *Quia ſolebant, juxta antiquum morem, aurum, aut quædam ornamenta, vel virorum, vel mulierum in ſepulcris condere, hæc quoque frangebat & effodiebat avaritia.* Nuſquam tamen, in Libris ſacris, Hebræos veteres ſolitos divitias in ſepulcra inferre legimus, ſed narrat *Joſephus* Ant. Jud. Lib. XVI. c. 7. è diviſione Hudſoniana, è ſepulcro Davidis ab Hyrcano & Herode pecunias & ornamenta aurea ſublata; quod tamen fabulæ propius eſt, quàm veræ Hiſtoriæ. Sed Chaldæi, è ſuis moribus, judicabant de alienis, ſi verum eſt, quod de Nitocri Babyloniorum Regina narrat *Herodotus* Lib. I. c. 187. impoſuiſſe eam ſepulcrum ſuum uni è portis Babylonis frequentiſſimæ, additâ hac Inſcriptione: τῶν τις ἐμεῦ ὕστερον γινομένων Βαβυλῶνος βασιλέων ἢν σπανίσῃ χρημάτων, ἀνοίξας τὸν τάφον λαβέτω

colarum. 2. Exponent ea Soli & Lunæ, & toti exercitui cœli, quos amarunt, quos coluerunt, quos ſequuti ſunt, quos quæſiverunt, & quos adorarunt; neque *ea oſſa* colligentur, neque ſepelientur, ſed ſterquilinium in terræ ſuperficie erunt. 3. PræfePræferetur mors vitæ omnibus reliquiis ſuperſtitum, ex hac mala familia, in ceteris omnibus locis, per quæ eos disjiciam, ait Jehova, *Deus* exercituum.

4. Dices iis: ſic ait Jehova: an cadunt *homines*, ut non reſurgant? an avertuntur ut non revertantur? 5. Cur ergo ſe avertit populus iſte Jeroſolimitanus, averſione pertinaci? Retinent dolum, nec volunt redire. 6. Adtendi & audivi, recta non loquuntur, neminem nequitiæ ſuæ pœnitet, cùm dicet: quid feci? Unuſquisque revertitur

rumvis Jeroſolimitanorum. 2. Exponentur illa Soli & Lunæ, ceteriſque ſtellis, quas amarunt, & coluerunt; nec colligentur, ut ſepeliantur, ſed ſterquilinii inſtar, in terræ ſuperficie, relinquentur. 3. Superſtites omnes, ex hac prava familia, mortem præferunt vitæ in aliis locis, ubi erunt ſparſi, ait Creator, Deus exercituum.

4. Dices iis: ſic ait Creator, an homines cadunt, ut non reſurgant? an avertuntur, ut revertantur? 5. Cur ergo ſe avertit ab iis populus Jeroſolimitanus, & quidem pertinaciter? Attamen nolunt ad cadavera redire, ut ea ſepeliant? 6. Cùm adtenderem, ut audirem, quid dicerent, audivi recta eos nequaquam dicere; nec quemquam eorum pœnitere, quæ fecit. Unusquiſque redit ad ſuos mores, ut equus ad curſum, inchoato

τω ὁπόσα βύλη]αι χρήματα, μὴ μέντοι γε μὴ σπανίσας γε, ἄλλως ἀνοίξῃ, ὐ γὰρ ἄμεινον: ſicut Regum Babylonis, poſt me futurorum, ſuerit pecuniæ penuria, aperto ſepulcro ſumito quantumcumque libuerit pecuniæ, ne tamen non indigens temerè aperito. Reliqua apud *Herodotum* legantur. Satis hinc liquet, ſi modò verum eſt, apud Chaldæos, inſolitum non fuiſſe Regibus theſauros ſecum ſepulcris inferendos mandare.

Oſſa principum &c.] Non odio in homines, ſed ſpe adducti theſaurorum, ut diximus.

2. *Exponent ea ſoli* &c.] Miſerandum vulgò viſum, etiam apud Ethnicos, ſimúlque nefandum oſſa è ſepulcri tenebris eruere, & ſub dio relinquere, non ſepulta. *Horatius* Epod. XVI, 11. *& ſeqq.*

Barbarus, heu! cineres inſiſtet victor & urbem
Eques ſonante verberabit ungulâ,
Quæque carent ventis & ſolibus oſſa Quirini,
Neſas videre! diſſipabit inſolens.

Ad quem locum vide *Dionyſ. Lambinum* & *Lævin. Torrentium.* Satis eſt hoc haberi indignitatem maximam, & ſummopere lugendam, ut pœna ſit iis, qui ita cenſent.

Quos amarunt &c.] Amarus ſarcaſmus, quo Propheta meritò eorum Idololatriæ illudit.

Quos quæſiverunt] Precibus adierunt. Vide 2. Reg. XX, 3, 4. 2. Par. XXV, 15, 20.

Neque ea oſſa colligentur &c.] Hoc quoque iis pœnæ fuit, qui ægrè ferebant. Philoſophi, præſertim Stoïci, ridebant. *Seneca* Ep. XCII. *Ille divinus animus egreſſurus hominem, quò receptaculum ſuum conſeratur, ignis illud exurat, an feræ diſtrahant, an terra contegat, non magis ad ſe judicat pertinere, quàm ſecundinas ad editum infantem. Utrum projectum aves differant, an conſumatur*

—— canibus data præda marinis,

quid ad illum? Qui tunc quoque, cùm inter homines eſt, nullas timet, ulláſne timebit, poſt mortem, minas eorum, quibus uſque ad mortem timeri parum eſt? Non conterret, inquit, *me nec uncus, nec projecti ad contumeliam cadaveris laceratio, fœda viſuris. Neminem de ſupremo officio rogo, nulli reliquias meas commendo; ne quis inſepultus eſſet, rerum natura proſpexit. Quem ſævitia projecerit dies condet. Diſertè Mæcenas ait:*

Nec tumulum curo, ſepelit Natura relictos.

Quæ, ut obſervatum viris doctis, præ oculis habuiſſe videtur *Lucanus*, cùm hæc ſcriberet Lib. VII, 810.

—— *tabéſne cadavera ſolvat,*
An rogus haud refert; placido Natura receptat
Cuncta ſinu, finémque ſui ſibi corpora debent.

Sic & in fragmentis aut ex *Seneca*, aut potiùs ex elegantis ingenii eorum temporum declamatore, qui reſpondet minanti inſepultam ſepulturam his verbis: inſepultus jacebis: *Quid aliud reſpondeam, quàm illud Maronis:* —— facilis jactura ſepulcri. *Si nihil ſentio, non pertinet ad me jactura corporis inſepulti. Si ſentio, omnis ſepultura tormentum eſt.* Inſepultus jacebis:

—— cœlo tegitur, qui non habet urnam.

(è Lucano VII, 219.) *Quid intereſt ignisne, an fera conſumat, an tellus omnium ſepultura. Iſtud non ſentienti ſupervacuum eſt, ſentienti onus.* Inſepultus jacebis: *at tu combuſtus; at tu obrutus; at tu incluſus; at tu putridus; at tu eviſceratus & conſtrictus; at traditus lapidi. qui te paullatim edat & exſiccet.* Nulla eſt ſepultura; *non ſepelimur, ſed projicimur.* Non ſepelieris: *Quid inter tutiſſima trepidas? ultra pœnarum omnium terminum iſte locus eſt* &c. Sed non ita Iſraëlitarum plebs philoſophabatur, ideóque ejusmodi minis deterrenda fuit à vitiis. Gentes etiam excultiſſimæ idem ſentiebant ac Hebræi, nec hoſtium cadaveribus ſepulturam negarunt, ut oſtendit *Joan Kirchmannus*, in Append. Operis de Funeribus, c. V. Quare etiam hìc feritas Chaldæorum deſcribitur, ut intelligerent Judæi gravitatem impen-

vertitur ad curſum ſuum, inſtar equi effuſi in prælium. 7. Etiam Ciconia in cœlo novit ſtata ſua tempora, turtur, hirundo & grus tempeſtatem adventûs ſui obſervant; at populus meus non novit jura Jehovæ.

8. Quomodo dicitis: ſapientes ſumus, & lex Jehovæ apud nos eſt? Profectò ſtylus mendaciter ſe geſſit, mendacium *fuit* Scribarum. 9. Pudefacti ſunt ſapientes, territi ſunt & capti, quia verbum Jehovæ rejecerant; quæ verò hæc ſapientia eſt? 10. Propterea dabo uxores eorum aliis, & agros eorum iis, qui eos poſſidebunt; nam à minimo ad maximum, quotquot ſunt, lucro ſtudent; atque à Propheta ad Sacerdotem uſque omnes ſunt mendacio addicti. 11. Curant cladem populi mei perfacilè, dum dicunt: Pax,

to prælio. 7. Atqui Ciconiæ, in aëre, ſciunt ſtata tempora, quibus ad nidi conſtructionem, legibus naturæ, eas redire oportet; at populus meus non novit jura Creatoris ad ſe pertinentia.

8. Quî ſapientiam veſtram, & Legis Creatoris cognitionem jactatis? Mendacia hæc ſunt Doctorum Legis. 9. Pudore ſunt ſuffuſi, qui ſapientes habebantur; territíque & capti, quia Creatoris verbum rejecerant; quænam verò ſapientia hæc fuit? 10. Quare eorum uxores aliis collocabo, atque agros eorum dabo novis dominis; nam omnes, a minimo ad maximum, quotquot ſunt, lucro ſtudent, & à Propheta, ad Sacerdotem, ſunt mendacio addicti. 11. Putant enim ſe perfacilè

impendentium ſibi pœnarum.

Sterquilinium] לדמן *ldomen*, in ſterquilinium, ut habet *Hieronymus*. Sed LXX. hîc & C. XVI, 4. εἰς παράδειγμα, quaſi eſſet à דמה *ſimilis fuit*, exemplum enim eſt ſimile quiddam ei, cujus eſt exemplum. Sed *fimus*, aut *ſterquilinium* ſignificat, & vertitur κοπρία à LXX. Intt. C. XXV, 33. atque alibi.

4. *An caduut homines*] Eſt negationis loco; hac ſententiâ; ſi cui contingat cadere, quam primùm eum reſurgere. Proverbium eſſe videtur.

An avertuntur, ut non revertantur?] אם ישוב ולא ישוב *im jaſchoub vlo jaſchoub*. Priùs *jaſchoub* averſionem ſignificat, poſterius reverſionem. Verbum hoc utrumque ſonat. Qui à recta via imprudens declinavit, ſtatim ac errorem ſuum animadvertit, in viam redit.

5. *Se avertit*] שובבה *ſchobebah*. Hîc eſt ה paragogicum, ut aiunt, aut librariorum mendum, ut in multis aliis locis; nam עם *ham*, populus, eſt maſculini generis.

Averſione pertinaci] משבה נצחת *mſchubah nittſabbeth*. Eſt propriè *perpetua*. LXX. ἀναιδῆ, Latinus: *contentioſa*. Commodius viſum *pertinacem* interpretari.

6. *Rectà non loquuntur*] לא כן ידברו *lo cheu jedabberou*. LXX. Intt. οὐχ οὕτως, ſed hîc voculæ כן ea ſignificatio idonea non eſt. Latinus: *quod bonum eſt*; quod eſt perinde ac *rectum*, quæ propria eſt ſignificatio.

Cùm dicat, quid feci?] *Dicendo; quid feci?* nempe, quod dignum ſit pœnitentia. Qui non intelligit, aut intelligere non vult quid peccarit, emendari non poteſt: ut morbus non curatur, niſi morbum eſſe conſtet.

Ad curſum ſuum] במרצתם *bimrutſatham*, prout rectè ſcribunt in margine, pro במרוצתם. LXX. Intt. ἀπὸ τοῦ δρόμου αὐτοῦ, perperam. Meliùs Latinus: *ad curſum ſuum*. *Jonathan*: ברעות *voluntatem*, quaſi hæc vox eſſet non à רוץ *routs*, currere, ſed à רצה *ratſah* voluit. Unde fortè ſcholiaſtes citat *Syrum* habentem τῷ γνώμῃ αὐτοῦ è quo non abeſt etiam *Syrus* Intt. Polyglottorum. Sed melior eſt antiquiorum ſententia, qui referunt ad *curſum* propter id quod ſequitur.

Effuſi] שוטף *ſchoteph*. LXX. Intt. κάθιδρος, *ſudans*. Meliùs Latinus, *impetu vadens*. Confertur hîc equus cum torrenti, qui effuſo impetu ruit. Sic apud *Virgilium* Georg. in fine:

—— *carceribus ſeſe effudere quadrigæ.*

Ubi vide *Joan. Lud. Lacerdam*. Hinc *effuſus curſus*.

In prælium] במלחמה *bammilhhamah*, quæ vox *prælium*, æquè ac *bellum* ſonat. Jeremiæ comparatio egregiè deſcribit impetum, quo mali homines in flagitia, & ſcelera ruunt. Equus enim præliis adſuetus,

—— *ſi qua ſonum procul arma dedere,*
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectúmque premens volvit ſub naribus ignem;

Ut verbis utar Virgilianis è Georg. III, 83. Vide & verſ. 103. *& ſeqq.* eximiam deſcriptionem curruum *carcere effuſorum*. LXX. Intt. abſurdè, poſtquàm à priorum verborum ſenſu aberrarunt, habent hîc: ἐν χρεμετισμῷ αὐτοῦ, *in ejus hinnitu*

7. *Ciconia*] חסידה *hhaſidah*, de qua vide quæ congeſſit. *Sam Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 29. LXX. Intt. neſcierunt quæ eſſet avis, cùm ſervaverint vocem Hebraïcam ἀσιδα, nec *Hieronymus*, qui *milvum* vertit.

Stata ſua tempora] מועדיה *mohedeah*, hoc eſt, tempora abeundi in loca calidiora, atque hinc redeundi. Notum enim eſt, hanc eſſe ex avibus, quæ quotannis migrant.

Turtur] תור *thor*. Eumdem vide Lib. I. c. 9.

Hirundo] סיס *ſis*. Vide ejusdem Libri c. 10.

Grus] עגור *hagor*. Adi c. 11. neque enim opus eſt ſermia ejus expilare. Propheta hîc meritò præfert, in quibusdam avibus, peritiam earum; quæ naturâ ad conſervationem ſuæ ſpeciei, & ſingularum etiam poſtulat, & quibus conſtantiſſimè & optimè funguntur; ignorantiæ, & negligentiæ officiorum Religionis, & Societatis Civilis, in improbis hominibus, quæ ne norunt quidem, nedum ut eorum obſervantes ſint. Quod etiam, in hac luce

Google

Pax, pax: nec tamen pax erit. 12. Pudefactíne ſunt, quia rem abominandam ad-
miſerunt? imo verò nullo pudore erant adfecti, quia erubeſcere neſciunt, ideóque in
cadentes concident; & tempore ſupplicii ſui, corruent, ait Jehova.
13. *In foveam* colligam eos, ait Jehova, nec ullæ erunt uvæ in vite, nec ficus in
ficis, folium etiam decidet, dabóque *iis, qui* eorum *terram* peragrabunt. 14. *Sed* cur nos
ſedemus? Convenite & munitas urbes ingrediamur, & quieſcamus illie, quia Jehova
Deus noſter nos ad quietem adegit, & nobis aquam felle temperatam bibendam dedit, nam
deliquimus in Jehovam. 15. Exſpectavimus pacem, at boni nihil contigit; & tem-
pus,

facilè curare vulnera populi, ſi modò dicant pacem futuram; nec tamen pax erit. 12. Eósne pudet, quia res pudendas admiſerunt? imò vero nullo pudore ſunt adfecti, quia res abominandas perpetrarunt? Imò nullo pudore tenebantur, quia pudorem ignorant; ideo in eos, qui ceciderunt, & ipſi cadent, ac tempore ſupplicii, quod luent, cadentes prement, & ſimul cùm iis corruent.

13. In foveam eos colligam, ait Creator, nullæ erunt uvæ in vitibus, nec ficus in ficis, nec folia in arboribus; nam deciderint, & omnia dabo peregrinis, qui eorum agros occupaverint. 14. Sed cur moramur? venite modò atque unà munitas eorum urbes invadamus, atque in iis quieſcamus, quia Creator noſter nos ad quietem adegit, & aquam, in qua dilutum fel erat, nobis bibendam porrexit, nam delictis noſtris hoc meriti eramus. 14. Conveniamus, atque urbes munitas ingredia-

luce Chriſtianiſmi, eſt cur queramur; cùm reverà exſtingui videantur plurimis & Rationis & Revelationis lumina, & pauci ſint, qui facem ceteris præferre queant.

Jura Jehovæ] משפט יי *miſchphath Jehova*, jus Jehovæ. LXX. Intt. τὰ κρίματα. Rectiùs vertiſſent: δικαιώματα. Agit enim de norma vitæ Propheta noſter. Latinus: *judicium Domini*. Imò *jus*.

8. *Stylus mendaciter ſe geſſit*] *Ecce in falſum fecit ſtylus*, הנה לשקר עשה עט *hinneh laſſcheker haſchah het*. Videtur reſpicere Propheta ad falſa inſtrumenta, facta ab eo genere hominum, quod hodie *Notarios* vocamus. Nam ספר *juriſperitum* ſignificat & *ſcribam*.

Mendacium fuit ſcribarum] שקר סופרים *ſcheker ſopherim*: LXX. Intt. εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν. Vulgatus: *Mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum*. Jonathan: *In mendacium fecit Scriba calamum mendacii, ad falſandum*. *Grotius* putat optimè verti: *profectò ſtylus mendacia ſcribit, falſimonia penès Scribas*. Eſt ſanè, ut videtur, ſenſus; ſed obſcura ſunt verba: *ſtylus mendaciter*, vel *fruſtra ſe geſſit*.

9. *Pudefacti ſunt ſapientes*] Videtur quidem agi de re præterita, ita ut velit Propheta homines, qui ſe peritos Legum Divinarum putabant, in magnas calamitates incidiſſe, eò quòd verbis Prophetarum fidem non habuiſſent. Sed & ſimilia contigerunt Judæis ſeſe Nabuzardani, prout ſuadebat Jeremias, dedere detrectantibus. Itaque poſſent etiam hæc futuro tempore exprimi: *pudefient* &c. quod & ſequentia ſuadent.

Quæ verò hæc ſapientia eſt] חכמת מה להם *hhochmath mah lahem*. LXX. Intt. σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς; Latinus: *& ſapientia nulla eſt in eis*. Si nihil deeſt, deberet legi חכמה in ſtatu abſoluto, ut loquuntur Grammatici.

10. *Sunt mendacio addicti*] עשה שקר *hoſcheh ſcheker*, faciens mendacium; hoc eſt, fallaciis & mendaciis alios decipit.

11. *Curant cladem populi mei* &c.] Habuimus hæc ipſa verba Cap. VI, 14. ubi vide notata.

12. *Pudefacti ſunt* &c.] Hoc comma habuimus etiam C. VI, 15.

13. *In foveam colligam eos*] אסף אסיפם *eſoph aſiphem*. Hoc verbum dicitur de Deo homines è medio tollente, Job. XXXIV, 14. Pſ. CIV, 29. & alibi. Perſpicuitatis causâ addidi *in foveam*, quaſi eſſet אל בור *el bor*, quod debet neceſſariò ſuppleri.

Nec ullæ erunt uvæ in vite &c.] Figurata oratio, quâ nemo eorum ſuperſtes futurus ſignificatur.

Qui eorum terram peragrabunt] יעברום *jahaberoum*, tranſibunt eos. Ut *terra* pro Iſraëlitis paſſim ſumitur: ſic & hìc *illi* ſunt pro ipſorum agris. Quaſi dixiſſet, dabo hominibus, qui illac commeabunt; quod propriè quidem refertur ad fructus, quos prætereuntes, nemine ſervante, colligunt quaſi ſuos; ſed tralaticio ſenſu de tota gente, quam prætereuntes hoſtes captivam erant abducturi.

14. *Sed cur nos ſedemus* &c.] Subita hæc interrogatio ſignificat non eſſe ruri in agris manendum, cùm venturi eſſent Chaldæi, ſed confeſtim in urbes munitas confugiendum, ne incurſionibus militum impunè omnes occiderentur, qui ruri & per pagos apertos habitabant. De re quaſi præſente loquitur Propheta, quia non multò pòſt futura erat, & præſens ei, in viſo, objiciebatur.

Convenite] האספו *heaſphou*, colligite vos; hoc eſt convenite, vel vos abdite in urbes munitas, ne prædones vos abducant.

Nos ad quietem adegit] הדמנו *hadimmanou*, è דמם *damam*, quievit. LXX. Intt. ἀπέῤῥιψεν. Hieronymus: *ſilere nos fecit*. Sententia eſſe videtur à Deo ita acciſas vires fuiſſe Regni Judæ, ut copias non haberent, quibus agros & vicos ſuos tueatur; ſed neceſſe habeat ſeſe in urbibus munitis quietum tenere, dum regio latè à Babyloniis vaſtaretur.

Aquam felle temperatam bibendam dedit] ישקנו מי ראש *jaſchkenou me roſch*, faciet nos bibere aquam fellis; hoc eſt, in graviſſimas calamitates nos conjiciet.

15. *Exſpectavimus*] קוה *kavveh*, quod eſt *exſpecta*, aut *exſpectare*. Latinè loquentium ratio, & orationis nexus poſtulabat, ut verteremus, quaſi ſcriptum eſſet נקוה *nkavveh* in futuro, aut קוינו *kivvenou*, in præterito. LXX. Intt. συνήχθημεν, Latinus: *exſpectavimus*.

Digitized by Google

pus, quo curaremur, ecce autem terrorem. [16]. A Dane audietur fremitus equorum ejus, & ſonitus hinnituum validorum ejus equorum, tremet tota terra, veniet, terramque & quidquid eam implet, abſumet, urbémque & ejus incolas. [17]. Immittam enim in vos ſerpentes Regulos, contra quos nullum eſt carmen, & vos mordebunt, ait Jehova. [18]. *O* qui me recreas in mœrore! animus meus in me languet. [19]. En ſonum clamoris filiæ populi mei, è terra remota. An Jehova non eſt in Sione? an Rex ejus in ea non eſt? Quare verò, *inquit Deus*, me ſculptilibus ſuis, atque inanitatibus alienis irritarunt?

[20]. Tranſiit meſſis, finita eſt æſtas, nec tamen liberati ſumus. [21]. Vulnere filiæ populi

grediamur, quia Creatot Omnipotens nos ad quieſcendum adegit, & quieſcamus illic, & nobis aquam, in qua fel dilutum eſt, bibendam dedit; quia in eum graviter deliqueramus. 15. Exſpectaveramus tamen pacem, ſed boni nihil nobis contigit; & tempus, quo curaremur, ſed novi terrores nobis incubuere. 16. A Danis Tribûs agris borealibus, ad fontes Jordanis, audietur fremitus equitatûs, atque hinnitus vehemens equorum, quibus fiet, ut contremat tota terra Judæa; quæ & quà patet abſumetur ab hoſtibus, qui & incolas urbium diripient. 17. Præterea immittam in vos ſerpentes Regulos, contra quorum morſus nullum eſt carmen, & qui vos mordebunt, ait Creator, contra quos nullum carmen efficax eſt. 18. O Deus, qui in mœrore me recreas, mihi adeſto, hoc tempore, quo animus meus languet. 19. Audio nunc triſtes voces populi Jeroſolimitani, è terra remota. An igitur non adeſt amplius Creator Sioni? an nullus amplius eſt Rex? Quare vero, repoſuit Deus, me ſculptilibus ſuis Diis, manibusque aliarum gentium Numinibus irritarunt?

20. Tranſiit, repoſuit Jeremias, tempus meſſis, æſtatis jam finis fuit, nec tamen a metu hoſtium liberati ſumus. 21. Calamitate popularium meorum fractus ſum, dicebat homo lugens, quare atratus

Nihil boni] Opponitur hoc paci, quia *pax* omnia bona complectitur, præſertim in Hebræorum uſu.

Tempus, quo curaremur] לעת מרפא *lebeth marphe*, tempus curationis; hoc eſt, tranquilla tempora, quibus Judæ vires convaleſcerent.

16. *A Dane audietur* &c.] Qui agrum Danitarum, ad fontes Jordanis, colunt, primi hinnitum equorum adventantis exercitûs audient; nec reverà aliunde, ut antea jam diximus, in Judæ regnum venire poterant ex Syria venientes, per quam Babylonii tranſituri erant.

Fremitus equorum ejus] נחרת סוסיו *nahhrath ſuſau*. Quarum vocum priore propriè ſignificatur *fremitus*, quem naribus edunt equi, ut doctè oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 8. Vide Job. XXXIX, 23.

Sonitu] מקול *mikkol*, à voce, ſed hìc eſt *ſonitus*, nam ſequitur מצהלות *mitshaloth*, quâ voce dicuntur hinnitus equorum, ut infra L, 11.

Validorum ejus equorum] אביריו *abbirau*. Tauri & equi hoc vocabulo æquè inſigniuntur, quaſi viribus valentes. Sed hìc equorum eſt nomen. Vide infra XLVII, 3. L, 11.

Tremet tota terra] Terrebitur multitudine equitatûs, audito equorum hinnitu.

Quidquid eam implet] מלואה *meloah*, plenitudinem ejus; hoc eſt, omnes fruges, omne pabulum & quidquid erit fructuum abſument.

Urbémque & ejus incolas] Jeroſolimam, nempe, & qui in ea deprehendentur; quamvis enim cladis etiam partem fecerint expugnationes aliarum urbium, maxima omnium calamitatum fuit Jeroſolimæ exſcidium, quæ Metropolis & ditiſſima omnium fuit.

17. *Serpentes regulos*] צפענים *tſiphhonim*. LXX. Intt. ὄφεις θανατοῦντας, Latinus meliùs: *ſerpentes regulos*, ut pluribus oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 9. Eo nomine deſignantur Babylonii, non Aſſyrii, ut vult *Bochartus* c. 10. qui, ante Joſiæ regnum, Iſraëlem abduxerant in captivitatem, cùm ſub hoc demum Rege cœperit vaticinari Jeremias. Vide c. I, 2.

Contra quos nullum erit carmen] אשר אין להם לחש *aſcher en lahem lahaſch*. LXX. Intr. οἷς οὐκ ἔστιν ἐπᾷσαι, Latinus: *quibus non eſt incantatio*. Loquitur hìc, ex vulgi ſententia, de qua diximus ad Pſ. LVIII, 5.

18. *O qui me recreas in mœrore*] מבליגיתי עלי יגון *mabligithi hale jagon*, recreatio mea ſuper mœrore. LXX. ἀνίατα μετ' ὀδύνης. Vulgatus: *dolor meus ſuper dolore*. At conſtat verbo הבליג *hiblig*, ſignificari potiùs levationem doloris, quàm augmentum. Vide Job. IX, 27. X, 20. Pſ. XXXIX, 13. Hamos. V, 9. Deum adloquitur Propheta, levationémque doloris ab eo petit.

Languet] דוי *davvai*, languent. LXX. Intt. καρδίας ὑμῶν ἀπορουμένης. *Hieronymus* rectiùs: *cor meum mœrens*. Ita autem exclamat Jeremias, in ipſo viſo, in quo ſuperioribus verbis auditis, viſus ſibi eſt *ſonum*, hoc eſt, Jeroſolimitanorum triſtes vociferationes è longinquo audire.

An Jehova non eſt in Sione?] Non adeſt propitius Jeroſolimitanis, ſed eorum urbem veluti deſeruit?

Rex ejus] Idem ac Jehova.

Inquit Deus] Deum hìc loqui, non Prophetam, res ipſa oſtendit. Perinde eſt ac ſi diceret: non eram deſerturus Jeroſolimam, ſi mihi paruiſſet, ſed cùm me Idololatriâ irritarint Jeroſolimitani, eos non ampliùs tuebor.

20. *Tranſiit meſſis* &c.] Propheta iterum loquitur, cúmque, in viſo, Jeroſolimam obſeſſam, ſéque in ea clauſum videret, queritur, poſt elapſum ver, æſtatémque præteritam, nondum ſe liberari, hoc eſt, poſt longam obſidionem; nam Jeroſolima cœpit hieme obſideri anno Ante Chriſtum DXC. nec capta eſt niſi ſub finem æſtatis anni DLXXXIX.

21. *Vulnere*] על שבר *hal ſcheber*, ſuper fractura, unde poſtea ſequitur השברתי *haſchbarthi*, fractus ſum. Quod Latinè exprimi commodè non potuit. *Vulnus* vertimus, quia

שבר

Digitized by Google

populi mei fractus ſum, atratus ſum, & ſtupor me corripuit. 22. Nulláne eſt in Galahaditide reſina, nullúsne eſt illic medicus? Sin minùs, cur impoſitum non eſt emplaſtrum vulneri filiæ populi mei?

Querelæ Prophetæ de vitiis & ſceleribus Judæorum, calamitates iis imminentes, minæ in ſuperbos aliósque populos.

CAPUT IX.

1. UTINAM caput meum convertatur in aquam, atque oculi mei in lacrimarum ſcaturiginem! Deflerem noctu & interdiu confoſſos filiæ populi mei. 2. Utinam

atratus prodii, & ſtupore me corripi ſenſi. 22. Nulláne eſt conſolatio, quæ leniat dolorem animi mei, ut reſina Galahaditica vulnera ſanat? Nullusne eſt animorum Medicus? ſi nullus ſit, cur ſaltem non eſt impoſitum emplaſtrum Jeroſolimæ, à popularibus meis conditæ?

PARAPHRASIS.

1. O Utinam caput meum mutaretur in fontem aquæ, è quo lacrimæ ſcaturirent! Deflerem interdiu & noctu Iſraelitas ab hoſtibus occiſos. 2. Utinam in deſertis vicinis haberem diverſorium, quo excipiuntur, qui iter hàc faciunt! Eò me conferrem, procul à popularibus meis; quia ſunt

שבר tam aptè dici poteſt de carnium ſeparatione, quæ ferro fit, quàm de oſtium fractione. Vide infra XXX, 17. XXXIII, 6.

22. *Nulláne eſt reſina*] Pro *reſina* eſt צרי *tſori*. Quod ῥητίνην interpretantur LXX. Intt. & *reſinam* Latinus. Sic & Chaldæus, & alii Hebræi. Alii *Opobalſamum* volunt. *Edm. Caſtellus* Theriacam cum aliis & Intt. Orientalibus interpretatur, parum commodè, theriacâ enim non curantur vulnera. Sequuti ſumus antiquiores; cùm reſinæ uſus eſſet magnus, in vulneribus curandis; quia emplaſtris miſcebatur. Laudabatur reſina Terebinthi, ex Judæa & Syria, ut auctor eſt *Dioſcorides* Lib. I. de M. M. c. 91. ἔστι δὲ πᾶσα ῥητίνη, inquit, μαλακτικὴ, θερμαντικὴ, διαχυτικὴ, ἀνακαθαρτικὴ. Quæ verba hac παραφράζων expreſſit *Plinius* Lib. XXIV. c. 6. ubi de Reſinæ *natura in medendo contrahere vulnera, purgare, diſcutere collectiones.* *Dioſcorides* ſub finem capitis, μίγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις, καὶ μαλάγμασι καὶ ἀκόποις. *Plinius* paullò antea: *Reſolvitur reſina ad vulnerum uſus & malagmata oleo.* Quæ ſatis ſupérque ſunt, ad oſtendendum hìc, ubi de curando vulnere ſermo eſt, reſinæ mentionem, ex regulis artis, id fieri. Uterque etiam Scriptor memorat, inter laudatas reſinas, *Syriacam*; quo nomine Galahaditica contineri videtur; quòd Galahaditis, eorum temporibus, ad Syriam pertineret.

Illic] Putarim hoc referri non ad Galahaditin, ſed ad Judæam, ut quærat Propheta, nullúſne ſit medicus, inter Judæos; hoc eſt, vir fortis & prudens; qui calamitatibus publicis remedium adhibere poſſit. *Grotius* vult ad medicos Galahaditas reſpici; ſed nuſquam ejus regionis medicorum mentio occurrit.

Sin minùs] כי *chi*. Sunt loca, in quibùs hæc particula ſic vertenda videtur *Chr. Noldio*, quæ recenſet ad ſign. 11. & quibus hunc adde.

Cur impoſitum non eſt emplaſtrum] מדוע לא עלתה ארוכת *maddouah lo baletha arouchath*. Poſtremam vocem interpretati ſumus *emplaſtrum*, primùm quia res ipſa hoc poſtulare videtur, cùm agat Propheta de vulnere, deinde quia ארוכה ſignificat *rem in longum porrectam*, quale eſt emplaſtrum. Verbum autem עלתה *adſcendit*, dici poteſt de quavis re, quæ alii imponitur. Itaque ſubaudiendum putavi *vulneri*, על השבר è ſuperioribus. Fateor hanc ipſam loquutionem occurrere in locis, in quibus ſermo eſt de reſtauratione murorum, 2. Ephem. XXIV, 13. & Nehem. IV, 7. Sed ſunt etiam, qui *medicinam* in iis locis, non omnino abſurdè interpretantur, inter quos *Val. Schindlerus*, inter meliores Lexicographos, quem vide ad verbum ארך. Præiverant iis LXX. Intt. qui ἴασιν hìc verterunt & ἴαμα Eſai. LVIII, 8. Jerem. XXX, 14. XXXIII, 6.

Vulneri filiæ populi mei] *Emplaſtrum filiæ populi mei*; hoc eſt, idoneum vulneri ejus curando. Apud Latinos etiam, *vulnus* cladem interdum ſignificat.

COMMENTARIUS
In Caput IX.

1. U*Tinam caput meum convertatur in aquam*] מי יתן ראשי מים *mi jitthen roſchi majim*, quis dabit caput meum aquam; hoc eſt, utinam caput meum eſſet aqua! Itaque vertere debuiſſent LXX. Intt. ὤφελον κεφαλή μου ὕδωρ εἴη, non verò: τίς δώσει κεφαλῇ μου ὕδωρ; ut fecerunt, nec ſequi eos debuiſſet Vulgatus, qui habet: *quis dabit capiti meo aquam?* Notiſſima eſt poteſtas vocularum מי יתן, in qua tamen ſæpe peccarunt. Sed Lexicis, ut & Grammatica, carebant, ut in *Hieronymianis Quæſtionibus* oſtendimus. Aptiùs ad rem præſentem verti non poſſe putavi niſi: *utinam caput meum convertatur in aquam!* Crediderim olim ex hoc & ſimilibus loquendi generibus natas eſſe fabulas de Metamorphoſibus lugentium mulie-

nam in deſerto mihi eſſet diverſorium viatorum! relinquerem populum meum, atque ab iis diſcederem, quia ſunt omnes mœchi & conventus perfidorum. 3. Tendunt linguam ſuam, arcus eorum eſt mendacii, non veritatis; invaluerunt in terra, quia à nequitia in nequitiam progrediuntur, nec me norunt, ait Jehova. 4. Quisque ſibi à proximo ſuo caveat, nec quisquam fratri ſuo confidat; nam frater omnis ſupplantat & proximus omnis calumniatur. 5. Unusquiſque proximo ſuo illudit. Veritatem non proferunt, linguam ſuam docent mentiri, &, dum perverſè ſe gerunt, defatigantur.

6. Habitas, ô *Judæe*, in medio dolo, & doloſè renuerunt me cognoſcere, ait Jehova,

ſunt omnes mœchi & perfidi, qui à veri Dei cultu defecerant. 3. Lingua mendace falſa ſpargunt, & contra me ſpargunt, ut quotidie nequiores fiant, ait Deus, quaſi eis ignotus eſſem. 4. Unusquisque ſibi caveat ab illis, nam fratres ſupplantant fratres, atque alios alii calumniantur. 5. Unuſquiſque illudit proximo ſuo; numquam veritatem ei dicit, ſed ſemper mentitur, nec mentiendo finem ponit.

6. Habitant Judæi in dolo, & doloſè nolunt me ſibi

mulierum in fontes; quas, à Græcis inventas, tam eleganti opere proſequutus eſt *Ovidius*. Is exemplum rei ſuppeditat Metam. VII, 380.

At genitrix Hyrie, ſervari neſcia, flendo
Delicuit, ſtagnúmque ſuo de nomine fecit.

Atque oculi mei &c.] *Et oculos meos fontem lacrimarum.*

2. *Diverſorium viatorum*] מלון ארחים *mlon orechim.* Idem videtur eſſe ac quod hodie, per Orientem, vulgò vocatur קראנשרי *Kervanſerai*, habitatio convocationis iter unà facientium, συνοδίας LXX. σταθμὸν ἔσχατον, *Aquila*: κατάλυμα, *Symmachus*: αὐλισμὸν, Latinus: *diverſorium* verterunt. Tale ergo diverſorium, & quidem in deſertis locis, ſibi optat Jeremias, ut eò confugeret, ſolitariámque vitam in ſolitudine potiùs ageret, quàm Jeroſolimæ, quæ improbis erat referta.

Conventus] עצרת *hatſereth.* Vide not. ad Levit. XXIII, 36. LXX. Intt. σύνοδον, Latinus: *cœtum.*

3. *Tendunt linguam ſuam*] ידרכו את לשונם *jadrechou eth leſchonam*, conculcabunt ſuam linguam. Tralatio eſt deſumta ab arcu, cujus alterum cornu pede premebatur, ut arcui chorda injiceretur, quo faciliùs incurvaretur. Inde *calcare arcum*, pro eo quod eſt *tendere*, & hic, ubi lingua inſtar arcûs deſcribitur, quòd improba dicta jaculetur in inimicos, *calcare linguam* eſt calumnias parare. Sed eam tranſlationem non ferret Lingua Latina. LXX. Intt. ἐνέτειναν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν ὡς τόξον. Malè Latinus: *extenderunt linguam ſuam, quaſi arcum. Tendere* enim *arcum* dicimur, non *extendere.*

Arcus eorum eſt mendacii, non veritatis] קשתם שקר ולא לאמונה *kaſchtham ſcheker velo lemounah.* Videtur voci שקר *ſcheker* præfigendum eſſe ל, ut eſt præfixum ſequenti · hac ſententiâ: *arcus eorum* (hoc eſt, lingua) eſt ad ejaculandum mendacium, non veritatem.

Invaluerunt in terra] גברו בארץ *gaberou baarets*; hoc eſt, in terra Judæa potentes facti ſunt. LXX. Intt. ψεῦδος οὐ πίστις ἐνίσχυσεν. Non puto eos aliter legiſſe, quàm nos hodie; ſed cùm ſenſum non extricarent, formaſſe, ut potuerunt, ex conjectura, neglectis Grammaticorum canonibus. Meliùs Vulgatus: *confortati ſunt in terra.*

Quia à nequitia in nequitiam progrediuntur] כי מרעה אל רעה יצאו *chi merahah el rahah jetſeou*, quia è malitia in malitiam exeunt. Hic *exire* perinde eſt ac *progredi*, ut res ipſa oſtendit. Vult ergo Propheta improbos uſque adeò invaluiſſe, in Judæa, quia in dies nequiores facti erant, Quod in Republica bene inſtituta fieri non debet, nec poteſt; ſed ubi nulla ſunt præmia Virtuti propoſita, neque pœnæ vitio; mali in dies invaleſcunt, & malis factis diteſcunt & formidoloſi ceteris fiunt, quia iis obſiſtere tutum non eſt, qui nihil religioni ducunt; ſed nequitiam nequitiâ defendunt. Voce autem *malorum* non intelligendi ii, qui parum callide nequitiæ ſuæ indulgent, incidúntque in laqueos legum; ſed illi, qui ita peccant, ut facilè deprehendi non poſſent; aut iis in circumſtantiis, in quibus ſupplicium de iis ſumi non poteſt. Hi ubique, in malè adminiſtratis Rebuſpublicis, plurimùm valent. Contrà boni, qui rationem temporum, & hominum nullam habent, ſed rigidi Virtutis cuſtodes & ſatellites ſunt, minùs ac minùs gratioſi fiunt apud pleroſque, quibus ſemper diſſimillimi ſunt.

Nec me norunt] Eſt antecedens, pro conſequente, in Scriptura frequens; quo is, qui ita ſe gerit; quaſi Deum & leges ejus non noſſet, negatur eum noſſe.

4. *Quisque ſibi à proximo ſuo caveat*] *Quisque à proximo ſuo cavete.* Deberet ex Regulis Grammaticis, dici: *à proximo veſtro vobis cavete.* Sed Hebræi ſic miſcent perſonas, præſertim ubi res clara eſt. Similes fraudes exprobravit Romanis *Lucilius*, in Satyra, cujus *Lactantius* verba refert Inſt. Divin. Lib. V. c. 9.

Uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere & arti,
Verba dare ut cautè poſſint, pugnare doloſè,
Blanditiâ certare, bonum ſimulare virum ſe,
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Calumniatur] רכיל יהלך *rachil jahaloch*, calumniator incedet. LXX. Intt. δολίως πορεύσεται. Latinus: *fraudulenter incedet.* Vide ad C. VI, 28.

5. *Illudit*] יהתלו *jahathelou.* LXX. Intt. καταπαίξεται. Latinus: *deridebit*, Jonathan: משקרין *meſchakkarin*, mentientes. Sed mendacio ſat bene convenit cum illuſione. Vide Gen.

va, *Deus* exercituum; excoquam eos, ac probabo; quid enim aliud facerem, propter filiam populi mei? 8. Sagitta acuta eſt eorum lingua, doloſè *quiſque* loquitur, ore ſuo pacata cum proximo ſuo profert, ſed intus inſidias ei ſtruit. 9. An propter hæc ſupplicium de iis non exigerem? ait Jehova; annon de ejuſmodi gente ultionem ſumerem?

10. In montibus, complorationem & ejulatum tollam, & in deſerti habitationibus, planctum dabo; quia omnia incenſa ſunt, ita ut nemo illac tranſeat, nec audiatur *illic* vox pecoris; à volucribus cœli *beſtiæ omnes*, ad jumenta uſque, avolarunt, *aut* abierunt.

ſibi notum eſſe, ait Deus. 7. Itaque, ait Deus omnium Creator, & exercituum præſes, eos calamitatibus explorabo, igne calamitatum; quid enim aliud facerem in gratiam Jeruſolimæ, à populo meo conditæ? 8. Linguâ ſuâ doloſâ utuntur quaſi acutâ ſagittâ. Quiſque doloſè loquitur, & quaſi proximi amicus, ſed intus inſidias ei ſtruit. 9. Annon æquum eſt, propter ejuſmodi ſcelera, de tali gente ultionem exigere.

10. Locus, in montibus, aut in ſolitudinibus, non eſt, in quo planctum non edam; quia omnia in agris Iſraëlitarum ſunt incendiis abſumta; ita ut nemo eà tranſeat, neque illic audiantur mugitus pecoris, neque cantus avium, cùm omnia abierint, aut

Gen. XXXI, 17. ubi eſt *fallere*, & 1. Reg. XVIII, 37. ubi eſt verbis *irridere*.

Linguam ſuam docent mentiri] *Docent* למדו *limmedou*, perinde eſt ac adſuefaciunt. Sic Cap. II, 24, *Onager* dicitur *edoctus deſertum*; hoc eſt, ei adſuetus.

Dum perverſè ſe gerunt fatigantur] העוה נלאו *habavah nilou*. LXX. Intt. ἠδίκησαν οὐ διέλιπον τοῦ ἐπιστρέψαι, Latinus: *ut iniquè agerent laboraverunt*; hoc eſt, ita ſunt iniquis factis adſueti, ut non tantùm iniquè ſe gerant, cùm facile eſt; ſed etiam, non ſine ſua ipſorum moleſtia, aliis noceant; ut fures & latrones, qui ſæpe non exiguos labores ſuſcipiunt, ut ſcelera ſua ad exitum perducere poſſint, & fugere pœnas furibus & latronibus impoſitas.

6. *Habitas, ô Judæe, in medio dolo*] שבתך בתוך מרמה *ſchibthecha bthoch mirmah*, habitatio tua in media fraude. Quibus verbis idem ſignificatur ac quod antea dictum, Jeroſolimitanos omnes, aut pleroſque fraudulentos homines fuiſſe. Mirè verterunt LXX. Intt. duas priores voces: τόκος ἐπὶ τόκῳ, quaſi legiſſent תוך בתוך *thoch bthoch*, & quaſi τόκος *fœnus*, eâ voce, ſignificaretur. Sæpe adludunt, quod mirum eſt, ad ſonum vocum Hebraïcarum, potiùs quàm ad ſignificationem, quæ ſola Interpretibus ſpectanda fuit. Meliùs *Hieronymus* habet: *habitas in medio doli*. Vide *Lud. Cappellum*, ad hunc locum.

7. *Excoquam eos & probabo*] צורפם ובחנתים *tſorepham oubhhanthim*. Nempe, ut metalla miſta, quæ liquefiunt, ut quid ſit à melioribus metallis alienum conſtet. Intelliguntur calamitates, quæ ſunt *fornax* Dei, in eam rem. Vide not. ad C. VI, 29.

8. *Doloſè quiſque*] Supplevimus איש *quiſque*, quod neceſſariò ſubaudiendum.

Pacata profert] *Pacem loquitur*; hoc eſt, ita loquitur quaſi amico & pacato eſſet erga proximum animo; quamvis aliter omnino animatus ſit.

9. *An propter hæc* &c.] Uſus jam eſt Deus, his verbis C. V, 9, 29. quaſi collatione ex iis deducta, quæ de Judæorum ſceleribus antea dixit.

10. *Complorationem & ejulatum*] בכי ונהי *bchi vanehi*. Antea *è locis excelſis*, futurum hoc dixit C. VII, 29.

A volucribus cœli &c.] Similes minæ leguntur apud Hoſeam C. IV, 3. quibus videtur maxima ſolitudo deſcribi, ſed quæ non fuit ita intelligenda, quaſi feræ fugiſſent Judæam, & aves ipſæ evolaſſent; niſi fortè intelligamus regionem gregibus deſtitutam non potuiſſe ampliùs adlicere feras, nec aves, quæ aluntur ab hominibus, aut quæ ſatis partim veſcuntur, illinc avolaſſe. Attamen *Hieronymus* putabat ejus rei exemplum ipſius ævo fuiſſe, quod expendemus ad Hoſ. IV.

11. *Mutavi* &c.] *Dedi Jeruſalem in acervos.*

Habitationem draconum] מעון תנים *mehon thannim*. Serpentium, nempe, de quibus vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 1.

12. *Eſtne vir ſapiens* &c.] *Quis vir ſapiens & intelliget hoc.*

Vaſtata eſt] נצתה *nittſetha*. Vide C. IV, 7. LXX. ἀνήφθη. Vulgata: *exuſta ſit*. נצץ reverâ eſt *ſcintillare*, & ניצוץ *nitſots* ſcintilla; ſed tralaticio ſenſu vaſtationem ſignificat, quæ fit igne & ferro.

13. *Quam iis propoſui*] *Quam ante faciem eorum dedi.*

Ex lege mea vixerunt] *Ambularunt in ea.* Quod cùm non poſſet à Latinè loquente referri ad vocem, rem paullò aliter expreſſimus, ſenſu nequaquam mutato.

Sed animi ſui contumaciam &c.] *Iverunt poſt contumaciam* (שרירות ſchirouth) *cordis ſui*. Vocant LXX. Intt. ἀρεστὰ τῆς καρδίας, Latinus: *pravitatem cordis*.

Abſinthio] לענה *lahanah*. Rectè Latinus: *abſinthium*; parum commodè LXX. Intt. ἀνάγκας, ſignificantur enim hìc non tantùm res arctæ, ſed graviſſimæ calamitates.

Aquam amaram] מי ראש *me roſch*, aquas fellis.

16. *Quas nec ipſi, nec eorum Majores* &c.] Intelliguntur præſertim Gentes ad ortum, ultra Euphratem, & Tigrim; per quarum agros, ab iis temporibus ſparſi ſunt Judæi, ad hoc noſtrum tempus; quo etiam videntur latiùs ſparſi per terrarum orbem, neque uſquam ſummæ poteſtatis ſunt participes; ſed ſibi faventem habere conantur.

17. *Animum adtendite*] התבוננו *hithbhonenou*, facite ut adtendatis id quod dico.

Præficas] מקוננות *mkonnenoth*. LXX. Intt. τὰς θρηνούσας, Hieronymus: *lamentatrices*. Latinè:

runt. 11. Mutavi Jeroſolimam, in acervos *ruderum*, atque habitationem draconum, *ceteraſque* urbes Judææ in ſolitudinem incolis deſtitutam.

12. Eſtne vir ſapiens, qui hoc intelligat, & quod ſibi os Jehovæ dixerit nunciet? Cur periit terra, vaſtataque eſt, ut ſit inſtar deſerti, per quod nemo tranſit? 13. Dixit Jehova: quia deſeruerunt legem meam, quam iis propoſui, nec auſcultarunt voci meæ, neque ex lege mea vixerunt; 14. ſed animi ſui contumaciam, & Bahales, quos docuerunt eos Majores, ſequuti ſunt. 15. Propterea ſic ait Jehova *Deus* exercituum, Deus Iſraëlis: mox populum hunc alam abſinthio, & aquam ei amaram bibendam dabo. 16. Disjiciam eos per Gentes, quas nec ipſi nec eorum Majores noverant, iiſque gladium ſubmittam, donec eos abſumſero.

17. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum: animum adtendite, vocate Præficas & veniant,

aut avolarint. 11. Jeroſolimam mutavi in rudera & habitationem Draconum, ceteraſque urbes Judææ in ſolitudines.

12. Eſtne vir ſapiens, qui hæc intelligat, & qui nobis nunciet, quod à Creatore audierit? Cur expilati ſunt agri, ita ut ſint inſtar ſolitudines, per quam nemo commeat? 13. Reſpondit Creator, factum hoc eſſe, quia deſeruerant leges ipſius, quas tulerat, neque vitam ſuam ad eas compoſuerant Judæi. 14. Sed contumaciæ ſuæ indulſerint, & Bahales coluerint, ut eorum Majores fecerant. 15. Quamobrem, ait Creator, idemque Deus exercituum, atque Iſraëlis, ſe populum hunc abſinthio nutriturum eſſe, & amaram aquam ebibendam ei daturum eſſe. 16. Ideò, inquit, eos ſpargam inter varias gentes, quas nec ipſi, nec Majores eorum, antea noverint, & bello eos abſumturus ſum.

17. Animum adtendite, ait Creator, Deus exercituum; animos adtendite, vocate ad vos Præficas,

Latinè propriè *præficæ* dicuntur, de quibus, ſi opus ſit, vide *Joan. Kirchmannum*, de Fun. Romanorum Lib. II. c. 6. Solebant adhiberi in funeribus, ut lamentationi præeſſent; quam inchoabant, ceteri ſequebantur; non in calamitatibus publicis. Sed Propheta hîc confert populum Judæum homini mortuo, & jam efferendo.

Sapientes] אל החכמות שלחו *el hahhachamoth ſchilhhou*, ad ſapientes (*mulieres*) mittite; hoc eſt, mulieres ejuſmodi næniarum peritas accerſite.

18. *Feſtinanter de nobis* &c.] *Et feſtinent & tollant ſuper nobis leſſum.* Vult feſtinari, quia non erat diu differenda hæc clades.

19. *Maximo pudore adfecti*] *Pudefacti ſumus valde.* Pudet enim eos, qui alia omnia exſpectarant, in maximam calamitatem incidunt; ut Judæi vertere ſolum juſſi, cùm æternam incolumitatem Jeroſolimæ ſibi ſpopondiſſent.

20. *Sed audite*] Eſt כי *chi*, quod hîc *ſed*, aut *quin imò* vertendum.

21. *Mors enim per feneſtras* &c.] Non eſt tantùm hîc mortis ἀνθρωποπάθεια, ſed alæ veluti ei tribuuntur, quibus freta ingreſſura erat, per feneſtras. Quibus verbis fames videtur ſignificari, quâ permulti perierunt, in obſidione Jeroſolimitana; ut ex poſtremis Capitibus Prophetæ noſtri intelligere licet.

22. *Sic ait Jehova*] כה נאם יהוה *cho neum Jehovah*, ſic verbum Jehovæ, hoc eſt, ſic habet verbum Jehovæ, quod audivi. Antecedit דבר dabber, *loquere*, de quo ſic *Hieronymus* in commentario: *Verbum Hebraïcum, quod tribus litteris ſcribitur*, Daleth, Beth, Res (*vocales enim in medio non habet*) *pro conſequentia & legentis arbitrio, ſi legatur* DABAR, *ſermonem ſignificat, ſi* DEBER *mortem, ſi* DABBER *loquere. Unde & LXX. & Theodotio junxerunt illud præterito capitulo, ut dicerent:* diſperdent parvulos de foris, juvenes de plateis morte. *Aquila verò, & Symmachus tranſtulerunt* λάλησον, *id eſt*, loquere; *ut imperet Deus Prophetam loqui quæ ſequuntur. Vocales in medio* dicit, ut videtur, litteras, quas Rabbini vocant *matres lectionis*, è quibus colligere licet quomodo vox ſit efferenda; ut י & ו ſi enim ſcriptum videamus דביר, è litterula י intelligere licet legendum *dbir* quod eſt, *adytum*, ſi verò דובר, proferendum *dober* dicens, ſi דבור pronunciandum *dbor*, dic, aut dicere.

Inſtar ſtercoris] כדמן *chdomen*. Quod, nempe, in terram non infoditur, ſed ad ſtercorandum agrum relinquitur in ſuperficie.

Inſtar manipuli poſt meſſorem] Qui non demetitur, ab agri domino, ſed racematori relinquitur. LXX. Intt. hîc דמן *domen* παράδειγμα, ut antea diximus, abſurdè vertunt. Meliùs Latinus: *ſtercus*. Sed hîc עמיר *hamir*, χόρτον & *fœnum* perperam vertunt, non enim ſermo eſt de fœnum ſecante, ſed de metente ſegetem, in qua dominus agri vetabatur ſpicas à meſſoribus relictas colligere. Vide Levit. IX, .9. At nemo vetuit fœni manipulum colligere.

Nec erit qui id in ſepulcrum recondat] ואין מאסף *veen meeſſeph.* Poſſit quidem hoc referri ad manipulum, ſed maluimus ad cadaver. Notum eſt verbum Hebræum ſignificare actionem hominis quidpiam in apothecam recondentis; ſed & adgregationem cadaveris ad alia cadavera, aut mortui ad mortuos deſignat. Vide Num. XXVII, 13. 2. Reg. XXII, 20. 2. Par. XXXIV, 28.

23. *Ne glorietur ſapiens ſapientiâ ſuâ*] Voce חכמה *hhochmah*, ſapientiâ. Significari videtur hîc prudentia civilis, & quævis alia peritia labore, aut uſu, comparata; opponitúrque cognitioni Dei, hoc eſt, revelationi divinæ, de qua in ſequentibus verbis; quæ, ſolâ bonitate & miſericordiâ Dei, ad homines miſſa eſt, ſine ulla humani ingenii opera; Deo vel ipſas preces antevertente.

Neque jactet fortis] אל יתהלל גבור בגבורתו *al*

Digitized by Google

niant, accerſite mulieres ſapientes, atque adſint. [18]. Feſtinanter de nobis leſſum tol-
lant, demittántque oculi noſtri lacrimas, & palpebræ aquâ diffluant. [19]. Vox enim
lamentationis è Sione audita eſt; quî vaſtati ſimus & maximo pudore adfecti, eò quòd
terram *noſtram* deſeruerimus, quia hoſtes habitationes noſtras diruerunt. [20]. Sed audi-
te, vos mulieres, verbum Jehovæ, admittite auribus veſtris ſermonem oris mei, &
docete filias veſtras leſſum, & quævis amicam ſuam lamentationem. [21]. Mors enim
per feneſtras noſtras adſcendit, editas ædes noſtras ingreſſa eſt; ut infantem è platea,
juvenes è foris tolleret.
[22]. Loquere, *his verbis*: ſic ait Jehova: cadet humanum cadaver, inſtar ſtercoris,
in agri ſuperficiem, atque inſtar manipuli poſt meſſorem; nec erit qui id *in ſepulcrum*
recondat. [23]. Sic ait Jehova; ne glorietur ſapiens ſapientiâ ſuâ, neque jactet fortis for-
titudinem

ficas, aliàsque ſapientes mulieres, datéque operam, ut ad vos veniant. 18. Confeſtim de nobis leſſum tollant, vóſque unà cum illis lacrimemini. 19. Audita enim vox eſt è monte Sione, vox lamentantium, & dicentium: quo modo vaſtati ſumus, & tanto pudore adfecti, quia ſolum natale deſeruimus, & quia hoſtes domos noſtras diruerunt. 20. Sed audite, vos mulieres, verba Creatoris, ait ipſe: audite verba mea, & docete filias veſtras, & amicas leſſum hunc. 21. Mors enim veluti per feneſtras domos noſtras ingreſſa, licèt altas, ùt infantes è plateis & juvenes è foris tolleret.

22. Tu verò, Jeremia, ſic populares adloquitor: ſic loquutus eſt Creator, cadavera humana cadent inſtar ſtercoris, in ſuperficiem agrorum, aut inſtar manipuli poſt meſſorem; nec erit, qui ea in ſepulcrum inferat. 23. Quamobrem, ait Creator, non eſſe quod glorietur, qui ſe ſapientem eſſe putat, neque fortitudine, qui fortem eſſe credit;

ol jithhallel gibbor bigbouratho, ne laudet ſe fortis in fortitudine ſua. Hìc ב, & paſſim alibi *propter* ſignificat. Habemus hìc, ut Veteres loquebantur, bona animi, corporis & fortunæ, quorum cauſâ homines ſummopere gloriari & ſuperbire ſolent; & quibus omnibus longè præfert Deus, per Prophetam, Veræ Religionis profeſſionem, quæ certâ ejus cognitione nititur. Reverâ Sapientia humana, quantacumque ſit, arctis limitibus clauditur, & nimis ſæpe ei fidentes fallit. Eadem eſt ratio fortitudinis, ſive animi, ſive corporis, quam potiſſimùm hìc ſpectari crediderim. Divitiarum etiam poſſeſſio dubia eſt, atque incerta, neque morbos animi, & corporis curat. Quare non eſt, quod ejusmodi rebus gloriemur.

24. *Qui gloriatur*] Si quis velit gloriari.

Quod ſapiat & me norit] השכל וידוע אותי *haſchchel vejadoah othi*, ſapere & noſſe me. Ante utrumque hoc verbum, ſubaudiendum eſt ב *propter*, ut ex antecedentibus verbis liquet. Sententia totius loci eſt: ſi nobis homoncionibus gloriandum ſit, non propter prudentiam humanam, vires, aut divitias, quæ fallunt & eripi poſſunt, gloriandum eſt; ſed iis, quæ revelatione divinâ accepimus, quæ nec fallunt nos, nec umquam deſerunt; niſi ea, ſponte noſtrâ, deſeramus. Hæc autem gloriatio, non ad homines, ſed ad Deum tota refertur; cognitionem enim Dei non ſtudio & labore noſtro nobis comparavimus, ſed totam revelationi Divinæ debemus. Hic exclamat Hieronymus: *Ubi ſunt ergo, qui dicunt hominem proprio regi poſſe arbitrio, & ſic datam liberi arbitrii poteſtatem, ut Dei miſericordia tollatur ac juſtitia?* Neminem hoc dixiſſe putem, ne *Pelagium* quidem; ſed ſi quis dixit, ei hic locus adverſatur.

Sum enim Jehova &c.] Sententia eſt homines ſibi ipſos ideò tantùm gratulari oportere, quòd norint revelationem eius Dei; qui ſolus *beneficientiam*; (חסד *hheſed*) in homines exercet, quippe qui eos creavit, conſervat ac regit, bonísque omnibus animi & corporis cumulat; qui omnis *juris* (משפט *miſchphat*) auctor eſt, quod legibus & naturæ & revelatis conſtituit, & ſancivit; qui denique facit, ut *juſtitia* (צדקה *tſedakah*) ſit inter homines, ubicumque eſt, & legibus revelatis, & providentiâ ſuâ, ſine quibus nulla in terris eſſet. Omnium ergo bonorum Deo habenda eſt gratia, ſine quo non eſſent in terris.

Quia his delector] Deus delectatur benefaciendo, jura inter homines inſtituendo, útque ex iis regatur Civilis Societas efficiendo; quia hæc omnia ſunt ipſius naturæ conſentanea, quæ benefica & juſta eſt. Delectatur etiam iis, quæ ab hominibus Virtutibus, & Legibus ejus convenientia fiunt; quamvis omnes hominum Virtutes, & benefacta Deo debeantur.

25. *Pœnas ſumam de omni circumciſo*] *Viſitabo ſuper omnem circumciſum*; hos memorat in ſequentibus verbis, Ægyptios, nempe, Judæos, Idumæos, Loti poſteros & Iſmaëlis. De omnibus hiſce populis res aliunde nota eſt; exceptis Hammonitis, & Moabitis, qui in hoc ſolo loco circumciſi dicuntur, & qui aut Iſraëlitas, aut Iſmaëlitas, aut Ægyptios erant imitati. *Hieronymus* in locum:

Multarum, ex quadam parte, gentium & maximè quæ Judææ, Palæſtinæque confines ſunt, uſque hodie populi circumciduntur, & præcipuè Ægyptii, & Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, & omnis regio Saracenorum, quæ habitat in ſolitudine.

Propter præputium ejus] בערלה *beharelah*, in circumciſione. Primùm ב interpretati ſumus *propter*, ut ſuprà verſu 25. & alibi paſſim. Vide *Chr. Noldium* ad ſignif. particulæ XXXIII. Deinde pronomen *ejus*, ex re ipſa ſupplevimus. Quodnam verò eſt *præputium*, cujus pœnas luere poſſint *circumciſi*, qui eo carent? *Præputium*, nempe, *cordis*, ut habet, in ſequentibus verbis, Propheta. LXX. habent: περιτετμημένους ἀκροβυστίας αὐτῶν, non ſatis com-

Digitized by Google

titudinem ſuam, neque dives divitiarum ſuarum cauſâ ſe extollat. 24. Atqui gloriatur, ideò glorietur, quòd ſapiat & me norit; ſum enim Jehova, qui beneficentiam, jus & juſtitiam in terra exerceo, quia hiſce delector, inquit Jehova. 25. Dies mox aderunt, inquit Jehova, quibus pœnas exigam de omni circumciſo, propter præputium *ejus*; 26. de Ægyptiis, de Judæis, de Idumæis, de Hammonitis, & Moabitis, omnibúſque, quibus angulis *cæſaries* extrema eſt adtonſa, & qui deſertum habitant; nam omnes hæ nationes ſunt incircumciſæ, & tota domus Iſraëlis eſt incircumciſa animo.

Dehortatio à cultu falſorum Deorum, quorum nulla eſt potentia; adhortatio contraria, ad cultum veri Dei, qui omnia poteſt, expulſio Judæorum è ſolo patrio, querelæ de ea calamitate, precéſque eorum ad Deum.

CAPUT X. 1. AUDITE verba, quæ vobis proloquutus eſt Jehova, ô domus Iſraëlis. 2. Sic

dit; neque divitiis, qoi ſe divitem eſſe arbitratur. 24. Qui gloriatur, ideo tantum glorietur, quod me norit, & propterea ſapit. Sum enim Creator, qui jus & juſtitiam in terris exerceo, quia hæc exerceo, in terris, ait Deus. 25. Mox, ait ille, erit tempus, quibus pœnas mihi dabunt omnes circumciſi, tam alii, quàm Iſraelitæ; quod cùm præputio careant, vitiis tamen ſint perinde infecti; quamobrem pœnas mihi dabunt, quia cum careat præputio, non caret vitiis, qoorum præputium eſt imago; 26. & qoidem de Ægyptiis, de Judæis, de Idumæis, de Hammonitis, & Moabitis, ac omnibus, quibus extrema cæſaries eſt adtonſa, aut ſedes in ſolitudinibus. Quæ omnes gentes habent præputium, ut tota Jacobi proſapia eſt incircuncisa animo; ſeu infecta vitiis, quæ vocari meritò queant præputia animi, tam in animo, quàm in corpore, vocatur pelicula, quæ circumciditur.

PARAPHRASIS.

1. PRÆBETE aures, ô Poſteri Jacobi, iis, quæ proloquitur vobis Creator. 2. Sic autem dixit: Ne diſcatis inſtituta Gentiom; neque cœli

commodè. Sic & Latinus: *qui circumciſum habet præputium*. Multò elegantiùs ב vertas *propter*, quod ſequentibus verbis ſatis confirmatur.

Quibus cæſaries extrema eſt adtonſa] קצוצי פאה *ktſoutſe pheab*, tonſi extremitatis. Qua de re, vide notata ad Lev. XIX, 27. ubi oſtendimus ſignificari Arabes ſic adtonſos.

Qui deſertum habitant] Nempe, Arabiæ; quibus verbis, clariùs deſcribuntur Arabes.

Sunt incircumciſæ] ערלים *barelim*; nempe, corde; hoc eſt, vitiis omnibus coopertæ, quorum amotio, reſectione præputii, ſignificatur. Vide not. ad Gen. XVII, 11.

Incircumciſa animo] ערלי לב *barele leb*, incircumciſi corde. Hinc liquet, cur populi, quibus præputium carnis reſectum erat, dicantur incircumciſi.

COMMENTARIUS
In Caput X.

1. A*Udite verba*] *Verbum.*

Vobis] עליכם *balechem*, ſuper vobis, aut contra vos, aut vobis, אליכם *elechem*, ad vos ut à me referantur.

Inſtitatum] דרך *derech*, viam; quâ voce vitæ inſtitutum & mores ſignificautur ut vulgò notum.

Nec propter ſigna cœli terreamini] מאותות השמים אל תחתו *meotboth baſchamajim al thebbattbou. Signa cœli* non ſunt Aſtra, ut *Gaſpar Sanctius* aliique putarunt, quæ nuſquam in Scriptura ſic vocantur. Sic dicuntur quæ vulgò *præſagia*, apud Latinos, qualia ſunt Eclipſes Solis & Lunæ, Cometarum adparitiones, Meteora ignita variorum generum; quibus Vates & Magi, apud Chaldæos atque alius populos, futura portendi putabant, eáque prædicere audebant. Timoris, quem animis Orientalium injiciebant Eclipſes, inſigne exemplum, & quidem horum temporum habemus, apud *Herodotum* Lib. I. c. 74. ubi bellum deſcribens, quod Cyaxares, Medorum Rex, Alyatti, Lydiorum Regi intulerat: διαφέρουσι δὲ σφι ἐπὶ ἴσης τὸν πόλεμον, τῷ ἕκτῳ ἔτεϊ συμβολῆς γενομένης συνήνεικε ὥς τε τῆς μάχης συνεστεώσης, τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι· τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θάλης Μιλήσιος τοῖσι Ἴωσι προηγόρευε ἔσεσθαι, οὖρον προθέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον, ἐν τῷ δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή. οἱ δὲ Λυδοί τε καὶ οἱ Μῆδοι, ἐπείτε εἶδον νύκτα ἀντὶ ἡμέρης γενομένην, τῆς μάχης τε ἐπαύσαντο καὶ μᾶλλον ἔσπευσαν καὶ ἀμφότεροι εἰρήνην ἑωυτοῖσι γενέσθαι: *Quum verò pari fortunâ bellum utriſque cederet, ſexto anno pugnâ commiſſâ, contigit diem ſubitò noctem fieri. Hanc autem mutationem diei Thales Mileſius futuram prædixerat Jonibus; præfiniens annum hunc, quo immutatio facta eſt. Lydi, & Medi cùm vidiſſent noctem, pro die factam eſſe, à pugna deſtiterant, eòque propenſiùs utrique ad pacem inter ſe faciendam feſtinarunt.* Oſtendit autem *Dionyſ. Petavius* Doctr. Tempor. Lib. X. c. 1. contigiſſe Eclipſin Solis anno Periodi Julianæ

Digitized by Google

2. Sic dixit Jehova: inſtitutum gentium ne diſcatis, nec propter ſigna cœli terreamini, gentes enim propterea terrentur. 3. Nam inſtituta populorum ſunt ipſa inanitas; lignum enim è ſilva ſecat *homo*, *ſitque illud* opificium manuum fabri, ope mallei. 4. Argento & auro id exornat, claviſque & uncinis firmat, nec *ſignum* vacillat. 5. Sunt *Dii* illi inſtar palmæ, cujus rectus eſt truncus, non loquuntur, bajulantur, quia incedere nequeunt; ne eos timeatis, quia nocere non poſſunt, nec benefacere etiam eorum eſt. 6. Magnus es, ô Jehova, ita ut nemo ſit inſtar tui, magnum eſt *itidem* tuum nomen, propter *tuam* potentiam. 7. Quis tibi reverentiam non exhibeat, ô Rex Gentium, cùm tibi debeatur? in omnibus enim ſapientibus Gentium, ullóque earum regno nemo eſt tui ſimilis.

8. Pariter deſipiunt, & ſtultè ſe gerunt, lignúmque eruditionem inanem *iis* ſuppeditat. 9. Argenti lamina è Tharſiſia adfertur, surúmque ex Uphaco, *ut* operâ artificis, & conflatoris manu *elaborentur*; hyacinthináque & purpurea ſunt eorum indumenta, quæ omnia

cœli ſignis vos terreant, ut Gentes terrent. 3. Inſtituta enim illa earum ſunt inania; cùm arbores ſecent in ſilvis, quæ manu artificis, in ſtatuas Deorum ſuorum, ope mallei & aſciæ fabricant 4. Quo facto eas tegunt auro vel argento, adfiguntque baſi, ne cadant, & ne auferantur. 5. Sunt Dii illi inſtar trunci Palmæ, qui rectus eſt; nec tamen loquuntur, nec incedunt, nec timendi ſunt. Nec timendi à vobis, quia nocere nequeunt magis, quàm prodeſſe.

6. At maximus es, ô Creator, ut nihil ſit tibl æquiparandum, magnum itidem eſt nomen tuum, propter tuam omnipotentiam, quam experti ſumus. 7. Quis te non revereatur, ô Rex omnium Gentium, cùm ea reverentia tibi debeatur; nec in ulla Gente, inter eos, qui alios Deos colunt, tibi ſit æquiparandus?

8. Pariter deſipiunt gentes, & ſe ſtultas oſtendunt, qui putant ſe à ſtatuis ſapientiores fieri. 9. Argenti laminæ adſeruntur è Tharſiſia, aurumque ex Upbaco, nt ab artificibus elaborentur. Tum etiam adduntur byacinthinæ, & purpureæ

næ 4117. ante Chriſtum 597. Olympiadis XLV, 4. n. d. IX. Julii proleptici, horâ unâ, poſt ſolis ortum, & 16. minutis primis, fuiſſéque obſcurationem 9. digitorum & 22. minutorum. Satis liquet tantâ Eclipſi territos Medos, & Lydos, omiſſâ pugnâ, pacem feciſſe. Quæ inciderunt in annum tertium Sedekiæ; quibus maximè temporibus, vaticinabatur Jeremias. Ad hanc tamen Eclipſin eum reſpexiſſe non adfirmarim, cùm inter *ſigna cœli*, non Eclipſes tantùm, ſed & Cometas, & Meteora ignita retulerim.

3. *Inſtituta populorum*] חקות *hhukkoth*, LXX. νόμιμα, Latinus: *leges*, quibus etiam conſuetudines continentur.

Lignum enim è ſilva &c.] Exemplum eſt inanitatis inſtitutorum, quæ apud Ethnicos obtinebant, quod tamen ad *ſigna cœleſtia* nihil facit. Sed ſi, in tanta re, quanta erat cultus divinus, tum turpiter errabant, non mirum erat, eos in ſignorum cœleſtium interpretatione labi, & errare.

Secat homo] כרתו *chratho*, ſecat eum; Deum, nempe, futurum. Tales ſunt deſcriptiones fabricationis Deorum apud Eſaïam Capp. XL, & XLIV.

Mallei] במעצד *bammahatſad*. LXX. Intt. χώνευμα interpretantur incommodè. Hieronymus: *aſciâ*. Sed eſt *malleus* Eſaïæ XLIV, 12. ubi inter inſtrumenta fabri ferrarii hoc recenſetur.

4. *Argento, & auro id exornat*] Simulacrum, nempe, ὑπόξυλον deſcribitur, in quo lignum laminis aureis, vel argenteis, tegitur.

Claviſque & uncinis] במסמרות ובמקבות *bmaſmeroth oubmakkaboth*, clavis & perforationibus. Cùm, quid propriè hæc ſint, certò nemo hodie dixerit, priùs *clavos* vertimus, poſterius *uncinos*, quod utrique uſui eſſe poſſint ſtatuæ ligneæ in baſi firmandæ. Poſterius certè à נקב *nakab*, perforavit, deducitur, quod convenit uncino baſi infixo, & ſuperiore parte pedes ſtatuæ retinente. LXX. habent: σφύραις καὶ ἥλοις, Latinus inverſo ordine: *clavos & malleos*.

5. *Inſtar palmæ, cujus rectus eſt truncus*] כתמר מקשה *chthomer mikſchah*. Poſterior vox eſt propriè actio ducentis in longitudinem aut latitudinem quidpiam malleo, ubi de metallo ſermo eſt; hîc ubi agit Propheta de arbore, quæ recto caudice ſurgit, rectitudinem trunci ſpectari credidimus; quod nec malè convenit ſtatuæ erecto ſitu ſtanti. Omnia hîc ſunt turbata in LXX. Intt. ut quid verterint intelligere nequeas. Latinus: *in ſimilitudinem palmæ fabricata ſunt*.

Non loquuntur] לא ידברו *lo jedabberou*, quod verti etiam poſſit, *loqui nequeunt*. Loquutas ſtatuas aliquando quidem prodidere Ethnici, ſed mendacia hæc erant, hominúmque doli, non fraudes cacodæmonum, quæ ab hominibus intelligi non potuiſſent, ut jam diximus.

Nec benefacere etiam eorum eſt] וגם היטיב אין אותם *vegam hetib en otham*, etiam benefacere non eum illis, vel penès illos. Vide infrà C. XVI, 18. LXX. Intt. ἀγαθὸν οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς. Latinus: *nec malè poſſunt facere, nec bene*.

6. *Magnus es, ô Jehova, ita ut nemo ſit inſtar tui*] מאין כמוך יהוה גדול אתה *meen chamocha Jehova gadol atthah*. Invertendus ordo, hoc modo: Jehova, magnus es, ita ut nemo ſit ut tu. Hæc eſt vis præpoſitionis מ, in eo ſitu. Vide ſuprà Cap. VII, 32.

Propter tuam potentiam] בגבורה *bigbourah* in potentia, pro בגבורתך *bigbourathcha*, propter potentiam tuam.

7. *Quis tibi reverentiam non exhibeat*] *Quis non timebit te?*

omnia *ſunt* opificia peritorum *artificum*. [10]. At Jehova Deus verus eſt, Deus vivus & Rex mundi: præ ira ejus terra contremiſcit, nec indignationem ejus gentes ferre poſſunt. [11]. Sic dicetis iis: Dii, qui cœlum & terram non fecerunt è terra pereant, & ſub cœlo *exterminentur*. [12]. Qui fecit terram, potentiâ ſuâ, qui paravit orbem ſapientiâ

reæ veſtes, ut iis induantur ſtatuæ. 10. Verùm Creator ſolus eſt verus Deus, & vivus Rex Mundi. Ejus irâ tota terra contremiſcit, nec Gentes ſunt ejus indignationi pares. 11. Sic illas adloquere, de Numinibus ſuis: ſcitote, Deos illos veſtros, qui Cœlum & Terram non crearunt, debere exterminari, neque ſub Cœlo ferri. 12. Ille demum Deus, qui fecit Terram, omnipotentiâ ſuâ, qui paravit totum Orbem, eumque inſtruxit neceſſariis, quique providentiâ ſua Cœlum circa nos extendit.

Nemo eſt tui ſimilis] מאין כמוך *meen chamocha*, *quàm nemo ſicut tu*. Abundat מ, niſi ſit mendum Librariorum.

8. *Pariter*] באחת *beehhath*, in una. Hoc eſt, pariter ac ſimul. Subauditur פעם *phaham*, quaſi eſſet בפעם אחת *bephoham ehhoth*, unâ vice, aut ſimile quiddam. Sic ſumitur, ἀπὸ μιᾶς. Luc. XIV, 18.

Ligniúmque eruditionem inanem &c.] מוסר הבלים עץ הוא *mouſar habalim hets hou*, eruditio inanitatum lignum illud; hoc eſt, è Theologia Deorum ligneorum nihil poteſt hauriri, quod ſit ullius pretii. Ejuſmodi erat Theologia Phœnicia, cujus fragmenta nonnulla habet *Euſebius* Præparationis Evangel. Lib. I. Nec ſanior fuit Chaldæorum Theologia, cujus, λείψανα collegit *Thomas Stanleius*, in Philoſophia Orientalium, quàm Latinè olim vertimus.

9. *Argenti lamina*] כסף מרקע *cheſeph mrukkah*, argentum conflatum. LXX. Intt. ἀργύριον προσβλητόν. *Theodotion*: ἀργύριον ἐλατόν. Latinus: *argentum involutum*. Significari omnino videtur argentum in laminas, aut maſſas conflatum & malleo tuſum, ac ductum. Vide Exod. XXXIX, 3. & Eſaïæ XL, 19.

E Tharſiſia] Vide not. ad Gen. X, 3.

Ex Upeazo] מאופז *meouphaz*. LXX. Intt. Μωφὰζ, *Theodotion*: ἐξ Ὠφὶρ, Latinus: *de Ophaz*. Sunt qui velint eundem ſignari locum ac voce *Ophir*, alii alium; ſed locum eſſe liquet, ex præfixa præpoſitione, ubi verò fuerit incertum. *Eſt idem nomen*, Dan. X, 5. ait Grotius. *Eſt inſula* Πάζω *in India, memorata Stephano, ex Alexondro Polyhiſtore. Creditur eadem eſſe, quam in mari Rubro* Topazon *Plinius adpellat, unde gemmæ* Topazio *nomen, quæ* פז phaz *Jobo. In eam inſulom cuncta ex India perferebantur, atque inde diſtribuebantur, inter remotiores Gentes. Ideò* aurum Ophir *hic explicat Chaldæus*. Neſcio ubi exſtet locus ille *Stephani*, certè invenire non potui; nec Inſula Topazus huc quidquam facere videtur. Probabiliùs *Sam. Bochartus*. Phalegi Lib II. c. 27. locum in inſula Taprobana quærit, ubi ſinus *Phaſis*, quæ ad nomen Hebraïcum adludunt. Apud Jobum XXVIII, 17. & Cant. V, 11. פז genus auri dicitur, an à loco unde petebatur, an aliunde neſcio. Sed ſine dubio præſtans aurum ſic vocatur.

Ut operâ artificis & conflatoris manu elaborentur.] *Opus artificis & manus conflatoris*; hoc eſt, quod operâ artificis & manu conflatoris indiget, ut inde fiat ſtatua:

Hyacinthinúque & purpurea] תכלת וארגמן *thechbeleth veargaman*, hyacinthus & purpura. Vide de utroque *Sam. Bocharti* Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 11.

Eorum indumenta] Pallia, nempe, & Tunicæ, quæ ſtatuis imponebantur, nec tamen obſtabant, quominùs ſtatua aureis, vel argenteis laminis tecta cerneretur. Ornabant enim ſtatuas, inſtar hominum, patebátque caput, crura item & brachia, ut pretioſa metalla cerni poſſent.

Peritorum artificum] *Sapientium*, quo nomine intelliguntur peritiſſimi talium artifices.

10. *Jehova Deus verus eſt*] יהוה אלהים אמת *Jehovah elohim emeth*. Deus Creator veritas; hoc eſt, verus Deus, & fortè legendum אלהי אמת *elohe emeth*, Deus veritatis; hoc eſt, verus, pro ſollemni loquendi genere Hebræorum.

Rex mundi] מלך עלם *melech holam*, quod verti etiam queat Rex æternitatis; hoc eſt, æternus.

11. *Sic dicetis iis* &c. Hic verſus eſt Chaldaïcâ Linguâ ſcriptus; unde collegit *Jonathan* hæc verba à Jeremia ad eos ex Judæis, qui jam tum in Chaldæa erant, miſſa fuiſſe ut eos commonefaceret, ne Chaldæorum Deos colerent. Sic enim hunc verſum exprimit. *Hoc eſt exemplar Epiſtolæ, quam miſit Jeremias Propheta, ad reliquos ſeniores transmigrationis, qui erant in Babylonio: ſi enim dixerint vobis populi, inter quos vos habitatis*: ô domus Iſraëlis, colite idola, *ſic reſpondebitis & ſic dicetis eis*: Idola, quæ vos colitis, idola ſunt, quorum nullus eſt uſus. E cœlo nequeunt deducere pluviam, neque è terra producere fructus. Ipſa & cultores eorum peribunt è terra, atque abſumentur è locis, quæ ſunt ſub cœlo hoc. Hæc *Jonathan*, ſed parum credibile eſt talia à Jeremia ſcripta ad Judæos exſules, quos quidem alienos Deos, etiam imperantis populi colere nefas erat; ſed nihil neceſſe fuit iis palam conviciari, quod ſine præſentiſſimo periculo fieri non poterat. Ideò Judæi poſtremorum temporum finxerunt etiam Legem, quaſi à Moſe latam, quâ vetabantur Judæi Diis aliorum populorum maledicere. Vide *Joſephum* Ant. Jud. Lib. IV. c. 2. & *Joan. Seldenum*. De Jure N. & G. Lib. II. c. 13. Crediderim hunc verſum Chaldaïcè ſcriptum, ut qui meliùs Chaldaïcè norant, quàm Hebraïcè, & in Chaldæa verſabantur, rem altiùs memoriæ infigerent, non ut Chaldæis talia in os ogg ererent; quod periculoſum Judæis & inutile Chaldæis fuiſſet.

12. *Qui paravit*] מכין *mechin*. Quod verti

pientiâ, quíque providentiâ cœlum extendit: [13]. cùm vocem mittit, ſonitus aquarum in cœlo [illegible]tur, evehit ex ultima terra vapores, fulgura cum pluvia creat, atque è theſauris ſuis ventum emittit. [14]. Omnis homo ſtultior fit *ſuâ* ſcientiâ: pudore adficitur omnis conflator, propter ſculptilia; nam conflata ejus *ſigna* fallacia ſunt, neque ſpiritus eis

tendit. 13. Is terram creavit potentiâ ſuâ, Orbem ſuâ ſapientiâ paravit; & cùm tonuit in cœlo, aquæ copiam in terras demittit, ventumque ſimul, veluti è theſauris, quò vult flare patitur.

14. Omnes homines imaginum cultores, qui ſe doctos putant, inani opinione ſcientiæ, fiunt ſtultiores & pudore ſuffunduntur, cùm ſtatuis nul-

ti etiam poſſit *firmavit*. LXX. ἀνορθώσας. Latinus: *præparat*.

Providentiâ ſuâ] בתבונתו *bitbbounatbo*. LXX. ἐν τῇ φρονήσει. Vulgatus: *in prudentiâ ſuâ*. Aptiùs *providentiam Dei* dixeris, quàm *prudentiam*; quamvis enim poſterior vox, ubi ſermo eſt de hominibus, adhibeatur, de Deo tamen agendo, *providentiam*, πρόνοιαν rectiùs dicas.

13. *Cùm vocem mittit*] לקול תתו *lkol thittbo*, ad vocem dare ejus. Intelligitur tonitru.

Sonitus aquarum &c.] Frequentiſſimè enim ventus pluvius tonitrua comitatur, aut ſequitur. LXX. duas priores voces omiſerunt, niſi librariorum culpâ in eorum Codicibus exciderint. Latinus: *Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum*. Sed violatur analogia grammatica, ejuſmodi verſione. Vertenda hæc ſunt, quaſi hic eſſet vocum ordo לתתו קול *letbitbo kol*. Præterea המון *bamon* hìc potiùs *ſonitum* vertas, quàm *multitudinem*, quæ ſignificatio obtinet, ubi ſermo eſt de hominibus. Radix המה propriè eſt *ſtrepitum*, aut *ſonitum emiſit*.

Evehit ex ultima terra vapores] ויעלה נשאים מקצה ארץ *vajjaleb nſchiim mikketſa arets*, fecit adſcendere vapores, (aut meteora) *ab extremitate terræ*. נשאים *nſchiim* propriè dicuntur quæ adtolluntur, quod vaporibus potiſſimùm convenit. Vide infrà LI, 16. & Prov. XXV, 14.

Fulgura cùm pluvia creat] ברקים למטר עשה *brakim lammathar baſchab*. ל ante מטר perinde eſt, ac עם *cum*. Vide particulæ ſignif. IX. apud *Chriſt. Noldium*.

E Theſauris ſuis] Poſſunt intelligi loca, per quæ vapores ſparſi ſunt, quibus in certam cœli partem emiſſis creantur venti. Vide Job. XXXVIII, 22. Pſ. CXXXV, 7.

14. *Omnis homo ſtultior fit ſuâ ſcientiâ*] נבער כל אדם מדעת *bibhar chol adam middahatb*, ſtultus fit omnis homo à ſua ſcientia. Non videntur hæc eſſe universè de humana quavis ſcientia intelligenda; ſed de peritia ſtatuariorum, qui Deos ſtultè fabricabant, & ſtultiùs colebant. Certè eo tantùm ſpectant ſequentia, & verâ ſcientiâ homines fiunt ſapientiores, quippe quæ eſt rectæ Rationis fructus, cum timore Dei conjuncta.

Pudore adficitur] הוביש *bobiſcb*. Volunt eſſe quaſi à forma יבש, ut ſit conjugatio Hiphil, ſed hic conjugationem paſſivam poſtulant ſequentia verba. Itaque mallem legi in Hophal הובש *houbaſcb*. Sic LXX. κατῃσχύνθη, & Vulgatus: *confuſus eſt*, nec aliter locus verti poteſt. Verbotenus eſt: *factus eſt pudefieri*. Nempe, conflator, qui ſtatuam à ſe conflatam, aut faber, qui fabricatam à ſe adorabat, nihil niſi pudorem referre ex ea poterat, cùm culta auxilium cultori nullum ferret; quò ſpectant ſequentia verba: *nam conflata ſigna fallacia ſunt*.

Fallacia ſunt] שקר *ſcbeker*, mendacium; hoc eſt non aliter fallitur, qui à ſtatua auxilium exſpectat, quam qui ab homine mendace. Exſpectabant quidem Ethnici auxilium à Deo, quem ſtatuæ adeſſe putabant; ſed cùm nullus adeſſet, meritò deceptos eos à ſtatuis, ait Propheta, cùm ad eas Deos commentitios colerent.

Eis] *In iis*, בם *bam*, quia quævis ſtatuæ intelliguntur, non una; nam antecedentia nomina, ſingularis numeri licèt, multitudinem complectuntur.

Neque ſpiritus eis ineſt] Putabant homines ſuperſtitioſi Numina, inconſpicuâ ratione, ſtatuis ſibi conſecratis adeſſe; quod negat Propheta. Crediderim ex hiſce, aut ſimilibus Judæorum & poſtea etiam Chriſtianorum exprobrationibus, ortas eſſe Sacrificulorum fraudes, quibus plebeculæ, in Syria, & in Ægypto, perſuadebant ſtatuas Deorum moveri, & oracula edere, Deóſque proinde iis adſuiſſe. Scriptor de Dea Syria, inter opera *Luciani*, de Templo Hierapolitano: ἔνι δὲ καὶ ἔργα ἐν αὐτῷ πολυτελέα, καὶ ἀρχαῖα ἀναθήματα καὶ πολλὰ θωύματα καὶ ξόανα θεοπρεπέα, καὶ θεοὶ δὲ κάρτα αὐτοῖσιν ἐμφανέες. ἱδρώει γὰρ δή ὦν παρά σφισι τὰ ξόανα. καὶ κινέεται καὶ χρησμηγορέει, καὶ βοὴ δὲ πολλάκις ἐγένετο ἐν τῷ νηῷ, κλεισθέντος τοῦ ἱροῦ, καὶ πολλοὶ ἤκουσαν: *In eo autem ſunt & pretioſa opera, & antiqua donaria, & multa mirabilia, & divinæ ſtatuæ. Diique iis præſentes. Apud eos enim ſtatuæ ſudant, moventur & oracula edunt; & clamor ſæpe auditus eſt in templo, cùm fanum eſſet clauſum.* Quæ omnia erant fraudes humanæ ad vulgus credulum & ſuperſtitioſum decipiendum idoneæ. Sic & *Suidas* in vocibus διαγνώμων & Ἡραΐσκος: Ἡραΐσκος αὐτοφυὴς ἐγένετο διαγνώμων τῶν τε ζώντων, καὶ μὴ ζώντων ἀγαλμάτων· εὐθὺς γὰρ ἐμβλέπων, ἐτίτρωσκε τὴν καρδίαν ὑπὸ τοῦ θειασμοῦ, καὶ ἀνεπήδα τό, τε, σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὥσπερ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατάσχετος. εἰ δὲ μὴ κινοῖτο τοιοῦτον, ἄψυχον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἄγαλμα καὶ ἄμοιρον θείας ἐπιπνοίας· οὕτω διέγνω τὸ ἄρρητον τὸ ἄγαλμα τοῦ Αἰῶνος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατεχόμενον, ὃ Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν ὁμοῦ, κατὰ μυστικὴν θεοκρασίαν: Heraïſcus, *ipſo naturæ inſtinctu, animata & inanimata ſimulacra dignoſcere poterat. Quamprimùm enim ea conſpexiſſet, cor ejus quaſi vulnerabatur & ipſe extra ſe raptus, corpore & animo exſultabat, quaſi numine quodam adflatus eſſet. Quod ſi eâ ratione non commoveretur, inanimatum erat ſimulacrum illud, ac divini adflatûs expers. Sic cognovit arcanum illud ſimulacrum Æternitatis à Deo inſeſſum, quod Alexandrini colebant, cum eſſet ſimul Oſiris, & Adonis, myſticâ quadam Deorum miſturâ.* Animata, nempe, à Diis illa ſimulacra ſudabant, ut aiebant ſuperſtitioſi, movebantur atque oraculo

cis in eſt. 15. Sunt *mera* inanitas, opúſque errorum, & tempore quo *homines* pœnas dant, *ſimul Dii* pereunt. 16. Ejuſmodi non eſt pars Jacobi, nam omnia finxit, Iſraelque eſt ſceptrum, quod poſſidet. Jehovæ *Deo* exercituum ei nomen eſt.

17. Collige è terra merces tuas, ô *puella* quæ habitas in loco munito. 18. Sic enim dixit Jehova: *inſtar lapidis* è funda *emiſſi*, excutiam hac vice, incolas terræ, & anguſtias iis creabo, in quas incidant. 19. Væ mihi! propter cladem meam, plaga mea dolorem mihi creat; ego verò dicebam: profectò hic eſt morbus meus, cum *æquo animo* feram. 20. Tentorium meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei rupti, filii mei egreſſi ſunt, nec

nullus inſit ſpiritus. 15. Sunt inanes Dii, & opera errantium; cumque eorum cultores pœnas dant, ſimul inanes Dii pereunt. 16. Deus Iſraelitarum ejuſmodi non eſt, omnium enim eſt Creator, & Iſrael eſt veluti ſceptrum, quod habet, & vocatur Creator & Deus exercituum.

17. Collige e terra merces tuas, ô puella, quæ habitas loca munita Jeroſolimæ; 18. ſic enim ait Creator; inſtar lapidis fundâ excuſſi ejiciam, hac vice, incolas terræ Iſraeliticæ, in anguſtias maximas cogam, in quas incident. 19. Væ mihi, propter cladem in quam incidam! Hic eſt meus dolor, ſed quem æquo animo feram. 20. Domus mea expilata eſt, & filii mei aufugerunt; nec

racula fundebant. Quæ omnia ſimulabantur, ut Judæis & Chriſtianis os occluderetur.

Neque ſpiritus eis ineſt] Res erat manifeſta, ſed Syriæ Deæ Sacerdotes, & Ægyptii finxerunt ζῶντα ξόανα, *viva ſimulacra*.

15. *Sunt mera inanitas*] הבלהמה *habel hemmoh*, inanitas illa. Juvare nequeunt. Hæc ſatis oſtendunt non idem ſenſiſſe Prophetam, quod ii, qui putant Cacodæmonas, qui *Poteſtates aëris* vocantur, adfuiſſe ſtatuis, & præſtigiis perpetuis eorum cultores feſelliſſe. Non ſunt enim *inanitas*, niſi cum Deo vero collati, ceteroqui potentiam habent humanâ multò majorem.

Opuſque errorum] מעשה תעתעים *mahaſcheh thathuhim*. Vox deducitur à תעה *erravit*, & verè quidem, ſed præterea plurali numero & repetitione radicalium crediderim multiplices errores ſignificari. LXX. Intt. μάταιά ἐστιν ἔργα ἐμπεπαιγμένα. Hieronymus: *opus riſu dignum*.

Tempore, quo homines pœnas dant] *Tempore viſitationis eorum;* nempe, qui colunt ſtatuas.

Simul Dii pereunt] Eſt tantùm יאבדו *jobedou*, peribunt. Sed res ipſa oſtendit de ſtatuis, ſive Diis, verbum hoc intelligendum, quaſi eſſet יחד אלילים יאבדו *jahhad elilim jobedou*. Reverà deleta gente, aut urbe idololatricâ, unà cum ea peribant commenticii Dii, quos habuerat; quia auferebantur ſtatuæ, propter pretioſa metalla, quibus erant tectæ.

16. *Pars Jacobi*] חלק יעקב *hhelek Jahokob*. Sic paſſim vocatur Deus, quem ſoli Iſraëlitæ colebant.

Nam omnia finxit] כי יוצר הכל *chi jotſer hacchol*; eſt enim fictor, hoc eſt, creator omnium; qui cum nullo populo perire poteſt, quidquid ei populo contigerit calamitatis.

Sceptrum] Regnum. Eſt שבט נחלתו *ſchebet nahhalatho*, ſceptrum poſſeſſionis ejus.

17. *Collige è terra merces tuas*] אספי מארץ כנעתך *iſphi meerets chinhatbech*. Propter hanc vocem כנעתך *mercem tuam*, credidimus ſignificari Tyrum mercibus abundantem, cùm præſertim cetera, quæ hìc habentur, ei ad amuſſim conveniant, ut extemplò oſtendemus. Scire autem convenit, hiſce temporibus, ſtetiſſe antiquam Tyrum Παλαιτυρον, quæ erat ſita in continenti, è regione inſulæ, in qua recentior Tyrus condita eſt. Prædixit hæc Ezekiel C. XXVI. ad quod hac de re agemus. Hîc verò res obſcuriùs innuitur à Jeremia, jubente Tyrum è *terra colligere merces ſuas*; hoc eſt, quidquid habebat mercium in continenti in agro ſuo ac finitimis, in vicinam inſulam transferre atque illic in Apothecas condere.

O puella, quæ habitas in loco munito] יושבת במצור *joſchebeth bammatſor*; habitans in munitione, quod, nempe, in loco munito naturâ & arte ſita eſſet Tyrus, unde dicitur Joſ. XIX, 29. עיר מבצר צר *hir mibtſar Tſor*, urbs munitionis Tyrus; quo factum, ut tertio decimo anno, à victore Gentium Nebuchadnetſare, capi demum potuerit, ut oſtendit *Joan. Marshamus* ad ſæculum Ægyptiacum XVII. p. 537. Ed. Lond. *Puellam* autem addidimus, quia Prophetæ, κατὰ προσωποποιΐαν, urbes ſic compellare ſolent. Mirè verterunt hìc LXX. Intt. συνήγαγεν ἔξωθεν τὴν ὑπόστασίν σου κατοικοῦσα ἐν ἐκλεκτοῖς. *Hieronymus* verò: *congrega de terra confuſionem tuam, quæ habitas in obſidione*. Quod de Jeroſolima interpretari, ſed fruſtra, conatus eſt vir doctiſſimus *Lud. Cappellus*.

18. *Inſtar lapidis è funda excuſſi*] Uno verbo Hebraïcè קולע *koleah*, fundâ projicient; hoc eſt, mox projiciam. Reſpicit autem Propheta ad victorias Nebuchadnetſaris, qui Ægyptum Cœle-Syriam & Phœnicen, jam à patre ſubactas & rebellantes, iterum imperio Babylonico parere coëgit. Quod docet *Joſephus* Ant. Jud. Lib. X. c. 11. & Lib. I. contra Apionem, è *Beroſo*, cujus hæc ſunt verba: ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβυπολάσσαρος (ſic enim legendum, cum viris doctiſſimis) ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Κοίλην Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην τόποις, ἀποστάτης αὐτοῦ γέγονεν, οὐ δυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβυχοδονοσόρῳ, ὄντι ἐν ἡλικίᾳ, μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἔπεμψεν ἐπ' αὐτόν. συμμίξας δὲ Ναβυχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ καὶ παραταξάμενος αὐτοῦ τε ἐκράτησε καὶ τὴν χώραν ἐκ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποιήσατο: *Cùm audiſſet pater ejus Nabupolaſſarus Satrapam, præfectum in Ægypto, locisque Syriæ Cavæ & Phœnices, ab ipſo deſeciſſe, nec poſſet ipſe diutius labores militiæ pati, permiſſâ filio Nabuchodonoſoro, ætate florenti, parte quadem exercitûs, eum miſit in illum. Cùm verò Nabuchodonoſorus adſequutus eſſet perduellem & ſigna cum eo contuliſſet, eum vicit, regionémque*

Digitized by Google

nec comparent; nemo eſt, qui tendat ulteriùs tentorium meum, aut cortinas meas ſtatuat. 21. Deſipuerunt paſtores, nec Jehovam quæſiverunt; quamobrem proſperè nihil egerunt, diſperſæque ſunt pecudes, quas paſcebant. 22. En fama *ad me* venit, tumultus magnus è terra ſeptemtrionali, ut in ſolitudinem atque habitationem draconum redigantur urbes Judæ. 23. Novi, ô Jehova, in hominis poteſtate non eſſe viam ejus, neque cujusvis, qui ambulat, greſſus ſuos dirigere. 24. Caſtiga me, ô Jehova, ſed cum modo, non in ira tua, ne me ad paucos redigas. 25. Effunde iram tuam in gentes, quæ nomen tuum non invocant; quia comederunt Jacobum, comederunt atque abſumſerunt eum, habitationémque ejus deſolarunt.

Caſti-

nec uſquam comparent, nec quisquam eſt, qui rerum mearum curam gerat. 21. Deſipuerunt Magiſtratus, neque ad Deum confugerunt, nec quidquam iis bene ceſſit, diſſipatique ſunt populi, quos regebant. 22. Ad me venit fama magni tumultûs, è ſeptemtrionalibus plagis; adferturque rumor, fore ut urbes tribûs Judæ, in ſolitudines, converterentur, quales ſunt in iis, in quibus vivunt Dracones. 23. Probè novi, ô Creator, non eſſe in poteſtate quorumvis hominum, qua ratione vivant; neque omnium, qui gradiantur, greſſus ſuos, quò volunt, dirigere. 24. Tuum eſt, ô Creator, nos caſtigare; quod, quæſo, facias, ita ut poſſimus ferre pœnas, quas à nobis repetes, ne nos ad paucos redigas. 25. Indignationem tuam effunde in nationes, quæ te non noverunt; quia Jacobi poſteros expilarunt & agros ejus deſolarunt.

PARA-

gionémque iterum in poteſtatem redegit. Brevi ergo tempore omnes illi tractus, inſtar lapidis fundâ emiſſi, in poteſtatem Babyloniorum rediere, nec multò pòſt Nabuchodonoſorus Patri ſucceſſit. Non mirum eſt calamitates Tyriorum miſceri Judæorum rebus adverſis, nec tempora adcuratè obſervari; non ſunt enim Prophetiæ Hiſtoriæ quædam ævi futuri, ordine temporum digeſtæ.

19. *Propter cladem meam*] על שברי *hal ſchibri*, propter rupturam meam. Vulnus, aut clades ſic paſſim vocatur. Propheta hîc ad clades Iſraëlis redit, & Judæum quempiam inducit, aut ſe ipſum querentem, nomine populi, de calamitate ſibi illata, à prædonibus.

Hic eſt meus morbus &c.] Hoc eſt, hæc calamitas privatim mihi contigit, incolumi populo; itaque æquo animo feram, dum Judæ regnum incolume eſt.

20. *Tentorium meum* &c.] Voce *Tentorii* domus, ut paſſim, deſcribitur; exceptis enim iis, qui pecudes, in deſertis oris, paſcebant, domos habebant Iſraëlitæ, iis temporibus.

Funiculi mei &c.] Funibus enim tenſis & paxillis adligatis, erigebantur, & ſtatuebantur tentoria. Hîc verò videtur Propheta domum perfractam & dirutam deſcribere.

Egreſſi ſunt] יצאני *jetſauni*, hoc eſt, יצאו ממני *jatſeou mimmenni*, à me exiverunt, è tentorio meo abierunt, nec comparent. Sæpe in ſuffixo præpoſitiones latent.

Nemo eſt qui tendat &c.] Nemo eſt, qui domum dirutam inſtauret.

21. *Paſtores* &c.] Nempe, Reges Judæ.

Proſperè nihil egerunt] לא השכילו *lo hiſchchilou*, ſubaudiendum דרכם *darcham*, vias ſuas, eſt enim verbum activum. Perperam LXX. Intt. οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομή. Vulgatus: *non intellexerunt.*

22. *Fama*] *Vox auditionis.* Rumor de advenientibus Chaldæis.

E terra Septemtrionali] Vide Cap. I. 14, 15.

23. *In hominis poteſtate non eſſe viam ejus*] כי לא לאדם דרכו *chi lo laadam darcho*, quòd non eſt hominis, vel homini, via ejus; hoc eſt, non eſſe in hominis poteſtate facere, ut bene cedant ejus conſilia. Eventus enim à Deo pendet; *Hieronymus* refert ad mores, cùm ſic habeat: *erubeſcant novi prædicatores, qui ajunt, unumquemque ſuo arbitrio regi.* Reguntúrne igitur alieno? Tum verò alieni illius arbitrii, ſi peccarent, eſſent delicta & rectè facta, non ipſorum. Verùm hîc non ſermo eſt de Virtute, aut Vitio, ſed de Conſiliorum eventu.

Neque cujuſvis qui ambulet] לא לאיש הולך *lo leiſch holech*, non viri ambulantis.

Greſſus ſuos dirigere] והכין את צעדו *vehachin eth tſahado.* Abundat ו. *Dirigere* autem *greſſum*, eſt ita ſe gerere, ut finem optatum conſequatur. Vide Pſ. XXXVII, 23.

24. *Caſtiga me*] יסרני *jaſſereni*, quod verborum quidem caſtigationem propriè, ſed tralaticio ſenſu eam, quæ fit modicâ poenâ, ſignificat.

Sed cum modo] אך במשפט *ach bmiſchphat*, ſed in judicio. Qui irati puniunt modum judiciorum excedunt; ſed qui ex *jure*, vel *judicio*, modum legibus præſcriptum ſervant; unde factum, ut במשפט ſignificet hic modicè, ut & Cap. XXX, 11. למשפט *lmiſchphath*, pro jure.

Non in ira tua] Ira enim modum non ſervat. Vide Pſ. VI, 2. Quod non ita capiendum, quaſi Propheta credidiſſet Deum iraſci, inſtar hominum, & iratum non ampliùs intra modum conſiſtere. Sunt hæc à Divina Natura prorſus aliena. Eſt loquendi genus ex hominum more deſumtum, quod eſt è natura ipſa rei emolliendum, non ad vivum reſecandum.

Ne me ad paucos redigas] פן תמעיטני *phen thambiteni*, ne (*populum*) ad paucos redigas. Quod ſe non facturum Deus pollicetur C. XXX, 11.

25. *Effunde iram tuam* &c.] Imitatus eſt Propheta Pſalten Pſ. LXXIX, 6. ubi vide notata.

Haditationem ejus] נוהו *navehou.* LXX. Intt. νομὴν αὐτοῦ. Vulgatus: *decus ejus.* Caulæ quidem paſtorum eâ voce ſignantur, ſed & quamvis etiam domum ſignificat. Poteſtatem vocis *Hieronymus* derivavit à נאה *naah* decere, pulcrum eſſe, non ſatis commodè.

Caſtigantur peccata Judæorum, quibus graves pœnas minatur Deus; inſidiæque Hanathothenſium in Jeremiam memorantur.

CAPUT XI.

1. VERBA Jehovæ ad Jeremiam, in hanc ſententiam. 2. Audite verba fœderis hujus, & adloquimini viros Judæ, & *præſertim* incolas Jeroſolimæ. 3. Iis dicet: ſic dixit Jehova, Deus Iſraëlis: maledictus eſto, quisquis verbis fœderis hujus non auſcultarit; 4. quod præcepi obſervandum Majoribus veſtris, eo tempore, quo eos eduxi ex Ægypto, è fornace ferrea, his verbis; auſcultate voci meæ, & facite hæc, pro omnibus, quæ vobis mandabo, eritíſque mihi in populum meum, ego verò in Deum vobis ero; 5. ut ratum facerem jusjurandum, quod dederam Majoribus veſtris, fore, ut eos terrâ lacte & melle fluente donarem, qualem hodie *habetis*. Reſpondi verò: Amen, ô Jehova.

6. Dixit iterum Jehova mihi: hæc omnia verba pronunciato in urbibus Judæ, & *præſertim* in plateis Jeroſolimæ, dicens: audite verba fœderis hujus, eáque exſequimini. 7. Etenim conteſtatus ſum Majores veſtros, quo tempore eos è terra Ægyptia eduxi, ad hunc uſque diem, dum mane ſurgo & conteſtor eos his verbis: audite vocem meam; 8. nec

PARAPHRASIS.

1. VERBA Creatoris ad Jeremiam, in hanc ſententiam: 2. Audite verba mei fœderis vobiſcum, eáque repetite audientibus Judææ populis, & præſertim Jeroſolimitanis. 3. Iis dicito: ſic loquutus eſt Creator, Deus Iſraelitarum: maledictus eſto, qui non audiverit fœderis hujus mei leges; 4. quas tuli Majoribus veſtris, à tempore, quo eos Ægypto eduxi, quam fornacem ferream vocare meritò poſſitis, his verbis: audite vocem meam, & præ omnibus quæ vobis mandata dabo; ut ſitis mihi populus ſingulari modo mihi conſecratus, útque ſim vobis Deus; 5. ut ratum eſſe juberem jusjurandum meum Majoribus veſtris datum, fore, ut eos terra fertiliſſima donarem, qualem nunc colitis. Reſpondi verò me adſentire.

6. Dixit mihi iterum Creator, oportere ut hæc omnia eſſe nunciarem urbibus Tribûs Judæ, & præſertim Jeroſolimæ; nam illic per plateas, incolas hortari me oportere, ad obſervationem fœderis hujus: 7. & Deum conteſtatum eſſe eorum Majores, cùm eos eduxerat ex Ægypto ad hunc diem,

COMMENTARIUS
In CAPUT XI.

2. A*Udite*] Adloquitur quidem Deus potiſſimùm Jeremiam, ſed videtur hîc, cum eo, compellare etiam homines pios, qui idem ac ille ſentiebant, & populi mores improbabant. Propterea plurali *audite*, & aliis, qui ſequuntur, utitur.

Fœderis hujus] Nempe, Moſaïci, ut ſequentia oſtendunt.

3. *Maledictus eſto*] Vide Deut. XXVII, 26.

4. *Quod præcepi*] Fœdus enim Dei ſunt leges ab eo latæ, qua de re diximus *Artis Criticæ* Part. II. Sect. 21. c. V, 9. *& ſeqq.*

Eritis mihi in populum &c.] Vel, *ſietis populus.*

5. *Amen*] Quæ eſt formula adſenſûs & *ratihabitionis*. Vide Deut. XXVII.

8. *In contumacia*] בשררות *biſchirouth*. Vide C. IX, 14.

Omnes minæ] כל דברי הברית *chol dibre habbrith*, omnia verba fœderis; hoc eſt, omnes minæ, ſed verbum nullum habent proprium Hebræi, quo *minas* dicant, uti nec quo *promiſſiones*, certè quæ nobis occurrant in Scriptura, quamvis ſint commodiſſima.

9. *In viris Judæ*] *In viro Judæ.*

10. *Reverſi ſunt* &c.] Hæc erat conjuratio, aut conſpiratio Judæ tribulium, quod omnes, aut fermè omnes, in Majorum ſuorum Idololatriam, revoluti eſſent.

Majorum ſuorum veterum] אבותם הראשנים *abotham hariſchonim*, patrum ſuorum primorum, aut priorum. LXX. Intt. τῶν πατέρων αὐτῶν τῶν πρότερον. Malè Hieronymus: *iniquitates patrum ſuorum priores*, nam ראשנים *riſchonim*, quod maſculinum eſt, conſtrui nequit cum עונת *havonoth*, inquitates, quòd eſt fœmininum: ſed ad quam ætatem *antiqui* illi Judæorum Majores referri debeant, non eſt facilè dictu; ſatis eſt antiquiores multò fuiſſe, temporibus Jeremiæ.

11. *Faciam nunc, ut contingat iis*] *Ecce ego venire faciens in eos.* Τὸ *ecce* & participium præſens, quod ſequitur, rem ſignant paullò pòſt futuram; nempe, excidium Jeroſolimæ, & Judæorum captivitatem.

Quâ ſe expedire non poterunt] *Non poterunt exire ex illa.* Nullâ enim ratione, vim Chaldæorum effugere potuerunt.

13. *Nam pro numero urbium* &c.] Hæc verba jam habuimus Cap. II, 28. ubi vide notata.

Pudendis Diis] לבשת *labboſcheth*, pudori; hoc eſt, Diis quorum pudere eos oportuit, & reverâ pudebit, cùm ſe ab iis non adjuvari animadvertent, in quibus fiduciam ſuam collocarant.

15. *Quid*

8. nec tamen audiverunt, vel aures ſuas inclinarunt, ſed quisque in contumacia pravi
ſui animi perrexit; *ego* verò, iis ut contingerent omnes minæ hujus fœderis, effeci, quod
impoſueram iis, ut obſervarent, nec tamen obſervarunt.
9. Dixit etiam mihi Jehova: deprehenſa eſt conjuratio in viris Judæ, ínque incolis
Jeroſolimæ. 10. Reverſi ſunt ad iniqua facta Majorum ſuorum veterum, qui obtem-
perare verbis meis renuerunt, ſed ſequuti ſunt Deos alienos, ut eos colerent; irritúm-
que fecerunt domus Iſraëlis & domus Judæ fœdus meum, quod cum earum Majoribus
pepigeram. 11. Quamobrem ſic dixit Jehova: faciam nunc, ut contingat iis calamitas,
quâ ſe ſe expedire non poterunt, & inclamabunt quidem me, ſed eos non audiam.
12. Ibunt urbes Judæ & *potiſſimùm* incolæ Jeroſolimæ, ut clamoribus invocent Deos,
quibus ſuffitum obtulerunt; nec eos, tempore calamitatis ſuæ, ſervabunt. 13. Nam *pro*
numero urbium tuarum fuerunt Dii tui, ô Juda, & *pro* numero platearum, ô Jeroſoli-
ma, ſtatuiſtis aras pudendis *Diis*, atque altaria ad ſuffitum Bahali offerendum. 14. Tu
verò, *Jeremia*, ne orato pro populo iſto, néve eorum cauſâ clamorem tollito, precéſque
fundito; neque enim eos exaudiam tempore, quo me, calamitatis ſuæ causâ, ora-
bunt.
15. Quid eſt *negotii* ei, quem amo, in Æde mea, dum *plebs* facinora multa admittit?
Caro

diem, à matutino tempore ad veſpertinum, his verbis: audite vocem meam; 8. nec tamen ei morigeri fuerunt, ſed quiſque in contumacia ſua pervicaci perrexit. Ego verò effeci, ut exſequutioni mandarentur minæ omnes mei ſœderis, quod feceram cum iis; nec tamen mihi obſequuti ſunt.

9, Dixit etiam Creator mihi, deprehenſam fuiſſe obſtinationem tribuum Judæ, & potiſſimùm Jeroſolimitanorum. 10. Reverſi ad ſcelera antiqua Majorum ſuorum; qui adorabant aliena Numina; quomodo irritum fecerunt fœdus meum cum Juda, quod eum Majoribus eorum pepigeram.

11. Quamobrem Creator dixit ſe facturum, ut nùnc opprimerentur calamitatibus, quibus ſe expedire non poſſent, quamvis eum invocarent, quia eos non exauditurus eſſet. 12. Urbes Tribus Judæ & præſertim Jeroſolima invocabunt alienos Deos, quibus ſuffitum obtulerunt, & qui eos ex adverſis rebus nequaquam liberabunt. 13. Singulis urbibus fuerunt ſua Numina, Judæ poſteris, & pro numero platearum ſuarum, in quibus eorum imagines erectæ ſunt pudendis Diis, atque altaria ad quæ offerrent ſuffitus Bahalibus. 14. Tu verò, ô Jeremia, pro iſto populo nolito me orate; neque enim preces, pro eo oblatas, exaudiam, temporibus eorum calamitoſis; quæ meriti ſunt.

15. Quid poteſt eſſe negotii ei, quem amo, in Æde

15. *Quid eſt negotii ei, quem amo*] *Quid eſt dilecto meo domi meæ*, מה לידידי בביתי *mah lididi bebethi*. Quia ſequentia fœminino genere exprimuntur, videretur legendum לידידתי *lididathi*, unde LXX. τί ἡ ἠγαπημένη. Ceterùm *amatus*, vel *amata*, eſt populus aut gens Judaïca, cui antea Deus beneficiis ſuis maximum amorem teſtificatus erat. Ei, interrogatione hac, Deus negat in Templo ſuo quidquam fuiſſe negotii; quia ab improbis coli nolebat, & Templum ſuum adiri ægrè ferebat, ab improbis, aut idololatris.

Dum plebs facinora multa admittit] עשותה המזמתה הרבים *haſchothah hammezimmathah harabbim*, dum ea facit molitionem ſuam multos. De induſtria ἰσολοκίσαμεν, ut licentia Hebraïcæ Linguæ Lectori magis pateſieret. Primùm עשותה eſt pro בעשותה *behaſchotha*, referetúrque ſuffixum fœminium ad *filiam Sionis*, vel urbem Jeroſolimam. מזמתה *mzimmatha* eſt foeminini generis, & numeri ſingularis, cùm adjectivum הרבים *harabbim* ſit plurale & maſculinum. Tam frequens eſt miſtura generum & numerorum, ut dubitare nequeamus, quin ita ſolerent loqui Hebræi; quamvis frequentiùs tamen regulas obſervarent. Alioqui negligentiæ ſummæ inſimulandi eſſent Judæi Librarii & imperitiæ; quo magis non eſſet tanta quàm in lectione Novi Teſtamenti, quod tamen, ad ſummam rerum quod adtinet conſervatum eſt. Parum prudenter Maſſorethis diligentia longè major tribuitur Judæis Librariis, quàm Chriſtianis.

Caro ſacrarii mei à te abibit] בשר קדש יעברו מעליך *baſchar kodeſch jabaherou mehalajich*, caro ſanctitatis, vel ſacrarii tranſibunt à te. Sententia eſt victimarum partes, qui adtributæ erant Sacerdotibus, Lege Moſaïca, iis non ampliùs datum iri, everſo Templo. Quamvis enim ſit ſuffixum fœmininum, referatúrque ad Jeroſolimam, adloquitur Propheta Sacerdotes, quorum multi, ſine dubio, erant Jeroſolimitani.

Quia in nequitia tua tunc exultas] כי רעתכי אז תעלזי *chi rahathechi az thahalozi*. Subaudiendum ב ante רעתכי, ut paſſim alibi. Exprobrat Deus Jeroſolimæ, quòd eo ipſo tempore, quo maximè peccabat in Moſaïcas Leges, exſultaret & geſtiret, quaſi re bene geſtâ. Quantopere impediti hìc fuerint Veteres eorum verſiones, quamvis verborum exiguam rationem habuerint, prolatis eorum verbis, manifeſtum fiet. LXX. Intr. Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα; μὴ εὐχαὶ καὶ κρέα ἅγια ἀφελοῦσιν ἀπό σου τὰς κακίας σου, ἢ τούτοις διαφεύξῃ, *Hieronymus* verò: *Quid eſt, quòd dilectus meus, domi meæ, fecit ſcelera multa? numquid carnes ſanctæ auferent à te nequitias ſuas, in quibus gloriata es?* Nec propiùs ad Hebraïca acceſſit *Jonathan*, qui habet: *Quid eſt populo huic, qui erat dilectus coram me? Reliquerunt cultum Ædis Sacrarii mei, inierunt conſilium, ad peccandum*

Caro ſacrarii mei à te abibit, quia in nequitia tua tunc exſultas. 16. Oleam virentem, jucundámque eximio fructu, nomine te adpellarat Jehova; *ſed* ad ſtrepitum magni tumultûs, ignem ei injiciet, & ramos ejus, franget. 17. Jehova enim *Deus* exercituum, qui te plantarat, prædixit tibi calamitatem, propter nequitiam domûs Iſraëlis, & domûs Judæ,

Æde mea, dum plebs tot facinora facit, & dum ille me invocat in Æde, quam polluunt? Caro, quæ in Sacrario offertur Jeroſolimitano, nulli proderit, quia plebs in nequitia, eo ipſo tempore, exſultat, quo deberet vel maximè ei valedicere. 16. Creator vocarat Jeroſolimam Oleam virentem, & jucundam eximióque fructu te dixerat; ſed ad tumultum magni exercitûs, patietur ei ignem injici, patietur & ramos ejus frangi. 17. Creator enim Deus exercituum, qui te plantarat, ô Jeroſolima, tibi

caudum multùm; cùm miſcent carnem abominationum cum carne conſecrata; migrabunt à te; propter malitiam tuam, tunc eras fortis. Grotius verò hæc in Hebræo eſſe putabat: *an caro ſancta faciat tranſire ſuper te* (id eſt, diſſimulare) *quòd in malitia tua pridem exſultaſti.* Sed מעליך *mebalacha*, non eſt *ſuper te*, ſed *à te*, & יעברו *jababerou*, non eſt idem cum יעבירו *jababirou*, poſterius enim eſt activum, prius non eſt. Nec feliciter interpretari videtur: an victimæ legitimæ purgare te poterunt à victimis contra legem oblatis. Nec minùs ſudant hìc alii Recentiores, quorum interpretationes memorare, nedum confutare, longum eſſet.

16. *Oleam virentem*] Poſſit fieri ut Jeremias reſpexerit ad Hoſ. XI, 7. ubi Iſraël confertur cum *olea*, poſtquàm ad officium rediiſſet. Poſſit & reſpici ad alium locum Prophetæ, qui interciderit.

Jucundam eximio fructu] יפה פרי תאר *jepheb phri thoar*, pulcràm fructu formæ, vel formoſo.

Sed ad ſtrepitum magni tumultûs] לקול המולה גדולה *lkol hamoula gdolah*; ad vocem *ſtrepitùs magni.* Malim המלה *hamoulah* deducere ab inuſitata radice המל, quæ ſignificarit *tumultuari*, ut המן *haman*, quàm à מלל malal, *loqui.* Sic & Ezech. I, 24. המלה *hamullah*, propter omiſſum ו, *tumultum* ſonat, & utrobique punctatur per *Chateph-pathach*, nec ſequitur *Dageſch*, quod ſolet τῷ *Heb* emphatico ſubjungi. LXX. Int. à מול *circumcidere* derivarunt, habent enim: εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς, omiſſâ voce גדולה *gdolah*, magnæ; Latinus à מלל *loquutus eſt*, cùm verterit: *ad vocem loquelæ grandis*, quaſi eſſet grandiloquentia cauſa excidii Iſraëlis. Sed exemplum ejus ſignificatûs nusquam occurrit, nec loco admodum convenit. *Jonathan* neſcivit, quid ſibi hæc vellent, cùm ſic hæc verba expreſſerit: *& nunc, cùm transgreſſa es legem.* Malim ergo hæc intelligere, loco Ezekielis fretus, de tumultu magno exercitûs Chaldæi.

Ignem ei injiciet] הצית אש עליה *hittſith eſch baleah.* Hujus formationis in *Hiphil*, vide exempla ad idem tempus verbi יצב, in Theſauro Buxtorfiano.

Ramos ejus frangent] Nempe Chaldæi. De arbore loquentes Græci, aut Latini metaphoras tam diverſas non ita conjungerent, *ignem ei injiciet, & frangent ejus ramos*; ſed dicerent potiùs, frangent ejus ramos, eóſque comburent. Sed talia non faſtidit Lingua Hebraïca, nec eſt ad concinnitatem Græcæ aut Latinæ revocanda. Satis eſt his verbis perniciem Jeroſolimæ, ſub imagine oleæ, cui ſecantur rami, ut conburantur, deſcribi.

17. *Prædixit*] דבר *dibber*, loquutus eſt, ἀντὶ τοῦ *prædixit*, aut *mmatus eſt*, qualibus verbis carent Hebræi.

Altaria] Subaudiendum omnino מזבחות *mizbebboth*, altaria; ſi modò non exciderit; ſequitur enim לקטר *lkatther*, ad ſuffiendum; quod fiebat in altari.

Quò me, inquit] Supplevimus, *inquit*, quia eſt oratio directa Dei loquentis. Eſt in Hebraïcis: *ut me irritarent, ut ſuffirent Babali.* Sed eum ordinem verborum non fert Lingua Latina.

18. *Effecit, ut nota mihi fierent* &c.] Hic eſt ordo Hebræorum verborum: *Patefecit mihi & cognovi, tunc oſtendiſti mihi eorum molimina.* Nihil mutavimus in ſententia, ſed vocem מעלליהם *mabalalehem*, ut commodior ordo & Linguæ Latinæ convenientior eſſet, ad ſuperiora retraximus. Eam vertimus *molimina*, non *facta*, aut *inſtituta*, qui proprius ejus eſt ſignificatus, quia de conſilio contra Jeremiam ſermo eſt, quod exſequi non potuerunt Judæi.

19. *Inſtar agni vel bovis*] Conjunctio non eſt in Hebræo, ſed כבש אלוף *chebeſch alloupb* eſt pro ככבש או אלוף *chechebeſch o alloupb*, ſunt enim nomina duorum animalium. LXX. tamen: ἀρνίον ἄκακον, & Vulgatus: *agnus manſuetus.* Sed אלוף hoc nuſquam ſignificat, apud Hebræos. Malè etiam *Jonathan*: כאמר בחיר *ut agnus electus* contra ejuſdem Linguæ uſum. Multa loca obſcurarunt Ellipſes non intellectæ.

Conſilia] *Cogitationes, cogitaſſe*; ſed ſequentia oſtendunt non cogitaſſe tantùm Judæos de occidendo Jeremia, ſed etiam colloquutos eſſe.

Perdamus arborem in virore ejus] נשחיתה עץ בלחמו *naſchbhithah bets blabhmo.* Duæ priores voculæ ſunt claræ, ſed poſtrema à nemine, quem equidem norim, eſt intellecta. Plerique *panem ejus*, quaſi eſſet לחם *lebhem*, panis, ſed nullus eſt ſenſus, nec qui *fructum*, aut *granum* verterunt, ullo certo Linguæ Hebraicæ uſu nituntur. Legantur Interpretes, & de eorum, vel me tacente, interpretationibus judicium feratur. Contrà interpretatio noſtra, ut videtur, eſt loco convenientiſſima, oſtenditque proverbiale eſſe loquendi genus, quo ſignificatur mors violenta hominis etiamnum ætatis virentis. Sed quî tu, inquies, *virorem* hìc invenis? Ego verò, inquam, facillimè & analogiæ Grammaticæ convenientiſſimè. Nimirum לח *virorem* ſignificat, ut notiſſimum eſt,

Judæ, quæ fecerunt ſibi *altaria*, ut ſuffitum offerrent Bahali, quò me, *inquit*, irritarent.
18. Jehova autem effecit, ut nota mihi fierent eorum molimina, éáque novi; tunc ea,
ô Deus, mihi oſtendiſti. 19. Fui ego inſtar agni, *vel* bovis, *qui* abducitur, ut mactetur;

tibi prædicit has calamitates, propter nequitiam ſobolis Jacobi, quæ Iſraelis Domus vocata eſt, & ejus, quæ Judæ dicta eſt, quia ſibi fecerunt altaria, in quibus offerrent ſuffitum commenticiis Diis, qui Bahales ſolent vocari, ut me irritarent verum Deum.

18. Creator fecit, ut talia mihi innoteſcerent. Imò tu, ô Deus, iſta pateſeciſti. 19. Alioqui fuiſſem inſtar agni, vel tauri, qui abducitur neſcius, ut mactetur. Neque ſciebam conſpiraſſe contra me, cùm dicerent, inter ſe, arborem ſibi, dum vireſcit, exſcindendam, ne in poſterum mentio

eſt, & וֹ eſt adfixum ſingulare tertiæ perſonæ, non minùs ac plurale. Vide 2. Sam. XIX. 25. Job. XXVII, 23. Pſ. XI, 7. Itaque לַחְמוֹ eſt *viror ejus*.

LXX. Intt. habent in Cod. Romano: δεῦτε καὶ ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, & Vulgatus ſimiliter: *mittamus lignum in panem ejus*, quæ non conſentiunt cum Hebraïcis, nam נשחיתה eſt conſtanter *perdamus*, *corrumpamus*, nuſquam *jaciamus*. In Cod. Alexandrino eſt: εἰς τὸν ἄρτον τράχηλον, ubi poſterior vox gloſſema eſſe videtur. Jonathan: *jaciamus venenum mortiferum in ejus cibum*. Sed merum eſt figmentum hominis, ſe ſe minimè hinc extricantis; quamquam eum probat *Grotius*. Prima vox verti nequit *jactamus*, neque ſecunda עץ ſimpliciter *venenum*, quamvis poſſint eſſe venenata ligna. *Juſtinus* Martyr in Dial. cum Tryphone Judæo, p. 298. Ed. Par. contendit à Judæis, è Codicibus, quibus utebantur, hæc verba reſecta fuiſſe, non in omnibus, quæ tamen in Hebraïcis, non minùs quàm in Græcis etiamnum legimus. Quare bono viro fucus à nonnemine factus videtur. Nec veriùs eſſe crediderim, quod ait, ut rationem reddat, cur non in omnibus Codicibus fuerit reſectus hic verſus: πρὸ γὰρ ὀλίγου χρόνου ταῦτα ἐξέκοψαν, *ante enim exiguum tempus hæc reſecuerunt*. Cauſa reſectionis probabilior non eſt: ἐπειδὰν ἐκ τούτων τῶν λόγων ἀποδεικνύηται ὅτι ἐβουλεύσαντο Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀναιρεῖν αὐτὸν σταυρώσαντες βουλευόμενοι· καὶ αὐτὸς μηνύεται, ὡς καὶ διὰ τοῦ Ἠσαΐου προεφητεύθη, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὰς ἀγόμενον, καὶ ἐνθάδε ὡς ἀρνίον ἄκακον. *Quia ex hiſce verbis demonſtratur Judæos conſilium habuiſſe de ipſo Chriſto, de tollendo eo per crucifixionem deliberantes. Ipſe etiam ſignificatur, ut & per Eſaïam prædictum eſt, ut ovis ad mactationem ductus, & hìc ut agnus innocens.* Sed non erat cur Judæi ſuſpicarentur de Chriſto hìc agi, eo quòd ſimilis eſſet apud Eſaïam locus, qui non credebant de eo apud eum Prophetam agi, præter quàm quòd dici hoc poteſt de quovis innocente, qui ſecurus ad mortem ducitur, ac proinde non malè in Jeremiam quadrat, quem inſcium è medio tollere volebant Judæi illi Hanathothenſes.

Hieronymus tamen, ad hunc locum: *Omnium Eccleſiarum iſte eſt conſenſus, ut ſub perſona Jeremiæ à Chriſto hæc dici intelligant, quòd ei Pater monſtraverit, quomodo eum oporteat loqui, & oſtenderit illi ſtudia Judæorum; & ipſe quaſi agnus ductus ad victimam non aperuerit os ſuum*, & non cognoverit, *ſubauditur peccatum*. Imò verò non cognoverat Jeremias prava Judæorum conſilia, antequàm ei à Deo revelata fuiſſent. Res eſt manifeſta, & Chriſtus probè norat, ſe à Judæis ad mortem traditum iri, quod ſæpiùs prædixit. Conſenſus Eccleſiarum non eſt hìc majoris ponderis, quàm ſententia de θεοπνευστίᾳ Verſionis LXX. Intt. Nec ſatis nota erat iis temporibus ratio, quâ Scripturam explanari oporteat. Pergit verò *Hieronymus*: *& dixerunt* mittamus lignum in panem ejus; *crucem, videlicet, in corpus Salvatoris. Ipſe eſt enim, qui ait:* ego ſum panis, qui è cœlo deſcendit, *& eradicemus, ſive conteramus eum de terra viventium.* Verùm quia Chriſtus dixit: *ego ſum panis* &c. ideóne ſequitur *mittere lignum in panem ejus*, perinde eſſe ac *mittere corpus ejus in crucem*? Non puto. Attamen non multò poſt: *Judæi*, inquit, *& noſtri Judaïzantes* (Nazaræi, ut videtur) *hæc ex perſona Jeremiæ dici intelligunt; qui propter vaticinium futurorum & ingruentia captivitatis mala, hæc eum à populo ſuſtinuiſſe confirmant.* At dicere non potuerunt Judæi, aut Nazaræi Jeremiam occiſum fuiſſe, propter vaticinia, & propter ingruentia captivitatis mala, cui ſe ſuperſtitem fuiſſe docet ipſe, in hoc ſuo Libro, Jeremias. *Sed neſcio*, ait Hieronymus, *quomodo poſſint adprobare crucifixum eſſe Jeremiam, cùm hoc ſcriptura non memoret; niſi fortè cogitaverint, & non fecerint.* Verè ſanè, ſed hoc à Judæis & Judaïzantibus, dictum non puto. Tandem claudit Commentarium, in hoc Caput, his verbis: *Ut autem nos omni interpretationis moleſtia liberemur, illam ſequamur regulam;* QUOD *omnes Prophetæ in typum Domini Salvatoris pleraque geſſerint, & quidquid, juxta præſens tempus completum ſit in Jeremia, hoc in futurum de Domino prophetari.* In quibusdam admitti regula poteſt, in quibus ſine contorſione res ab iis dictæ in Chriſtum quadrant; non ubi torquenda ſunt eorum verba, ut faciunt, qui hìc crucifixionis typum invenire conantur.

Verùm ecce tibi virum Sacræ Critices profectò peritum *Lud. Cappellum* ſimilia, in Notis ad hunc locum, molientem, & vertentem נשחיתה עץ בלחמו *perdamus ligno carnem ejus*, & ſubjicientem: *Verba ſunt de Chriſto magis, quàm de Jeremia dicta, quibus Crucis Chriſti ſupplicium ſignificatur; ubi manifeſta eſt Hypallage*, pro נשחיתה בעץ לחמו. *Jam verò* לחם *carnem ſignificat Soph.* I, 17. *& ſanè vox* לחם *Arabicè hoc propriè & paſſim ſignificat.* Similia antea ſenſerant & adtulerant etiam plura loca *Val. Schindlerus*, in Lexico, & *Lud. de*

tur; neſciebam enim eos iniviſſe conſilia contra me, *cùm dicerent*: perdamus arborem in virore ejus, exſcindamus eum, è terra viventium, nec nomen ejus ampliùs memoretur. 20. Sed Jehova, *Deus* exercituum, judicat de innocentia, explorat renes & cor. Videam verò, *ô Deus*, ultionem à te de iis *ſumendam*, nam tibi litem, quæ mihi cum iis erat, aperui. 21. Propterea ſic dixit Jehova *mihi*, de viris Hanathothenſibus: qui inſidiantur vitæ tuæ, *tibique* dicunt: ne nomine Jehovæ vaticineris, nec manibus noſtris mortem oppetes; 22. propterea, *inquam*, dixit Jehova *Deus* exercituum: mox ego ſupplicium de iis exigam; juvenes gladio morientur, & filiæ eorum interibunt fame. 23. Nullæ earum erunt reliquiæ, faciam enim, ut contingat calamitas hominibus Hanathothenſibus, anno quo pœnas dabunt.

Quæri-

tio ejus fieret, néve in poſterum nomen meum proferretur (*quia id nomen ſignificat* attollet Creatorem, *quem adorare deſiderant Jeroſolimitani.*) 20. Sed aliter Creator, Deuſque idem exercituum, qui novit etiam arcanas hominum cogitationes, aliter de innocentibus judicat, déque eorum innocentia aliter ſtatuit, cui eſt notiſſima. Videam verò, ô Deus, ultionem, quam de malis ſumes; nam tibi litem, quæ mihi cum iis eſt, aperui. 21. Itaque dixit mihi de viris Hanathothenſibus, eos, qui vitæ meæ inſidiantur, & mihi dicebant, non oportere me, nomine Creatoris, vaticinari; quod ſi omitterem, me, eorum manibus, non occiſum iri. 22. Propterea, inquam, ait Creator, idémque Deus exercituum, mox ſupplicium ſe ſumturum de Hanathothenſibus, eorum juvenes gladio occiſum iri, & puellas fame perituras; 23. nullas eorum ſuperfuturas reliquias, eo anno, quo pœnas daturi eſſent.

PARA-

de Dieu, ad hunc locum; ſed loca illa perperam ſunt adlata, ut expendentibus liquebit; longiores enim æquo eſſemus, ſi proferenda hîc atque excutienda eſſent; præterquàm quòd, inventâ verâ vocis לחוש ſignificatione, in hoc certè loco, fruſtra laboraremus. Itaque plura non addemus.

20. *Judicat de innocentia*] *Judicans juſtitiam.*

Explorat renes &c.] Ideóque novit quis ſit verè, non fucatè pius. Nam *renes* hîc perinde eſt ac ſi eſſet animum.

Videam verò, ô Deus] Duas poſteriores voculas, perſpicuitatis causâ, addidimus. LXX. Intt. antea vertunt יהוה κύριε, & Latinus: *Domine*; quod abſurdum non eſt, ſed alterum maluimus, cùm ſæpiſſimè ſupplenda ſit vox *Deus*.

Litem, quæ mihi cum iis erat] ריבי *litem meam.*

Aperui] *Revelavi*, non quaſi ignoranti, ſed in precibus, apud te, de eorum improbitate querens. Lis ea in re ſita erat, ut ſequentia oſtendunt, éque aliis Prophetiarum harum locis liquet. Alioqui ſi tacuiſſet, nihil erat cur eum malè haberent populares. Sed verè judicavit ſatius eſſe parere Deo, quàm hominibus, quacumque ratione monita ejus exciperent.

21. *Sic dixit Jehova mihi* &c.] *Sic dixit Jehova de viris Hanathothenſibus, qui quærunt animam tuam, dicens.* Poſtrema vox לאמר *lemor*, ſubjici debuit, ſolitâ ratione loquendi, verbo אמר *amar*, dixit; rémque ſic vertendo expreſſimus.

Manibus noſtris] *Manu noſtrâ.* Hanathothenſes ergo volebant eum interficere, ni deſineret talia nomine Dei vaticinari; nam ſi falsò dixiſſet, veluti nomine Dei, fore ut non irent in captivitatem, libenter talia audiviſſent.

22. *Propterea, inquam*] Supplendum fuit *inquam* Latinè loquenti, quamvis non ſoleant ita loqui Hebræi.

Interibunt fame] Deſolatâ longè, latéque Judæâ, & Jeroſolimâ ad famem redactâ, in quam vicinorum oppidorum incolæ videntur profugiſſe; deſidentibus domi mulieribus, dum viri mœnia urbis defenderent.

Anno, quo pœnas dabunt] שנת פקדתם *ſchnath phekudatham*, anno viſitationis eorum; qui videtur fuiſſe annus, quo capta eſt Jeroſolima. שנת eſt pro בשנת *biſchenath*, ἐν ἐνιαυτῷ, ut habent LXX. Intt. Latinus conſtruxit cum ſuperioribus: *inducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum.*

COM-

Queritur Jeremias, apud Deum, de improborum Judæorum rebus ſecundis, iiſque vaſtitatem agrorum minatur; nec malis eorum vicinis meliorem ſortem pollicetur.

1\. JUSTUS eris, ô Jehova, ſi tecum contendero; verùm tamen jura tecum pro- CAPUT
loquar. Quare vitæ inſtituto improborum bene cedit, & perfidi quique ſecu- XII.
rè agunt? 2. Plantaſti eos, etiam radices egerunt, perrexerunt quoque fructum profer-
re; *at* tu quidem proximus es labiis eorum, ſed remotus ab eorum renibus. 3. Tu
verò, Jehova, noſti me, perſpexiſti me, exploraſti cor meum *eſſe* tecum. Abripe
eos ſicut minutam pecudem ad mactationem paráque eos ad diem internecionis.
4\. Quamdiu lugebit terra, atque omnis herba agri areſcet, propter nequitiam incolarum?

PARAPHRASIS.

1\. PROBE novi, ô Creator; ſi tecum contendere adgrediar, fore, ut tu quidem juſtus comperiaris, verum tamen tecum rem, quæ juſtitiæ conſentanea videtur, etiam proluquar; Quare improbis ſæpe omnia bene cedunt, & perfidi quique ſecurè agunt? 2. Eos certis ſedibus donaſti, ubi radices egerunt, & liberos genuerunt, quamvis in ore tantùm eorum ſis, quando de te loquuntur, & legibus tuis contraria cœpta adgrediuntur. 3. Tu verò, ô Creator, animum meum perſpexiſti eſſe legibus tuis conſentaneum. Abripe malos, ſicut minutam pecudem, ad mactationem paratam, & para eos ad diem internecionis.
4\. Quamdiu lugebit terra noſtra, & omnis herba

COMMENTARIUS
In CAPUT XII.

1\. J*Uſtus eris Jehova*] צדיק אתה יהוה *tſadik atthah Jehovah*, juſtus Jehova; nempe, comperieris. Vide Pſ. LI, 6.

Jura tecum proloquar] Nihil dicam, niſi quod manifeſti juris non ſit, ſi dixero dudum improbos pœnas dare debuiſſe. Homines, nempe, brevis ævi, nec ſat iram ſuam coërcentes, impatienter ferunt moras, quas Deus improbis concedit. *Grotius* hìc *judicia* interpretatur *modica*, ut Cap. X, 24. Sed eo loco eſt משפט in ſingulari, hìc in plurali משפטים, quod *jura*, aut *ſupplicia* ſignificat ubique.

Quare vitæ inſtituta &c.] *Cur via improborum proſpera eſt.* Rectè *Grotius* hæc non de Babyloniis, ut *Jonathan* aliique Judæi, ſed de ipſis Judæis interpretatur, quod ſequentibus confirmatur.

Perfidi quique ſecurè agunt] כל בוגדי בגד *chol bogede beged.* Intelliguntur Judæi, qui perfidè ſe ſe erga Deum geſſerant, ac qui fœdus ejus, quod ſe obſervaturos promiſerant, turpiter fregerant.

2\. *Plantaſti eos*] Hìc, ut alibi, confertur Iſraël cum planta ex Ægypto in Chananæam adlata, atque in ea *plantata*; quæ loquutio tralaticia primam conſtitutionem Reipublicæ Populi Iſraëlitici in promiſſis ei agris Chananæorum, deſignat. Vide Pſ. XLIV, 4. & antea C. XI. 17. & infrà XXIV, 6.

Radices egerunt] In poſſeſſione firmati ſunt, Vide Eſaïæ XXVII, 7. 2. Reg. XIX, 30.

Perrexerunt quoque fructum proferre] *Iverunt, etiam fecerunt fructum.* LXX. Intt: ἐτεκνοποιήσαντο καὶ ἐποίησαν καρπὸν Pro prima voce, eſt Hebraicè ילכו *jelechou*, *iverunt*, cujus loco legerunt, aut legendum cenſuerunt, ילדו *jaledou*, genuerunt, ſed *ire & fructum proferre* idioma eſt Hebraïcæ Linguæ; quo ſignificatur rei, de qua ſermo eſt, continuatio Vide Job. I, 4.

Proximus es labiis &c.] Reverenter quidem de te loquuntur, ſed tibi ex animo non credunt, nec parent. Nam hìc *renes* animum ſignificant, ut C. XI, 20. *corda & renes* dicuntur intimi animi receſſus, ſicut & multis aliis locis.

3\. *Cor meum eſſe tecum*] לבי אתך *libbi itthach*, cor meum tecum; hoc eſt, animum meum tibi adhærere.

Abripe eos] התיקם *hattikem*, evelle eos. Hæc vota illorum temporum indolem redolent; quæ molliri queant, ſi ſubaudiamus, *niſi reſipiſcant.* Neſcio tamen, an Propheta eam exceptionem precibus hiſce addi voluerit, in tanta nequitia Judæorum, & pertinacia in vitiis.

Para eos] הקדישם *hakdiſchem*, ſanctifica eos, ſed hoc verbum ſæpe *parandi* tantùm ſignificatum ſubjectum habet, in conjugationibus præſertim *Pihel* & *Hiphil.* Vide vel Soph. I, 7. ubi ponitur ἐν παραλλήλῳ cum verbo הכין *hechin*, paravit. Res eſt clara, attamen LXX. Intt. habent: ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς αὐτῶν. Latinus: *Sanctifica eos, in die occidionis.* Meliùs Syrus vertit: εὐτρέπισον, ut habet antiquus Codex. Eodem ſenſu verterunt *Jonathan* & Syrus Int. quem habemus,

4\. *Quamdiu lugebit terra* &c.] Summa nequitia Judæorum deſcribitur; quaſi rebus ipſis ſenſu deſtitutis eſſet intoleranda; nedum ut eam ferre poſſent homines. Sic *lapides loqui*, *parietes clamare* dicuntur, cùm ſermo eſt de ſceleribus non ferendis. Vide ſimilem figuram Eſ. III, 26. XXXIII, 9.

Abſumtæ ſunt quadrupes] בהמות *behemoth*, jumenta; ſed quævis quadrupedes intelliguntur;

larum? Abſumtæ ſunt quadrupedes & aves, quia dixerant, non videbit *Jeremias* ultimam noſtram ſortem. 5. Cum peditibus cucurriſti, téque fatigarunt, *ait Deus*, quomodo verò cum equitibus certare poſſes? In terra pacata tu confidens es, ſed intumeſcente Jordane, quid faceres? 6. Etiam fratres tui, & ipſa quoque domus patris tui perfidioſè ſe erga te geſſerunt, hic etiam poſt te clamarunt pleno *ore*. Ne credas illis, etiam cùm benignè te adloquuntur. 7. Reliqui, *inquam*, domum meam, deſerui prædium

ba agrorum areſcet, propter Incolarum nequitiam? Abſumptæ ſunt quadrupedes pecudes & volucres, quia dixerant incolæ Jeremiam ultimam ſuam ſortem viſurum. 5. Cùm peditibus hoſtium concurriſti, téque fatigarunt, ait Deus, quomodo equitatûs impetum ſuſtinere poſſes? In terra pacata confidentiâ tumes, ſed exundante Jordane agros; quomodo fugeres, intumeſcente eo fluvio & agros inundante? 6. Etiam populares tui ex iiſdem Majoribus oriundi fidem tibi datam fregerunt, teque clamoribus inſectati ſunt. Cave ne fidem iis habeas etiam blandè te compellante. 7. Reliqui, inquam, domum meam, ait Deus, quæ prædium meum ſingulare fuerat, & quam tradidi hoſtibus. 8. Ha-

tur; ut opponantur *avibus*, quæ proximè ſequuntur. Significatur veluti indignatio brutorum, quæ, pertæſæ flagitiorum hominum, ex mœrore moriantur. Hoc facit ad ſummam improbitatem Judæorum ἐμφατικωτέρως deſcribendam.

Quia dixerant] Quinam? non certè bruta, ſed homines improbi.

Non videbit Jeremias ultimam noſtram ſortem] לא יראה את אחריתנו *lo jireh eth abbarithenou*, non videbit extrema noſtra. Quis verò non videbit? Jeremias, nempe, quem conſcelerati Judæi occidere ſtatuerant quàm primùm, quaſi nollent ab eo cerni vaticiniorum de calamitatibus Judææ implementum; non quòd ei crederent, ſed veluti κατὰ σαρκασμόν. Itaque ſupplevimus hic *Jeremias*, præter quem alius nemo intelligi poſſe videtur. *Grotius* & alii hæc ad Deum ipſum referunt, quaſi his verbis, quæ Judæis meritò tribuunt, ſignificarent Deo curæ non eſſe eventus rerum humanarum; ſed interpretatio noſtra longè loco convenientior videtur. Nec crediderim eò impietatis deveniſſe Judæos, ut Providentiam apertè negarent, aut ei facta hominum eſſe ignota contenderent.

5. *Cum peditibus cucurriſti*] כי את רגלים רצתה *chi eth raglajim ratſethah*, cum pedibus, id eſt, cum peditibus, cucurriſti. Malè πόδας verterunt LXX. Intt. qui debuiſſent πεζοὺς, ut Exod. XII, 37. Rectè *Aquila*, συνδρομεῖ quomodo & Syrus, ut in Scholio vetere notatum. Proverbiale eſt dictum, quo Deus ſignificat à Propheta vix potuiſſe ferri Hanathothenſium contumelias & injurias, qui vici tantùm erant incolæ; ſed inſtare illi multò majora certamina, cum Jeroſolimitanis.

Te fatigarunt] Conferantur moleſtiæ, quas homines vicani crearant Prophetæ, cum laſſitudine, quam levior curſor crearet tardiori, ſi cum eo curſu contendere vellet.

Ait Deus] Hoc ſupplevimus, quod ſi omittatur, Dialogiſmus non ſatis à lectore animadvertitur. Jam antea, nec ſemel, notavimus, ejuſmodi Dialogiſmos non ſatis obſervatos.

Cùm equitibus] Qui pedites æquare curſu non poteſt, multo minùs æquabit pedes equites; ſic qui ruſticanorum hominum nequitiam ægrè ferre potuerat, vix ſatis firmus erat, ut urbanorum, iniquiorum & callidiùs peccantium improbitatem conſtantiâ ſuâ vincere poſſet. Sed Deus Prophetæ animos addidit. Pro *equitibus* ſunt סוסים *ſouſim*, equi, quod non infrequens eſt in aliis Linguis.

Certare poſſes] תתחרה *thetvabbareh*. Propriè eſt, te ad iraſcendum excitares, aut incaleſceres; ſed hic eſt certare, aut ad certamen ſe comparare; quod qui faciunt, incaleſcunt in Antagoniſtas. LXX. Intt. παρασκευάσῃ ἐφ' ἵπποις. Meliùs Latinus: *quomodo contenderis cum equis*? Qui pedes pedites curſu æquare nequivit, multò minùs equites æquare poſſit.

In terra pacata] *In terra pacis*; in vico, in quo natus es, in quo homines pacatiores ſunt & ſimpliciores, quam Jeroſolimæ; ubi nequitia & contumacia regnant.

Tu confidens es] אתה בוטח *attah boteabh*, tu confidens. Crediderim hinc excidiſſe לא *non*; nam eſt hic ratiocinatio à minore ad majus: times tu inter pacatos, quid faceres inter homines feroces, & contentioſos? Non erat Jeremias *confidens*, in patria, vehementer enim timebat ne à ſuis occideretur, Deique ultionem, in populares ſuos, implorarat, ut ſuperiora oſtendunt.

Sed intumeſcente Jordane] בגאון הירדן *bigeon bajarden*, in tumore Jordanis. Quibus verbis deſcribit Jeroſolimitanorum animos, petito loquendi genere ex eo, quod contingebat inter accolas Jordanis, in Magno Campo, quem medium ſecabat is fluvius, ſi liquefactis montium nivibus ſubitò intumeſceret, quo aquarum tumore, accolæ omnes è valle fugere in vicinos colles cogebantur. Sic qui Jeroſolimitanorum animos graviùs offendiſſet, quod poſtea fecit noſter Propheta, poterat quidem etiam de fuga conſilium capere, ne ab iis opprimeretur. In his verbis eſt, משל *maſchal*, hoc eſt, comparatio latens.

6. *Pleno ore*] מלא *male*, implendo. Omiſerunt LXX. Intt. Hieronymus: *plenâ voce*; hoc eſt, emiſſo è pulmonibus ſpiritu, quo prorſus impleantur fauces, plenúſque ſonus ex ore erumpat.

Ne credas illis] Jeroſolimitanis.

Benignè te adloquentur] *Adloquentur te bona.*

7. *Reliqui, inquam* &c.] Hæc ſunt verba Jeremiæ. Quare addidimus *inquam*.

8. *Fuit mihi prædium meum inſtar leonis*] Hoc eſt, propter inimicos meos, qui mihi inſidiabantur, tam periculoſum mihi fuit in eo habitare,

dium meum, tradidi amores animi mei in manum hoſtium 8. Fuit mihi prædium
meum inſtar leonis in ſilva *occurrentis*; vociferatum eſt in me, ideò illud odio habeo.
9. Mihine, eſſe prædium meum, inſtar avis rapacis & variegatæ! Avémne rapacem
eſſe circa illud! Ite, congregate feras omnes agrorum, venite ad id depaſcendum. 10. Pa-
ſtores multi corruperunt vineam meam, conculcarunt prædium meum, ídque, *licet*
mihi jucundiſſimum, in vaſtitatem ſolitudinis redegerunt. 11. Redegit id *hoſtis* in ſo-
litudi-

8. Habuit id prædium meum me, inſtar leonis, in ſilva homini occurrentis, & clamoribus improbis infectum eſt, quamobrem id odio habeo. 9. Siccine me habuit domus mea inſtar avis rapacis! Avémne rapacem circa eam volitare! Congregate, ſi poteſtis, omnes beſtias feras, ídque prædium meum vaſtent. 10. Paſtores multi meam vineam corruperunt, immiſſis in eam multis, qui eam conculcarunt, eamque in ſolitudinem incultam redegerunt. 11. Redegerunt id meum prædium hoſtes in ſolitudinem ſterilem; quod antea mihi erat gratiſſimum, quódque apud me luxit meam deſolationem. 11. Totus ille tractus eſt ab hoſte in eremum mutatus, quamvis mihi gratiſſimus. Deſertus eſt, nec quiſquam, ad

habitare, quàm in ſilva, in qua fuiſſent luſtra leonum.

Vociferatum eſt in me] *Dedit contra me in voce tua.* Quaſi inſtar leonis in Prophetam rugiiſſet, eò quòd ejus inimici minacibus vocibus eum illic terrebant.

9. *Inſtar avis rapacis & variegatæ*] העיט צבוע *hahajit tſabouah.* Dudum obſervarant Lexicographi, intérque eos *Val. Schindlerus* עיט eſſe *avem rapacem*; nec abſurdè *Bochartus* Hieroz. Lib. II. c. 1. P. 2. indè deducit vocem Græcam ἀετὸς aut αἰετὸς, ut à Poëtis ſcribitur, quòd Aquila ſit avium omnium rapaciſſima. Idem etiam probavit Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 8. צבוע *tſabouah*, perinde eſſe ac variegatum. Sed hiſce vocibus ſignificari certam avis rapacis ſpeciem, omnino exiſtimo, quamvis quænam ſit dicere nequeam. Intelligit autem homines improbos, qui, ſine juris ulla ſpecie, prædium ejus vaſtaverant.

Ite congregate] Eſt, ut videtur, ironia, qua utitur Propheta, ut ſignificet prædia ſua ſe deſerturum, atque omnis generis feris permiſſurum; hoc eſt, rapacibus hominibus ſpoliandum & diripiendum expoſiturum.

10. *Paſtores multi*] Si paſtores caprarum immittant capras in vites perniciem iis creant; nec non alii greges, ſi teneræ adhuc frondes ſint. Ideò *Virgilius* Georg. II. 371. ubi de ſervandis vitibus à dentibus pecudum agit:

Texendæ ſepes etiam, & pecus omne tenendum eſt,
Præcipuè dum frons tenera, imprudénsque laborum.

Vide ſequentia, apud ipſum Poëtam.

Idque licèt mihi jucundiſſimum] *Dederunt portionem cupiditatis meæ in deſertum vaſtitatis.*

11. *Redegit id hoſtis in ſolitudinem*] Vocem *hoſtis* ſupplevimus, quia verbum caret nominativo, nec quiſquam terræ Judææ ejuſmodi damnum inferre potuit, præter hoſtes, quales erant finitimarum terrarum & ſolitudinum incolæ; qui latrociniis vitam ſuſtentabant, nec coërceri poterant à Judæis, quorum res retrorſum referri dudum cœperant.

Luxit] Vide ad vers. 4.

Deſerta eſt tota terra &c.] Jeremias à prædii ſui calamitate tranſit ad communem totius Judææ cladem, propter inertiam atque incuriam Regum, eorúmque Miniſtrorum, qui vicinorum latrociniis patere eam patiebantur, & undecúmque vaſtari; quod ſolet contingere debilioribus regnis, inter gentes latrociniis deditas, quales erant præſertim Arabicæ, ſitis; cùm Reges, & Proceres voluptatibus dediti ſummam rerum negligunt.

Nemo ad eam animum adtendat] *Nullus vir eam ponit ad cor.*

12. *In omnia loca edita deſerti*] על כל שפים במדבר *hal chol ſchephajim bmidbar*, in omnia loca edita, quæ ſunt in deſerto. In montes, nempe, & colles vicinos terræ Judææ; unde excurſiones in eam faciebant, & in quos prædam referebant. Hìc ſignificatio *collis*, aut *montis* meliùs convenit, quàm *vallis*, de qua diximus ad Num. XXIII, 3. LXX. Intt. ἐπὶ πᾶσαν διεκβολήν. Vulgatus: *ſuper omnes vias.*

Gladius Jehovæ] Sic vocantur populi, quos Deus in Judæam, ut pœnas de Judæis ſumeret, immiſerat, aut paſſus erat impunè graſſari.

Nec ulli carni pax eſt] Hoc eſt, nemo prorſus per agros tutò habitare poteſt. Vide Gen. VI, 11. Eſa. XL, 5.

13. *Severant incolæ*] Supplevimus vocem *incolæ*, cùm deeſſet nominativus, nec alius ſuppleri poſſet. Sic & alibi paſſim ſupplendi ſunt, ut ſubinde obſervavimus.

Spinas meſſuerunt] Videtur hoc παροιμιωδῶς dici, ut ſignificetur terræ ſterilitas, nam ſpinæ non metuntur. Sententia ergo erit malum fuiſſe ſegetum proventum; quod etiam ſequentia oſtendunt.

Ad laſſitudinem laborarunt] נחלו *nechelou.* Quia hæc vox æquè ad נחל *hereditavit*, referri poteſt, ac ad חלה æger debilis fuit, ſæpiùs Veteres Interpretes alternarunt. Hìc LXX. Intt. οἱ κλῆροι αὐτῶν οὐκ ὠφελήσουσιν αὐτούς. Latinus: *hereditatem acceperunt & non eis proderit.* Maluimus, cum aliis, de labore, in agris colendis, ſuſcepto intelligere.

Puduit vos proventuum &c.] Quòd terra, diligentiſſimè culta, tam paucas ſegetes protulerit.

14. *Sic dixit Jehova* &c.] Hæc eſt reſponſio Dei, ad ſuperiora Jeremiæ verba.

Quod adtinet ad omnes malos vicinos meos] על כל שכני הרעים *hal chol ſchechenai harahim*, ad omnes vicinos meos malos. Hìc על *hal*, perinde eſt, ac *quod attinet ad*, ut ex re ipſa intelligere eſt. *Chr. Noldius* protulit alterum hujus

Digitized by Google

litudinem, luxit apud me deſolatum. Deſerta eſt tota terra, quòd nemo ad eam animum adtendat. 12. In omnia loca edita deſerti venerunt vaſtatores, quia gladius Jehovæ ab extrema terra abſumit, nec ulli carni pax eſt uſque ad *alteram* terræ extremitatem. 13. Severant *incolæ* frumentum, at ſpinas meſſuerunt; ad laſſitudinem laborarunt, nec *quidquam* profecerunt; puduit vos proventuum veſtrorum, propter excandeſcentiam iræ Jehovæ.

14. Sic dixit Jehova; quod adtinet ad omnes malos vicinos meos, qui adtingunt hereditatem, quâ populum meum Iſraëlem donavi; mox eos è terra ſua evellam, & domum Judæ è medus ejus agris expellam. 15. Poſtquàm verò eos expulero, iterum eorum me miſerebit, reducámque eorum unumquemque ad prædium ſuum atque in terram ſuam. 16. Si verò dedicerint vias populi mei, ita ut jurent per nomen meum: Vivit Jehova; ſicut docuerant populum meum jurare per Bahalem, in medio populo meo augebuntur. 17. Si verò nequaquam me audiverint, evellam radicitus, perdamque eam gentem, ait Jehova.

Symbo-

ad eum animum adtendit. 12. In omnia paullò altiora deſerti venerunt vaſtatores, quia Creatoris gladius extrema quæque, & totum deinde tractum vaſtavit. 13. Severant incolæ frumentum, nec quidquam in eo invenerunt præter ſpinas, & laſſitudinem, ſine ullo emolumento. Puduit vos, ô incolæ, tenuitatis veſtrorum proventuum, eo quod Creator vobis iratus eſt.

14. Sic autem dixit, quod adtinet ad omnes ſuos pravos vicinos, qui adtingunt hereditatem Iſraelitarum, quâ eos donavi: mox eos ex agris ſuis ejiciam. 15. Poſtquam verò illinc expulero, iterum eorum me miſerebit, reducámque unumquemque in prædium ſuum priſtinum. 16. Si verò didicerint Religionem populi mei, ita ut per nomen meum jurent, hac formulâ: ut Vivit Creator, quemadmodum eum docuerant jurare per Bahalem, inter Iſraelitas numeroſam ſobolem habebunt. 17. Sin verò Legibus meis parêre noluerint, eos radicitus evellam, eamque gentem delebo.

PARA-

hujus ſignificatûs exemplum è Ruth. IV, 7. ad ſignif. XXVII. particulæ. *Vicinos* autem vocat Deus Idumæos, & Arabes ab auſtrali plaga, ab orientali Hammonitas, & Moabitas à ſeptemtrionali Samaritas, ac Syros, ab occidentali Philiſthæos; qui omnes Iſraëlitis incommodiſſimos vicinos ſe præſtiterunt & ſæpe clades intulerunt. Vide 2. Reg. XXIV, 2. ubi tamen non omnes memorantur.

Qui adtingunt hereditatem] Qui finitimi ſunt Judæis.

Mox eos è terra ſua evellam] *Ecce evellens eos è terra ſua.* Sunt, nempe, à Babyloniis vaſtati, aut in captivitatem abducti, partim certè, ut iis Jeremias in ſequentibus minatur. Vide Capp. XXV, XLVI, XLVII, XLVIII, XLIX.

15. *Iterum eorum me miſerebit*] *Redibo & miſerabor eos.* Hæc oſtendunt à Deo minimè abjectam aliorum populorum curam, miſericordémque erga reſipiſcentes fuiſſe. Quod impletum, certè ex parte, crediderim, in Cyro, apud Perſas, regnante. Utinam verò Orientalium eorum tractuum hiſtorias haberemus! Ex iis certè Prophetarum vaticinia meliùs multò intelligeremus. Nunc verò nihil earum nobis ſupereſt, præter lacera fragmenta; cùm tota Opera multùm conferre poſſent, ad intelligenda Prophetarum ſcripta.

16. *Si verò didicerint*] *Et erit, ſi diſcendo didicerint.*

Vias populi mei] Non facta Judæorum, ſed eorum Legem, ſeu Religionem.

Ita ut jurent per nomen meum] Hoc eſt, me colant; jurant enim populi, non per Deos, quos non colunt, ſed per eos, quos Deos eſſe, & perjuros ulciſci putant. Vide not. ad Deut. VI, 13.

Jurare per Bahalem] Deum illum habere, nam nemo ſeriò jurat per eum, quem Deum eſſe non credit.

In medio populo meo augebuntur] Eos habebo pro parte populi mei.

COM-

Digitized by Google

Symbolicum vaticinium in Judæos, minæ in Regem & Reginam, ac Jeroſolimitanos.

Caput XIII.

1. SIC dixit mihi Jehova: ito nunc atque emito cingulum lineum, quod lumbis tuis impones, nec in aquam immittes. 2. Emi itaque cingulum, prout dixerat Jehova, ídque lumbis meis impoſui. 3. Tum verò Jehova me iterum adloquutus eſt, his verbis: 4. ſume cingulum, quod emiſti, quódque lumbis tuis impoſuiſti; ſurge, ad Euphratem ito, ídque abde illic in foramen rupis. 5. Profectus verò ſum, ídque abdidi, ad Euphratem, prout me juſſerat Jehova. 6. Deinde poſt multos dies, ſurge, inquit Jehova, ito ad Euphratem, atque auferto illinc cingulum, quod te eo in loco abdere juſſi. 7. Ivi ergo ad Euphratem, fodíque & abſtuli cingulum è loco, in quem id abdideram: en vero putrefactum erat cingulum, nec ulli rei utile. 8. Tum adloquutus

P A R A P H R A S I S.

1. POSTEA ſic me eſt adloquutus Creator: emito tibi cingulum lineum, quo lumbos tuos cingas, nec in aquam immittas. 2. Emi ergo cingulum, prout juſſus eram à Creatore, eóque lumbos meos cinxi. 3. Quo facto, iterum me juſſit ad Euphratem ire, his verbis: 4. ſume cingulum, quod emiſti, eóque lumbis tuis impoſito, ito ad Euphratem, & illud abde in foramen rupis. 5. Quod feci, ut juſſerat Deus. 6. Poſtea elapſis pluribus diebus, iterum juſſus ſum me conferre ad eum fluvium, atque illinc auferre cingulum, quod illic abdideram; & quod putrefactum inveni, ut nulli uſui eſſet. 7. Id tamen abſtuli è loco, in quo erat abditum, & putrefactum erat, nec ulli rei utile.

C O M M E N T A R I U S

In Caput XIII.

1. E*Mito cingulum* &c.] Hæc omnia nec verè, ſed in viſo peracta non abſurdè cenſuit vir doctiſſimus *Joannes Smithus* in Diſſert. quam hiſce Prophetis præmiſimus Cap. VI.

3. *Tum verò Jehova* &c.] *Et fuit ad me verbum Jehovæ, dicendo.*

7. *Nec ulli rei utile*] לא יצלח לכל *lo jitſlabh laccbol*, non proſperabitur ad omne. Bene LXX. Intt. ὃ οὐ μὴ χρήσθῃ πρὸς οὐθέν, & Latinus: *ita ut nulli uſui aptum eſſet.*

9. *Superbiam Judæ*] *Superbiam Judæ & ſuperbiam Jeroſolimæ multam.*

10. *Sed animi ſui pertinaciæ indulget*] *Incedentes in pertinacia* (בשרירות *biſchbirouth*) *cordis eorum.*

11. *Qui mihi nomen* &c.] *In nomen, in laudem, & in decus.*

12. *Omnis lagena implebitur vino*] Hoc eſt, ſolent omnes lagenæ vino impleri. Hebraïcè eſt נבל *nebel*, quod vertitur ἀσκὸς à LXX. Intt. ſeu *uter*, *laguncula* verò ab *Hieronymo*, ex prima Ed. *Aquilæ*, nam ſecunda ipſam vocem Hebraïcam ſervarat, *Symmachus* craterem, *Theodotion* vas verterant. Eſaïæ XXXI, 14. & Lam. IV. manifeſtò eſt teſtacea lagena. Chaldæus גרב *grab*, uter.

14. *Alios aliis collidam*] ונפצתים איש אל אחיו *nipphatſthim iſch el abhiv*. Lagenæ inter ſe colliſæ; aut duriori materiæ impactæ franguntur; quod hîc ſignificat Propheta, & hoc ipſo verbo exprimitur, & locis quidem ubi ſermo eſt de figlinis vaſibus. Vide Pſ. II, 9. CXXXVII, 9. & infra XLVIII, 12. LXX. ergò Intt. minùs commodè hîc habent: διασκορπιῶ αὐτοὺς ἄνδρα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, & Vulg. *diſpergam eos, virum à fratre ſuo.* Quaſi eſſet hîc verbum פוץ quod *diſpergere* ſignificat; ſed ſi eſſet *Niphal* ab eo verbo paſſiva eſſet ſignificatio & legendum eſſet נפוצתים *naphotſatoim*. Propterea אל quod ſequitur non eſt *à*, ſed *ad*. Sic ſæpe Grammaticæ nullam rationem habent, quia nec Grammaticas Hebraïcas, nec Lexica ejus habebant; unde factum ut incertas conjecturas ſequerentur. Quod autem hîc Deus minatur ſe *ebrietate impleturum* & *colliſurum* inter ſe Judæos, non ita intelligendum, quaſi furorem, atque iram, adfectus pravos, quibus alioqui carebant, immiſſurus in eos fuiſſet; Sanctitati Dei res repugnat. Vult ergo ſe eos adfectibus ſuis pravis permiſſurum, quos alioqui coërcere poſſet; quia antea ipſius beneficiis pertinaciter abuſi fuerant.

Tribuite Jehovæ Deo veſtro gloriam] Hoc eſt, agnoſcite eum unum, vóſque in eum deliquiſſe, & pœnas ei debere.

Tenebras] Res adverſas, ut alibi ſæpe. Vide Job. XV, 23. XXIX, 3. &c.

In montibus caliginoſis] על הרי נשף *hal hare neſchepb*, ſuper montibus crepuſculi; in quibus quiſpiam, ingruente nocte, per loca lapidoſa, & aſpera, ſine face, iter faceret.

Exſpectabitis lucem &c.] Pro rebus ſecundis, quas ſperabatis, incidetis in adverſas. Vide Job. XXX, 26.

17. *Defluet ex oculo meo lacrima*] ותרד עיני דמעה *thered heni dimhab*, pro מעיני *mebeni*, deſcendat ex oculo meo lacrima. Fortè excidit מן *min*.

18. *Dominæ*] לגבירה *ligbirah*. LXX. Intt. τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς δυναστεύουσι. Latinus: *regi; & dominatrici.* Ut גביר *gbir* ſignificat *Dominum* Gen. XXVII, 29, 37: Sic גבירה dicitur *Regina*

quutus me eſt Jehova, his verbis: 9. ſic dixit Jehova: ita ſuperbiam Judæ & Jeroſolimæ, quæ multa eſt, perdam, 10. & populum iſtum nequam, qui non vult audire verba mea, ſed animi ſui pertinaciæ indulget, ſequitúrque Deos alienos, ita ut eos colat & adoret. Erit ille *inſtar* illius cinguli, quod nulli eſt uſui. 11. Quemadmodum enim adhæret cingulum lumbis viri: ſic curavi, ut mihi adhæreret tota domus Iſraëlis, & tota domus Judæ, ait Jehova, ut fierent mihi populus, qui mihi nomen, laudem & decus pareret; nec tamen me audiverunt.

12. Verba verò hæc iis dices: ſic dixit Jehova Deus Iſraëlis: omnis lagena implebitur vino. Illi verò tibi, annon noramus, inquient, omnem lagenam vino impletum iri? 13. Tum iis repones: ſic dixit Jehova: mox ego implebo omnes hujus terræ incolas,

le. 8. Eo tempore, Deus me adloquutus eſt, his verbis: 9. ſic ſuperbiam Judæ, & Jeroſlimæ, quæ magna eſt, perdam, 10. populumque iſtum nequam, qui mandatis meis morigerum ſe nequaquam præbet, ſed pertinaciter libidini ſuæ indulget, Deoſque alienos colit. Erit ille inſtar iſtius cinguli, quod nulli uſui idoneum eſt. 11. Quemadmodum adhæret cingulum lumbis viri: ſic operam dederam, ut tota proſapia Iſraëlis, & univerſa familia Judæ fierent meæ, ut peculiaris populus, qui mihi laudem, & decus pareret; ſed mihi nequaquam morigera fuit.

12. At ſic eos, tu Jeremia, adloqueris: ſic dixit Creator Deus Iſraelis: omnis lagena implebitur vino; illi verò tibi reſpondebunt: annon ſciebamus omnem lagenam poſſe impleri vino. 13. Tu vero iis repones: dicit

gina 2. Reg. X, 13. *Hieronymus* in Comment. *Verbum Hebraicum* GEBIRA, *Aquila* & *Symmachus* dominatricem *&* dominam *interpretati ſunt*, *quod LXX. putarint* GEBUROTH potentéſque *dixerunt*. Non puto eum ſcripſiſſe *Geburoth*, quod non poterat ignorare eſſe plurale fœmininum, cùm habeant LXX. Intt. δυναστεύουσι non δυναστευούσαις. Attamen ita etiam legitur in Editione *Eraſini*. Debuerunt legiſſe Græci גבירים *gbirim*, aut, ut vult *Cappellus*, גבורים *gibborim*. Ceterùm *Hieronymus*, ad hunc locum, vult *Prophetæ præcipi, ut loquatur Jechoniæ, & Matri ejus, quam* Dominam *&* Dominatricem, *ſive* Reginam *adpellat; ut humilientur; & in pulvere ſedeant; perdidiſſe enim eos regiam dignitatem, & Regi tradendos Babyloniæ*. Sunt ſanè in eum Regem & alios vaticinia, ut id quod habetur infrà Jerem. XXI, 30.

Humi ſedete] Eſt tantùm שבו *ſchebou*, ſedete, ſed ſubaudiendum *humi*, aut in *pulvere*, qui ſitus erat humilitatis. Vide Eſai. XLVII, 3.

Deſcendet à capite veſtro] Contigit hoc poſt trimeſtre regnum Jechoniæ. Vide 2. Reg. XXIV, 8. 9. & 2. Ephem. XXXVI, 8, 9. Eſt hic ex punctatione Maſtorethica מַרְאֲשׁוֹתֵיכֶם, quod hic tantùm eſt, & *principatus* vertitur, ſed LXX. habent: ἀπὸ κεφαλῆς ὑμῶν, & Latinus: *à capite veſtro*, ut legerint מֵרָאשֵׁיכֶם quod meliùs viſum eſt; quamvis vox ſit Maſculina; ſunt enim voces, quæ pluralem numerum maſculinum & fœmininum habent, ut עון *bavon*, unde fit עונים & עונות promiſcuè.

19. *Meridianæ urbes clauſæ ſunt*] *Urbes meridiei*. Urbes meridianas rectè interpretatur *Hieronymus*, urbes *tribûs Judæ & Jeruſalem, quæ juxta ſolitudinem, ad auſtrum verſa eſt*, & quod additur *clauſas fuiſſe, nec eſſe qui eas aperiret*, intelligit *obſidione circumdatas*; quarum obſidionem non ſolverunt Babylonii, donec caperentur. Loquitur Propheta de hiſce, quaſi jam contigiſſent, quòd in viſo res ei oblata eſſet, quemadmodum poſtea contigit.

Tranſlata eſt tota Judæ progenies] הגלת יהודה כלה *hoglath Jehoudah chullah*, facta eſt *migrare Juda tota*. יהודה quidem eſt maſculini generis, ſed aut κατὰ προσωποποιΐαν habetur hic quaſi fœmina, ut alibi, vel ſubauditur משפחת *miſchphahhath* familia, aut ſimile quiddam. Quare Latinè loquentes ſupplevimus *progenies*.

Tranſlata eſt quantacumque erat] הגלת שלומים *tranſlata eſt* (in) *perfectionibus*. Supplendum ב *in*, ante ſecundam vocem. LXX. Intt. συνετέλεσαν ἀποικίαν τελείαν, Vulgatus: *tranſmigratione perfectâ*. Hæc oſtendunt agi de transmigratione ultima, regnantè Sedekia, quâ quidquid erat reliqui, exceptis pauperioribus agricolis, in Babyloniam eſt abductum.

20. *Venientes ab Aquilone*] Chaldæos. Vide Cap. I, 13, 14.

Grex] Populus. Idem vocatur צאן *pecus*, in ſequentibus verbis, quod quidem minutum pecus propriè ſignificat; ſed hic pro quovis ſumitur hominum genere. Vult *Grotius* eum, quem adloquitur hic *Deus*, eſſe Regem; ſed obſtant fœminina ſuffixa, & fœmininæ perſonæ verborum, quæ conveniunt aut Jeroſolymæ, aut Judithidi, ut ante loquuti ſumus, hoc eſt, toti Tribui Judæ.

Quo gloriabaris] תפארתך *thiphartbech*, ornamenti, ſeu gloriæ tuæ.

21. *Cum te inviſet Deus*] כי יפקד עליך *chi jiphkod balajich*, cum viſitabit ſuper te; nempe, *Deus*, quod ſupplevimus. Notum eſt *viſitare* eſſe punire, aut præmio adficere pro meritis, prout res poſtulat; quia neutrum poteſt rectè fieri, niſi poſt rerum, de quibus agitur, examen inſtitutum eſt.

Tu eos docuiſti adversùm te] Populares, nempe, tuos ea docuiſti, quæ nunc ſunt tibi contraria, & funeſta: qualia ſunt idololatria & neceſſitudines habere cum idololatris. Iis enim rebus factum eſt, ut transfugæ Jeroſolimitani ad Chaldæos iverint, iiſque poſtea in patriam venientibus duces fuerint.

Ut eſſent duces ſummi capitis] אלפים לראש *alluphim lroſch*, duces capiti; hoc eſt, ut opinor, ut eſſent duces Nebuchadnezaris, qui loca oſtenderant, quibus Judæam ingredi cum exercitu commodiſſimè poſſet, viarum quippe

colas, Reges, qui ſedent in ſolio Davidis, Sacerdotes, Prophetas, & Jeroſolimitanos ebrietate, 14. & alios aliis collidam, & parentes ſimul eum filiis, ait Jehova; non parcam iis, non ignoſcam, nec me miſerebit, ne eos perdam. 15. Audite & aures præbete, ne ſuperbitote, nam Jehova loquutus eſt. 16. Tribuite Jehovæ Deo veſtro gloriam, antequàm tenebras inducat, antequàm pedes veſtri offendant in montibus caliginoſis, & dum exſpectabitis lucem, eam mutet in umbram mortiferam, redigátque in caliginem. 17. Niſi autem audiveritis, in latebris flebo ſuperbiæ veſtræ causâ, lacrimabor; defluétque ex oculo meo lacrima, quia captivus abducatur grex Jehovæ.

18. Dic Regi & Dominæ: humiliter vos gerite, humi ſedete, nam deſcendet è capite veſtro diadema gloriæ veſtræ. 19. Meridianæ urbes clauſæ ſunt, nec eſt qui aperiat;

dixit Creator, ſe impleturum vino omnes hujus terræ incolas, Reges, qui ſedebunt in ſolio Davidis, Sacerdotes, Prophetas, & Jeroſolimitanos. 14. Simul aliis collidam; nec parcam iis, nam me eorum non miſerebit. 15. Aures mihi præbete, ſine ſuperbia; nam ego Creator loquutus ſum. 16. Extollite Creatorem veſtrum, antequàm terum adverſarum tenebras inducat, & antequam pedes veſtri in montium caliginoſis cavernis offendant; & dum exſpectabitis lucem, incidatis in tenebras mortiferas. 17. Niſi autem me audiveritis in rebus dubiis, flebo in tenebris, ſuperbiæ veſtræ causâ, lacrimabor, dum grex Creatoris captivus abducetur.

18. Dicite Regi, & Reginæ, humiliter vos gerite, nam a capitibus veſtris detrahetur diadema glorioſum, quo capita veſtra ornantur. 19. Meridianæ Urbes jam ſunt hoſtilibus copiis clauſæ, nec

quippe & locorum periti. LXX. Intt. ἐδίδαξας αὐτοὺς ἐπὶ σὲ μαθήματα εἰς ἀρχὴν ſine ſenſu, præterquam quòd אלפים allupbim non ſunt diſciplinæ, ſed duces. *Hieronymus*: eâ voce omiſſâ: *erudiſti in caput tuum*, niſi quis malit eum legiſſe: אלפתם לראשׁ *illaphtham lroſchcha*, docuiſti eos, in caput tuum. Quæ lectio incommoda non eſſet, ſi Veterum Codicum, aut certè antiquiorum Interpretum auctoritate niteretur. Sic eam interpretatur *Hieronymus*, in Commentario: *Quid dices, cùm te viſitaverit Dominus in virga ſua, & Babyloniis crediderit hoſtibus, quos adverſùm te, vel in caput tuum, vel principio ipſo docuiſti, ut ad eorum auxilia confugeres, & ipſorum idola ſectareris, qui, ſub occaſione amicitiæ tuæ, didicerunt per quod iter ad te venire deberent.* Quibus aliquo modo ſententiam noſtram confirmare poſſimus. *Capiti* epitheton *ſummi* addidimus, quod convenit magno Regi, qualis fuit Babylonius, qui, eo ævo, *caput rerum* fuit, per Orientem.

Parturientem] לדה *ledah* pro ילדה, ut in Infinitivo לת *lath* pro לדת *ledeth*.

22. *Reſpondebunt*] Hoc ſupplevimus, perſpicuitatis causâ; intelligendi, nempe, qui Judæam anxiam videbunt, mirantémque cur ſibi tanta mala contigiſſent.

Revelatæ ſunt fimbriæ tuæ] נגלו שוליך *niglou ſchoulaich*. LXX. Intt. ἀνεκαλύφθη τὰ ὀπίσθιά σου. Latinus: *revelata ſunt verecundiora tua*. Impropriè; nam שולים dicuntur oræ inferiores veſtium, aut fimbriæ, quibus ornabantur. Vide Exod. XXVIII, 33. & Eſai. VI, 1. Hìc ubi ſermo eſt de muliere, intelligenda eſt infima ſtolæ ora; quæ mulieri adtolli non potuit ab eo, qui vir ejus non eſſet, ſine maxima infamia. Quod reverâ contigit pluribus fœminis, in urbibus, per vim à Chaldæis captis. Sed hìc ubi ſub imagine mulieris tota gens Judæa deſcribitur, intelligenda eſt ratio contumelioſa, quâ Chaldæi, tam viros, quàm mulieres habuerunt.

Injuria adfecti ſunt calcanei tui] נחמסו עקביך *nehhmeſou hakebaïch*. Quod etiam ab ea parte revoluta ſtola, pudenda atque infamis eſſet. LXX. Intt. παραδειγματισθῆναι τὰς πτέρνας σου, ubi verbum παραδειγματισθῆναι, infamiam notat, ſed hæc non eſt Hebraici verbi propria poteſtas. *Hieronymus* verò, *pollutæ ſunt* (ſeu *deboneſtatæ*) *plantæ tuæ*, etiam ἀκαρπολόγως, nam חמס propriè eſt, *injuriâ adſecit*, & עקבים non plantas pedum ſignificant, ſed *calcaneos*, ut notum eſt.

23. *An mutabit Chuſæus*] היהפך כושי *hajahaphoch Chouſchi*. Sæpius monuimus, cùm occurrit Ethnicum nomen *Chuſæi*, eo ſignificari non Æthiopas ad Auſtrum Ægypti ſuperioris incolentes, ſed Arabas, ſeu Saracenos; ut multis, indubitatiſque argumentis oſtendit *Sam. Bochartus*, Phalegi Lib. IV. c. 2. Attamen plerique omnes ea in re errabant, errántque etiamnum hodie multi, à nuperis Interpretibus decepti, & præſertim eorum conſenſu, in verſione hujus loci; ubi putant *Chuſæum* omnino eſſe Æthiopem; quia negatur Chuſæus *mutare poſſe cutem ſuam*, quod non poteſt intelligi, niſi de *Nigru*, aut *Nigrita*. Sed ſi ita uſus Scripturæ ferret, ut *Chuſæus* diceretur *Nigrita*, incommodè adhiberetur hìc vox *Æthiops*, nam *Æthiopes*, ad meridiem Ægypti, ſeu Habiſſini, ut nunc vocantur, non ſunt Nigritæ, nec coloris nigri, ſed tantùm fuſci, ut pluribus oſtendit *J. Ludolfus*, in Hiſt. Æthiopica. Non minùs negari poteſt homo fuſci coloris poſſe, ſine fuco, efficere, ut candenti ſit cute, quàm Nigrita; atque id ipſum eſt, quod vult Propheta. Contendit etiam idem ſcriptor in Comment. ad Hiſt. Æthiop. Lib. II, c. 3. n. XVI. Veteres *Æthiopiam* non tantùm Africanam, ſed etiam regionem, quæ fuit in Arabia ad mare Rubrum, vocaſſe. Poteſt hoc fieri, & probabiles rei rationes profert vir doctiſſimus; ſed non poteſt fieri, ut Jeremias vocet כושי Chuſæum *Nigritam*; eam enim partem Africæ non norant, iis temporibus, Hebræi, & ubicúmque occurrit ea vox optimè quadrat in Arabici ſinûs accolas. *Bochartum* & *Ludolfum* legent; quibus rem penitiùs expendere

riat; tranſlata eſt tota Judæ *progenies*, tranſlata eſt quantacumquè erat. 20. Tollite oculos veſtros, & proſpicite venientes ab Aquilone; ubi eſt grex, qui datus erat tibi *ô Jeroſolima? ubi* pecus, quo gloriabaris? 21. Quid dices cùm te inviſet Deus? tu eos docuiſti adversùm te, ut eſſent duces *ſummi* capitis. Annon dolores te, ut mulierem parturientem, invadent? 22. Cum dices apud animum tuum: cur hæc mihi contigerant? *reſpondebunt*, propter magnitudinem iniquitatis tuæ, revelatæ ſunt fimbriæ tuæ, & injuriâ adfecti ſunt calcanei tui. 23. An mutabit Chuſæus cutem ſuam, aut pardus maculas ſuas? *tum* etiam vos poteritis bene vos gerere, qui edocti eſtis malum. 24. Disjiciam eos, *ut disjicitur* ſtipula fugax *objecta* vento deſerti. 25. Hæc erit tua ſors, parsque menſuræ tuæ à me, ait Jehova; *ô tu*, quæ mei oblita es, & fiduciam poſuiſti in

re

nec eſt, qui ſolvat earum obſidiones, & tota Judæ progenies in exilium abducetur. 20. Convertite oculos & proſpicite eos, qui veniunt ab Aquilone; ubi erat grex, qui tibi datus fuerat, ô Jeroſolima? Ubi eſt grex quo gloriabaris? 21. Quid dices, cùm te inviſet Deus? Tu eos docueras ea, quæ tibi nequaquam favent, ut eſſent duces ſummi Capitis. Annon te dolores invadent, quales ſunt parturientium? 22. Cùm tecum reputabis, cur tibi hæc contigerint, reſpondebunt contigiſſe; propter magnam tuam iniquitatem, quæ revelata eſt ad tuos calcaneos. 23. An Chuſæus cutem ſuam nigram dealbavit, aut Pardus maculas ſuæ cutis? Tum vero vos à vobis impetrabitis, ut bene vos geratis, qui à pueritia peccare adſueti eſtis. 24. Disjiciam vero ego vos, ut disjicitur levis ſtipula objecta vehementiori locorum deſertorum vento. 25. Hæc erit veſtra ſors, & quod

ae

pendere cordi erit.

Cutem ſuam] Meridianæ gentes fuſcâ ſunt facie, collatæ ſeptemtrionalibus, neque ullâ ablutione efficere poſſint, ut candeat; neque longâ morâ, in frigidis oris, eam dealbare: uti nec Pardi maculæ unquam poſſunt detrahi, ita ut unius coloris ea animalia fiant. Hoc in proverbium abiit, quo ſignificatur ſumma difficultas, longo vitiorum habitu inquinato, redeundi ad virtutes, earum habitum priori contrarium induendi. Neque enim putandum, hanc fuiſſe mentem Jeremiæ, non magis ex malo viro fieri poſſe bonum; quàm ex fuſco vultu album, aut è pelle, maculis nativis diſtincta, pellem unius coloris; hoc enim ſi ita haberet, non potuiſſet Propheta caſtigare Judæos, quòd legum divinarum parum obſervantes eſſent, neque eos hortari ad reſipiſcentiam; neque minari pœnas contumacibus, & præmia polliceri ad ſaniorem mentem redeuntibus; prout facit, per omnia hæc vaticinia. Reſpondere meritò ei potuiſſent Judæi, cum fruſtra eſſe, ut fruſtra eſſet, qui Chuſæos juberet fuſcum vultûs colorem mutare, additis minis & præmiis, cùm probè ſciret, nequaquam poſſe hoc fieri. Verùm Propheta rem, difficilem licèt, poſſe tamen fieri ſtudio, curâ & tempore putabat. Alioqui non eſſet conatus Judæos ad meliores mores adducere.

Digna ſunt quæ huc transferantur quæ adhunc locum habet *Hieronymus*, contra eos, qui hoc loco ejus ævo abutebantur; *Hoc teſtimonio*, inquit, *utuntur adversùs Eccleſiam, qui diverſas cupiunt adſerere naturas, & tantam dicunt eſſe vel nigredinem, vel varietatem peccatorum, ut in candorem, & unius coloris pulcritudinem tranſire non poſſint; non adtendentes, quod ſequitur:* & vos poteritis bene facere, quum didiceritis malum. *Quidquid enim diſcitur, non natura eſt, ſed ſtudii & propriæ voluntatis; quæ, nimiâ conſuetudine & amore peccandi, quodam modo in naturam convertitur. Sed hoc, quod hominibus impoſſibile eſt, Deo poſſibile eſt; ut nequaquam Æthiops & Pardus ſuam videantur mutare naturam, ſed ille, qui in Æthiope operatur & Pardo.* Ii, qui *diverſas adſerere cupiebant naturas*, erant Manichæi, qui ſubſtantiâ, vel naturâ malâ, quæ eſt in homine, cum ad peccandum adduci contendebant, contrà nitente bonâ. Quam opinionem confutavit *Auguſtinus* in Diſp. I. & II. contra Fortunatum Manichæum, & alibi, Tom. Operum VIII. Fuerant & ſæculo II. è Valentinianis nonnulli, qui homines neceſſariò peccare docebant, quos confutavit *Irenæus* Lib. IV. c. 37. qua de re vide dicta in noſtra Eccleſ. II. ſæculi Hiſtoria, ad annum CLXXX, 17.

Pardus maculas ſuas] נמר חברברותיו *namer bhabarbaruthau.* Vide *Samuel. Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 7.

Tum etiam vos poteritis &c.] Interrogatio antecedens vim obtinet negationis, & quæ ſequuntur hoc ſibi volunt, tum demum Judæos ſe benè geſſuros, cùm Chuſæi eſſent candidâ facie, & Pardi unius coloris, quod numquam futurum erat. Quibus verbis non vult, ut jam dixi, Propheta tam naturâ ſuâ fieri non poſſe, quàm eſſe difficillimum. Neminem credo ita deſipere, ut contendat malum virum, conſuetudine peccandi dudum firmatum, æquè facilè rectè factis operam dare, ac flagitiis; ſed ut, non ſubitò, ſed ſenſim ad conſummatam nequitiam devenit, ita & pedetentim poſſe, auxilio divino impetrato, ad meliorem mentem redire, & contrarium priori habitum contrahere.

Edocti eſtis malum] למדי הרע *limmode hareab*, docti malè facere. Quomodo edoceamur malum facere docuimus in Proleg. Hiſt. Eccl. Sect. III. C. II.

24. *Stipula fugax*] כקש עובר *chakkaſch bober*, inſtar ſtipulæ, aut glumæ tranſeuntis; hoc eſt, quæ loco nullo conſiſtit, ſed à vento quaqua verſùm rapitur.

Objecta vento deſerti] לרוח מדבר *lrouahh midbar*, ad ventum deſerti. Credo deſertum hîc memorari, quia in loco patente, ubi nulla ſunt ædificia, gluma faciliùs vento jactatur,

Digitized by Google

re fallace. 26. Propterea etiam ego revolvi fimbrias tuas in vultum tuum, & tua pudenda conſpicua facta ſunt. 27. Adulteria tua & hinnitus tuos, fœditatem ſcortationis tuæ, in collibus & in agris, animadverti, & *cetera* tua abominanda facta. Væ tibi, Jeroſolima! annon poſthac mundabis te? quamdiu adhuc *polluta eris*?

Vaticinium de ſiccitate & fame, & dialogiſmus inter Prophetam deprecantem pœnas Iſraëlitis, & Deum ſe remiſſurum negantem.

1. VERBA Jehovæ ad Jeremiam, de ſterilitate. 2. Luxit *domus* Judæ, urbes CAPUT XIV.
ejus languerunt; atratæ ſunt terræ causâ, clamor Jeroſolimæ *cælum* adſcendit.
3. Viri

accipietis, à me, ô Urbis, quæ mei oblita eſt, incolæ, qui rei fallaci confiditis. 26 Hac de cauſa, revolvi imas veſtis veſtræ fimbrias, ut pudenda veſtra conſpicua fierent. 27. Adulteria veſtra atque voces laſcivas, quas emiſiſtis, animadverti in collibus, & in agris, ut & cetera veſtra abominanda facta. Væ tibi, ô Jeroſolima! quando tandem ſordes illas tuas elues? quamdiu eris adhuc polluta?

PARAPHRASIS.

1. ADLOQUUTUS eſt etiam his verbis Creator Jeremiam, de ſterilitate agrorum.

2. Luxere eo tempore urbes Tribûs Judæ, homines atrati proceſſerunt, propterea urbes in languorem

tatur, & in quaſvis partes raptatur. Meliùs *Hieronymus* vertit: *vento raptatur in deſerto*, quàm LXX. Intt. φερόμενα ὑπὸ τοῦ ἀνέμου εἰς ἔρημον.

25. *Párſque menſuræ tuæ*] מנת מדיך *mnath middajich*. LXX. Intt. μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοί, quia legerunt מריך *mirjach* à מרי *mri*, rebellio, ut rectè *Lud. Cappellus*, ſed melior eſt noſtra lectio.

In re fallace] *In mendacio*, בשקר *baſſchaker*, hoc eſt, in Diis fallacibus. Vide C. XVI, 19.

26. *Revolvi fimbrias tuas in vultum tuum*] חשפתי שוליך *bhaſchaphthi ſchoulajich*. Vide vers. 22. Satis liquet intelligi anteriorem partem ſtolæ, quæ ſola in vultum revolvi poteſt. Attamen LXX. Intt. ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου ἐπὶ τὸ πρόσωπόν σου. Malè. Nec meliùs Latinus: *nudavi femora tua contra faciem tuam*. Atqui שולים *fimbrias*, aut oram inferiorem tunicæ, aut ſtolæ ſignificat.

Pudenda tua &c.] Hæc Idololatriam, & mœchationem ſimul ſignificant.

Hinnitus tuos] מצהלותיך *mitſalothajich*. Metaphora ducta ab equis atque equabus hinnientibus, libidinis causâ, Vide antea C. V, 8.

Annon poſthac mundabis te] לא תטהרי אחרי *lo thithari abbare*. LXX. Intt. ὅτι οὐκ ἐκαθαρίσθης ὀπίσω μου, & Hieronymus: *non mundaberis poſt me*. Legerunt non אַחַר, ut nos, ſed אַחֲרַי, ut vidit etiam *Calvinus*, ad hunc locum. Sed meritò præfer lectionem noſtram.

Quamdiu adhuc polluta eris] מתי עד *mathai bod*, quamdiu adhuc, nempe, polluta eris idololatriâ, & adulterio.

COMMENTARIUS
In CAPUT XIV.

1. V*Erba Jehovæ ad Jeremiam*] *Quod fuit verbum Jehovæ, ad Jeremiam*] אשר היה דבר יהוה pro דבר יהוה אשר היה. Plura μεταθέσεων exempla jam antea, in Jeremia, notavimus.

De ſterilitate] על דברי הבצרות *hal dibre babbatſoroth*. LXX. περὶ τῆς ἀβροχίας. Latinus: *de ſermonibus ſiccitatis*. Sed hic על דברי *ſuper ſermonibus*, nihil ampliùs ſignificat quàm ſi eſſet tantùm על *de cohibitionibus*; nempe, pluviæ. Sic ſumitur, בצרות *batſoreth*, infrà XVII, 8.

2. *Luxit domus Judæ*] Eſt fœmininè אבלה, *abelah*. Ideò ſupplevimus *domus*.

Terræ causâ] לארץ *laarets*, ubi ל eſt *propter*, ut ſæpe alibi.

Urbes ejus] *Portæ ejus*, pro incolis.

Atratæ ſunt] קדרו *kaderou*. LXX. Intt. ἐσκοτώθησαν, Latinus: *obſcuratæ*. Meliùs *atratæ*, quaſi in luctu publico. Vide *Mart. Geierum*, de Luctu Hebræorum, C. XXII, 5. & *ſeqq.*

Cælum adſcendit] Supplevimus *cælum*, quod alibi exprimitur. Vide Gen. XVIII, 21. Act. X, 4. Poſſis tamen etiam *ad me*, Deus enim loquitur.

3. *Minoris ſortis homines*] צעיריהם *tſchirehem*, *parvos*, ſive *tenues ſuos*. LXX. Intt. τοὺς νεωτέρους αὐτῶν. Latinus: *minores ſuos*. Sed intelliguntur clientes.

Ignominia adfecti capita ſua texerunt] *Facti ſunt erubeſcere & texerunt caput ſuum*; quaſi, nempe, eos puderet ob aquam non inventam, quam reperturos ſe ſperaverant, aut jactaverant.

4. *Præ ſiccitate hiabat*] חתה *bhattah*. LXX. Intt. τὰ ἔργα τῆς γῆς ἐξέλιπεν. Latinus: *propter terræ vaſtitatem*. Neutrum rectè. Ex re ipſa vertimus *hiabat*, quod eſt terræ præter modum ſiccæ, præſertim ſi ſit pinguior. Nam qui

3. Viri ejus illuſtres miſerunt minoris ſortis homines aquæ *quærendæ* cauſâ; venerunt hi ad foſſas, nec aquam invenerunt, *ſed* vacuis vaſibus redierunt, eos puduit, & ignominiâ adfecti capita ſua texerunt. 4. Eo quòd terra *præ ſiccitate* hiabat, quia non fuerat pluvia in terra, puduit agricolas, & capita ſua operuerunt. 5. Cervæ etiam in agris pepererunt, ſed relicto *fœtu abierunt*, quia deerat herba, *quam depaſcerent*. 6. Onagri conſtiterunt in collibus & ſorbuerunt ventum ut dracones, defecerúntque eorum oculi, quia non erat gramen.

7. Quamvis iniqua noſtra facta teſtimonium contra nos dicent, fac *tamen*, ô Jehova, *id quod* propter nomen ſuum *facere ſoles*; multæ enim ſunt defectiones noſtræ, *quibus* in te deliquimus. 8. O ſpes Iſraëlis, ſervatórque ejus, tempore anguſtiæ, cur eſſes in *hac* terra peregrini inſtar, & ut viator, qui *eò tantùm* divertit, ad pernoctandum. 9. Quare eſſes inſtar hominis territi, aut viri fortis, qui liberare *ſuos* non poteſt? Atqui es apud nos, Jehova, de nomine tuo vocamur, ne nos deſeras.

10. Sic

guorem inciderunt, & clamor Jeroſolimæ ad cœlum uſque pervenit. 3. Viri illuſtriores miſerunt tenuiores ad aquam in alio loco hauriendam & in urbem referendam; ſed illi nullam invenerunt aquam in foſſis hauriendam, redieruntque vaſibus vacuis, & præ pudore nullius inventæ aquæ, tectis capitibus abierunt. 4. Cùm terra, præ ſiccitate, hiaret, quod nulla pluvia cecidiſſet, puduit agricolas, qui capita ſua texerunt 5 Cervæ ipſæ in agris pepererunt, ſed abierunt, relictis fœtibus, quia iis deerat quo alerentur. 6. Onagri manſerunt in collibus & ſorbuerunt ventos, ut Dracones, & defecit eos viſus, quia non ſoppetebat gramen.

7, Quamvis prava noſtra ipſorum facta dicant teſtimonia contra nos; tamen, ô Creator, id quod ſoles facito, convenientia nomini tuo; multæ enim ſunt defectiones noſtræ, quibus in te peccavimus. 8. O ſpes Iſraëlitarum, Servatorque, difficillimis temporibus, cur eſſes, in noſtra terra, quaſi hoſpes, aut viator, qui una tantùm nocte in ea divertit? 9. Quare te gereres, inſtar hominis territi, aut certè inſtar viri quidem fortis, ſed qui ſuos liberare nequit? Atqui es apud nos Creator, & dicimur de nomine tuo populus Creatoris; ne ergo nos deſeras, in rebus adverſis.

10. Repoſuit

qui vertunt *conſternata*, aut *vaſtata erat*, nihil dicunt quod ad rem faciat. Credidimus ergo tralatitio ſignificatu eſſe *hiabat*, quia qui conſternati ſunt aperto ſæpe ore conſpiciuntur.

5 *Relicto fœtu abierunt*] Et tantùm ועזב *vehazob*, & relinquendo; nempe, fœtum, quem penuriâ lactis alere non potuerunt; cùm enim deeſt matri alimentum, caret etiam lacte. LXX. Intt. ἐγκατέλιπον, quia anteceſſit ἔλαφοι. Vulgatus: *reliquit*, quia *cervam* in ſingulari habet, ut textus Hebraicus. Fortè primitus fuit עזבה *hazebah*, aut עזבה עזוב *relinquendo reliquit*.

6. *Sorbuerunt ventum, ut dracones*] Quaſi ad refrigerandas fauces, inopiâ pabuli aridas. *Ælianus* Hiſt. Animalium Lib. II. c. 21. Λέγουσι δὲ Φρύγιοι λόγοι καὶ ἐν Φρυγίᾳ γενέσθαι δράκοντας·· καὶ μεσοῦντος θέρους ἐσημέραι μετὰ πληθοῦσαν ἀγορὰν ἐξέρπειν τῶν φωλεῶν· καὶ περὶ τῷ ποταμῷ τῷ καλουμένῳ Ῥυνδάκῳ τὸ μέρος τῆς σπείρας ἀπερείσαντες εἰς τὴν γῆν, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα ἀναστήσαντες πᾶν, ἀτρέμα καὶ ἡσυχῇ τὴν φάρυγγα ἀνατείναντες, καὶ μέντοι καὶ τὸ στόμα ἀνοίξαντες οὕτω τὰ πτηνὰ ἕλκουσι εἴσω ἐγγὺς τῷ ἄσθματι. *Aiunt Phrygiæ Hiſtoriæ, in Phrygia etiam naſci Dracones, eóſque mediâ æſtate quotidie, quo tempore forum hominibus convenientibus plenum eſt, egredi è cavis. Ad Rhyndacum verò fluvium, ut vocatur, ſpirâ quidem terrâ niti ſolent, reliquum verò corpus totum erigentes, ſenſimque & paullatim guttur ſurſus extendentes, & os aperientes aves deinde adtrahunt, veluti illecebra, ſuo halitu.* Crediderim potiùs dracones, poſtquam noctu in cavis delituerunt interdiu meliore aëre frui, quò reſpicit hic Propheta. Locum hunc indicarat, perperam edito Capitis numero, *Sam. Bochartus*, ſed non protulerat.

Defecerúntque eorum oculi] In languorem dati ſunt, quo tempore oculorum nativus ſplendor, qui alioqui magnus eſt in oculis onagrorum, hebeſcit, ut idem obſervat Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 16.

7. *Quamvis iniqua noſtra facta teſtimonium dicant*] אם עונינו ענו בנו *im havonenou hanou banou*, ſi iniquitates noſtræ reſpondent contra nos. LXX. Intt. εἰ (ſic lego pro αἱ) ἁμαρτίαι ἡμῶν ἀντέστησαν ἡμῖν. Latinus: *ſi iniquitates noſtræ reſponderint nobis*. Meliùs *Jonathan*: אסהידו בנא *teſtificatæ ſunt contra nos*, nam ענה ſequente ב eſt *teſtari contra* aliquem, quod frequenter occurrit. Eadem ac hìc phraſis eſt Eſai. LIX, 12. Vide & not. ad Gen. XXX, 33. Pro *quamvis* eſt Hebraïcè אם *im*, ſi, quo utuntur Hebræi multis in locis, ubi Latinè loquentes particula *quamvis* uti ſolemus. Vide *Chr. Noldium* ad ſignif. XIII. quamvis omnia exempla, quæ adfert, non ſatis adpoſita ſint.

Fac id quod propter nomen tuum facere ſoles] Eſt tantùm עשה למען שמך *haſcheh lmahan ſchmecha*, fac propter nomen tuum. Quid verò? id, nempe, *quod ſoles facere* אשר תעשה, aut, ſi mavis, *id quod abs te peto*, שאלתי *petitionem meam*. LXX. Intt. ποίησον ἡμῖν ἕνεκέν σου, Vulgatus: *fac propter nomen tuum*. *Nomen Dei*, eſt ipſe Deus, qui propter bonitatem & miſericordiam ſuam hominibus benefacit, atque ignoſcit.

Multi enim ſunt &c.] Tam multa peccavimus in te, innumeris licet beneficiis provocari, ut propter nos à te quidquam fieri petere non poſſimus.

Defectiones] משובתינו *meſchoubothenou*, reditus noſtri; nempe, ad peccatum. Ἁμαρτίαι, habent LXX. Latinus: *averſiones*. Vide antea C. II, 19. Gallicè vocamus *rechutes*.

8. *Peregri-*

[10]. Sic verò dixit Jehova de hoc populo: ſic amant vacillare, *ut* pedes ſuos minimè *à motu* cohibeant; at Jehova iis non delectatur, nunc memor erit eorum iniquitatis, & peccata plectet. [11]. Mihi antem dixit Jehova: ne ores pro populo iſto, ut boni quidpiam *ei impetres;* [12]. nam jejunaverunt quidem, ſed eorum preces non audio, holocauſtúmque & munus *farreum* obtulerunt, verùm ego iis nequaquam delector, & gladio, fame ac peſte eos mox abſumam.

[13]. At ego, ah! Domine, Jehova: inquam, en *tibi* Prophetas, qui eis dicunt: non videbitis gladium, nec fames erit vobis, ſed pacem certam dabo vobis, *ait Deus*, in hoc loco.

[14]. Jehova verò mihi, fallò, inquit, Prophetæ iſti meo nomine vaticinantur; eos non miſi, neque mandatis inſtruxi, neque adloquutus ſum; viſum falſum & divinationem nihili, & animi ſui fallaciam vobis vaticinantur. [15]. Quare ſic dixit Jehova de Prophetis vaticinantibus nomine meo, & quos non miſi, *ſed* ipſi dicunt: gladius & fames non

10. Repoſuit verò Creator; de hoc populo; eum perpetuò vacillare, ut movere ſe velle videatur, & cultum Dei ſui miſſum facere; at nequaquam delectari ſe populo ejusmodi, ſed nunc memorem eſſe ejus iniquitatis, eorúmque peccata puniturum. 11. Me vetuit, ne precibus meis, apud ſe, intercederem, ut boni quidquam à me, in gratiam hujus populi, impetraret; 12. quia jejunavit quidem, ſed preces ejus nequaquam exauditurum; eum offerre quidem holocauſta, & munera farrea; ſe verò ejusmodi oblationibus nequaquam delectari, ſtatuiſſéque populum ingratum, peccatorum ejus cauſâ, bello, fame; & peſtilentiâ abſumere.

13. At ego, ah! Domine, inquam, Creator, ſunt inter nos Prophetæ, qui iis prædicunt non fore, ut gladium, ant famem experiantur, ſed Deum huic loco pacem certam præſtiturum.

14. Creator verò, falsò; inquit, Pſeudoprophetæ talia vaticinantur, meo nomine; neque enim eos miſi, aut mandatis inſtruxi; falſa viſa, & ſua ipſorum commenta nunciant. 15. Quamobrem, ait Creator de Pruphetis, qui meo nomine futura prædicant, nec à me miſſi ſunt, ſed ſuâ ſponte negant,

8. *Peregrini inſtar* &c.] Orat, nempe, Deum ut velit, in perpetuum Judææ adeſſe; non inſtar peregrini, aut viatoris, qui ingreditur diverſorium, ut ſequente luce proficiſcatur.

8. *Eſſes inſtar hominis territi*] כאיש נדהם *cheïſch nidham,* Quæ poſterior vox hìc tantùm exſtat. LXX. Intt. ἄνθρωπος ὑπνῶν, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent, נרדם *nirdam.* Hieronymus: *vir vagus*, quaſi eſſet à נוד *noud*, vagari, à quo deduci nequit cùm ם ſit radicale. *Lud. Cappellus* deducit ab Arabica radice דהם *dahama*; ſupervenit, ut ſit idem ac viator ſuperveniens, mox abiturus. Non multùm abit ab hoc ſignificatu *Edm. Caſtellus*, qui interpretatur virum, *cui nox ſupervenit*, ex eadem radice Arabica. Sed παραλληλισμὸς ſolitus duorum verſiculi membrorum ſuadet potiùs *territum* intelligendum, ut ſit vox τετραγράμματος compoſita ex נד *vagari*, & הם *deturbari*, ut ſignificetur homo vagus & domicilio deſtitutus, quòd eo deturbatus fuerit, adeóque territus ubicúmque ſit.

Qui liberare ſuos non poteſt] לא יוכל להושיע *lo jouchal lehoſchiah*, non poterit ſervare; nempe, *ſuos.* Subaudiendum, ut paſſim, אשר *aſcher*, qui. Cùm autem ait Propheta: *quare eſſes inſtar* &c. perinde eſt ac ſi diceret, ne te ita geras, quaſi eſſes homo territus, aut fortis, qui non poteſt ſuos tueri? Nota eſt vis ejusmodi interrogationis.

Atqui es apud nos &c.] *Es tu in medio noſtri.* Hoc eſt, adhuc nobis faviſti, nec umquam captivos omnes abduci paſſus es.

10. *Vacillare*] נוע *nouah.* LXX. Intt. ἠγάπησαν κινεῖν πόδας, & Hieronymus: *dilexit movere pedes.* Sed verbum נוע eſt intranſitivum, & vox *pedes* meliùs cum ſequente verbo conſtruitur: ut bene *L. Cappellus.* Itaque נוע vertimus *vacillare*, intelligimúſque de Judæorum in colendo vero Deo inconſtantia, cùm ſubinde commentitiis Diis ſacra facerent.

Ut pedes ſuos minimè à motu cohibeant] רגליהם לא חשכו *raglebam lo bhaſchachou.* Notum eſt verbum חשך, ſæpe eſſe *continere cohibere.* Vide 1. Sam. XXV, 32. Job. VII, 11. X, 5, 6. Itaque vult Deus Iſraëlitas non poſſe uno loco ſtare, hoc eſt, verum Deum ſolum colere, nec umquam ad alios ire Deos; quod Græci vocant ἐπαμφοτερίζειν, in utramque partem veluti claudicare. LXX. Intt. pro duabus poſterioribus vocibus: καὶ οὐκ ἐφείσαντο. *Hieronymus* verò: *& non quievit.*

11. *Ut boni quidpiam ei impetres*] לטובה *letobah*, in bonum.

12. *Preces*] רנתם *rinnatham*, clamorem eorum. Quæ vox lætum clamorem, & contrà ſignificat, & hìc quidem triſtem.

13. *Pacem certam*] שלום אמת *ſchlom emeth* pacem veritatis, non fucatam, aut fictam.

Ait Deus] Hoc manifeſtò ſupplendum, ut ſæpe alibi, quod obſervare non omiſimus.

14. *Falsò*] שקר *ſcheker*, pro בשקר *bſcheker* in mendacio.

Viſum falſum] *Viſum mendacii*; quod mentiuntur ſibi oblatum.

Divinationem nihili] וקסם ואליל *vekeſem veelil.* Eſt אליל *eloul* in textu ſed ſic emendatur in margine. LXX. Intt. καὶ μαντείας καὶ οἰωνίσματα, Latinus: *& divinationem, & fraudulentiam.* Aut hìc abundat ו ante אליל, aut non mutat ſententiam, ita ut *divinatio & nihil* perinde ſit ac *divinatio nihili*; hoc eſt, vana & inanis. Vide Job. XIII, 4. Eſ. X, 10. Zach. XI, 17.

Animi ſui fallaciam] ותרמית לבם *vetharmith libbam*, & fraudem cordis ſui. Hìc eſt in textu תרמות *tharmouth.* Plurali numero תרמיות legerunt LXX. Intt. qui habent: προαιρέσεις καρδίας.

non erunt in hac terra: ipſi illi Vates gladio & fame abſumentur. [16]. Populares verò, quibus vaticinantur, projecti jacebunt in plateis Jeroſolimæ, propter famem, & gladium; nec ſepelientur ipſi, nec eorum uxores, nec liberi, atque in eos hanc effundam calamitatem. [17]. Iis dices hæc verba:

Defluent oculi mei *in* lacrimas, noctu & interdiu, nec deſinent; quia clade magnâ adfecta eſt virgo filia populi mei, & plagâ, quæ maximum *ei* dolorem creat. [18]. Si rus quidem egreſſus fuero, en confoſſos gladio; ſi verò ingreſſus fuero urbem, en *tibi* languentes fame; nam etiam Prophetæ, etiam Sacerdotes profecti ſunt, in terram, quam non norunt. [19]. An rejeciſti Judam? An Sionem faſtidiſti? Quare paſſus es nos vulnerari, *cùm* nulla ſit nobis curatio? Exſpectabamus pacem, ſed boni nihil contigit; & tempus curationis, en verò perturbationem. [20]. Novimus, ó Iehova, improbitatem noſtram, & Majorum noſtrorum iniquitatem, in te enim *omnes* deliquimus.

negant, gladium & famem in hac terra fore, ipſos illos vates enſe & fame abſumtum iri. 16. Populos verò, quibus futura prædicunt, projectum iri in plateis Jeroſolimæ, propter famem & gladium, nec ipſos, aut eorum uxores, & liberos hanc calamitatem evaſuros, quam in eos effundam. 17. Tu vero his verbis eos compellabis:

Oculi mei in lacrimas defluent interdiu & nocte, nec deſinent flere, quia Jeroſolima, virgo filia mea, magnâ clade adficietur. 18. Si in rus egreſſus fuero, videbo cadavera gladio proſtrata, per vias. Iterum in urbem regreſſus videbo oppidanos languentes fame; nam Prophetæ & ipſi Sacerdotes abducti fuerint, in terras iis antea ignotas. 19. An ergo, ô Deus, Judam planè abjeciſti, & Tribum Judæ? An Sionem omnino faſtidiſti? Cur autem nos paſſus es tanto vulnere vulnerari, cùm à nemine curetur? Exſpectabamus pacem, ſed nihil boni nobis contigit; & tempus curationis noſtrorum vulnerum, cum omnia turbari vidimus. 20. Novimus probe, ô Creator, noſtram improbitatem, & Majorum noſtrorum vitia; omnes enim ſcimus à nobis

διας. Latinus in ſingulari, cùm habeat: *ſeductionem cordis ſui.*

15. *In nomine meo*] בשמי *biſchmi*. Eſt tranſitus ab oratione obliqua ad directam.

16. *Liberi*] *Filii eorum & filiæ eorum.*

Hanc calamitatem] *Malum eorum.*

17. *Defluent oculi mei* &c.] Diſtinctio major ante hæc verba poni debuit. Hîc enim incipit Jeremiæ oratio. Antecedentia: *iis dicas hæc verba*, referenda ad ſuperiora. Pro *defluent* eſt Hebraïcè תרדנה *theradenah*, deſcendent. LXX. Intt. καταγάγετε ἐπ' ὀφθαλμοὺς ὑμῶν δάκρυα, incommodè. Latinus: *deducant oculi mei lacrimam.* Non malè legentur הורדנה *facient deſcendere.*

Clade magnâ adfecta eſt] שבר גדול נשברה *ſcheber gadol niſchberah*, fractione magnâ fracta eſt. De re quaſi præterita loquitur, quia non tantùm minatus hæc erat, ſed & prorſus exſequi decreverat Deus; ideóque Propheta rem quaſi factam lacrimis proſequitur.

Virgo filia populi mei] בתולת בת עמי *bthoulath bath hammi*, virgo filia populi mei. Sed prima vox eſt in ſtatu conſtructo, pro abſoluto. LXX. Intt. habent tantùm: θυγάτηρ λαοῦ μου. Hieronymus: *virgo filia populi mei.*

Quæ maximum dolorem ei creat] נחלה מאד *nehhla meod.* Vide Eſai. XVII, 11. & ſuprà X, 19. Verbo tenus eſt: *valde ægra.* LXX. Intt. ἀδυνατὰ σφόδρα rectè; malè Latinus: *peſſima vehementer.* חלה *æger fuit*, & חיל *dolore* miſcent inter ſe ſignificatus, propter adfinitatem.

18. *Profecti ſunt in terram*] סחרו אל ארץ *ſahharou el erets.* Nemo minùs egrediebatur è terra Judæa, quàm Sacerdotes & Prophetæ, priores quia munera ſua in Templo obibant, poſteriores, quia à Deo ad ſolos Iſraëlitas mittebantur, non ad alias Gentes; niſi præter ordinem, quod Jonæ contigit. Verbum סחר videtur non tantùm ſignificare profectos eos eſſe, ſed inſtar mercatorum, qui vendendi, aut emendi causâ, varia loca peragrant, eſſe vagatos per Babyloniorum provincias; nam סוחר *ſobher* eſt mercator. Attamen LXX. Intt. habent: ἐπορεύθησαν, & Latinus: *abierunt.*

Quam non norant] *& non norant.*

19. *Faſtidiſti*] געלה נפשך *gahalah naphſchecha*, *faſtidivit anima tua.* Vide Levit. XXVI, 43, 44.

Paſſus eſt nos vulnerari] *Feciſti ut feriremur.*

Exſpectavimus] קוה *kavveh*, exſpecta. LXX. Intt ὑπεμείναμεν, Vulgatus: *exſpectavimus*, quaſi legiſſent קוינו *kivvinou.* Attamen etiam Cap. VIII, 5. eſt *exſpecta.* Sed hic Latinè loquentes aliter rem exprimere nequivimus, quàm ſi eſſet קוה קוינו *kavvoh kivvinou*, exſpectando exſpectavimus.

20. *Novimus* &c.] Antevertit Propheta reſponſum Dei, confeſſione delicti; ſed orat eum, ne tamen propterea funditus perderet Judæos, non propter eos, ſed propter ſeipſum.

21. *Ne faſtidias tamen*] אל תנאץ *al thinats.* Addidimus *tamen*, ob nexum orationis; quem Hebræi divinandum Lectoribus paſſim ſinunt, ſed Latini, quatenus licet, exprimunt. LXX. Intt. κόπασον, & Hieronymus: *ne des nos in opprobrium*, incommodè.

Sionem] Supplevimus accuſativum neceſſariò, poſt Verbum activum, ſubaudiendum.

Ne dejicias folium gloriæ tuæ] אל תנבל כסא כבודך *al thnabbel chiſſe chbodecha.* LXX. Intt. μὴ ἀπολέσῃς θρόνον τῆς δόξης σου. Meliùs: *dejicias*, ex proprio ſignificatu. Deteriùs etiam *Hieronymus* vertit: *ne facias nobis contumeliam ſolii gloriæ tuæ.* Vide Pſ. I, 3. Scio verbum נבל eſſe *marceſcere*, ſed ſenſu cadendi, ut marcida folia ſolent, hîc ſumitur; quia *folium* dicitur rectè *cadere* ac *everti*, ſed vix marceſcere. Vide Hagg. II, 23.

21. *Recor-*

mus. [21]. Ne faſtidias tamen Sionem, propter nomen tuum; ne dejicias ſolium gloriæ tuæ, recordare fœderis, à te nobiſcum, *initi*, nec id irritum facito. [22]. An ſunt, inter inania Gentium *Numina*, quæ pluviam demittere queant? An cœlum imbres dare poſſit? Nonne tu es Jehova ille Deus noſter, *auxiliúmque* tuum exſpectamus, quia hæc omnia tu feciſti?

Deus graviſſimas pœnas populo minatur; Prophetamque querentem largo quodam ſolatio erigit.

1. DIXIT verò Jehova mihi: ſi ſteterint Moſes, & Samuël, coram me, non faverem CAPUT
iſti populo; dimitte eum à conſpectu meo, atque egrediantur. [2]. Si tibi dixerint: XV.
quò egrediemur? repones iis: ſic dixit Jehova: qui mortis *damnatus eſt*, ad mortem; qui gladii ad gladium; qui famis, ad famem; qui captivitatis, ad captivitatem. [3]. Plectam eos quatuor *pœnarum* generibus, ait Jehova; gladio, quo occidantur; canibus, qui *eos* raptent; volucribus cœli & feris terræ, quæ vos abſumant & perdant. 4. Patiar *eos* vagari, per omnia terrarum regna, propter Manaſſen, Hezekiæ Regis Judæ filium, ob ea, quæ Jeroſoli-

nobis in te peccatum eſſe. 21. Noli tamen faſtidire Jeroſolimam, propter nomen tuum, quod in ea invocatum; ne evertas ſolium glorioſum tuum; recorderis fœderis à te nobiſcum initi, nec id irritum habeto.

22. An ſunt Numina inter Gentes? Quæ Numina? An Cœlum, per ſe, poteſt pluvias demittere? Nullâ ratione. Imò tu ſolus es Creator ille Deus noſter, à quo auxilium exſpectamus; quia tu ſolus hæc omnia feciſti.

P A R A P H R A S I S.

1. REPOSUIT verò mihi Creator, ſi ſteterint coram me Prophetæ Moſes, & Samuël, favorem meum imploraturi huic populo; non impetrarent, ſed eum è conſpectu expellerem. 2 Si à te quæſiverint Jeroſolimitani, quò poſſint recedere; ſic meo nomine reſpondebis, eum, qui mortis damnatus eſt, ad mortem; qui gladii, ad gladium; qui famis, ad famem; qui captivitatis, ad captivitatem. 3. Puniam autem quatuor ſuppliciorum generibus, ait Creator; gladio quo occidantur; canibus, qui eos raptent; volucribus cœli, & feris terræ, quæ eos abſumant, & perdant. 4. Patiar eos profugos vagari per omnia terrarum regna, propter Manaſſen, Hezekiæ,

21. *Recordare* &c.] *Recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum.*

22. *Inter inania gentium numina*] בהבלי הגוים *bebable baggojim*, in initatibus gentium.

Quæ pluviam &c.] Hæc addit Propheta, quia ſiccitate laborabat Judæa, ut liquet ex vers. 3. *& ſeqq.* Non credebat Propheta Gentium Deos fuiſſe Cacodæmonas, qui pluvias excitare poſſent quoties vellent, quippe poteſtates aëris.

An cælum imbres dare poſſit] Sine tua, nempe, Providentia.

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT XV.

1. *SI ſteterint Moſes* &c.] Hoc eſt, ſi me oraverint, nam ſtantes orabant. Inde *ſtare* pro eo quod eſt *orare*, ut infrà XVIII, 20.

Non faverem iſti populo] *Non anima mea ad populum iſtum.* Fortè ſubaudiendum תשוב *theſchoub*, redibit, aut rediret.

Dimitte eum è conſpectu meo] Jube eum abire è Templo meo.

2. *Qui mortis damnatus eſt*] אשר למות *aſcher lammaveh*, qui morti. Fortè ſubaudiendum יתן *jitthan*, datus erit, ut plena hæc ſit oratio: אשר יתן למות יצא למות *qui datus fuerit* (hoc eſt, decreto divino damnatus) *morti*, *egrediatur ad mortem* & ſic porrò. *Mors* verò hìc vocatur non tantùm quæ peſtem ſequitur, ut volebat *Grotius*, ſed quæcumque ſit, quæ non infertur gladio, aut fame, quæ mortis genera ſequuntur.

Qui gladii ad gladium] Qui criminis, quod gladio puniendum erit, Deo judice, damnatus eſt, exeat ad gladium. Sententia horum verborum, ut & ſequentium, videtur eſſe; non eſſe cur Jeremias anxius ſit de conſilio Jeroſolimitanis, adventantibus Babyloniis, dando; fore enim ut quos mori vellet Deus morbo, aut gladio, aut fame, aut in captivitatem abduci, pœnas numquam fugiendas Divinæ Juſtitiæ darent.

3. *Plectam eos quatuor pœnarum generibus*] ופקדתי עליהם ארבע משפחות *ouphakadthi balehem arbah miſchphabhoth*, viſitabo ſuper eos quatuor generibus. LXX. Intt. ἐκδικήσω ἐπ' αὐτοὺς τέσσαρα εἴδη. Latinus: *viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies.* Hìc משפחה *miſchphabhah*, quod alibi conſtanter *familiam* ſignificat perinde eſt hìc, ac *genus*, aut *ſpecies*.

4. *Patiar eos vagari*] נתתים לזועה *nthatthim lzavabah.* Hoc verbum mutato litterarum ſitu זעוה *zabavah* legitur Deut. XXVIII, 5. *Commotionem* illic ſignificat, atque hìc deſignat vagos errores Judæorum, per magnam Aſiæ partem. Propriam vocis ſignificationem ignorarunt LXX. Intt. qui εἰς ἀνάγκας verterunt, nec rectiùs *Hieronymus*, qui habet in verſione & *fervorem.* At in commentario ſic ſcribit, *quod autem dicit:* Dabo eos in fervorem, *ſive* in commotionem & anguſtias univerſæ terræ, *& ſub Babylonis ex parte completum eſt, & nunc expletur in toto, quando peſſimum Regem, & qui repleverit Jeruſalem, à porta uſque ad portam, cruore juſtorum, populus imitatus eſt impius.*

Propter Manaſſen &c.] Liquet ex 2. Reg. XXI, 11. *& ſeqq.* minatum jam hæc eſſe

 Deum

Jeroſolimæ fecit. [5]. Quis enim miſereretur tui, Jeroſolima? quis dolorem, *propter calamitates tuas*, tibi teſtificaretur? quis recederet *à via*, ut à te peteret, an ſatis rectè omnia? [6]. Tu reliquiſti me, ait Jehova, *&* retrorſum abiiſti, ego verò in te manum meam extendam, téque perdam, *nam* fatigatus ſum pœnitendo, [7]. Disjiciam eos ventilabro, per urbes terræ; orbum reddam, perdam populum meum, *quia* à viis ſuis non redit. [8]. Plures fient ejus viduæ arenâ marium; adducam iis, in metropolin, delectum militem, qui vaſtet in meridie; curabo in eam urbem irruere repente terrores. [9]. Lan-

zekiæ, Regis Judæ filium, ob facinora, quæ Jeroſolimæ admiſit. 5. Quiſnam enim tui miſericordiâ tangeretur, ô Jeroſolima? quis tibi teſtificaretur? Quis exiret à via, ut à te peteret an omnia ſatis rectè, apud te? 6. Tu à me defeciſti, ait Creator, & receſſiſti; ego verò manum meam in te injiciam, téque malè habebo, & te perdam; nam fatigatus ſum, dum me pœnitet. 7. Disjiciam Iſraelitas, quaſi ventilabro, per omnes terræ urbes; perdam populum, quia à pravis ſuis viis non receſſit. 8. Plures erunt apud eum viduæ, quàm ſunt arenæ, in littore marium. Immittam

Deum Judæis, ejus ævo, & Judæos pravum Regem eſſe imitatos; unde intelligimus Deum de innocentibus poſteris ſupplicium non ſumſiſſe; ſed quia noxium Regem imitati fuerant, atque imitabantur etiamnum, tempore Jeremiæ, ut iis paſſim exprobrat.

5. *Quis enim miſereretur* &c.] Hæc oſtendunt omni miſericordia, atque humanitate indignos fuiſſe Jeroſolimitanos, non verò neminem eorum miſertum, & dolorem ſuum iis ſignificaſſe; utrumque enim fecit Jeremias, qui paſſim miſericordiam ſuam erga eos teſtatur, & threnos etiam ſcripſit, quibus ſe iis συμπαθῆσαι palam oſtendit.

Dolorem teſtificaretur] ינוד *janoud*, hoc propriè ſignificat, quod non poteſt uno verbo Latinè exprimi, ſed optimè verbo Græco συμπαθῆσαι redditur. LXX. Intt. δειλιάσει ἐπὶ σοὶ, quod verbum minùs idoneum eſt, ſignificat enim *timere alicui*. Meliùs *Hieronymus* vertit: *contriſtabitur pro te*.

Quis recederet è via] יסור *jaſour*, divertet, ut ſolent, nempe, amici de ſalute amicorum anxii, ſi non procul ab eorum ſedibus peregrinentur, ad eos divertere, ut videant quî ſe habeant, & auxilium ſuum iis offerant.

Ut à te peteret &c.] לשאל לשלום לך *liſchol leſchalom lach*, ad petendum de pace, ſeu de ſalute à te; quod Latini dicunt: *ſatiſne rectè omnia*, Hoc non intellexerunt LXX. Intt. qui habent: τίς ἀνακάμψει εἰς εἰρήνην σοι, nec Latinus: qui vertit: *quis ibit ad rogandum pro pace tua*.

6. *Fatigatus ſum pœnitendo*] נלאיתי הנחם *nilethi hinnachem*. *Pœnitere* Deum dicitur, cùm minas intentatas peccatoribus non exſequitur; ut faciunt homines, cùm rei cujuspiam eos pœnitet. Sed Deus non mutat ſententiam, minas enim adhibuerat, ut homines revocaret à peccatis; quod cùm conſequutus erat, iis, pro ſuo conſilio, ignoſcebat. Vide ad 1. Sam. XV, 29. Hìc ergo vult Deus, ſe non ampliùs minarum ſuarum effectum dilaturum, cùm Judæorum contumacia, indulgentiâ longiore, curari non potuiſſet. Deus quidem non *fatigatur* contumaciâ delinquentium, quæ æternam ejus felicitatem minuere nequit; ſed ἀνθρωποπαθῶς *fatigari* dicitur, ut pater, qui pertinaci nequitiâ filii, cui ſæpiùs ignovit, permotus eum tandem exheredat. LXX. Intt. ἀνήσω αὐτοὺς, quaſi legiſſent להניחם *lehanibhem*, ſinendo eos quieſcere. Latinus: *laboravi rogatus*, vel *rogans*, cui duplicem ſenſum tribuit *Hieronymus* in Commentario: *quòd jam defecerit Deus crebrò iis ignoſcendo, & laſſus ſit ſemper eos provocans ad ſalutem*. Prior ſenſus eſt verus.

7. *Disjiciam eos ventilabro* &c.] Ita eos ventilabo, ut ſpargantur per multas urbes; vel, in ſingulis urbibus ſic ventilabo, ut nuſquam conſiſtant, ſicut gluma, quæ vento rapitur.

In urbibus terræ] *In portis terræ*.

Quia à viis ſuis non redit] מדרכיהם לא שבו *middarchehem lo ſchabou*, à viis ſuis non redierunt. Supplendum ab initio כי *quia*, hæc enim una fuit cauſa, cur Deo tam graves pœnas luerent. *Hieronymus* ſupplevit, *& tamen*, quia præterito verterat: *interfeci & perdidi populum meum*, quæ meliùs futuro exprimuntur, ut ſeries orationis oſtendit.

8. *Plures fient*] עצמו לי *hatſamou li*, invaleſcent mihi, quod tralaticio ſignificatu hìc ſumitur, pro augmento numeri. Hinc LXX. Intt. ἐπληθύνθησαν, & Latinus: *multiplicatæ ſunt*. Sed meliùs futurum hìc adhibetur, cùm agatur de re futura, nec patiatur Latina Lingua nos aliter loqui, ſine ambiguitate.

In metropolin] על אם *hal em*, in matrem. Sic verti interdum poſſe vocem אם *em* oſtendimus dudum ad Gen. XI, 4. quem ſignificatum hìc admitti etiam oportere, res ipſa oſtendit; nam agitur ſine dubio de clade Jeroſolimæ, nec ullus alius hinc elici queat commodus ſenſus. At LXX. Intt. ἐπήγαγον ἐπὶ μητέρα νεανίσκου, omiſſâ verſione vocis להם *lahem*. Latinus pleniùs: *induxi eis ſuper matrem adoleſcentis*, quod *Hieronymus* ſic interpretatur, in Commentario: *matres perditis liberis ſenſere vaſtantem, non in nocte & per inſidias, ſed clarâ luce, ut oſtendat apertam vim adverſarii fortioris*. Poſtremis adſentimur, ſed priora verba *ſuper matrem adoleſcentis* ſenſu reverâ carent. *Jonathan* על סיעת עולימהון *in conventum juvenum eorum*. Sed אם nuſquam ſignificat *conventum*. Sejungenda ſunt ergo hæc verba, ut fecimus.

Delectum militem qui vaſtat in meridie] בחור שדד בצהרים *babhour ſchoded batſoborajim*. ſed בחור non eſt impropriè *juvenis*, verùm *electus*; unde in *militis* ſignificatum tranſiit, qui, habito delectu, ad militiam vocatus eſt, in quam cùm juvenes admittantur, potiùs quàm

9. Languebit quæ pepererat ſeptem *liberos*, efflabit animam, occidet Sol ejus, dum etiamnum dies erit, pudore adficietur, & erubeſcet; reliquias ejus permittam gladio, coram ejus hoſtibus, ait Jehova.

10. Væ mihi! mater mea, quòd pepereris me virum, cum quo lis eſt, virum cum quo contentio eſt toti terræ. Non collocavi fœnori neque accepi *pecuniam*, attamen omnes mihi detrahunt.

11. Dixit

mittam in eorum Metropolin delectos milites, qui eam meridie ipſo invadent, & ſubitò terrebunt. 9. Quæ pepererat ſeptem liberos, à quibus defendi poterat, efflabit animam, nec ampliùs lucem videbit, & interdiu eam pudebit, à ſuis deſertam. Quod ſi ea ſupererit, objiciam eam hoſtium gladio, ait Creator.

10. Væ mihi! ô mater mea, dicet is, quem peperiſti, ut bello intereſſet contra virum, qui poteſt cum terris omnibus bellum gerere. Non pecuniam mutuam fœnus mihi ſoluturo dedi; nec eo ſeciùs mihi omnes detrahunt.

11. Dixit

quàm ſeries, hinc factum, ut בחור *juvenem* ſignificarit. De poteſtate vocis ſumtæ pro *delecto* è populo vide 1. Sam. VI, 1.

Curabo in eam urbem irruere repente terrores] הפלתי עליה פתאם עיר ובהלות *hippbaltbi baleab phitbom bir oubebaloth*, faciam cadere in eam ſubitò urbem & terrores. Eſt inverſio verborum, quales ſunt, apud hunc Prophetam, plores, quorum idem eſt ſenſus ac ſi dixiſſet: הפלתי בהלות פתאם על העיר *faciam ut irruant terrores ſubitò in urbem*. Ut non ſunt facilè admittendæ ejusmodi inverſiones, dum ſententia aliqua è verbis, prout jacent, elici poteſt: ſic nec ſunt rejiciendæ, ubi nullum ſenſum fundunt. Hinc permulti Intt. in hoc ipſo loco, rationem ſententiæ majorem haboerunt, quàm ſitûs verborum. LXX. Intt. ἐπέῤῥιψεν ἐπ' αὐτὴν ἐξαίφνης τρόμον καὶ σπουδήν. Vulgatus: *miſi ſuper civitates repentè fervorem*. Jonathan: *eduxi ſuper eos repentè exercitum & diſſipavit urbes eorum*. Recentiores conſulent, qui volent, onde ſatis liquebit, ſenſom inveniri non poſſe, niſi verba invertantur. Verſio Hiſpanica, quæ vocatur, *verbum è verbo*, ſic habet: *bize caër ſobre ella ſubito ciudad y conturbaciones*, nec potuit locus aliter verti verbatim, ſed hinc nullam exſculpere licet ſententiam.

Non diſſimulabo tamen, re maturè expenſâ, viſum eſſe unâ omiſſâ litterula, eàque omnium minimâ, poſſe commodum ſenſum inveniri, & inverſionem verborum vitari, ſi, nempe, pro עיר *bir*, urbem, legamus ער *bar*, *hoſtem*; onde egregia exſurgit è verbis, more conſueto, diſpoſitis ſententia: faciam ut, *irruant in eam ſubitò, hoſtis & terrores*. Non opus eſt probari ער *bar* eſſe *hoſtem*, res enim eſt nota. Si deſumta eſſet vox ex uſu Chaldæorum ut ער ſit pro צר, mutatione ſollemni litterarum ע & צ, ut nonnulli potant, diceremus hac voce oſum Prophetam, quòd de Chaldæo hoſte ſermo ſit. Sed res dubia eſt. *Lud. Cappellus* retinet vocem עיר & *vigilem* interpretatur, eàque hoſtem intelligit, ſed ſine exemplo. Interim fateor me vereri, ne ſint συμπλοκαὶ nonnollæ, ad quas, præ ceteris Intt. confugere ſolet *Franc. Junius*, potiùs è calamo Librariorum, quàm Prophetæ, eorúmque σφάλματα pro figuris venditentur. Cùm tot Variæ Lectiones, hoc eſt, menda in Codicibus N. T. ſint, quis miretur talia eſſe in Veteri? Nemo certè qui ſapiet. Certè Libri N. T. non minoris momenti, imò majoris ſunt; ac proinde à Providentia ſervati, æquè ac Vet. Teſtamenti Libri.

Terrores] בהלות *behaloth*, ſunt *perturbationes*, aut *terrores*. Vide Levit. XXVI, 16. Hic LXX. duobus verbis expreſſerunt: τρόμον καὶ σπουδὴν, hoc eſt, uno verbo, trepidationem. Hieronymus: *terrorem*.

9. *Quæ pepererat ſeptem liberos*] Aut *filios*, quod fortè rectiùs; quia Propheta terrorem maximum deſcripturus, ejus exemplum profert ſubitam mortem matris familias ſibi timentis, quamvis ſeptem filiorum auxilio niteretur, cùm eos omnes periiſſe audiret. *Septem* autem habetur pro pluribus. *Hieronymus* ad hunc locum: *ſæpe diximus verbum* SABA, *vel* ſeptem, *vel* juramentum *ſonare*, *vel* plorimos; *unde & diverſa eſt interpretatio, Aquila, LXX. & Theodotione* ſeptem *transferentibus*, *Symmacho* plurimos. Vide ad Gen. IV, 24.

Occidet Sol ejus] Sol ei æternùm occidet; hoc eſt, oculos ei mors claudet, ut ne Solem ampliùs videat.

Dum etiamnum dies erit] Antequàm tempus ſolitum vitæ humanæ expleverit, cùm etiamnum vegeta eſſet. Sub imagine autem ejusmodi mulieris deſcribitur Jeroſolima, quæ moltò citiùs periit quàm ſperare poterat; propter inſaniam Regum, jugum Babyloniorum excutere conantium, quibus pares nollo modo erant. Sed ei furori à Deo fuerant veloti traditi, à quo retrahi potuiſſent, ſi Deum ex animo & conſtanter coluiſſent.

Pudore adficietur &c.] Cùm magno animo captis in Babylonios armis, ſe nequaquam parem ei eſſe deprehendiſſet, & ſtultitiam ſuam ipſe damnaret.

Permittam gladio &c.] *Gladio dabo, antè faciem hoſtium ſuorum*, hoc eſt, objiciam hoſtibus cædendos.

10. *Virum cum quo lis eſt* &c.] *Virum litis, virum contentionis toti terræ*; hoc eſt, cui certandum erit cum omnibus popularibus ſuis, dum extremas calamitates iis prædico, nec mihi bene monenti credunt.

Non collocavi fœnori] לא נשיתי *lo naſchithi*. Obſervat hìc verè *Grotius* fœnus Hebræis fuiſſe vetitum, ſed perperam propterea putat vertendum: *mutuam pecuniam nec dedi ego cuiquam, nec quisquam mihi*. Ideò quòd vetitum hoc fuit, Lege Moſaïcâ, non ſequitur, non factum, cùm leges multò majoris momenti

[11]. Dixit verò Jehova: ne vivere credar, niſi reliquiis tuis, *ô Jeremia*, bene ſit, & niſi curem orari te ab hoſte, tempore calamitatis, & tempore anguſtiæ. [12]. An ferro frangetur ferrum ab Aquilone, atque æs. [13]. Opes tuas, *ô Juda*, & theſauros tuos diripiendos dabo, ſine pretio, in omnibus tuis finibus pro cunctis tuis delictis. [14]. Faciam, ut transferaris, cum hoſtibus tuis, in terram, quam non noſti; accenſus eſt enim ignis, in ira mea, & contra vos ardebit.

[15]. Tu

11. Dixit verò Creator *mihi*, ne vivere credar, niſi poſteris tuis benefaciam, ô Jeremia, & niſi faciam, ut poſteris tuis hoſtes ſint ſupplices, tempore calamitatis. 12. Ferrum non frangitur ferro ab Aquilone adlato, atque ære; neque tu emendaveris hominibus non te melioribus, quàm tu, ſed Dei amantioribus. 13. Divitias veſtras, ô Judæ Tribules, diripiendas dabo, ſine hoſtium ulla jactura, in omnibus veſtris finibus, prout vitiis & ſceleribus eſtis commenti. 14. Dabo operam ut transferamini, unà cum hoſtibus veſtris, in terras vobis ignotas, in quibus nondum fuiſtis, incenſa enim juſtitia mea contra vos, & contra vos ardebit.

15. Tu

menti palam perfringerentur; qualis Lex de uno Deo colendo. Itaque rectè hæc intelliguntur de fœnore, fœneratores enim ſunt inviſi iis, à quibus pecuniæ ſuæ æquo majus fœnus flagitant; aut etiam modicum rigidiùs exigunt, & qui ſolvere nolunt, aut nequeunt, ſe in jus vocari potiùs patiuntur, quàm ut pecuniam numerent.

Neque accepi pecuniam] ולא נשו בי *vlo naſchou bi*, neque fœnori dederunt mihi; nam, ut dixi, ſæpe contingebat, ut qui pecuniam fœnori acceperant, lites cum fœneratoribus haberent. *Hieronymus* ad hunc locum: *Septuaginta*: non profui, neque profuit mihi quiſquam. *Theodotio*: non debui, neque debuit mihi quiſquam. LXX. nempe, etiamnum habent in noſtris Codicibus: οὔτε ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλησέν με οὐδείς. Omnino tamen crediderim, eos Intt. qui Jeremiam verterunt, ſcripſiſſe, initio: οὔτε ὤφλησα, οὔτε ὤφλησάν μοι, ut putabat *Lud. Cappellus*. Neque enim obſcura eſt verbi נשה ſignificatio, & res ita verti poſtulat.

Attamen omnes mihi detrahunt] כֻּלֹּה מְקַלְלַוְנִי Vox eſt anomala, ait *Cappellus*, compoſita ex *Benoni* & futuro *Pihel*; nam à *Benoni* habet מ præpoſitum, ex Futuro verò ו. Dicendum fuerat יקללוני *jekallelouni*, in Futuro, in Benoni verò מקללים לי *mkallelim li*. Mirum à viro docto hoc tributum non fuiſſe Librariis, qui pro מקלל לי *mkallel li*, propter antecedens כלו *chullo*, ſic ſcripſerint; neque enim Librarii Judæi fuerunt διάπιστοι, quod ille, præ cæteris omnibus, multis oſtendit. Ejuſmodi Anomaliæ ſunt valdè ſuſpectæ. LXX. Intt. mirè verterunt: ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. Hieronymus: *omnes mihi maledicunt*. Detrahebant autem omnes Jeremiæ, quòd Babyloniorum victorias & clades Judæorum prædiceret, ut ſequentia ſat docebunt. Nemo æquo animo audit omnia ſecunda hoſtibus pollicentem, & patriæ omnia adverſa minantem.

11. *Ne vivam, niſi reliquiis tuis bene ſit*] Eſt tantùm אם לא *niſi*, ſed paſſim ellipſes ſunt, in formulis jurandi. Vide 1. Sam. III, 17. XX, 12. Sequentia ſic Hebraïcè habent: שריתך לטוב *ſcheritheha ltob*, reſiduum tuum in bonum; pro שאריתך, nam שריתך eſt mendoſum, quamvis in textu reliquerint Maſſorethæ. Benè Hieronymus: *ſi non reliquiæ tuæ in bonum*. Mirè LXX. Intt. γένοιτο, δέσποτα, κατευθυνόντων αὐτῶν. At *Lud. Cappellus* vult שריתך vertendum *dimittam* à שרה, quod eſt *ſolvere*; aut *ſi non fecero te habitare in bono*, quia שרה eſt etiam *habitare*. Sed hæc ſunt coacta. Reſpicit hæc Dei promiſſio humanitatem, quâ Chaldæi Prophetam exceperunt, poteſtate ei factâ eundi in Babyloniam, aut manendi ubicumque vellet, additis etiam muneribus. Vide Cap. XL, 2. *& ſeqq.*

Niſi curem orari te ab hoſte] אם לא הפגעתי בך את האיב *im lo hiphgathi becha eth haojeb*. Duæ poſtremæ voces, quæ ſunt in fine verſûs, ſunt conſtruendæ cum prioribus: הפגיע *hiphgiah*, ſequente ב, eſt ſe interponere apud aliquem, ad eum exorandum. Cùm verò ſequatur hic accuſativus את איב, qui ad verbum antecedens neceſſariò referendus ita vertendum cenſui, ut ſit hic ſenſus: *faciam ut hoſtis oret te*; hoc eſt, adlegabo ad te hoſtem, qui blandis verbis tecum agat; ut ſolutus catenis, ſecum liberè eas Babylonem, ſin minùs te oret, ut maneas in Judæa, ubicúmque tibi videbitur. Quod eventus comprobavit. *Lud. Cappellus* hæc refert ad Judæos inimicos Jeremiæ, qui eum orarunt, ut pro ſe Deum conſuleret, quod habemus Cap. XLII, 1. *& ſeqq.* Sed quia ei non ſunt obſequuti, verùm vim intentarunt, invitúmque abduxerunt in Ægyptum; non videtur reſpicere Deus adfucatas illas preces, quas ſequutæ ſunt vis & minæ, quaſi eos pro beneficio Prophetæ polliceretur. LXX. Intt. verterunt: εἰ μὴ παρέστην σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν, καὶ ἐν καιρῷ τῆς θλίψεως αὐτῶν, εἰς τὰ ἀγαθὰ πρὸς τὸν ἐχθρόν. *Hieronymus* verò: *Si non occurrit* (legit *Cappellus occurri*, quia eſt in Hebræis prima perſona) *tibi in tempore adflictionis, & in tempore tribulationis & anguſtiæ adverſùs inimicum*. Idem verò in Commentario: *Poſſunt hæc & in perſona Jeremiæ accipi, qui peſſimo tempore, & jam imminente captivitate prophetare compulſus eſt, & dura perpeti à populo non credente*. Imò debent hæc ita intelligi, niſi vim inferre verbis & toti ſeriei orationis velimus. Paullò pòſt: *reſpondit Dominus: noli conſiderare præſentia, ſed futura; reliquiæ enim tuæ & noviſſima erunt in bonum. Denique & in præſentiarum, cùm te cuperent inimici opprimere, adfui tibi & meo es protectus auxilio.*

13. *An ferro frangitur ferrum*] הירוע ברזל ברזל *hajaroah barzel barzel*, an rumpet ferrum ferrum. LXX. Intt. & *Theodotio*: εἰ γνωσθήσεται σίδηρος καὶ περιβόλαιον χαλκοῦν. *Symmachus*, teſte *Hieronymo*: *numquid nocebit ferrum ferro ab aquilone & æri*. Hieronymus: *numquid fœde-*

15. Tu noſti *me, inquam*, Jebova, recordare mei, mei curam gerito, ultionem mi-
hi ſumito de inſectatoribus meis; ne me, in longa tua ira, corripito, ſcito me, prop-
ter te, opprobrium *hoc* ferre. 16. *Quoties* inventa ſunt verba tua, ea in paſtum meum
converti, fuit mihi verbum tuum gaudio atque hilaritati animi, quia de tuo nomine
vocatus ſum, ô Jehova, Deus exercituum. 17. Non ſedi in arcano cœtu irriſorum,
nec *cum iis* exſultavi; propter manum tuam, ſolus ſedi, quia indignatione me repleſti.
18. Cur

15. Tu verò, ô Creator, qui noſti me, recordare mei, & mei curam gerito; ulciſcere me contra inſectatores meos; nec me, in longa tua indignatione in Tribum Judæ, punito; memento, me opprobrio expoſitum fuiſſe, propter te. 16. Quoties comperiſti, verba tua animi mei paſtum fuiſſe, & unicum paſtum, quia dictus fui tuus cultor & Propheta, ô Creator & Deus, à quo pendent exercitus. 17. Nequaquam ſedi in arcanis cœtibus eorum, qui leges tuas irrident; nec cum iis exſultavi, contra manum tuam; ſolus domi ſedi, quia indignatione me repleſti, in impietatem

fœderabitur ferrum ferro ab aquilone & æs. Ad quæ verba ſic habet in Commentario: *Varietatis cauſa perſpicua eſt. Verbum enim* JARE (videtur legiſſe non ירוע *jaronah*, ut nunc legimus, ſed ירעה quod JARE, omiſſis gutturalibus expreſſit) *quod in præſenti ſcriptum eſt, pro ambiguitate enunciationis, &* amicitiam *ſonat &* malitiam; *quod ſi pro* RES littera (*qua* DALETH *litteræ ſimilis eſt*) *legatur* DALETH *ſcientiam, cognitionémque ſignificat.* Sic ſanè lectum oportet à *Theodotione & LXX. Intt.* Sed nullus commodus ſenſus ex ejusmodi lectione erui queat. *Symmachus* qui verterat *nocebit*, deduxit hoc verbum à ירע *jarah* malus fuit; quod inflectionem deduxerit à forma ירע qualis; hoc in ſignificatu, eſt Soph. I, 12. Sed nec ſatis convenienter loquatur, qui dixerit: *ferrum non nocet ferro.* Hieronymus denique vertit: *fœderabitur*, quaſi eſſet ירוע aut potiùs ירעה à verbo רעה *amicus fuit*, in futuro Hiphil, ירעה *amicum faciet.* Sequuti ſumus lectionem noſtram hodiernam, ex qua eſt tertia Futuri Hiphil à רעע *rahah*, rupit, ut ſententia ſit: an rumpet ferrum Jeroſolimitanum caſſides, thoraces, aut clipeos, conſtantes ferro, aut ære temperatis à fabris ſeptemtrionalibus? Si quæras quinam ſint fabri illi ſeptemtrionales ferri & æris; reſponſum in proclivi eſt, populos, nempe, intelligi, qui à Scriptoribus ſacris vocantur *Thubal & Meſech*, à Græcis Tibareni & Meſſynæci, celeberrimi ab hac arte tractandi ferri & æris, Judæiſque & Babyloniis ſeptemtrionales, ad Pontum Euxinum ſedes habentes, ortum versùs, atque ad ejus maris meridiana littora. De his populis multis egit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. III. c. 12. ubi oſtendit creditos à Græcis inventores artis tractandorum metallorum, quæ diximus, & *Chalybes* dictos à Græcis, unde *Chalybs* pro duriſſimo ferro. Itaque illinc credibile eſt Babylonios arma ſibi comparaſſe. Ezekiel etiam hiſce temporibus Cap. XXVII. docet nos, Tyrios ferrum & æs emiſſe à Tibarenis & Moſchis vers. 13. & Javanem, ſeu Græcos Aſiæ minoris ferrum vendendum in forum Tyriorum adtuliſſe, vers. 19. Illis autem Javanis poſteris intellexerim mercatores Aſiæ minoris, qui ferrum factum Tyrum advehebant.

13. *Sine pretio*] Non tantùm nullâ numeratâ pecuniâ. Sed etiam ſine labore, aut clade raptorum.

In omnibus tuis finibus] *Et in omnibus tuis peccatis, & in omnibus tuis finibus.*

15. *Tu noſti me, inquam,*] Addidi, *inquam*, quia hæc Jeremias dicit, ſuperioribus à Deo auditis.

In longa tua ira] *In longitudine tuæ iræ* לארך אפך *leerech apphecha.*

Corripito] תקחני *thikkabbeni.* LXX. Intt. omiſerunt hanc vocem vertere, quam addidit *Theodotion*, qui habebat: οὐ λάβῃς με, ſuperiores verò verterunt: μὴ εἰς μακροθυμίαν, ita ut, ex eorum ſententia Deum oret Propheta, ne differat ultionem ſumere de inſectatoribus ſuis. Revera ארך אפים dicitur Deus, ubi ejus patientia, ſeu μακροθυμία deſcribitur. Sed nuſquam occurrit hoc loquendi genus; *ne in longitudinem iræ tuæ me ſumas.* Vertit Hieronymus: *noli in patientia tua ſuſcipere me*, quod interpretatur Grotius: *noli patiens eſſe & tardus, in injuriis meis vindicandis.* Verùm לקחת *lakohh* nuſquam eſt *vindicare injurias.* Quare תקחני cepimus quaſi legeretur תוכיחני *corripias*, ut eſt Pſ. VI, 2. אל באפך תוכיחני *al beapphecha thochibbeni*, ne in ira tua corripe me. Vide & Pſ. XXXVIII, 2. Fateor alibi non occurrere, ſed nec uſquam leges אל לארך אפים תקח *ne in longanimitate tua capias*; eo ſenſu, quo hîc capi volunt, ne me è medio tollito, dum erga inimicos meos es longanimis. Deum orare videtur Propheta, ne ſe, per longam iram, quam conceperat in Judæos, puniret. Quamvis enim collatus cum ceteris innocens eſſet, ſine peccatis tamen non vixerat, erátque cur Deum oraret, ne ipſum puniret, dum iratus eſt toti tribui Judæ. Quod ſi quis malit retineat per me licet תקחני *thikkabbeni*, hoc ſenſu ne me, per tam longam in populares meos iram, è medio tollito. Interim nemo jure neget תוכיחני potuiſſe facilè migrare in תקחני.

16. *Quoties inventa ſunt* &c.] Poſſit hoc quaſi interrogatio haberi: *inventáne ſunt verba tua?* hoc eſt, quoties ad me verba feciſti.

Ea in paſtum meum converti] ואכלם *vedchelem*, comedens ea; hoc eſt, avidè ea excepi, ut qui eſuriens cibum ſibi oblatum ſumit. Hinc Deus, mandata cùm daret Ezekieli Prophetæ ad Iſraëlem, C. III, 1. jubet eum, in viſo ſine dubio, volumen deglutire, quod deglutit Propheta. Vide & Apoc. X, 9. Sic quoque Chriſtus Joan IV, 34. ait *cibum ſuum eſſe, ut faceret voluntatem ejus, qui eum miſerat.*

De tuo nomine vocatus ſum] *Vocatum eſt nomen*

18. Cur fuit dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperata renuit curari? Fuiſti mihi, quaſi mendax, *aut* aqua infida.

19. Propterea ſic dicit Jehova: ſi revertaris, reducam te, *&* coram me ſtabis; ſi ſecreveris pretioſum à vili, inſtar oris mei eris. Ad te illi redibunt, ſed non redibis ad eos. 20. Faciam ut fias huic populo murus æneus, & munitus; oppugnabunt te, ſed ſuperiores te non erunt; ego enim tibi adſum, ut te ſervem ac liberem, ait Jehova.
21. Eripiam

pietatem populi tui. 18. Cur verò, propter indignationem tuam, ſolus domi ſedi, propter indignationem, quam mihi inſpiraſti. 18. Cur perpetuo dolore laboravi, & qui non poterat ſanari? Fuiſti mihi, pro opinione hominum, inſtar mendacis medici, aut aquæ, quâ ſitim meam nequaquam ſedabam.

19. Quare dixit Creator. Si redieris, reducam te, & coram me, ut antea, ſtabis; ſi ſecreveris id, quod eſt alicujus pretii, à vili. Ad te illi reverten-

men tuum ſuper me,] Hoc eſt, vocor *Propheta Jehovæ.* Notum eſt, & frequens hoc Hebraïcæ Linguæ idioma.

17. *Non ſedi in arcano cœtu irriſorum*] Imitatio Pſ. I, 1.

Nec cum iis exſultavi] ואעלוז *vaabeloz.* Repetenda negatio ex antecedentibus, quaſi eſſet ולא אעלוז *& non exſultavi*, & ſupplendum *cum illis*, qui lætabantur iis temporibus, quibus imminebant Judæis ingentes calamitates. Sæpiùs iis à Prophetis prædictæ, ſed non creditæ.

Indignatione me repleſti] In eos, nempe, qui Prophetis fidem detrahebant.

18. *Cur fuit dolor meus* &c.] Non quærit Propheta doloris ſui rationem, quam probè norat; ſed queritur de popularium contumacia, quæ non patiebatur dolorem ſuum minui.

Fuiſti mihi quaſi mendax] Non quòd dubitaret de revelationum ſuarum veritate, ſed quia populares ei mendacium exprobrabant. Quamobrem viſa à Deo Jeremiæ oblata, habita ſunt quaſi mendacia, quamvis verè, & à vero Deo ei oblata fuiſſent. Hæc verba LXX. Intt. perperam retulerunt ad plagam, de qua in antecedentibus verbis, habent enim pro היו תהיה לי כמו אכזב *hajo thijeh li chmo achzab,* γινομένη ἐγένετό μοι ὡς ὕδωρ ψευδές, quaſi μῶ apud Hebræos eſſet *aqua*, ut apud Ægyptios, qua de re vide *Philonem* & *Joſephum*, ubi loquuntur de nomine Moſi impoſito, & dicta à nobis ad Exod. II, 10. Vulgatus verò: *facta mihi eſt quaſi mendacium.* Sed quamvis תהיה ſit tertia perſona fœminina, eſt etiam ſecunda maſculina, & Propheta Deum adloquitur; ſenſu commodo, qui nullus eſt, ſi hæc referantur ad plagam.

Aut aqua infida] מים לא נאמנו *majim lo neemanou*, aquæ non fuerunt fidæ. Sed ſupplendæ particulæ או & כ quaſi eſſet או כמים *aut ut aquæ*, & poſtea אשר *quæ non ſunt fidæ.* Nihil frequentiùs ejuſmodi Ellipſi. *Aqua* autem *infida* dicitur ea, quæ non eſt perennis, ſed æſtivo tempore, aut ſicciore tempeſtate, fallit quærentem. Sic Proverb. XI, 18. *opus mendacii* eſt irritum aut fallax. Pariter Hoſ. IX, 2. *muſtum* dicitur *mentiri* iis qui in vineis copiam vini exſpectabant, falluntùrque in exſpectatione ſua; & Hab. III, 16. *opus oleæ mentiri*, cùm paucæ oleæ colliguntur. Ita etiam Latini ſunt interdum loquuti, ut *Horatius* Carm. Lib. III. Od. 30. cui *fundus mendax* dicitur, qui proventum cultori ſperatum non præbet. Rurſus Lib. I. Ep. VIII, 87. *ſpem mentita ſeges.* Contrà Carm. Lib. III. Od. XVI. *ſegetis certa fides* dicitur quæ non fallit.

19. *Si revertaris reducam te*] אם תשוב ואשיבך *im thaſchoub vaechibcha.* Hoc eſt, ſi redieris, cùm juſſero, ad Judæos, ut eos nomine meo adloquaris, te incolumem reducam. LXX. Intt. ἐὰν ἐπιστρέψῃς καὶ ἀποκαταστήσω σε. *Hieronymus* verò: *ſi converteris, convertam te.* Quod ſic interpretatur in Commentario: *ſi converteris à peccatis populum, convertam te in lætitiam.* Sed non videtur agi hîc de *converſione* populi à *peccatis*, nam תשוב non eſt verbum activum, nec referri poteſt ad populum, ſed ad Prophetam redeuntem ad eum, ut mandata Dei exponat, quamvis ſibi ab improbis hominibus timeret. Tum addit Deus: *reducam te*, aut *faciam ut redeas*; nempe, domum tuam incolumis. Res eſt, ut videtur, clara; nam Jeremias ſibi à popularibus timebat, à quibus inſtar Pſeudoprophetæ habebatur. Miror *Grotium* vertiſſe: *quia verteris quò te verto.* Sæpe peccatum ob Interpretibus dum שוב *converti*, nempe, ad Deum vertunt, cùm *redire* ſimpliciter ſignificet.

Coram me ſtabis] Perges mihi miniſterium tuum exhibere, nam ſervi coram heris *ſtare* dicuntur, pro eo quod eſt intenti eſſe omnibus eorum juſſis exſequendis. Vide 1. Sam. XVI, 21, 22. 1. Reg. I, 2. X, 8.

Si ſecreveris pretioſum à vili] אם תוציא יקר מזולל *im thotſi jakar mizzolel*, ſi feceris egredi pretioſum à vili. LXX. Intt. ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον ἀπὸ ἀναξίου. Latinus: *ſi ſeparaveris pretioſum à vili.* Videtur hoc velle Deus, ſi Jeremias rem maximi momenti ſecerneret à levioribus; hoc eſt, ſi majorem rationem haberet mandatorum à Deo datorum, de adloquendo populo, quàm populi minarum, & calumniarum, fore, ut eſſet inſtar oris ipſius Dei.

Inſtar oris mei eris] Hoc eſt, haberis verus Dei Propheta, nedum ut mendax exiſtimeris. Eventus reverâ oſtendit, Jeremiam verè mandata à Deo accepiſſe, ac proinde verè *os Dei* fuiſſe; cùm nihil dixiſſet, niſi quod ab eo accepiſſet. Sic Exod. IV, 16. Deus Moſi, quem jubebat Aharonem docere quid Iſraëlitis dici vellet, cùm id accepiſſet: *ille*, inquit, *populum pro te adloquetur, erit ille tibi oris loco, at tu ei eris inſtar Dei.* Ad quem locum vide à nobis notata.

Ad te illi redibunt, ſed non redibis ad eos] Hoc eſt, cùm te malè habuerint, téque audire recuſarint, attamen redibunt ad te, inquiſituri quid à me tibi revelatum fuerit. Quod Hiſtoria docet, Cap. XXXVII, 3. 17. XXXVIII, 14. *&* *ſeqq.* XLII. 1. *&* *ſeqq.*

LXX.

Digitized by Google

²¹. Eripiam te manui malorum, & liberabo è vola hominum violentorum.

In mandatis dat Deus Prophetæ, ſe ſe ab Judæis ſegregandi, & prædicendi iis omnis generis mali, additis tamen promiſſis atque interpoſitâ oratione Prophetæ ad Deum.

1. FACTA ſunt etiam Jehovæ verba ad me, in hanc ſententiam. ². Non duces tibi uxorem, neque erunt tibi filii, aut filiæ, in hoc loco. ³. Sic enim dixit Jehova CAPUT XVI.

vertuntur, non tu ad illos, 20. Faciam, ut ſis huic populo te adgredienti inſtar ænei muri, nec facilè expugnabilis, nec poterunt te in poteſtatem ſuam redigere; tibi enim adero, ut te ab iis liberem, 21. Eripiam te è manibus, è manibus hominum violentorum.

PARAPHRASIS.

1. ALLOQUUTUS, me præterea eſt Creator, in hanc ſententiam. 2. Cave ne tibi ducas uxorem ex hac plebe, ut ex ea liberos ſuſcipias, & qui in hoc loco, aut ex matribus, è quibus

LXX. Intt. ἀναστρέψουσι πρός σε, καὶ σὺ οὐκ ἀναστρέψεις πρὸς αὐτούς. Quod verterat Vulgatus & poſt eum Hieronymus: *convertentur ipſi ad te, & tu non converteris ad eos.* Quæ orta ſunt ex prava ratione vertendi שוב *ſchoub*, quod eſt *redire*, quaſi ad amuſſim ei reſponderet *convertere ſe*, ſenſu quo Eccleſiaſtici Scriptores ea voce utuntur.

20. *Murus æneus*] Vide C. I, 18.

Tibi adſum] *Tecum ego.*

COMMENTARIUS

In CAPUT XVI.

1. J*Ehovæ Verba*] *Verbum Jehovæ.*

2. *In hoc loco*] Hanathothis, aut Jeroſolimæ.

4. *Qui morbis morientur*] ממותי תחלאים ימותו *memothe thahhalouïm jomouthou*, mortibus morborum, aut languorum morientur; ſubaudiendum, *qui*, aut *quicumque*.

Non plangentur] Quòd, nempe, calamitatibus præſentibus, aut imminentibus eſſent erepti. Qui enim Babylonico jugo premebantur, aut impendens ſibi timebant, beatos eſſe putabant mortuos; qui nec timorum, nec calamitatum participes ampliùs eſſe poterant. Aut etiam, quia lugere ſuos, eóſve ſepelire nec vacabat, nec licebat, in tantis malis, & tanto morientium numero.

Gladio & fame abſumentur] Hæc ad vivos pertinent, quamvis aliis mortuos tantùm ſpectantibus miſceantur. Sed Hebræi ſcriptores ordinis minimè obſervantes fuerunt; tam de veritate ſolliciti, quàm εὐταξίας incurioſi.

Avibus cæli &c.] *Avi cælorum, & beſtiæ terræ,* לבהמת הארץ *lbehemath haarets*. Sed בהמה hìc pro fera carnivora ſumitur.

5. *Ne ingrediaris domum feralis epuli*] אל תבוא בית מרזח *al thabo beth marzeahh*. LXX. Intt. μὴ εἰσέλθῃς εἰς θίασον αὐτῶν Hieronymus: *ne ingrediaris domum convivii.* Sunt qui interpretentur vociferationem tam gaudentium, quàm lugentium. Vide Hamos. C. VI, 7. Hìc ſine dubio rem ad luctum pertinentem ſignificat, & *ferale convivium*, quod περίδειπνον vocabant Græci. Vide Baruchum VI, 31. & quæ eruditè hac de re collegit *Joan Kirchmannus* de Funer. Romanorum Lib. IV. c. 6. Sic & *Hieronymus* in Comm. *Moris eſt lugentibus ferre cibos & parare convivium; quæ Græci vocant* περίδειπνα *& à noſtris vulgò appellantur* parentalia, *eò quòd parentibus juſta celebrentur.* Eo videtur reſpicere, quæ habentur Ezek. XXIV, 17, 22. ubi Propheta vetatur, in luctu uxoris, *panem virorum comedere.* Sed vide in verſ. 7. 8. unde manifeſtò intelligere eſt de ferali convivio ſermonem eſſe.

Ne dolorem ullum eis teſtificeris] אל תנוד *al thanod*. LXX. Intt. μὴ πενθήσῃς αὐτούς. Latinus: *ne eos conſoleris.* Vide de hoc verbo notata ad C. XV, 5. & Job. II, 11.

Recepi pacem meam] אספתי את שלומי *aſaphthi eth ſchlomi*. Favor Dei videtur intelligi, non hominum pax, quæ opponitur bello. Sic & Latini *pacem Deorum* dicunt pro favore.

6. *Incidet ſe*] יתגדד *jithgedad*. Οὐδὲ ἐντομίδας οὐ μὴ ποιήσωσι, LXX. Intt. *non ſe incident*, Hieronymus. Vide not. ad Levit. XIX, 27, 28.

Tondebitur] Vide not. ad eumdem locum, & infrà Cap. XLI, 5. XLVIII, 37.

7. *Non frangent iis cibum*] לא יפרסו להם *lo jiphreſou lahem*. LXX. Intt. οὐ μὴ κλασθῇ ἄρτος, quaſi pro להם *lahem*, ii legerint לחם *lehhem* panem, nec fortè malè. Latinus: *non frangent inter eos lugenti panem*, quibus verbis utrámque lectionem conjungit. פרס *pharos* eſt propriè *lacerare*, ubi de veſte ſermo eſt. Hìc videtur idem valere ac ישברו *jiſchberou*, quod eſt verbum, hac in re, adhiberi ſolitum.

Solent eos] Eſt hìc in ſingulari *eum*, ut & in ſequentibus, more Hebræorum. Sed aptior erat numerus pluralis Latinè loquenti.

9. *Mox ego*] הנני *hinneni*, ecce ego הנה *hinneh*

Jehova de filiis, & filiabus in hoc loco natis, déque matribus, quæ eos pepererunt, & patribus, qui genuerunt, in hac terra. 4. *Qui* morbis morientur, non plangentur, neque ſepelientur, inſtar fimi in ſuperficie terræ erunt; gladio *alii* & fame abſumentur, erúntque eorum cadavera paſtui avibus cœli, & feris terræ. 5. Sic dixit Jehova: ne ingrediaris domum feralis epuli, neque eas ad plangendum, ne dolorem *ullum* eis teſtificeris; recepi enim pacem meam ab iſto populo, ait Jehova, benignitatémque, & miſericordiam. 6. Morientur parvi & magni, in hac terra, non ſepelientur, neque plangentur, neque *quisquam* incidet ſe, neque eorum causâ tondebitur. 7. Non frangent iis *cibum*, luctûs causâ, ut ſolentur eos de mortuo, neque dabunt eis potum, & calicem ſolatii, patris aut matris causâ. 8. Ne ingrediaris domum convivii, ut ſedeas cum illis, comedendi aut bibendi causâ. 9. Sic enim dixit Jehova, *Deus* exercituum, Deus Iſraëlis: mox ego faciam, ut deſinant in hoc loco, coram oculis veſtris & diebus veſtris, vox gaudii, vox hilaritatis, vox ſponſi, & vox ſponſæ.

10. Cùm vero nunciaveris populo iſti hæc omnia verba, dicéntque tibi: cur hæc prædixit Jehova de nobis, totum hoc ingens malum? Quænam verò eſt iniquitas noſtra? quodnam peccatum noſtrum, quibus in Jehovam Deum noſtrum deliquerimus? 11. *Hoc* eis dices, quia me deſeruerunt Majores veſtri, ait Jehova, ſequutíque ſunt Deos alienos, eos coluerunt, nec legis meæ obſervantes fuerunt; 12. vóſque etiam pejora feciſtis

bus nati ſunt, aut matribus ejusdem loci, qui eos genuerint in hac terra. 4 Illi morbis morientur, nec plangentur, nec ſepelientur, ſed in ſuperficie terræ linquentur, fimi inſtar; gladio & fame etiam abſumentur, eruntque eorum cadavera avibus carnivoris, aut feris quadrupedibus. 5. Vetuit etiam Creator Jeremiæ, ne eat domos, in quibus mortui erunt, & ubi epulæ mortuales celebrabuntur, neque ad plangendum, aut doloris teſtificandi causâ; neque enim, inquit, huic populo favorem teſtari pergam; neque cuiquam meam benignitatem & miſericordiam teſtari. 6. Morientur tenues & divites, in hac terra, nec ſepulcro inferentur, neque quiſquam incidet corpus ſuum, aut caput tondebit. 7. Nemo mortuales epulas præbebit, neque ſolabitur mortui conſanguineos aut adfines, neque poculum præbebit ſolatii, vel ut parentes lugentem. 8. Ne pedes inferat quisquam domum convivii mortualis, ut cum aliis epulas celebret. 9. Sic enim dixit Creator, idémque dux exercituum: mox ego dabo operam, ut deſinant hic & dum vivitis, voces lætæ, etiam in conviviis nuptialibus.

10. Cùm hæc omnia nunciaris huic populo, quærétque abs te, cur Creator ejusmodi triſtes nuncios ad ſe mittat tantarum calamitatum; quæ tandem ſint tanta ſcelera, quibus Creatoris iram moverint? 11. hoc reſpondebis, à me ad eos te miſſum; quia à Majoribus eorum deſertus erat Creator eorum Deus; 12. eóſque ſe deteriùs etiam, quàm illi fecerant, geſſiſſe, unumquemque enim ipſorum pertinaciter negaſſe, ſe Deo dicto audientem futurum, ſed facturum, quod videretur ſibi, ne ei obſequeretur; 13. me verò ejecturum eos è terra Chananæa, in terram, quam non norant, neque eorum Majores, ubi ignotos Deos culturos,

hinneh In vaticiniis paſſim rem *mox* futuram notat.

11. *Quia me deſeruerunt* &c.] Si ſoli eorum Majores deliquiſſent, res non exprobraretur poſteris; ſed quia eos imitati fuerant, quamvis à Prophetis vehementer caſtigatos, & à Deo ſæpiùs punitos; graviùs peccaſſe judicati ſunt, & graviores pœnas dederunt.

13. *Nec vobis, ulla in re gratificabor*] אשר לא אתן לכם חנינה *aſcher lo etthen lachem hhaninah*, qui non dabo vobis gratiam. LXX. οἳ δώσουσιν ὑμῖν ἔλεος. Latinus: *qui non dabunt vobis requiem.* Mirum eſt in re facili eos ceſpitaſſe, אשר enim ſæpe eſt perinde ac *quia*. Vide *Chriſt. Noldium* ad ſignif. XIII. particulæ.

14. *Attamen*] לכן *lachen*. Sic vertenda vox. Hoſ. II, 14. Vide eumdem ad ſign. VI.

Non ampliùs dicetur &c.] Hoc eſt, non tam celebrabitur eductio Iſraëlis ex Ægypto, quàm liberatio è captivitate Babylonica; quam libens ſolvit Cyrus, Edictóque Judæis honorifico firmavit Rex longè potentiſſimus; cùm Regi Ægyptio, minùs multò potentis, Iſraëlitarum dimiſſio, terrificis multis miraculis, fuiſſet extorta. Sæpe in comparatione negatur quod minoris eſt momenti, & quod pluris fit adfirmatur; ut ſignificetur præſtantia poſterioris, ut in illo Hoſ. VI, 6. *Beneficentiâ delector, non ſacrificio*, de quo Vide Intt. ad Matth. IX, 13. Ceterùm hic maximis minis miſcetur ſubitò inſignis promiſſio; ne animum planè deſponderent Judæi, æternúmque valedicerent Moſaïcæ Legi, quaſi à Deo in perpetuum rejecti. Quod paſſim, apud Prophetas, animadvertere licet.

E terra ſeptemtrionali] Babylonia quidem, aliquantò magis ad ſeptemtriones vergebat quàm Judæa; ſed ita loqui Prophetam potiùs cenſuerim, quòd Judæi per boreales Provincias Imperii Babylonii ſparſi, potiſſimùm eſſent. Sic videmus Ezechielem, alióſque habuiſſe ſedes ad Chaboram fluvium, qui per Meſopotamiæ boreales partes influit in Euphratem, Ezech. I, 3.

16. *Nunc verò*] הנני *hinneni*, ecce ego. Quod vertimus *nunc*, intelligetur de tempore paullò poſt futuro. Redit autem hîc Propheta ad minas.

Piſcatores] Eſt דוגים *davagim* in textu legunt Maſſorethæ דיגים *dajagim*, ut Eſai. XIX, 8. *Piſcatores* vocat Deus milites Chaldæos, qui Judæos in paludibus, aut aquoſis receſſibus latentes quærerent, ut captivi cum ceteris abducerentur.

Piſca-

feciſtis Majoribus veſtris, etenim quiſque ſequitur contumaciam pravi ſui animi, ne
mihi auſcultet. 13. Ejiciam vos ex hac terra, in terram, quam non noveratis vos, ne-
que Majores veſtri, & coletis illic Deos alienos, interdiu, & noctu ; quia vobis *ulla*
in re non gratificabor. 14. Attamen dies mox venient, ait Jehova, quibus non ampliùs
dicetur : vivit Jehova, qui eduxit Iſraëlitas è terra Ægyptia; 15. ſed: vivit Jeho-
va, qui Iſraëlitas è terra ſeptemtrionali, éque omnibus, in quas eos expulerat, terris
reduxit; faciámque, ut redeatis in terram veſtram, quâ Majores veſtros donaveram.
16. Nunc verò accerſam piſcatores multos, qui eos piſcabuntur, & poſtea etiam accer-
ſam venatores multos, qui eos venabuntur ex omni monte, ex omni colle, éque ru-
pium cavernis. 17. Oculi enim mei in omnes eorum vias ſunt *intenti*, non latent *procul*
à conſpectu meo, nequè oculis meis occulta eſt eorum iniquitas. 18. Rependam priùs
duplum iniquitati & peccato eorum; eò quòd polluerunt terram meam cadavere abomi-
nandorum ſuorum factorum, atque exſecrandis ſuis actionibus hereditatem meam im-
pleverunt.

19. O Jehova, robur, munimentum & perfugium meum, tempore quo in anguſtiis
verſor, ad te venient Gentes è finibus terræ & dicent: profectò rem fallacem poſſede-
rant Majores noſtri, rem inanem, & quæ nulli erat uſui. 20. An facere queat ſibi ho-
mo Deos? atqui non ſunt Dii.

21. Quare mox faciam, ut iis hac vice innoteſcat, faciam, ut innoteſcat iis manus mea
& potentia; & ſcient mihi nomen eſſe Jehovæ.

Deus

culturos, interdiu & noctu, quia vobis in nulla re gratificabor. 14. Attamen ſcite, fore etiam tempus, quo non ampliùs diceretur, vivere Creatorem, qui eduxerat Iſraëlem ab Ægypto; 15. ſed eſſe Creatorem, qui Iſraelitas è terra boreali, aliiſque, in quas abducti eſſent, reduxiſſet; 16. nunc verò ſe accerſiturum piſcatores multos, qui eos piſcarentur, tum etiam venarentur in omnibus collibus, éque rupium cavernis 17. Oculos enim ſuos intentos futuros, nec fore, ut eum lateant eorum flagitia, 18. ſe repenſurum duplum eorum ſcelerum, eò quòd polluerent ſuam terram ſibi conſecratam atque hereditatem ſuam nefandis ſceleribus implerent.

19. At ô Creator, cujus potentiâ nitor, qui me tueris, difficilibus temporibus ad te venient gentes, & contumelioſâ in Deos ſuos oratione dicent: profectò fallacem Religionem habuerunt Majores noſtri, re inani nitebantur. 20. An homines poſſunt ſibi facere ipſi Deos, qui non ſint Dii? 21. Quam ob rem efficiam, ut iis innoteſcat potentia mea, útque ſciant me non falſò vocari Creatorem.

PARA-

Piſcabuntur] ודיגום *vedigoum*, quod alii volunt eſſe pro דִּיגֵם in Pihel, alii pro הִדִּיגוּם in Hiphil

Venatores] Milites, qui per ſicciora loca, & montes, ferarum inſtar quærerent & abducerent. Ne ſupereſſent, nempe, in Judæa, qui poſſent res novas moliri, abſentibus, aliiſque rebus occupatis Babyloniis.

Eque rupium cavernis] In quos metu hoſtium confugiebant Judæi. Vide quæ hac de re ad Abdiam dicemus.

19. *O Jehova* &c.] Jeremias, auditis ſuperioribus verbis in viſo, etiam in eodem viſo ſe ad Deum convertit, ſpiritu prophetico impulſus, & vocationem Ethnicorum ad ejus cultum prædixit; ut oſtendat, præter Judæos, ſupereſſe Deo populum, ex idololatris gentibus colligendum.

Rem fallacem] *Mendacium* שקר *ſcheker*, quomodo vocantur Dii commenticii, in quorum auxilio exſpectando, decipiendi erant populi; ut decipiuntur homines ab homine mendace. Vide C. XIII, 25.

Rem inanem] הבל *hebel*, inanitatem.

21. *Quare mox faciam* &c.] Deus confirmat vaticinium Jeremiæ, aitque ſe operam daturum, ut iis populis innoteſcat.

Mihi nomen eſſe Jehovæ] Non eſt hoc capiendum de ſono ſolo vocis יהוה *Jehovah*, aut *Jawoh*, qui per ſe nihil eſt; ſed de ejus ſignificatu, quaſi Deus diceret : faciam ut ſciant, me non perperam *Jehovam*, hoc eſt, *Creatorem* dici. Vid. not. ad Exodi C. VI, 3.

COM-

Deus caſtigat Judæos, ſupplicium iis minatur, & præſertim iis, qui numinibus fidebant, cùm contrà omnia ſecunda in ipſo fiduciam reponentibus promittat. Propheta Dei auxilium ſibi implorat. Caſtigantur à Deo ii, qui Sabbathum polluebant.

CAPUT XVII.

1. PECCATUM Judæ ſtylo ferreo ſcriptum eſt, & ſcalpro adamantino in tabula cordis eorum inſculptum, atque in cornibus altarium veſtrorum. 2. Cùm recordor filiorum illorum, altariúmque & ſimulacrorum, ad frondoſas arbores, in editis collibus, *exclamo*: 3. ô mi mons, *qui es* in hoc agro, divitias tuas, & omnes theſauros tuos prædæ exponam! *idque* propter peccatum locorum veſtrorum editorum, in omnibus

PARAPHRASIS.

1. PECCATA Tribûs Judæ ſunt hominum pertinaciter iis addictorum, ut vix curari queant, quaſi eſſent ſcalpro adamantino inſcripta, in tabula cordium ſuorum, imo vero cornibus altarium, in quibus ſacra mihi faciunt.

2. Cùm recordor poſterorum illorum atque altarium, erectorum ad frondoſas arbores, in altis collibus, exclamo: 3. O mi mons, ubi Templum conditum, omnes divitias ab hoſtibus auferri patiar, propter peccata, quæ committuntur in omnibus

COMMENTARIUS

In CAPUT XVII.

1. *STylo ferreo ſcriptum* &c.] Ea quæ probè novimus, & quorum fieri nequit ut obliviſcamur, dicuntur eſſe *ſcripta in corde*, aut in animo noſtro. Qua de re vid. not. ad Cap. XXXI, 33. Sic & pravæ opiniones habitúſque iis conſentanei, qui altas radices in animo egerunt, dicuntur ſcripta eſſe in eo ſtylo ferreo, & ſcalpro adamantino, quòd vix, ac ne vix quidem, deleri poſſint, propter ſculpturæ altitudinem, ut ſic loquar.

Scalpro adamantino &c.] Hæc & ſequentia ad vers. uſque 5. jam deerant in Codd. LXX. Intt. tempore *Hieronymi*, quod teſtatur in Commentario, his verbis: *Quod cur à ſeptuaginta prætermiſſum ſit neſcio, niſi forſitan pepercerant populo ſuo; ſicut & in Iſaia eos feciſſe manifeſtum eſt*; Cap. II, vers. ult. ubi *Hieronymum* jam confutavimus. Subdit verò: *multáque ejuſmodi, quæ ſi voluero cuncta digerere, non dicam libro, ſed libris opus erit.* Ut alii perperam LXX. Intt. θεοσέβειαν commenticiam inculcabant: ita & *Hieronymus*, è contrario, prava eis conſilia immeritò exprobrat, ut oſtenderet, quàm eſſet nova ejus verſio neceſſaria. Tot ſunt alia loca, apud Prophetas, quibus acerrimè invehuntur in peccata Judæorum, quæ leguntur in LXX. virali verſione; ut nulla ratio ſit, cur illis potiùs, quàm huic loco parcerent. Verba בצפרן שמיר *btſippboren ſchamir*, verterunt alii Græci Interpretes: ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ, & Latinus: *in ungue adamantino*, quo intelligitur, *ſcalprum adamantinum*, qua uti licet ad inſculpendum quidpiam non tantùm vitro, ſed etiam cryſtallo, ac durioribus gemmis. Dicitur id inſtrumentum *unguis* צפרן, quòd aliquo modo ungues avium acumine ſuo referret, nam צפור *tſippbor* eſt avis.

In tabula cordis eorum] על לוח לבם *hal louahh libbam*. Græci: ἐπὶ τοῦ στήθους τῆς καρδίας αὐτῶν, Latinus: *ſuper latitudinem cordis eorum.* Rectiùs *tabulæ*, quæ propria vocis ſignificatio, & rei, quæ agitur, conveniens. Sic & Græcè verti debuit: ἐπὶ τῆς πλακὸς, ut Proverb. III, 3. in Aldina, & Complutenſi Edd. Hiſce loquendi generibus exprobratur obiter Judæis cor lapideum; cui, niſi ſtylo ferreo, nihil inſcribi poſſit; aut etiam ungue adamantino, qui duriori lapillo ſcalpendo adhibetur. Vide Ezek. XI, 19. XXXVI, 26.

In cornibus altarium] Hinc colligit *Grotius*, in cornibus ſcribi ſolita nomina Deorum, quorum erant altaria, nóſque amandat ad Act. C. XVII, 23. Sed Græci ſolebant inſcribere lateribus baſis altarium nomina Deorum, quibus erant altaria conſecrata, ut ex multis Inſcriptionibus antiquis liquet. Vide *I. Claſſem* Inſcriptionum Gruterianarum.

2. *Filiorum illorum*] בזכור בניהם *bizchor bnehem*. Græci Intt. ὅταν ἀναμνησθῶσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν. Latinus: *cùm recordati fuerint filii eorum.* Quid faciat ad rem filiorum memoria non intelligo. Itaque verti: *cùm recordor filiorum*, ut Deus ita loquatur. Intelligendi videntur filii iis altaribus mactati, quorum memoria Deum vehementer offendebat.

Exclamo] Videtur ſimile quiddam ſubaudiendum, cùm proximè ſequatur exclamatio: *ô mi mons* &c. Alioquin hiulca Latinis auribus eſt oratio.

Simulacrorum] אשריהם *aſcherehem*, ſimulacrorum eorum. Sic vertimus, hoc in loco, quia diſtinguuntur à lucis, ſequentibus verbis: *ad frondoſas arbores.* Vide ad 1. Regum C. XIV, 15, 23.

3. *O mi mons* &c.] הררי *harери*. Adloquitur Deus Montem Templi, cujus direptionem prædicit, propter idolulatriam Judæorum, in quorum agro, unà cum Diis commentitiis, coli nolebat.

Qui es in hoc agro] בשדה *baſſchadeh*, hoc eſt, in eadem terra, in qua tot erant colles Diis inani-

Google

omnibus finibus veſtris, *ô Judæi.* 4. Vacabitis & apud vos à *colendo* prædio, quod
vobis dedi, & vos in ſervitutem dabo hoſti veſtro in terra, quam non noratis; quia,
ignem ſubjeciſtis iræ meæ, in perpetuum, ardebit.

5. Sic dixit Jehova: maledictus *eſto* vir, qui confidit in homine, & robur ſuum
in carne ſitum vult, cujúſque animus à Jehova receſſit. 6. Erit inſtar myricæ in de-
ſerto, nec bonum ſentiet, cùm obtigerit, habitabit æſtuoſa loca in ſolitudine, in terra
ſalſuginoſa, in qua non habitaveris. 7. Benedictus *contrà* eſto vir, qui fidit Jehovæ,
aut cujus fiducia eſt Jehova. 8. Erit inſtar arboris ad aquam plantatæ, quæ ad rivum
radices mittit, nec ſentit æſtum, quando venit, foliúmque ejus viret, nec anno ſicci-
tatis areſcit, nec fructum proferre deſinit.

9. Animus omnium fallaciſſimus, idem deſperatus eſt, quis eum noſſe queat?
10. E-

nibus editis locis agrorum veſtrorum, ô Judæi. 4. Deſinetis colere prædia veſtra, quibus vos donaveram, & vos in ſervitutem abduci patiar in terras, quas non noveratis, quia in perpetuum accendiſtis indignationem meam.

5. Hæc autem dixit præterea Creator; Maledictus eſto, qui homini fidit, & robur ſuum ſitum vult, atque a vero Deo defecit. 6. Ejuſmodi homo eſt inſtar myricæ, in deſerto, nec ſentiet ſi quid boni erit. 7. Benedictus contra ſit, qui fiduciam ſuam in Creatore poſuerit. 8. Poterit eſſe inſtar arboris, quæ eſt ad aquam plantata, quæ radices ejus rigat, neque ſiccitatem, propter æſtum, patitur, & virentia folia ſervat, nec ſiccitatis cauſa fructus ferre deſinit.

9. Animus hominum fallaciſſimus eſt, idémque deſpera-

inanibus conſecrati; quæ Deo propterea inviſa facta erat, quamobrem diripiendam, ne ſuo quidem fano excepto, Chaldæis traditurus erat.

Divitias tuas] חילך *hhelcha.* Quod incommodè verterunt Græci: ἰσχύς σου, & Latinus: *fortitudinem tuam.* Sed חיל *hhajil* hìc ſunt divitiæ, ut Ruth. II, 1. IV, 11. & alibi ſæpe.

Propter peccatum locorum veſtrorum editorum] במותך בחטאת *bamothecha behhatath*, editorum tuorum locorum propter peccatum; eſt inverſio pro בחטאת במותיך *propter peccatum locorum tuorum editorum*, quales alibi ſæpiùs in hoc Propheta obſervavimus. *Peccatum locorum editorum* eſt peccatum in iis locis conſecrandis cultui falſorum Deorum admiſſum. Suffixa ſingularia plurali numero expreſſimus, perſpicuitatis causâ, cùm ſit manifeſtum, Deum hìc Judæos adloqui.

4. *Vacabitis & apud vos à colendo prædio*] ושמטתה ובך מנחלתך *veſchamattbah oubcha minnahhalathcha*, & remittes & in te à prædio tuo. Græci: ἀφεθήσῃ καὶ ταπεινωθήσῃ ἀπὸ τῆς κληρονομίας σου. Quæ quomodo conveniant Hebraicis neſcio. *Hieronymus* verò: *Et relinqueris ſola ab hereditate tua*; quæ meliora non ſunt. Cùm שמט ſit *relinquere* terram incultam, ut Exod. XXIII, 11. & שמטה *ſchmittah* dicatur ideò annus ſeptimus, quo terra non colebatur, ſic eſſe intelligendum cenſuerim. Difficultatem tamen parit ובך *oubcha*, quæ verti queat *apud te*, aut *apud vos*.

Ignem ſubjeciſtis iræ meæ] אש קדחתם באפי *eſch kdahhthem beapphi*, ignem accendiſtis in ira mea; hoc eſt, cùm juſtitiæ meæ pœnas deberetis, eam magis ac magis offendiſtis.

In perpetuum] לעולם *leholam*; hoc eſt, in longum tempus.

5. *Qui confidit in homine* &c.] Quamvis hæc ſit generalis ſententia, & ſemper vera; videtur tamen Propheta eam protuliſſe, ob fiduciam, quam Jehojakimus in Ægyptiis collocavit; quos Babyloniis pares fore falsò credidit, cùm ſint à Nebuchadneſſare victi. Vide 2. Reg. XXIII, 33. XXIV, 7.

Robur ſuum in carne ſitum vult] שם בשר זרעו *ſcham baſchar zarobo*, poſuit carnem brachium ſuum. *Brachium* ſumitur pro robore, ſeu viribus paſſim.

A Jehova receſſit] Leges ejus non obſervat. Vide de Jehujakimo 2. Reg. XXIII, 37.

6. *Inſtar myricæ in deſerto*] כערער בערבה *cheherhar baharabah.* LXX. Intt. ערער interpretantur ἀγριομυρίκην, Latinus: *myricam*, *Symmachus*: ξύλον ἄκαρπον. Humile eſt *myrica* arbuſtum, quod in ſolitudine etiam tenuius eſt.

Nec bonum ſentiet] *Bonum videbit*, hoc eſt, ſentiet. Vide Pſ. XXVII, 13. CXXVIII, 6. &c. Hoc non refertur ad myricam, ſed ad hominem.

Æſtuoſa loca] חררים *hharerim.* A חרר *aduſtus fuit.* Quaſi loca arida, & ſoli expoſita. LXX. Intt. ἐν ἁλίμοις. Latinus: *in terra ſalſuginis.* Qualis eſt terra deſertæ Arabiæ, multis in locis, quæ ſalſugine nativâ eſt inculta.

8. *Inſtar arboris*] Imitatio Pſ. I, 3.

• *Nec ſentit æſtum*] In textu ירא, in margine, לא יראה *lo jireh*, non videbit, ut verſu ſuperiore. LXX. Intt. legerunt ירא *jira*, timebit, unde verterunt φοβηθήσεται, & Latinus: *& non timebit.* Quæ non ſpernenda eſt lectio.

Anno ſiccitatis] בשנת בצרת *biſchnath battſoreth*, anno ſiccitatis, ut res ipſa oſtendit. Vide Cap. XIV, 1. LXX. ἐν ἐνιαυτῷ ἀβροχίας; Latinus: *tempore ſiccitatis.* Radix בצר eſt propriè *ſecare*, tralaticio verò ſenſu *prohibere*, ut Gen. XI, 6. Hic eſt intelligenda *prohibitio* pluviæ.

Areſcit] ידאג *jidag*, ſollicita erit, propriè, quaſi ob pluviæ defectum; ſed vertimus *areſcit.* LXX. Intt. φοβηθήσεται, Latinus: *ſollicitum erit.* Sed tralaticius ſignificatus commodior eſt Latinè loquenti.

Nec fructum ferre deſinit] ימיש מעשות פרי *jamiſch mehaſchoth pheri.* מוש propriè eſt *diſcedere*, *ſe amovere*; at hic eſt διαλείπειν, *deſinere*, ut habent LXX. Intt. & Latinus.

 9. Ani-

10. Ego Jehova cor ſcrutor & renes exploro, *unicuique* pro ejus vitæ inſtituto, & fructum ſtudiis ejus *convenientem rependam*.

11. Ruſticula *ova* colligit, ſed non parit; facit ſibi divitias, ſed ſine jure, mediis ſuis diebus eas relinquit, atque ad extremum ſtulta eſt. 12. Solium gloriæ tuæ altum eſt ab initio; locus, *nempe*, ſacrarii noſtri. 13. Exſpectatio es Iſraëlis, ô Jehova, & quicumque te deſerent pudore adficientur. Recedentes à te ſeribentur in terræ *vili plebecula*; quia Jehovam ſcaturiginem aquæ vivæ deſeruerint. 14. Cura me, Jehova, & ſanitatem recuperabo; ſerva me, & ſalvus ero; nam tu laus mea es. 15. Jam mihi dicunt: ubi *eſt* verbum Jehovæ? *ad nos* nunc perveniat. 16. Atqui ego non refugi, ne poſt te paſtor eſſem *Judæ*, nec diem deſperationis exoptavi; tu *rem* noſti, quod enim protulerunt labia mea, coram te fuit. 17. Ne ſis mihi, *ô Deus*, terrori, die enim calamitatis, perfugium meum fuiſti.

deſperatus, quis noſſe poſſit? 10. Ego Creator, ait Deus, corda ſcrutor & renes esploro, hoc eſt, arcanas hominum cogitationes, ut unicuique pro moribus mercedem, & fructum adfectuum convenientem rependam.

11. Ut Ruſticula ova ſibi colligit, quæ nequaquam peperit, eaque calefacit, atque excludit quamvis non ſint ipſius; ſed pullos relinquit, quaſi inſanire videretur: 12. ſic Judæi ſe geſſerunt, qui primum editum montem Sionis ſibi vindicavit, quem poſtea deſeruit; 13. ſic, ô Creator, fuiſti ſpes eorum, & poſtea te deſeruerunt, quamvis omnes, qui te deſerunt, pudore adficientur. Qui à te deficiunt eorum loco habebuntur, quo vilis plebecula; quia ſcaturiginem vivam omnium bonorum deſeruerint. 14. At curam mei ſuſcipito, & priores res ſecundas recuperabo. Serva me, & tum verè incolumis ero, nam is ſolus es, quem laudare meritò poſſim. 15. Jam à me contumelioſè quærunt, ubi ſint ea, quæ mihi pollicitus eras, eorumque exſequutionem flagitant. 16. Atqui ego nequaquam recuſavi eſſe,

9. *Animus omnium fallaciſſimus*] עקב הלב מכל *hakob halleb miccbol*, ſupplantator animus præ omnibus. LXX. Intt. βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα: Legiſſe videntur עמק *hamok*, ut rectè obſervat *Lud. Cappellus*. Latinus: *pravum eſt cor omnium*, minùs commodè. Sententia eſt nihil fuiſſe fallacius animo Judæorum, nam *ſupplantare* eſt tralaticio ſenſu fallere, unde עקוב *hakoub* fallax hic & Eſai. XL, 4.

Idem deſperatus] אנש הוא *anuſch hou*. LXX. ἄνθρωπός ἐστι, legerunt, nempe, אֱנֹשׁ, perperam Latinus: *inſcrutabile*, legit, nempe, אָנוּשׁ deſperatum, ſive quod ſcrutari deſperes. *Hieronymus* ad locum: ENOS *quatuor litteris ſcribitur*, ALEPH *&* NUN *&* VAU *&* SIN. *Si autem legatur* ENOS, homo *dicitur*; *ſi autem* ANUS inſcrutabile, *ſive* deſperabile, *eò quod nullus cor hominis valeat invenire. Symmachus verò hunc locum ita interpretatus eſt:* inſcrutabile cor omnium, vir autem quis eſt, qui inveniat illud? Si legeremus in Hebraïcis עמק *hamouk*, admittenda ſine dubio eſſet interpretatio *Hieronymiana*, ſed cùm è lectione noſtra, quæ recta videtur, ſermo ſit de hominibus fraudulentis, præſtat eò rem referre.

Quis illum noſſe queat] *Quis eum noſcet*? Nempe, aliud ſimulat, aliud molitur, ideóque homines fallit.

Ut unicuique &c.] *Et addendum pro ejus viis.*

Et fructum ſtudiis ejus &c.] *Secundùm fructum ſtudiorum ejus.* Vide & C. XXII, 14.

11. *Ruſticula ova colligit*] קרא דגר *kore dagar*. LXX. ἐφώνησε πέρδιξ, *Hieronymus* verò: *perdix fovit.* Quod ſic interpretatur: *ajunt Scriptores Naturalis Hiſtoriæ, tam beſtiarum, & volucrum, quàm arborum, herbarúmque (quorum principes ſunt, apud Græcos, Ariſtoteles, & Theophraſtus, apud nos Plinius Secundus) hanc perdicis eſſe naturam, ut ova alterius perdicis, id eſt, aliena furetur; & eis incubat, foveáſque; quúmque fœtus adoleverit avolare ab eo & alienum parentem relinquere.*

Quod negat *Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. I. c. 12. ubi oſtendit perdicem non dici קרא *kore* ſed ruſticulæ, & gallinaginis genus, in Oriente notum, at nobis ignotum; ex earum avium numero, quæ alienis ovis incubant. Eum, ſi vacat, adito. Verùm דגר vertimus *colligit*, ut Eſa. XXXIV, 15. quam ſignificationem in Lingua Chaldaïca obtinet. Supplevimus autem ova, quia aliud nihil hîc poteſt ſubaudiri.

Facit ſibi divitias] עשה עשר *hoſcheh hoſcher*. Hic עשה eſt, ut ſæpe alias, *ſibi comparavit*. Vide ad Gen. XXX, 30. XXXI, 1.

Sed ſine jure] ולא במשפט *vlo bmiſchphat*, non in judicio, ſed *jus* intelligitur, ut paſſim.

Mediis ſuis diebus] Dimidia parte dierum, quibus ova, aut pullos foveri par erat. Ceterùm hîc eſt comparatio, cujus ἀπόδοσις Lectori ſupplenda permittitur, cujus videtur hæc eſſe ſententia: ſic qui ex alieno, contra jus & fas, divites facti ſunt, in medio vitæ curriculo, exſtinguentur, nec raptis à ſe fruentur. Ac ſanè qui hiſce temporibus apud Judæos rapto divites erant, non diu divitiis ſic paratis incubuere, cùm jam immineret, captivitas, in quam ſunt abducti, niſi priùs mortui ſint. Vide & Pſ. LV, 24.

13. *Recedentes à te*] וסורי *veſourai*, *recedentes à me*. LXX. Intt. ἀφεστηκότες quaſi legerint וסורים *veſourim*. Latinus: *recedentes à te*, quaſi eſſet סורך *ſourecha*. Quomodocumque legemus, ita res intelligenda, loquitur enim hîc Jeremias.

Scribantur in terra vili plebecula] בארץ יכתבו *baarets jiccbathebou*, in terra ſcribentur. Tales habiti ſunt Judæorum longè maxima pars trans Euphratem; exceptis enim Daniele, ejúſque ſociis, Mardochæo & pauculis aliis, viles fuerunt, apud Babylonios, Judæi, atque in cenſibus populorum tales habebantur. *Grotius* interpretatur perinde ac ſi ſcriptum fuiſſet, *in pulvere*; quia quæ in pulvere ſcribuntur, levi vento delentur. Nimis, ut opinor, argutè. *Scribi* & alibi adhibetur, ubi ſermo

fuiſti. 18. Pudeat inſectatores meos, ſed me nequaquam pudeat, terreantur illi, ego verò non terrear! Diem calamitatis in eos adducito, & duplici clade eos frangito.
coram te fuit. 17. Ne ſis mihi, ô *Deus*, terrori, die enim calamitatis perfugium meum
19. Sic dixit Jehova mihi; ita & conſiſtito ad portam popularium, per quam ingrediuntur atque egrediuntur Reges Judæ, *ſimiliterque* ad omnes Jeroſolimæ portas, 20. & verba hæc illis dicito: audite verbum Jehovæ, Reges Judæ, totáque Juda & omnes incolæ Jeroſolimæ, qui per iſtas portas ingredimini. 21. Sic dixit Jehova: cavete vobis diligenter, ne bajuletis onus, die Sabbathi; néve per has portas Jeroſolimæ inferatis; 22. néve efferatis onus ex ædibus veſtris, die Sabbathi; néve opus ullum faciatis, die quietis, & ſanctum habetote diem Sabbathi, quemadmodum Majores veſtros juſſi: 23. At

eſſe, ſub tuo præſidio, paſtor Judæ, nec ei optavi tempus deſperationis. Tu, ô Deus, rem noſti, cum non ignores, quæ, te audiente, iis dixiſti. 17. Ne me terreas, tu qui temporibus duris mihi fuiſti perfugium. 18. Pudore ſubfundantur inſectatores mei, nec me nunc pudeat. Terreantur illi, qui tibi adverſantur, non ego, qui dicto audiens ſum. Tempora calamitoſa iis incumbant, & duplici clade eos frangito.

19. Creator vero mihi, abito, inquit, ad portam laïcorum & Regum, quâ in montem Sionem ingrediuntur, atque ad omnes Jeroſolimæ portas, 20. illícque hæc verba, omnibus audientibus, dicito: Audite verba Dei, vos Judæ Reges, & tu Judæ Tribûs; idemque facito ad omnes Jeroſolimæ portas, & addito: ſic dixit Creator, cavete diligenter, ne ullum onus bajuletis, diebus Sabbathi, néve per portas ea in Urbem inferte; aut onera ex domibus veſtris in vias urbis; nec etiam illo die opus ullum facite, ſed ſacris feriis celebratis, quemad-

ſermo eſt de cenſu populi, ut Ezek. C. XIII, 9. ארץ *erets* hìc ſumitur pro eo, quod alibi occurrit, עם הארץ *plebs terræ*, ut 2. Reg. XXV, 16. Ezek. XXII, 29.

14. *Laus mea es*] Is quem laudo, vel is quo glorior.

15. *Ubi eſt verbum Jehovæ*] Irridentes hæc dixiſſe intelligendum eſt, quaſi nulla fuiſſet revelatio, quâ Deus futura Jeremiæ aperuiſſet.

16. *Non refugi*] לא אצתי *lo atſti*, non feſtinavi, hoc eſt, non me feſtinanter ſubduxi. LXX. Intt. οὐκ ἐκοπίασα Latinus: *non ſum turbatus*. Non ſatis commodè.

Ne poſt te paſtor eſſem] מרעה אחריך *merobeh abbarecha*, à paſtore poſt te, ubi מ vim habet negativam, ut paſſim. LXX. Intt. κατακολουθῶν ὀπίσω σου. Latinus: *te paſtorem ſequens*. Adludit Propheta ad morem paſtorum oves ſequentium, adloquitúrque Judæ populum; quem induxit, in antecedentibus verbis, petentem numquid Deus ei revelaſſet; & reſpondet, negando ſe refugiſſe curam paſtoralem ſumere Judæorum.

Nec diem deſperationis tibi exoptavi] ויום אנוש התאויתי *vejom anouſch bithavatbi*, & diem deſperatum exoptavi; nempè, tibi. Eſt hìc negativa particula ex antecedentibus repetenda. LXX. Intt. ἡμέραν ἀνθρώπου, Latinus: *diem hominis* verterunt, legentes, nimirum אֱנוֹשׁ *hominis*, quod quid ſit non adſequor. Meliùs ergo Maſſorethæ אָנוּשׁ punctarunt, hoc eſt, *deſperatum*. *Dies deſperatus* eſt quo nulla ſupereſt ſpes ſalutis, ſed præſens adeſt exitium, ut dies, quo Jeroſolima capta eſt, aut quo abducti ſunt Judæi in captivitatem. Ideò *Jonathan* vocat, יום ביש *diem malum*. Sic infrà C. XXX, 12, & 15. אנוש *anouſch* dicitur de vulnere, cujus ſperari non poterat curatiò. Ita loquitur Jeremias, ut confutet eos, qui inimicum gentis ſuæ dicere poterant, quod tam ſæpe extrema omnia ei prædixerit, oſtenderítque eam maximis calamitatibus dignam fuiſſe. Vide ad vers. 18.

Tu rem noſti &c.] Nempe, Tu Judah; quem etiamnum adloquitur.

Quod enim protulerunt labia mea] *Prolatio labiorum meorum ante faciem tuam fuit*; hoc eſt, ipſe audiviſti, cùm ea mala tibi prædixi.

17. *Ne ſis mihi, ô Deus,*] Jam ſe convertit Propheta ad Deum, ut res ipſa docet. Obſcuri facti ſunt Prophetæ, quia Interpretes non ſatis adtenderunt mutationes ſubitas perſonarum, quæ loquuntur, aut earum, ad quas verba fiunt. Hoc præſertim in Jeremia obſervare licet, quòd Dialogiſmi, tacitis perſonis, frequentiores apud eum ſint.

Terrori] למחתה *limbbitthah*. Deprecatur Propheta terrores illos, quos tot calamitatum revelationes neceſſariò ſecum trahebant. Deúmque orat, ut ſe contra impendentia mala, quemadmodum adhuc fecerat, tueatur.

Inſectatores meos] Sacerdotes, Pſeudoprophetas, Aulicos, alióſque, qui vitia ſua caſtigari atque exitium Jeroſolimæ prædici pati non poterant, ut ex ſequentibus ſatis liquet.

18. *Diem calamitatis* &c.] Negavit ſuperioribus verbis vers. 16. ſe *diem calamitatis optaſſe Judæ*, quibus in verbis ſubaudiendum, modò Juda ad ſaniorem mentem rediret, Deóque ex animo pareret. Nefas enim erat Idololatris, & ſceleratis, nec impietatem & vitia umquam emendaturis ſecunda omnia optare; quibus adverſa omnia minatur ubique Deus, & ullâ uſquam veniæ ſpe factâ. Cùm ergo Juda pertinaciùs deliquiſſet, vatiſniáque Prophetarum Dei etiamnum rideret; jam non diſſimulat, ſe contumaciter peccantibus, niſi reſipiſcant tandem, pœnas, quas eis minatus erat Deus, optare, & majores etiam. Is non hominibus malè vult, qui pœnitentibus veniam à Deo pollicetur, & ſolis obduratis malè precatur. Hoc demum eſt odiſſe vitia, non homines.

Duplici clade eos frangito] משנה שברון שברם *miſchneh ſchibbaron ſchobrem*; hoc eſt, duplo majorem illis immitte; quia contumaciter nequitiæ

23. At illi nec audiverunt, nec aurem ſuam inclinarunt; verùm indurarunt cervicem ſuam, ne audirent, néve inſtitutionem acciperent. 24. Sic auſcultaveritis mihi, ait Jehova, ita ut nullum inferatis onus per portas urbis hujus, die Sabbathi, ſanctúmque habeatis eum diem, ita ut ullum opus eo faciatis; tum verò per portas hujus urbis ingredientur Reges & Principes, qui ſedent in ſolio Davidis, vecti curribus aut equis, cùm ipſi, tum eorum proceres, viri *tribûs* Judæ & incolæ Jeroſolimæ, atque hæc urbs in perpetuum habitabitur; 26. veniéntque ex urbibus Judæ, è locis, quæ ſunt circa Jeroſolimam, è terra Benjaminis, è campeſtribus, & montoſis *locis* éque meridiano tractu, qui adducent holocauſta, victimas *alias*, munus *farreum*, atque thus, & *victimas* laudis

quemadmodum juſſi ſunt Majores veſtri. 23. At illi nihilo ſecius contrà fecerunt, & quaſi non audiſſent, quod eos juſſeram, haud aliter ſe geſſiſſent. 24. Si vero me audiveritis, & diem Sabbathi obſervaritis; 25. tum vero Reges eorumque Aulici, pergent ingredi his portis in urbem, iiſdemque egredi, vecti curribus, aut equis, cum ipſi, tum etiam proceres, & incolæ quivis Judæi, & Jeroſolimitani. 26. Venient etiam alii ex locis circa Jeroſolima ſitis, ex agris Benjaminitarum,

quitiæ ſuæ adhærent, quamvis iterum, iterúmque moniti, & revocantibus ad ſaniorem mentem indignantur, & extrema minantur.

19. *Popularium*] בני העם *bne haham.* Omiſſum eſt ה in textu, quod in margine notatur. Reſpicit Propheta ad portam quamdam inſigniorem, per quam non tantùm Jeroſolimitanorum vulgus, ſed etiam Reges ſolebant urbe egredi atque in eam redire. Fortè intelligenda porta fontis non procul ab Urbe Davidis, in occidentali muro, per quam portam in hortos regios ibatur.

21. *Cavete vobis diligenter*] השמרו בנפשותיכם *hiſſchamerou bnaphſchothechem*, cavete in animabus veſtris. LXX. Intt. φυλάσσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. *Hieronymus* verò: *cuſtodite animas veſtras*. Incommodè. Eſt idioma linguæ Hebraïcæ, in quo primùm obſervandum, conjugationem paſſivam vim habere verbi ἀντιπεπονθὸς, ut Græci loquuntur, quod complectitur actionem, & paſſionem; deinde additione vocum *in anima veſtra* ejus intendi ſignificatum, quem voce *diligenter* expreſſimus. Vide hoc loquendi genus Deut. IV, 15. & Mal. II, 15, 16.

21. *Ne bajuletis onus* &c.] Cùm hoc eſſet opus ſervile, die Sabbathi illicitum fuit, ne miniſterii cujuſpiam neceſſarii obtentu, miſeris ſervis nulla umquam requies concederetur. Qua de re diximus ad Exod. XX, 8. Hinc etiam videmus Nehem. XIII, 16. *& ſeqq.* rem à viro pio & legis perito vetitam fuiſſe, hac etiam additâ ratione: *annon ſic fecerunt Majores veſtri, proptereáque immiſit Deus omnem hanc calamitatem in nos, & in hanc urbem?* Fateor equidem tantùm hoc non fuiſſe peccatum, quantum colere Deos alienos, aliáque id genus in delictis moralibus ſita. Sed quia hoc fiebat, legum divinarum contemptu, è quo facilè ad alias graviores leges exemplum paullatim trahi potuit; ideò Deus, per hunc ſuum Prophetam, violationem hanc Legis de Sabbatho graviſſimè caſtigavit, temporibus quibus atrociora multò delicta vulgò admittebantur. Sed hæc etiam Lex, eo ævo, quo Idololatricæ Gentes imminebant cervicibus Judæorum, & miſeri ſervi ubíque crudeliter habebantur, perfringi, tacentibus Prophetis, nequaquam expediebat. Magnum ad pietatem incitamentum fuit, redeunte ſeptimo quoque die, creationis omnium rerum memoriam celebrari; & ad humanitatis officia ſummopere pertinebat, miſeros ſervos clementer haberi.

22. *Quietis*] Expreſſimus ſignificationem vocis שבת *ſchabboth*, ad quem hic reſpicitur, præſertim, ut emolliretur ter repetita vox Hebraïca.

Et ſanctum habetote] Conſecratum Deo, in memoriam perfectionis totius rerum univerſitatis, poſtquàm Deus creare ſeptimo die deſiit. Vide ad Exod. XX, 8.

23. *Ne audirent*] Litteræ ſic leguntur in textu שומע tranſpoſitæ, ſed in margine שמוע *ſchmoah*, ex analogia Linguæ. Præſtitiſſet veram lectionem eſſe in textu, & mendoſam omitti. Hæc apud me Maſſorethicam diligentiam non commendant; oſtentatio enim præpoſteræ ἀκριβείας ſæpe negligentiam occultat.

24. *Eum diem*] *Diem Sabbathi.*

25. *Hæc urbs in perpetuum habitabitur*] Non ſunt hæc ita intelligenda, quaſi è ſola obſervatione Sabbathi penderet ſpes omnis Jeroſolimæ, quamvis ceteroqui Lex Divina conculcaretur; Lex enim de Sabbatho à Deo impoſita erat populo Hebræo, ut memoriâ illâ conditi terrarum orbis, à Deo, quem colebat, in officio contineretur, Legúmque ceterarum obſervantior eſſet; non ut in obſervatione Sabbathi, ceterarum omnium ſecurus, adquieſceret. Rectè ergo *Grotius* κατὰ συνεκδοχὴν unâ Lege memoratâ ceteras omnes ſimul intelligendas cenſet. Sed verum eſt hæc dicta ex occaſione violationis Sabbathi, quæ memoratur, fuiſſe.

Verùm quærunt hîc, quî Propheta nomine Dei polliceri queat incolumem futuram Jeroſolimam, ſi Leges divinæ obſervarentur, cùm Templi & Urbis exſcidium & vaſtitas dudum prædicta eſſent, & quidem ſine ulla ſpe revocationis decreti, ea de re, divini ab Eſaïa aliiſque Prophetis; uſque ad extrema tempora, quibus Jeremias vixit; ut ex eorum libris, Hiſtoriáque Regum & Ephemeridum conſtat. Ego verò, cùm probe ſciret Deus, à Judæis Jeremiæ nullam rationem habitum iri, crediderim hæc mandata à Deo Prophetæ data, ut oſtenderet, non tam quid futurum eſſet, ſi Judæi meliores facti eſſent; quàm quid futurum fuiſſet, ſi ab initio Jeroſolimitani, & Judæ tribules ceteri, legum obſervantes fuiſſent, útque ſimul hominibus

Digitized by Google

laudis. 27. Sin verò nolueritis auſcultare mihi, ita ut ſanctum habeatis diem Sabbathi, nec bajuletis onus ingredientes portas Jeroſolimæ, die Sabbathi; tum faciam, ut ignis ſubjiciatur ejus portis, abſumátque altas ædes Jeroſolimæ neque exſtinguatur.

Judæi in poteſtate Dei, ut teſtæ in poteſtate figuli, minæque iis intentæ; & vaticinium in eos, qui Jeremiæ inſidias ſtruxerant.

1. VERBA, quæ facta ſunt ad Jeremiam à Jehova, in hanc ſententiam: 2. ſurge, téque confer domum figuli, ubi faciam, ut verba mea audias. 3. Ivi ergo domum CAPUT XVIII.

nitarum, cùm ex montanis, tum etiam è campeſtribus; qui adducent holocauſta, tum alias victimas, & munus farreum, thus, & hoſtias laudis, in Ædem Creatoris. 27. Sin verò parere nolitis mihi; tum faciam, ut portis urbis ignis ſubjiciatur; impediámque ne exſtinguatur, ſed ut abſumat altiſſima ædificia Urbis.

P A R A P H R A S I S.

1. VERBA facta à Creatore, in hanc ſententiam; 2. ſurge, Jeremia, itóque domum figuli, ubi te docebo, quid velim te ſcire. 3. Me ergo contuli domum figuli, quem inveni formantem

minibus ævi ſui contumaciam, quâ omnes jugi impatientes erant, exprobraret. Vide 2. Reg. XX, 17. *& ſeqq.* ubi res prædicitur Hezekiæ; C. XXI, 12. & ſequentes, ubi res repetitur clariùs, & copioſiùs filio ejus Manaſſæ: C. XXII, 15. *& ſeqq.* ubi à Prophetide Chulda tertiâ vice, Joſiæ, Manaſſæ nepoti, religioſo licèt Regi, ſine ambagibus ullis repetitur, ſed tantùm poſt ejus mortem differtur.

E campeſtribus &c.] ומן השפלהומן ההר ומן הנגב *oumin haſſchephelahoumin hahar, oumin hannegeb*, & à planitie & à monte, & à meridie. Hæc tria pertinent ad deſignationem tractûs agrorum Tribûs Judæ, qui erant ad meridiem. Vide Jud. I, 9. & notanda ad Habdiam, vers. 19. Non erat cur *Hieronymus* ad Allegorias hìc confugeret, eáſque frigidas, cum grammaticus ſenſus ſat apertus eſſet.

Victimas laudis in Ædem Jehovæ] מביאי תודה בית יהוה *mbie thodah beth Jehova*, adducentes laudem domum Jehovæ. תודה hìc ſumitur pro victima, quâ mactatâ laudabatur Deus, actis propter ejus beneficia gratiarum actionibus. Vide ad Levit. VII, 12. Non repetiimus *adducentes*, quia jam ea vox adhibita erat, in antecedentibus verbis. LXX. Intt. verterunt תודה αἴνεσιν, Latinus: *oblationem*, incommodè, quia certum genus oblationum ſignificatur, non quævis. Verùm in Commentario: *& inferent* oblationem, *quæ Hebraïcè dicitur* THODA, *& in gratiarum actionem dici poteſt.*

C O M M E N T A R I U S
In Caput XVIII.

1. *COnfer*] ירדת *jaradtha*, deſcendiſti, pro deſcende; hoc eſt, ito; nam *adſcendere* & *deſcendere*, nullâ habitâ ratione ſitûs locorum, perinde ſunt, apud Hebræos ac *ire*.

3. *En verò*] והנו in textu, pro והנה הוא hinne hou, *ecce ille*, ut eſt in margine. LXX. Intt. ἰδὲ αὐτὸς, Latinus: *ecce ipſe*.

In rota] על האבנים *hal haobnajim*. LXX. Intt. ἐπὶ τῶν λίθων, quia אבן *eben*, eſt lapis, ſed quis eſt uſus lapidum in facienda *lagena*? Præterea dualis vocis terminatio oſtendit verba fieri de inſtrumento neſcio quo fictorum duplici. *Hieronymus* habet: *ſuper rotam*, quia rota utebantur fictores, ut etiamnum hodie. Sic & *Horatius* de opere figlino A. P. verſ. 22.

—— amphora cœpit
Inſtitui, currente rotâ, cur urceus exit.

4. *Alterum denuo fecit* &c.] *Et reverſus eſt, & fecit illud vas alterum, ſicut rectum in oculis figuli, ad faciendum.* Notiſſima hæc Linguæ Hebraïcæ idiomata, quorum ſenſum expreſſimus, nam verba non opus erat.

6. *Poſſim vobis facere*] Hoc eſt, quia noluiſtis eſſe, quod cupiebam, ſeu legum mearum obſervantes, volo vos omnes abjicere; & populum mihi novum eligere? Quod tandem fecit Deus, temporibus Chriſti. Deus, nempe, ſummus, jure creationis rerum omnium dominus, poteſt huic potiùs, quàm illis, hoc tempore potiùs, quàm alio, plus aut minùs dare, quemadmodum ei libet; ſumma eſt enim, in beneficiorum, nulla virtute, aut nullis benefactis provocata collatione, ejus libertas. Sed ubi juſtitia agitur, tum verò legibus ipſe ſuis Deus tenetur; & quamvis nocenti ignoſcere poſſit, aut pœnas infligere, prout ipſe vult; non licet ei, per præſtantiſſimam ſuam naturam, innocentem pœnis, quas meritus non eſt, adficere.

7. *Poſſim repente loqui.*] רגע אדבר *regah adabber*, repente loquar. Hæc dicuntur, ut intelligant Judæi, Dei minas ac promiſſa pende-

Digitized by Google

mum figuli, en verò opus faciebat in rota; 4. corruptúmque eſt vas, quod faciebat, dum lutum erat in manu figuli, itaque alterum denuo fecit, prout ei viſum. 5. Tum facta ſunt ad me verba Jehovæ, in hanc ſententiam: 6. annon, ſicut figulus ille *luto* fecit, poſſem vobis facere, ô domus Iſraëlis? ait Jehova. Sicut enim *erat* in manu figuli: ſic vos *eſtis* in manu mea, ô domus Iſraëlis. 7. Poſſim repente loqui de gente, aut de regno, ut *gentem* evellam, exſtirpem ac perdam. 8. At ſi ea gens à nequitia ſua *ad ſaniorem mentem* redeat, me pœnitet mali, quo eam adficere cogitaveram. 9. Poſſim *contrà* ſubitò loqui de gente, aut regno, ut *gentem* augeam & ſtabiliam. 10. At ſi id fecerit, quod mihi improbatur, ita ut vocem meam non audiat; tum me pœnitet boni, quo dixeram me eam adfecturum eſſe.

11. Nunc verò dic viris è *tribu* Judæ, & incolis Jeroſolimæ: ſic dixit Jehova: jam ego cogito mali quidpiam de vobis, & contra vos molitionem ordior. Revertimini quisque

tem vas in rota; 4. quod fractum eſt, cùm formabatur, dum figulus id tractaret; quamobrem alterum formavit, prout ei viſum eſt. 5. Tum Creator in hanc ſententiam me adloquutus eſt: annon me gerere poſſem erga vos, quemadmodum figulus ſe geſſit erga vas, quod formabat, ô domus Iſraëlis? 6. Quemadmodum ille abjecit lutum? ut enim erat lutum in manu; ſic vos eſtis in manu mea. 7 Poſſim autem repente loqui de gente, aut de regno, ut eos homines exturparem, & perderem. 8. Sed ſi ea gens, à nequitia ſua, rediret ad ſaniorem mentem, me pœniteret eam perdere, ut eam gentem augerem & ſtabilirem. 9. Poſſim primùm loqui de augenda, & ſtabilienda gente. 10. At ſi primùm feciſſet quod mihi diſpliceret; ita ut præceptis à me acceptis minimè obſequeretur; tum me pœniteret boni, quod me eam affecturum dixeram.

11. Nunc autem dicito, ô Jeremia, viris tribûs Judæ, & incolis Jeroſolimæ dic, meo nomine, dixiſſe Creatorem: jam ego cogitavi de vobis

re ex ratione, quâ excipiuntur à Gentibus; ita ut ſi, minis auditis, emendantur, eas non ſit exſequuturus; vel, ſi auditis promiſſis, eis minimè adficiantur, ſed pejores evadant, ea non ſit impleturus, Hæc, nempe, nituntur, conditionibus, quæ ſi impleantur, aut negligantur, Deus id facit, quod ſanctiſſimam ejus naturam decet.

9. *Ut gentem augeam*] לבנות ולנטוע, *libnoth velintoah*, ad ædificandum, aut plantandum. *Ædificare* eſt interdum augere ſobole, ubi de hominibus ſermo eſt. Vide not. ad Exod. I, 21.

Quod mihi improbatur] *Malum in oculis meis.*

11. *Cogito mali quidpiam*] יוצר עליכם רעה *jotſer balechem rabah*, fingens contra vos malum. Vocula יוצר adhibetur hîc, ut videtur, ex occaſione eorum, quæ antea de figulo dicta ſunt. יצר *jetſer* cogitationem ſignificat Gen. VI, 5. ubi vide notata.

Molitionem ordior] חושב מחשבה *hhoſſcheb mahhaſchabah*, cogito cogitationem. Supplendum, niſi pravos veſtros mores emendetis.

12. *Res conclamata eſt*] נואש *noaſch*, deſperavimus, ut habet *Hieronymus*, qui in Commentario docet, *Aquilam* vertiſſe: *deſperavimus*, & *Symmachum*: *defecimus*. Rectè ſequutus eſt *Aquilam*. LXX. Intt. ἀνδριούμεθα, quod vertit *confortabimur*. Sed huc non facit is ſenſus & נואש *noaſch*, ſine dubio eſt *deſperavit*, qui ſignificatus loco optimè convenit. Vide ſupra C. II, 25. Non videntur Judæi verbotenus ſic reſpondiſſe, ſed potiùs factis oſtendiſſe, ſe ita ſentire; cùm pertinaciter vitiis ſuis indulſerint. Major autem fides habetur factis quàm verbis, quæ à Philoſopho dicebantur ἔργα σκιά, *umbra factorum*.

Quisque contumaciæ &c.] Quisque contumaciam cordis ſui mali faciemus. Vix videntur ita de ſe loquuti Judæi, quamvis ita ſe geſſerint. Sed talia quidem fecit.

13. *Rem ſummopere horrendam*] שערורית *ſchaharurith*, LXX. Intt. φρικτά. Latinus: *horribilia*. A שער *horruit*. Repetitio ſecundæ radicalis ſignificationem intendit. מאד *meod*, valde, quod ſequitur, rem confirmat.

14. *E rupe agri*] מצור שדי *mitſur ſchadai*; hoc eſt, è rupe ſita in agro, ſeu in planitie, quæ eſt in ſummis Libani jugis. Poſſent etiam intelligi de imis collibus, ut שדי ſignificet agros Libano ſubjectos. LXX. Intt. ἀπὸ πέτρας μαστοί, quaſi legiſſent שדים ſchadajim *mammæ*, & ſic vocarentur rupium protuberantes partes, unde aqua erumpit. Quod elegantia non caret, ſed argutius eſſe videtur. Notum autem eſt in ſummo Libani vertice ſemper eſſe nives, unde ſcaturiunt perpetui fontes. Vide Cant. VI, 15. *Hinc Mart. Baumgarten.* Itiner. Lib. III. c. 11. *Videbatur ſupra urbem* (Tripolin) *non ampliùs tribus milliaribus decantatus ille mons Libanus, alto & nivoſo protenſus vertice, plenus Cedris, abietibus, platanis aliisque nobilibus arboribus. Inde aquarum ille impetus, quem Canticorum Salomonis deſcribit liber, in mare prorumpit.* Tum de inferioribus collibus: *Hîc perſtrepentes fluvii, hîc rivi murmurantes, ac gelidæ fontium ſcaturigines.* Vide & locum *Joannis Phocæ* ad Cap. XXII, 6. & *Hadr. Relandum* Palæſtinæ Illuſtratæ Lib. Lib. I. c. 48.

Ac deficiunt aquæ exundantes] אם ינתשו מים זרים *im jinnateſchou majim zarim*, an evellentur (hoc eſt, exhaurientur, vel deficient) aquæ exundantes. Quod cùm non caperent LXX. Intt. verterunt: μὴ ἐκκλινεῖ ὕδωρ βιαίως ἀνέμῳ φερόμενον, de quibus verbis vide *Lud. Cappellum.* Hieronymus: *aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes.* Nihil hîc obſcurum, præter vocem זרים *zarim*. Exiſtimavit *Hieronymus* eam adfinem eſſe voci זרם *zerem*, inundatio, imber. Sic & *Jonathan*: כמטר נחתין *mimtar nahhathin*, pluviæ *deſcendentes*. Eos ſequuti ſumus, cùm vocis

Digitized by Google

que à vita ſua prava, atque vias veſtras, & veſtra ſtudia emendate. 12. Dixerunt verò *illi:* res conclamata eſt, nam cogitationes noſtras ſequemur, & quisque contumaciæ animi ſui mali indulgebit. 13. Propterea dicit Jehova: interrogate nunc gentes, quis audivit qualia hæc *ſunt*? rem ſummopere horrendam admiſit virgo Iſraëlis. 14. Num deſinit è rupe agri *fluere*, nix *liquefacta* Libani? An deficiunt aquæ exundantes, frigidæ, defluentes? 15. Sed oblitus eſt mei populus meus, *atque* inanibus *numinibus* ſuffitum obtulit, & offendit in viis ſuis, ſemitiſque antiquis, ut ingrederetur calles viæ nondum calcatæ; 16. ut redigerem ejus terram in ſtatum ſtupendum, & perpetuùm exſibilandum; *ita ut* qui per eam tranſibit obſtupeſcat & moveat caput. 17. Sicut ventus orientalis *ſtipulas*: ſic, in conſpectu hoſtis, eos disjiciam; cervicem, non vultum iis oſtendam, die quo exitio dabuntur.

18. Dixerunt verò illi: agite, molitiones contra Jeremiam ordiamur; neque enim abſcedet lex à Sacerdote, nec conſilium à Sapiente, nec verbum *Dei* à Propheta; agite percu-

vobis calamitate malè habendis. Quisque veſtrùm à ſua vita prava, ad meliorem redeat. 12. Reſponderunt pertinaces Jeroſolimitani, rem eſſe conclamatam, ſe priſtinas ſuas opiniones ſequuturos, nec aliter velle vivere, quàm fecerant. 13. Tum verò Deus, ore Prophetæ, reſpondit: interrogate nunc Gentes alias, an talia audiverint? rem enim omnino horrendam admiſit gens Iſraelitica. 14. Libani non deſinit cadere nix liquefacta è rupibus, nec umquam illinc deeſt aqua. 15. At mei populus meus oblitus eſt; atque fictitiis Diis ſuffitus obtulit, in ſemitis ſuis antiquis relictis, ut vias numquam à ſe calcatas ingrederetur; 16. quaſi optaret me ſuos agros in ſolitudinem ſterilem & in perpetuum exſibilandam redigere; ita ut quicumque per eos tranſiturus eſſet, moturus eſſet caput, præ ſtupore. 17. Quemadmodum vehementior ventus ſtipulas hoc illuc diſſipat; ſic imprudente hoſte diſſipabuntur Iſraelitæ, eis dorſum vertam, die quo eos perdere ſtatui.

18. Cùm audiſſent hæc à Jeremia, exilium ei moliti ſunt; neque enim credebant umquam futurum

vocis זרים ſignificatio, quâ *alienos* notat, huc pertinere nequeat; quaſi hic eſſet מים זרים *majim zorenim*, in Participio *Kal*; nec mirum eſſet, ſi quis ſuſpicaretur excidiſſe prius מ. Quod tamen non adfirmo, ſed omnino ad ſignificatum vocis זרם *zerem* reſpici exiſtimo. Sunt etiam qui זרים Eſai. I, 7. *imbrem* eſſe putant, ſed, ut opinor, fruſtra. Sed quò hæc omnia ſpectant? Crediderim hunc ſenſum eſſe non magis debuiſſe Judæos officio ſuo deeſſe, quàm Libano deeſt nix, & quàm ex eo monte aquæ ſubjectos campos rigantes deficiunt. Quod aliquo modo vidit *Hieronymus*, qui hîc habet. *Tale eſt, & illud Virgilianum:*

Ante leves ergo paſcentur in æthere cervi,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces,
Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.

Et in alio loco:

In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Luſtrabunt convexa, polus dum ſidera paſcet,
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.

Quomodo, inquit, nix de Libani ſummitatibus deficere non poteſt; nec ullo, ut amnis liqueſcat, Solis ardore ſuperatur, fluenteſque de montibus rivi nequaquam ſiccantur in fontibus: ſic meum nomen, quod per ſe ſtabile eſt atque perpetuum, non poterit immutari; & tamen cùm cetera naturæ ordinem ſervent, populus meus oblitus eſt mei.

15. *Sed oblitus eſt mei*] כי שכחוני *chi ſchechebheni.* כי *chi* hìc adverſativam vim habet, ut alibi. Vide *Chr. Noldium* ad XXIII. ſignif. particulæ.

Inanibus numinibus] לשוא *lſchav.* Hoc interpretati ſumus perinde ac לשקר *lſcheker*, hoc eſt, *mendacia* (nam hæ voces ſæpe miſcentur) poſteriori autem ſæpe vocantur falſi, commenticii, ſeu inanes Dii. Imò & hæc ipſa vox Pſ. XXXI, 7. conjuncta cum הבלים *inanitates* ejusmodi Deos ſignificat.

Suffitum obtulit] *Suffiverunt* & poſtea *offenderunt*, quæ omnia referuntur ad populum.

Offendit in viis ſuis &c.] Antiqua inſtituta, hoc eſt, leges Moſaïcas deſiit obſervare.

Calles viæ nondum calcatæ] Nova, nempe, Idololatrarum inſtituta, quæ antea non norant Iſraëlitæ, obſervare cœperunt.

16. *Ut redigerem ejus terram* &c.] Non quidem quaſi rem eo animo feciſſent, nihil enim minùs optabant, quàm deſolationem patriæ; ſed quia ita ſe geſſerant, quaſi rem optaſſent. Sic ſæpe Scriptura effectum tribuit conſilio eorum, quorum culpâ contigit, quamvis ſimilem nullum finem ſibi propoſuiſſent.

In ſtatum ſtupendum] לשמה שריקות עולם *lſchamma ſchrikoth holam*, in ſtuporem (&) ſibilos æternos; hoc eſt, ut à tranſeuntibus ſibilis exciperetur. Vide infrà XLIX, 17. L, 13. &c.

17. *Sicut ventus Orientalis*] כרוח קדים אפיצם *Ut ventus orientalis diſſipabo eos*, ſupplendum מוץ *mots* gluma, aut קש *kaſch* ſtipula, ut ſit hæc ſimilitudo: ſicut ventus vehemens ſpargit *ſtipulam*: ſic dabo operam, ut victi ab hoſtibus quaqua verſùm fugiant, & disjiciantur. LXX. Intt. ὡς ἄνεμον καύσωνα διασπερῶ αὐτοὺς, ut ventus urens, aut vehemens (nam ſæpe ita intelligenda verba רוח קדים *ruahh kadim*) non tam dicitur ſpargi, quàm ſpargere, & patriis agris expulſi ab hoſtibus ſparſi dicuntur. Vide ſuprà C. XIII, 24. Pſ. LXXXIII, 14. Eſ. XVII, 13.

Cervicem non vultum] Non favebo, ſed averſabor. Deus *abſcondere faciem* dicitur iis quibus infenſus eſt. Vide infrà XXXIII, 5.

 Pſ.

percutiamus eum linguâ, nec ulla ejus verba adtendamus. 19. *Sed tu*, Jehova, adtentus mihi eſto, & verba mecum litigantium audito. 20. An pro bono malum rependendum *eſt*, ut foveam mihi fodiant? Recordare me ſtetiſſe coram te, ut pro iis bona loquerer, quò ab iis iram tuam averterem. 21. Quare filios eorum fami permitte; fac ut eorum *ſanguis* fluat per gladium, ſint eorum uxores orbatæ *viris*, & viduæ, & viri eorum occidione occidantur; juvenes eorum enſe vulnerentur, in prœlio. 22. Audiatur clamor ex eorum domibus, cùm *hoſtile* agmen repente in eos adduces; nam foveam foderunt, ut me caperent, & laqueos pedibus meis abdiderunt. 23. Tu, Jehova, noſti omne eorum conſilium contra me, ut mortem *mihi inferant*; ne eorum iniquitati placeris, nec peccatum eorum è conſpectu tuo deleas, coram te impingant, *&* tempore iræ tuæ contra eos agito.

Deus peccata Judæis exprobrat, gravéſque pœnas, per Jeremiam, in valle Hinnomi, denunciat; quas ſummatim Propheta in Templo repetit.

CAPUT XIX. SIC dixit Jehova: Ito & tibi lagenam teſtaceam à figulo comparato, *adſumitóque tecum* nonnullos è ſenibus populi, éque ſenibus Sacerdotum, & in vallem filii Hinnomi

turum ut Sacerdotes cognitione Legis carerent, aut ut conſilium ſapientiæ nullum haberent, aut ut verbum nullum eſſet à Deo factum Prophetæ; agite ergo, Jeremiam objurgemus, nec in ulla re aurem ei præbeamus. 19. Verùm tu, ô Creator, precibus meis aurem præbeto, & litigantum mecum audito injuſtas querelas. 20. An pro beneficio rependenda injuria, & ſtruendæ inſidiæ? Quamobrem memento me ſtetiſſe in Templo tuo coram te, ut te iis placarem. 21. Quamobrem liberos eorum permitte laborare fame, aut gladio cædi, aut fac ut uxores eorum ſint viduæ cæde virorum, filii eorum juvenes vulnerentur in præliis. 22. Audiantur eorum vociferationes ex eorum domibus, cùm hoſtes in eos immittes ſubitò; nam mihi inſidias ſtruxerunt, ut me caperent, & laqueos abdiderunt pedibus meis, ut me caperent. 23. Tu, Creator, qui omnes eorum molitiones noſti, ut me occidant; ne eorum iniquitati placatum te præbeto, neque iis ignoſcito, eorum ſceleribus; ſed, pro juſtitia tua, pœnis eos adficito.

PARAPHRASIS.

1. TUM verò Creator, ito, inquit, ad figulum, & emito lagenam teſtaceam, adſumtis aliquot è primoribus populi, éque ſenioribus Sacerdotum, atque ito in vallem filiorum Hinnomi,

Pſ. XIII, 2. XXVII, 9. Eodem pertinet hoc loquendi genus, nam & Proceres, ſi quos ſupplices audire nolunt, tergum iis vertunt, & aliò ſe conferunt, aut abire jubent.

Die quo exilio dabuntur] *Die exilii eorum.*

18. *Molitiones* &c.] *Cogitemus cogitationes.* Ante hæc verba, ſupplendum Judæos audiviſſe à Jeremia mandata ei à Deo ad ipſos data.

Neque enim lex abſcedet] &c. Colligebant ex ſermonibus Jeremiæ, contraria eum omnia de Sacerdotibus & Prophetis ſentire; quaſi Sacerdotes malè Legem interpretarentur, prudentes prava conſilia darent atque inirent, & Prophetæ pro verbo divino venditarent, quæ revelata eis non erant. Quod vertimus *abſcedet*, eſt Hebraïcæ תאבד *thobed*, peribit, ſed ſic loqui non poſſunt Latini, & id volunt Hebræi quod expreſſimus. De Sacerdotibus vide C. II, 8, 26. de Sapientibus C. VIII, 8, 9. de Prophetis C. II, 26. & V, 13. unde intelligere licet, verè ſic de iis ſenſiſſe Jeremiam. Vide & Cap. XXIII, XXVI, XXVII, XXVIII. &c.

Percutiamus eum linguâ] נכהו בלשון *nacchebou blaſchon.* Ei detrahamus, dum eum quaſi Pſeudoprophetam, & malum civem traducimus, quod ejuſmodi homines factitarunt.

20. *Rependendum eſt*] ישלם *jeſchullam*, rependetur. Interrogatio eſt hìc, ut paſſim, vehemens negatio, quâ non quæritur quid ſit futurum, ſed quid fieri debeat. Sæpe Intt. Futuri vim aut non ſatis intellexerunt, aut non ſatis commodè expreſſerunt. Vide Eſaïæ C. LVIII, 4.

Ut foveam mihi fodiant] Inſidias mihi ſtruant, quaſi feræ. Nam feris foſſæ fodiebantur, in quas inciderent. Pro *mihi*, eſt לנפשי *lnapſchi*, animæ meæ. Vide vers. 22.

Stetiſſe coram te] Te oraſſe. Nam ſtantes orabant.

21. *Ut eorum ſanguis fluat*] *Fac fluere eos ad latera gladis.*

23. *E conſpectu tuo deleas*] Ejus memor eſto, adeóque pœnas de eo ſumito. Hæc Legem redolent, ſed ſunt emollienda, ſubaudiendo, *niſi reſipiſcant.* Quod ſi factum fuiſſet, dubium non eſt, quin Propheta iis ignoviſſet, & Dei pacem precatus eſſet.

COMMENTARIUS
In CAPUT XIX.

1. L*Agenam teſtaceam à figulo*] בקבק יוצר חרש, *bakbouk jotſer hhareſch*, lagenam fictoris teſtæ. LXX. Intt. βικὸν πεπλασμένον ὀστράκινον quod vertit *Hieronymus*, in Comment. *do-*

nomi egreditor, 2. quæ eſt ad oſtium portæ ſolaris, atque illic clarâ voce pronuncia; quæ tibi dicam, 3. ac dicito: audite verbum Jehovæ, Reges Judæ atque incolæ Jeroſolimæ. Sic dixit Jehova *Deus* exercituum, Deus Iſraëlia: mox adducam malum in hunc locum, quod qui audiverit, ejua aures tinnient. 4. Quia reliquerunt me & alienum *à me* reddiderunt hunc locum, adolevetúntque Diis alienis, quos neque ipſi, neque eorum Majores norant, Regéſque Judæ replerunt hunc locum ſanguine innocentium, 5. atque exſtruxerunt excelſa loca Bahali, ut filios ſuos, quaſi holocauſta, Bahali comburerent; quod nec juſſeram, nec dixeram, & quod mihi in mentem non venerat; 6. propterea mox aderunt diea, quibua non vocabitur amplius Thophethum; aut vallis filii Hinnomi, ſed Vallis Occidionis. 7. Irritum faciam conſilium Judæ & Jeroſolimæ, in hoc loco, dabo operam, ut cadant gladio; coram hoſtibus ſuia, & manu eorum, qui eorum vitæ inſidiantur; dabóque cadavera in paſtum avibus cœli & feris terræ. 8. Exponam hanc urbem ſtupori & ſibilo; quisquis *enim* per eam tranſibit obſtupeſcet, & propter ejus plagas ſibilabit. 9. Faciam, ut carnem filiorum, filiarúmque ſuarum comedant, & quisque carne amici ſui paſcetur, in obſidione & anguſtia, quibus eos coarctabunt hoſtes, & qui eorum vitæ inſidiabantur. 10. Tum franges lagenam coram viris, qui te comitati fuerint, 11. eiſque dices: ſic dixit Jehova *Deus* exercituum: frangam populum hunc atque hanc urbem, quemadmodum frangitur vas figuli,

mi, 2. quæ eſt ad portam Solis, atque clarâ voce pronuncia quæ tibi dicam, nimirum: 3. Audite verba Creatoris, ejuſdémque Exercituum Dei, atque Iſraëlitarum: Mox in hunc locum inducam calamitatem, quam quiſque audiverit, tinnitu aurium laborabit. 4 Quia à me defecerunt Iſraëlitæ, & meum hunc locum alienarunt, in quo adoleverunt thymiameta falſis Diis; quos nec ipſi, neque Majores eorum rebus ipſis Deos eſſe experti erant; quia Reges Judæ hunc locum effuſo innocentium ſanguine polluerunt; 5. quia in eo conſtruxerunt loca edita, quæ Bahali conſecrarunt, ut in iis liberos ſuos, quod nec juſſeram, nec memoraveram, aut cogitaveram, mactarent. 6. Propterea mox veniet tempus, quo non vocabitur is locus Thophethum, aut Vallis filiorum Hinnomi, ſed Vallis cædis. 7. Irritum reddam conſilium quod illic inierunt tribules Judæ, & præſertim Jeroſolimitani, & faciam, ut cædantur à ſuis hoſtibus & manu eorum, qui vitæ eorum inſidiabantur; Cadavera verò eorum dabuntur in paſtum avibus carnivoris & feris terræ. 8. Exponam Jeroſolimam hanc ſibilis & ſtupori eorum, qui eam everſam videbunt; quisquis enim inter ejus rudera tranſibit, obſtupeſcet, & conſpectis ejus ruinis exſibilabit. 9. Tantam eis immittam penuriam, & eum furorem, ut parentes liberorum ſuorum carnibus (proh nefas!) veſcantur, ut & carne amicorum debiliorum; tanta in obſidione erit penuria ciborum ſolitorum, atque ita ab hoſtibus viæ ſervabuntur, ut cibi nulli in Urbem intromitti poſſint. 10. Hiſce dictis, lagenam, quam à figulo acceperis, rumpes, ſpectantibus iis, qui te ad figulum comitati fuerint, & clarâ

doliolum. Maluimus *lagenam*, quæ vaſis minoris nomen eſt; ut בקבוק quod nomen eſt factum à ſonitu liquoris è lagenæ collo arctiore effuſi.

Adſumitóque tecum nonnullos &c.] Supplevimus hic לקחת *lakahhtha*, quia verbum, קנית *kanitha*; quod antecedit, non poteſt vicem utriuſque verbi ſupplere, cùm non dicant Hebræi קניתי איש עמי *kanithi iſch himmi*; comparavi virum mecum, pro eo quod eſt, *ſumſi virum mecum.*

E ſenibus populi] E viris honoratis, nam hæc eſt paſſim vocis זקנים *zkanim* poteſtas. Ejusmodi homines teſtes eſſe decebat eorum, quæ, ex Dei mandato, dicturus & facturus erat Jeremias. Vide *Joan. Seldenum* de Synedriis Lib. I. c. 14.

In vallem filii Hinnomi egreditor] Notiſſima eſt vallis ad orientem Jeroſolimæ. Mirè verterunt LXX. Intt. εἰς τὸ πολυάνδριον υἱῶν τῶν τέκνων αὐτῶν.

2. *Quæ eſt ad oſtium portæ ſolaris*] אל פתח שער החרסית *el phethahh ſchahar hahharſith.* eſt in textu hîc החרסות *hahharſouth*, ſed in margine החרסית *hahharſith. Hieronymus*, in Commentario: *Aquila, Symmachus & Theodotio, ipſum verbum poſuerunt Hebraïcum* HARSITH, *pro quo* LXX., *juxta morem ſuum, pro aſpiratione* HETH *litteræ addiderunt* CHI, ut dicerent CHARSITH, *pro* ARSITH. Ipſe interpretatur *fictilis*, Sed ſcribitur *teſtæ* nomen Hebraicum per ש non per ס, nec puto hoc eſſe de nihilo, ſunt enim rationes, quæ ſuadeant eam figuram ſemper pinguiore ſono pronunciandam, ut punctum diacriticum ſit Maſſoretharum inventum. Maluimus cum multis recentioribus vertere *ſolarem*, nam חרס *hheres* ſolem ſignificat, quod orienti obverſa eſſet.

Clara voce pronuncia] קרא, *clamato.*

Mox adducam] *Ecce adduco.*

4. *Alienum à me reddiderunt*] ינכרו *jenachberou*; dum, nempe, Jeroſolimæ, & in Judæa Deos alienos colunt & omnis generis ſcelera admittunt; quibus factum eſt, ut nec urbem, nec agros pro ſuis habere noluerit Deus.

5. *Quaſi holocauſta Bahali comburerent*] לשרף באש את בניהם עלות *liſchroph baeſch eth benehem holoth.* Hinc atque ex aliis pluribus locis liquet mactatas & comboſtas victimas humanas, in honorem Bahalis; quod nonnulli, non expenſis his & ſimilibus verbis, perperam negarunt. Vide 2. Reg. III, 27. & illic notata.

Quod nec juſſeram &c.] Hæc videntur innuere, fuiſſe improbos Judæos, qui ſacrificia ejusmodi Deo non improbari contenderant; dum

li, quod non poteſt ampliùs refici, atque in Thophetho ſepelientur *cadavera*, donec loco *pluribus* ſepeliendis non ſuperſit. 12. Sic faciam huic loco, ait Jehova, & incolis ejus, ita ut hanc urbem redacturus ſim in eumdem ſtatum, in quem Thophethum. 13. Erunt ædes Jeroſolimæ, & Regum Judæ, quemadmodum locus Thophethi, immundæ; quoad omnes ædes, in quibus adoleverint toti cœli exercitui, & diis alienis libaverint.

14. Rediit poſtea Jeremias Thophetho, quò eum miſerat Jehova ad vaticinandum, ſtetítque in atrio Ædis Jehovæ, totíque populo dixit: 15. Sic ait Jehova, Deus exercituum, Deus Iſraëlis: mox adducam in hanc urbem, & in omnes urbes; quæ ejus ſunt *ditionis*, omne malum, quod proloquutus ſum contra eam; quia cervicem ſuam indurarunt, ne verba mea audirent.

Phaſchur

clarâ voce dices: ſic ait Creator, idémque Deus exercituum; frangam vires hujus urbis, & hujus populi: quemadmodum vas figuli frangitur, cujus fragmenta iterum conjungi nequeant; atque in Thophetho ſepelientur cadavera, donec pluribus non ſit locus. 12. Ita me geram erga hanc urbem, ejuſque incolas, ut redigantur in eum ſtatum, in quo eſt redactum Thophethum. 13. Regia, & civium Jeroſolimitanorum domus in eum ſtatum, in quo eſt Thophethum redactum, erunt immunda.

14 Reverſus poſtea Jeremias Thophetho, ad quod eum miſerat Creator ad vaticinandum, ſtetit in Atrio Templi, atque his verbis totum populum eſt adloquutus. 15. Sic ait Creator, Deus Exercituum, Deuſque Iſraëlis: Brevi adducam in hanc urbem Jeroſolimam, & alias omnes Tribus Judæ, quæ ejus ditionis ſunt, omnes calamitates, de quibus antea loquutus ſum, quia indurarunt ſuas cervices, ne mihi dicto audientes eſſent.

PARA-

dum fortè ſacrificio Iſaaci abuterentur.

In mentem non venerat] *Non adſcenderat in cor meum.*

5. *Non vocabitur*] Priorum nominum inoleſcet memoria, aliáque triſtiora ei imponentur; aut, non erit ampliùs vallis, quæ nullis tympanis (nam תף *thoph* eſt tympanum) reſonet, ut factum eſt, dum vocabatur *vallis filii Hinnomi*, ſed quæ cadaveribus impleatur, ut meritò vocari queat *vallis occidionis*. Perperam הרגה non interpretati ſunt LXX. Intt. διάπτωσιν, & גיא πολυάνδριον.

7. *Irritum faciam*] בקתי *bakkothi*. LXX. Intt. σφάξω, perperam. *Hieronymus* verò: *diſſipabo*, qui eſt ſenſus, quæcumque ſit propria verbi בקק *bakak* poteſtas; quod alii interpretentur *evacuavit*, alii *effodit*.

Qui eorum vitæ inſidiantur] *Quærentium animam eorum.*

8. *Sibilabit*] Signum fuit hominis obſtupefacti, aut, non ſine horrore vaſtitatem videntis.

9. *Faciam ut carnem* &c.] *Quamquam hæc*, ait Hieronymus, *& in Babylonica captivitate populo accidiſſe noverimus; tamen pleniùs referuntur ad tempora Salvatoris, cùm obſeſſi ſunt à Veſpaſiano & Tito* &c. Rectiùs dixiſſet in *obſidione Babyloniorum*, de hac enim loquitur Propheta non de *captivitate*. Si hoc non memorent Hiſtoriæ Regum & Ephemeridum, nec eò ſeciùs contigerint, brevitati Hiſtoriæ tribuendum erit; ſin minùs, maxima fames hic deſcribitur; qualis fuit Jeroſolimæ, ſub finem obſidionis. Deſcriptio ejuſmodi etiam exſtat Deut. XXVIII, 53. *& ſeqq.*

10. *Tum franges lagenam* &c.] Symbolica imago cladis Jeroſolimæ, quæ efficaciùs movebat ſpectatores, quàm ſola oratio. Bene *Hieronymus* ad prima Capitis verba: *Vult ſcriptura divina non ſolùm auribus doceri, ſed & oculis. Magis enim mente retinetur, quod viſu, quàm quod auditu ad animum pervenit.* Talia ſæpe occurrunt. Vide 1. Rege XX, 37. & infra C. XXVII, 2. XXVIII, 9, 10.

11. *Quod non poteſt ampliùs refici*] לא יוכל להרפה *lo jhuchal leherapheh*, non poterit ſanari. *Perſpicuè*, inquit Hieronymus, *non de Babylonia, ſed de Romana dicitur captivitate. Poſt Babylonios quippe & urbs inſtaurata & populus reductus in Judæam & abundantiæ priſtinæ reſtitutus eſt. Poſt captivitatem autem, quæ ſub Veſpaſiano & Tito, & poſtea accidit ſub Hadriano, uſque ad conſummationem ſæculi ruinæ Jeruſalem permanſuræ ſunt.* Verùm totus hic liber de Babylonica clade agi clamat; ac re verâ urbs Jeroſolima prorſus everſa eſt, nec tam inſtaurata, quàm nova urbs, loco prioris, eſt ædificata. Quin & hic Propheta prædixit, urbem, cui exitium minabatur, iterum ædificandam, & populum in eam rediturum. Itaque non eſt oratio Prophetæ ita capienda, ut prior ejus pars pugnet cum poſteriore.

Donec locus pluribus ſepeliendis non ſuperſit] מאין מקום לקבר *meen makom likber* à nullo loco ad ſepeliendum; hoc eſt, ad id tempus, quo nullus ſupererit locus pluribus ſepeliendis. Quibus verbis magnitudo cladis oſtenditur, cùm longa vallis ad ſepelienda cadavera ſatis non eſſet.

12. *Redacturus ſim* &c.] *Ad dandam*, aut *ponendam hanc urbem ſicut Thopheth.* LXX. Intt. ὡς τὴν διαπίπτουσαν, abſurdè; rectiùs *Hieronymus*, qui habet, *ſicut Thopheth.*

13. *Ut locus Thopheth.*] LXX. Intt. ὁ τόπος ὁ διαπίπτων. *Hieronymus* meliùs: *Sicut locus Thopheth.* Nempe, cadaveribus pollutus.

Quoad omnes] לכל *lchol*, omnibus. Hoc eſt, quod adtinet ad ædes &c.

15. *Urbes quæ ejus ſunt ditionis*] *Urbes ejus*; hoc eſt, Tribuum Judæ, & Benjaminis, quæ urbes in ejus ditione ſunt.

COM-

Phaſchur Sacerdos Jeremiam verberat, eúmque in carcerem trudit; unde cùm eum eduxiſſet, futuras calamitates iterum ab eo audit. Tum Propheta ad Deum orationem fundit.

1. AUDIVIT autem Phaſchur, Immeris filius, Sacerdos, (is etiam præfectus erat Ædi Jehovæ) Jeremiam iis verbis vaticinantem. 2. Tum verberavit Jeremiam Prophetam, eúmque miſit in nervum, qui erat ad portam ſuperiorem Benjaminis, in Æde Jehovæ. 3. Poſtridie verò cùm Phaſchur eduxiſſet Jeremiam è nervo, ei dixit Jeremias: te Phaſchurem nomine non adpellat Jehova, ſed Magor-miſſabibum, *hoc eſt, terrorem circumquaque.* 4. Sic enim dixit Jehova: mox terrorem tibi & omnibus immittam CAPUT XX.

PARAPHRASIS.

1. AUDIVIT interim Phaſchur, Immeris Filius, Sacerdos (erat enim Præfectus Ædi Creatoris) iis verbis vaticinantem; 2. Jeremiam, eum verberavit, & miſit in nervum, ad portam ſuperiorem Benjaminis, in Æde Creatoris. 3. At poſtridie, cùm Jeremias eſſet eductus à Phaſchure, Propheta Sacerdoti dixit: Te nomine Phaſchuris non appellabit Creator, ſed Magor-miſſabibum; *hoc eſt, terrorem circumquaque.* 4. Etenim Creator dixit Sacerdoti: tibi & omnibus, qui te amant, terrorem immittam; oculíſque ſuis videntibus cadent, gladiis hoſtium ſuorum; totum Iſraëlem mox tradam Regi Babyloniorum, qui vos captivos Babylonem ducet; & gladio occidet. 5. Omnes

COMMENTARIUS
In Caput XX.

1. P*Ræfectus erat Ædi Jehovæ*] פקד נגיד בבית יהוה *phakid nagid bebeth Jehova.* Eſt qui à Luca Act. IV, 1. V, 24. vocatur στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, de quo diximus ad Luc. XXII, 52. quibus dictis accedat oportet hic locus.

2. *In nervum*] במהפכת *bmahphecheth.* LXX. Intt. εἰς τὸν καταῤῥάκτην, quâ voce propriè ſignificatur *vectis*, quo janua introrſum clauditur, deinde in *carceris* ſignificationem tranſiit. *Hieronymus* habet: *in nervum*, quem ſequuti fumus. Sunt compedes ligneæ, quæ ideò ξύλον à Græcis vocantur. *Hieronymus* in hunc locum: *Pro* nervo, *quem nos diximus, Septuaginta, & Theodotio vertere* catarracten. *Symmachus* βασανιστήριον *ſive* στρεβλωτήριον, *quod utrumque* tormenta *ſignificat. Nos autem* nervum *diximus, more vulgari; quod tormenti genus etiam in Actibus Apoſtolorum legimus; quando Apoſtoli Paulus & Silas in cuſtodiam carceris dati ſunt.* Vide Act. XVI, 24. & ad locum Interpretes. Nomen Hebraïcum מהפכת *mehphecheth*, diſtorquentem ſignificat.

3. *Nomine non adpellat Jehovah; ſed* &c.] Hoc eſt, ſi nomen calamitatibus tuis conveniens tibi imponetur, vocaberis non *Phaſchoor*, ſed *Magor-Miſſabib.* Mutatio nominis ſignificat mutationem fortis, quæ ea futura erat Phaſchuri, ut terroribus undecumque cingeretur.

Magor-miſſabibum] *Hieronymus* ſic habet: *pro pavore, quod in Hebraïco ſcriptum eſt* MAGUR, LXX. & *Theodotio*: μέτοικον, *id eſt*, migrantem, *Aquilæ ſecunda Editio* peregrinum, *prima* circumſpicientem, *Symmachus*: ablatum, *ſive*, congregatum, & coactum, *interpretati ſunt.*

4. *Mox terrorem tibi* &c.] הנני נותנך למגור לך *hinneni nothencha lmagor lcha*, ecce ego do te in pavorem tibi. גור eſt *colligi*, *in alieno ſolo vivere*, unde notæ Veterum interpretationes. Sed aptior eſt *timendi* poteſtas, quam obtinet Deut. XXXII, 27. Eſai. LIV, 15. unde מגור pro *timore* Eſai. XXXI, 9.

5. *Opificium*] יגיעה *jegibah*, laborem; nempe, artificum labore confectas res alicujus pretii.

7. *Suaſiſti mihi*] פתיתני *phitthithani.* LXX. Intt. ἠπάτησάς με, Κύριε, καὶ ἠπατήθην. Latinus: *ſeduxiſti me, Domine, & ſeductus ſum.* Cùm hoc verbum ſignificet etiam *perſuadere*; maluimus hunc ſignificatum ſequi, quàm *fallendi* poteſtatem, quæ religioſiſſimo Prophetæ Deum ipſum adloquenti non convenit; quis enim pius fallaciæ Deum inſimulare ſuſtinuerit? Vix quiſquam paullò prudentior hominem probum ſic adloqui auderet. Cùm verò dicenti *perſuaſiſti mihi*, quivis extemplo ingeerat: quid verò tibi perſuaſi? id ſupplendum cenſuimus, perſpicuitatis causâ, quod quivis ſubaudire neceſſe habet. A verbo פתה factum eſt fortè ἀπατᾷν fallere, ſed & inde derivandum πείθειν *perſuadere.* Optimè verteris: ἔπεισάς με καὶ ἐπείσθην.

Mihi vim intuliſti & ſuperior fuiſti] חזקתני ותוכל *bhezakthani vattbouchal.* Vis infertur verbis, ab eo qui majoris eſt auctoritatis, cùm jubet, præſertim eum, qui jubenti parere officii ſui judicat. Vide notata ad Gen. XIX, 3. & Paulum Gal. II, 14. ac obſervata illic à nobis, in Addit. ad *Hammondum.*

8. *Probro*] Quòd propterea inimicus patriæ haberer, quin & Pſeudopropheta dicerer.

9. *Fuit cùm apud me dicerem* &c.] *Et dixi: non recordabor ejus, neque loquar ampliùs in nomine ejus.* Addidimus *apud me*, quia non ſunt hi ſermones, quos aliis audientibus habuerit Propheta, ſed anxii animi cogitationes, cùm vide-

mittam, &, oculis tuis videntibus, cadent gladio hoſtium ſuorum; totum Judam tradam in manum Regis Babylonis, qui captivos Babylonem abducit, gladióque feriet. 5. Omnes opes hujus urbis, omne ejus opificium, quidquid ei eſt pretioſum, omnésque theſauros Regum Judæ tradam in manum hoſtium eorum; diripient, tolléntque ea & Babylonem avehent. 6. Tu verò, ô Phaſchur, & omnes, qui domi tuæ tecum habitant, ibitis in captivitatem, Babylonem ingredieris, atque illic morieris & ſepelieris, tu & omnes tui amantes, quibus mendaciter *alia* es vaticinatus.

7. Suaſiſti mihi, *ut mandata tua ad populum tuum deferrem*, méque perſuaderi paſſus ſum; mihi vim intuliſti, & ſuperior fuiſti; at quotidie ludibrio fui, atque omnes me ſubſannant, 8. quia ex quo loquor, vociferatus ſum, injuriámque, & vaſtitatem *à Babyloniis* pronunciavi, fuítque verbum Jehovæ mihi probro, & ignominiæ, toto die. 9. Fuit cùm *apud me* dicerem, me ejus memorem non futurum, nec ampliùs ejus nomine loquuturum; ſed fuit in corde meo, *&* quaſi ignis ardens in oſſibus meis, *verbum ejus* clauſum; ut eo ſuſtinendo fatigarer, nec poſſem. 10. Nam audivi malos rumores multorum, undequaque terror *mihi incubuit*. Indices, *inquiunt*, *in eum* eſtote, nóſque *pariter* indices in eum erimus. Quivis, qui pacem mecum colebat, & cuſtodes lateris mei *dictitabant*; fortaſſe perſuaderi ſibi patietur, nóſque eo ſuperiores erimus, atque ultionem

5. Omnes opes hujus urbis Jeroſolimæ, omniaque opificia alicujus pretii, omnéſque theſauros, Regum Judæ tradam hoſtibus, qui eos auferent, & Babylonem avehent. 6. Tu veró, ô Phaſchur, & qui habitant domi tuæ, ibitu Babylonem, inque eam intrabitis. 6. At tu, ô Phaſchur, omnes, qui domi tuæ habitant, captivi abibitu Babylonem, ubi morieris, & ſepelieris; in, inquam; & omnes tui amici; quibus alia omnia es vaticinatus.

7. Mihi perſuaſiſti non nolenti; mihique perſuaſiſti, *ut mandata ad populum tuum deferrem*; mihiſque paſſus ſum perſuaderi. Mihi, hac in re, vim intuliſti, & tibi parui; at, ab eo tempore, ludibrio popularium meorum exagitatus fui; quia, ex quo vaticinor, vociferatus fui, & prædico injurias & vaſtitatem Babyloniorum, fuitque mihi ignominiæ. 9. Fuit cum, apud me, dicerem rei me non fore memorem, nec nomine Dei eam nunciarem. Sed verbum illud erat, apud animum meum, quaſi ignis ardens, quem ſuffocare non poteram. 10. Audiebam multorum murmura, contra me, quæ me terrebant, cùm ſe ſe inter ipſos hortarentur indices contra me con-

videret, ſe omnibus inviſum factum, quòd tot & tantas calamitates patriæ prædiceret. Vide Exod. II, 14. 2. Sam. XXI, 16. ubi אמר eſt *cogitavit*, ut ſæpe alibi.

Sed fuit in corde meo &c.] Supplevimus *verbum ejus*, è ſuperioribus, aliud enim ſubaudiri non poterat. Vult Propheta, cùm Dei mandata accepiſſet, de nunciandis Jeroſolimitano populo calamitatibus, ſtatuiſſétque ea tacere, ut invidiam popularium vitaret, tanto ardore ſe incepiſſe flagrare, ut non poſſet ſibi temperare, quin ſibi à Deo mandata exſequeretur. Talia ſunt imitatæ Pythiæ ac Sibyllæ, certè ſic rem deſcribunt Poëtæ, ut efficta ex verorum vatum motibus videatur. Apud Virgilium Æn. VI, 77. Sibylla

—— Phœbi nondum patiens, immanis in antro
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum: tantò magis ille fatigat,
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.

Et Pythia, apud *Lucanum*, jam à *Grotio* memorata, Lib. V, 173.

—— magnóque exæſtuat igne
Iratum te, Phœbe, ferens nec verbere ſolo
Uteris & ſtimulis, flammas in viſcera mergis.

Ut eo ſuſtinendo fatigarer] נלאתי כלכל *nilethi chalchol.* LXX. Intt. παρεῖμαι πάντοθεν, *diſſolutus ſum undique.* Meliùs Latinus: *Defeci ferre non ſuſtinens.* Sic deſcribit *Virgilius* Sibyllam bacchantem *magnum ſi pectore poſſit excuſſiſſe Deum.*

10. *Malos rumores multorum*] דבת רבים *dibbath rabbim*, detractionem multorum. Vide ad Gen. XXXVII, 2.

Indices, inquiunt, eſtote &c.] הגידו ונגידנו *haggidou venagidennou*, indicate & indicabimus eum. Videntur inimici Prophetæ ſe ſe hîc incitare ad eum accuſandum, quaſi faveret Babyloniis. LXX. Intt. ἐπισύστητε καὶ ἐπισυστῶμεν. Vulgatus: *perſequimini & perſequamur eum.* Sed הגיד eſt ſine dubio *indicavit*. Volunt ergo indices, hoc eſt, teſtes eſſe contra Prophetam.

Quivis qui pacem mecum colebat] כל אנוש שלומי *chol enoſch ſchlomi*, omnis homo pacis meæ. Vide Pſ. XLI, 10.

Cuſtodes lateris mei] שמרי צלעי *ſchomere tſalhi*; hoc eſt, qui ſemper latera mea cingebant vel qui comites mei erant.

Dictitabant] Debuit hoc ſuppleri, quia proximè ſequuntur verba inimicorum Jeremiæ.

Perſuaderi ſibi patietur] יפתה *jephuttheh*, patietur perſuaderi ſibi. LXX. Intt. εἰ ἀπατηθήσεται, Latinus: *ſi quo modo decipietur.* Sibi perſuaderi patietur à nobis, quod ei nocere poſſit; quale fuiſſet, ſi vaticinia ſua revocaſſet, quod ſi feciſſet ſe Pſeudoprophetam faſſus eſſet.

Eo ſuperiores erimus] ונוכלה לו *venouchelah lo.* Vide vers. 7. ſi faſſus eſſet ſe eſſe Pſeudoprophetam, ſe infamaſſet, atque ab inimicis

tionem de eo ſumemus. 11. Sed Jehova mecum fuit, inſtar viri fortis & formidoloſi;
quamobrem inſectatores mei impegerunt, nec ſuperiores fuerunt, maximo pudore ad-
fecti ſunt, quòd *res* eis bene non ceſſerit, nec ignominia *eorum* umquam oblivioni man-
dabitur. 12 Jehova *Deus* exercituum, qui exploras innocentem, perſpiciſque renes
& cor, videam ultionem à te de iis ſumi, tibi enim aperui cauſam meam. 13. Canite
carmina Creatori, laudate Jehovam, quia vitam pauperis eripit manui improborum.
14. Maledictus ſit dies, quo natus ſum, & quo peperit me mater mea! nec ſit be-
nedictus! 15. Maledictus & is ſit, qui *rem* nunciavit patri meo, dicens: natus tibi eſt
filius; & lætitiam ei creavit! 16. Sit vir ille inſtar urbium, quas ſubvertit Jehova, nec
pœnituit eum; audiat mane clamorem, & meridiano tempore vociferationem. 17. *Ma-
ledictus, inquam, ſit ille dies*, quod non interemerit me ab utero! Tum fuiſſet mihi ma-
ter mea ſepulcrum, & ejus uterus gravidus in perpetuum. 18. Cur ſic ex utero egreſ-
ſus ſum, ut ſentirem moleſtiam, & mœrorem, útque in ignominia exigerentur dies
mei.

Sede-

conſurgere. Omnes, qui amici mei videri voluerant, & qui latera mea tegebant, dicebant inter ſe, me fortaſſe perſuaſum iri; tum verò ipſos me ſuperiores futuros, ac ultionem de me capturos. 11. Sed Creator mihi adfuit, tamquam vir fortis & formidoloſus. Quare inimici mei impegerunt, & magno pudore adfecti ſunt, quòd res malè eis ceſſerit. 12. O Deus, qui exploras corda, noſti innocentem; da ut videam, te de iis pœnas ſumere; tibi enim cauſam meam aperui. 13. Canantur tibi Cantica, quia vitam pauperum eripis manui improborum.

14. Maledictus ſit ille dies, quo primò lucem vidi, méque peperit mater mea! nec ab ullo fauſtus habeatur. 15 Illi etiam malè ſit, qui nunciavit patri meo, natum eſſe ei filium, eúmque ad lætitiam hortatus eſt. 16. Continget ei viro, quod contigit Sodomæ, & aliis urbibus, quæ ſubmerſæ ſunt olim! Audiat matutino tempore triſtes clamores, & meridiano maximas querelas. 17. Maledictus, inquam, ille dies, eò quod mortuus eo non ſim, antequàm utero exciderem! Quod ſi contigiſſet, mater mea mihi fuiſſet ſepulcrum, nec umquam me peperiſſet. 18. Cur ſic ex utero prodiiſſem, ut nihil experirer, præter moleſtias, útque vitam in ignominia transfigerem.

PARA-

micis oppreſſus eſſet.

11. *Impegerunt*] יכשלו *jicchaſchelou*; hoc eſt, res iis malè ceſſit. Hæc enim eſt vocis frequens poteſtas, tralaticio ſenſu.

Nec ignominia eorum &c.] *Ignominia æternitatis, non mandabitur oblivioni.*

12. *Innocentem*] *Juſtum.*

Ultionem à te de iis ſumi] *Ultionem tuam de illis.*

Aperui cauſam meam] Ut apud juſtum judicem, cui ubi innocens rem exponit, qualis eſt reverâ, cauſâ cadere non poteſt, cùm idem ille judex falli nequeat.

14. *Maledictus ſit dies* &c.] Hæc ſunt ſimilia iis, quæ habentur apud Jobum III, 2. *& ſeqq.* deſcriptionémque complectuntur ſummæ infelicitatis. *Grotius*, cùm non caperet, ut videtur, qui laudibus Dei, gratiarúmque actionibus, proximè ſubjiciantur tam amaræ querelæ, putavit præfigendum his verbis, *dixeram*; nempe, in carcere meo. Sed quia hæc ſubjiciuntur ſuperioribus, non ideò ſequitur hæc verba continuò poſt fuiſſe pronunciata. Neque enim in hiſce ſcriptis ſemper ordo temporum ſervatur, neque ex ſerie ſemper ratiocinari licet. In ſequentibus Jeremiæ Capitibus ordinem ſervatum non eſſe ſatis conſtat; neque quidquam vetat, hæc ipſa verba ad finem Capitis ante ſuperiora fuiſſe prolata, aut etiam aliquantò poſt. Confer vel C. XXI. cum XXII. Notum eſt initio nullam fuiſſe, in hiſce libris, Capitum diſtinctionem, ſed omnia uno tenore, unáque ſerie ſcripta; & paſſim in unum caput fuiſſe poſtea conjecta, quæ nullo nexu erant inter ſe conjuncta. Hoc unum de hac inſigni ῥήσει dicere licet, pronunciatam fuiſſe, cùm Jeremias non poſſet calamitatum præſentium, aut mox futurarum contemplationem, ſine ſummo dolore, maximáque animi perturbatione ferre.

Ceterùm hæc non videntur ad vivum reſecanda, quaſi ſingula verba, ſedato animo, delegiſſet Propheta; ut iis, potiùs quàm aliis, dolorem ſuum ſignificaret. Satis eſt dixiſſe, eum tum in iis calamitatibus fuiſſe, in quibus poſſet quis exclamare: *maledictus ſit dies* &c. De hiſce verbis vide notata ad Jobum.

Nec ſit benedictus] Sæpe in Scriptura non tantùm adfirmatur quidpiam, ſed & contrarium ejus negatur, confirmationis ergo. Vide Joan. I, 3. & ad eum Interpretes.

15. *Filius*] בן זכר *ben zachar*, filius maſculus, quia ſub voce בן continentur etiam filiæ. LXX. tantùm ἄρσεν habent, Vulgatus: *filius maſculus*, unde etiamnum hodie Itali, *un figlio maſchio.*

16. *Clamorem*] Videtur intelligi clamor hominum ſibi ab hoſte metuentium & trepidantium.

Vociferationem] תרועה *throuhah*, hoc eſt, vociferationem hoſtium vincentium.

17. *Maledictus, inquam, ſit ille dies*] Hæc è ſuperioribus repetenda eſſe res ipſa clamat.

18. *Ut ſentirem*] *Ad videndum. Viſus* pro ſenſu quovis non rarò ſumitur. Vide ſupra XVII, 5.

Sedekias Rex Judæ conſulit Jeremiam, de exitu belli ſibi à Nebucadnetſare illati, & triſte reſponſum accepit, quo adverſa omnia ei prædicuntur.

CAPUT XXI.

1. VERBA quæ facta ſunt à Jehova Jeremiæ, cùm ad eum miſiſſet Sedekias Phaſchurem Malchijæ filium, & Sephaniam, Mehaſejæ filium, Sacerdotem, qui dicerent : 2. interroga pro nobis Jehovam, nam Nebuchadretſar, Rex Babylonis, bellum nobis intulit, num fortè Jehova ſe geret erga nos, pro ſuis mirabilibus *factis*, atque à nobis Nebuchadretſar abibit ?

3. Jeremias verò illis, ſic, inquit, Sedekiæ dicetis : 4. ſic dixit Jehova, Deus Iſraëlis : inſtrumenta bellica, quæ erunt in manibus veſtris, & quibus pugnabitis cum Rege Babylonis, & Chaldæis, qui vos obſidebunt, extra muros, convertam, & colligam in mediam hanc urbem. 5. Pugnabo ego vobiſcum, exſertâ manu, & brachio forti, in ira, excandeſcentia, & indignatione magnâ. 6. Percutiam incolas hujus urbis, homines, & pecudes, ac peſte magnâ interibunt. 7. Poſtea verò, ait Jehova, tradam Sedekiam, Judæ Regem, Miniſtros ejus, & populum, qui ſupererit in urbe, à peſte, à gladio atque à fame, in manum Nebuchadretſaris, Babylonis Regis, ínque manum hoſtium eorum, & illorum, qui eorum vitæ inſidiati fuerint; percutiétque eos Rex

PARAPHRASIS.

1. VERBA quæ Creator habuit ad Jeremiam, cùm Sedekias Rex ad eum miſiſſet Phaſchurem, Malchijæ filium, & Sephaniam Mehaſejæ filium, Sacerdotem; 2. qui juberent eum interrogare Deum de exitu belli, quod Nebuchadretſar, Babyloniorum Rex bellum Judæ tribulibus intuliſſet; poſſe enim fieri, ut Deus erga eos ſe gereret, pro ſuis aliis mirabilibus factis, efficeretque, ut Nebuchadretſar, in regnum ſuum, Jeroſolimæ obſidione ſolutâ, reverteretur. 3. At Jeremias eos juſſit hoc reſponſum ad Sedekiam referre : 4. Sic ſe accepiſſe à Creatore, Deo Iſraëlis, fore ut arma, quibus uterentur contra hoſtes, & pugnarent cum Babyloniis, & Chaldæis, qui eos obſidebant, non extra mœnia Jeroſolimæ, ſed intra ipſam urbem contra eos converterent, Deo volente. 5. Pugnabo, inquiebat Deus, contra vos, exſertâ manu, & brachio forti, non ſine magna indignatione. 6. Immittam oppidanis & pecudibus urbe clauſis intra mœnia peſtem. 7. Deinde tradam, ajebat Creator, Judæ Regem Sedekiam, Miniſtróſque ejus & populum, in manus hoſtium, qui iis non fruſtra inſidias ſtruxerint, & ita ut Babyloniorum Rex occiſurus

COMMENTARIUS

In CAPUT XXI.

2. N*Ebuchadretſar*] An נבוכדראצר hîc & alibi ſcribatur, pro נבוכדנאצר, ex Linguæ Chaldaïcæ uſu, an Librariorum culpâ nobis non conſtat ; ſed oee multùm intereſt ſciri.

Nam fortè Jehova &c.] Si adtendiſſent Prophetarum, ab Eſaia uſque, vaticinia, talia à Jeremia non petiiſſent ; omnia enim prædicta eis fuerant, quæ contigerunt ; ſed fortè putabant pleraque minas eſſe, eáſque hyperbolicas, & ſe defunctos iis eſſe jam duplici captivitate, priore ſub Joakimo, altera ſub Joachine.

4. *Convertam & colligam* &c.] מסב ואספתי אותם *meſèb veaſaphthi otham*, convertens & colligam ea ; hoc eſt, adparatum omnem bellicum, & arma, quibus Babylonios à muris veſtris arcere vultis, in vos ipſos convertam.

6. *Peſte magnâ*] Non videtur tam reſpici id, quod propriè peſtis vocatur, morbus ille lethalis, qui ad plures ſerpit, brevíque tempore multitudinem ingentem hominum abſumit; ſed potiùs morbi ex inopia panis, & paboli orti. Hiſce enim laboraſſe conſtat Jeroſolimitanos, noo peſtilentiâ propriè dictâ.

7. *Qui ſupererit*] *Et qui ſuperſtites erunt.*

Non ignoſcet, non parcet &c.] Tria hæc ſynonyma orationi ἔμφασιν addunt. Gravem ultionem à Babyloniis ſibi imminere, ſi victores eſſent, facilè intelligebant Jeroſolimitani ; cùm ter à Babyloniorum Rege jam defeciſſent. Ter enim decepti miſericordes ſe perduellibus victis non præbent.

9. *Erítque ei anima ſpolii inſtar*] Hoc eſt, vitam ſibi conceſſam, quam alioquin amitteret, lucro adponet, quaſi ſpolium hoſtibus ereptum.

10. *Vultum convertam*] שמתי פני *ſchamthi phanai*, ponam vultum. Vide in hoc Propheta, XLIV, 11. & Levit. XX, 3, 5, 6.

Ut illi malè faciam] *In malum.*

Manu jus dicite] Quia mane jus dici ſolebat, ut alibi obſervavimus. Vide Soph. III, 5.

13. *Quæ incolis vallem* &c.] Intelligenda Jeroſolima, quæ valles & montes mœnium ſuorum ambitu complectebatur. *Rupes planitiei* videtur dici mons Sion, qui planitiem, extra muros, proſpectabat. Pro בעמק צור המישר *ba-hemek tſour hammiſchor*, habent LXX. Int.

τῷ

Rex gladio, non ignoſcet eis, non parcet, nec eum miſerebitur.

8. Populo verò huic dices: ſic Jehova, propono, inquit, vobis viam vitæ & viam mortis. 9. Qui manebit in hac urbe morietur gladio, fame, aut peſte: qui verò egreſſus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui vos obſident, vivet, erítque ei anima ſpolii inſtar. 10. Vultum enim meum converti in urbem hanc, ut illi malefaciam, non ut benefaciam, ait Jehova; tradetúrque in manum Regis Babylonis, qui ei ignem ſubjiciet.

11. Ad domum verò Regis Judæ quod adtinet, audite verbum Creatoris, 12. ô domus Davidis; ſic dixit Jehova: mane jus dicite, eripitéque ſpoliatum manui opprimentis; ne excandeſcentia mea egrediatur inſtar ignis, accendatúrque, nec ſit, qui reſtinguat, propter nequitiam ſtudiorum veſtrorum. 13. Jam ego tibi *dico urbs*, quæ incolis vallem, *&* rupem planitiei, ait Jehova; *vobíſque*, qui dictitatis, quis deſcendet contra nos? quis habitationes noſtras ingredietur? 14. Puniam vos, pro fructu ſtudiorum veſtrorum, ait Jehova, ſubjiciam ignem ſilvæ, omniáque, quæ circa eam ſunt abſumet.

Vaticinia de Jehojakimo, Sallumo, & Jechonia.

1. SIC dixit Jehova: ito domum Regis Judæ, atque illic hæc verba proloquere: CAPUT XXII.
2. audi verbum Jehovæ, ô Rex Judæ, ſolio Davidis inſidens, tu & Miniſtri tui, popu-

occiſurus eos eſſet, ſine miſericordia.

8. Populo verò Jeroſolimitano dices, te, nomine Creatoris, ei proponere vias vitæ & mortis. 9. Quemque, qui manebit in hac urbe, periturum gladio, fame, aut peſte: qui eà migraverit & transfugerit ad Chaldæos, eam obſidentes, vitæ ſuæ conſulturum, quam erit ſervaturus. 10. Converti enim vultum iratum in hanc urbem, ut eam puniam, non ut eam ſervem; dedetur enim Babyloniorum Regi, qui eam comburi patietur.

11. Quod adtinet ad domum Regis Judæ, audito conſilium Creatoris: 12. ô Domus Davidis, inquit ille, hîc maneto, & mane jus populo dicito, atque eripito ſpoliatum manibus oppreſſoris; ne indignatio mea erumpat ignis inſtar, nec inveniatur, qui eam exſtinguat, propter affectus pravos, qui exarſerunt apud vos. 13. Jam tibi edico, ô Urbs, cujus cives incolunt partim vallem, & partim rupem in planitie ſitam, ait Creator; vobíſque, qui jactatis, neminem vos oppugnaturum, aut domus veſtras ingreſſurum. 14. Pœnas de vobis, dignas meritis veſtris, ſe ſumturum, ait Deus, quaſi in ſilvam ignem ſubjecturum, quo vicina omnia ardebunt, atque abſumentur.

P A R A P H R A S I S.

1. JUSSIT me Creator ire in Regis Judæ regiam, atque illic hæc verba proferre: 2. ô Rex Judæ, qui in ſolio Davidis ſedes, unà cum Miniſtris tuis & plebe, quæ tibi paret,

τὴν πεδιάδα εἰς τὴν πεδινήν. *Pro quo Symmachus* petram, *Theodotio* obſeſſam *interpretati ſunt. Aquilæ prima Editio* ſolidam, *ſecunda* Tyrum. Ipſe *Hieronymus*, qui hæc retulit, habet: *vallis ſolidæ & campeſtris*.

14. *Pro fructu ſtudiorum veſtrorum*] Prout merentur ſtudia veſtra, vel adfectus; aut etiam pro factis iis conſentaneis, facta enim ſunt fructus adfectionis animi. Antea habuimus hoc loquendi genus.

Subjiciam ignem ſilvæ] Videtur eſſe proverbium deſumtum ex incendio ſilvæ, quæ incenſa vicina omnia flammis involvit. Senſus eſt, fore ut pereunte Jeroſolima, vicina omnia oppida ſimul pereant. Nimis arguti ſunt, qui *ſilvam* vocari volunt domus cedro ædificatas. Omiſimus vertendo ſuffixum vocis יערה *jebarah*, ſilvæ ejus, quia mutatio perſonæ Latinè commodè exprimi non poterat, nec ſenſus mutatur.

C O M M E N T A R I U S
In Caput XXII.

1. O *Rex Juda*] Jehojakimum intelligit, unde liquet quæ hîc habentur dicta fuiſſe ante ea, quæ leguntur Capite antecedente; quæ pertinent ad regnum Sedekiæ. Hinc aliiſque pluribus ex locis intelligere eſt, non eſſe quærendem, in his vaticiniis, ordinem temporum.

Per has fores] Regiæ, cùm Regem conveniebant.

4. *Ingrediuntur* &c.] Non quidem in perpetuum, nam decreto divino, numquam revocando, exſcidium Jeroſolimam manebat, ut jam antea diximus, ſed ad certum tempus. Vult etiam Propheta oſtendere nexum rectè factorum cum præmiis divinis; quibus excidebant Judæi, propter malefacta. Vid ad C. XVII, 25.

6. *Juravi per me* &c.] Perinde eſt ac ſi diceret, ſe numquam revocando decreto ſtatuiſſe. Deus enim, ſi rem probè adtendamus, non

populúſque tuus, qui ingreditur per has fores. 3. Sic dixit Jehova: judicium, & juſtitiam exercete, eripite ſpoliatum manui opprimentis; peregrinum, pupillum, aut viduam ne opprimite, neque injuriâ adficite; nec ſanguinem innocentem in hoc loco fundite. 4. Si hæc verba exſequutioni mandaveritis, ingredientur per fores hujusce domûs Reges, ſedentes in ſolio Davidis, curru & equis vecti, cùm ipſe *Rex*, tum ejus Miniſtri & populus. 5. Niſi auſcultaveritis hiſce verbis, juravi per me, ait Jehova, fore, ut hæc domus in ſolitudinem redigatur; 6. quia ſic dixit Jehova, de domo Regis Judæ: Galahaditis tu mihi *eras*, *tu* vertex Libani; *ne vivere* credar, niſi te redegero in deſertum, & *ut* urbes non cultas. 7. Parabo contra te vaſtatores, ſingulos cum ſuis inſtrumentis, cædéntque electiſſimas tuas cedros, eáſque jacient in ignem. 8. Tranſibunt gentes multæ juxta eam urbem, dicéntque ſinguli proximis ſuis: cur ita ſe geſſit Jehova erga hanc magnam urbem? 9. Reſpondebunt verò *alii*: quia defecerunt à fœdere Jehovæ Dei ſui, adorarúntque, & coluerunt Deos alienos. 10. Ne defleatis mortuum, neque *ejus cauſâ* dolorem veſtrum *cuiquam* ſignificetis; ille *demum* deflendus eſt qui abit, quia non ampliùs redibit, neque natale ſolum videbit.

11. Sic enim dixit Jehova de Sallumo, Joſiæ, Regis Judæ, filio, qui regnabat loco Joſiæ,

ret, atque Regiæ fores ingreditur. 3. Sic ait Creator, jus & leges obſervate, eripite oppreſſos iis, qui eos male habent; peregrinum, pupillum, & viduam nequaquam opprimite; nec ſanguinem innocentium hic effundite. 4. Si hiſce, quæ dico, pareatis, huc ingredientur ſucceſſores Davidis, curru atque equis vecti, cum ipſi Reges, tum etiam ejus Miniſtri & populus. 5. Niſi obtemperaveritis hiſce verbis, juravi per me, ait Creator, fore, ut hæc Regia deſeratur; 6. quia dixit de domo Regis Judæ: Galahaditis inſtar cultæ regionis, aut verticis Libani, ne credar vivere, niſi te in ſolitudinem redegero, & ut urbes deſertas. 7. Adornabo vaſtatores, ſingulos inſtructos inſtrumentis, quibus te diruant. Cædent elegantiſſimas tuas cedros, eiſque ignem alent. 8. Multæ gentes juxta urbem prætereuntes, atque a ſe viciſſim quærent, cur Deus Judæorum ſe ita geſſent erga tantam urbem; 9. reſpondebuntque ii, quibus Judæi notiores erunt; factum hoc eſſe a Deo Judæorum, quia ejus urbis incolæ ab ipſo defecerant, atque alia Numina coluerant; 10. nec eſſe deflendos mortuos Jeroſolymitanos, eoſque, qui iis auxilio fuerant; quia defecerant à Deo Majorum ſuorum, atque alienos coluerant. 10. Nec eſſe ullo modo deflendos mortuos, aut propterea dolorem oſtendendum; ſed eum demum eſſe lacrimis deflendum, qui abierat, nec natale [illegible]am umquam viſus erat.

11. Sic enim judicaſſe Creatorem de Sallumo, Joſiæ

non dicitur jurare niſi ἀνθρωποπαθῶς, & in gratiam hominum; itaque apud Prophetas eſt loquutus, ut intelligerent Hebræi de re agi, quam Deus revocaturus non eſſet, & prorſus immutabili. Deus quidem in hoc ipſo Propheta, C. XVIII, 7. *& ſeqq.* teſtatur, ſe interdum minari & promittere, quæ numquam exſequatur, ſi ii, quibus minatus eſt res adverſas, ad ſaniorem mentem redeant: aut ſi iis, quibus ſecunda omnia pollicitus eſt, deteriores fiant; quia, nimirum promiſſa & minæ è conditionibus pendent. Verùm hìc agitur Lex ipſa Divina, quâ Deus pœnas nequaquam fugiendas denunciat iis, qui præteritorum delictorum pœnitentiâ nullâ ducentur. Deus quidem delicta admiſſa nulla interpoſitâ morâ non punit, imò diu exſpectat hominum pœnitentiam, antequàm pœnas ab iis repetat; Scriptura ejus rei exemplis & teſtimoniis referta eſt. Sed nuſquam dixerunt Prophetæ aut alii ſcriptores ſacri, fore, ut Deus hominibus pervicacibus, nec umquam ad bonam frugem redeuntibus, ignoſceret. Ceterùm de immutabilitate eorum, quæ Deus adhibito jurejurando, ut ſe hominibus attemperaret promittit, vide Heb. VI, 16. ubi vide *Hug. Grotium.*

Hæc Domus] Regia, nempe, Sioni impoſita, quæ loco amœno erat, & proſpectu elegantiſſimo.

6. *Galahaditis tu mihi eras*] גלעד אתה לי *gilhad athah li*, Galahad tu mihi, hoc eſt, eliceci, ut ad hæc tempora mons Sionis (ubi Regia) ornatiſſimus atque amœniſſimus eſſet, quia eum vaſtari nondum paſſus ſum. Mons enim Galahadi, ad ortum Jordanis, & tota Galahadene, ut vocabant eam Veteres, erant tractibus amœniſſimis referti, qui arboribus omnis generis abundabant, & in quibus ingens copia alebatur; nam Baſanitis, pars Galahadenæ, hoc eſt, totius tractûs, quem Judæi trans Jordanem habitabant, ſummopere propterea laudatur, Vide Num. XXXII, 4. Deut. XXXII, 14. &c.

Tu vertex Libani] ראש הלבנון *roſch hallebanon.* Rem expreſſimus, quaſi repetendum eſſet אתה *tu*, ex antecedentibus. LXX. Intt. Γαλαὰδ σύ μοι ἀρχὴ Λιβάνου, unde colligunt cœpiſſe à montibus Galahadenæ juga montis, qui Libanus in Scriptura dicitur. Hieronymus: *Galaad tu mihi caput Libani.* Poteſt mons Galahaditicus dici *initium Libani*, quod eſſet initio catenæ montium, quorum pars *Libanus*; ſed Hebræi non vocarunt, quod equidem ſciam, *Libanum* eam partem montium, quæ vergit ad Auſtrum. Nec, ubi ſermo eſt de monte ראש ההר *roſch hahar*, caput montis, aliud eſſe videtur, præter montis *verticem.* Vide 2. Sam. XV, 32. XVI, 1. Quod ſi verum ſit, ut puto, dici nequit mons Galahaditicus *caput* ſeu vertex Libani. Crediderim ergo intelligi amœniſſimam partem montis; ubi erant cedri, quæ tamen non eſt redigenda in arctum quoddam ſpatium, in quo ſunt pauculæ cedri, quæ etiamnum hodie viſuntur à peregrinantibus. Elegantiæ causâ, à ſponſa ſponſus con-

ſiæ, patris ſui: qui egreſſus eſt ex hoc loco, huc non ampliùs revertetur; [12]. nam in loco, in quem eum tranſtulerunt, morietur, nec terram hancce ampliùs videbit. [13]. Væ ædificanti domum ſuam, ſine juſtitia & cœnacula ſua, ſine jure; qui proximum ſuum ſervire cogit gratis, nec operæ mercedem ei ſolvit; [14]. dicenti: ædificabo mihi domum amplam, & cœnacula vento expoſita; atque aperit ſibi feneſtras, & tabulata *habet* cedrina, quæ minio oblinit. [15]. An tu regnabis, quia ardes cedro? Pater tuus annon edit & bibit, exercuítque judicium, & juſtitiam; ac tunc bene ei fuit? [16]. Diſceptavit cauſam pauperis, & egeni. Tunc bonus *fuit*. Annon hoc erat noſſe me? ait Jehova. [17]. Sed non ſunt *intenti* oculi tui, atque animus tuus, niſi ad lucrum, ad fundendum ſanguinem innocentem, atque ad exercendam oppreſſionem & contritionem.

[18]. Propterea ſic dixit Jehova de Jehojakimo, Joſiæ, Regis Judæ, filio: non plangent eum *dicentes*, heu! mi frater! heu! mea ſoror! Non plangent eum *dicentes*; heu! Domine! heu! gloria ejus! [19]. Sepultura aſini ſepelietur, dum trahent, & ejicient cadaver ejus longè à portis Jeroſolimæ.

[20]. Adſcende in Libanum, *filia Sionis*, & clama; etiam in Baſanitide, ede vocem tuam

Joſiæ Regis filio, & qui ejus loco regnabat; nam egreſſum Jeroſolima, numquam poſtea ad eam rediturum; 12. nam eum in eo loco, in quem tranſlatus fuerat, moriturum. 13. Væ illi, qui ædificans domum juſtitiam violat, & cœnacula ſua, præter jus; qui proximum ſuum cogit ſervire ſibi gratis, nec mercedem laboris ullam ſolvit, 14. ſibi promittenti, ſe ædificaturum ſine jure domum amplam, & cœnacula, ſine jure, vento expoſita, ubi aperit ſibi feneſtras, & tabulata habet cedrina, quæ minio pingit. 15. An tu regnabis, quia cedrum oris? Pater tuus nonne edit & bibit, exercuítque juſtitiam, & illi, eo tempore bene fuit.

16. Tunc temporis defendit cauſam pauperis. Tum demum bonus fuit. In illa re fuit ſua cognitio mei, ait Jehova. 17. Sed nunc adtenti non ſunt oculi, neque animus tuus, niſi ad lucrum, ad fundendum ſanguinem innocentium, eóſque opprimendos.

18. Propterea hoc dixit Creator, de Jehojakimo, Joſiæ, Regis Judæ, filio: non plangent eum. 19. Inſtar animus. 19. Inſtar aſini ſepelientur, poſtquam eum traxerint & ejecerint cadaver ejus per portas Jeroſolimæ.

20 Adſcende in Libanum montem, ô filia Sionis, & clama trans Jordanis vada, quia fracta ſunt

confertur cum Libano Cant. V, 15. Etiam infrà Libanus, vers. 20. & 23. *Joannes Phocas*, qui ſub finem Sæculi XII. loca ſancta inviſit, ſic de eo monte loquitur, poſtquàm de alio jugo, quod *Chaſyſii*, ut loquitur, incolebant, quæ videtur depravatio vocis Gallicæ *Aſſaſins*, ut barbari illi vocabantur: μετὰ δὲ τὸν τοιοῦτον ζυγόν ἐςὶ πάγκαλος καὶ ἀξίως περιβόητος ἐν ταῖς γραφαῖς Λίβανος, ζυγὸς παμμέγας κορυφόθεν μέχρι προποδῶν συμάδας χιόνος ὡς βοςρύχους περιβαλλόμενος, πεύκῃ καὶ κέδρῳ καὶ κυπαρίττῳ καταδενδρούμενος, καὶ ἄλλων ὀπωροφόρων φυτῶν διαφόρων πληθύοντι ὡραϊζόμενος. τούτου τὰ πρὸς θαλάσσης οἰκοῦσι χριςιανοί, τὰ δὲ πρὸς τὴν Δαμασκὸν καὶ τὴν Ἀραβίαν Σαρακηνοὶ νέμονται. ἐκ τῶν αὐτοῦ ῥαχμῶν καὶ κοιλάδων ἀποῤῥέουσι ποταμοὶ μέχρι θαλάσσης ὡραῖοι καὶ πάνυ ψυχροὶ, τῆς χιόνος ἄρτι λυομένης, καὶ κατακρυςαλλούσης τὰς τῶν ναμάτων ἐπιῤῥοάς: *Poſt id jugum eſt pulcherrimus & Scripturarum laude dignè decoratus Libanus; mons prægrandis à vertice ad imos pedes nivis tractus, veluti cincinnos induens; pino, cedro, cupreſſóque refertus, & aliis frugiferis, iiſque variis, ſatque abundantibus plantis ornatus. Quæ ad mare ſunt habitant Chriſtiani, Damaſcum & Arabiam reſpicientia Saraceni tenent. E rimis ac vallibus fluvii ad mare pulcri, gelidiſſimíque decurrunt, cùm recens nix diſſoluta flexus currentium aquarum, cryſtalli inſtar, efficiat.* Sic habet in Itinerario Antiochiâ Jeroſolimam uſque §. IV. ab *Leone Allatio* edito. Vide & ad Cap. XVIII, 14. Hinc, éque duobus locis, quæ mox ſequentur, non abſurdè colligere queas, Regiam in ſuo ſplendore cum Galaaditicis jugis & Libano poſſe comparari. *Hieronymus* ad hunc Jeremiæ locum: *Comminatur igitur regiæ domui, & urbi Jeruſalem, & Templo, quod vocat* caput Libani, *quod redigendum ſit in ſolitudinem* &c.

Et ut urbes non cultas] ערים לא נשבה *harim lo noſchabou*, legendum enim, ut eſt in margine נושבו, & ſupplendum כ ante primam vocem, & אשר ante ſecundam.

7. *Parabo*] קדשתי *kiddaſchthi*, Sanctificabo, ut habet *Latinus*. Græci: ἐπάξω. Eſt *parabo* & inſtruam, ut bene *Grotius*. Vide C. VI, 4. XII, 3. &c.

7. *Electiſſimas tuas cedros*] *Electionem cedrorum tuarum.* Hæret in eadem metaphora, quâ ſignificat pulcherrima quæque ædificia Jeroſolimæ everſum iri.

9. *Reſpondebunt verò alii*] *Et dicent.*

10. *Ne defleatis mortuum*] Nempe, ut rectè viderunt viri docti, Joſiam, occiſum in prælio cum Ægyptiis. Vide 2. Reg. XXIII, 29, 30. Non erat deflendus, qui ereptus eſt huic vitæ mortali antequàm Babylonii rerum in Oriente potirentur.

Dolorem veſtrum ſignificetis] תנודו *thanudou*. Non eſt propriè θρηνεῖν aut *lugere*, ut habent Veteres Intt. ſed conſanguineis defuncti dolorem ſuum, ejus mortis causâ, ſignificare, quod & alibi jam notavimus.

Ille demum deflendus eſt, qui abit &c.] Is eſt *Joachazus* in Ægyptum à Nechone deductus, unde non rediit in patriam. Vide 2. Reg. XXIII, 33. Verùm hîc vocatur שלם *Schallumus*, cùm alibi Joachazus vocitetur.

Neque natale ſolum videbit] Ei ſucceſſit *Jehojakimus*, huic verò Jehojachinus à Nebuchadneſare in Babyloniam abductus, ſuffecto ei Sedekia, quo regnante capta eſt Jeroſolima.

Vide

tuam & vociferare trans vada; quia fracti ſunt omnes tui amantes. 21. Te adloquutus ſum, ſed, in ſecuritate tua, dixiſti: non audio. Hæc via tua fuit ab adoleſcentia tua, nam non audiſti vocem meam. 22. Omnes paſtores tuos paſcet ventus, atque amantes tui in captivitatem ibunt; tum enim pudore adficieris, & propter omnem nequitiam tuam erubeſces. 23. Habitabas in Libano, nidificabas in cedris; quanta erat gratia tua; cùm invaſerunt te dolores, *&* tormina, quaſi parturientis?

24. *Ut* vivo ego, inquit Jehova; *ſic* ſi Chonja, ehojakimi, Regis Judæ, filius, eſſet annulus in manu mea dextra, eum inde evellerem, 25. traderémque in manum eorum, qui vitæ ejus inſidiantur, in manum eorum, quos timet, in manum, *nempe*, Ne-

ſunt animi omnium, qui te amabant. 21. Antea te adloquutus ſum; ſed in ſecuritate tua noluiſti me audire. Hanc viam iniſti, usque à juventute tua, voci meæ aures non præbuiſti. 22. Omnes doctores tui nunc paſtores vento paſcentur, atque amaſii tui in captivitatem abducentur; tum enim pudore adficientur tecum, propter nequitias tuas.

23. Habitabas antea in amœniſſimo monte Libano, & veluti nidificabas in cedris, quanta erat gratia ac pulchritudo tua, quando dolores & tormina, quales ſunt parturientis, tibi contigerunt?

24. Ut vivo, inquit Creator; *ſic*, ſi Chonja, Jehojakimi, Regis Judæ, filius, eſſet inſtar annuli in manu mea dextra, eum inde evellerem, 25. traderemque

Vide 2. Reg. C. XXIV, 11. *& ſeqq.* & Cap. ſequens XXV.

13. *Væ ædificanti* &c. Hæc pertinere videntur ad Schallunium, qui coëgerat artifices operam gratuitam præſtare, quod *ſine juſtitia* fiebat, quæ mercedem operæ negari vetat opificibus.

14. *Domum amplam*] *Domum menſurarum.* Vide Num. XIII, 32. Eſ. XLV, 14.

Vento expoſita] מרוחים *mruvvahhim.* LXX. Intt. ῥιπιστά, *Hieronymus* verò: *ampla.* Cùm vox ſit à רוח *ventus*, meliùs *vento expoſita* verteris. Ac ſanè *Heſychius* ῥιπιστὰ interpretatur διαπνεόμενα. & ῥιπίζειν eſt *flare* Frigus in cœnaculis illis captabant, feneſtris hinc atque inde apertis, ut undecúnque ventum flantem exciperent.

Quæ minio oblinit] משוח בששר *maſchoabh baſchaſchar*, ungendo minio. LXX. Intt. κεχρισμένα ἐν μίλτῳ, Latinus: *pingítque ſinopide*, hoc eſt, *minio ſinopico.*

15. *Araes cedro*] מתחרה בארז *mithabhare baaretz*; hoc eſt, cupidus es cedri. LXX. Intt. habent. παροξύνῃ ἐν Ἀχὰζ, quod ſenſu caret, ut bene *Hieronymus*, qui teſtatur in Codice ſuo fuiſſe A R A Z.

Annon edit ac bibit] Non minùs vixit, quàm tu, licet ſine deliciis, & cœnaculis arte factis, & vento apertis.

16. *Annon hoc erat noſſe me*] Hoc eſt, ſcire Dei voluntatem, atque ad eam mores ſuos exigere; nihil enim prodeſt ſcire eſſe Deum, & quas leges tulerit, niſi ei pareas.

18. *Heu mi frater* &c.] Eſt, ut videtur, μίμησις eorum, quæ præficæ in funere dicebant.

19. *Sepulturâ aſini*] Id eſt, nulla, cadavera enim aſinorum non ſepeliebantur. Hæc nituntur opinione vulgi, quod putat miſeros eſſe eos, qui inſepulti jacent, ſed quæ ridebatur à Philoſophis. Quam in rem multa habet *Cicero* Lib. I. Tuſculan. Diſputationum c. XLIII. *& ſeqq.*

Longe à portis Jeroſolimæ] Sic bene vertit *Grotius*, qui & obſervat ex 2. Par. XXXVI, 10. Babylonem abductum fuiſſe Jechoniam, unde intelligere eſt procul à Jeroſolima mortuum.

20. *In Libanum* &c.] Abducendi in Babyloniam tranſibant Jordanem & juxta Libanum in Baſanitidem ibant, ut iter facerent ad Euphratem. Hæc innui videntur.

Fracti ſunt] נשברו *niſchberou*; hoc eſt, dolore adfecti ſunt, aut fracta eſt eorum ſuperbia. Vide exempla apud *Val. Schindlerum*, qui ſignificationes verbi diligenter diſtinxit.

21. *In ſecuritate tua*] בשלותיך *beſchalvotkajich*, in ſecuritatibus tuis. LXX. Intt. ἐν τῇ παραπτώσει, Vulgatus: *in abundantia tua.* Meliùs *ſecuritatem* verteris, & cum ſequenti verbo conſtruxeris. Adjectivum שלו *ſcealev* propriè *tranquillum*, & *ſecurum* ſonat ac ſubſtantivum שלוה *ſchalvah*, *tranquillitatem* & *ſecuritatem*; quæ poſſunt in meliorem, aut in deteriorem partem intelligi, pro re, quæ agitur. Quamobrem hìc in ſequiorem ſenſum inclinamus, eo quòd agatur de inſana ſecuritate Jeroſolimæ, iis temporibus, quibus graviſſima mala ei impendebant, jam prænunciata, ut ſæpe diximus, à temporibus Hiſkiæ Regis, propter idololatriam, & ſcelera Regum, & populorum; qui nihilo ſeciùs adfectibus pravis indulgebant.

21. *Hæc via tua*] Vitæ ratio, ut paſſim.

Ab adoleſcentia tua] Jam ab initio populus Hebræus leges divinas neglexit, nec aliter Jeroſolimitani ſe geſſerunt, jam à temporibus Salomonis.

22. *Paſtores tuos*] Reges, Proceres, Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ, qui rerum ſummæ præerant, quoad civilia, aut ad res ad Religionem pertinentes quod adtinet.

Paſcet ventus] תרעה רוח *thirheh rouahh*; hoc eſt, ſe inanibus cogitationibus paſcent, dum ſperant, non eſſe timendum Urbis exſcidium; nec eſſe cur Deus ei uſque adeò indignaretur, ut Babyloniis evertendam traderet. Vide C. V, 13.

23. *Habitabas in Libano*] In urbe, quæ, amœnitatis causâ, cum Libano monte conferri poterat. Vide ad vers. 6. Loquitur Propheta hæc de re, quaſi jam præterita more Prophetarum, quòd brevi, & quidem certo res futura erat.

Nidificabas in cedris] Intelligunt de Ædibus, quarum contignationes cedro conſtabant, nec abſur-

Google

Nebuchadretſaris, Regis Babylonis, atque in manum Chaldæorum. 26. Ejiciam te, ô *Chonjah*, & matrem, quæ te peperit, in terram alienam, in qua nati non eſtis, atque illic moriemini. 27. In terram verò, quam animo expetent, ut in eam redeant, non redibunt 28. Annon ſimulacrum vile & disjectum eſt iſte Chonja? Annon vas eſt, quo nemo delectatur? Quare ejecti ſunt ipſe & proles ejus in terram, quam non noverant. 29. Terra, terra, terra, audi verbum Jehovæ: 30. Sic dixit Jehova: ſcribite virum iſtum orbum *eſſe*, virum, qui feliciter nihil geret, diebus ſuis; nullus enim è poſteritate ejus ſecundis fructur, ſedebitque in ſolio Davidis, & dominabitur ampliùs Iſraëli.

Mina

25. traderémque iis, qui ejus vitæ inſidiantur, in manum eorum, quos timet; in manum ſcilicet, Nebuchadretſaris, Regis Babylonis, & Chaldæorum. 26. Te Ejiciam, ô *Chonja*, & matrem, quæ te peperit, in alienum agrum, in quo nequaquam nati eſtis, & tamen moriemini. 27. In regionem verò, quam animo expetent reviſere, nequaquam revertentur. 28. Annon iſte Chonja eſt inſtar vilis ſimulacri? Annon eſt vaſis inſtar, quod nemo expetit? Quamobrem ejectus eſt patrio ſolo, cùm ipſe, tum etiam proles ejus, in regionem, quam non noverant. 29. O terra, terra, terra Iſraëlis audi, quod dixit Creator. 30. Sic dixit: ſcribite virum illum orbum fore; qui nihil feliciter geret ipſe, dum vivet. Nullus etiam ex ejus poſteris ſecundis rebus fruetur, nec in ſolio Davidis ſedebit, & amplius Iſraëlitis imperabit

PARA-

abſurdè. Malim tamen hoc capere quaſi conſectarium metaphoræ, quâ Libanus antea dictus eſt pro loco amœnu.

Quanta erat gratia tua] מה נחנת *mah nehhanth*. Verbum חנן, quod eſt in Conjugatione activa *gratificari*, in paſſiva *Niphal* eſt perinde ac *gratia adfectum eſſe*. Itaque hic ſignificatur Jeroſolima multâ gratiâ fuiſſe ornata, hoc eſt, potens, dives, magnifica in ædificiis, ac ſecurâ quiete fruïta; quod & ſuperiora oſtendunt. Attamen LXX. Intt. habent hic: κατεστέναξας, & Vulgatus: *congemuiſti*, quaſi verbum derivaſſent ab אנח *anahh*, gemuit. Nec ſenſus eſt abſurdus, ſi analogia grammatica ei faveret, aut certa lectio antiqui Codicis.

Cùm invaſerunt te] *Cùm venerunt tibi.*

Tormina] *Tormen.*

24. *Annulus in manu mea dextra*] Eſt חותם *hhotham*, quod propriè eſt *ſigillum*, ſed quia ſigillum inſcalptum erat gemmæ annulo additæ, ſumitur hic pro annulo, & quidem pretioſo, & quod nemini ſolet dari, ne quis eo in obſignandis litteris abutatur. Vide Cant. VI, 6. Ideò LXX. Intt. ἀποσφράγισμα, & Hieronymus, *annulum* vertere.

Qui vitæ ejus inſidiantur] *Quærentes animam tuam.* Sed tertiæ perſonæ pronomine Latinè loquentes uti nos oportuit.

Nebuchadretſaris] A quo Rex, loco Jehojakimi patris Babylonem abducti, Jeroſolimitanis datus fuerat. 2. Reg. XXIV, 6. 2. Par. XXXVI, 9.

26. *Matrem, quæ te peperit*] Nechuſtham 2. Reg. XXIV, 8.

27. *Animo expetent*] *Quum illi extollent animam ſuam ad redeundum illuc.*

28. *Annon ſimulacrum vile*] העצב נבזה *habetſeph nibzeh*, an ſculptile contemtum. ה vertimus *annon*, ut ſenſus poſtulare videtur, hìc & aliis locis. Vide *Chr. Noldium* ad ſignif. II. adfirmativam. Sunt autem hæc verba Dei, rem adfirmantis, non in dubium revocantis; Dei enim non eſt dubitare. Statuæ autem homines ſtupidi ſolent comparari. *Juvenalis* Sat. VIII, 59. de nobili nullius pretii:

—— at tu
Nil niſi Cecropides, truncóque ſimillimus Hermæ,
Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quàm quod
Illi marmoreum caput eſt, tua vicit imago.

Chonja] Putant viri docti hic eo nomine adpellari, non *Jechoniam*, ut vocatur in Hiſtoricis Libris, per contemtum; quia י ab initio detractum eum capite minutum iri ſignificat; & quia כניהו, ut legimus in Codicibus Hebræis, perinde eſt ac *Chonia ille*, quod eſt contemtus. Verùm mera hæc eſt argutia, quamvis eam habeat magnus profectò vir *Hug. Grotius*. Prima littera ſublata, aut addita non mutat ſignificationem vocis, quæ eſt à כון *choun*, ſtabilire, & nomine Tetragrammato יהוה. Si ſcribas ſine primo י erit *ſtabilimentum Jehovæ*, quod idem eſt. Si addas ו ad finem, erit una littera ejusdem Tetragrammati addita, ut in ישעיהו pro ישעיה, & ירמיהו pro ירמיה, & alia ſimilia; ubi non ſignificat הוא *ille*, ſed *Jehovam* pleniùs deſignat.

Disjectum נפוץ *naphouts*, disjectum, ſeu cujus membra ſint fracta, & hic illic jaceant, quod veteribus ſtatuis, longinquitate temporis, contingit, ut per totam Græciam, & Aſiam videre eſt.

Annon vas eſt, quo nemo delectatur] *An vir ille Chonjahou, an vas, in quo nulla eſt delectatio*, & quod proinde abjectum jacet.

Proles ejus] *Semen ejus.*

29. *Terra, terra, terra*] Triplex repetitio, ἐμφάσεως atque ad augendam adtentionem. Vide ad Eſaïæ VI, 3. Adloquitur Deus terram Judæam, quam jubet ſequentia ſcribere, ut meminerit, veritatémque prædictionis intelligat.

Orbum eſſe] עררי *hariri*. Vide ad Gen. XV, 2. *Hieronymus* ad hunc locum: *Pro ſterili*, in *Hebræo* ſcriptum eſt ARIRI, *quod Aquilæ prima Editio* ſterilem, *ſecunda* ἀναύξητον, *id eſt*, non creſcentem; *Symmachus* vacuum; LXX. & *Theodotio* abominabilem, *&* abdicatum *interpretati ſunt*. Ipſe verò vertit *ſterilem*; perperam, nam fit mentio *prolis* ejus in Babyloniam abductæ, verſu 28. Sed illic *orbus* factus eſt. Hinc colligunt Interpretes Salathielem filium ejus non vocari, niſi adoptionis jure. Vide viros doctos ad Matth. I, 12.

COM-

Minæ in malos paſtores, promiſſa, in gratiam Judæorum, cùm de aliis, tum potiſſimùm de Meſſiæ adventu, & caſtigatio graviſſima Pſeudo-Prophetarum, aliorùmque

CAPUT XXIII.

1. VÆ paſtoribus perdentibus, & disjicientibus pecudes paſcui mei! ait Jehova. 2. Quare ſic dixit Jehova, Deus Iſraëlis, paſtoribus paſcentibus populum meum, vos disjeciſtis pecudes meas, extruſiſtis eas, nec *amplius* viſitaſtis; en ego mox ſupplicium de vobis ſumam, ob ſtudiorum veſtrorum nequitiam, ait Jehova. 3. Cogam ego reliquias pecudum mearum, ex omnibus terris, in quas expuleram eas, faciam ut in caulas ſuas redeant, creſcéntque, & convaleſcent. 4. Imponam iis paſtores, qui eas paſcent; nec *quidquam* ampliùs timebunt, nec terrore adficiantur, nec deſiderabuntur, ait Jehova. 5. Dies etiam aderunt, inquit Jehova, quibus excitabo Davidi ſurculum

PARAPHRASIS.

1. VÆ falſis Prophetis, qui perdunt, & disjiciunt oves paſcui mei, ait Creator. 2. Quamobrem, ſic loquutus eſt Deus Iſraelitarum, Pſeudo-Prophetis, qui paſcunt, quaſi Paſtores, ejus gregem, qui eum disjecerunt, eumque extruſerunt è paſcuis ſuis, nec ampliùs inviſunt: Mox pœnas de vobis ſumam, ob adfectuum veſtrorum nequitiam. 3. Ego verò in unum locum cogam oves meas, quæ ſuperſunt ex omnibus terris, in quas eas ſparſeram, eáſque in caulas ſuas reducam, ubi augebuntur. 4. Dabo iis paſtores, qui eas ſedulò paſcent, nec quidquam ampliùs timebunt, nec officio ſuo deerunt, ait Creator. 5. Erit etiam tempus, ait Jehova, quibus unum ex poſteris Davidis,

COMMENTARIUS In CAPUT XXIII.

1. P*Aſtoribus*] Vide ad vers. 22. ſuperioris Capitis.

2. *Supplicium de vobis* &c.] *Viſitabo ſuper vobis malitiam* &c.

4. *Nec deſiderabuntur*] ולא יפקדו *vlo jippbakedou*. Hoc eſt, non deerunt gregibus fidi paſtores, aut nullæ pecudes deſiderabuntur. Nam hæc eſt interdum ſignificatio verbi, in hac Conjugatione. Vide Num. XXXI, 49. 1. Sam. XX, 18. XXV, 7.

5. *Surculum juſtum*] צמח צדיק *tſemabb tſaddik*. LXX. Intt. ἀνατολὴν δικαίαν, incommodè, nam צמח *tſamabb* eſt germinare, naſci &c. Ideò Hieronymus: *germen juſtum*, intelligitque Meſſiam, qui eodem vocabulo deſignatur Zach. III, 8. VI, 12. & נצר Eſai. XI, *ſurculus è ſtirpe Iſaïs, & germen ex ejus radicibus*. Hìc etiam *Jonathan* Meſſiam deſignari vidit, cùm habeat: משיח דצדיקיא *Meſſias juſtorum*. Re verâ nemini conveniunt hæc verba, ſi probè expendantur, niſi Meſſiæ. Quare miror *Grotium* hæc de Zacharia interpretari: *Zorobabelem*, inquit, *qui* צמח *ut hîc adpellatur: ita &* Zach. VI, 2. *nimirum, quòd velut ſurculus renatus eſſet ex arbore Davidis, quaſi præciſa*. Juſtitiæ *nomine commendatur Zorobabel etiam apud Zachariam* IX, 12. Sed plerique omnes Interpretes hæc Zachariæ loca de Meſſia etiam interpretantur, cui reverâ haud paullò meliùs conveniunt; quàm Zorobabeli, ut ad ea oſtendemus. Primùm enim, quamvis *juſtitiam* Zorobabeli nemo negare ſuſtineat, Meſſias eſt κατ' ἐξοχὴν *juſtus*, ſive eâ voce innocentiam intelligas, ſive juſtitiam, quæ regia eſt virtus, & qua Rex, eo nomine dignus, unicuique tribuit quod juſtum eſt, reo damnationem, & pœnas, ſi ita res ferat; innocenti abſolutionem & præmia. Ideò juſtus dicitur Eſaïæ LIII, 11. Act. III, 14. VII, 52. XXII, 14. 1. Pet. III, 18. 1. Joan. II, 1. ut videatur propemodum elogium hoc ei, quaſi cognomen tribui.

Feliciter is Rex regnabit] ומלך מלך והשכיל *oumalach melech vehiſchchil*, & regnabit Rex & proſpere rem geret. Hìc *Grotius*: *nomen quidem Regis & regni inſignia non ſumſit ſibi Zorobabel, ſed à ſuis pro rege cultus fuit, quantùm res ferebant, vera quippe Davidis progenies*. Sed notum eſt Zorobabelem præfectum tantùm Regis Perſarum fuiſſe, cui etiam capitale fuiſſet nomen & regimen regium ſibi adtribuiſſe. Nec coluerunt eum Judæi, niſi ut Magni Regis præfectum. Ideò Heſz. I, 8. dicitur הנשיא ליהודה *bannaſchi lihoudah* princeps Judæ, non מלך *Rex*, quod nomen fuit ἀνυπευθύνου poteſtatis, qualem non habuit Zorobabel; neque fuit inter Judæos, niſi poſtquàm Seleucidarum fractâ potentiâ, gentem eorum jugo ſubtraxerunt, quo tempore Ariſtobulus diadema, & nomen regium primus ſumere non dubitavit, ſed tantùm anno CVII. ante Chriſtum natum. Pergit tamen vir ſummus, hiſce verbis: *ideóque Rex adpellatur apud Zachariam* IX, 9. *& hic infrà* XXXIII, 17. Sed & apud Zachariam ſermo eſt de Chriſto, nec infra C. XXXIII, 17. de alio loquitur Jeremias. Vide dicenda ad ea loca.

Exercebitque judicium, & juſtitiam in terra] Hæc ſunt munera Regia, ut jus dicat populis, & juſtitiæ, in ferenda ſententia, amans ſit; quæ munera multò ſublimiùs exercet Meſſias è cœlo, in quo & in terris omnem poteſtatem accepit. Juſtitiæ Chriſti, non ita multò poſt ejus adſcenſum in cœlum, ſpecimen

Digitized by Google

culum juſtum, feliciter *is* Rex regnabit; exercebitque judicium, & juſtitiam in terra.
6. Temporibus ejus, liberabitur Juda, atque Iſraël ſecurè *in terra* habitabit; hoc autem
eſt nomen, quo eum vocabunt, Jehova juſtitia noſtra. 7. Itaque venient dies, ait Je-
hova, quibus non dicent ampliùs: vivit Jehova, qui Iſraëlitas è terra Ægyptia eduxit;
8. ſed, vivit Jehova, qui eduxit atque intromiſit *huc* poſteros domûs Iſraëlis è terra
ſeptemtrionali, éque cunctis terris, in quas eos expulero, ut ſolum ſuum incolant.

9. Prophetarum causâ fractus eſt animus meus intra me, contremuerunt omnia oſſa
mea, fui inſtar hominis ebrii, atque viri vino madidi; propter Jehovam & ſancta ejus
verba; 10. nam adulteris plena eſt terra, luget propter perjurium, aruerunt paſcua de-
ſerti. Curſus eorum deterior fuit, nec fortitudo qualis *antea fuerat*; 11. quia, & Pro-
pheta, & Sacerdos fuerunt ſimulatores virtutis, etiamque in Æde mea, eorum nequi-
tiam deprehendi, ait Jehova. 12. Idcireo erit eis eorum via inſtar locorum valde
lubricorum in caligine, impellentur, & cadent in ea; calamitatem enim in eos addu-
cam;

vilis, quaſi ſurculum è prole ejus, juſtum, qui feliciter regnabit, atque in terra juſtitiam exercentem. 6 Tempore ejus, liberabitur Juda, & ceteræ Tribus ſecurè agros ſuos colent. Nomen autem erit: CREATOR JUSTITIA NOSTRA. 7. Ergo, ait Creator, venient tempora, quibus non dicetur, in formula jurandi: ita vivit Creator, qui Iſraëlitas, ex Ægypto eduxit; 8. verùm vivit Creator, qui eduxit atque intromiſit hunc in locum poſteros domûs Iſraelis, è terra ſeptemtrionis, atque aliis, in quas eos expulero, ut agros ſuos incolant.

9. Prophetarum causâ, animus meus fractus eſt, contremuerant omnia oſſa mea, vacillavi inſtar hominis ebrii, propter Creatorem, & ſancta verba ab eo prolata; 10. nam adulteris referta eſt hæc terra, luget propter frequentia perjuria, quæ in ea committuntur, & arida ſunt paſcua deſerti. Curſus hominum tardior fuit, nec fortitudo ſimilis priori; 11. quia & Prophetæ & Sacerdotes fuerunt ſimulatores virtutis; etiámque in Æde mea eorum nequitia, ait Creator. 12. Ideò eorum mores ſunt ut loca ſummopere lubrica in tenebris, ubi difficile eſt non cadere; calamitates iis immittam

men in terris fuit ſupplicium de Judæis improbis, & contumacibus ſumtum, exſcidio Jeroſolimæ, ſed tum potiſſimùm Regem & potentem, & juſtum ſe exhibebit, cùm de vivis & mortuis extremam ſententiam feret; quamvis interim regnet, è cœlo, per omnes terras, dum Chriſtianos potiſſimùm, in iis, regit & tutatur, impeditque, ne tradita in Evangeliis doctrina inter eos, omniſve virtus, malorum actibus exſtinguatur; quod adhue præſtitit, & poſthac, ſemper præſtabit. Hinc κύριος κυρίων & βασιλεὺς βασιλευόντων vocatur Apoc. XVII, 14. Non diſſimulandum à *Grotio* hîc dici Zorobabelem *figuram geſſiſſe Chriſti ſatis manifeſtam*; ſed ſatius eſt multò hæc rectà ad ipſum Chriſtum referre, ut verba Prophetæ oſtendunt, quæ ei ſoli, ex tota ſignificatûs amplitudine, conveniunt.

6. *Temporibus ejus*] *Diebus ejus* בימיו *bjamau*; nempe, Regis antea memorati. LXX. ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, Vulgatus: *diebus illis*, credo mendosè, pro *illius*. Quod mendum fefellit eos, qui nomen Meſſiæ ad Judam retulerunt.

Liberabitur Juda, atque Iſraël &c.] *Grotius* interpretatur *tutò vivet*. Sed hæc, ut ſuperiora, intelligenda de Chriſto & Chriſtianis; qui temporibus regni Chriſti primùm quidem vexati ab Ethnicis, poſt trecentos verò annos, in Imperio Romano rerum potiti, tutò in eo habitarunt. Itaque nomina *Judæ*, & *Iſraëlis* deſignant hîc Chriſtianos; ut *Jeruſalem*, & *Sion* ſæpiùs in Prophetis, ubi ea illis tribuuntur, quæ ſolis Chriſtianis conveniunt.

Nomen, quo eum vocabunt] *Vocari* perinde eſt hîc ac eſſe, ut non rarò in Scriptura; nam nomen ſine re, nullius eſt momenti. Vide Matth. I, 23. & ad eum Interpretes. Hic ſuffixum verbi יקראו *jikro*, quod pro יקראוהו *jikreauhou* aut ו ſi mavis eſſe ſingularis numeri & ſubaudiri *Deus*, referendum ad Meſſiam non ad *Judam*, ut habet *Grotius*.

Jehova juſtitia noſtra] יהוה צדקנו *Jehovah tſidkenou*. *Hieronymus* in Commentario: *Nomen ejus, ſi, juxta ſeptuaginta, vocaverit eum Dominus, eſt* Joſedek (Ἰωσεδὲκ) *id eſt, Dominus juſtus* (aut Dominus juſtitiæ) *ſi ſecundùm Hebraicum* (Hebræos) *qui dixerunt* nomen ejus vocabunt, *dicitur* Dominus Juſtitia noſtra, *pro quo Symmachus vertit:* Domine juſtifica nos. Quaſi legiſſet צדקנו. Notum eſt multa fuiſſe nomina, apud Hebræos, quæ incipiunt à litteris JO aut JEHO, vel deſinunt in JAH aut JAHOU, quæ ſunt pars nominis τετραγραμμάτου; quod factum etiam in nomine EL. Videntur ea nomina impoſita fuiſſe, boni ominis causâ; aut certè ad ſignificandum id, quod optabant parentes fieri, in gratiam liberorum, aut etiam populo Hebræo eorum temporibus; aut, ut prædicerentur quæ erant futura; aut denique in gratiarum actionem. Omnium exempla adferre facile eſſet, ſed, inveniri poterunt à ſtudioſis in Collectionibus nominum propriorum ſcripturæ, quæ omnium manibus teruntur.

Hoc in loco, dicitur Meſſias vocandus *Jehova juſtitia noſtra*, ut ſignificetur, fore ut ejus temporibus Deus ejus operâ, inſigni quadam ratione, juſtitiæ ſuæ ſpecimina edat; in ſuppliciis improborum, ac defenſione piorum. Quod reverâ contigit everſione Judaïſmi, & Paganiſmi, pœniſque de inimicis Chriſtianiſmi; contrà verò in poſterioris conſervatione & ſtabilimento, invitis ejus adverſariis. Adde & Chriſtianos, ſi non ut deberent, certè præſtantiùs multò juſtitiam exercuiſſe, quàm factum erat à Judæis, aut Ethnicis. Sic infrà C. XXXIII, 16. dicitur fore ut vocetur Jeroſolima, *Jehova juſtitia noſtra*, hoc eſt, Deum

cam, & annum ſupplicii, ait Jehova. [13]. In Prophetis etiam Samariæ vidi ſtultitiam, vaticinati ſunt per Bahalem, populúmque meum Iſraëlem in errorem conjecerunt. [14]. In Prophetis verò Jeroſolimæ rem horrendam animadverti, dum adulteria committunt, fallaciter ſe gerunt, confirmántque malos, ne quiſquam à nequitia ſua redeat *ad bonam frugem*. Fuerunt mihi omnes inſtar Sodomæ & incolarum ejus, *atque* inſtar Gomorrhæ. [15]. Propterea ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum, de Prophetis; mox paſcam eos abſinthio,

immittam, & per annum de iis pœnas ſumam.
13. Similem etiam vidi inſaniam in Prophetis Samaritanis, qui, quaſi adflatu Bahalis, & populum etiam meum Iſraelem fefellerunt.

14. In Prophetis verò, qui ſunt Jeroſolimæ, horrenda facinora animadverti, cùm adulteria committant, omnis generis fraudibus utantur, & malorum vitia confirment, ne ad meliorem frugem redeant. Fuerunt hi omnes eodem loco ac cives Sodomæ & Gomorrhæ olim fuerant.

15. Quamobrem, inquit Creator, idémque Deus exercituum, de iis Prophetis, ſe eos mox paſturum abſinthio, iiſque ſuppeditaturum aquas amaras, quas bibant; cùm ab illis Pſeudoprophetis Jeroſo-

factum, ut Jeroſolimæ, hoc eſt, in Eccleſia Chriſtiana juſtitia floreat.

7. *Non dicetur ampliùs* &c] Tam inſigni ratione, Deus ex omnibus gentibus ad ſe vocabit homines, eóſque ab Idololatria, & vitiis priſtinis liberabit; ut liberatio Iſraëlis, ſecundùm carnem, ex Ægypto, poſteriore illâ obſcuretur, apud Iſraëlem, ſecundùm ſpiritum; nec ampliùs, quaſi liberationum divinarum præſtantiſſima, memoretur; ſed ejus loco liberatio Gentilium ab Idololatria & vitiis celebretur. Hæc jam habuimus C. XVI, 14.

8. *Poſteros domûs Iſraëlis*] *Semen domûs Iſraëlis*, ſpirituale, nempe; quod veriùs dici potuit per ſeptemtrionales oras, & per reliquas omnes terras, ſparſum fuiſſe; quàm ſemen ſecundùm carnem, cùm innumeri populi, ex oris borealibus, aliiſque omnibus cœli plagis, ſint ad fidem Chriſtianam adducti.

E terra ſeptemtrionali] Sparſi quidem ſunt Judæi & Iſraëlitæ, ut antea diximus, per ſeptemtrionales provincias Babylonici Imperii; per oras, ſcilicet, boreales Meſopotamiæ, trans Euphratem, Aſſyriamque & Mediam cis & trans Tigrin; ſed Gentiles majore multò numero è ſeptemtrionalibus Europæ præſertim oris ad Religionem Chriſtianam adducti ſunt.

Ut ſolum ſuum incolant] *Et habitabunt in ſua terra*; ſi hæc referantur ad Judæos, ſat notum eſt quid ſibi velint; ſed ad Chriſtianos relatorum ſenſus erit: ut habitent in terra non Ethnicorum, ſed Chriſtianorum. Terram enim, qua potiuntur Ethnici, *alienam* vocare poterant, *ſuam* verò, quæ Poteſtatibus Chriſtianis paret.

9. *Prophetarum causâ*] לנביאים *lannebiim*, ad prophetas quod adtinet, vel prophetarum causâ; nempe, falſorum.

Viri vino madidi] גבר עברו יין *gober havero jajin*, viri, tranſivit eum vinum, ſubaudiendum אשר *quem*. Intelligitur vir ita ebrius, ut ſit veluti vino merſus, quod ſupra eum tranſiit, hoc eſt, eum demerſit.

Propter Jehovam] Vult, nempe, ſe totum contremiſcere, Pſeudoprophetarum causâ; cùm reputat, quàm graviter in Deum peccent, dum ejus nomine abutuntur, proferúntque, quaſi *verba* ab eo accepta, quæ ipſi confingunt, & flagitioſè vivunt.

10. *Adulteris* &c. Hæc erant vitia Prophetarum, & Sacerdotum, ut ſequentia oſtendent.

Luget propter perjurium] מפני אלה אבלה הארץ *mipphene alah abelah haarets*. Hìc אלה *jusjurandum*, ſumitur pro perjurio. *Lugere* dicitur terra, cùm ſterilitate laborat. Vide ſuprà C. XII, 4, 11.

Curſus eorum &c.] *Curſus eorum malus*, hoc eſt, imminutæ ſunt virorum vires; ſive quia fame languent, ſive quia voluptatibus illicitis emarcuerunt.

Qualis antea fuerat] לא כן *lo chen*, non ſic, ut antea, nempe, erat.

11. *Fuerunt ſimulatores virtutis*] חנפו *chhanephou*. LXX. ἐμολύνθησαν, & Latinus: *polluti ſunt*. Impropriè, certum enim eſt, permultis locis, nequaquam ambiguis, hoc verbo ſignificari *ſimulationem virtutis*, quàm ὑπόκρισιν, vel *hiſtrioniam* vocare ſolemus.

In Æde mea] In qua fingebant ſe, cultûs divini causâ, convenire, & in qua multa eorum dicta, & facta animadverti legibus meis contraria.

12. *Eorum via*] דרכם *darcham*. Significat Deus, ea tempora imminere, quibus non erit facile dijudicatu, quod conſultum erit facere; unde ſequuntur graves in prudentiam lapſus, ac proinde calamitates.

Inſtar locorum valde lubricorum] כחלקלקות *chahhalaklakkoth*, hoc eſt, valde lubrica, ob repetitionem radicalium, quæ ſignificationem intendit, ut notum. LXX. Intt. ὀλίσθημα, Latinus: *lubrica*. Talia fuerunt tempora, quibus Nebuchadneſar Jeroſolimam obſedit. Si enim ad eum defeciſſent Sacerdotes, & Prophetæ, omnem exiſtimationem & facultates, apud ſuos, amittebant; ſive Urbs caperetur, ſive capi non poſſet, ut facile eſt intellectu. Si manſiſſent uſque ad finem, aut captivi abducti fuiſſent aut occiſi, ſi urbe fugiſſent; neque magni pretii apud hoſtes fuiſſent & infenſiſſimos ſuos experti eſſent, præſertim ſi Jeroſolima ſtetiſſet. Erat conſpiratio facta plurium, cis Euphratem, Regum in Regem Babyloniorum, cujus jugum excutere cupiebant; qui ſi fortiter, ut ipſorum intererat, ſe ſe gererent, poterant non ita difficulter Babyloniis copiis obſiſtere. Sed contrà omnino res excidit, cùm ubique Nebuchadneſar, ejúſve duces hoſtes ſuos protriverint. Itaque ſpes minimè abſurda fallax tamen fuit.

13. *Stultitiam*] תפלה *thiphlah*. Græci ἀνομήματα. Latinus: *ſtultitiam*, aut *fatuitatem*. Eſt inſulſum quid. Vide Job. I, 22. VI, 16.

Per

Goo

abſinthio, amaráſque aquas iis bibendas dabo; à Prophetis enim Jeroſolimæ prodiit ſimulatio virtutis, per totam terram. 16. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum; ne audite verba Prophetarum, vobis vaticinantium; ad inania vos impellunt & viſa animi ſui loquuntur; non ex ore Jehovæ. 17. Dicunt iis, qui me irritant, dixit Jehova, pacem vobis *futuram*; & omnibus animi ſui contumaciam ſequentibus: nulla vobis continget calamitas. 18. Quis enim ſtetit in arcano conſilio Jehovæ, ſenſitque & audivit verbum ejus; quis adtendit atque intellexit quod dixit? 19. Mox procella excandeſcentiæ Jeho-

Jeroſolimitanis ſimulatio pietatis; per totam regionem vicinam, propagata fuerit. 16. Sic eſt loquutus Creator, *idémque Deus* exercituum: ne aures præbetote Prophetis illis, qui vobis vaticinantur, ad inania vos hortantur, & commenta animorum ſuorum, & quæ à Creatore nequaquam acceperunt. 17. Dicunt iis, qui juſtitiam ultricem meam concitant in ſe, à me pacem conceſſum iri vobis & iis, qui pertinaciter vitiis adhærent, nec ullam metuendam eſſe calamitatem. 18. Quis enim eorum arcano Creatoris concilio adfuit, atque intellexit ex eo quid futurum ſit, & quid dixerit. 19. Brevi ejus ultrix juſtitia, quaſi procella, erumpet, & diuturnus turbo impiorum capitibus

Per Bahalem] Quaſi ex adflatu Bahalis ea dicerent, quæ ipſi inſulsè commenti erant, & quibus inſulſam plebem deluſerant.

14. *Rem horrendam*] שערורה *ſchahharourah.* LXX. Intt. bene habent φρικτὰ, neſcio cur *Hieronymus* verterit: *ſimilitudinem.*

Dum adulteria committuntur] נאוף *naoph*, pro בנאוף *bnaoph*, in committendo adulterio. LXX. μοιχωμένων, Latinus: *adulterantium*, ſed infinitivi, qui hîc ſunt, חלוך נאוף non ſunt hîc nominum loco, ſed ſunt veri infinitivi, ante quos ſubaudiendum ב, pro more Hebræorum.

Et fallaciter ſe gerunt] והלוך בשקר *vehaloch, baſſcheker*, in eundo, in mendacio. LXX. πορευομένους ἐν ψεύδεσι, Latinus: *& iter mendacii.*

Confirmántque malos] *Confirmant manus maleficorum.* Diſſimulanter aut clanculum docent homines, nihil eſſe cur ſibi, propter malos mores & facinora impia, à Deo quidquam metuant. Negabant enim, magno conſenſu, fore umquam ut Jeroſolima à Chaldæis caperetur; quod perinde erat ac confirmare malos in flagitioſa vita.

15. *Paſcam eos abſinthio* &c.] Amariſſimis calamitatibus paſcam. Vide Deut. XXIX, 18, & ſupra IX, 15.

Prodiit ſimulatio virtutis &c.] Exemplum Hiſtrioniæ ad ceteros Judæos tranſiit; qui omnes quidem boni videri cupiunt, nemo verò eſſe. Hoc vitio ad tempora uſque Chriſti laboravit Judæa gens, ut ex iis, quæ de Phariſæis habet, in Evangeliis, intelligere eſt. Utinam verò ne pars illa Chriſtianorum, quæ nunc Prophetarum munia in nonnullis quodammodo exſequitur, iis ſimilis eſſet!

16. *Ad inania vos impellunt*] מהבלים המה אתכם *mahbilim hemmah ethchem.* LXX. Intt. ὅτι ματαιοῦσιν ἑαυτοῖς ὅρασιν. *Symmachus*: ματαιοῦσιν ὑμᾶς. Meliùs Latinus: *decipiunt vos*, magis tamen ad rem dixeris *ad inania vos impellunt*, vel *inanibus vos paſcunt*, nam hoc verbum eſt ab הבל *hebel*, inanitas. Jeroſolimitani ſpe inani paſcebantur à Prophetis illis, & ad inania incepta impellebantur; dum promiſſa, quaſi à Deo accepta, proferrent; quibus pollicebantur fore ut Babylonios à muris ſuis arcerent & obſidionem ſolvere cogerent, jugóque eorum excuſſo, libertatem in poſterum recuperarent.

Viſa animi ſui] *Viſum cordis ſui*; viſa, nempe, quæ ipſi commenti erant.

Non ex ore Jehovæ] Non excepta à Deo, in viſis Propheticis non ficta.

17. *Et omnibus animi ſui* &c.] *Et omni eunti in contumacia*, nam וכל *vechol* eſt pro ולכל *vilchol*, & omnis. Plurali uſi ſumus Latini ſermonis cauſâ, quia anteceſſerat is numerus, & de pluribus rebus ſermo eſt.

18. *Quis enim ſtetit in arcano* &c.] Verba hæc poſſunt tribui Deo, qui hactenus loquutus eſt, & quidem in hanc ſententiam: quis eorum adfuit conſilio meo, ut quid futurum ſtatuerim norit? Vel etiam ipſis Prophetis, qui negent Prophetas vaticinatos exitium Jeroſolimæ, ut faciebat Jeremias, non adfuiſſe arcanis Dei conſiliis; ut hoc ſcire poſſent, quod ignotum erat aliis, quales erant ipſi.

Senſitque & audivit] *Vidit & audivit verbum.* Hebræi uſurpant verbum *videre*, pro eo quod eſt, ſentire quocumque modo fiat, ſed non ita Latinè loquaris.

19. *Mox procella* &c.] Hæc ſunt verba Dei de ſe, ut alibi crebrò, tertiâ perſonâ loquentis. Eſt verbo tenus: *turbo Jehovæ excandeſcentia prodiit*: סערת יהוה חמה יצאה *ſahharath Jehovah hhemah jotseah*, pro סערת חמה ״ *procella iræ divinæ*, quæ ſæpe ſub imagine procellæ deſcribitur. Vide Pſ. XVIII. Poſſit & ſuppleri כ ante primam vocem & verti: *ut procella Jehovæ* (hoc eſt maxima) *ira prodiit*, vel erupit.

Turbo diuturnus] סער מתחולל *ſahhar mithhholel.* LXX. συστρεφομένη, ſed perperàm conſtruunt cum ὀργὴ quod præceſſit. *Hieronymus* verò: *tempeſtas erumpens.* Eſt participium Hithpaël à חול *doluit*. quod mutuatur ſignificatum è חלה adfini verbo. Vide XXX, 23. & quæ ad ſequentia verba notamus.

Inſiſtet] יחול *jahhoul*, manebit. Vide 2. Sam. III, 29. Hoſ. XI, 7. & Lament. IV, 6. Adi & *Schindlerum* ad verbum חול.

20. *Sequentibus temporibus ſapientiam ejus* &c.] באחרית הימים תתבוננו בה בינה *beahharith hajjamim thithbonenou bah binah*, poſteris diebus intelligetis in ea (*re*) prudentiam. Retulimus ad divinam ſapientiam, quia commodiùs videbatur. Sed nec abſurdè de hominibus capi queat, ut prædicantur ea re eos pruden-

 tiores

Jehovæ prodibit, & turbo *diuturnus* capiti improborum inſiſtet. 20. Non revocabitur ira Jehovæ, donec *rem* confecerit, & donec animi ſui cogitationes impleverit; ſequentibus temporibus ſapientiam *ejus*, ea in re, intelligetis. 21. Non miſi eos Prophetas, verùm ipſi *ſponte ſuâ* cucurrerunt; non ſum eos adloquutus, ſed ipſi *ſponte ſuâ* vaticinati ſunt. 22. Si conſtitiſſent in arcano meo concilio, & verba mea ut audiret populus meus effeciſſent; dediſſent operam, ut à via ſua mala & pravitate ſtudiorum eum averterent. 23. An ſum Deus è propinquo, ait Jehova, non verò Deus è longinquo; 24. An quiſquam in latebras ſe ſe abdet, nec ego eum videbo? ait Jehova. Annon cœlum & terram ego impleo? inquit Jehova. 25. Audivi quid dixerint Prophetæ, nomine meo falſa vaticinantes, cùm dictitarent: ſomnium habui, ſomnium habui. 26. Quò uſque erit *hoc* in animo Prophetarum falſa vaticinantium, & fraudem animi ſui pronunciantium? 27. An cogitant de adducendo in oblivionem nomine meo apud populum

pitibus incumbet, 20. nec revocabitur Dei indignatio, donec id abſolverit, quod decrevit, & poſtea quidem, quam ſapienter ſe geſſerit, intelligetis. 21. Qui contraria pollicentur, non ſunt à me miſſi, ſed ſponte ſuâ vaticinati ſunt. 22. Si adfuiſſent arcano meo concilio, & dediſſent operam, ut populus meus intelligeret, quid eſſet officii ſui, eum à vitiis ſuis revocaſſent. 23. An ſum Deus, qui præſentibus tantùm rebus conſulat, non futuris? 24. Suntne, qui poſſint latebras invenire, in quibus eos non videam? Annon cœlo & terræ præſens adſum? 25. Audivi quæ, nomine meo, falſo dixerint Prophetæ, cùm jactarent, quod ſibi revelata in ſomnis fuiſſent, & ſua ipſorum commenta jactarent. 26. Quò uſque falſa vaticinabuntur, & commenta ſua ipſorum Deo tribuent?

tiores factum iri; quod contigit; nam poſt captivitatem Judæi numquam ad idololatriam redierunt, certè publico conſilio.

21. *Ipſi ſponte ſuâ cucurrerunt*] והם רצו *vehem ratſou*, & illi cucurrerunt. Feſtinarunt ire ad vos, mandatis nullis ea de re à me acceptis; quod ut meliùs intelligeretur, addidi *ſponte ſuâ*, quod veluti latet in voce הם *ipſi*.

23. *An ſum Deus è propinquo*] האלהי מקרוב *haelohe mikkarob*. Cùm hæc verba non conſtruantur inter ſe, deberet fortè ſcribi hîc & in ſequentibus verbis, אלהים in ſtatu abſoluto, ut loquuntur Grammatici. Senſus eſt, putatiſne me divinitus demum poſſe ſcire, quid clam agatur; quando adſum, non verò cum procul in cœlo ſum. Fallimini, nam ubique ſemper præſens ſum & per me ipſe video, quid ubique agatur. Vix crediderim ullum Judæum, qui non eſſet apertè Idololatra, hac de re, dubitaſſe, ſed ita ſe gerebant hi Pſeudoprophetæ; quaſi credidiſſent Deo ignota eſſe, quæ faciebant clanculum. Quare meritò rem iis exprobrat is, qui factorum majorem multò rationem habet, quàm opinionum, aut dictorum. Ethnici ipſi meliùs ſentiebant de Diis ſuis, &, ſi qui religioſiores eſſent, à ſceleribus abſtinebant, quod omnia Diis innoteſcere crederent. Pulcher eſt hanc in rem locus *Oppiani* Halicut. II, 4. *& ſeqq.*

— Τί γὰρ μερόπεσσιν ἀνεῦ
Νόσφι Θεῶν; οὐδ' ὅσσον ὑπ' ἐκ ποδὸς ἴχνος ἀεῖραι,
Οὐδ' ὅσον ἀμπετάσαι βλεφάρων περιφαέα κύκλα·
Ἀλλ' αὐτοὶ κραίνουσι καὶ ἰθύνουσιν ἕκαστα
Τηλόθεν ἐγγὺς ἐόντες.

Quid enim ab hominibus poteſt perfici, ſine Diis? Non tantùm quantum eſt pedis plantam ſubſtollere; neque quantum eſt aperire palpebrarum ſplendentes orbes. Sed ipſi domini ſunt & rectores ſingularum rerum, E LONGINQUO PROPINQUI. Sed & mille annis, ante eum, *Homerus* Odyſſ. Γ, 231.

Ῥεῖα Θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι.

Facilè Deus, ſi voluerit, etiam ex longinquo virum ſervaverit. Plura qui avebit adeat *Euſebium* Præp. Evang. Lib. XIII. c. 15. & *Conr. Rittershuſium*; ad *Oppianum*.

Non verò Deus è longinquo? Ita ſe gerebant, quaſi procul è Templo Jeroſolimitano ſcelera perpetrantes Deus non videret; quamvis numquam ſe ita ſentire auſuri eſſent dicere.

24. *Cœlum & terram ego impleo*] Non ut corpora, nam duo corpora in uno eodémque loco eſſe non poſſunt; neque ut mera extenſio, ſeu vacuum, cui nihil ineſt δραστήριον, nulla intelligendi facultas: ſed ratione, quæ ſupra captum noſtrum eſt. Et quid mirum? ne pulviſculi quidem arenæ, aut viliſſimi inſecti intimam naturam introſpicimus. Itaque res eſt admittenda, cùm pertineat ad naturam Creatoris omnium, rebus omnibus intereſſe; ſed ratio non quærenda; niſi inanem laborem ſuſcipere velimus, aut, quod deterius eſt, noſmet ipſos fallere, dum ſcire nos putamus, quod neſcimus. Vide Pſ. CXXXIX, 7. *& ſeqq.* eáque quæ illic notavimus.

25. *Somnium habui* &c.] Hæc repetitio eſt μίμησις ſermonum Pſeudoprophetarum ſe ſomnia θεόπεμπτα haboiſſe dictitantium.

Fraudem animi ſui pronunciantium] *Vaticinantium fraudem cordis ſui*; hoc eſt, pro vaticiniis venditantium qood ipſi erant commenti.

27. *De adducendo in oblivionem nomine meo*] Ut nemo loquatur de Jehova, quaſi Deo Iſraëlis.

28. *Cui erit ſomnium*] *Cum quo erit ſomnium.*

Ex vero] אמת *emeth*, pro באמת *beemeth*, in veritate.

Quid eſt palea cum tritico] Hoc eſt, inter ſe non magis æquiparari poſſunt, quàm palea

populum meum, ope ſomniorum, quæ quisque proximo ſuo narrat, ut Majores eorum obliti ſunt nominis mei, Bahalis cauſâ? 28. Propheta, cui erit ſomnium, narret id ſomnium; cuíque erit verbum meum, is proferat verbum meum ex vero; quid eſt paleæ cum tritico, ait Jehova? 29. Annon eſt verbum meum, ut ignis? ait Jehova, útque malleus, *qui* rupem comminuit? 30. Itaque infenſus ſum iis Prophetis, ait Jehova, quorum quisque verba mea proximo ſuo ſubtrahit. 31. Infenſus ſum, ait Jehova, iis Prophetis, qui verba ſua uſurpantes, fingunt verba à *Deo accepta*. 32. Infenſus ſum Prophetis falſorum ſomniorum, ait Jehova, quæ narrant, mendaciíſque ſuis & levitate populum meum in errorem conjiciunt. Nec eos miſi, nec mandatis inſtruxi, nec *ullo modo* huic populo proderunt, ait Jehova.

33. Cùm te populus iſte, vel Propheta, vel Sacerdos interrogabit, his verbis: quænam *eſt* oratio Jehovæ, iis dices; quam *aliam* orationem *proferam, quàm*, evellam vos, ait

tribuent? 27. An volunt nomen meum oblivioni tradere, apud populum, dum ſua ipſorum commenta narrant; ut Majores eorum nomen Bahalis jactabant, dum meum ſpernerent? 27. An putant hoc ſe in oblivionem adducturos, apud populum meum; ope ſomniorum, quæ quisque narrabit proximo ſuo; ut Majores eorum obliti ſunt, ut ad Bahalem deficerent? 28. Si cui Prophetæ oblatum ſit ſomnium, id narret quale ex vero ſuit; alioqui quid eſt commune paleæ cum tritico, ait Creator. 29. Annon eſt verbum meum inſtar ignis, qui omnia abſumit, ait idem Creator, útque malleus ferreus, qui rupes rumpit? 30. Igitur infenſus ſum ejusmodi Prophetis, ait Creator, qui mea verba proximo ſuo ſubtrahunt. 31. Iraſcor iis, qui propria ſibi verba fingunt quaſi à Deo accepta, 32. Iraſcor Prophetis, qui fingunt falſa ſomnia, quæ à me profecta ajunt, ut mendaciis levibus populum fallant. Nec ego eos miſi, neque mandatis inſtruxi; nec ea huic populo proderunt, ait Creator.

33. Cùm verò populus iſte, vel Propheta; aut Sacerdos

lea tritico. Proverbium eſſe videtur.

29. *Ut ignis*] Quo comburetur palea falſorum vaticiniorum; hoc eſt, ex quibus liquebit alia eſſe planè falſa, cùm eventus vera confirmarit & ficta confutarit.

Utque malleus &c.] Quo comminuentur lapides; hoc eſt, falſa vaticinia, quomodocúmque; & quacúmque pertinaciâ defendantur, confutabit.

30. *Infenſus ſum illis Prophetis*] הנני על הנביאים *hinneni hal hannebiim*, ecce me contra Prophetas. LXX. Intt. ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς τοὺς προφήτας. *Hieronymus* verò: *ecce me ad Prophetas*. Hìc על eſt *contra*, quæ eſt frequentiſſima particulæ ſignificatio. Vide ſignif. VII. apud *Chr. Noldium*. Quod cùm ſit clarum, res fuit exprimenda Latinè, ut commodiſſimè fieri potuit, quaſi ſupplendum eſſet חרה אפי *hharah apphi*, incenſa eſt mea ira contra Prophetas. Vide Zach. X, 3.

Proximo ſuo ſubtrahit] מגנבי דברי איש מאת רעהו *megannebe dbarai iſch meeth rehebou*, furantes verba mea quisque proximo ſuo; vel ne proximo innoteſcant impedientes. Reſpicit ad Prophetas veros quidem illos, ſed præ timiditate non audentes verba, à Deo accepta, apud populum proferre; ne ab eo malè haberentur, nonniſi blanditias admittente.

31. *Verba ſua uſurpantes*] לוקחים לשונם *lokehhim lſchonam*, ſumentes linguam ſuam.

Fingunt verba à Deo accepta] ינאמו נאם *jinamou neüm*. נאם *neüm* eſt dictum Dei, & paſſim ita ſumitur. Verùm נאם *naam* eſt ejusmodi dictum protulit. LXX. Intt. νυστάζοντας νυσταγμὸν αὐτῶν, *dormitantes dormitationem*, ut vertit *Hieronymus* in Comment. Ipſe Hebraïca interpretatur: *& aiunt, dixit*; nempe, Deus. Græci נאם miſcuerunt cum נום *noum*, quod eſt *dormitare*, quod ad hanc rem nihil facit, nec verba ſono adfinia ſemper ſignificatus inter ſe permutant.

32. *Et levitate*] בפחזותם *bephahhazoutham*. LXX. Intt. ἐν τοῖς πλάνοις αὐτῶν, Latinus: *& in miraculis ſuis*. Quæ nec uſu nituntur, nec ratione, ſignificatur *petulantia* aut *levitas*. Vide ad Gen. XLIX, 4.

33. *Quæ oratio*] משא *maſſcha*, hoc eſt, prolatio, vel oratio, à נשא *protulit*. Vide not. ad 2. Reg. IX, 25. Hìc certè pro re dura non ſumitur, tales enim prophetias proferri apud ſe nolebat tum populus, omnia, præter blanditias, reſpuens.

Quam aliam orationem proferam, quàm: evellam &c.] את מה משא ונטשתי *quam orationem & evulſi*, quod verbotenus Latinè exprimi non potuit. LXX. Intt. ὑμεῖς ἐστε τὸ λῆμμα καὶ ῥάξω ὑμᾶς. Latinus: *vos eſtis onus, projiciam quippe vos*. Quaſi legiſſent אתם המשא *atthem bammaſcha*, vos onus, iiſdem litteris, ſed alio modo conjunctis. *Hieronymus* ad hunc locum: *Verbum Hebraïcum*, MASSA, *Aquila* ἆρμα, *id eſt*, onus *&* pondus *interpretatur*. Eſt enim ſcribenda vox per ſpiritum lenem, & deducenda ab αἴρω *tollo pondus*, non ab αἱρέω *eligo*. Ἅρμα, ut habet Monachus Benedictinus eſt *currus*. Rectiùs vox ſcribitur, in fragmentis Hexaplorum, ab alio doctiore Benedictino editis. *Symmachus*, ſubjicit *Hieronymus*, *Septuaginta*, *& Theodotion* adſumtionem (λῆμμα). *Ubicumque ergo grave eſt quod Dominus comminatur*, *& plenum ponderis ac laboris*, *& importabile*, *in titulo quoque* ἆρμα, *hoc eſt*, pondus *dicitur*. *Ubicumque autem proſpera Dominus pollicetur*; *ſive poſt comminationem meliora promittit*, *ibi* viſio *dicitur*, *aut certe* verbum Domini; *& perſpicuum erat ex ipſo titulo Prophetiæ* ponderis *ſive* viſionis *&* verbi Dei, *qualis vaticinatio ſequeretur*. Hæc *Hieronymus* & alii vulgo, quos confutavit *Joan. Coccejus* in Lexico, ſed & hìc ipſe locus erroris arguit, ut & multa alia vaticinia, ubi חזון *viſum* præfigitur triſtiſſimis prædictionibus.

Vid.

ait Jehova? 34. Propheta vero, Sacerdos, aut vir è plebe, qui dixerit: oratio Jehovæ; pœnas mihi dabit, cùm ipſe, tum ejus domus. 35. Sic dicetis unusquisque amico aut fratri ſuo: quid reſpondit Jehova? quid loquutus eſt Jehova? 36. Orationem verò Jehovæ non memorabitis ampliùs, quia oratio eſt unicuique verbum ſuum; at vos pervertitis verba Dei vivi exercituum, Dei noſtri. 37. Sic dices Prophetæ: quid reſpondit tibi Jehova? quid loquutus eſt Jehova? 38. An dicetis: oratio Jehova? Propterea ſic dixit Jehova: quia dicitis hoc verbum: oratio Jehovæ; miſi ad vos, qui moneret, ne dicatis: oratio Jehovæ. 39. Ideò obliviſcar mox veſtri; evellam vos & urbem, quâ vos & Majores veſtros donavi, è conſpectu meo. 40. Immittam vobis opprobrium ſempiternum, ignominiámque perpetuam, quæ numquam oblivioni mandabitur.

Viſum duorum calathorum ficubus plenorum.

CAPUT XXIV.

1. JUSSIT me proſpicere Jehova, en verò duos calathos ficuum, paratos ante Templum Jehovæ; 2. poſtquàm Rex Babylonis Nebuchadretſar Jechoniam, Jehojakimi, Regis Judæ, filium, principes Judæ, fabros ac mercatores Jeroſolimâ abduxerat Babylonem. 2. Calathus unus *erat* ficuum optimarum, quales præcoces ficus, &

Sacerdos interrogabit his; aut ſimilibus verbis; quid dixerit Jehova; iis reſpondebis nullam aliam orationem me poſſe proferre, quam quâ eos erroribus ſnis liberem. 35. Propheta, aut Sacerdos, aut homo plebeïus, qui venditabit aliquid pro revelatione, pœnas mihi luet cùm ipſe, tum
a etiam ejus familia. 35. Sic verò unusquisque, qui à vobis petet, quid dixerit Creator, nullum reſponſum à vobis feret, niſi eum dicere, ſe vos è patrio ſolo avulſurum. 36. Orationem Dei non ampliùs memorabitis, quia uniuscujusqoe oratio eſt, quam ipſe prooounciat; at vos corrumpitis verba Dei Vivi, Creatoris Dei Exercituum, ejusdémqoe Dei noſtri: 37. Dicetis Prophetis; quid reſpondit vobis Creator, quidnam dixit? 38. An profeietis orationem Creatoris? Ideò ſic dixit ille: quia dicitis verbum, quod protuliſtis, eſſe ejus; miſi ad vos qui vetaret, ne talis verba triboeretis Creatori. 39. Quare, ſi pergatis ita loqoi, mox non magis memor ero veſtri, quàm ſi non eſſetis: evellam hinc vos, & urbem, quam habitatis, qoâ vos & Majores veſtros donavi; ne ſit amplius. 40. Vos opprobrio ſempiterno adficiam, ignominiáque, quæ è memoria hominum non delebitur.

PARAPHRASIS.

1. JUSSIT me Creator adſpicere, quod meis oculis ad ſuum Templum objecerat: quod erat par calathorum ficubus plenorum; 2. poſtquàm Rex Babyloniorum Nebuchadretſar abduxiſſet Babylonem,

Vid. Eſ. I, 1. &c.

34. *Vir è plebe*] עם *bam*, populum, pro viro quovis è plebe: non agitur enim de toto populo, ſed de uno viro plebeïo, qui dicit ſe mandata à Deo accepiſſe. Sic בן עם *filius populi*, pro plebeïo Cap. XXVI, 23.

Oratio Jehovæ] משא יהוה *maſſcha Jehovah*, Hîc משא ſumitur etiam in meliorem partem, nam Pſeudo-prophetæ non vaticinabantur, nomine Dei, ut populo res ingratas nunciarent, ſed ut ei adularentur, gratiámque ſibi apud eum parerent. Contraria omnia factitabant veri Prophetæ, qui plura triſtia prænunciabant, quàm jucunda, quia ſic à Deo meritus erat populus.

36. *Orationem verò* &c.] Vox quidem משא nihil ſignificabat, quod Deo ingratum eſſe poſſet, éſtque à Prophetis ſuperioribus crebrò uſurpata; ſed Jeremiæ temporibus úſque adeò abutebantur eâ Pſeudo-prophetæ, ut Deus vetuerit Judæos eâ ampliùs, hac poteſtate, uti. Sic per ſe media & ἀδιάφορα fiunt inviſa, propter abuſum.

Oratio unicuique &c.] Unuſquisque, cui vaticinari lubebat, quod ipſe commentus erat, vocabat משא.

Pervertitis verba Dei &c.] הפכתם את דברי אלהים *haphachtem eth dibre elohim*; fingendo eum dixiſſe, quæ non dixit.

38. *An dicetes*] Negationis loco eſt hæc interrogatio, ut paſſim.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXIV.

1. J*Uſſit me proſpicere* הראני *hirbani*, fecit me videre; hoc eſt, mihi oſtendit, me juſſit proſpicere.

Duos calathos] שני דודאי *ſchne doudaë*. *Calathos* interpretati ſunt LXX. & *Hieronymus*, alioqui דוד *doud*, ollam ſignificat.

Paratos] מועדים *moubadim*. LXX. κειμένους, & Latinus *poſitos* verterunt. Eſt propriè *factos convenire*; hoc eſt, paratos ut ſuo tempore, primitiarum inſtar, offerrentur.

Poſtquàm Rex Babylonis &c.] Poſt ſecundam captivitatem, de qua 2. Reg. XXIV, 11.

2. *Præ-*

& calathus alter ficuum peſſimarum, quales comedi nequeunt, eò quòd malæ ſunt. 3. Tum mihi Jehova, quid vides, inquit, Jeremia? Ficus, inquam, & ficus quidem optimas; tum etiam ficus peſſimas, quales comedi nequeunt, eò quòd ſunt malæ.

4. Deinde facta ſunt ad me verba Jehovæ, in hanc ſententiam: 5. ſic dixit Jehova Deus Iſraëlis: quemadmodum ſunt bonæ hæ ficus: ſic agnoſcam migrationem Judæ, quam ex hoc loco emiſi in terram Chaldæorum, ut res ei bene cedat. 6. Benignum in eos convertam oculum, eos reducam in hanc terram; ædificabo eos, nec diruam; plantabo eos, nec evellam. 7. Dabo iis animum, quo me intelligant eſſe Jehovam, eruntque mihi in populum, ego verò ero eis in Deum, quia toto animo ad me redibunt. 8. Verùm ut ſunt ficus malæ, quæ, eò quòd ſunt malæ, comedi nequeunt: ſic exponam, ait Jehova, Sedekiam, Regem Judæ, principes ejus & reliquias Jeroſolimæ, quæ in hâc urbe remanſerint, & eos, qui habitabunt in terra Ægyptia; 9. exponam, *inquam*, eos vagationi & calamitati, per omnia terrarum regna, opprobrióque, adagiis, mordacibus dictis & diris precibus in omnibus locis, in quæ eos expulero. 10. Immittam iis gladium, famem & peſtem, donec è terra, quâ eos Majoréſque eorum donavi, abſumti ſint.

Vati-

bylonem, in Captivitatem, Regem Judæ Jechoniam, Jehojakimi, Regis filium, proceres Tribûs Judæ, & plebem Jeroſolimitanam, quales erant fabri & mercatores Jeroſolimitani. 2. Calathus, unus erat plenus optimis ficubus præcocibus; alter verò peſſimis ficubus, quales comedi non poſſunt. 3. Ibi autem Creator me interrogavit, quid eſſet, quod viderem? Reſpondi; me videre ficus, & quidem alteras optimas, alteras verò peſſimas, adeo ut comedi non poſſent.

4. Rurſus Deus mihi; 5. quemadmodum, inquit, ſunt bonæ ficus, quæ ſunt in altero calatho, ſic faciam ut Tribûs Judæ migratio ex hoc loco, in Chaldæorum agros, ei bene cedat. 6. Benignos in eam convertam oculos, eámque reducam in hanc terram; ædificabo hanc gentem, nec diruam, & ædificabo, non deſtruam; plantabo in Judæa, nec ampliùs hinc avellam. 7. Dabo iis animum, ex quo intelligent, me eſſe Creatorem; qui facio ut fit quod volo; eruntque mihi fidus populus, ego verò eorum Deus, quia ad me toto animo reverſi fuerint. 8. Verùm ut ſunt ficus mali ſaporis, quam ob rem comedi non poſſunt: ſic exponam Sedekiam, Regem Judæ, proceres ejus, reliquias Jeroſolimitanorum, qui in patria urbe remanſerint, & qui erunt in Ægypto. 9. Exponam eos vagis erroribus & calamitatibus, per omnia terrarum regna, dicteriis & opprobriis. 10. Immittam in eos gladium, famem & peſtem, donec è terra, quâ Majores, ipſóſque donavi, abſumti ſint.

PARA-

2. *Præcoces*] בכרות *bchuroth*. De hiſce vide not. Addit. Hammondianis ad Marc. XI, 13. Maturæ erant hæ ficus, ineunte vere, ut illic oſtendimus; unde qua tempeſtate anni hoc viſum Jeremiæ oblatum ſit, fortè colligi queat.

Peſſimarum] Fortè quod non eſſent præcocium numero, ſed ſerotinæ, nondum maturæ, quas nemo edere poſſet, cùm acerbæ eſſent collectæ.

5. *Agnoſcam*] אכיר *acchir*; agnoſcam, nempe, pro populo meo, ei favebo. Contrà *non noſſe* aliquem eſt ei favorem omnem negare. Vide Pſ. I, 6. & Matth. XXV, 12.

Ut res ei bene cedat] לטובה *ltobah*, in bonum. Inter eos qui migrarunt, cum Jechonia, Babylonem, fuerunt Ezekiel, & Mardochæi, proavus Kiſus, quos & poſteros præſertim Deus tutatus eſt in captivitate, ut ex Eſtheræ libro ſatis liquet de poſteriore. Vide C. II, 6.

6. *Benignum in eos convertam oculum*] *Ponam oculum meum in eos in bonum.*

7. *Dabo iis animum*] *Dabo iis cor.* Maximis beneficiis, ait *Grotius*, eos ita obligabo, ut mei immemores eſſe non poſſint. Rectè, nam quamvis iis beneficiis alios etiam adfecerit Deus, qui tamen ejus memores non fuerunt; non minùs ea beneficia Deo debent, proptereáque ei gratias habere & obſequi, quàm ſi ea ſoli accepiſſent; nec eo ſeciùs Deus ea illis imputare poteſt, qui iis bene uſi ſunt; cùm abſque iis beneficiis fuiſſet, non ita memores Creatoris & ſoſpitatoris ſui fuiſſent. Omnibus quidem Deus animum dedit, qui memor ejus eſſe queat. Sed ſoli boni rectè utuntur facultate à Deo accepta; quamobrem ſingulari ratione dicitur talem facultatem dediſſe.

Quo me intelligent eſſe Jehovam] Hoc eſt, eſſe Creatorem omnium & promiſſorum meorum conſtantem exſequutorem. Vide ad Exod. VI, 9.

7. *Toto animo ad me redibunt*] Hîc reditus ad Deum, & quidem toto corde, reſpicit præſertim cultum ei ſoli exhibendum; ita ut animum non diviſuri eſſent Judæi Babylonii inter verum & commenticios Deos. Vide de hoc loquendi genere not. ad Deut. IV, 15. VI, 5. Latiore in Novo fœdere ſignificatu id loquendi genus ſumitur.

8. *Qui habitabunt in terra Ægytia*] De quibus in poſtremis hujus Libri Capitibus.

9. *Vagationi & calamitati*] לזועה *lezavah*, ut Deut. XXVIII, 5. pro eo quod eſt in textu לזעוה *lzavahah*, quod eſt à זוע *zoah*, moveri, errare. Sequitur לרעה *in malum*, ante quam vocem ſupplevimus copulam.

9. *Adagiis*] למשל *lmaſchal*, nempe, contumelioſis dictis è Judæorum moribus, aut calamitatibus petitis. Qualia, ſi orientalium exſtarent ſcripta multa etiamnum hodie videremus. Sed & ſuperſunt apud *Horatium*, *Juvenalem*, & *Martialem*, in Judæos, qui eorum temporibus vivebant.

10. *Donec è terra* &c.] Hæc reſpiciunt miſeras illas reliquias Judæorum, qui per Judæam, viciniáſve oras, cùm ceteri in captivitatem abducti eſſent, vagabantur, aut in agellis deſertis conſederant.

COM-

Vaticinia de Judæis & pluribus populis vicinis, per Babylonios, malè mulctandis.

CAPUT XXV. 1. VERBA, quæ à *Deo* Jeremiæ facta ſunt, de toto populo Judæ, anno quarto Jehojakimi Joſiæ, Regis Judæ, filii; qui fuit primus Nebuchadretſaris, Babylonis Regis, annus; 2. & quæ proloquutus eſt Jeremias Propheta toti populo Judæ, & præſertim omnibus Jeroſolimæ incolis, in hanc ſententiam: 3. A tertio decimo anno Joſiæ, Amonis, Regis Judæ, filii, ad hunc uſque diem hujus anni vigeſimi tertii verba Jehovæ ad me facta ſunt; quæ vobis proloquutus ſum, dum mane ſurgo eáque pronuncio; verùm iis non auſcultaſtis. 4. Jehova miſit ad vos omnes miniſtros ſuos Prophetas, mane ſurgens & *ſubinde eos* mittens; ſed non audiviſtis, neque aurem veſtram inclinaſtis, ad audiendum, 5. cùm diceret: revertimini quiſque à via ſua mala, atque à ſtudiorum veſtrorum nequitia; habitabitiſque in terra, quà Jehova vos, Majoréſque veſtros donavit à longo tempore atque in perpetuum. 6. Ne ſequamini Deos alienos, ut eos colatis atque adoretis; nec iram meam opificio manuum veſtrarum moveatis; nec vobis maleſaciam. 7. At non auſcultaſtis mihi, ait Jehova, ita ut iram meam moveritis, opificio manuum veſtrarum, veſtro malo 8. Propterea ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum: quandoquidem verba mea non audiviſtis; 9. mox ego accerſiturus ſum, & adſumturus omnes familias Septemtrionis ait Jehova, aç Nebuchadretſarem, Babylonis Regem, ſervum meum, adducámque eos in hancee terram,

PARAPHRASIS.

1. VERBA Dei ad Jeremiam de populo Tribûs Judæ, prolata anno quarto Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ, filii; qui fuit primus Nebuchadretſaris, Regis Babylonis, 2. & quæ proloquutus erat toti populo Tribûs Judæ, ac præſertim Jeruſalimitis, in hanc ſententiam: 3. Ab anno tertio decimo Joſiæ, Amonis, Regis Judæ, filii, ad hunc diem hujus anni vigeſimi tertii verba Creatoris ad me facta ſunt; quæ proloquutus ſum, dum mane ſurgo eáque omnibus audientibus pronuncio, verùm dicto audientes non fuiſtis. 4. Creator miſit ad vos omnes ſuos Prophetas, à matutinis horis, & quidem ſubinde; ſed iis aurem non præbuiſtis, ut dicto audientes eſſetis; 5. cùm diceret, per ſuos Miniſtros: revertimini quiſque à pravis moribus, & ſtudiorum nequitia; quod ſi feceritis, ſecure habitabitis in terra, quam veſtri Majores habitarunt, ab hoc tempore, & in perpetuum. 6. Cavete ne colatis Deos alienos, ullâ adoratione; neque alio cultûs genere proſequamini, ita ut iram meam moveatis, vóſque gravibus pœnis puniam. 7. At mihi non fuiſtis dicto obſequentes, ait Creator, ut me irritaveritis ſtatuis meis, opera manuum à vobis factis, magno veſtro malo. 8. Propterea dixit Creator idem, quia mandatis meis non paruiſtis; 9. mox accerſiturus ſum & adverſùs vos concitaturus omnes gentes vobis ad Septemtriones ſitas, ac Nebuchadretſarem ſervum meum, Babylo-

COMMENTARIUS
In CAPUT XXV.

1. A*Nno quarto Jehojakimi, qui fuit primus Nebuchadretſaris*] Is fuit annus A. C. N. DCVIII. ut *Dion. Petavius*, & *Jac. Uſſerius* docebunt.

3. *A decimo tertio anno Joſiæ*] Ab anno A. C. N. DCXXIX. Vide eoſdem.

Mane ſurgo] Hoç eſt, ſine mora & diligenter, quod ſolent facere matutino tempore, qui quidpiam adgrediuntur, quod putant eſſe magni momenti, & maturare volunt.

5. *Habitabitis*] שבו *ſchbou*, habitate. Imperativus vim obtinet futuri, in hoc ſimilibúſque loquendi generibus.

6. *Opificio manuum veſtrarum*] Deorum commentitiorum ſtatuis, quas feciſtis, nec eo ſecius colitis.

9. *Omnes familias ſeptemtrionis*] Vide Cap. I, 15.

Servum meum] Non minùs erat miniſter Dei in exſequenda ultione divina, quamvis rem ignoraret; numquam enim eas res geſſiſſet, quas geſſit, niſi ſecundante Providentiâ Divinâ.

Omnes eas gentes &c.] Quarum calamitates in ſequentibus pluribus prædicit.

10. *Auferam*] האבדתי *haabadthi*, faciam perire; hoc eſt, faciam ut ne audiantur ampliùs.

Strepitum molarum] קל רחים *kol rehhajim*, vox lapidum molarium, qui duali exprimuntur, quia ſunt gemini. LXX. Intt. ὀσμὴν μύρου. Videtur fuiſſe priùs *Lud. Cappello* φωνὴ μύλου. Sed vox רחים quæ deducitur ab הריח *horiahh odoratus eſt*, facit ut *credam* eſſe lectionem hodiernam & veram perperam intellectam, quaſi *unguentum* ſignificaret, & quia *vox* ad unguentum nihil faciebat, vertiſſe eos non φωνὴν, ſed ὀσμὴν, quam res ipſa flagitare videbatur. *Jonathan* etiam hic celpitavit, cùm habeat: קל סשן רמשבחין בנהור בוצין *kol ſiban d- ſchabbehhin binehor botſin*, vox puellarum, quæ cantant ad lumen lucernarum. Eſt ſine dubio

ram contra ejus incolas, & contra omnes eas gentes, *quæ ſunt* circumquaque. Internecioni eos devovebo, faciámque, ut ſint ſtupori, exſibilationíque, útque fiant *agri eorum* ſolitudines in perpetuum. [10]. Iis auferam vocem gaudii, vocem hilaritatis, vocem ſponſi & vocem ſponſæ, ſtrepitum molarum & lucem lucernæ. [11]. Erit tota hæc terra ſolitudo & ſtupori, ſerviéntque Gentes iſtæ Regi Babylonis, per annos ſeptuaginta. [12]. Quando verò exacti fuerint ſeptuaginta anni, ſupplicium repetam de Rege Babylonis, déque Gente illa, iniquitatis eorum; *pariterque* de terra Chaldæa, quam redigam in vaſtitatem perpetuam. [13]. Faciam, ut contingant ei terræ omnes minæ meæ; quas contra eam pronunciavi, (quidquid ſcriptum eſt in libro hoc, quódque Jeremias adverſùs omnes eas gentes vaticinatus eſt;) [14]. quia ſervierunt apud eos, etiam multæ gentes, & magni Reges; rependámque iis, pro ipſorum factis, & pro actionibus manuum ipſorum.

[15]. Sic enim dixit Jehova, Deus Iſraëlis mihi: ſume tibi calicem hujus iræ è manu mea, & fac ut ex eo bibant omnes gentes, ad quas te mitto. [16]. Ubi biberint, titubabunt, & inſanum in modum ſe gerent, præ metu gladii, quem ego inter eos mittam. [17]. Accepi verò calicem è manu Jehovæ, & bibendum præbui omnibus gentibus, ad quas me miſit Jehova; [18]. Jeroſolimæ & *ceteris* urbibus Judæ, Regibúſque & proceribus ejus *terræ*, ut redigerentur in vaſtitatem, ſtuporíque, exſibilationi, & maledictioni *eſſent*, quem admodum *ſunt* hodie; [19]. Pharahoni, Regi Ægypti ejúſque miniſtris & proceribus, ac populo; [20]. toti Occidenti, omnibus Regibus Huzitidis terræ, omnibus

Babylonis Regem, qui conſilia mea exſequentur contra vos. Adducam omnes contra has terras earumque incolas, qui in iis ſunt circumquaque; internecioni eos devovebo, & faciam, ut cum ſtupore à vicinis adſpiciantur, & ſibilis excipiantur, & ſolitudines in perpetuum habitent. 10. Nullæ inter eos voces lætæ audientur, nec ullæ ſponſorum & ſponſarum, nec ſtrepitus molarum frumentum in farinam convertentium. 11. Erit tota hæc terra deſerta, cum omnium ſtupore, ſerviéntque, qui eam colebant, Babyloniæ Regi, per ſeptuaginta annos. 12. Cùm verò exacti fuerint hi anni, pœnas mihi dabunt Babylonii. Monarcha, antea potentiſſimus, & qui illi, eo tempore, ſervient. Similiter in ſolitudinem terram Chaldæorum, ad Septemtrionem, redigam. 13. Dabo operam, ut ei terræ contingant omnia mala hæc, quæ ei ſum minatus (quidquid nempe, eſt in hoc libro, & quod Jeremias contra omnes has nationes prædixit) 14. quia ſervierunt, apud eos populos, etiam multæ gentes, & magni Reges, ut paria paribus penſentur.

15. Sic enim dixit Creator, Deus Iſraëlis, mihi: ſume tibi calicem hunc iræ ſignum è manu mea, & bibant ex eo omnes gentes, ad quas te adlego. 16. Illæ cùm biberint, titubabunt & inſtar inſanorum ſe gerent, dum timebunt bellum, quod iis movebo. 17. Sumſi verò calicem è manu Creatoris, quem calicem dedi bibendum, omnibus gentibus, ad quas me Creator miſerat; nempe, 18. urbibus tribûs Judæ, Regibúſque & proceribus ejus tractûs, ut redigerentur in vaſtitatem, ut obſtupeſcant, exſibilentur, & diris devoveantur, quemadmodum nunc; 19. Regi Ægypti, ejúſque Proceribus, & Populis; 20. omni Occidenti ad mare internum; & omnibus Regibus Tyriorum,

dubio vertendum, cum Hieronymus, *vox molæ*. Ubi nullus auditur ejuſmodi ſtrepitus, nullus eſt incola; non poſſunt enim homines vivere ſine frumento & pane, adeoque ſine molæ, quâ in farinam comminuitur, ſtrepitu. Quod dici neceſſe non erat, niſi viri docti nodum in ſcirpo quæſiviſſent; ut *Valent. Schindlerus*, qui hìc habet: *In conviviis opiparis, molâ conteruntur & præparantur condimenta ciborum.* Sed quia mentio facta eſt vocis ſponſi & ſponſæ, idcirco non agunt ſequentia de adparatu convivii, & pauca, aut nulla condimenta moluntur. *Grotius* etiam hìc intelligi voluit vocem puellarum molam truſantium, quam ἐπιμύλιον ᾠδὴν Græci vocabant, ſed agitur de *voce* aut ſtrepitu (vox enim קל *kol*, utrumque ſignificat) molarium lapidum. Vide Ap. XVIII, 22. ubi meliùs vir magnus interpretatur φωνὴ μύλου de ſtrepitu molarum, ad alenda multa hominum millia.

Lucem lucernæ] Ubi noctu nulla lucernæ lux cernitur; nemo eſt. Non ſunt enim nocte, quamvis intempeſtâ, lucernæ omnes exſtinctæ. Vide Job XXI, 17. Proverb. XXIV, 20. Accenduntur primùm veſperi, deinde etiam ſummo mane ante lucem, præter quam quod ſunt ſemper quidam qui per totam noctem vigilant, præſertim in magnis urbibus.

11. *Per annos ſeptuaginta*] Anno 1. Nebuchadnetſaris A. C. N. DCVII. vaſtari ab ejus exercitu cœpit Judæa, vectigaliſque ei facta eſt 2. Reg. XXIV, 1. Deſierunt verò Judæi Babylonus ſervire, atque in Judæam redierunt A. C. N. DXXXVIII. Vide *Petavium* & *Uſſerium*.

12. *Rege Babylonis*] Cùm everſum eſt Babyloniorum imperium, atque ad Perſas tranſlatum.

In vaſtitatem perpetuam] *In ſolitudines æternitatis.* Non redacta eſt ſtatim Chaldæa in ſolitudinem, ſed tum cœpit ejus potentia retro referri; quæ poſt plura ſecula planè exſtincta eſt, ſimúlque in ſolitudinem verſa regio, ut eſt etiamnum hodie. Vid. not. ad Eſai. XIII.

13. *Omnes minæ meæ*] *Omnia verba mea.* Non habent Hebræi vocem, quæ minas propriè ſignificet, ſed hìc res ipſa oſtendit *minas* intelligi; ac proinde nihil obſtabit, quo minùs proprio Latinis verbo hìc uteremur.

Et quidquid ſcriptum eſt &c.] Hæc verba & quæ ſequuntur ad finem verſûs videntur

nibus Regibus terræ Philiſthæorum, Askalonis, Gazæ, Hekronis, & reliquiis Aſdodi; 21. Idumæis, Moabitis, & Hammonitis; 22. Regibus omnibus Tyri, omnibus Regibus Sidonis, & Regibus inſulæ, quæ trans mare; 23. Dedanitis, Themæis, Buzitis & omnibus, quorum *barba* reſecti ſunt anguli; 24. cunctis Regibus occidentis, qui

riorum, & Sidoniorum, ac Huzitidis terræ; omnibus Regibus Philiſthæis, Askalonis, Gazæ, Hekronis, & reliquiis Askalonis & Aſdodi; 21. Idumæorum, Moabitarum, & Hammonitarum; 22. Regibus omnibus Tyri, omnibus Regibus Sidonis, & Regibus inſularum trans mare; 23. Dedanitis, Themæis, Buzitis, & omnibus, quibus anguli barbæ ſunt reſecti; 24. cunctis Regibus Arabiæ,

eſſe Jeremiæ, non Dei, quæ à Propheta addantur ἐπεξηγητικῶς εἶναι, ut intelligat Lector ad quæ *verba* reſpiciat Deus.

14. *Apud eos*] בם bam, *in iis*, coacti, nempe, in Babyloniam ire & ſervire illic Chaldæis; quod Judæis contigit.

15. *Sume tibi calicem* &c.] Hæc omnia in viſo facta fuiſſe ſatis, è rebus ipſis, liquet. Calamitates deſcribi nomine calicis, quaſi earum Symboli, notiſſimum eſt. Permulta hac de re colligit *Thom. Gatakerus* Adverſar. Poſtum. c. V. quem adeant, qui pluribus locis, hanc in rem, indigebunt.

Fac ut ex eo bibant] Perinde eſt ac: fac ut intelligant calamitates, quæ iis imminent.

16. *Inſanum in modum ſe gerent*] התהללו *kitholalou*. LXX. Intt. ἐκμανήσονται. Vulgatus: *inſanient*. Maluimus ſic vertere, uti fecimus, ut aliquo modo exprimeretur vis Conjugationis reciprocæ, ac ſanè hoc velle videtur Propheta, inſanos eſſe factos eos, de quibus loquitur, ſed ſe geſſiſſe inſtar inſanorum præ nimio metu.

Ut redigerentur] *Ad dandum eos vaſtitati, ſtupori & exſibilationi* &c.

19. *Pharaboni* &c.] Ægyptios enim vicit Nebuchadneſar, antequàm Jeroſolimam caperet, & pluribus annis poſt eam captam. Tempora in Chronologia Prophetica adcuratiùs notabimus. De Pharahone hoc, cui nomen fuit *Hophreh*, Græci ſcribunt *Apries*, Vide 2. Reg. XXIV, 7. *& ſeqq.*

20. *Toti Occidenti*] את כל הערב *eth chol habereb*. LXX. Intt. πάντας τοὺς συμμίκτους. De qua verſione ſic *Hieronymus* in Comment. ad hunc locum: *cunctúſque, qui non quidem eſt Ægyptus, ſed in ejus regionibus commoratur; quos ſeptuaginta vertere* συμμίκτους, *hoc eſt*, mixticios, *vulgus non Ægyptiæ regionis, ſed peregrinum & adventicium.* Malim hæc conjungere cum ſequentibus atque intelligere de regnis ad occidentem Euphratis, aut Tigridis, ad mare uſque internum, adjunctis etiam nonnullis ejus maris Inſulis ac Peninſulis. Idem *Hieronymus* vertit hæc verba: *& univerſis generaliter.* Malim ſequi ſententiam *Sam. Bocharti*, qui conjiciebat Phalegi Lib. I. c. 7. petitam eſſe hanc loquendi rationem à more Aſſyriorum, qui Orientales vocabant Imperii ſui partes, quæ trans Tigrin erant ſitæ, ut Occidentales, quæ cis Tigrim. Hebraïcè ערב *hereb* propriè eſt *veſpera*, unde tralaticio ſignificatu ſic dictæ regiones ad *occaſum* vergentes. Unde etiam ערב *garb*, apud Arabas, eſt *occidens*.

Regibus Huzitidis terræ] עוץ *Huts*, tractus Arabiæ deſertæ, ad ripam occidentalem Euphratis, ut oſtendimus ad Job. I, 1. Reges autem dicuntur ii, qui tribui, aut familiis aliquot Arabum imperabant; quales erant Jobus & ejus amici. Ejuſmodi Regulum vocant hodie, apud Arabes, אמיר *Emir*, & veteres Græci φυλάρχον adpellabant.

Regibus terræ Philiſthæorum] Principes urbium, in quas diviſa erat ea regio, ſignificantur. Olim quinque erant, ut liquet ex 1. Sam. VI, 4. ubi qui hic vocantur מלכים *mlachim* dicuntur סרנים *ſranim*, voce Philiſthæâ. At C. XXVII, 2. unus ex iis *Achiſus* dicitur *Rex Gathi.* Hìc verò memorantur tantùm quatuor Philiſthæorum regna Askalon, Gaza, Hebron, omiſſo Gatho. Dignum etiam eſt obſervatu pro Aſdodo, haberi hìc *reliquias Aſdodi.* Quarum rerum has rationes adfert *Grotius*; & poſterioris quidem, quòd exhauſtus fuiſſet Aſdodenſis tractus, obſidione, quâ eam, ut habet *Herodotus*, cinxerat *Pſammitichus*, Rex Ægypti. Locus *Herodoti* ad quem reſpexit, vir ſummus extat Lib. II c. 57. Integrum proferemus, quandoquidem indicavit tantùm, ſed non produxit, cùm tamen totum legi hìc intereſſet: Ψαμμίτιχος δὲ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ἔτεα· τῶν τὰ ἑνὸς δέοντα τριήκοντα Ἄζωτον, τῆς Συρίας μεγάλην πόλιν, προσκατήμενος ἐπολιόρκεε, ἐς τὸ ἐξεῖλε: *Pſammitichus verò, in Ægypto, quatuor & quinquaginta regnavit annos; per quorum undetriginta Azotum, magnam Syriæ urbem, caſtris ad eam poſitis, oppugnavit, donec eam cepit.* E tam longa obſidione ſatis facile eſt intellectu, non potuiſſe eſſe, tempore Jeremiæ, niſi exiguas Aſdodenſium reliquias. Succeſſit enim Pſammiticho Neccho, qui æqualis noſtro Prohetæ fuit. Rationem etiam hanc profert *Grotius*, cur hìc Gathi mentio nulla fiat; quòd, nempe, eodem bello disjecta fuiſſet. Quod facilè perſuadet longitudo belli, & vicinia Gathi, quæ urbs paucis milliaribus ab Aſdodo remota erat, ortum verſùs.

21. *Regibus omnibus Tyri—Sidonis*] Intelligi videntur Proceres utriuſque urbis, nam in iis fuerunt tantùm ſinguli Reges. Vide infrà XXVII, 3.

22. *Inſulæ quæ trans mare*] Cypri quam ſubegit Nebuchadneſar, & vectigalem poſtea habuit Cyrus.

23. *Dedanitis*] את דדן *eth dedan.* Sic urbem vocari Arabiæ, ad ſinum Perſicum, prope Rhegmam, oſtendit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. IV, c. 6. Vocatur etiamnum hodie *Dadan*. Sed eam hìc reſpici negat, verùm Idumæam contendit urbem, de qua etiam Cap. XLIX, 8. hìc ipſe Propheta & Eſai.

XXI.

Digitized by Google

qui incolunt deſertum; 25. omnibus Regibus Zimræorum, omnibus Regibus Helamitarum, & Medorum; 26. omnibus regibus Septemtrionis propinquis, & remotis, aliis cum aliis; univerſis denique terrarum Regibus, quotquot in ea ſunt; & Rex quidem Seſachi, poſt eos bibet.

27. Dices

Arabiæ, omnibus Regibus Occidentis, qui deſertum incolunt; 25. ſingulis Regibus Zimræorum, cunctis Regulis Helamitarum, & Medorum; 26. quibusvis Regibus Septemtrionis cùm remotis, tum vicinis; aliis cum aliis univerſis denique terrarum Regibus; & Rex quidem Seſachi, poſt alios bibet.

27. Sic

XXI, 13. Ego verò & hìc, & apud Eſaïam, ſpectari Arabicam Dedanem crediderim. Vide quæ ad Eſaïam à me ſunt adnotata.

Themæis] תימא *thema*. Hanc quoque Arabicam eſſe urbem ad Eſaïam oſtendimus, nec procul à Dedane. Malè ſcribunt hic Græci, Θαιμάν, & Latinus: *Theman.*

Buzitis] את בוז *eth bouz*. Memoratur Gen. XXII, 21. filius Nahoris, eo nomine. Aut tranſiit Euphratem, atque in Arabiam ſe tranſtulit, aut alius *Buz* huic genti nomen fecit. *Euſebius*, & *Hieronymus* volunt hoc nomine ſignari terram *Kedar*, in locis Hebraïcis, & nomen hoc ſcribunt BOZ, cùm perperam ſit in Codd. LXX. Intt. Ῥὼς, quod ex ſimilitudine litterarum B. & P. ortum eſt. *Hieronymus* in Comment. de his populis: *Hæ gentes in ſolitudine ſunt, vicinæ & miſtæ regionibus Iſmaëlitarum, quos nunc Saracenos vocant.* Memorantur quidem ab *Herodoto* Lib. I. c. 101. inter populos, qui Mediam incolebant, Βουσαὶ, quorum nomen à *Bouz* non abludit; ſed de populis Arabiæ hìc ſermo eſt, niſi Propheta ſaltuatim gentes haſce memoret, quod non videtur.

Quorum barbæ reſecti ſunt anguli] קצוצי פאה *ktſouze pheah*. Vide ad Levit. XIX, 27.

24. *Regibus Arabiæ*] מלכי ערב *malche Arab.*

Regibus Occidentis] מלכי ערב *malche hereb.* Vide ad vers. 20. ubi eodem nomine ſignantur Reges tractuum ad occidentem Euphratis ſeptemtriones versùs; hìc verò Reges meridianorum tractuum, ad eamdem cœli plagam.

25. *Omnibus Regibus Zimræorum*] כל מלכי זמרי *chol malche Zimri.* Voces haſce omiſerunt Codd. LXX. Intt. jam à tempore *Hieronymi*, *Aquila* Ζαμρὶ, ſic & Latinus. Syrus Ζιμράμ, aut Ζαμβράμ. Cùm verò jungantur cum Helamitis, hoc eſt, Perſis & Medis, credibile eſt populos ad ortum Tigris, in ſuperiore Aſia ſignificari. *Ptolemæus* in Choromithrena, quæ pars fuit Mediæ, collocat urbem *Zaramam*, quæ non multùm abludit à *Zamri.* Eſt & alia, quæ in eodem tractu vocatur *Zaranis.*

Univerſis terrarum Regibus] Hoc eſt, omnibus quos Cyrus imperio Perſarum & Medorum ſubjecit, cujus vaſtiſſima fuit ditio, quam ſic deſcribit *Xenophon* Lib. VIII. c. 8. ὅτι καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡ τοῦ Κύρου βασιλεία ἐγένετο αὐτὴ ἑαυτῇ μαρτυρεῖ· ὡρίσθη μὲν γὰρ πρὸς ἕω ἐρυθρᾷ θαλάττῃ, πρὸς ἄρκτον δὲ τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, πρὸς ἑσπέραν δὲ Κύπρῳ καὶ Αἰγύπτῳ: *fuiſſe in Aſia omnium pulcherrimum & ampliſſimum Cyri regnum vel ipſum de ſe teſtatur. Terminis incluſum fuit ad Orientem mari Rubro, ad Septentriones Ponto Euxino, ad Occaſum Cypro & Ægypto, ad meridiem Æthiopiâ.* Quamvis ejus fines non ſatis aptè ſignentur, ſatis liquet longè maximum fuiſſe. Si quæras cur memoremus hìc Cyrum, ubi de Nebuchadneſare ſermo eſt, facilè tibi ſatisfiet, ſi dixerimus Cyrum captâ Babylone, totum Nebuchadneſaris imperium ſibi ſubjeciſſe & multùm etiam ampliaſſe. Quin & aliquo modo ad eum reſpiciunt ſequentia verba.

Quotquot in ea ſunt] *Qui ſuper facies terræ.* Quod additur, ut intelligat Lector neminem excipi Regum Aſiæ vicinorum, & remotorum, quorum omnium terror fuit Nebuchadneſar.

Rex quidem Seſachi] Hìc obſcurè indicantur Reges Babylonis, qui, omnibus ſubactis, ipſi rurſus ab alio ſub jugum mittendi erant; nempe, à Cyro; ut intelligerent Judæi fore etiam, ut totius propemodum Orientis victor Nebuchadneſar imperium ſuum ad remotam poſteritatem non tranſmitteret. Ac ſanè in ejus nepote deſiit. *Hieronymus* ad hunc locum: *Noviſſimus Rex Babylonis, propinante ſibi adſcenſore bigæ, Cameli & Aſini, Cyro Rege Medorum, atque Perſarum. Quomodo autem Babylon, quæ Hebraïcè dicitur* BABEL *intelligatur* SESACH *non magnopere laborabit, qui Linguæ Hebrææ parvam ſaltem habuerit ſcientiam. Sicut, apud nos, Græcum Alphabethum uſque ad noviſſimam litteram, per ordinem legitur; hoc eſt, Alpha, Betha & cetera, uſque ad Ω; rurſúmque, propter memoriam parvulorum, ſolemus lectionis ordinem vertere, & primis extrema miſcere, ut dicamus, Alpha, Omega, Betha, Pſi, ſic & apud Hebræos, primum eſt* Aleph, *ſecundum* Beth, *tertium* Gimel, *uſque ad vigeſimam ſecundam & extremam litteram* Thau, *cui penultima eſt* Sin. *Legimus itaque*, Aleph Tau, Beth, Sin; *cúmque venerimus ad medium* Lamed *litteræ occurrit* Caph; *& ut ſic rectè legamus, legimus* BABEL: *ita, ordine mutato, legimus* SESACH. *Vocales autem litteræ, inter* Beth *&* Beth, *&* Lamed, *juxta idioma Linguæ Hebrææ, in hoc nomine non ponuntur. Arbitrórque à Sancto Propheta prudenter fuiſſe celatum, ne apertè eorum contra ſe inſaniam commoveret, qui obſidebant Jeruſalem, & jam jámque ejus potituri erant.* Hebræi hanc rationem nomina occultandi vocant אתבש *Athbaſch*, ſecundùm quam בבל exprimitur voce ששך. Sed cùm Capp. L, & LI. Babyloni prædicat Prophetæ exitium, adhibito vero nomine, & adpellatione etiam *Seſach* C. LI, 41. eorum ſententiam potiùs probarim, qui malunt hoc nomen, repetitâ litterâ primâ derivare à שך, quod nomen Dei cujuſdam Babylonis, unde, qui מישאל *miſchaël* Hebræis, מישך *miſchach* Babyloniis dictus eſt; Dan. I, 7, & *Sacchæa* feſtum apud eoſdem. Vid. *Joan. Seldenum*

27. Dices autem iis: ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum, *&* Deus Iſraëlis: bibite inebriamini, vomite, cadite, nec reſurgite propter gladium, quem miſſurus ſum inter vos. 28. Si verò recuſarint accipere calicem è manu tua, ad bibendum, dices iis: ſic, dixit Jehova, *Deus* exercituum: omnino bibetis; 29. nam ab urbe, quæ de nomine meo vocata eſt, cœpi malefacere; vóſne autem pœnæ immunes eſſetis! Non eritis immunes, nam vocavi gladium in omnes terræ incolas, ait Jehova, *Deus* exercituum. 30. Tu verò hæc omnia iis vaticinaberis, & dices: Jehova ex alto rugiet, ex habitatione ſanctitatis ſuæ vocem mittet, rugiet contra Ædem ſuam, & celeuſmatis inſtar *uvas* calcantium, reſpondebit omnibus terræ gentibus. 31. Perveniet ſonitus ad extremam terram, quia lis eſt Jehovæ cum Gentibus; judicium feret ille de omni carne, improbóſque gladio objiciet, ait Jehova. 32. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum: mox malum è gente ad gentem egredietur & magna procella à lateribus terræ orietur; 33. erúntque cæſi à Jehova die illo, ab extremitate terræ ad alteram; non plangentur, neque tollentur, neque ſepelientur, ſed inſtar ſtercoris in ſuperficie terræ erunt. 34. Ejulate, paſtores, & clamate, conſpergite vos *pulvere*, vos illuſtriores pecudum; exacti ſunt enim dies veſtri, quibus mactemini, aut diſpergamini, cadatisque ut vaſa, quæ expetuntur. 35. Perierit perſugium paſtoribus, atque eraſio illuſtrioribus gregis. 36. Sonitus clamoris paſtorum, ejulatúſque inſigniorum gregis *tum audietur*; nam vaſtaverit Jehova eorum paſcua. 37. Exſcindentur caulæ pacatæ, propter ſervorem iræ Jehovæ. 38. Deſeruit, inſtar pulli leonis luſtrum ſuum, quia terra eorum in vaſtitatem converſa eſt, præ excandeſcentia *gladii* vaſtatoris, & præ ſervore iræ ejus.

Adhor-

27. Sic autem alloqueris eos: ſic ait Creator, Deus exercituum, & Deus Iſraelis: bibite, inebriemini, vomite, cadite, nec reſurgite, propter gladium, quem miſſurus ſum inter vos. 28. Si verò ſint, qui recuſent calicem à te capere, iis dicito: Sic ait Creator, idemque Deus exercituum; omnino bibetis; 29. nam cùm ab urbe, quæ mea dicitur, cœperim plagas mittere in eos, qui in me peccarunt; vóſne pœnarum eſſetis expertes? Non eritis, nam mihi dari juſſi gladium, in peccatores, terræ, ait Creator, idemque Deus exercituum. 30. Tu vero, Jeremia, omnia hæc iis prænunciabis, nec diſſimulabis, me ex alta ſede mea tonitruum fragores excitaturum & fulmina demiſſurum, etiam in Ædem meam, & veluti celeuſmate, quale eſt eorum, qui uvas calcant, omnibus terræ incolis veluti reſponſurum. 31. Perveniet verò ſonitus ejus ad ultimas terras, quia lis eſt Creatori cum omnibus Gentibus, judiciumque de quibusvis mortalibus feret, & peſſimos quosque gladio exponet, ut ipſe dixit. 32. Non diſſimulavit calamitatem ab una gente ad aliam perventuram, quaſi procellam, quæ undequaque iis incumberet. 33. Cadent manu Creatoris, ab extremis terræ finibus ad oppoſitos, nec quisquam eorum interitum planget, aut tollet eos, ut ſepeliat, ſed inſtar fumi in ſuperficie terræ jacebunt inſepulti. 34. Ejulate Reges & proceres, paſtores populorum, & conſperſa ſint capita veſtra pulvere, vos ô plebis nobiliores; advenerunt enim ii dies, quibus ab hoſtibus mactabimini, aut expellemini in varias terras; non ſunt exacti dies, poſt quos vos mactari oportet, aut in varias terras ſpargi, ut cadatis, ut vaſa teſtacea, quantivis pretii. 34. Nullum eſt perfugium primoribus populorum, qui eos tegunt 36. Tum audientur eorum clamores, atque ejulatus inſigniorum gregis, quia Creator eorum ditiones vaſtaverit. 37. Exſcindentur caulæ, antea pacatæ; quia provocata fuerit Juſtitia Divina, a paſtoribus; 38. quæ eos deſeruerit, inſtar pulli leonum luſtra ſua fugiunt, quando venatores eos expellunt.

PARA-

denum de Diis Syris Synt. II, c. 13.

Poſt eos bibet] Factum, hoc eſt, tempore Cyri, qui Babylonicum Imperium planè evertit.

27. *Bibite* &c.] Pro ſignificatione ſiniſteriore vocis, *calix*, pro gravi calamitate, eum *bibere*, *inebriari*, *vomere*, *cadere*, ſunt deſcriptio extremi exſcidii. Nemo, ut puto, non intelliget omnia hæc non ſolùm mendata in viſo, ſed etiam facta fuiſſe.

28. *Si verò recuſarint* &c.] Hæc oſtendunt eos populos, quos memoravit, quidquid moliantur ut perniciem vitent, nunquam evaſuros fuiſſe.

29. *Vóſne pœnæ immunes eſſetis*] הנקה תנקו *hinnake thinnakou*, innocentes eſſetis; hoc eſt, pœnæ immunes eſſetis, quaſi innocentia veſtra à vobis ſupplicium amoliretur. Sic Exod. XX, 7. *innocentem non habebit* perinde eſt ac puniet. Ubi vide notata.

30. *Ex alto rugiet*] ממרום ישאג *mimmarom jiſchag*; hoc eſt, è cœlo iram ſuam oſtendet

Celeusmatis inſtar &c.] *Celeuſma eſt* הידד *hedad* qui eſt clamor inconditus ſeſe ad laborem excitantium & cohortantium. Vide infrà XLVIII, 33.

32. *E lateribus terræ*] מירכתי ארץ *mijrarche arets*; hoc eſt, è remotis oris. Vide C. VI, 22. & verſum qui hunc ſequitur.

33. *Non plangentur* &c.] Tanto numero cadent, ut nemo ſit funeris curam geſturus.

34. *Conſpergite vos pulvere*] התפלשו *hithphalleſchou*. Subaudi: באפר beepher, *in pulvere* quod exprimitur C. VI, 26. LXX. Int. κόπτεσθε αἱ κριοὶ τῶν προβάτων.

Illuſtriores pecudum] אדירי הצאן *addire hattſon*. Ut *paſtores* ſunt populorum rectores, & *illuſtriores pecudum*, ſunt illuſtriores civium. Sic *Homerus* ſæpe Reges vocat ποιμένας λαῶν.

Quibus mactemini] *Ad mactandum.*

Aut diſpergamini] *Et diſperſionum veſtrarum.*

Vaſa quæ expetuntur] ככלי חמדה *chichli hhemdah*, ut vas cupiditatis. Ut vaſa fragilia, ſed quæ propter elegantiam expetuntur, ut murrhina, aut cryſtallina vaſa.

37. *Caulæ pacatæ*] נאות השלום *neoth haſchalom*, caulæ pacis, regna quæ antea pace fruebantur.

38. *Vaſtatoris*] Supplevimus חרב *hhereb*, gladii, quod exprimitur Cap. XLVI, 16. L, 19. Eſt יונה *jonah* quod *columbam* ſonat, unde Hieronymus: *à facie columbæ*, abſurdè, nam hìc agitur de gladio.

COM-

Adhortationes ad Judæos, ut meliores fiant, quas repudiant, mortémque Jeremiæ minantur, cui interceduut Judæ proceres.

1. INITIO regni Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ, filii, verba hæc facta ſunt *Jeremiæ* à Jehova, dicente: 2. ſic dixit Jehova, ſta in atrio Ædis Jehovæ & alloquere *incolas* omnium urbium Judæ, qui veniunt, adorandi cauſâ, in Ædem Jehovæ, neque ex omnibus verbis, quæ te jubeo iis proloqui, quidquam detrahas. 3. Fortaſſe audient, & quiſque redibit à via ſua prava; ita ut me pœniteat mali, quod cogito iis facere, propter ſtudiorum illorum nequitiam 4. Dices autem iis: ſic dixit Jehova: niſi auſcultaveritis mihi, *ita* ut incedatis in Lege, quam vobis propoſui, 5. *átque* audiatis verba ſervorum meorum Prophetarum, quos mitto ad vos, mane ſurgens & *perpetuò* mittens; nec tamen iis aures præbetis; 6. redigam hanc Ædem *in eumdem ſtatum*, quo eſt Silo, urbémque hanc maledictis omnium gentium terræ exponam. — Caput XXVI.

7. Audiebant autem Sacerdotes, & Prophetæ ac totus populus Jeremiam verba hæc proferentem, in Æde Jehovæ. 8. Cúmque abſolviſſet proloqui, quæcumque ei mandarat Jehova, dicenda omni populo; adprehenderunt eum Sacerdotes, Prophetæ atque univerſus populus, dictitantes: moriaris, 9. quare *enim* vaticinatus es, nomine Jehovæ, dicens Siluntis inſtar fore hanc Ædem, urbémque hanc deſolatum iri, ita ut nemo *eam* habitet. Convenit verò univerſus populus contra Jeremiam, in Ædem Jehovæ.

10. Hæc cùm audiſſent primores Judæ, è Regia adſcenderunt *in* Ædem Jehovæ & conſederunt ad introïtum portæ novæ Jehovæ. 11. Tum Sacerdotes & Prophetæ primoribus & toti populo, reus eſt mortis, inquiunt, vir iſte, cùm vaticinatus ſit contra urbem hanc, ut auribus veſtris audiviſtis. 12. Dixit verò Jeremias omni-

PARAPHRASIS.

1. INITIO regni Jehojakimi, Joſiæ Regis filii, à Creatore hæc verba facta ſunt, audiente Jeremiâ: 2. Sta in atrio Templi mei, ibique alloquere incolas omnes urbium Tribûs Judæ, qui eo veniunt, ut me colant; nec quidquam omitte eorum, de quibus mandata tibi dabo. 3. Poſſet fieri, ut te audirent, & quisque à pravis ſuis factis revocetur; ego verò nequaquam faciam id, quod ſtatui facere, propter eorum nequitiam. 4. Dices verò iis: ſic dixit Creator, niſi me audiveritis, ut Legi meæ pareatis; 5. ut aurem præbeatis ſervis meis Prophetis, quos mitto ad vos, ſingulis diebus, ſine intermiſſione; 6. redigam hanc Ædem ad eamdem ſolitudinem, quâ reliqui Siluntum, urbémque maledictis omnium gentium terrarum exponam.

7. Audierunt vero Sacerdotes & qui ſe Prophetas dicebant, quæ dicebat Jeremias, in Æde Creatoris. 8. Cumque conticuiſſet, omnibus, quæ proferri à Deo juſſus erat, dictis, præſente omni populo, Sacerdotes, & qui Prophetas ſe dicebant, adprehenſerunt eum, plaudente toto populo, & mortem ei minitati ſunt, dictitantes eam eſſe meritum: 9. quare enim, inquiebant, prophetatus es Templum Jeroſolimitanum redactum iri in eumdem ſtatum, ac Siluntinum, dudum deſertum, atque ipſam urbem Jeroſolimam dirutam fore, ita ut a nemine habitetur. Convenit verò & totus populus in Ædem Jehovæ, contra Prophetam.

10. Hoc cùm eſſet delatum ad primores Tribûs Judæ è Regia, quò coacti ſunt, venerunt in Templum, & conſederunt ad portam novam Jehovæ. 11. Illis cùm capita contuliſſent, viſum eſt, Jeremiam mortis eſſe reum; cùm vaticinatus eſſet contra urbem Jeroſolimam, quemadmodum audiverant. 12. Repoſuit verò Jeremias omnibus Principibus atque omni populo adſtanti; & Creator, inquit, miſit me ad vos, ut ſortem futuram

COMMENTARIUS
In Caput XXVI.

2. I*Ncolas omnium* &c.] *Omnes urbes.* Sed intelliguntur *incolæ*, quos ſolos alloqui potuit Propheta; nec Latinè dixerit: *alloqui urbes.*

3. *Fortaſſe audient*] אולי ישמעו *oulai jiſchmehou.* Deus eventum quidem certè norat, ſed ſe attemperat Prophetæ, qui rem neſciebat; aut auditoribus, qui mirati eſſent Prophetam ad ſe mitti, qui diceret nomine Dei, eos nequaquam vocem ejus audituros.

5. *Mane ſurgens*] Hoc ſtudium & diligentiam, ut antea jam vidimus, ſignificat.

6. *Redigam hanc Ædem* &c.] *Dabo Ædem hanc, ut Schiloh.* Vide C. VII, 12.

10. *Portæ novæ*] A Jothamo ædificatæ. 2. Reg. XV, 35. 2. Par. XXXVII, 3.

Reus eſt mortis] *Judicium mortis viro huic*, hoc eſt, non poteſt non damnari morte.

13. *Eúmque pœnitebit mali, quod* &c.] Quamvis enim ſtatuiſſet Deus Jeroſolimam perdere; in ejus exſcidio multa mutare poterat, quæ eam calamitatem minuiſſent, ſi qui ab his tem-

omnibus principibus & toti populo, &, Jehova, inquit, miſit me ad vaticinandum de hac Æde, dêque hac urbe, pro omnibus verbis, quæ audiſtis. 13. Nunc verò emendate vias veſtras & ſtudia veſtra, atque audite vocem Jehovæ Dei veſtri, eúmque pœnitebit mali, quod vobis minatus eſt. 14. Ego quidem ſum nunc in manibus veſtris, facite mihi quod vobis bonum & rectum videbitur. 15. Attamen ſcitote, ſi me interfeceritis, vos, hanc urbem & incolas ejus reos fore ſanguinis innoxii effuſi; verè enim Jehova me miſit ad vos, ut vobis audientibus hæc verba proferrem.

16. Dixerunt tum proceres & omnis populus Sacerdotibus & Prophetis: hic vir non eſt reus mortis, quia nomine Jehovæ Dei noſtri nos eſt adloquutus. 17. Surrexerunt etiam viri è ſenioribus terræ, qui toti cœtui populi dixerunt: Michæam Moraſthitam, qui vaticinabatur tempore Hezekiæ, Regis Judæ, & qui univerſo populo Judæ, ſic dixit, inquit, Jehova Deus exercituum: Sion *inſtar* agri arabitur, Jeroſolima in acervos *ruinarum*, mons verò Ædis in collem ſilveſtrem mutabuntur; 19. an interfecerunt Hezekias, Rex Judæ, & totus Juda? *Imò verò* timuit *Hezekias* Jehovam, ejúſque *iram* deprecatus eſt; pœnituítque Jehovam mali, quod illi minatus erat. Et nos tanto ſcelere nos ipſi obſtringeremus!

20. Fuit etiam vir, qui vaticinatus eſt, nomine Jehovæ Urija, Semajæ filius, Kirjath-jeharimis & contra hanc urbem, & hanc terram prophetiam protulit, iiſdem omnibus verbis, quibus Jeremias. 21. Quæ cùm audiviſſet Rex Jehojakimus, omnéſque potentes & proceres ejus, quæſivit Rex *rationem* ejus occidendi; quo audito, Urija timuit,

turam hujus Templi prædicerem, hujúſque Urbis, quemadmodum audiſtis. 13. Nunc autem vos quidem mutate mores veſtros, & morem gerite Creatori Deo veſtro; qui non exſequetur malum, quod vobis minatus eſt. 14. Sum equidem in poteſtate veſtra, poteſtiſque me habere, ut vobis videbitur. 15. Nolim tamen vos ignorare, ſi me occideritis, hujus urbis incolas reos fore effuſi ſanguinis innoxii; verè enim miſſus ſum ad vos à Deo, ut vobis audientibus hæc, quæ dixi, proferrem.

16. Tum verò non tantùm Proceres Jeroſolimitani, ſed & Populus dixerunt Sacerdotibus & Prophetis, Jeremiam non eſſe reum mortis, quandoquidem eos nomine Creatoris, Dei Populi Judæi, eſſet adloquutus. 17. Fuerunt & *alii* viri e Proceribus Tribus Judæ, qui, cùm conſurrexiſſent, monuerunt populum, qui convenerat, fuiſſe, tempore Hezekiæ, Regis Judæ, 18. Michæam Moraſthitam, Prophetam, qui monuerat totum Populum in hanc ſententiam; Sionem aratum iri, inſtar agri, & totam Jeroſolimam converſum iri in acervos ruderum, & Montem, ubi fuerat Templum, futurum eſſe inſtar collis ſilveſtrem; 19. nec tamen occiſum hominem eſſe ab Hezekia, Rege Judæ; & populo; imò Hezekiam, præ timore, Divinam iram deprecatum eſſe, ne fieret quod illa minabatur. Ideóque ipſos non fas eſſe ejuſmodi ſupplicio Jeremiam obſtringere.

20. Fuit, etiam vir, qui prædixit, nomine Creatoris, Urija, Semajæ filius, Kirjath-jeharimis, & contra Jeroſolimam, terráſque finitimas, iis omnibus verbis, quibus Jeremias uſus erat. 21. Hoc cum accepiſſent Rex Jehojakimus, & omnes ejus Proceres; quæſivere rationem, quâ eum è medio tollerent; quo accepto, Urija ſibi timuit, ideóque aufugit, atque in Ægyptum abiit. 22. Miſit verò Jehojakimus illuc Elnathanem, Hachboris filium, & nonnullos unà viros; 22. qui

temporibus vixere ad diem, quo capta eſt, mores ſuos emendaſſent.

Quod vobis minatus eſt] *Quod dixit contra vos.*

14. *Facite mihi*] Hoc eſt, poteſtis me habere, ut vobis videbitur; neque enim eos orat, ut indulgeant iræ, quam contra ſe conceperant; quaſi mori mallet, quàm vivere.

Quod vobis bonum &c.] *Ut bonum, & ut rectum in oculis veſtris.*

15. *Reos fore ſanguinis* &c.] *Quòd ſanguinem innocentem vos datis ſuper vos.*

Ut hæc vobis audientibus] *Ut dicerem in auribus veſtris hæc* &c.

17. *E ſenioribus terræ*] Hîc ætas reſpicitur, non dignitas, ſoli enim ſenes poterant hæc narrare, quaſi meminiſſent.

18. *Inſtar agri*] שדה *ſchadeh*, pro כשדה *chſchadeh*, ut paſſim.

In collem ſilveſtrem] לבמות יער *lbamoth jaar*, in excelſo ſilvæ.

19. *Pœnituítque Jehovam* &c.] Eatenus pœnituiſſe viſus, quod eorum tempore rem non eſt exſequutus, nam decreto nequaquam revocando à temporibus Hezekiæ, & Joſiæ conſtituta fuerat, nec eorum Regum conſtante pietate averruncari potuerat; nedum ut à deterioribus multò vitari poſſet.

Nos tanto ſcelere &c.] *Et nos facientes malum magnum contra animas noſtras.*

22. *Miſit verò Rex Jehojakimus*] *Et miſit Jehojakim viros in Ægyptum.* Facta hæc videntur, poſtquàm proceres Judæ eripuerant Jeremiam furori Sacerdotum & Pſeudo-prophetarum, invito Rege; qui Urijam ſibi eripi non paſſus eſt, ne populum haberet minùs obſequentem, in rebellione contra Babylonios, quam moliebatur Rex improbus & perfidus.

23. *Qui illinc eduxerunt*] Conſentiente, ſine dubio, Pharahone Nechone; à quo Jehojakimus Judæis Rex datus erat, deturbato è ſolio Jehoachazo à populo Rege ſalutato. Vide 2. Reg. XXIII, 34.

Gladio in eum animadvertit] *Percuſſit eum gladio.*

In

timuit, fugítque, atque Ægyptum ingreſſus eſt. 22. Miſit verò Rex Jehojakimus in
Ægyptum Elnathanem, Hachboris filium, & viros cum eo; 23. qui illinc eduxerunt
Urijam, adduxerúntque eum ad Regem Jehojakimum, qui gladio in eum animadvertit,
cadavérque ejus in ſepulcra plebis abjecit.
24. Verùm Achikamus, Saphanis filius, favit Jeremiæ, *impediítque*, ne traderetur in
manus populi, ut interficeretur.

Jeremias jubetur hortari Reges Idumæorum, Moabitarum, Hammonitarum, Tyriorum, & Sidoniorum, ut Babyloniorum Regi pareant; ſimiliáque mandata ad Sedekiam & populum Jeroſolimitanum, Sacerdotésque & Prophetas accipit.

Caput XXVII.

1. INITIO regni Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ, filii, hæc verba à Jehova ad
Jeremiam facta ſunt. 2. Sic dixit mihi Jehova: fac tibi lora & juga, eáque collo
tuo impone 3. Tum mittes ea ad Regem Idumæorum, ad Regem Moabitarum, ad
Regem Hammonitarum, ad Regem Tyri, atque ad Regem Sidonis; per legatos, qui
veniunt Jeroſolimam, ad Sedekiam, Regem Judæ 4. Mandata eis dabis ad Dominos
ſuos, in hanc ſententiam: ſic dixit Jehova *Deus* exercituum, Deus Iſraëlis; ita dicetis Dominis veſtris. 5. Ego, *inquit Deus Iſraelis*, feci terram, hominéſque & bruta,
magnâ meâ potentiâ & brachio exſerto; dedíque eam cuicumque mihi viſum eſt.
6. Nunc

22. qui illinc adduxerunt eum ad Regem Jehojakimum; qui gladio in eum animadvertit, cadavérque ejus in ſepulcra plebeia abjici juſſit.

24. Sed Achikamus; Saphanis filius, favens Jeremiæ, obſtitit ne traderetur plebi ut occideretur.

PARAPHRASIS.

1. POSTQUAM regnare cœpiſſet Jeroſolimæ Jehojakimus, Joſiæ filius, hæc verba à Deo facta ſunt ad Jeremiam. 2. Sic mihi dixit Creator: fac tibi lora & juga, eáque collo tuo impone. 2. Quo facto, mitte ea juga ad Reges Idumæorum, Moabitarum, Hammonitarum, Tyriorum, & Sidoniorum, per legatos, qui veniunt Jeroſolimam ad Sedekiam, Regem Judæ. 4 Eis mandata dabis ad eos, quæ referent, in hanc ſententiam: ſic dixit Creator, Deus exercituum, & præſertim Iſraëlis, hæc, meo nomine, Dominis veſtris: 5. Ego, inquit Deus Iſraëlis, feci terram, homines & bruta, magnâ meâ potentiâ & brachio exſerto, eáque donavi eos, quos eo mune-

In ſepulcra plebis] *In ſepulcra filiorum populi.* Hinc intelligere licet Prophetas non ſolitos ſepeliri in plebeculæ πολυανδρίοις, ſed in honoratioribus monumentis.

24. *Favit Jeremiæ*] *Manus Achikami fuit cum Jeremia,*

COMMENTARIUS
In Caput XXVII.

1. I*Nitio regni Jehojakimi*] Vereor ne hinc exciderint hæ voces את צדקיהו ut ſcripſerit Propheta: *initio regni Sedekiæ, fratris Jehojakimi* &c. Certè ſequentia ſuadent hæc facta regnante Sedekiâ. Vide vers. 3. & 12. & C. XXVIII, 1.

2. *Fac tibi lora & juga* &c.] Symbolica ſignificatio eorum, quæ dicebat, quâ magis adfici poterant Judæi, quàm ſolis verbis. Symbolicorum ejuſmodi factorum uſum frequentem, apud Hebræos ſæpiùs animadvertimus. Vide ad 1. Reg. XX, 37.

3. *Tum mittes ea* &c.] Hæc in viſo non ſolùm mandata ſed etiam impleta videntur, intra propheticæ phantaſiæ ſcenam, prout viri docti judicarunt; neque enim credibile eſt legatos ejuſmodi contumelioſa mandata à Propheta Judæo voluiſſe accipere, & apud Reges ſuos exſequi.

Ad Sedekiam Regem Judæ] Initio regni Jehojakimi, quod fuit annorum XI. vix ac ne vix quidem potuit Sedekias vocari Rex, vix etiam ad eum privatum mitti Symbolum ſubjectionis, quo adduceretur ad jugum Babyloniorum ſuſcipiendum; neque enim res erat ejus arbitrii. Quare ſuſpicabamur antea excidiſſe verſu 1. *Sedekiæ fratris*, ut diximus; quod ſi minùs placeat, hîc pro *Sedekiæ* nomine, *Jehojakimi* ſubſtituatur nomen oportet.

Scio eſſe, qui hæc verba, quibus hoc Caput inchoatur: *Initio regni Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ, filii, hæc verba à Jehova, ad Jeremiam facta ſunt*; referunt ad antecedens Caput XXVI. Verùm initio ejus Capitis ſimilia leguntur, nec ſolent Prophetæ, iiſdem verbis ad initium & ad calcem vaticinii uti.

Itaque eò propendet animus, quamvis nihil adfirmare ſuſtineam, rémque peritiorum judicio ſubjiciam, ut credam ſic hoc Caput inchoatum

6. Nunc verò omnes haſce terras tradidi in manum Nebuchadnetſaris, Babylonis Regis ſervi mei, quin etiam agreſtibus feris eum donavi, ut ei ſerviant. 7. Servient omnes gentes ipſi, ejúſque filio, & nepoti, donec venerit etiam tempus ejus terræ; ſervient ei *interim* gentes multæ & magni Reges. 8. Gentem autem & regnum, quæ non ſervierint illi, Nebuchadnetſari, *inquam*, Regi Babylonis, quæque non ſubjecerint collum jugo Regis Babylonis, mulctabo gladio, fame & peſte, ait Jehova, donec ea per eum abſumſero.

9. Vos verò ne audiatis vates veſtros, divinos, ſomniatores, augures, ariolos, qui vobis dicunt: Babylonis Regi non ſervietis; 10. mendacia enim prædicunt vobis, ut vos amoveant è veſtra terra, expellámque, & pereatis. 11. Gentem verò, quæ ſubjecerit collum ſuum jugo Regis Babylonis, eíque ſervierit, curabo relinqui in ſua terra, ait Jehova, eámque colet & habitabit.

12. Sedekiæ etiam, Regi Judæ *ſeorſim* ſimilia prorſus dixi: colla veſtra ſubjicite jugo Regis Babylonis, eíque & populo ejus ſervite ac vivetis. 13. Cur moreremini tu, populúſque tuus gladio, fame ac peſte, quemadmodum prædixit Jehova genti, quæ Regi Babyloniorum non ſervierit? 14. Ne auſcultetis verbis Prophetarum dicentium vobis: nequaquam ſervietis Regi Babylonis, mendacium enim prædicant vobis. 15. Neque enim eos miſi, ait Jehova; & falſa vaticinantur nomine meo, ut vos expellam, pereatiſque

munere donare volui. 6. Nunc verò mihi viſum eſt dare omnes haſce terras Nebuchadnetſari, Babyloniorum Regi, cujus miniſterio, ad caſtigandum Judam utor. Quin etiam feras agreſtes ei dedi, ut iis, quemadmodum vellet, uteretur. 7. Servient ei, filióque ejus & nepoti; donec venerit tempus, quo ejus ditio pœnas etiam det. Sed interim ſervient ei multæ gentes, & magni etiam Reges. 8. Nationem, aut Regnum, quæ noluerint ſubire jugum Regis Babyloniæ, mulctabo gladio, vel fame, vel peſtilentiâ, ait Creator, donec ea flagella eas gentes abſumſerint.

9. Vos verò, Jeroſolumitani, caveatis ne fidem habeatis vatibus veſtris, divinis, ſomniatoribus, auguribus, ariolis, qui negant vos Babylonis Regi ſervituros. 10. Mendaciis enim vos paſcunt, ut vos expellant è patria veſtra, útque vos eâ ejiciant, & extra eam pereatis. 11. At ego curabo gentes, quæ collum ſubjicient Babylonio Regi, eíque parebunt, relinqui in patrio ſolo, ait Creator, idque habitare, & tranquillè colere.

12. Sedekiæ quoque, Regi Judæ, ſeorſim ſimilia dixi. Colla, inquam, ſubjicite jugo Babyloniorum Regi, eíque parete, & ſubditis ejus, & vitæ veſtræ conſulite. 13. Non eſt cur moriaris tuque & populus tuus, gladio, fame & peſte; quæ prædixit Creator gentibus, quæ ei ſe morigeras non præbuerint. 14. Ne pareatis Prophetis dicentibus, fore ut ei non ſubjiciamini, mendacia enim vera ea verba ſunt; 15. nam eos non miſi ad vos, ait Creator; mendacia ſunt, quæ nomine meo vaticinantur.

16. Sacer-

choatum fuiſſe: *Initio regni Sedekia, fratris Jehojakimi, Joſia, Regis Juda, filii.* Legatos verò ad Sedekiam veniſſe à vicinis Regibus crediderim congratulatum ei regnum, quo donatus à Nebuchadnetſare fuerat; quâ occaſione juſſus eſt Jeremias uti ad Sedekiam & vicinos omnes monendos nihil magis ad omnium illorum tractuum incolumitatem facere, quàm ſi Babyloniorum Regum jugum æquo animo ferrent. Quam admonitionem cùm ſprevíſſent, graves contumaciæ ſuæ pœnas poſtea dederunt.

6. *Omnes haſce terras*] Magnam Orientis partem cis & trans Euphratem, quam occupaverat.

Servi mei] Non cultoris, ſed quo veluti inſtrumento uſus ſum, ad ſupplicia de gentibus multis ſumenda.

Quin etiam agreſtibus feris] Eſt hyperbolicum loquendi genus, quo ſignificatur ampliſſimum atque ἀνυπεύθυνον, apud homines, imperium. Simili ratione loquutus eſt *Dion Chryſoſtomus*, Orat. I. de regno, ubi de Rege muneribus regiis, prout par eſt, fungente: μὴ μόνον ἄνθρωποι θαυμάζωσιν αὐτὸν, καὶ ὑπακούωσιν, ἀλλ' οἵ τε ὄρνιθες πετόμενοι καὶ τὰ θηρία ἐν τοῖς ὄρεσιν, μηδὲν ἧττον τῶν ἀνθρώπων, συγχωρεῖ τε καὶ ποιεῖ τὸ προσταττόμενον: *non homines tantùm eum mirantur, eíque obſequuntur, ſed & aves volantes & feræ in montibus, non minùs quàm homines, ei concedunt & mandata obſequuntur.* Vide & C. XXVIII. 14.

7. *Ejúſque filio & nepoti*] את בנו ואת בן בנו *eth bno veeth ben beno*, filio ejus, & filio filii ejus. Filius Nebuchadnetſaris fuit *Evilmerodach*, qui filium non reliquit, ſed fuit ei ſoror, cujus vir regnavit: & poſt eum *Laboroſoarchodar* Nebuchadnetſaris è filia nepos, ita ut ultra ſecundam ætatem proles Nebuchadnetſaris non regnarit. Teſtatur hoc *Beroſus*, apud *Joſephum* contra Apionem Lib. I. & apud *Euſebium* Demonſtrat. Evangelicæ Lib. IX. c. 4. & *Megaſthenes* apud eumdem. Ibid. c. 41. Sic *Beroſus*; Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν, μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀρρωστίαν μετηλλάξατο τὸν βίον βεβασιλευκὼς ἔτη μγ'. τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο υἱὸς αὐτοῦ Εὐιλμαράδουχος· οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοόρου ἀνῃρέθη βασιλεύσας ἔτη δύο: *Nebuchodonoſorus poſtquàm incepiſſet murum* (Babylonis) *prædictum, incidens in morbum vitam cum morte commutavit, cùm regnaſſet annos XLIII. Regni verò dominus fuit filius ejus Evilmaraduchus. Is cùm rebus præfuiſſet injuſtè & libidinosè per inſidias à Nerigliſſorooro, qui ſororem ejus habebat, occiſus eſt.* *Megaſthenes* verò: Ναβουκοδρόσορος μὲν ἐπιστὰς παραχρῆμα ἠφάνιστο· ὁ δὲ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευσε· τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λείπει παῖδα Λαβασσοάρασκον:

pereatisque vos & Prophetæ, qui vobis vaticinantur.

16. Sacerdotes verò & omnem hunc populum adloquutus ſum, his verbis: ſic dixit Jehova: ne aurem præbeatis verbis Prophetarum veſtrorum, vaticinantium vobis, in hanc ſententiam: vaſa Ædis Jehovæ brevi Babylone jam referentur; mendacium enim vobis prædicunt. 17. Ne audiatis eos, *ſed* ſervite Babylonis Regi & vivite: cur fieret hæc urbs vaſtitas? 18. Si Prophetæ ſunt, ſique apud eos eſt verbum Jehovæ, intercedant nunc, apud Jehovam, *Deum* exercituum, ne eant Babylonem vaſa reliqua in Æde Jehovæ, in Regia Judæ & Jeroſolimæ. 19. Sic enim dixit Jehova, *Deus* exercituum, de columnis, de mari, de baſibus, déque reliquis vaſibus in hac urbe relictis; 20. quæ non abſtulit Nebuchadnetſar, Babylonis Rex, cùm migrare curavit Jechoniam, Jehojakimi, Regis Judæ, filium Jeroſolimâ Babylonem & omnes illuſtres viros Judæ & Jeroſolimæ; 21. ſic, *inquam*, dixit Jehova, *Deus* exercituum, Deus Iſraëlis, de vaſi-

16. Sacerdotes enim veſtros, univerſúmque hunc populum ſic ſum adloquutus: ſic loquutus eſt Creator: ne morigeri eſtote iis Prophetis, qui prædicunt fore ut brevi vaſa Ædis meæ Jeroſolimam referantur; falſa eſt hæc prædictio. 12. Nec iis facilè credite, ſed vos ſubjicite Babyloniorum Regi, eique dicto audientes eſte; cur verò ei occaſionem ſuppeditaretis Jeroſolimæ ſolo æquandæ? 18. Si illi homines veri Prophetæ ſunt, intercedant apud Creatorem eumdémque Deum exercituum, ne reliqua vaſa Templi Jeroſolimitani Regiæ & Urbis avehantur Babylonem. 19. Sic enim dixit Creator, idémque Deus exercituum, de Columnis, de Mari æneo, de ejus baſi, reliquíſque vaſibus, in hac urbe reliquis; 20. quæ non curavit auferri Nebuchadnetſar, Babyloniorum Rex, cùm abduxit Jechoniam, Jehojakimi, Regis Judæ, filium Jeroſolimâ Babylonem, ceteróſque

ſequenti: Nabucodroſorus quidem vaticinatus evanuit. Filius verò, qui ei erat Evilmaluruchus regnavit, hunc verò ſororis ejus vir Neriglisſares mactavit, & reliquit filium Labaſſoarſchum. Hunc *Laboroſoarchodum*, vocat *Beroſus* in ſequentibus, quem uterque Hiſtoricus violenta morte periiſſe prodidit, & regnante *Nabonnido*, aut *Nabonnidocho*, qui nullâ adfinitate Nebuchadnetſaris familiam attingebat, Babylonem à Cyro captam. Vide *Joan. Marshamum* ad ſæculum XVIII. Ægyptiacum p. 554. *& ſeqq.* Ed. Londinenſis.

Donec venerit etiam tempus ejus terra] Regnante Nabonnido, qui fuit ultimus Babyloniorum Rex.

8. *Mulctabo*] *Viſitabo.* Non ſunt autem hæc universè capienda, quaſi Medorum etiam Reges Nebuchadnetſari paruiſſent; ſed adfinitate, quam Babylonius contraxit cum filia Medorum Regis, factum eſt, ut Medorum regnum ab eo intactum fuerit. Vide *Uſſerium* ad annum A. C. N. DCXXVI.

9. *Ne audiatis vates veſtros* &c.] Videntur hæc dici Judæis, Pſeudo-prophetis ſuis aures præbentibus, populiſque vicinis, ut Hammonitis, & Moabitis, aliiſque, qui ariolos conſulebant; à quibus reſponſa accipiebant, qualia cupiebant; nempe, nùmquam fore ut Babyloniorum jugum ſuſcipere cogerentur; quamvis Jeremias aliique veri Prophetæ contraria prædixiſſent, monuiſſentque non eſſe cur de eo excutiendo laborarent, cùm Deus ita futurum ſtatuiſſet, niſi quieſcerent.

11. *Curabo relinqui in ſua terra*] והנחתיו על אדמתו hinnachthiv hal admatho, *quieſcere eum faciam, in ſua terra.* Rebellium enim populorum multitudinem in alias terras tranſlaturus erat Nebuchadnetſar, trans Euphratem aut Tigrin, ne ſibi relicti res novas iterum molirentur; quod plus ſemel fecerant Judæi ab eo victi, & vectigales facti, ut intelligere licet ex 2. Reg. C. XXIV. antequàm Babyloniorum Rex Jeroſolimam caperet, & tertiâ vice Judæos captivos in Babyloniam abduceret. Babylonii, eo tempore, non norant artem, quæ à victoribus prudentioribus adhibita eſt, ut populos ſubactos in officio continerent; præſidiorum, nempe, in munitioribus locis relinquendorum, exarmandorúmque populorum, ne arma capere poſſent. Fortè non ſatis abundabant Babylonii ducibus & militibus, quibus certò fidere auderent.

Ad Judæos quod adtinet, non ita ſunt hæc intelligenda, quaſi Deus mutaturus fuiſſet conſilium de exſcidio Judææ & Jeroſolimæ, ſi pœnitentiam égiſſent, ut jam aliquoties diximus; ſed tantam vaſtitatem non paſſus eſſet fieri, ita ut relicti eſſent coloni, variis in locis, qui reduces olim Judæos exciperent atque adjuvarent, ad Templi & Urbis inſtaurationem, quod fieri poſtea, exhauſtâ prorſus Judæâ, non potuit.

13. *Similia prorſus dixi*] *Loquutus ſum ſecundùm omnia verba hæc.*

Ac vivetis] *Et vivite.* Imperativus pro Futuro, ut ſæpe notavimus. Magnam certè cædem prævertiſſent Judæi, ſi æquo animo paruiſſent Babyloniis, nec cauſa fuiſſent, cur agri prorſus inculti relinquerentur. Quod ex re ipſa & conſiliis à Jeremia eorum reliquiis datis patet Cap. XLII.

15. *Falſa vaticinantur*] נבאים לשקר *nibbeim laſſchaker*, prophetant ad mendacium, aut *mendaciter*, ut habet Latinus.

Ut vos expellam] Non eo conſilio mentiebantur, ſed Deus eis tribuit conſilium verbis & factis eorum conſentaneum; quia ſic ſe gerebant, quaſi aliud nihil ſpectaſſent. Similia antea non ſemel notavimus.

16. *Brevi*] *Nunc feſtinanter.*

17. *Vaſtitas*] לחרבה *lhorbah*; hoc eſt, tanta vaſtitas, quanta erit ſi rebelletis. Vaſtitatem enim omnino futuram ſæpiùs, non minaciter, ſed ex vero prædictum cùm ab aliis, tum ab hoc ipſo Propheta fuerat.

vaſibus reliquis, in Æde Jehovæ, domi Regis Judæ & Jeroſolimæ : [22]. Babylonem avehentur, atque ibi erunt ad tempus uſque, quo eos inviſam, ait Jehova, & quo eos venire & reverti curabo in hunc locum.

Contendit Chananja Pſeudo-propheta, cum Jeremia, qui mortem ei prænunciat, quam eodem anno obiit.

CAPUT XXVIII. 1. EODEM anno, initio regni Sedekiæ, Regis Judæ, anno quarto, menſe quinto, mihi dixit Chananja, Hazzuris filius Propheta, Gabahonenſis, in Æde Jehovæ, coram Sacerdotibus & omni populo: [2]. ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum, & Deus Iſraëlis: confringam jugum Regis Babylonis. [3]. Intra biennium faciam ego, ut redeant in hunc locum omnia vaſa Ædis Jehovæ, quæ abſtulit Nebuchadnetſar, Babylonis Rex, ex hoc loco, & Babylonem avexit; [4]. *ſimul*que Jechoniam, Jehojakimi, Regis Judæ, filium, & omnes captivos Judæ, qui ingreſſi ſunt Babylonem, curabo reverti ad hunc locum; nam Babyloniorum Regis jugum confringam.

[5]. Verùm dixit Chananjæ Prophetæ Jeremias Propheta, coram Sacerdodibus atque univerſo populo, qui in Æde Jehovæ ſtabant : [6]. dixit, *inquam*, Jeremias Propheta: Amen, ſic faxit Jehova, ratáque habeat verba tua, quibus es vaticinatus; ita ut curet redire vaſa Ædis ſuæ, & omnes captivos Babylone in hunc locum. [7]. Verum tamen audi hæc verba, quæ ego profero, te audiente, ut & toto populo: Prophetæ, qui à longo tempore, ante me & te fuerunt, prædixerunt de multis terris, & magnis Regnis;

eóſque illuſtres Judæ & Jeroſolimæ; 21. Sic, *inquam* Creator, idémque Deus exercituum, & Iſraelis, de reliquis vaſibus Ædis Creatoris, in ejus Templo, in Regia Monarchæ Judæ & Jeroſolimæ; 22. Babylonem avehentur, ubi erunt ad tempus, quo Judæorum rationem habebo, eóſque in hanc urbem redire curabo.

PARAPHRASIS.

1. EODEM anno, cùm Sedekias cœpiſſet regnare Jeroſolimæ, anno quarto, & menſe quinto, mihi dixit Chananja, Hazzuris filius vates, Gabahonenſis, in Templo, coram Sacerdotibus atque univerſo populo; 2. ſic dixit, per eum, Creator, Deus Iſraelis: rumpam jugum à Rege Babyloniorum vobis impoſitum. 3. Faciam, intra biennium, ut referantur huc omnia vaſa Ædis Creatoris, quæ abſtulit Nebuchadnetſar, Babyloniorum Rex; 4. ſimulque Jechoniam, Jehojakimi, Regis Judæ, filium & omnes captivos è Tribu Judæ, qui Babylonem ingreſſi ſunt, & curabo huc redire; nam Regis Babyloniorum jugum frangam.

5. Sed reſpondit Jeremias Propheta, coram Sacerdotibus & toto populo, qui in Æde ſtabant; reſpondit, inquam, Jeremias: Amen, ſic faxit Creator, ratáque habeat quæ dixiſti, ut curet referri vaſa Ædis ſuæ, atque omnes captivos Babylone in hunc locum. 7. Sed audito hæc verba, quæ te audiente & toto populo, profero; Prophetæ qui diu ante me, & ante totum populum fuerunt, prædixerunt de multis terris, & magnis Regnis, fore ut bello, calamitate, & peſte vexarentur. 8. Sed

18. *In regia Judæ*] *Domi regis Judæ.*
20. *Illuſtres viros Judæ*] חורי יהודה *hhore Jehoudah*. Vertit *Theodotion*: τοὺς ἐλευθέρους, melius *Hieronymus*: *optimates*; neque enim ſolos ſervos reliquerat.

COMMENTARIUS.
In CAPUT XXVIII.

1. E*Odem anno* &c. His verbis confirmatur quod diximus ad C. XXVII, 1. de Capitis illius inſcriptione.

3. *Intra biennium*] *In adhuc duobus annis dierum.*

7. *Fore ut bello*] למלחמה *lammilhhamah*. Sic & ſequentibus verbis ל præfigitur, quod habet hîc futuri ſignificationem.

9. *Jugum*] המוטה *hammotah*. LXX. Intt. τοὺς κλοιοὺς, quod ſignificat machinam ligneam cui caput & pedes nocentium inſerebantur. *Hieronymus* vertit *catenam*, *vas*, *furcam*; *quæ Hebraïcè*, inquit, *dicitur* MUTOTH. Sed idem vox Hebraïca ſignificat quod vox על *hol*, id eſt, *jugum*, quemadmodum uſus certus & res ipſa oſtendent. Erat enim Symbolum ſubjectionis, quâ Jeremias cupiebat Judæos alióſque populos antevertere extremum exitium, quod eos manebat, niſi Babyloniis dicto audientes eſſent. Vide Cap. XXVII, 2.

10. *Ita frangam* &c. Factum Symbolicum, ut id, quod fecerat Jeremias.

11. *Viam ſuam ingreſſus eſt*] *Abiit ad viam ſuam*;

gnis; fore ut bello, calamitate, & peſte *premerentur*. 8. At Propheta, qui prædixe-
rit pacem futuram, propheta, *inquam*, ille innoteſcet, quaſi Propheta, quem verè mi-
ſerit Jehova, cùm res continget.

9. Tum ſumſit Chananja Propheta jugum è collo Jeremiæ Prophetæ, ídque con-
fregit, 10. dixítque *idem* Chananja, coram omni populo: ſic dixit Jehova: ita fran-
gam Nebuchadnetſaris, Babyloniorum Regis, jugum, intra biennium, detractum col-
lo omnium gentium. At Jeremias viam ſuam ingreſſus eſt.

11. Factum eſt deinde verbum Jehovæ, ad Jeremiam, poſtquàm Chananja Prophe-
ta jugum collo ejus detractum rupiſſet: 13. Ito & dicito Chananjæ: juga lignea con-
fregiſti, *nunc* facito ferrea, eorum loco; 14. quia ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum,
& Deus Iſraëlis: jugum ferreum collo omnium gentium illarum impoſui, ut ſerviant
Nebuchadnetſari, Babylonis Regi, prætereáque feram agreſtem ei dedi. 15. Ad hæc
dixit Jeremias Propheta: audi, quæſo, Chananja, non te miſit Jehova, ſed feciſti ut
populus hic mendacio confideret. 16. Quare ſic ait Jehova: jam te dimittam è ſuperfi-
cie terræ, hoc anno morieris, quia defectionem contra Deum ſuaſiſti. 17. Mortuus
eſt Chananja Propheta, eo ipſo anno, menſe ſeptimo.

Epiſtola Jeremiæ ad eos, qui Babylonem captivi abducti erant, caſtigatio-néſque eorum, qui ei adverſabantur.

Caput XXIX.

1. HÆC ſunt verba Epiſtolæ, quam miſit Jeremias Propheta Ieroſolimâ, ad re-
liquos Seniorum transmigrationis, ad Sacerdotes, ad Prophetas, univerſúm-
que populum, quem tranſtulerat Nebuchadnetſar Jeroſolimâ Babylonem; 2. poſtquàm
egreſſi eſſent Jechonias Rex, & Regina, & Eunuchi, & principes Judæ & Jeroſoli-
mæ, fabrique, & mercatores 3. *Miſſa autem eſt Epiſtola*, per Elhaſam, Saphanis fi-
lium, & Gemarjam, Chilkijæ filium, quos Babylonem miſit Sedekias, Rex Judæ, ad
Ne-

8. Sed Propheta, qui vaticinatus ſit de multis pacem iis futuram; Propheta, *inquam*, ille innoteſcet, quaſi verus Vates quem Creator miſerit; cùm id, quod prædixerit, continget.

9. Tum verò ſumſit Chananja Propheta jugum è collo Jeremiæ, & confregit, 10. dixitque, audiente toto populo; ſic dixit Creator: Sic rumpam Nebuchadnetſaris, Babyloniorum Regis, jugum, intra biennium, detractum collo omnium gentium. At Jeremias viam ſuam ingreſſus eſt.

12. Deinde Creator adloquutus eſt Jeremiam, poſtquàm Chananja vates jugo ejus collo detracto, id rupiſſet, in hanc ſententiam: 13. Ito ad Chananjam, eique dicito, quoniam juga lignea rupit, debere eum ferrea facere, 14. quia ſic dixit Creator, idemque Deus exercituum, atque Iſraelis: jugum ferreum collo vicinorum gentium impoſui, ut in poſterum ſerviant Nebuchadnetſari, Babyloniorum Genti, prætereaque feras agreſtes ſubjeci; 15. ad quæ Propheta Jeremias ſic Chananjam compellavit: Audito, quæſo, Chananja, & ſcito te nequaquam miſſum a Creatore, ſed feciſti, ut populus confideret mendacio. 16. Quamobrem, ſic ait Creator: non ampliùs terram calcabis, ſed hoc anno morieris, quia populo Judæo auctor fuiſti rebellionis in me. 17. Re ipsâ, mortuus eſt eo anno Chananja, & quidem menſe ſeptimo.

PARAPHRASIS.

1. HOC tempore, litteras dedit Jeremias, Jeroſolima ad reliquias Iſraëlitarum, quæ abductæ fuerant in captivitatem, Sacerdotes, Prophetas totumque populum, quem Nebuchadnetſar abduxerat in captivitatem Babylonem; 2. poſtquam egreſſi eſſent Jechonias Rex, & Regina, & Eunuchi eorum, una cum primoribus Judæ, & Jeroſolimæ præſertim, quos ſequuti ſunt fabri, & mercatores, qui quaſi novi coloni in Babyloniam abducti fuerant. 3. Miſſa autem eſt ea Epiſtola, per Elhaſam, Saphanis filium, & Gemarjam, Chilkijæ filium, quos Babylonem miſerat Sedekias, Rex Judæ, ad Nebuchadnetſarem Babyloniorum Regem, his verbis conceptam:

4 Sic

ſuam; hoc eſt, ad ſua negotia rediit, re illâ omiſſâ.

13. *Nunc facito ferream eorum loco*] ועשית תחתיהן מוטות ברזל *vebaſchitha thahhtheben mototh barzel. Hieronymus* in Commentar. vertit: *& facies*, ſive *faciam*, quia LXX. Intt. habent ποιήσω quaſi legiſſent עשיתי. Quam lectionem ſi ſequeremur, vellet hoc Deus: ſe facturum, ut gravius eſſet Nebuchadnetſaris jugum. Sin minùs, σαρκαστικῶς hoc dicetur à Deo Chananjæ, qui monebitur meliùs facturum fuiſſe, ſi juga ferrea fieri curaſſet, quàm quod fecerat lignea fracta.

14. *Feram agreſtem*] Hoc loquendi genere amplitudinem imperii ſignificari diximus ad C. XXVII, 6.

COMMENTARIUS
In Caput XXIX.

5. P*Lantate hortos* &c.] Decepti multi ex captivis Judæis, falſis vaticiniis, quæ celerem reditum in patriam pollicebantur, negligebant prædia ſibi comparare, eaque arboribus inſtruere: quod nollent eos ſumtus & labores in gratiam aliorum ſuſcipere. Monet eos Jeremias ſatis temporis futurum iis, filiiſque & nepotibus, ut iis fruerentur.

7. Qua-

Nebuchadnezſarem, Babylonis Regem, his verbis: SIC dixit Jehova, *Deus* exercituum, & Deus Iſraëlis, omni tranſmigrationi, quam Jeroſolimâ migrare curavi Babylonem: [5]. ædificate domos, eáſque habitate, hortos, & comedite eorum fructus; ducite uxores, & generate filios, & filias; accipite filiis veſtris uxores, filiáſque veſtras nuptui date viris, & pariant filios & filias; creſcite illic, neque minuamini. [7]. Quærite pacem urbis, in quam feci uti migraretis; orate pro ea Jehovam, quia in pace ejus continebitur pax veſtra. [8]. Sic enim dixit Jehova *Deus* exercituum & Deus Iſraëlis: ne fallant vos Prophetæ veſtri, qui ſunt apud vos, & divini veſtri; ne auſcultetis ſomniis veſtris, quæ habetis. [9]. Falſò enim illi, nomine meo, vaticinantur vobis; non miſi eos, ait Jehova. [10]. Sic enim dixit Jehova: cùm exacti fuerint ſeptuaginta anni, Babylone inviſam vos, & ratum faciam promiſſum meum, de reducendis vobis in hunc locum. [11] Nam novi ego quid cogitem de vobis, ait Jehova; ſunt cogitationes pacatæ, non *quæ* ad calamitatem *vobis inferendam tendant*; ut vobis dem poſteros & ſpem. [12]. Invocabitis me & abibitis; orabitis me, vóſque exaudiam. [13]. Quæretis me, & invenietis, cùm me toto animo quæſiveritis. [14] Inveniar vobis ait Jehova, & reducam captivos veſtros, colligam vos ex omnibus gentibus omnibúſque locis, in quæ vos expuli, ait Jehova; faciámque ut revertamini in locum, è quo effeci ut migraretis; [15]. quia dixiſtis: excitavit nobis Jehova Prophetas, *qui prædicerent nos ituros* Babylonem. [16]. Sic enim dixit Jehova de Rege, ſedente in ſolio Davidis, omnique populo hanc urbem incolente, fratribus veſtris, qui non egreſſi ſunt vobiſcum in captivitatem: [17]. ſic, *inquam*, ait Jehova *Deus* exercituum:

mox

4. SIC dixit Creator, *Deus* Exercituum atque Iſraelis, omnibus iis qui à me Sedekia ſunt miſſi Jeroſolimâ Babylonem; 5. ædificate in Babylonia domos, eaſque habitate, plantate hortos, eorumque comedite fructus; ducite illic uxores liberoſque illic ſuſcipite. Collocate filios veſtros uxoribus; & filias viris, quibus etiam pariant filios & filias. Multiplicamini illic, non vero minuamini numero. 7. Pacem urbis, in quam volui vos migrare, quærite, & preces, pro ea, ad me fundite, quia in ejus pace & tranquillitate continetur etiam veſtra felicitas. 8. Vetuit enim Deus exercituum atque Iſraelis, ne credatis Prophetis veſtris; qui contraria ſuadent, nec veſtris ſomniis. 9. Divini enim falſo nomine meo utuntur, nec à me miſſi ſunt. 10. Poſtquam enim manſeritis per ſeptuaginta annos in Babylonia, vos inviſam; & promiſſum hoc meum exſequar, de vobis in hunc locum reducendis. 11. Neque enim promiſſi oblivifcar; nec de vobis mutabo ſententiam, ita ut novas calamitates vobis immittam, ſed ut ſpem vobis faciam ſpem poſteritatis. 12. Me invocabitis & è Babylonia egrediemini, preceſque veſtras exaudiam. 13. Non fruſtra me invocetis, cùm me ex animo oraveritis. 14. Me exorabilem experiemini, & reducam captivos Judæos ex omnibus gentibus, & omnibus locis, in quos expelli paſſus ſum; 15. quia dixeritis, à me excitatos, qui prædixerint vos ituros fuiſſe Babylonem. 16. Ita enim, loquutus Deus, de Rege in throno Davidis ſedente, totóque populo, qui Jeroſolimæ degit, qui eſt è numero fratrum veſtrorum, qui non eſt vobiſcum in captivitatem abductus; 17. ſic, inquam, ait Creator, idemque Deus exercituum: mox mittam in eos gladium hoſtilem, famem & peſtem, habebóque eos

ut

7. *Quærite pacem urbis* &c.] Optate, & date operam, quoad ejus fieri poterit, ut Babylon pace fruatur atque incolumis ſit; quia calamitatum ejus participes eſſetis, cùm ſeptuaginta annos vos illic manere, apud Deum, ſit conſtitutum. *Pax*, hic ut paſſim, incolumitatem, & rerum omnium copiam ſignificat.

8. *Somniis veſtris* &c.] Quibus Onirocritæ, quo hominum genere Babylon abundabat, ſignificari dicebant proximum reditum in Judæam, blandientes ſtultis, qui gaudebant id ſibi reſponderi, quod ipſi cupiebant, non quod futurum erat.

10. *Promiſſum meum*] *Verbum meum bonum*, quæ περίφρασις eſt ἐπαγγελίας, *promiſſionis*, quam vocem unâ exprimere non poterant Hebræi. Certè nulla in V. T. invenitur.

11. *Quid cogitem*] *Cogitationes, quas ego cogito* &c.

Pacata] *Pacis*.

Poſteros] אחרית *abharith*. Sumitur pro poſteris Pſ. CIX, 13. & infra C. XXXI, 17. Septuaginta omiſerunt hæc verba, ut & multa alia, in hoc libro, in quo ſunt corruptiſſima. *Hieronymus* incommodè *finem* vertit.

13. *Toto animo*] In me ſolo ſpe repoſitâ, eáque firmâ, nec vacillante. Alioquin animus, ſpem inter & metum diviſus, totus Deo adhærere, dici nequit.

14. *Inveniar vobis*] Qui nolunt alii opem ferre, interdum curant negari ſe eſſe domi, cùm ab eo quæruntur; ideóque inveniri eſt auxilium ferre. LXX. Intt. ἐπιφανοῦμαι ὑμῖν, rectè, nam Θεὸς ἐπιφανὴς Græcis eſt Deus favens, ut *præſens* apud Latinos.

Colligam vos] Si modò velitis; nam initio pauciores, edicto Cyri promulgato, redierunt, ſed plures poſtea, numquam tamen omnes; nam ab his temporibus, ad ultima, permulti fuerunt Babylonienſes Judæi, ut nos docet *Joſephus*, & Pandectæ Babylonici juris Hebræorum.

Faciam ut revertamini] Aut certè ut poſſitis redire, ſi velitis.

15. *Qui prædicerent nos ituros Babylonem*] Eſt tantùm Hebraïcè בבלה *Babelah*, quo ſignificatur motus ad locum quod oſtendit præceſſiſſe, aut ſubaudiendum אשר אמרו כי נלכו, *qui dicerent nos ituros*, aut ſimile quiddam. Malè verterat *Theodotion*: ἐν Βαβυλῶνι & Vulgatus,

mox in eos mittam gladium, famem & peſtem, habebóque eos. ut ficus acerbas, quæ comedi nequeunt, quia ſunt malæ [18]. Perſequar eos gladio fame & peſte, faciamque, ut errent per omnia terræ regna; útque ſint exſecrationi, ſtupori, exſibilationi, apud omnes gentes, ad quas eos expulero. [19]. Quia non auſcultarunt verbis meis, ait Jehova, qui miſi ad eos ſervos meos Prophetas; dum mane ſurgo, & *perpetuò* mitto: nec *tamen* audiverunt, ait Jehova. [20]. Vos verò audite verbum Jehovæ, tota migratio, quam Jeroſolimâ Babylonem miſi.

[21]. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum, Deus Iſraëlis, de Achabo, Kolajæ filio, déque Sedekia, Mahaſejæ filio, qui vobis vaticinantur falſa, nomine meo; mox tradam eos in manum Nebuchadretſaris, Regis Babylonis, occidétque eos, coram vobis. [22]. Deſumetur ex illis malè precandi formula toti transmigrationi Judæ, quæ venit Babylone, his verbis: redigat te Jehova, in ſtatum Sedekiæ & Achabi, quos igne torruit Rex Babylonis; [23]. quia neſas admiſerant in Iſraële, cùm mœchati eſſent cum uxoribus proximorum ſuorum, & proloquuti, meo nomine, verba falſa, quæ iis non mandaram. Ego rem novi & teſtor, ait Jehova.

[24]. Semajæ verò Nechelamitæ dices: [25]. ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum, *&* Deus Iſraëlis: quia tu miſiſti, nomine tuo, litteras ad totum populum, qui eſt Jeroſolimæ atque ad Tſephanjam, Mahaſejæ filium, Sacerdotem, & ad omnes Sacerdotes, his verbis: [26]. Jehova te Sacerdotem, loco Iehojadæ Sacerdotis, conſtituit, ut eſſent præfecti Ædi Jehovæ; ad *coërcendum* virum furioſum, & prophetantem, ut eum mitteres in

ut ficus acerbas, quæ nondum poſſunt comedi, quaſi bonæ. 18. In eos immittam cædes, famem & peſtem, prætereáque faciam ut vagentur per omnia terrarum regna; utque omnes gentes eos exſecrentur, eos non ſine ſtupore videant; exſibilenturque apud omnes populos, ad quos, in erroribus ſuis, perveniant, ad quos eos expellam. 19. Hæc faciam, quia mandatis meis aurem nequaquam præbuerint; quamvis ad eos fruſtra miſi ſervos meos Prophetas maturè, & quidem perpetuò. 20. Vos verò præbete aures Creatori, qui in Babyloniam abducti eſtis, quotquot eſtis.

21. Sic verò loquutus eſt de iis Creator, & Deus exercituum, idemque Deus Iſraelis, de Achabo, Kolaiæ filio, deque Sedekia Mahaſeiæ filio, qui falſa vaticinia vobis procudunt, nomine meo: mox tradam in manum Nebuchadretſaris, Babyloniorum Regis, occidétque eos coram vobis. 22. Deſumetur, ex illis hominibus, formula malè precandi omnibus, qui transgreſſi ſunt Babylone, hiſce aut ſimilibus verbis: redigat te Creator in eumdem ſtatum ac Sedekiam, & Achabum, quos vivos combuſſit Rex Babyloniorum; 23. quia neſas commiſerant, inter Iſraëlitas, cum adulteria commiſerant cum uxoribus proximorum ſuorum, & recitarant falſas revelationes, quales non habuerant, nec ego iis mandaram. Quod prout novi teſtor, ait Creator.

24. Semajam verò Nechelamitam ſic adloqueris: 25. Sic dixit Creator, Deus exercituum, & Iſraelis: quia miſiſti tu, nomine tuo, litteras ad totum populum, qui eſt Jeroſolimæ, atque ad Tſephanjam, Mahaſeiæ filium, Sacerdotem atque ad omnes ejusdem ordinis homines, hiſce verbis: 26. Creator te conſtituit Sacerdotem, loco

tus, *in Babylone*. Hoc autem laudat Deus, apud Prophetam, quia hinc intelligere eſt, eos credidiſſe Jeremiæ aliiſque Prophetis, geminas captivitates in Babyloniam, quæ jam contigerant, vaticinatis.

16. *Sic enim dixit Jehova* &c.] De Sedekia, nempe, & iis qui remanſerant in Judæa.

Ut ficus acerbas] כתאנים השערים *chattheenim haſſchoharim*. *Hieronymus* in Comment. *quas Theodotio interpretatus eſt* ſuarim, *Aquilæ ſecunda* peſſimas, *Symmachus* noviſſimas. *Quæ Hebraïcè adpellentur* SVARIM, *ſed Scriptorum vitio, pro media ſyllaba, ſive littera Alpha, Græcum Deltha inolevit, ut pro* SVARIM *legatur* SVDRIM. Sic eſt legendus locus partim *ex Codicibus* partim *ex conjectura*; nam Editor *Hieronymi* nuperus turpiter hìc ſe geſſerat. Hieronymus: *malas*, ſanè שערורה *ſchaharourah*, ab eadem Radice rem abominandam, & horrendam ſonat Cap. V, 30. & שערורית *ſchaharurith*. C. XVIII, 7.

18. *Faciam ut errent*] נתתים לזועה *uthathim lzavehah*, dabo eos in terrorem. Sic in textu ſed in margine לזעוה *lzahavah*. Quod idem, ut puto, ſonat, cùm ſit utrumque à זוע *zouah*, *moveri*. LXX. hæc & alia omiſerunt in Codd. Romano & Alexand. nec erat in Codd. *Hieronymi*, niſi ſub aſteriſcis, deſunt etiam in Ed. Aldina; in Complutenſi verò εἰς κίνησιν, quod commentum eſſe puto doctorum virorum, qui ei editioni præfuerunt. *Theodotion* habebat: εἰς σάλον, *Hieronymus: in vexationem.*

Utque ſint exſecrationi &c.] Quia tertiâ vice, licet moniti exemplis Jehojakimi & Jechoniæ, qui graves pœnas perfidiæ ſuæ dederant, tertià, inquam, vice fidem per nomen Dei datam Babyloniis fregerant, & conſilia omnia Jeremiæ ſpreverant.

19. *Nec tamen audiverunt*] ולא שמעתם *vlo ſchomahthem*, & non audiſtis eos, mutatâ ſubitò tertià perſonâ in ſecundam, veluti κατ' ἀποστροφὴν ad eos, de quibus ſermo eſt; quod Latinè loquenti non licuit, quamvis Latinus Int. ſine neceſſitate βαρβαρίζων ita verterit.

Nebucharetſaris] נבוכדראצר qui ſolet vocari נבונאצר *Nebunetſar*.

22. *Malè precandi formula*] קללה *klalah* imprecatio. Vide ad Gen. XLVIII, 20.

Redigat te in ſtatum] *Ponat te ſicut.*

in carcerem & in nervum. 27. Nunc verò cur non increpaſti Jeremiam Hanathothitam, qui vobis vaticinatur; 28. cùm miſerit ad nos Babylonem, qui diceret: longa hæc res *erit*, ædificate domos, eáſque habitate; plantate hortos, fructúſque eorum comedite.

29. Legit verò Tſephanja Sacerdos Epiſtolam hanc, audiente Jeremiâ Prophetâ. 30. Tum facta ſunt verba Jehovæ ad Jeremiam dicentis: 31. mitte ad omnem transmigrationem *Epiſtolam*, in hanc ſententiam; ſic dixit Jehova de Semaja Nechelamita: quandoquidem vaticinatus eſt vobis Semaja, nec tamen ego eum miſi, fecítque ut confideretis mendacio; ideò ſic dixit Jehova: mox pœnas ſumam de Semaja Nechelamita, déque ejus poſteris; non erit ei quisquam, qui habitet apud hunc populum, nec ſentiet bonum, quod faciam huic populo, ait Jehova, quia de defectione à Jehova loquutus eſt.

Prophetia

eo Jehojadæ, Sacerdotis, ne deeſſent præfecti Templo, ad coercendos viros furioſos, qui vaticinentur 27. Nunc verò cur non caſtigaviſti Jeremiam Hanathotitam; qui nunc vaticinatur vobis? 28. cum miſerit ad nos Babylonem, qui nobis diceret, exſilium longum fore, ideoque ædificandas illic domus, plantandosque hortos, fructusque eorum eſſe comedendos.

29. Legit vero Tſephanja Sacerdos hanc Epiſtolam, audiente Jeremia. 30. Tunc Deus Jeremiam adloquutus eſt ad hanc ſententiam: 31. mitte litteras ad omnes exſulantes, eóque moneto Creatorem ſic loquutum de Semaja Nechelamita, cùm ille vaticinatus eſſet de ipſis, quamvis nullum mandatum ea de re ab eo accepiſſet, feciſſetque ut mendacio fidem haberent; 32. ideo Deum pœnas repetiturum eſſe mox de Semaja, deque poſteris ejus, nec quemquam habiturus qui ſenturus eſſet beneficia, quæ Deus in hunc populum collaturum ſe promiſerat, quia de deficiendo à Deo loquutus erat.

PARA-

Quos igne torruit] Mirum eſt primâ fronte Nebuchadnetſarem, libidinoſæ gentis Regem, nec veri Dei timentem, tam gravi ſupplicio adfeciſſe vivos duos Judæos, quòd adulterium admiſiſſent. Attamen conſtat Perſas & Parthos graviſſimis ſuppliciis adulteros adfeciſſe. *Plutarchus*, in vita Themiſtoclis, p. 125. Tom. I. Τὸ βαρβαρικὸν γένος τὸ πολὺ καὶ μάλιστα τὸ Περσικὸν εἰς ζηλοτυπίαν, τὴν περὶ τὰς γυναῖκας, ἄγριον φύσει καὶ χαλεπόν ἐστιν· οὐ γὰρ μόνον τὰς γαμετάς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτός· ἀλλ' οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι κατακεκλεισμένας, ἐν δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις, ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι: *Barbaræ gentes pleræque, & præſertim Perſæ, zelotypia erga mulieres, ſunt naturâ feræ & moroſæ; neque enim tantùm juſtas uxores, ſed ancillas, etiam emticias & pellices, vehementer ſervant, ne à quo non domeſtico cernantur, utque domi maneant concluſæ, in itinere verò ſub tentoriis undequaque cinctæ, vehiculis ferantur.* Non mirum eſt ejuſmodi hominibus adulteros graves pœnas dediſſe, quod & de Parthis diſertè teſtatur *Juſtinus* Lib. XLI. c. 3. ubi de Parthorum moribus: *Uxores dulcedine variæ libidinis, ſinguli plures habent, nec ulla delicta adulterio graviùs vindicant.* Videntur Babylonii veteres eodem modo ſe geſſiſſe.

Toti tranſmigrationi] Omnibus captivis Tribûs Judæ, abductis Babylonem.

Redigat te Jehova &c.] Hoc eſt, Deus vos redigat ad eaſdem pœnas, quas Rex Babyloniorum ſumſit de Sedekia & Achabo; qui videntur ſimilia peccaſſe.

23. *Ego rem novi*] *Ego ſciens & teſtis, dictum Jehovæ*, aut *Creatoris*.

25. *Deus exercituum & Deus*] Addidi, *&* quòd Latina Lingua id poſtularet.

28. *Longa hæc res erit*] Longum erit exſilium Judæorum in Babylonia; ac ſanè ſub Cyro demum Judæi juſſi redire ſunt in patrium ſolum, quamvis Pſeudo-Propheta contraria vaticinatus eſſet.

Ædificate domos &c.] Plures in exſilio futuri, quamvis mite futurum eſſet.

Plantate hortos] Quorum, nempe, fructus poteritis colligere & comedere; quod fieri non potuit, niſi aliquot annis poſt plantatum hortum.

29. *Audiente Jeremiâ*] *In auribus Jeremiæ.*

30. *Ad omnem transmigrationem*] Ad omnes eos, qui in Babyloniam migrarunt.

Nechalamita] *Euſebius* in locis: Νεελά, ἀπὸ ταύτης τῆς ἀλλοφύλου οὐκ ἐξῆρε Ζαβουλών. αὕτη καὶ ἐν τῇ Βαταναίᾳ Νεελά. Quæ ſic exprimit *Hieronymus*, NEELA. *De hac alienigena Zabulon, non voluit expellere. Eſt hodiéque in regione Batanea vicus nomine Neila.* Ad quæ verba ſic *Bonfrerius*. *Nehela, unde vox patronymica Nehelamites, Hierem.* XXIX. *vers.* 24, 32. *Non ſatis liquet ubi fuerit; ſuſpicio tamen mihi eſſe illam, quam ſuprà in Neela Hierem.* XXIX, 24, 32. *in regione Batanæa reponit.* Sed ex *Nehela* fieret potiùs *Nehelenſis*, aut *Nehelita*.

COM-

Digitized by Google

Prophetia quâ Deus liberationem & feliciora tempora Iſraëli promiſit.

1. VERBA quæ facta ſunt ad Jeremiam à Jehova dicente: 2. ſic dixit Jehova; CAPUT
Deus Iſraëlis: ſcribe in libro omnia verba, quæ tibi proloquutus ſum; XXX.
3. nam venient dies, ait Jehova, quibus reducam captivos populi mei Iſraëlis, & Ju-
dæ, in terram, quâ Majores eorum donaveram, eámque poſſidebunt.
4. Hæc autem ſunt verba, quæ protulit Jehova, de Iſraële & Juda. 5. Sic enim
dixit Jehova: audivimus ſonitum trepidationis & terroris, neque ulla eſt pax. 6. In-
terrogate nunc & videte an maſculus pariat? Quare ego vidi omnem virum, manibus
prementem lumbos ſuos, inſtar puerperæ? omniúmque vultus in pallorem eſt conver-
ſus? 7. Eheu! magnus erit dies ille; ut nullus ſit ei ſimilis, & tempus anguſtiæ illud
erit Jacobo! Sed ex ea liberabitur. 8. Die illo, ait Jehova, *Deus* exercituum, con-
fringam jugum illius è collo tuo, vincula tua rumpam, neque te extranei ampliùs ſer-
vire cogent. 9. Servient Jehovæ Deo ſuo, & Davidi regi ſuo, quem iis excitabo.
10. Tu

PARAPHRASIS.

1. VERBA à Creatore facta Jeremiæ. 2. Scribe in libro quæcumque tibi dixi; 3. erit enim tempus, quo revocabo captivos Iſraëlitas, tam ex Iſraëlitis quàm è tribu Judæ, in agros quibus donaveram eorum Majores, eóſque in pace poſſidebunt.

4. Hæc etiam verba de Iſraële protulit Creator de Juda, reliquíſque Tribubus; 5. audivimus ſonitum territorum, nec ullum rumorem de pace. 6. Alios interrogate an umquam viderint maſculum parturientem. Quare ergo vidi virum lumbos ſuos manibus prementem, inſtar puerperæ, quo factum eſt, ut omnes pallerent? 7. Eheu! inſignis erit ille dies, cui ſimilis non fuit, idémque Iſraëli funeſtus. 8. Attamen eo liberabitur, eóque tempore liberabo collum tuum eo jugo, vincula etiam rumpam, nec exteris parêre cogetur. 9. Soli Creatori Deo, & Regi ſuo amabili

COMMENTARIUS
In Caput XXX.

3. QUibus reducam reduces &c.] Temporibus, ſcilicet, Cyri, & ſequentibus, quod prædixit hîc ipſe Propheta.

6. *An maſculus pariat?*] Eo tempore, quo Nebuchadnetſar longè maximam partem Tribûs Judæ captivam abduxit Babylonem, qui in Judæorum Metropoli manſerant, vocabantur à Babyloniis in eam urbem, ejúſque agros. At Judæi ſibi timebant ab ejus gentis tyrannide, cui inviti parebant, atque ad patriam redibant, è variis locis, per quæ ſparſi fuerant, dum captivitatem fugerent; quamvis à Propheta Eſaïa moniti fuiſſent, vaticinio nequaquam ambiguo, fore ut à Cyro ab ea captivitate liberarentur. Vide Eſaïæ Cap. XLVIII. Attamen ſeu non ſatis fidem ei haberent, ſeu intempeſtivo libertatis deſiderio arderent; noluerunt in Chaldæam, in quam vocabantur, ut hîc videmus, ſe conſerre.

Quare vidi omnem virum manibus prementem lumbos ſuos &c.] Quaſi dolorem paterentur, qualem mulieres gravidæ ſentiant, cùm inſtat iis partus, quem difficiliorem experiuntur. Eos irridet Propheta, ſarcaſmo, quo digniſſimi erant, cùm revelationibus Dei fidem negarent.

8. *Neque te extranei* &c.] Cùm Cyrus eis poteſtatem conceſſit redeundi in patriam, & jugum Babylonicum remiſit. Quod contigit, cùm Judæi juſſi ſunt redire in patriam, duce Zorobabele, qua de re dictum eſt Cap. XXIII, 9.

9. *Servient Jehovæ*] Non cogentur alienos Deos colere, ſed ſolum Creatorem omnium rerum, quem colit unum Zorobabel; quem Judæis præfectum remiſit in Judæam, cum iis omnibus, qui eum ſequi voluerunt. De iis vide Cap. II. Ezræ, & quæ in Commentario habemus.

Davidi Regi ſuo] Hoc eſt, è poſteris Davidis. Vocatur verbo hoc, ut vult *Grotius*, hîc & Ezech. XXXIV, 23. & XXXVII, 24. Sicut *Ptolemæi*, orti à *Ptolemæo*, & ſucceſſores *Cæſaris*, *Cæſares*.

10. *Jacobe*] Qui Jacobo orti erant ſic vocabantur, ut Zorobabelis ſucceſſores de nomine Deceſſoris dicebantur.

11. *Perdam omnes* &c.] Babylonios, eorúmque ſocios, quamvis nominatim non recenſeantur. Eos dicit ſe penitus perditurum loquutione Linguæ Hebraïcæ ſingulari, *faciam conſummationem* עשה כלה *haſche chalah*, hoc eſt, ut videtur, penitus eos perdam; ut in poſterum diſtinctam gentem ab aliis non ampliùs conficiant, aut ſingulari nomine adpellentur.

Te caſtigabo, ſed ut par eſt] למשפט *lamiſchphat ſecundùm judicium*, ut jus poſtulat.

Neque te impune &c.] Nec innocentem habens te quaſi talem dimittam.

12. *Inſanabilis eſt clades tua*] אנוש לשברך נחלה מכתך *æger tua ruptura dolorem parit tuum vulnus*. Difficilè dictu an locus ſit ſine mendo; vix certè vocabula aptè inter ſe conſtrui & grammaticè exponi poſſunt. Hoc unum certò adfirmare poſſumus, deſcribi miſerum ſtatum

10. Tu ergo, ſerve mi Jacobe, ait Jehova, ne timeas, neque terrearis, ô Iſraël; neque enim procul eſt, qui te poſteróſque tuos, è terra captivitatis liberabit, ut revertatur Jacobus: quieſcat, pacatus ſit, nec quisquam eum terreat. 11. Sum enim ego tecum, ait Jehova, ad te liberandum, & penitus perdam omnes gentes, apud quas te diſperſi, ſed te non prorſus perdam. Te caſtigabo, ſed ut par eſt; neque te impunè, innocentis inſtar, abire patiar. 12. Sic enim dixit Jehova: inſanabilis eſt clades tua, & vulnus tuum cum dolore conjunctum. 13. Nemo eſt, qui cauſam tuam ſuſcipiat; ad curationem malorum tuorum, nec medicamenta ſunt tibi, quibus curetur *vulnus*. 14. Omnes qui te amabant obliti ſunt tui, nec te ampliùs quærunt, quia plagam inimici tibi inflixi & ſævam caſtigationem *tibi impoſui*, propter magnitudinem iniquitatis tuæ *& quia* peccata tua invaluerant. 15. Quid clamas propter cladem tuam, *& quòd* immedicabilis ſit dolor tuus? Feci hæc tibi, propter magnitudinem iniquitatis tuæ, *& quia* peccata tua convaluerant. 16. Itaque quicumque te abſumunt, abſumentur *& ipſi*, omnes hoſtes tui in captivitatem ibunt, qui te diripiunt direptioni exponentur, eóſque, quibus prædæ fuiſti, dabo aliis ſpoliandos. 17. Emplaſtrum tibi imponam, & plagam tuam curabo, ait Deus, quia expulſam te vocarunt, *& dixerunt*: ea eſt Sion, quam nemo quærit. 18. Sic dixit Jehova: reducam captivitatem tentoriorum, & tabernabili; quem ei excitabo, ſervient.

10. Tu verò, ô Jacobi poſteritas, ait Creator, nihil metuas; neque enim procul eſt, qui te, poſteroſque tuos captivitate liberet, impediatque quominùs ne quisquam eum terreat. 11. Tibi ego adſum, inquit, Creator, ut te liberem, contrà verò perdam omnes gentes, inter quas te diſperſi; ſed tibi parcam, ne penitus exſtinguaris. Te quidem caſtigabo, ſed te funditus non perdam, quamvis te prorſus ſim deleturus. Te caſtigabo, ſed intra modum, quamvis te, innocentis inſtar, impune non ſim dimiſſurus. 12. Sic enim dixit tibi Creator: incurabilis eſt clades tua nec vulnus tuum ſine dolore. 13. Nemo eſt, qui velit cauſam tuam agere, ut curentur tua mala, nec ſunt tibi medicamenta, quibus ſanetur tuum vulnus. 14. Omnes fœderati tui, qui amore tui flagrabant, tui ſunt obliti, nec te amplius deſiderant; quia tibi vulnus, quaſi hoſtile, à me inflictum eſt, & grave. 15. Cur tantopere quereris, propter iſtam tuam cladem, & vulnus, quod immedicabile eſſe putas? Ita me geſſi, propter magnitudinem tuorum ſcelerum, quæ horrendum in modum creverunt. 16. Ideo quicumque tua abſument, ab aliis viciſſim abſumentur; omnes hoſtes tui captivi, & qui tua diripiunt, erunt & ipſi obnoxii direptionibus aliorum. 17. Tuum vulnus curabo, adhibitis remediis, quia ab hoſtibus maledictis eſt lacerata, & contemtui expoſita; quippe cujus amicitiam nemo quærebat. 18. Teſtatus verò eſt Creator fore ut domum revocaret captivos Iſraelis, miſericordià erga eos permotus, eorumque urbes

tum Judæorum. Sed etiam alibi, in hoc Propheta, durior eſt conſtructio.

13. *Nemo eſt, qui cauſam tuam ſuſcipiat*] *Non eſt judicans judicium tuum ad medelam*] Hoc eſt, qui ſuſcipiat oſtendere cauſam tuam juſtam eſſe, téque contra hoſtes tuos velit tueri; nempe, contra Aſſyrios. Poſtea Cyrus iis victis, & Babylone captâ, Judæis permiſit in patriam redire.

14. *Qui te amabant* &c.] Tales fuerunt Ægyptii, aut alii finitimi populi, quos ignoramus; propter inopiam Hiſtoriæ. Debuiſſent Judæi, & poſt eos Chriſtiani monumenta Orientalium populorum diligenter ſervaſſe. Sed ejuſmodi ſtudia ſpernebant. Multò tamen meliùs de poſteritate meriti, quàm controverſiis ſuis. Unus *Joſephus* fragmenta quædam eorum populorum & temporum reliquit. Sed multùm abeſt, ut doctæ poſteritatis deſideriis ſatisfecerit. Meliùs potuiſſent Chriſtiani, poſt tempora Conſtantini, operam dare colligendis monumentis Veterum, quibus illuſtrari potuit priſca Orientis Hiſtoria; quàm inter ſe exitialibus controverſiis, in quibus ſæpe ambæ partes errabant, certare. Sed hìc non eſt locus ejusmodi querelis, quamvis juſtiſſimis, opportunus.

17. *Quam nemo quærit*] In quam nemo ſe confert, ut in ea habitet, nempe, antequàm Cyrus Zorobabelem in eam mitteret, cùm iis è Judæis, qui patriæ erant cupidi, & qui nec ipſi multi erant. Verùm poſtea eorum numerus magnopere crevit, ut ex Machabaïcis ac temporibus ſequentibus intelligere eſt.

18. *In acervo ſuo*] In ruderibus ſuis, quæ purgatæ ſunt, ut novæ domus ædificarentur,

Domus altæ, more ſuo, habitabuntur] וארמון על משפטו ישב *vearmon hal miſchphato jeſcheb*, & alta domus, ſuper judicio ſuo, habitabit; hoc eſt, quodvis ædificium altum, quale antea fuerat, habitabitur, cùm inſtauratum fuerit. Hoc Caput ita à Græcis Interpretibus, & ab *Hieronymo* verſum eſt; ut quivis, paullò peritior Hebraïcæ Linguæ facilè videat ab iis nequaquam intellectum fuiſſe. Quare ſingillatim hìc eorum verſiones cum Textu Hebraïco non comparabimus. Sic multa alia hujus Prophetæ, quaſi in tenebris palpantes, expreſſerunt. Qui ejusmodi verſionem, non tantùm accuratam, ſed etiam divinitus adflatam, crediderunt, turpiter errarunt. Vir doctus tamen *Iſaacus Voſſius*, Verſionis Græcæ adflatum à ſe credi ſimulabat, ut nonnullis Veterum nimiis admiratoribus (fortè etiam ſimulatis, qualis erat ipſe) gratificaretur.

19. *Augebo reduces*] Eſt in Hebraïco Textu: *multiplicabo illos*; hoc eſt, reduces in patriam, quod Latinè loquenti indicandum fuit.

21. *Erit ecce vir præſtans*] אדירו *addiro* illuſtris

bernaculorum ejus me miſerebit, inſtaurabitur urbs in acervo ſuo, & domus altæ, more ſuo, habitabuntur. 19. Egredietur ex illis laus, & vox gaudentium; augebo reduces, neque minuentur, faciam ut honorentur, neque vileſcant. 20. Erunt filii ejus, ſicut olim *fuerunt*; cœtus ejus coram me confirmabitur, puniámque omnes, qui eum oppreſſerunt. 21. Erit ex eo vir præſtans, & qui dominabitur ex eo orietur; jubebo eum adpropinquare & accedet ad me; quis enim ipſe ſibi ſponderet fore ut ad me accederet, ait Jehova? 22. Eritis vos quidem mihi in populum, ego verò vobis ero in Deum. 23. En procella Jehovæ *in ejus* irâ egreſſa eſt, & turbo diuturnus in capite improborum reſidebit. 24. Non avertetur ardor iræ Jehovæ, donec rem confectam dederit, & donec animi ſui molimina rata fecerit; poſteris diebus rem intelligetis.

Promiſſiones de reſtitutione Iſraëlis; quibus miſcentur vaticinia de vocatione Gentium ad cognitionem veri Dei, de adventu Meſſiæ, déque fœdere novo, eóque æterno cum Iſraële à Deo faciendo.

1. TEMPORE illo, ait Creator, ero in Deum, omnibus familiis Iſraëlis, illi verò erunt mihi in populum. 2. Sic dixit Jehova: conſequutus eſt gratiam in deſerto populus eorum, quos reliquos fecit gladius, *dum* iret Iſraël, ut quietem ſibi CAPUT XXXI.

urbes inſtauratum iri, & Incolis rurſus inſtruendæ. 19. Illi viciſſim Deum laudabunt, non ſine gaudio, eorum numerum aucturum; eúmque minimè minutum iri; adeò ut urbes illæ laudentur, nedum ut vileſcant. 20. Earum incolæ florebunt, ſicut olim, & confirmabuntur, dum pœnas exigam ab iis, qui eos oppreſſerunt. 21. Erit ex eo vir egregius, qui ei dominabitur, & quem ad me vocabo, atque ad me accedet, quamvis ejuſmodi reſtitutionem ſperare vix potuiſſet, ait Creator. 22. Eritis, ò reduces, iterum populus meus, qui me colet; ego verò iis Deum, ſingulari ratione, me præſtabo. 23. A me eorum hoſtibus, veluti procella prodibit, in eorum perniciem, eorúmque capitibus incumbet diuturna. 24. Juſtitia Dei, ſe ſe exſeret, donec res confecta ſit, quod poſtea intelligi poterit.

PARAPHRASIS.

1. EO tempore, inquit omnium Creator, me præſtabo benefactorem omnibus Iſraëlitarum familiis, quæ me colent, ut par eſt. 2. Dixit etiam Deus: Iſraëlitæ, quos gladius non abſumſerit,

luſtris ejus. Erit, nempe, vir inſignis, qui coloniam novam ducet in novam Jeroſolimam; nimirum, Zorobabel, qui, volente Cyro, eam duxit ad rudera Jeroſolimæ reparanda. Eſt tamen illa inſtauratio inchoata, anno ante Æram Chriſtianam DXXXVIII. quo Darius Medus, Rex Babylonis, eſt exutus regno & Caramaniâ donatus à Cyro; eujus annus primus Babylonici regni ab hac Epocha proficiſcitur, indéque in Scriptura numerari conſuevit; qua de re, vide *Petavium* Doctrinæ Temporum Lib. X. C. 16. Hic fuit finis ſeptuagenariæ Captivitatis, quando Cyrus anno XXII. Perſici Imperii, ac Babylonici primo, reditum edicto in patriam Judæis conceſſit, ac inſtaurare eos Templum juſſit; ad quod adductus eſt, cùm edoctus eſſet, ex Eſaia Propheta, Hebræo, maximum Imperium ei prædictum eſſe; qua de re Vide *Joſephum* Ant. Jud. Lib. XI. c. 3. & 4.

23. *En procella Jehovæ* &c.] *Ecce turbinem Creatoris*, in *ardore*, ubi eſt non pro בחמה *behhamah*, omiſſâ præpoſitione, quæ ſæpe ſuppleri debet; niſi ſit omiſſa à Librariis, quorum fortè litterulæ omiſſæ mutantur in figuras. Si in Libris Novi Teſtamenti, ſcripti eo tempore, quo Lingua Græca vulgaris erat, ſunt tot variæ Lectiones; non eſt mirum, ſi à Librariis Judæis, quibus Hebraïca dudum nequaquam erat vernacula, non ſatis adcuratè & ſcripti ſint Codices Hebraïci. Nec ſatis prudenter ſe gerunt, qui emendatiores fuiſſe volunt Libros V. T. quàm Libros N. T. cùm Providentiæ Divinæ multò, ut ita loquar, plus intereſſet ut poſteriores emendati ad poſteritatem pervenirent.

Turbo diuturnus] סער מתגורר *ſahar mithgorar.*

24. *Non avertetur ordor iræ Jehovæ, aut Creatoris*] *Non redibit ardor iræ Jehovæ*; hoc eſt, non revocabitur ejus indignatio. *Hieronymus* habet: *ecce turbo Domini furor egrediens.* Sed parum prudenter juſtitiam Dei *furorem*, quæ vox eſt contumelioſa, vocat, nec ferri poteſt, ubi ſermo de Deo, ab auribus piis. Meliùs & decentiùs multò *indignationem* vocaſſet, nec minùs fidum interpretem ſe præſtitiſſet.

COMMENTARIUS
In Caput XXXI.

1. E*Ro in Deum*] Hoc eſt, favebo Iſraëlitis. Hæc eſt vis loquutionis notiſſima. Quare mirum *Grotium* interpretari: *ero juſtus judex.* Sequentia etiam oſtendunt hæc eſſe promiſſa, non minas.

In populum] Hoc eſt, ſe geret, ut decet cultorem mei, vel mihi parebit.

2. *Conſequutus gratiam*] *Invenit gratiam*; nempe, apud Perſas, cùm antea malè habi-

bi pararet. 3. E longinquo Jehova conſpectus eſt mihi & amore perpetuo, *inquit, ô Sion*, te amavi; proptereáque te benignitate *meâ* traxi. 4. Te iterum ædificabo & inſtauraberis, ô virgo Iſraëlis. Adhuc ornaberis tympanis tuis, atque egredieris cum choro ſaltantium. 5. Adhuc in montibus Samariæ vineas plantabis, & qui plantaverint eas profanabunt 6. Dies enim erit, cùm clamabunt cuſtodes, in montanis Ephraïmi: ſurgite, ut adſcendamus Sionem, ad Jehovam Deum noſtrum. 7. Sic enim dixit Jehova: clamores lætos, Jacobi causâ tollite, exſultate ante Gentes, facite ut audiatur vox veſtra, laudate *Deum* & dicite: ſerva, ô Jehova, populum tuum, reliquias Iſraëlis. 8. Mox ego reducam eos è terra ſeptemtrionali, colligam eos è lateribus terræ. Inter eos cœcus, claudus, prægnans & puerpera unà, cœtu magno, huc revertentur. 9. Cum fletu venient, & beneficiis eos reducam, ducam eos ad torrentes aquæ, per rectam viam, nec in ea ceſpitabunt; quia ero Iſraëli patris loco, atque Ephraimus primogenitus meus erit

10. Audite verbum Jehovæ, Gentes, nunciatéque in inſulis è longinquo & dicite; qui diſperſerat Iſraëlem eum colliget, & cuſtodiet, ut paſtor gregem ſuum. 11. Nam liberavit Jehova Jacobum & vindicavit *ſibi* è manu eorum, qui eo potentiores erant. 12. Venient *Iſraelitæ* lætáſque voces tollent, in edito *colle* Sionis, confluent ad beneficia Jehovæ, ad frumentum, ad vinum, ad oleam, ad minuti pecoris, & boum catulos.

ſumſerit, gratiam conſequentur, in Deſerto, cùm ſibi quietem quærent. 3. Procul ſe manifeſtavit Deus, atque ſic compellavit Jeroſolima: Amore perpetuo te proſequutus ſum, ideóque benignitate meâ ad me adlexi. 4. Te inſtaurabo iterum, ô Virgo Iſraelitis. Iterum etiam ornaberis tuis tympanis, & choreis operam dabis in plateis. 5. Erit etiam tempus, quo in montibus Samariæ vineas plantabis, & qui plantaverint, ejus fructus comedent. 6. Erit enim tempus, quo clamabunt in montanis locis Ephraimis eundum eſſe Jeroſolimam, ad colendum illic Creatorem Deum Iſraëlis. 7. Sic enim juſſit: clamores lætos, propter Jacobi poſteros, tollite, coram aliarum Gentium hominibus. Facite ut omnes vos audiant, & laudate ſimul Deum, additis precibus pro Iſraëlitarum reliquiis. 8. Mox eos in patriam reduces ſiſtam, è regione ſeptemtrionali, adductos per regionem, quæ eſt ad ortum Judææ. Nemo eorum detrectabit in patriam reverti, & ipſi claudi, mulieres prægnantes, & recens enixæ prolem agmini ſe ſe adjungent Synodiæ, cœtu magno, ut in Iſraëlitarum patriam redeant. 9. Favente vento redibunt, & beneficiis meis adjuti revertentur, juxta torrentes aquas Jordanis, aliáſque, per rectas vias, neque ullis incommodis eos morantibus, quia paternâ curâ eos juvabo, per totam viam, neque ceſpitabunt, quandoquidem paternâ curâ eos juvabo; quia me geram inſtar Patris Iſraelitarum, atque Ephraimus erit *inſtar* primogeniti.

10. O Gentes, audite Verba Creatoris, facitéque ut ad remotas inſulas Ethnicorum res perveniat; ſcilicet, eum qui diſperſerat Iſraelem, eum iterum collecturum, & curam ejus geſturum, ut ſui gregis. 11. Nam Creator eum liberavit è manibus eorum, qui erant eo potentiores. 12. Redibunt ergo lætáſque tollent voces in Colle Sionis, ubi fruentur beneficiis Creatoris, qui faciet ut abundet frumento,

tus fuiſſet à Babyloniis, qui impetravit ei miſericordiam in Eremo; è quo egreſſus eſt, ut poſſeſſionem adiret.

3. *E longinquo*] Hoc eſt, poſt ſeptuaginta annos, ſe mihi faventem oſtendit, ut me in Chananæam deſertam ab hoſtibus mitteret.

Conſpectus eſt mihi] נראה לי *nira li.* Hìc paullò ſcabrior eſt ſtylus Prophetæ, qui poſt ſuperiora verba ſubdit: *& amore perpetuo te amavi.* Quare addidimus: *inquit, ô Sion*, & ſequentia verba tribuimus Deo Jeroſolimam adloquenti, quæ ei ſoli tribui poterant.

Inquit, ô Sion] Hæc erant Latinè loquenti prorſus neceſſaria, ut intelligeret Lector cujus ſint verba.

Benignitate mea te traxi] משכתיך חסד *meſchathich hhaſed*, pro בחסד *in benignitate.* Frequens eſt Ellipſis τῶ ב *in.* Sententia eſt, Deum benignitate ſuâ ad ſe Judæos revocare.

4. *O virgo Iſraëlis*] Κατὰ προσωποποιΐαν, figuram Hebræis frequentiſſimam.

Ornaberis tympanis tuis] Non ſunt tympana majora, quibus in bello utebantur, ſed minora, qualia ab Oriente, & Meridie ad Hiſpanos adlata olim ſunt, quæ vocantur ab iis *tambours de Baſque*, quæ digitis pulſantur in choreis.

5. *In montibus Samariæ*] Nimirum, in montibus qui ſunt circa eam urbem.

Eas profanabunt] וחללו *vehhalelou*; hoc eſt, incipient eorum fructibus veſci. Vide not. ad Deut. XX, 6.

8. *E terra ſeptemtrionali*] *Grotius* interpretatur hæc de Media, terriſque circum ſitis. Commodiùs multò intelligi poſſe videntur Syria, & finitimæ regiones, quæ omnes erant ad Septemtriones Judææ, ac in quas ſpargi potuerant Judæi, & unde in patriam faciliùs potuerunt redire, quàm ex Media. Inſpicienti meliores Tabulas Geographicas res patefiet.

E lateribus terræ] Ex finitimis regionibus ad ſeptemtriones ſitis. Sequentia verba aut valde corrupta erant, in Codice Hebraïco, in Codicibus LXX Interpretum, aut in Codicibus Græcis, quæ Hebraïcis nequaquam reſpondent, in ſequentibus, aut etiam aliis.

Inter eos cæcus &c.] Hoc eſt, omnes, ne exceptis quidem iis, qui minimè apti erant ad iter faciendum, quia Perſæ libenter eos dimittebant; quod, regnante Cyro, factum eſt, ut liquet ex Hezdra & Nehemia.

9. *Et beneficiis*] Cyro, nimirum, qui beneficiis maximis eos cumulavit, ut liquet ex Hezræ & Nehemiæ Libris.

10. *Gentes* &c.] Hæc Epiſtrophe ad Ethnicos eſt veluti præludium vocationis eorum ad cogni-

los. Animus eorum erit, inſtar horti irrigui, neque ampliùs dolebunt. 13. Tunc læ-
tabitur virgo, in choro, juvenéſque & ſenes ſimul, convertámque luctum eorum in
gaudium, & mœrorem eorum lætitiâ mutabo. 14. Irrigabo adpetentiam Sacerdotum
pinguedine, & populus meus bonitate meâ ſatiabitur, ait Jehova.
15. Sic dixit Jehova: vox Ramæ audita eſt, planctus & fletus amarus, Rachel plo-
rat, filiorum ſuorum cauſâ, conſolationem reſpuit de filiis ſuis, quia nulli ſunt. 16. Ita
verò dixit Jehova: prohibe vocem tuam ab ejulatu, atque oculos tuos à lacrima; erit
enim merces factis tuis, ait Jehova, atque ex hoſtico revertentur. 17. Spes eſt poſteri-
tati tuæ, ait Jehova, filiíque tui in fines ſuos redibunt.
18. Audivi lugentem Ephraïmum, *dicentémque:* Caſtigaſti me & caſtigatus ſum, ut
juvencus nondum *jugum ferre* doctus; fac ut redeam & redibo; quandoquidem tu Je-
hova Deus meus es. 19. Poſtquàm rediero, conſolationem admittam, & poſtquàm
res mihi innotuerit, percutiam femur *meum*, me pudebit, atque etiam erubeſcam, quia
opprobrium juventutis meæ tuli. 20. Annon filius eſt mihi *quantivis* pretii Ephraïmus?
nonne puer eſt deliciarum *mearum*, cùm, poſtquàm adverſùs eum loquutus ſum, recor-
der tamen adhuc ejus? Ideò commota ſunt ejus cauſâ viſcera mea, atque ejus me miſe-
ret, ait Jehova.

21. Statue

mento, vino, oleo, minutis pecudibus & vitulis. Animus eorum erit inſtar horti irrigui, neque ampliùs dolebunt, ut antea. 13. Tum demum virgo gaudebit in choris, juvenéſque & ſenes unà, luctuſque in gaudium mutabitur. 14 Faciam ut ſatiſiar adpetentiæ Sacerdotum victimatum pinguedine & plebi bonitate meâ, ait Creator.

15. Is autem dixit: auditi ſunt planctus & voces dolentium in Urbe Rama. Rachela, hoc eſt, incolæ tractus de ejus nomine dicti, deflent mortem ſuorum, neque conſolationem ullam admittunt. 16. At Creator: deſine, inquit, ejulare & vociferari; erit enim tibi merces parata, & incolæ tui erunt æquè numeroſi, cùm ex hoſtico revertentur 17. Non minuentur poſteri tui, nec minus populoſus erit tractus, quem incolent.

18. Audivi etiam Ephraimum ſuos amiſſos lugentem, & mihi dicentem ſe à me caſtigatum fuiſſe, ut caſtigatur nondum jugo ferendo adſuetus. Fac verò ut in patriam redeam & reducem me recipiet, quandoquidem, tu Creator, meus Deus es. 19 Poſtquam verò redux ero, præteritarum calamitatum conſolationem admittam; & poſtquam res mihi innotuerit, palam teſtabor me meritò eas eſſe paſſum, ut juventæ meæ opprobrium. 20 Annon Ephraimus fuit mihi filius cariſſimus? Annon etiamnum eſt mihi in deliciis, & cùm, poſtquàm eum objurgavi, libenter ejus memini? Ideo commota mea erga eum ſunt viſcera, & filius qui mihi eſt in deliciis, quandoquidem miſericordia mea erga eum movetur, poſtquam conqueſtus ſum ob rationem, quâ ſe erga me geſſerat. Propterea commota ſunt mea viſcera erga eum, ejúſque etiamnum me miſeret, ait Creator.

21. Ut

cognitionem veri Dei. Ea tamen vocatio numquam fuit ab Judæis facta; certè eo modo, quo facta eſt ab Apoſtolis Jeſu Chriſti, eorúmque diſcipulis; qui plures multò Religioni Chriſtianæ lucrifecerunt, quàm fecerunt umquam Judæi Judaicæ; propoſitâ hominibus longè præſtantiore Religione, quàm erat Judaïca, quæ complectebatur, ut docet Paulus, Chriſti Apoſtolus, tantùm πτωχὰ στοιχεῖα κόσμου, cùm Chriſtiana, qualis eſt in Evangeliis, & Scriptis Apoſtolorum, longè præſtantiſſima, & cui ſimilis nulla, apud homines, umquam ſuerat audita. Hic Propheta præcones vult eſſe non Judæos, ſed Gentiles, ut loquuntur Chriſtiani, qui ad excipiendam illam divinam doctrinam multò aptiores erant, quod eventus confirmavit.

Qui diſperſerat Iſraëlem &c.] Babylonii, captâ Jeroſolimâ, multiſque in ſervitutem abductis Judæis; jam operam dabit ut eos colligat, quod factum edicto Cyri de inſtauratione Jeroſolimæ & de mittendis Judæis, qui eam rurſus colerent.

Eum colliget] Edicto Cyri, qui poteſtatem fecit inſtaurandi Templi Jeroſolimitani, ut & domuum privatarum, iterum ædificandarum, ut videre eſt ex Edicto ejuſdem Monarchæ, quod eſt Hezdræ I.

15. *Vox Ramæ audita eſt*] Hujus vaticinii impleti in natalibus Chriſti hiſtoriam habemus apud Matthæum Cap. II, 18. ad quem locum vide Interpretes, & *Hieronymum*.

Rachel plorat &c.] Rachel ſumitur de tractu terræ, in qua ſepulta erat; & ejus incolarum dolor memoratur προφητικῶς.

De filiis ſuis] Propter poſteros ſuos, qui ſunt interfecti, non tantùm tempore Prophetæ, ſed Herodis Magni. Vide Matth. II, 16.

16. *Revertentur*] Pars quidem juventutis Ramenſis erat occiſa, ſed altera excurſione in agro hoſtili victrix rediit.

17. *Victores*] De hoſtibus Ramenſium.

18. *Audivi lugentem Ephraïmum*] Eſt nimis brevis hiſtoria eorum temporum, ut hæc verba poſſimus ſatis intelligere.

19. *Poſtquàm rediero*] Nimirum, ad meliorem frugem. Ephraïmitæ, tempore Jeremiæ, erant inimici Jeroſolimitanorum, & Idololatræ.

20. *Annon filius quantivis pretii*] *Pretioſus.* יקיר *iakkir*, pretioſus. Paullò Latiniùs rem expreſſimus, & pretii majoris filius habetur qui ad officium redit, quod neglexerat, quàm ſi numquam peccaſſet. Vide Luc. XV, 20. *& ſeqq.*

Puer eſt deliciarum mearum] Hoc eſt, quem in deliciis habeo, eo quòd tam diu idolis deditus tandem ad meliorem frugem rediit;

quod

[21]. Statue tibi ſigna, columellas, ad viam adgeſtam; adtende, viâ, per quam iviſt, revertere, virgo Iſraëlis, revertere ad haſce tuas urbes. [22]. Quò uſque huc illuc vagaberis, filia contumax? nam creabit Jehova rem novam in terra, mulier ambiet virum. [23]. Sic dixit Jehova *Deus* exercituum & Deus Iſraëlis: adhuc hoc verbum dicent, in terra Judæ, ínque urbibus ejus; cùm reducam eorum captivos: benedicat tibi Jehova, *ex* habitatione juſtitiæ, monte Sione. [24]. Habitabunt in ea *terra*, omniúmque ejus urbium

21. Ut poſſis pervenire quò tendis, inſpicito columellas, quæ ſunt ad latera viarum, ut eadem viâ, quâ exieras, ô Virgo Iſraëlis, redeas in patrias urbes. 22. Quamdiu huc illuc vagaberis, ô filia contumax? Si ita te geras, eo te redigat Deus, ut, præter omnium morem, mulieres ambire nuptias virorum cogantur. 23. Sic dixit Creator, *Deus* exercituum, & *Deus* Iſraëlis; adhuc hoc verbum dicent in Tribu Judæ, ejuſque urbibus; cùm domum reducam eorum captivos; bene faciat tibi Creator ex monte Sione, ubi habitat Juſtitia. 24. Habitabunt eam terram, omnéſque

quod illuſtrarunt Interpretes Lucæ, ad locum. Fortè etiam Chriſtus ad hunc ejus locum reſpexit. Si pleniorem Hiſtoriam haberemus decem Tribuum, meliùs intelligeremus quò ſpectet Jeremias. *Grotius* tamen vult Deum rationem hîc reddere cur non decem Tribus ſit reducturus; quia Iſraëlitæ decem Tribuum, (qui ab Ephraimo nominantur, quòd regnum in ejus ſtirpe fuerit) non reſipuerint in Captivitate. Sed non video cur decem Tribûs in captivitate non poſſent ad meliorem mentem rediiſſe, non ſimul & ſemel, ſed paullatim; cùm viderent meliùs ſe haberi à Cyro, ut liquet ex Libris Prophetarum. Hiſtoria Sacra horum temporum obſcura eſt, & brevis, ut nemo poſſit ex ejus ſolo ſilentio quidquam colligere.

21. *Statue tibi ſigna*] הציבי לך ציונים *hatſibi lach tſijunim.* Habet verſio LXX. in quibusdam Codicibus στῆσον σεαυτῇ Σιὼν, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent ציון *Sion*, *Aquila*: ἐπισκόπους, *Symmachus*: σκοπιὰς, *Syrus*: σημεῖα & alia Verſio: ἐπισκόπους. Omnes fuerunt infelices conjectores in ultima voce, nam ציונים nihil eorum, quæ habent, ſignificare poſſunt ex uſu, aut ex analogia Linguæ, aut ex re ipſa. Loquitur Propheta de Jeroſolimitanis mulieribus, aliiſque in patriam redituris; quod ut facere poſſent, auctor eis eſt adhibendorum ſignorum, quæ indicarent viam, quâ eundum eſſet Jeroſolimam atque in alias urbes. Unde intelligere eſt, mulieres Jeroſolimitanas, aliásque hîc intelligendas de mulieribus à pueritia in Captivitatem avectis, quandoquidem reduces vias patriæ ſuæ ignorabant; qua de cauſa, notandæ erant columellis, aliiſque ſignis, ex quibus intelligerent, quæ viæ eſſent ineundæ, ut quantocyus in Metropolin Judææ aliáſque ſe conferre poſſent in urbes patrias.

Columellas] ציונים *tſijunim. Aquila* verterat, ut docent Fragmenta à viris doctis collecta ἐπισκόπους; *inſpectores*, quod teſtatur *Hieronymus*, cujus hæc ſunt verba: *Verbum Hebraicum* SIONIM, *vel in* ſpeculatores, *vel in* ſpeculas *vertitur*, *ut* Aquila & Symmachus *interpretati ſunt. Unde miror quid ſibi voluerit Vulgata Editio*, *ut pro* SIONIM *vel in* ſpeculatores, *vel in* ſpeculas *vertitur*; *ut* Aquila & Symmachus *interpretati ſunt*, *Sion poneret turbarétque Lectoris intelligentiam.* Sed ſi *Hieronymus* conſuluiſſet Syrum aliquem Chriſtiânum, quales tunc non deerant in Palæſtina, ab eo didiciſſet ציין *tſajan*, apud Syros eſſe *ſignare*, *deſignare*, unde facilè intellexiſſet cur *Aquila* & *Symmachus* vertiſſent: ציונים ἐπισκόπους & σκοπιὰς, *ſpeculatores* & *ſpeculas*, homines qui ex certis ſignis norant quibus viis in patriam redire deberent.

22. *Vagaberis*] תתחמקין *tbithbhammakin.* LXX. ἕως πότε ἀποστρέψεις. Vulgatus: *uſque quo deliciis diſſolveris.* Alii aliter, ut *Symmachus*, ſicut vertuntur ejus verba: *uſque quò demergêris in profundum.* Hinc liquet nemini ſatis notum fuiſſe quid hæc ſibi velint, ac ſanè poteſt hîc eſſe mendum Librariorum; ut & in aliis vocibus hujus loci, qui videtur palpandâ corruptione laborare. Certè in ſequentibus tam Hebraïcis, quàm in Græcis, ad finem uſque Libri, multa ſunt quæ dubiæ ſunt ſanitatis, ſed quæ non poſſunt meris conjecturis emendari.

22. *Huc illuc*] Quia urbs capta erat, ac proinde multi patrias ſuas deſeruerant, vagique erant, in aliorum populorum ditionibus.

Filia contumax] Jeroſolima, ſeu Jeroſolimitanæ mulieres, quæ non erant veritati Judaicæ Religioni magis addictæ, quàm aliis, quas etiam ſequebantur. Erat illis abſurda Religio, quæ unà cum cultu veri Dei conjungebat fictitiorum Deorum adorationem.

Creabit rem novam] ברא יי חדשה *bara Jehova bhadaſchah.* Creabit, ſi adcuratè loquamur, non novam rem, ſed patietur à mulieribus id fieri, quod numquam factum erat, aut fieri debuerat; ut novam Religionem uxores docerent viros ſuos; nimirum, Ethnicas ſuperſtitiones, cum Judaica Religione, eſſe miſcendas, eò quod tempore Captivitatis, eas ab Ethnicis didiciſſent.

Mulier ambiet virum] Eum in finem, ſicut videtur, ut eum ad falſas Religiones amplectendas alliceret, quod non ita rarum fuiſſe oſtendit Hiſtoria Regum, qui ſe ſe à cultu unius veri Dei paſſi erant avocari, Salomon ipſe, ſapientiæ causâ laudatus, id peccatum, blanditiis pellicum, commiſerat, (Vide 1. Reg. XI, 33.) quod & alii Reges, pluréſque privati admiſerunt.

Grotius hîc habet ſolere viros ambire puellas, non puellæ viros. *Sic populi erat Deum quærere*, inquit, *at Deum ultro ad populum veniſſe, ejúſque amorem ambiviſſe.* Quod argutum quidem eſt, ſed non poſſet probari eſſe Prophetæ mentem.

Obſerva-

bium *incolæ*, agricolæque ſimul, proficiſcentúrque *eò* gregatim: [25]. Irrigabo ſitientem, omnémque *ineiâ* dolentem ſatiabo. [26]. Propterea evigilavi & vidi, ſomnúſque meus gratus mihi fuit [27]. Mox dies venient, ait Jehova, quibus domui Iſraëlis & domui Judæ concedam prolem humanam, & ſobolem jumentorum. [28]. Quemadmodum vigilanter me geſſi, adversùs eos, ut evellerem, eruerem, deſtruerem, perderem & malè mulctarem eos: ſic vigilabo erga eos, ut ædificem, atque plantem, ait Jehova. [29]. Diebus illis non ampliùs dicent: patres comederunt uvam acerbam, & filiorum dentes

néſque ejus urbium incolæ, & ſimul agricolæ, eòque proficiſcentur, & quidem gregatim. 25. Eam ſiticuloſam pluviâ donabo, & omnes fame laborantes ſatiabo. 26. Quamobrem evigilavi & vidi, ſomnuſque meus jucundus fuit. 27. Mox dies venient, ait Creator, quibus Iſraëlitis & Judæ poſteris largiar prolem humanam & ſobolem jumentorum. 28. Sicut vigilanter iis adverſatus ſum, ut evellerem & malè mulctarem: ſic vigilabo in eorum gratiam, ut eis habitationes ædificem, ac veluti plantem, ait Creator. 26. Eo demum tempore, non ampliùs dicent ſuorum à Majo-

Obſervavit *Lud. Cappellus* in Notis Criticis, prolatâ verſione *Hieronymi*: *Quia Deus creavit rem novam in terra: fœmina circumdabit virum*; addit *Sic Hieronymus*; at LXX. ἔκτισε κύριος σωτηρίαν εἰς καταφύτευσιν καινήν, ἐν σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι. Quæ quo modo congruant cùm Hebraïco textu non videbat, aut quomodo Græci Interpretes conjecerint ſic eſſe loquendum. Verùm & Hebræa verba videntur corrupta, at quæ ſequentur in utraque linguâ, vix poſſunt intelligi, ut jam diximus.

23. *Ex habitatione juſtitiæ*] נוה *nve*, pro מנוה *minneve*, *ex habitatione*, hoc eſt, è monte Sione, ubi juſtus Deus ſingulari ratione aderat. *Hieronymus* habet: *pulcritudo juſtitiæ*, quod ut putat *Capellus*, legeret; נאוה *noavah* à נאה *naah*, gratus, aut amœnus fuit; LXX. verò: ἐπὶ δίκαιον ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. *Grotius* intelligebat Jeroſolimam Religionis ſedem; ſed res ſingulari jure pertinebat ad montem, in quo ſervabatur *Arca Fœderis*; non verò ad totam Jeroſolimam, tempore hujus noſtri Prophetæ, qui ſummam injuſtitiam Jeroſolimitanorum expertus erat, ut ſatis liquet ex his ipſis ejus Vaticiniis.

24. *Proficiſcentúrque eò gregatim*] *Hieronymus* vertit: *minantes greges*; quod probat *Cappellus*, interpretatúrque ex infima Latinitate, quam ſequuti ſunt Galli, in quorum Lingua *mener*, eſt ducere. De voce hac inferioris ævi adeundi viri doctiſſimi, *Carolus du Chesne*, in Gloſſario inferioris Latinitatis, atque *Ægidius Menagius* in Dictionario Etymologico Linguæ Gallicæ ad vocem *Mener*, quæ idem ſignificat.

25. *Irrigabo ſitientem* &c.] Potu eum donabo; hoc eſt, ſoleo efficere ne ſitienti deſit aqua, pluviâ demiſſâ; quæ quidem ubique neceſſaria, ſed præſertim in calidioribus oris, ut in Judæa, Arabia, & vicinis agris. Eſt verbo tenus: *quia inebriavi animam feſſam*, hoc eſt, potum ſuppeditavi hominibus ſiti defeſſis. Quod non immeritò, in calidis oris Palæſtinæ & vicinis, habetur etiamnum ſingularis humanitatis. Undè fit ut ad publicas vias, ad quas ædificata ſunt *Carvanſeria*, hoc eſt, Hoſpitia publica, fodiantur putei ídque humanitatis habeatur. Nec tantùm hoc faciunt Orientalium orarum incolæ, ſed & ſæpe viatoribus gratis cibos ſuppeditari curant,

25. *Irrigabo ſitientem*] Ideò puteos ad vias publicas fodi curabant ut etiamnum faciunt earum orarum incolæ. Eſt verbo tenus: *nam inebriavi animam fatigatam, & omnem animam dolentem explevi.* *Pro fatigatam* habent Græci πεινῶσαν quòd ageretur de *anima*, hoc eſt, *appetentia*, quæ fame, aut ſiti laboraret. Ideò LXX. verterunt πεινῶσαν, vocem Hebraïcam רעבה *rehabah*, famelicam, pro דאבה *debebah*, mœſtam.

Inediâ dolentem ſatiabo] Supplevimus *inediâ*, quod debet animo ſuppleri, in his verbis: *& omnem animum dolentem implevi*, ubi eſt Hebraicè דאבה *daabah*. LXX. Intt. verterunt πεινῶσαν ex re ipſa, potiùs, quàm ex varietate lectionis. *Cappellus* tamen conjiciebat legiſſe eos רעבה *robebah*, fame laborantem. Vox נפש *anima*, apud Hebræos, adpetentiam tam potûs, quàm cibi ſignificat, ut ſæpe diximus.

26. *Evigilavi*] בהקיצותי *bekitſothi*. Hoc eſt, poſt ſomnum tranquillum evigilavi ſponte meâ, non metu, aut clamoribus alienis. Videtur ſupplenda poſt Conjugationem activam vox נפשי excitavi *animam meam*. *Grotius*, qui pluribus illuſtravit Jeremiam, non admodum felix in interpretationibus ſuis fuit; ut ſatis intelligent qui eas expendent. Nos facilè ſummo Viro ignoſcimus, ſi quid non ita expoliverit, ut potuiſſet; ſi in patria potuiſſet vivere & ſtudiis ſolis operam dare. Sed Deo aliter viſum.

27. *Mox dies venient*] הנה ימים באים *ecce dies venientes.* Sed particula הנה *hinneh* ſolet à Prophetis præponi rebus, quæ non ita multò poſt futuræ, ut ſæpiùs diximus. Obſervandum tamen, ad hunc locum, Deum ipſum loqui, cui, cùm ſit æternus, quaſi breviſſimum habetur tempus, quod hominibus brevis ævi longum videtur.

Concedam prolem humanam] *Seminabo* domum Iſraëlis, & domum Judæ *ſemine humano*; hoc eſt, augebo numero poſteros ejus, & greges ejus multiplicabo.

28. *Quemadmodum me vigilanter geſſi erga eos, ut evellerem* &c.] Hoc eſt, ut operam dedi ut numerum minuerem hominum; in ſobole Iſraëlitarum, eámque malè habui: ſic è contrario efficiam, ut numerus eorum poſterorum augeatur, & propagetur non tantùm inter homines, ſed etiam inter ipſorum pecudes.

29. *Non ampliùs dicent: patres comederunt* &c.]

dentes obſtuperunt. 30. Imò verò unuſquiſque, propter ſuam ipſius iniquitatem, morietur; quisquis uvam acerbam comederit, ejus tantùm dentes obſtupeſcent.

31. Mox dies aderunt, inquit Jehova, quibus fœdus novum, cum domo Iſraëlis & domo Judæ, pangam; 32. non quale fuit fœdus, quod cum Majoribus eorum feci, eo tempore, quo adprehendi eorum manum, ut eos ex Ægyptia terra educerem; quod fœdus ipſi quidem fecerunt, ego verò dominii jure eos rexi, ait Jehova. 33. Sed hoc erit fœdus, quod percutiam cum domo Iſraëlis, poſt ea tempora, ait Jehova; indam meam Legem viſceribus eorum, & cordi inſcribam, eróque iis in Deum, & ipſi mihi erunt in populum. 34. Non docebit ampliùs quisquam proximum ſuum, aut quiſquam fratrem ſuum, dicens: cognoſcite Jehovam, nam omnes cognoſcent eum, à minimo ad maximum, ait Jehova; quia placabor eorum iniquitati, nec peccati ampliùs memor ero. 35. Sic dixit Jehova, qui dedit Solem, ut illuceret diei, ſtatáque tempora Lunæ

Majoribus ſuis comeſtam fuiſſe uvam acerbam, ſed ſibi eorum poſteris dentes obſtupuiſſe. 30. Quisque, pro ſua ipſius nequitia, moriturus eſt; ejus tantùm, qui uvam acerbam comederit, obſtupeſcent dentes.

31. Brevi, inquit Creator, erit tempus quo cum ſobole Judæ, & ceteris Jacobi poſteris novum fœdus feriam; 32. non quale fuit, quod pepigi cum eorum Majoribus, cùm eos ex Ægypto eduxi; quod fœdus ab iis fractum eſt; unde factum eſt, ut eos dominii jure rexerim, ait Creator. 33. Hoc erit fœdus, quod cum prole Jacobi feriam, poſtea indam Legem meam eorum animis, quibus eam inſcribam, eróque iis beneficus Deus. 34. Nemo indigebit inſtitutione alius; à quâ diſcet quomodo ſit ei colendus Deus, & qualis ſit; nam hoc omnibus notum erit; nec memor ero peccatorum antea admiſſorum, ſed à quibus abſtinebunt deinceps homines. 35. Sic dixit Creator, qui hominibus dedit Solem, cujus luce fruerentur, ſtatáque

&c.] Erat hoc veluti adagium, quo utebantur Judæi, qui fallò credebant, cùm calamitatibus premebantur, ſe pœnas luere, non tam peccatorum ſuorum, quàm Majorum ſuorum; & contendebant, cùm ſuorum peccatorum arguebantur, ſibi non tam delictorum ſuorum pœnas imponi, quàm peccatorum Majorum, quod falſum erat, & Divinæ Juſtitiæ injurium; cùm potuiſſent eas pœnas fugere, ſi aliter vixiſſent, quàm feciſſent Majores ſui. Inde nata erat proverbialis excuſatio, quâ dicebant à ſe pœnas dari omphacum, quos comederant. Vide Ezechielis XVIII, 22. ubi eadem excuſatio à Propheta caſtigatur. Is Propheta, ut Jeremias, ſtatuit homines, quos caſtigat, quaſi injuſtitiæ Deum incuſantes, non meliorum morum eſſe, quàm Majores eorum fuerant, ac proinde merito ſuo infenſo ſibi Deo pœnas dare.

30. *Quisquis uvam acerbam* &c.] Eſt in his verbis aliquid παροιμιῶδες, quòd occurrit etiam, apud Ezechielem; ad ſignificandum eum tantùm pœnas daturum, qui ſibi eas, culpà ſuâ, contraxerit. Vide Ezech. XVIII, 2.

31. *Mox dies aderunt*] *Ecce dies venientes*, quod tempus adfuturum mox, quo res, quæ agitur, exſequutionem ſortietur. Tempus verò mox futurum dicitur, quo fœdus exſequutioni mandabitur, non more hominum, apud quos res differri multùm dicitur, cùm aliquot ætatibus elapſis tantùm fit. Sed tempus, quod collatum cum ætate hominum longum vocatur à nobis, Deo æterno, & futura quaſi eſſent videnti, breve dicitur. Quod ſenſit *Plutarchus*, libro de iis qui ſerò à Numine puniuntur Tom. II. p. 554. λέγω, πρὸς ἡμᾶς τὸν πολὺν χρόνον· ἐπεὶ τοῖς γε θεοῖς πᾶν ἀνθρωπίνου βίου διάστημα τὸ μηδέν ἐστι; *dico, reſpectu noſtri multum tempus; quandoquidem ad Deos quod adtinet, totum ſpatium humanæ vitæ nihil eſt.* Alia ſimilia plura inveniri poſſunt, in eodem Libro.

32. *Non quale fuit, quod cum Majoribus eorum* &c.] Hoc eſt, nolo vobis imponere leges rituales, quales vobis promulgavit Moſes, poſtquàm vos Ægypto eduxit, ſed quæ vos doceant, veram Virtutem; ſeu verum Cultum quo volebam potiſſimùm coli, quem non ſatis plenè & luculenter revelavi. Eum cultum, in ritibus magna ex parte ſitum, quem conjunctim cum morali promulgari juſſi, Majores veſtri mihi non reddiderunt; quo factum ut ipſi fœdus violarent, atque ego, jure dominii, ab iis exegerem. 33. Itaque alterum fœdus, ſeu novas leges vobis promulgabo, poſt ea tempora. Animis veſtris veluti inſcribam, quod cùm fecerim, vobis favebo, ut veſter Deus, eritiſque vos mihi dicto audientes; nec à vobis terrore erit obedientia extorquenda, idque erit in perpetuum. 34. Nec opus erit ut quisquam alios admoneat eſſe ſui officii cognitionem Dei ſibi ſtudioſè comparare; nam omnes eum ſatis noſcent, non tantùm grandiores natu, ſed etiam juniores.

33. *Cordi inſcribam*] ועל לבם אכתבנה *vebal libbam echthabennah.* Ita memoriæ eorum inſcribam, ut ejus oblivíſci non poſſint, neque monitoris opera neceſſaria ſit futura, ut multis oſtendimus *Artis Criticæ* P. 2. Sect. I. c. 4. §. 9. Hìc tantùm unum atque alterum exemplum è *Platone* proferemus. In Philebo Socrates ſic loquens inducitur: Δοκεῖ μοι ἡμῶν ἡ ψυχὴ βιβλίῳ τινὶ προσεοικέναι: *animus noſter videtur mihi libro cuipiam ſimilis eſſe*; ἡ μνήμη ταῖς αἰσθήσεσι συμπίπτουσα εἰς ταὐτὸν, κἀκεῖνα ἃ περὶ ταῦτά ἐστι παθήματα, φαίνονται σχεδὸν οἷον γράφειν ἡμῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς τότε λόγους· καὶ ὅταν μὲν ἀληθῆ γράφῃ, τοῦτο τὸ πάθημα, δόξαι ἀληθεῖς καὶ λόγοι ἀπ' αὐτοῦ ξυμβαίνουσιν ἀληθεῖς ἐν ἡμῖν γιγνόμενοι· ψευδῆ δ' ὅταν ὁ τοιοῦτος παρ' ἡμῖν γραμματεὺς γράφῃ, τἀναντία τοῖς ἀληθέσιν ἀπέβη; *Memoria in idem incidens ac ſenſus, & illæ quæ in his rebus adfectiones verſantur, orationes quaſdam in animis noſtris tunc mihi quidem propemodùm inſcribere videntur; & cùm vera ſcripſerint, hæc adfectio & opinio veræ*

Lunæ & ſtellarum, ut noctem illuſtrarent; qui fidit mare, ita ut fremuerint fluctus ejus; cui nomen eſt Jehovæ Deo exercituum.

36. Si deſierint ſtata illa tempora, è conſpectu meo, etiam poſteritas Iſraëlis deſinet eſſe gens coram me, per omnes dies 37. Sic dixit Jehova: ſi colligant menſuram cœlorum ſurſum versùs, & perſcrutentur fundamenta terræ deorſum; etiam ego rejiciam totam poſteritatem Iſraëlis propter omnia quæ fecerit, ait Jehova.

38. En dies veniunt, ait Jehova, quibus inſtaurabitur urbs Jehovæ, à turri Chananaëlis ad portam Anguli, 39. progredietúrque linea menſuræ è regione ad collem Garebi & Gohatham uſque circum ibit, 40. totámque vallem cadaverum & cineris & omnes campos ad torrentem Cedronis, & angulum portæ equorum, orientem versùs, *quæ erunt* ſacra Jehovæ; nec umquam poſthac convellentur, aut deſtruentur.

Obſeſſâ

ſtatáque tempora Lunæ & Stellarum, ut noctia tenebras minueret; qui fidit mare Erythræum, frementibus ejus fluctibus; cui eſt denique nomen Creatori, & Deo Exercituum.

36. Si deſierint obſervari ſtata tempora, è conſpectu meo, deſinet etiam illa poſteritas Iſraëlis diſtincta eſſe gens, in perpetuum. 37. Sic pronunciavit Creator: Si quis poſſit metiri Cœlos, ſurſum verſùs, & invenire fundamenta Terræ deorſum; etiam ego rejiciam totam poſteritatem Iſraëlis.

38. Brevi dies, ait Creator, venient, quibus Jeroſolima inſtaurabitur a turri Chananaëlis ad portam Anguli, 39. progredietúrque munitio ad collem Garebi & Gabatham circumibit. 40. Totamque vallem, quæ cadaverum & cineris dicitur, & omnes campos ad torrentem Cedronis & angulum Portæ Equorum, ad Orientem, quæ erunt Sacra Creatoris; nec umquam convellentur, aut deſtruentur.

PARA-

veræ ſunt, & orationes ab ea profectas contingit veras eſſe in nobis, mendacia verò, cùm ejuſmodi apud nos ſcriba ſcripſerit, contraria veris contingunt. Pag. 38. Tom 2. Ed. Stephani. Sic & in Phædro loquitur: Ἐν τοῖς διδασκομένοις καὶ μαθήσεως χάριν λεγομένοις, καὶ τῷ ὄντι γραφομένοις ἐν ψυχῇ περὶ δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν, ἐν μόνοις ἡγούμενος τό, τε ἐναργὲς εἶναι καὶ τέλεον καὶ ἄξιον σπουδῆς: *in ſermonibus qui docendi diſcendique cauſâ dicuntur, & revera ſcriptis in animo de juſtis, honeſtis & bonis, ratus evidentiam eſſe & perfectionem, & id quod ſtudio dignum eſt*, nempe, Lyſias, aut alius quivis ſcriptor. Pag. 278. Tom. III. Sed & alia de hac loquutione diximus in *Arte Critica.*

35. *Stata tempora Lunæ*] Habebant enim, eo tempore, Judæi Menſes Lunares, quibus deſignabant Dies Feſtos.

Fidit mare] In trajectu Maris Erythræi, de quo ſingularem Diſſertationem adidimus ad calcem Exodi.

36. *Si deſierint, ſtata illa tempora*] Reverâ donec ſtetit Jeroſolima, Judæi ſpeciem Regni, aut Reipublicæ ſibi ſervarunt, etiam ſtata tempora & feſta ſervata ſunt. Sunt etiam, apud Judæos, ubicúmque aliquo numero conveniunt in Synagogam, quædam ſimulacra Feſtorum dierum priſci ævi, ſed quæ nullo modo comparanda ſunt feſtis priſci ævi, quæ, cùm ſtetit Jeroſolima, in Judæa celebrata ſunt.

Eſſe gens coram me] Formam aliquam Regni, aut Reipublicæ αὐτονομίαν ſervare; quod à temporibus Hadriani Imperatoris nuſquam impetrare potuerunt, quia eorum διασπορὰ fuit, ſine Auctoritate, qualis fuerat ſtante Jeroſolimâ.

37. *Si colligant menſuram cælorum*] In quibus nullam menſuram poſſunt adhibere homines, ut ſciant quò uſque porrigatur. Quod ita jam oſtenderunt Philoſophi, & Mathematici, ut dubitandi nullus ſit locus.

38. *A turri Chananaelis*] Liquet hanc turrim fuiſſe in latere Jeroſolimæ meridionali ex Nehem. III, 1. & Zachar. XIV, 10. Vide *Joan. Lightfooti* Centuriam Chronographicam Matthæo præmiſſam. Cap. XXVI. & *Onomaſticon Bonfrerianum.*

Ad portam Anguli] Vide eumdem in eodem Onomaſtico, ubi collocatur inter Portam Ephraimi, & Portam Borealem.

Ad portam Garebi] In Onomaſtico Hieronymiano dicitur *collis juxta Hieroſolymam, ſicut ſcribit Hieremias.*

Gobatham] Hoc unum noverat *Hieronymus*, de hac voce, eſſe nomen loci, quem *Gobatham* vocat, & eum fuiſſe Jeroſolimæ vicinum locum, de quo Jerem. XXXI.

40. *Vallem cadaverum, & cineris*] *Euſebius* in locis: Φάραγξ Ἐννὸμ, γῆ Ἐννὸμ Ἑβραϊκῶς, ἡ εἰς ἔτι νῦν γῆ Ἐννὸμ λέγεται Ἑβραϊκῶς. διότι τινές φασιν εἶναι γέενναν· παράκειται δὲ τῇ Ἱερουσαλήμ. λέγεται δὲ εἰς ἔτι νῦν φάραγξ Ἰωσαφάτ: *Vallis Ennon, terra Ennom Hebraicè, quæ etiamnum vocatur terra Ennon Hebraïcè. Ideò nonnulli dicunt eſſe Gehennam. Eſt juxta Jeroſolimam, vocatúrque etiamnum vallis Joſaphati.* Volunt dictum eſſe etiam *Thophet*, quod mactarentur illic, cùm Idololatræ ſuperiores eſſent, etiam victimæ humanæ quæ etiam illic mactarentur adhibito ſonitu Tympani, ne audirentur earum clamores, cùm illic mactarentur. Quo facto, in illa Valle ſepeliebantur. Vide quæ ad hunc locum ſcripſit *Jac. Bonfrerius*, & ad Levit. XVIII, 21. Sed hic Jeremiæ locus vel ſolus rem extra omne dubium collocat.

COM-

Obſeſſâ à Chaldæis Jeroſolimâ, Jeremias in carcerem conjicitur, ubi jubetur à Deo agrum emere, ad Hanathothas, tum Dei miſericordiam ſupplex implorat, à quo reſponſum accipit de exſcidio Jeroſolimæ, captivitate & reditu Judæorum.

CAPUT XXXII. 1. VERBA quæ facta à Jehova Jeremiæ, anno decimo Sedekiæ Regis Judæ, qui fuit octavus decimus annus Nebuchadretſaris. 2. Tunc temporis, exercitus Regis Babylonis Jeroſolimam obſidebat, & Propheta Jeremias clauſus erat atrio cuſtodiæ, quæ erat in Ædibus Regis Judæ; 3. cúmque clauſerat Sedekias Rex Judæ, dicens: cur tu vaticinaris, in hanc ſententiam: ſic dixit Jehova: mox ego tradam urbem hanc, in manum Regis Babylonis, eámque capiet. 4. Sedekias verò Rex Judæ non evadet manus Chaldæorum, ſed tradetur in manus Regis Babylonis, & loquetur os hujus cum ore illius, oculíque ejus oculos illius videbunt. 5. Ducet ille Sedekiam Babylonem, donec eum inviſam, ait Jehova; nec ſi bellum geſſeritis, cum Chaldæis, rem bene geretis.

6. Dixit Jeremias: facta ſunt verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam: 7. en Chanameelem, Sallumi filium, qui venit ad te ut dicat; emito tibi agrum meum, qui eſt ad Hanathothas, nam tibi jus eſt redemtionis, ut *emas*. 8. Venit ergo ad me Chanameel, *Sallumi* filius, patruus meus, prout dixerat Jehova, in atrium cuſtodiæ, & mihi; eme quæſo, inquit, agrum meum, qui eſt ad Hanathothas, in terra Benjaminis; quia tibi eſt jus hereditatis, tuæque ſunt vindiciæ, eme eum tibi. Cùm autem cognoviſſem ita habere verbum Jehovæ, 9. emi à Chanameele, *Sallumi* filio, patruo meo agrum ad Hanatho-

PARAPHRASIS.

1. VERBA Creatoris, quæ audivit Jeremias anno decimo Sedekiæ, Regis Judæ; qui annus octavus decimus Nebuchadretſaris, Babylonis Regis. 2. Is, eo tempore, obſidebat Jeroſolimam, cùm Propheta Jeremias clauſus detineretur in Atrio Cuſtodiæ, quæ erat in Regia. 3. Eum illic cuſtodiri juſſerat Sedekias, Rex Judææ, increpitum eo quòd, nomine Dei, prædiceret fore ut urbs caperetur, & malè facturum Sedekiam, ſi bellum gereret, cum Babyloniis. 4. Sedekias non evadet manus Babyloniorum, in quibus erit donec eum liberem, 5. nec eum adjuvabo.

6. Dixit tum Jeremias ſe hæc a Deo audiſſe: 7. En Chanameelem, Sallumi Filium, qui te inviſet ut tibi vendendum offerat prædium; quod habet in Hanathothenſi agro, & quod potes jure tuo redimere. 8. Cùm verò ſciſſem hoc eſſe conſentaneum voluntati Dei, 9. emi quod vendere cupiebat

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXII.

1. N*Ebuchadretſaris*] Idem vocatur etiam נבוכדנצר Nabuchadnetſar, ſeu ſit hoc à Librariis, ſive ab uſu Babyloniorum. Hìc legimus in Hebræis הדבר *haddabar: verbum quod fuit ad Jeremiam à Creatore, anno decimo Tſidkijæ, Regis Judæ.*

2. *Atrio cuſtodiæ*] בחצר המטרה *babbatſar bammatarah.* Hæc fuerat laxior cuſtodia & fortè honeſtior, in quam ire licebat amicis & fautoribus Prophetæ. Sed in arctiorem cuſtodiam eſt conjectus, quod perſuadere conaretur Urbem dedere Babyloniorum Regi, à quo eam capiendam, per revelationem divinam, acceperat. Quod Sedekias nolebat plebi innoteſcere, ne populus Jeroſolimitanus urbem dederet Babyloniorum Regi, cui ſe reſiſtere non poſſe à Jeremia acceperat.

3. *In hanc ſententiam*] *Dicendo.*

Mox ego tradam] *Ecce ego dans.*

5. *Donec eum inviſam*] Hoc eſt, donec ejus curam geram, eúmque liberem. Eſt antecedens, pro conſequente.

6. *Dixit*] Poſtea; ſed unde putabat Jeroſolimitanum populum Urbe migrare coactum non iri.

7. *En Chanameelem*] Præmonuit Deus Jeremiam, ne negaret ſibi conducere emere agrum, in ſolo, quod Babyloniorum futurum mox eſſet, & cujus fructibus frui non poſſet. Contrarium pollicetur Deus, unde conſtare poterat Jeremiæ & populo Jeroſolimitano non fore ut in Chaldaïcos agros migrare in perpetuum cogerentur.

Emito tibi agrum meum] *Hieronymus*, ad hunc locum, ſcripſit ſolum, quod emendum offerebatur Jeremiæ fuiſſe locum ex iis. *ſub urbanis, quæ Sacerdotibus erant, per ſingulas Tribus; nec erat licitum poſſeſſionem de Tribu tranſire ad Tribum, nec de Familia ad aliam Familiam (unde & filiæ Salphaad accipiunt ſortem inter fratres ſuo) præcipuéque ſuburbana Sacerdotum nulli alii poterant venundari, uſque ad annum remiſſionis, niſi ei quem propinquitas ſanguinis expetebat.* At *Grotius* meritò ei opponit legem Levit. XXV, 34. quæ talia prædia omnino negat poſſe vendi. Quamobrem hæc intelligit de prædio, quod ab avia, aut proavia commune utriſque. Reverâ mulieres, ſi fratre carerent erant heredes parentum, & nubebant aliis, ſi propinquorum earum nollet eas ducere. Conſulendus, hac de re, *Joan. Seldenus*, in opere de ſucceſſione in bona Defunctorum, ex Jure Judaïco.

9. *Sallumi*] Viſa nobis ſupplenda hæc vox, quæ

Digitized by Google

Hanathothas & adpendi in argentum ſeptemdecim ſiclos argenteos. [10]. *Rem* ſcripſi in libello, quem obſignavi, teſtéſque adhibui, & adpendi argentum in ſtatera. [11]. Tum accepi libellum emtionis obſignatum, pro præcepto & inſtitutis, & apertum; [12]. denique librum emtionis Barucho, Nerijæ filio, qui Machſeïæ filius fuit, coram Chanameele, patruo meo, teſtibus; qui ſubſcripſerant libellum emtionis, præſentibus omnibus Judæis qui ſedebant in atrio cuſtodiæ. [13]. Coram iis hoc mandavi etiam Barucho, dicens: [14]. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum *&* Deus Iſraëlis: accipe hos libellos, libellum emtionis hunc, tam obſignatum, quàm apertum; eóſque repone in vaſe fictili, ut ibi maneant diebus multis; [15]. quia ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum *&* Deus Iſraëlis: adhuc ementur domus, agri, & vineæ, in hac terra.

[16]. Poſtea preces ſudi ad Jehovam, in hanc ſententiam, cùm libellum emtionis Barucho, Nerijæ filio, tradidiſſem; [17]. Ah! Domine Jehova, cœlos & terram potentiâ tuâ magnâ, exſertóque brachio feciſti; nec quidquam tam mirabile eſt, quod à te fieri nequeat. [18]. Exerces benignitatem in mille *ætates*, & rependis *pœnas* iniquitatis parentum, in ſinum eorum filiorum, poſt eos. Deus magnus & potens es, cui nomen eſt Jehovæ *Deo* exercituum. [19]. Magni es conſilii & multi operis, quia oculi tui aperti ſunt in omnes vias filiorum hominum; ut tribuas unicuique, pro viis ſuis, & fructum ſtudiis conſentaneum. [20]. Edidiſti ſigna & portenta in terra Ægyptia, *quorum ſervata eſt memoria*, ad hunc uſque diem, & cùm in Iſraële, tum apud *alios* homines, peperiſti

piebat Chanameelus, eiſque ſeptemdecim Siclos argenteos numeravi. 10. Inſtrumentum ejus emtionis conſcripſi, coram teſtibus, & ſummam quam petebat à me Chanameelus ei ſolvi, in pecunia libellâ adpenſa. 11. Tum accepi inſtrumentum quod erat obſignatum, præſentibus teſtibus, prout ſolet fieri, adhuc apertum. 12. Poſtea tradidi Barucho, Nerijæ filio, qui Machſeïo natus erat; coram Chanameelo, patruo meo, teſtibus omnibus qui aderant & ſubſcripſerunt, coram omnibus Judæis qui ſedebant in cuſtodia, 13. iiſdem præſentibus. 13. Coram iis hoc in mandatis dedi ut dixi Barucho, additis hiſce verbis: 14. ſic dixit Creator, Deus exercituum, atque Iſraëlitarum; accipe hos duos libellos, unum quidem & ſubſcriptum & clauſum, alterum verò apertum; eóſque claude in vaſe fictili, ut diu illic maneant; 15. quia dixit Creator, Deus exercituum atque Iſraëlitarum, adhuc ementur domus, agri & vineæ, in hoc loco.

16. Quo facto, preces Deo obtuli, in hanc ſententiam, poſtquam dediſſem libellum emtionis Barucho, Nerijæ filio; 17. O Domine Creator, cœlos & terram magnâ tuâ potentiâ feciſti; nec quidquam eſt tam mirum, quod à te fieri nequeat. 18. Benignitatem tuam ad milleſimam ætatem exerces & pœnas iniquitatum Majorum ſumis ab eorum poſteris. Deus magnus & potens eſt, qui vocatur Creator Deus exercituum. 19. Sapientiſſimus es, ô Deus, & potentiſſimus ad exſequendum quod facere vis, quia noviſti quomodo ſe gerant homines; ut unumquemque habeas, quemadmodum vivit. 20. Ea miracula feciſti in Ægypto, quorum numquam exſtinguetur memoria, quæ ad nos pervenit, & quibus non tantùm apud Iſraëlitas, ſed & alios homi-

quæ non eſt expreſſa, quia ex ſuperioribus colligi poteſt.

Septemdecim ſiclos argenteos] Aut erat exiguus ager, aut erat Jeroſolimæ tunc temporis rara pecunia, aut fortè occultata ab iis, qui habebant, metu Chaldæorum. Ad hæc accedebat, quòd dubium erat annon Chaldæi vellent à ſe redimi ſolum, quod armis ſibi adquiſiverunt.

10. *Rem ſcripſi in libello*] Ex formula, quæ tunc inter Judæos uſitata erat. Hæc omnia erant veluti pignora prophetica recuperationis Jeroſolimæ, quamvis ſeræ, ut bonis civibus ſolatio eſſent; qui, ſi Prophetam habebant Jeremiam, non poterant dubitare de recuperatione Jeroſolimæ.

17. *Ah! Domine* &c.] Videntur hæc verba eſſe comparatio; cujus ἀπόδοσιν, ſupplendam facilè à quovis, omittit Propheta.

17. *Nec quidquam* &c.] לא יפלא ממך כל דבר *lo jippale mimmecha chol dabar*, hoc eſt, non tibi nimis erit mira omnis res; hoc eſt, nihil eſt tam mirabile, ut à te fieri nequeat. Eſt Hebraïſmus notus, qui verbotenus, in alia Lingua, exprimi nequit, quamvis ſenſus non ſit dubius.

18. *Rependis pœnas iniquitatis* &c.] Pœna quidem propriè dicta ſoli deliquenti infligitur; ſed dicitur tamen etiam repeti à poſteris ejus, quia etiam in eorum prolem propagatur; niſi fortè proles ſanctimoniâ vitæ Deum flectat. Sequentia verba hoc ipſum exprimunt, in verſu 19.

19. *Multi operis*] רב עלילות *rab haliloth* multus operibus, quæ ſequela ſunt conſiliorum. Vide *Val. Schindlerum*.

Vias filiorum hominum] Tam malas, quàm bonas.

Studiis conſentaneum] Prout adfecti ſunt homines.

20. *Quorum ſervata eſt memoria*] Sunt hæc neceſſariò ſupplenda, ſive antiquitate exciderint, ſive κατ' ἔλλειψιν omiſſa à Propheta fuerint, facilè à doctioribus ſupplenda. Sed vereor ne interdum figuræ Rhetoricæ tribuàmus, quod tempori aut Librariis debemus. Certè verba ſimilia deſunt, quæ ſi omittantur, ſententiam Scriptoris imperfectam relinquimus.

Cùm in Iſraële, tum apud alios] Eſt in Prophetæ noſtri Codicibus: בישראל ובאדם *biſchraël, oubeadam*, ubi fortè meliùs leges ובארם *& in Aram*; hoc eſt, inter Syros, populos finitimos Judæis ad Septemtrionem Judææ. De eo nomine, quod latè patentis regionis fuit,

 multis

periſti tibi nomen, quale eſt hodie. 21. Eduxiſti populum tuum Iſraëlis, è terra Ægyptia, adhibitis ſignis, manu forti, brachióque exſerto & terrore magno 22. Donaſti eos hac terrâ, quam juraveras Majoribus eorum te iis daturum, eámque lacte & melle fluentem. 23. Ingreſſi eam ſunt & poſſederunt, nec auſcultarunt voci tuæ, ex lege tua non vixerunt, non fecerunt quidquam eorum, quæ eos facere juſſeras; propterequáque ut omnis hæc calamitas iis contingeret effeciſti. 24. En aggeres admoti ſunt, ad hanc urbem capiendam, urbs tradita eſt in manum Chaldæorum eam oppugnantium, propter gladium, famem & peſtem; quidquid dixiſti fuit; en *rem* vides. 25. Tu tamen dixiſti mihi, Domine Jehova: eme tibi agrum argento, atque adhibeto teſtes, cùm urbs tradenda ſit in manum Chaldæorum.

26. Verba verò Jehovæ facta ſunt Jeremiæ, in hanc ſententiam: 27. Ego ſum Jehova, Deus omnis carnis; an ulla res eſt tam mirabilis, ut à me fieri nequeat? 28. Quare ſic dixit Jehova: mox tradam urbem hanc in manum Chaldæorum, atque in manum Nebuchadretſaris, Regis Babylonis, eámque capiet. 29. Ingredientur Chaldæi, qui hanc urbem oppugnabunt, eam accendent & igne comburent, ſimúlque domos, in quarum tectis incolæ Bahali ſuffitum obtulerunt, & libarunt libamina Diis alienis, ut me irritarent; 30. poſteri enim Iſraëlis, & poſteri Judæ fecerunt quod mihi diſplicet, à pueritia ſua; nam profectò Iſraëlitæ, manuum ſuarum opere, iram meam moverunt, ait Jehova. 31. Hæc urbs accendit iram atque indignationem meam, à die quo condita eſt, ad hunc uſque diem, ut à conſpectu meo eam amoverem; 32. propter omne malum, quod poſteri Iſraëlis & Judæ fecerunt, ut me irritarent; cùm ipſi, tum etiam eorum Reges, Principes, Sacerdotes, Prophetæ, viríque è *tribu* Judæ & incolæ Jeroſolimæ.

homines æternam tibi gloriam peperiſti, qualis eſt etiamnum hodie. 21. Eduxiſti populum tuum, Jacobo oriundum, ex Ægypto, editis inſignibus miraculis, & potentiâ divinâ, quâ Ægyptios terruiſti. 22. Diviſiſti Iſraëlitis agros, quibus te eos donaturum Majoribus eorum juraveras, & qui abundant gregibus pecoris & apibus magnâ copiâ mellis abundantibus. 23. Eos agros ingreſſi ſunt & ſibi vindicarunt; nec tamen ſanctiſſimis legibus, ut par erat, paruerunt; quamobrem ſibi maximas calamitates crearunt. 24. Quamobrem Jeroſolimam Chaldæi, aggeribus admotis, expugnarunt, dum oppidani fame & peſte intrà laborarent, nec poſſent vim hoſtilem diutiùs ſuſtinere; quomodo minas tuas, ô Deus, exſequuti ſunt hoſtes, quod Iſraëlitis minatus eras? 25. Me tamen, Domine Creator, emere agrum, præſente pecuniâ, adhibitis teſtibus, quamvis Jeroſolima ſit in manus Chaldæorum tradenda, juſſiſti.

26. Creator verò Jeremiæ raſpondit in hanc ſententiam: 27. Ego ſum Creator omnium Hominum Deus, à quo nihil eſt tam mirum, quod fieri nequeat. 28. Quare ſic loquutus eſt Creator: tradam mox hanc urbem Jeroſolimam, in manum Chaldæorum, quorum Rex eſt Nebuchadretſar, eámque capi ab eo patiar. 29. Ingredientur ergo Jeroſolimam Chaldæi, qui eam nunc oppugnant, eámque comburent; abſumentur Ædes, in quibus Jeroſolimitani habitant, & obtulerunt Diis alienis, ut iram meam moverent. 30. Poſteri enim omnes Jacobi & Judæ fecerunt quod mihi maximè diſplicet, à pueritia ſua; nam certè ſimulacris ſuis iram meam moverunt. 31. Jeroſolima præſertim accendit indignationem meam, à die quo condita primùm eſt, ad hoc uſque tempus; 32. quaſi cuperet me eam à conſpectu meo amovere; 32. propter vitia & malefacta ejus ab initio, quo condita fuit ad hoc tempus:

multis egit *Joan. Seldenus*, in Prolegomenis Operis *de Diis Syris*, quod adiri poterit.

21. *Adhibitis ſignis*] Ope miraculorum, quæ apud Moſem legi poſſunt.

24. *Aggeres admoti ſunt* &c.] Notiſſimum eſt eos, qui urbem mœnibus cinctam, atque à praeſidio defenſam oppugnabant, aggeres, uſque ad muros promoviſſe, machinas ſuas, & tela propugnaſſe; donec rupto urbis muro, cogerentur ſe obſidentibus dedere. Hoc facto, dabant operam obſeſſores, ne aliae copiae in obſeſſam urbem ingrederentur.

24. *Propter gladium* &c.] Ne ad internicionem redigerentur, morbisque & fame, ad deditionem cogerentur.

27. *Omnis carnis*] Dominus omnium hominum, qui caro ſunt, nec omnipotenti Deo reſiſtere poſſunt, cùm exſcidium eorum decrevit. Quod videre licuit Judæis, præſertim cùm eſt à Tito Veſpaſiano capta Jeroſolima.

29. *In quarum tectis incolæ Bahali* &c.] Videntur cultores eorum fictitiorum Deorum, qui *Babales* vocantur, non in Templo à Salomone ædificato; ſed in tectis Ædium ſuarum ſacra iis Diis feciſſe; ut è locis elatis, quæ in eorum poteſtate erant, cùm Templum Salomonis etiamnum à Sacerdotibus, è proſapia Aharonis, teneretur.

33. *Verterunt ad me cervicem*] Scilicet, ad cultores veri Dei, qui hìc loquentes inducuntur. Hæc aliáque ſimilia inde orta ſunt, quòd Idololatræ Jeroſolimæ auderent inſaniam profiteri.

35. *In valle filii Hinnomi*] Vide de hac valle dicta ad Cap. XXXI.

Ad traducendos per ignem] Addidimus: *per ignem*, quia re verâ comburebantur victimæ humanæ in honorem *Molechi*, aut *Molochi*; ut rectè oſtendit *Joan. Seldenus* in Libro de Diis Syris Synt. I. c. 6. contra eos, qui aliter ſenſerant. Opus illud eſt in omnium ejusmodi rerum amantium manibus, & nuper unà cum ceteris ejus Operibus iterum in lucem emiſſum, Tom. II. anno MDCCXXVI.

36. *Gladio, fame & peſte*] Mala fuerunt obſ-

roſolimæ. 33. Verterunt ad me cervicem, non verò vultum; cúmque eos docerem, mane ſurgens atque inſtituens, non audiverunt tamen *me*, ita ut diſciplinam admitterent. 34. Abominanda ſua *numina* collocarunt in Æde, quæ de nomine meo vocabatur, ut eam pollucrent. 35. Struxerant loca excelſa Bahali, in valle filii Hinnomi, ad traducendos *per ignem* filios ſuos & filias ſuas Molecho; quòd nec eos juſſi, nec umquam cogitavi; ut, abominandâ hac re admiſſâ, Judam ad peccandum adducerent.

36. Nunc verò, ſic dixit Jehova, Deus Iſraëlis, de hac urbe, de qua vos dicitis: gladio, fame & peſte traditur Regi Babylonis; colligam ejus incolas, ex omnibus terris, in quas eos disjeci, in ira mea, excandeſcentia atque indignatione magna; faciámque ut redeant in hunc locum, ſecuréque in eo habitent. 38. Tum illi quidem mihi erunt in populum; ego verò ero eis in Deum. 39. Dabo illis cor unum, & viam unam, ut me revereantur omnibus diebus, in utilitatem ipſorum, & filiorum poſt eos. 40. Percutiam cum iis fœdus perpetuum, numquam fore ut ab iis retrò abſcedam, ne iis *amplius* benefaciam meíque reverentiam animis eorum, ne à me deficiant, indam. 41. Gaudebo eorum cauſâ, dum iis benefaciam, veréque plantabo eos in hac terra, toto corde meo & totâ animâ; 42. quia, ſic dixit Jehova, quemadmodum immiſi huic populo omnem hanc magnam calamitatem: ita etiam faciam, ut contingant iis omnia bona, quæ de iis proloquutus ſum. 43. Poſſidebitur ager in hac terra, quam dicitis eſſe vaſtitatem, ſine hominibus & pecudibus, & datam Chaldæis. 44. Agros argento ement ſcriptâ in libello *emtione*, obſignatâ, & teſtibus in terra Benjaminis adhibitis, ut & circa Jeroſolimam, in urbibus Judæ, cùm montanis, tum campeſtribus, & meridianis, nam captivos Judæorum reducam, ait Jehova. *Promiſſa*

pus; ut ejus incolas expellerem, procul à Templo Jeroſulimitano. 33. Verterunt mihi cervicem, cúmque eos revocarem ad officium ſuum; miſſis ad eos Prophetis quàm primùm, me non audiverunt. 34. Abominandorum ſuorum Deorum ſimulacra collocarunt in Templum, quod de nomine meo vocatur, ut id pullerent. 35. Loca excelſa ſtruxerunt Bahali, in valle filii Hinnomi, ut illic liberos ſuos traducerent per ignem in honorem Mulechi; quod nec eos juſſi, nec umquam cogitavi; ut, re abominandâ admiſſâ, Judæ Tribum ad peccandum incitarent.

36. Nunc verò ſic ait Creator, Deus Iſraëlis, de hac urbe, quam dicitis, tradi fame & peſte, Babyloniorum Regi; 37. colligam incolas ejus, ex omnibus terris, per quas ſunt ſparſi à me, & quidem iis vehementer irato, faciámque ut redeant Jeroſulimam, in qua ſecurè poſthac habitent. 38. Tum quidem erunt verè mei cultores, atque ego verè eorum Deus. 39. Faciam ut ſint concordes, habeántque eamdam erga me Religionem, in propriam ipſorum utilitatem & liberorum illorum. 40. Perpetuum percutiam cum iis fœdus, quo pollicebor me eos numquam deſerturum, ita ut non ampliùs iis benefaciam, méque mei reverentiam eorum animis injecturum, ne à me deficiant. 41. Libenter iis benefaciam, iiſque ſedes dabo;, in hac terra, libentiſſimè, 42. quia ſic loquutus eſt Creatur; quemadmodum huic populo tantam calamitatem immiſi: ſic faciam ut ei contingant omnia bona, quæ dixi. 43. Poſſidebitur & culetur hæc terra, quam dicitis vaſtatam, & deſtitutam hominibus & pecudibus, ac Chaldæis relictam. 44. Agros numerato ære ement, inſtrumentúmque emtionis ſcribetur, adhibitis teſtibus in agris Benjaminitarum, ut & iis, qui ſunt circa Jeroſolimam, in urbibus Judæ, cùm montanis, tum campeſtribus & ad meridiem ſitis; nam captivos Judæos in patriam reducam ait Creator. PARA-

obſidionis Jeroſolimæ, quibus videbatur tradi in manum Babyloniorum Regis.

37. *Colligam ejus incolas*] Quod contigit tempore Cyri, Perſarum Regis, ut liquet ex Libris Ezdræ & Nehemiæ.

In ira mea, excandeſcentia, atque indignatione magna] באפי ובחמתי ובקצף גדול *beappbi oubabhamathi oubeketſeph gadol.* Eſt hìc coacervatio verborum indignationem ſignificantium; ut Lectores intelligant juſtitiam Dei ſummopere fuiſſe ab improbis hominibus provocatam. Nolim tamen pro *ira*, quæ nomen eſt adſectûs, qui intra fines ſuos coërcitus nihil ſignificat, quod cum clementia & manſuetudine pugnat; nolim, inquam uti voce *furor*, aliiſque quæ adfectus vitioſos ſignificant; à quibus longè longéque abeſt Deus, qui eſt ipſa manſuetudo, atque ipſa miſericordia & procul abeſt, ab omnibus adfectibus ſimilibus iis, quibus homines exardeſcunt. Itaque nolim de Deo verba faciens uti voce furor, quæ eſt nomen vitii. Sed ſub Oeconomia Legis, ubi Deo res erat cum vitioſo populo, vehementiùs erat loquendum, ut commoveretur. Erat commovendus, aut coërcendus populus, ideóque compellandus acriore oratione. Sed omnia intelligenda θεοπρεπῶς, ubi de eo ſermo eſt, quamvis, propter penuriam propriorum verborum, oratio idonea nobis deſit.

39. *Cor unum* &c.] Faciam ut concordes ſint.

Viam unam] Simile vivendi inſtitutum, prout Lex Moſaïca exigebat à Judæis; nam in ſectis aliarum gentium erat magna varietas, propter diſſenſum de Diis, déque cultu, qui iis debebatur.

43. *In hac terra*] In agris regni Judæ jam plus ſatis à Babyloniis devaſtati.

44. *Scripta*] Ut vidimus factum fuiſſe inter ipſum & conſanguineum, & unde liquebat, fore ut Judæi viverent, venderent, ſi quid vendendum haberent, conſcripto ea de re inſtrumento. Hæc autem non poterant fieri in Urbibus Judææ, niſi eſſent ſui juris, & niſi priſcæ Leges Civiles apud eos obſervarentur, quomodo antea obſervatæ fuerant. Quæ oſtendebant fore, ut res Hebræorum iterum florerent quomodo reverâ factum eſt.

Promiſſa Dei de reductione captivorum in Judæam, ejúſque urbium inſtauratione, déque fœdere perpetuo cum Iſraële pangendo.

Caput XXXIII. 1. SECUNDUM facta ſunt verba Jehovæ, ad Jeremiam, cùm in atrio cuſtodiæ etiamnum detineretur. 2. Sic dixit Jehova, qui *rem* facturus eſt, Jehova, qui eam formabit & ſtabiliet, cui Jehovæ nomen eſt. 3. Invoca me, & te exaudiam, nunciabóque tibi res magnas & difficiles, quas non noſti. 4. Sic enim dixit Jehova, Deus Iſraëlis, de domibus urbis hujus, déque domibus Regum Judæ, quæ deſtructæ ſunt, ad aggeres atque ad vaſtitatem; 5. quas ingrediuntur ut pugnent cum Chaldæis, easque impleant cadaveribus hominum, quos in ira atque excandeſcentia mea cecîdi, & quia abſcondi huic urbi vultum meum, propter univerſam hominum nequitiam. 6. En ego ei imponam emplaſtrum & medicamentum, curabóque eos, & iis multam pacem & fidem oſtendam. 7. Faciam ut redeant captivi Judæ, & captivi Iſraëlis, cóſque augebo prole, ut initio. 8. Mundabo eos ab omni ſua iniquitate, quâ deliquerunt in me, parcámque omnibus iniquè factis, quibus in me peccarunt, & quibus à me defecerunt. 9. Parabit mihi nomen *quo* gaudebo, laudem & decus apud omnes terræ gentes; quæ audient omnia beneficia, quibus eos adfecero, & timebunt; treméntque, propter omnia beneficia, univerſámque incolumitatem quam in eos contulero. 10. Sic dixit Jehova: audietur adhuc in hoc loco, quem vos dicitis deſertum, ſine hominibus & pecudibus, in urbibus Judæ & *præſertim* in plateis Jeroſolimæ deſolatis, ſine homine, ſine incola, & ſine pecudibus, 11. vox gaudii, vox lætitiæ, vox ſponſi, & vox ſponſæ, vox dicentium: laudate Jehovam *Deum* exercituum, quia bonus eſt Jehova, & quia in æternum eſt ejus benignitas; *& vox* inferentium laudes Ædi Jehovæ, quia reduxero captivos terræ, quales erant initio, ait Jehova. 12. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum: adhuc erunt

PARAPHRASIS.

1. ITERUM Creator adloquutus aſt Jeremiam, cùm adhuc in atrio detineretur. 2. Sic loquutus eſt Deus, qui rem inchuavit, eámque perficiet: 3. invoca me & te exaudiam, téque docebo res magnas, quas ignoras. 4. Sic enim dicit Creator, Deus Iſraëlitarum, de domibus Jeroſolimæ, déque Regiis ædibus, quæ ſunt dirutæ ad aggeres urbis, atque ad loca ejus vaſtata ab hoſte; quò ſe conferunt, ut Chaldæos vi repellant, 5. & repleant locum cadaveribus humanis, quæ illic manſerunt, & quæ, pro juſtitia mea, cædi paſſus ſum, propter nequitiam incolarum hujus urbis. 6. Tum verò populu Jeroſolimitano malè habitu auxilium feram, efficiamque ut fruatur pace, pro fide data. 7. Faciam ut captivi, è proſapia Jacobi, captivitate illa liberentur, eóſque numero augebo, ut initio. 8. Eos purgabo ab omnibus ſuis vitiis, quibus me offenderunt, atque à ma defecerunt. 9. Mihi parabunt famam, quâ gaudebo, apud omnes terrarum populos, qui audient, quot & quantis beneficiis eos adfecerim, & me timebunt. Timebunt me propter omnia beneficia & incolumitatem, quibus eos donavi. 10. Sic etiam loquutus eſt Creator: in hac urbe, quam vos dicitis eſſa deſertam hominibus & pecudibus deſtitutam, 11. hilares voces audientur eorum qui connubio conjungentur & dicentium: laudate Creatorem, propter ſummam ejus beneficentiam, quia captivos Judæorum in patriam revocarit, ut in ea vivant, ut antea ſolebant. 12. Sic loquutus eſt Creator, Deus exarcituum; erunt adhuc in hac terra deleita, in qua

COMMENTARIUS
In Caput XXXIII.

2. *QUi rem faciet*] עשה *boſcheh*, faciens, rem, nempe, quam pollicitus eſt.

Cui Jehovæ nomen] Adluſio eſt, ad ſignificandum Deum *facturum ut fiat* quod pollicitus eſt; nam יהוה non tantùm eſt, *qui eſt* & *erit*, ſed qui *jahaweh* faciet ut ſit, quod promiſit. Vide dicta à nobis ad Exodum C. VI, 3. quæ hoc loco egregiè confirmantur.

Formabit & ſtabiliet] *Formans eam, ad confirmandam eam.* Hîc interpres Græcus, qui, magnâ licentiâ uſus eſt, habet: ὅυτως εἶπε Κύριος, ποιῶν γῆν, καὶ πλάσσων αὐτὴν τοῦ ἀνορθῶσαι αὐτήν.

Res magnas & difficiles] גדלות ובצרות *gedoloth oubtſuroth.* Altera harum vocum vertitur propriè *munita*, cùm agitur de munito loco ut Eſaiæ II, 14. & Zachar. XI, 7. Sed cùm hîc agantur *res difficiles*, vertimus eo verbo. Adi de hac voce *Val. Schindlerum* & *Edm. Caſtellum*, in Lexicis.

4. *Quæ deſtructæ ſunt ad aggeres*] Quia cùm Urbis obſeſſæ & ejus perrupti ſunt exteriores muri, ſæpe novus murus interior excitatur, ne illac irrumpere poſſint obſeſſores; & deficientibus aliis lapidibus, ex ædificiis firmioribus, quales Regiæ, lapides ſolent ſumi. Illo altero muro, qui ante obſidionem non fuerat, ſiſtebatur impetus obſidentium, olim quemadmodum non ita pridem.

5. *Abſcondi huic urbi vultum meum*] Quia offenſi Reges non admittunt in conſpectum ſuum eos à quibus irritati ſunt: ſic Deus ait ſa paſſum non eſſe Jeroſolimitanis ſe eſſe conſpicuum: hoc eſt, iis favere ſe nolle, neque eos à Babyloniis

Digitized by Google

erunt in loco hoc deſerto, in quo neque homines ſunt, neque pecudes, atque in omnibus urbibus ejus, caulæ, in quibus paſtores curabant minutas pecudes, recubare; [13]. in urbibus montanis, campeſtribus & meridianis, in terra Benjaminis, & circa Jeroſolimam. In urbibus Judæ tranſibunt adhuc pecudes, juxta numerantem, inquit Jehova. [14]. Dies venient, quibus ratum ſaciam promiſſum, quod protuli de domo Iſraëlis & domo Judæ. [15]. Diebus illis & tempore illo curabo ut ſuccreſcat Davidi ſurculus juſtus, qui jus & juſtitiam in hac terra exerceat. [16]. Diebus illis liberabitur Juda, Jeroſolima habitabit ſecurè, & nomen, quo eam vocabunt, erit Jehova juſtitia noſtra. [17]. Sic enim dixit Jehova: non exſcindetur Davidi vir ſedens in ſolio domûs Iſraëlis; [18]. nec Sacerdotibus Levi ortis exſcindetur è conſpectu meo vir, qui offerat holocauſta, adolens munus *farreum*, & ſacra quotidiana faciens.

[19]. Facta ſunt etiam verba Jeremiæ à Jehova, in hanc ſententiam: [20]. ſic dixit Jehova, ſi irritum feceritis fœdus meum de die & nocte, ita ut non ſit dies, neque nox ſuo tempore: [21]. tùm verò irritum etiam facietis fœdus meum, cum Davide, ſervo meo; ita ut non ſit ei è poſteris ſuis, qui in ſolio ſuo regnet, *& fœdus meum* cum Sacerdotibus Levi oriundis, miniſtris meis. [22]. Sicut non numerabitur exercitus cœli, nec menſura inibitur arenæ maris: ſic augebo poſteros Davidis ſervi mei, & Levitas mihi miniſtrantes.

[23]. Facta ſunt quoque verba Jehovæ ad Jeremiam, in hanc ſententiam: [24]. nonne animadvertiſti quid dixerit hic populus; nempe, duas familias, quas elegerat Jebova, ab eo fuiſſe rejectas. Sic parvi pependerunt populum meum, ut iis ne gens quidem ampliùs videatur. [25]. Ita verò dixit Jehova: ſi irritum fuerit fœdus meum dies & noctes: nec cœlo & terræ poſuero limites: [26]. etiam poſteros Jacobi & Davidis, ſervi mei, rejiciam; ita ut de prole ejus non ſumam eos, qui dominantur poſteris Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, captivos enim reducam & miſericordiâ proſequar.

Jere-

qua neque homines, ut antea, neque pecudes ſunt; erunt, inquam, in iis caulæ, ubi paſtores ſolebant aſere minutas pecudes; 13. idque in urbibus montium, camporum, & meridiani tractûs, in agris Benjaminitarum, & circa ipſam Jeroſolimam. Per urbes Judæ tranſibunt adhuc greges, quorum pecudes numerabuntur, quod non potuit fieri, dum Chaldæi Judææ fuerunt domini. 14. Veniet tempus, quo ratum faciam promiſſum meum de domibus Iſraëlis & Judæ. 15. Eo tempore, efficiam ut ſuccreſcat ſoboles juſta Davidis, quæ in hac terra jus dicat. 16. Tum liberabitur Tribus Judæ, Jeroſolimæque ſecurè habitabitur, & vocabitur *Creator Juſtitia noſtra.* 17. Sic enim dixit: non exſcindetur proles Davidis, quæ regnet in his locis; 18. nec ſoboles Aharonis, ad quam pertinet Sacerdotium, quæque ejus munia exercebit.

19. Adloquutus eſt rurſus Creator Jeremiam, in hanc ſententiam: 20. Hæc dixit Creator: ſi mei fœderis parum obſervantes ſitis, noctu & interdiu, adeò ut, neque palam, neque clam, mihi pareatis; 21. tum fœdus meum facietis irritum cum Davide, cultore meo, ita ut non ſit ex ejus poſteris, qui ſedeat in ejus ſolio; nec meliùs obſervetis fœdus meum cum Sacerdotibus meis Levi oriundis, qui ſingulari jure ſacra mihi debita, mihi facerent. 22. Quemadmodum non poſſunt ſtellæ cœli numerari, nec arena maris: ſic augebo numerum poſterorum Davidis, & Levitarum mihi miniſtrantium.

23. Adloquutus etiam Creator Jeremiam, in hanc ſententiam: 24. annon animadvertiſti quid hic populus dixit; nimirum, duas familias, quas Creator elegerat, ab eo fuiſſe repudiatas? Ita contemſerunt homines populum meum, ut eum inter gentes numerare nollent. 25. At ſic dixit Creator: ſi deſinat tempus dividi in dies & noctes; & niſi cœlo & terræ poſuero limites: 26. etiam poſteris Jacobi & Davidis ſervi mei, finem imponam, ita ut è prole Davidis neminem eligam, qui dominetur, qui ſit dominus poſterorum, qui ſit Rex poſterorum Abrahami, Iſaaci & Jacobi nam eos è captivitate revocabo & miſericordiâ proſequar.

PARA-

byloniis liberaturum.

6. *En ego ei imponam emplaſtrum* &c.] Verùm pollicetur Deus nequaquam prorſus, atque in perpetuum, Jeroſolimitanos ſe deſerturum eſſe, ſed eorum malis remedium adlaturum, unde intellecturi eſſent ſe ſummâ eſſe fide; daturúmque operam ut Judæ Tribus & Benjaminis conjunctiſſima redirent è captivitate, in quam, maxima ex parte, à Babyloniis eſſent abductæ, & reducum numerum aucturum, ut antea.

8. *Mundabo* &c.] Reverâ poſt reditum Iſraëlitarum Edicto Cyri, non dilapſi ſunt in Idololatriam, ut antea; quamvis in multis aliis peccarint. Quamobrem iis veniam conceſſit Deus, donec tandem extremum excidium ſibi crearent, ut planè exſtincta ſit Reſpublica Judaïca, ad libertatem quod adtinet, ſed ſeriùs ſub Veſpaſiano.

9. *Pariet* &c.] Temporibus Machabæorum, ut ex eorum hiſtoria videre eſt; éque *Joſepho.*

Jeremias Sedekiæ prædicit fore ut cùm Urbs, tum ipſe incidant in manus Babyloniorum, caſtigátque eos, qui anno remiſſionis dimiſſos ſervos Iſraëlitas in ſervitutem retraxerant, iiſque extrema omnia minatur.

CAPUT XXXIV. 1. VERBA quæ facta ſunt à Jehova ad Jeremiam, cùm Nebuchadnetſar, Rex Babylonis, totus ejus exercitus, omniáque regna, quæ in ditione ejus erant, & omnes populi oppugnarunt Jeroſolimam, cunctáſque urbes ejus, in hanc ſententiam: 2. Sic dixit Jehova, Deus Iſraëlis: ito, ut dicas Sedekiæ Regi Judæ: ſic dixit Jehova: mox tradam hanc urbem in manum Regis Babylonis, eamque igne comburet. 3. Nec tu evades ex *ejus* manu, nam adprehendêris, atque in manum ejus tradêris, oculi tui oculos Regis Babylonis videbunt, os ejus os tuum adloquetur, atque ingredieris Babylonem. 4. Tu verò, Sedekia, Rex Judæ, audi verbum Jehovæ: ſic tibi dicit Jehova: nequaquam morieris gladio. 5. In pace morieris & tui cauſâ *ſupra cadaver tuum comburent* quæ combuſta ſunt Regum Majorum tuorum cauſâ, qui antea fuerunt, & plangent te dicentes: heu! Domine; quia hoc verbum ego proloquutus ſum, ait Jehova. 6. Jeremias verò Propheta proloquutus hæc omnia verba Jeroſolimæ, apud Sedekiam, Regem Judæ; 7. dum Regis Babylonis exercitus Jeroſolimam oppugnaret, atque omnes urbes Judæ reliquas, ac *præſertim* Lachiſum & Hazekam; hæ enim urbes munitæ ſupererant, inter urbes Judæ.

8. Verba facta ſunt Jeremiæ à Jehova, poſtquàm feriſſet Rex Sedekias fœdus cum omni populo, qui Jeroſolimæ erat; promulgatâ iis, *qui ſerviebant*, libertate; 9. ita ut quiſque dimitteret ſervum ſuum & ſervam, Hebræum & Hebræam, liberos; nec fratrem ſuum Judæum quiſquam ſervire cogeret. 10. Dicto quidem audientes fuerunt omnes proceres atque univerſus populus, qui in fœdus venerant, ut quiſque ſervum ſuum, ancillámque ſuam liberos dimiſerit, ne ſervirent ampliùs; dicto audientes, *inquam*, fue-

PARAPHRASIS.

1. VERBA, quibus Creator compellavit Jeremiam, cum Nebuchadnetſar, Babyloniorum Rex, oppugnavit, cum exercitu ex omnibus ſuis regnis ſelecto, Jeroſolimam, atque omnes urbes, quarum erat Metropolis. 2. Dixit autem Creator Deus Iſraelis, ite ad Sedekiam Regum Judæ, ut ei meo nomine dicatis, me traditurum mox hanc urbem Regi Babylonis, qui eam incendio abſumet. 3. Nec ipſum evaſurum captivitatem apud Babylonios, ſed captivum ad Regem Babyloniorum ductum iri, cumque abductum viſurum & adloquuturum Babylonem. 4. Tu ergo, Sedekia, Rex Judæ, audi verbum Creatoris, qui pollicetur te non moriturum gladio. 5. Tempore pacis morieris, & tui cauſâ aromata, comburentur quæ combuſta ſunt, honoris cauſâ, ſupra cadavera Majorum tuorum, & qui aderunt tuo funeri te lugebunt, & dicent, heu Domine! quia hoc dixi, ait Creator. 6. Jeremias hæc omnia dixit audientibus Jeroſolimitanis, in Regia, audiente ipſo Rege Sedekiâ, eo ipſo tempore, quo Rex Babyloniæ Jeroſolimam oppugnaret, aliáſque omnes urbes Judææ, & præſertim Lachiſum & Hazekam; hæ enim urbes munitæ ſolæ ſupererant in Judæ Tribu, quæ jugo Babyloniorum ſe ſe ſubmittere recuſabant.

8. Verba à Creatore facta iterum ſunt Jeremiæ, cùm Nebuchadnetſar, Babyloniæ Rex, oppugnaret copiis ex omnibus ſuis ditionibus conſcriptis, Jeroſolimam; 9. idem facere juſſi ſunt Judæi, ita ut quiſque libertatem redderet ſervis, utriuſque ſexûs, ut heros ſuos, in defendenda urbe, adjuvarent, ut nemo eorum ſervire cogeretur. 10. Dicto quidem audientes initio fuerunt apud Judæos,

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXIV.

1. VERBA &c.] Hæc narrat Propheta, non quaſi proximè ſequuta antecedentia, ut bene notavit *Grotius*; ſiquidem Jeremias docet cur in carcerem eſſet à Sedekia conjectus, ut intelligere licet ex Cap. XXXIII.

2. *Urbes ejus*] Hoc eſt, quæ parent Regi Jeroſolimæ, ſeu Judæ Tribûs & Benjaminis.

Mox tradam] *En me dantem urbem* &c.

3. *In manus ejus tradêris*] Quod reverâ contigit

5. *Tui cauſâ, ſupra cadaver* &c.] *In combuſtionibus patrum tuorum Regum priorum.* Nempe, ſupra cadavera, antequàm ſepelirentur, odores ſolebant Iſraëlitæ comburere, ut & apud alias gentes. Vide & Cap. XXII, 18. Videntur autem defuiſſe hoc verſu aliquot verba, qualia ſunt ea quæ ſupplevimus. In ſequentibus etiam verbis aliquid deeſſe videtur. Habent LXX. Intt. καὶ ὡς ἔκαυσαν τοὺς πατέρας σου βασιλεύσαντας πρότερόν σου, καύσουσι, καί σε, ὦ Κύριε, καὶ ὦ Ἄδων, κλαύσονταί σε, ὅτι λόγον ἐγὼ ἐλάλησα εἶπε Κύριος.

Lachiſum] לכיש *lachiſch*. *Lachis*, inquit, *Hieronymus*, è Locis *Euſebiis*, *in Tribu Judæ. Sed & hanc cepit Jeſus, Rege ejus interfecto. Meminit hujus Eſaïas & Hieremias & nunc eſt villa in ſeptimo milliario ab Eleutheropoli euntibus Daroma.*

Hazekam] Locus fuit ad meridiem Tribûs Judæ, ut iidem docent, qui ſcribunt perperam *Aſeca*, ad quam vocem vide *Bonfrerium*.

8. *Verba quæ facta ſunt*] *Verbum quod fuit ad Jeremiam à Jehova* &c. Vide Exod. XXI, 2.

12. *Facta verò ſunt*] Ut objurgaret Jeroſolimitanos, quòd Legem violaſſent.

13. *Eque ergaſtulo*] *E domo ſervorum.* Nam Ægyp-

fuerant, eóſque emiſerant. 11. Sed poſtea iterum reduxerunt ſervos & ancillas, quos liberos dimiſerant, & ut eſſent denuò ſervi & ancillæ coëgerunt. 12. Facta verò ſunt verba Jehovæ ad Jeremiam, in hanc ſententiam: 13. ſic dixit Jehova Deus Iſraëlis: pepigi ego fœdus cum Majoribus veſtris, eo tempore, quo vos è terra Ægyptia, éque ergaſtulo eduxi, his verbis: 14. Septimo anno, dimittetis quisque fratrem ſuum Hebræum, qui vobis venditus fuerit & per ſex annos ſervierit, dimittetis eum liberum; nec tamen Majores veſtri auſcultarunt mihi, vel aurem ſuam inclinarunt. 15. Redieratis hodie *ad officium*, feceratíſque quod rectum eſt apud me, dum promulgaretis libertatem quisque proximo ſuo, atque iniretis fœdus, in conſpectu meo, in Æde, quæ de nomine meo adpellatur. 16. Verùm iterum profanaſtis nomen meum, dum retraxiſtis quisque ſervum ſuom atque ancillam ſuam, quos dimiſeratis liberos, *ut* ſuo arbitrio *viverent*, coëgiſtíſque eos, ut *denuo* ſint vobis ſervi & ancillæ. 17. Propterea ſic dicit Jehova: vos non auſcultaſtis mihi, in promulganda libertate, *quam* quisque fratri ac proximo ſuo *redderet*, at ego vobis libertatem, ait Jehova, promulgo ad gladium, ad peſtem atque ad famem; tradámque vos vagis erroribus per omnia regna terræ. 18. Tradam viros, qui fœdus meum prætergreſſi ſunt, nec rata habuerunt verba fœderis, quod pepigerunt coram me, vitulo in duas partes cæſo, inter cujus membra tranſierunt; 19. proceres Judæ & Jeroſolimæ, Eunuchos, & Sacerdotes, univerſúmque terræ populum, qui tranſierunt inter partes vituli; 20. tradam, *inquam*, eos in manum hoſtium, atque eorum, qui inſidiantur, erúntque eorum cadavera paſtui avium cœli, & feræ terræ. 21. Sedekiam, Judæ Regem, tradam in manum hoſtium, & inſidiantium ejus vitæ, inque manum exercitûs Regis Babylonis; qui receſſerat à vobis. 22. Jam mandata iis dabo, curabóque ut redeant ad hanc urbem, quam oppugnabunt, capient & igne comburent; urbéſque Judæ convertam in ſolitudinem, quæ incolis caret.

Jere-

Judæos, inter proceres; 11. ſed poſtea revocarunt eos, quos liberos dimiſerant, ut iterum ſervirent. 12. Tum verò Deus Jeremiam adloquutus eſt, hiſce verbis: 13. Sic dixit Creator, Deus Iſraëlitarum; pepigi fœdus olim, cum Majoribus veſtris, eo tempore, quo eos ex ergaſtulis Ægyptiorum eduxi, his verbis: 14. Septimo quoque anno, quisque ſervum Iſraëlitam, qui venditus vobis fuerit, & per ſex annos reverâ ſervierit, liberabitis; nec tamen Majores veſtri mihi paruerunt. 15. Redieratis hodie ad officium quod vobis impoſueram, reſtitutâ libertate iis, qui per ſex annos ſervierant, in Templo meo. 16. Verùm nomen meum ſprevíſtis, revocatis in ſervitutem eos, quos liberaveratis, ut viverent, pro arbitrio ſuo, coëgiſtíſque denuo ſervire. 17. Quamobrem ſic dico, cùm libertatem eis non reddideritis, quibus debebatis, fratribus veſtris; vobis promulgo in vos libertatem gladii, peſtis & famis, quæ in vos ſævient; ſpargíque vos patiar & per omnia terræ regna errare. Tradam hoſtibus, qui vos cogent per omnes terras vagari. 18. Tradam eos qui fœdus mecum fecerint, nec tamen obſervarint, licèt ſollemnem in modum ictum, vitulo in duas partes ſecto, ut inter partes contrahentes tranſirent; 19. proceres, nempe, Jeroſolimitani, & tota Judææ plebs; qui tranſierunt inter membra vituli; 20. tradam, inquam, in manus hoſtium, & eorum qui vitæ eorum inſidiantur, ac tandem erunt expoſita eorum cadavera ut ſint paſtus avium carnivorarum & ferarum terræ. 21. Sedekiam nominatim Judæ Regem tradam in manus hoſtium, & eorum, qui ei inſidiantur, ut eum è medio tollant, & Babyloniorum præſertim Exercitui, qui receſſerat à vobis. 22. Jam eis imperabo ut redeant ad obſidendam hanc urbem, quam expugnabant, & comburent. Fient reliquæ urbes Judæ instar ſolitudinum, quæ incolis carent.

PARA-

Ægyptii Iſraëlitas coëgerant ſervilia opera ſibi præſtare. Vide Exodi Cap. V.

14. *Septimo anno* &c.] Vide Exodi Cap. XXI, 1. & notata ad locum.

15. *Rectum apud me*] *Rectum oculis meis.*

De nomine meo vocatur] *Supra quam vocatum eſt nomen meum*, id eſt, quæ vocabatur, *Ædes Jehovæ.*

16. *Profanaſtis nomen meum*] Quia, ut videtur, Deus teſtis vocabatur, qui manu mittebatur, & qui queri poterat, interpoſito nomine Dei, ſe deceptum fuiſſe; ac ſanè additum nomen Dei interpoſitum fuiſſe, ne poſſet res fieri irrita. Reverâ qui nomen Dei adhibebat, ut promiſſis ſuis fidem faceret, nec tamen præſtabat quod promiſerat, Dei nomen profanabat.

Ut ſuo arbitrio viverent] לנפשם *lnaphſcham*, animæ eorum; hoc eſt, pro arbitrio, genus vitæ eligerent. Vide Lexicon *Schindleri* col. 1146. ubi exempla ſunt vocis נפש *nepheſch* eo ſenſu ſumtæ.

16. *Profanaſtis nomen meum*] Quia qui, invocato Dei nomine, liberaverat eos, qui ſe ſervos cuidam dederant, ad certum tempus, libertatem, illo tempore elapſo, recuperare, eam debebat.

Ut ſuo arbitrio viverent] לנפשם *lenaphſcham*, animæ ſuæ. Ea vox ſignificat interdum *voluntatem*, quæ eſt animi facultas, vel etiam ejus peculiaris mentis actio, quâ mens quidpiam optat, quo ſignificatu hic ſumitur.

17. *In promulganda libertate* &c.] Hoc eſt, in libertate ei reddenda, cùm ſervierit, certo tempore.

Libertatem —— promulgo ad gladium &c.] Hæc eſt irriſio, quâ Deus exprobrat Judæis, quibus ceteroqui multa condonat; ſed minatur errores inter Ethnicos, à quibus debebant Iſraëlitæ multa dura perpeti; quales erant cædes, peſtiferi morbi, cibi penuria, aliáque id genus; & quale erat inter populos varios vagari, ſine ullis certis ſedibus.

18. *Vitulo in duas partes* &c.] Vide exemplum ejus diviſionis victimæ, eam in rem, Gen. XV, 12. Obſervat quoque diviſionem victimarum *H. Grotius* ad hunc locum, ſed pluribus ea de re egimus, ad locum Moſis.

COM-

Jéremias, juſſu Dei, Rechabitas adit, acceptóque eorum vitæ inſtituto, quod, Jonadabo auctore, obſervabant, graviter invehitur in Iſraëlitas, qui divinas Leges ſpernebant.

CAPUT XXXV. 1. VERBA quæ facta ſunt à Jehova Jeremiæ, temporibus Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ, filii, in hanc ſententiam: 2. ito ad familiam Rechabitarum, adloquere eos, ducitóque in Ædem Jehovæ, in unum conclavium, *ibique* vinum eis bibendum offerto. 3. Adſumſi ergo Jaazanjam, filium Jeremiæ Chabattſinjæ filii, ejúſque fratres & filios omnes, univerſamque domum Rechabitarum. 4. Intromiſi eos in Ædem Jehovæ, in conclave filiorum Chananis, Jigdaljæ filii, viri divini, quod eſt juxta conclave procerum, ſupra conclave Mahaſejæ, Sallumi filii, cuſtodis liminis. 5. Adpoſui *illic* filiis familiæ Rechabitarum ſcyphos & calices plenos vino, eíſque, bibite, inquam, vinum. 6. At illi, non bibemus, inquiunt, vinum, quia Jonadabus, Rechabi filius, pater noſter præcepta nobis dedit, in hanc ſententiam: ne bibatis vinum vos, poſterive veſtri, in perpetuum; 7. domum ne ædificate, néve vineam plantate, néve domus *ulla* ſit vobis; ſed in tentoriis habitate, omnibus diebus veſtris, ut in terra, iu qua peregrinamini, diu vivatis. 8. Dicto audientes fuimus Jonadabo, Rechabi filio, progenitori noſtro, per omnia, quæ nobis præcepit, ne vinum biberemus, omnibus diebus noſtris nos, uxoréſque noſtræ, filiique & filiæ noſtræ; 9. néve ædificaremus domos, quas habitaremus; nec vinea, nec ager, nec ſementis, *quam faceremus*, nobis fuit. 10. Habitavimus in tentoriis, paruimus, & fecimus, per omnia, quæ nobis præcepit Jonadabus progenitor noſter. 11. Cùm verò veniſſet Nebuchadretſar, Babylonis Rex, in hanc terram, diximus: age ingrediamur Jeroſolimam, ut fugiamus exercitum Chaldæornm & copias Aramæorum, manſimúſque Jeroſolimæ.

12. Tum verba Jehovæ facta ſunt Jeremiæ, in hanc ſententiam; 13. ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum, & Deus Iſraëlis: ito & dicito viris *tribûs* Judæ, Jeroſolimæque *potiſſi-*

PARAPHRASIS.

1. VERBA Creatoris ad Jeremiam, temporibus Jehojakimi, Joſiæ Regis Judæ filii: Convenito familiam Rechabitarum, eámque adloquitor, & ducito in conclave aliquod Templi, ibique offerto vinum quod bibat. 3. Ego verò conveni eam, invitavíque ad eundum in Templum, atque mecum duxi Jaazanjam, filium Jeremiæ Chabattſinjæ filii, ejusque fratres & filios omoes, & univerſam domum Rechabitarum. 4. Tum eos intromiſi in Templum Creatoris, & qoidem io conclave filiorum Chaoanis, Jigdaljæ filii, viri divini; quod eſt proximum cooclavi Procerum, ſupra cooclave Mahaſajæ, Sallumi filii, cuſtodis liminis. 5. Illic adpoſui filiis familiæ Rechabitarnm ſcyphos & calices plenos vino, iíſque, bibire, inquam, vinnm. 6. Verùm illi, non bibemus, inquiunt, vinum, quia Jonadabus Rechabi filius, pater noſter, vetuit nos & poſteros noſtros bibere vinum in perpetunm; 7. nec domos ædificare, nec ſementem facere, oec domos inhabitare; juſſitque ſemper in tentoriis habitare, omnibus diebus noſtris, ut in terra, in qua peregrinabimur, diu vivamus. 8. Obſequuti ſumus Jonadabo, Rechabi filio, per omnia quæ nobis præcepit, & præſertim in eo quod nobis uſum vini vetuit; & quidem cum totis noſtris familiis; 9. néve ædificaremus nobis domns, quas habitaremus. Non fuerunt nobis vineæ, nec agri, nec ſementis, quam faceremus 10. Viximos in tentoriis, atque paruimus per omoia, quæ nobis præcepit Jonadabos progenitor noſter. 11. Cùm verò veniſſet Nebuchadretſar, Babyloniorum Rex in Judæam, convenit inter nos fugere Jeroſolimam; ne caperemur ab exercitn Chaldæorum & Syrorum, ac manſimus Jeroſolimæ.

12. Tùm verò Creator adloqnutus eſt Jeremiam, in hanc ſententiam: 13. ſic dixit Creator, idémque

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXV.

2. F*Amiliam Rechabitarum*] De his perpanca ad nos pervenerunt, quæ ſunt 1. Ephem. C. II, 55. ubi familiæ memorantur Scribarum; nempe. *familiæ, quæ incolebant Jabbetſum, Therathai, Simbathai & Suchathai; (hi Kinæi ſunt, oriundi Chamathâ) & pater familiæ Rechabi.* Ubi vide quæ obſervavimus.

4. *Viri divini*] Prophetæ.

Conclave procerum] אצל לשכת השרים *etſel liſchchath haſſarim.* Non liquet an conclave hoc ad uſum Sacerdotum primariorum; vel ad uſum Procerum Laïcorum, in id convenientium negotiorum ad ipſos pertinentium causâ, fuerit. Græci Interpretes habent παστοφόριον, quod ſignificat conclave junctum Templo. Interpretes

potiſſimùm incolis: annon inſtitutionem admittetis, ita ut verbis meis auſcultetis, ait Jehova? 14. Rata habita ſunt verba Jonadabi, Rechabi filii, quibus mandavit filiis ſuis, ne biberent vinum; nec biberunt ad diem hanc, quia præcepto patris ſui obſequuti ſunt. Ego verò vos adloquutus ſum, mane ſurgens & loquens; nec me audiſtis 15. Miſi ad vos omnes ſervos meos Prophetas, mane ſurgens & *ſæpiùs* mittens, qui dicerent: revertimini, quæſo, unuſquiſque à vita ſua mala, ſtudia veſtra emendate, nec ſequimini Deos alienos, ut eos colatis; habitatéque in terra, quâ vos, Majoréſque veſtros donavi; nec tamen aurem inclinaſtis, neque mihi auſcultaſtis. 16. Ratum habuerunt poſteri Jonadabi, Rechabi filii, præceptum progenitoris ſui, quod eis mandavit; at hic populus me non audivit. 17. Quamobrem ſic dicit Jehova, Deus exercituum & Deus Iſraëlis: mox immittam Judæ, atque omnibus incolis Jeroſolimæ, univerſam calamitatem, quam eis ſum minatus; quia eos adloquutus ſum, nec audiverunt, vocavíque illos, nec reſponderunt.

18. Familiæ verò Rechabitarum dicit Jeremias: ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum *&* Deus Iſraëlis: quia obſequuti eſtis præcepto Jonadabi progenitoris veſtri, obſervaſtíſque cuncta ejus mandata, & feciſtis per omnia, quæ vos juſſit. 19. Propterea, ait Jehova, *Deus* exercituum, *&* Deus Iſraëlis: non exſcindetur Jonadabo, Rechabi filio, vir qui ſtet coram me, omnibus diebus.

Jeremias jubetur in volumine conſcribere omnia vaticinia, quæ à Deo accepiſſet, quod palam, audiente populo, legeret Baruchus. Quo facto, re ad Regem Jehojakimum delatâ, ſibi etiam prælegi jubet librum, quem qui legere cœperat in ignem projicit. Fruſtra quæruntur Jeremias & Baruchus, qui ſimile volumen ſcribunt, alidque præterea vaticinia ei addunt, ac præſertim graves in Jehojakimum minas.

1. ANNO quarto Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ, filii, verba hæc ſunt à Jehova ad Jeremiam facta, in hanc ſententiam: 2. Sume tibi volumen & ſcribe in CAPUT XXXVI.
co

que Deus exercituum & Iſraëlis: ito & dicito viris Tribûs Judæ, & præſertim Jeroſolimitanis: annon inſtitui vos patiemini, ut verbis meis pareatis, ait Creator? 14. Rata ſunt habita verba Jonadabi, Rechabi filii, quibus ad hoc tempus parent ejus poſteri. Sed mihi, quamvis quotidie idem popoſcerim, nundum paruiſtis. 15. Ad vos miſi ſervos meos, omnes Prophetas, à matutino tempore ad veſpertinum; nec tamen mihi dicto obedientes fuiſtis, ad hoc tempus, quamvis frequentiùs fecerim, & vos monuerim tempus eſſe relinquendæ malæ veſtræ vitæ, ut non diutiùs alienos Deos colatis; quod ſi à vobis fieret, tranquillè habitaturi eſſetis, terram, quâ vos, Majoréſque veſtros donavi; nec tamen mihi obtemperaſtis. 16. Poſteri Jonadabi, Rechabi filii, ejus præceptis obtemperarunt; ſed hic populus nondum mihi paruit. 17. Quamobrem Ego Creator omnium, Deus exercituum, & præſertim Iſraëlitarum, incolis Jeroſolimæ immittam omnes, quas dixi, calamitates; quando quidem mihi eos hortanti non ſunt obſequuti, mihíque eos ad meliorem mentem vocanti non obtemperarunt.

18. Familiam verò Rechabitarum ſic eſt adloquutus Jeremias; ſic loquutus eſt Creator, Deus exercituum, atque Iſraëlitarum; quia paruiſtis præcepto Jonadabi, à quo eſtis oriundi eíque eſtis obſequuti in omnibus; 19. propterea ait Creator, qui præeſt exercitibus, Deúſque veſter eſt, nequaquam ita exſtinguetur Jonadabi proles, quæ ſemper coram me ſit.

P A R A P H R A S I S.

1. ANNO quarto Jehojakimi Regis Judæ filii, ſic eſt Creator adloquutus Jeremiam: 2. Sume tibi volumen atque in eo omnia ſcribe, quæ dixi de Iſraële, de Juda, déque omnibus Gentibus
quibuſcum

terpretes Græci, qui LXX. dicuntur, ſæpiùs hac voce uſi ſunt, ut videre licet in *Concordantiis Kircherianis*, aut *Trommianis*; ne quis credat raram eſſe vocem. Certè non fuit in Ægypto, ubi verſio facta eſt.

C O M M E N T A R I U S
In Caput XXXVI.

1. A*nno quarto Jehojakimi* &c.] Rectè obſervatum à *Grotio*, ut Eſaïas addidit Hiſtoriam eorum, quæ prædixerat, ſic ſe geſſiſſe etiam Jeremiam; quandoquidem narrat hîc quæ prædixerat de *Jehojakimo* Rege, hoc & ſequentibus Capitibus. Adde eum, ante eventum vaticiniorum, prædicta à ſe voluiſſe à Barucho litteris mandari, etiam ante eventum, ut Prophetiarum ſarta tecta auctoritas eſſet.

2. *Volumen*] מגלת ספר *mgillath ſepher*, volumen libri; hoc eſt, librum, qui æquet volumen, quo contineantur omnia vaticinia quæ à me audiviſti. Notum eſt circa bacillum ſo-

eo omnia verba, quæ tibi dixi de Iſraële, de Juda, déque omnibus gentibus, à die quo te *primùm* adloquutus ſum, à temporibus Joſiæ, ad hunc uſque diem. 3. Fortè *cùm* audiet domus Judæ omne malum, quo eam adficere cogito, propterea redibit ad *officium* quiſque, a via ſua prava, eorúmque iniquitati, ac peccatis placabor.

4. Vocavit ergo Jeremias Baruchum, Nerijæ filium, ſcripſitque Baruchus, ex ore Jeremiæ, omnia verba Jehovæ, quæ ei dixerat, in volumine. 5. Poſtea Jeremias mandata dedit Barucho, his verbis: Ego *hic* clauſus teneor, nec Ædem Jehovæ ingredi poſſum; at tu ingreditor, legéque, in hoc volumine, quæ ſcripſiſti ex ore meo, verba Jehovæ, audiente hoc populo, in Æde Jehovæ, die jejunii, audientéque etiam toto Judâ, cùm ex urbibus ſuis *huc* conveniet; 7. ſi fortè fundatur eorum deprecatio, coram Jehova, & quisque redeat *ad bonam frugem*, ex ſua via mala; quia magna eſt ira atque excandeſcentia, quâ loquutus eſt Jehova, de hoc populo.

8. Fecit verò Baruchus, Nerijæ filius, per omnia quæ ei mandarat Jeremias Propheta, de lectione libri verborum Jehovæ, in Jehovæ Æde. 9. Contigit enim, anno quinto Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ filii, menſe nono promulgari jejunium, coram Jehova, omni populo Jeroſolimitano, eíque, qui Jeroſolimam, ex urbibus Judæ, veniebat. 10. Legit autem Baruchus, in libro, verba Jeremiæ, in Æde Jehovæ; in conclavi Gemarjæ, Saphanis filii, Scribæ, in atrio ſuperiore, ad ingreſſum novæ portæ domûs Jehovæ, audiente toto populo.

11. Audiit *inter alios* Michæas, Gemarjæ filius, Saphanis nepos, omnia verba Jehovæ è libro, 12. ivítque illinc in Regiam, in conclave Scribæ, ubi ſedebant omnes proceres,

quibuſcum iis fuit aliquid negotii, ad hunc uſque diem. 3. Fortaſſe cum Judæ Tribus audiverit pœnas, quas ei paro, ad ſuum officium redibit; ne exſequar minas haſce meas, atque pœnas peccatorum ei remittam.

4. Vocavit, his auditis, Jeremias Baruchum Nerijæ filium, diſcipulum ſuum; qui ex ore ejus ſcripſit omnia Dei verba, quæ Jeremias audiverat, in volumine. 5. Deinde Propheta mandata hæc Barucho dedit: Ego quidem hic clauſus ſum, nec Ædem Creatoris ingredi poſſum; 6. at tu eam ingreditor, atque ibi lege quæ ex ore meo ſcripſiſti, audiente populo, die jejunii, & deinde toto Judâ, cùm ex urbibus ſuis huc convenerit; 7. ut videat an precibus ſuis & meorum mutatione ac reditu ad bonam frugem ex malis moribus ad meliores Deus flectere poſſit; quia iis vehementer iratus eſt, atque non ſine magna indignatione de iis loqnutus eſt.

8. Baruchus, Nerijæ filius, fecit per omnia, quæ mandavit Propheta Jeremias de lectione ſacrorum librorum Creatoris, in ejus Æde. 9. Contigit enim, anno qninto Jehojakimi, Joſiæ Regis filii, & quidem, menſe nono, promulgari jejunium, coram Creatore, omni populo Jeroſolimitano, eóque qui undiqnaque ex urbibus Judæ concurrerat. 10. Legit verò Baruchus, quæ legi voluerat Jeremias, in Æde Creatoris, & quidem in conclavi Gemarjæ, Saphanis filii, Scribæ, in atrio ſuperiore ad novam portam domûs Creatoris, audiente toto populo.

11. Audiit, inter alios, Michæas, Gemarjæ filius, & Saphanis nepos, è libro, 12. ivítque illinc in Regiam, Saphanis nepos, in conclave Scribæ; ubi ſedebant omnes proceres: Eliſama Scriba; Delaja, Semajæ filius; Elnathan, Hachboris filius; Gemarja, Saphanis filius; Sedekias, Chananjæ

litos Veteres volvere pergamenam, interiùs ſcriptam, exteriùs ſcripturæ expertem; & fuiſſe revolvendam pergamenam, ut legeretur quod ſcriptum in ea erat. Quod etiam hodie fit in Synagogis Judæorum.

3. *Fortè cùm audiet domus Judæ*] Cùm Tribui Judæ legentur vaticinia, fortaſſe (אולי *oulai*) ea à Deo eſſe intelliget. Quamvis Deus, cui futura ſunt nota, non ſecus, ac præſentia & præterita; homines adloquitur, quemadmodum ſolent ipſi inter ſe; quia eos non ſpoliat libertate parendi ipſi, aut minimè parendi. Deus, nimirum, qui penitus novit ſuas Creaturas, ſcit an ei parituræ ſint, an verò obſequium negaturæ, nec ſeciùs vetat, aut imperat. Parentes ſibi, aut obedientiam negantes ſic habet, prout juſtitia poſtulat, quia Prævíſio futuri, in actionibus hominum, libertate eos non ſpoliat, abſque qua eſſet, nec eſſet Virtus, nec Vitium; nec quidquam imperari, aut vetari poſſet; nec qui negaſſet parêre, pœnas eſſet luiturus, nec dicto obediens præmium referret; quia fatali quadam neceſſitate impellerentur, quæ eſſet vera cauſa eorum, quæ fierent, non hominum voluntate, ſed evolutione fati, ut ſic loquar. Agerent, inſtar corporum, neſcio quâ neceſſitate, ſine facultate aliter ſe gerendi.

Si quis quærat quomodo poſſint à Deo præcognoſci, quæ naturâ ſuâ poſſunt fieri & non fieri; ſatis fieri ſibi patiatur à reſpondentibus de re conſtare, quamvis neſciamus quo modo fiat; quod conſtat de aliis Dei actionibus, licèt non videamus, quomodo fiant. Si omnia negaremus, quæ nos fugiunt quomodo fiant; negaremus innumera, quæ quotidiè fiunt. Exemplo hoc videmus, de quo non poteſt olla in nobis naſci dubitatio. Naſcuntur infinita animalia majora & inſecta, quod quomodo fiat neſcimus, nec tamen poſſumus negare, ſine dementia. Idem dicere licet de plantis omnis generis, quæ ornant ſuperficiem hujus noſtræ habitationis, atque innumera nobis copioſè ſuppeditant, quemadmodum videmus; quamvis rationem, quâ hoc fiat, nemo mortalium poſſit dicere. Imò verò hujus noſtræ Telluris, circa Solem, motus (quem motum nemo Phyſicus hodie negat) ea rapiditate eſt, quæ intellectum

Google

proceres, Eliſama, ſcriba; Delaja, Semajæ filius, Elnathan, Hacheboris filius; Ge-
marja, Saphanis filius; Sedekias, Chananjæ filius, & *ceteri* omnes proceres. 13. Nun-
ciavit verò illis Michæas omnia verba, quæ audiverat, cùm Baruchus è libro legeret,
audiente populo.
14. Miſerunt ergo omnes principes Jehudin, filium Nathanjæ, filii Selamjæ, filii
Chuſis ad Baruchum, qui ei dicerent: volumen, quod legiſti, audiente populo, ſume
in manum tuam, atque *huc* veni. Sumſit ergo Baruchus, Nerijæ filius, id volumen
in manum ſuam, atque ad eos ivit. 15. Illi verò, *datâ illi* ſede, inquiunt, & lege
hoc volumen, nobis audientibus; itaque audientibus illis, legit Baruchus. 16. Cùm
autem audiſſent hæc omnia verba, pavidi alios alii reſpiciebant, & Barucho, hæc, in-
quiunt, verba Regi nunciabimus. 17. Tum Baruchum rogarunt, in hanc ſententiam:
doce nos quomodo ſcripſeris hæc omnia verba, ex ejus ore. 18. Baruchus verò: ore
ſuo, inquit, mihi pronunciabat omnia hæc verba, ego verò atramento in libro ſcribe-
bam. 19. At proceres Barucho, abito, inquiunt, téque & Jeremiam abdito, nec quis-
quam ſciat ubi ſitis.
20. Deinde iverunt ad Regem, in atrium, voluménque depoſuerunt in conclavi Eliſa-
mæ Scribæ, & verba omnia, audiente Rege, retulerunt. 21. Miſit verò Rex Jehu-
din ad ſumendum volumen, quod adtulit è conclavi Eliſamæ Scribæ, ídque legit,
Rege audiente, atque omnibus proceribus, qui juxta Regem ſtabant. 22. Sedebat au-
tem Rex, in conclavi hiberno, menſe nono, erátque ante eum focus ardens. 23. Cùm
verò legiſſet Jehudis, tres, quatuórve paginas, ſcidit illud cultello Scribæ, atque inje-
cit

jæ filius; & ceteri omnes proceres. 13. Nunciavit verò Michæas omnia verba, quæ audiverat; cùm Baruchus è libro legeret, audiente populo.

14. Miſerunt, hoc audito, omnes Principes, Jehudin, filium Nathanjæ, filii Selamjæ, filii Chuſis, ad Baruchum, qui ei dicerent, adferendum eſſe volumen, quod legerat audiente populo, & Baruchus, id volumen adtulit. 15. Illi verò juſſerunt ſedere & legere volumen; quod adtulerat, ſe audientibus; quod fecit Baruchus. 15. Datâ ei ſede, juſſerunt eum legere volumen, ſe audientibus; quod fecit illico. 16. Cùm verò audiſſent, pavidi alii alios adſpiciebant, & hæc Regi nunciaturos ſe promiſerunt. 17. Dein Baruchum rogarunt quomodo hæc verba ſcripſiſſet ex ore Jeremiæ. 18. At Baruchus, Jeremias, inquit, pronunciabat hæc omnia verba, ego verò ſcribebam. 19. Primores autem eum abire juſſerunt, ſéque & Jeremiam alicubi abdere, ita ut nemo ſciret ubi eſſent.

20. Quòd cùm dixiſſent, iverunt ad Regem in Atrium, voluménque vaticiniorum Jeremiæ depoſuerunt in conclavi Eliſamæ Scribæ regii & verba ejus omnia; audiente Rege, retulerunt. 21. Miſit verò Rex Jehudin, ad ſumendum volumen; quod adtulit è conclavi Eliſamæ Scribæ, idque, aures præbentibus Rege, & Proceribus, qui circa Regem ſtabant, legit. 22. Sedebat autem Rex in hiberno conclavi, menſe nono, erátque ante eum focus ardens. 23. Cùm verò legiſſet, Jehudis tres, quatuórve paginas, ſcidit hoc volumen cultello Scribæ, atque injecit in ignem, qui erat in foco, donec totum volumen eſſet abſumtum.

lectum noſtrum longè ſuperat, & tamen demonſtratus eſt. Sed tam procul à nobis non eſt quærendum φαινόμενον, ipſius hominis formatio, formati omnes facultates, & conjunctio Mentis cum Corpore, æque ſuperant cognitionem humanam, ac ſunt indubitatæ. Ergo non eſt hominis ſapientis negare aliquid, quod conſtat, tantùm quia neſcit quomodo fiat, nec ſcire poſſit. Idem dixeris, de præcognitione futurorum *contingentium*, ut loquuntur Philoſophi; quæ non magis poteſt negari Deo, quamvis intellectum noſtrum ſuperet, quàm ea, quæ quotidie videmus. Hanc digreſſionem philoſophicam, eámque brevem ignoſcent facilè nobis, ut ſperamus, æqui Lectores; quos diſquiſitiones grammaticæ plus ſatis detinuerunt. Nunc ad interpretationem redibimus.

3. *Redibit ad officium*] *Hebræi redire* שוב *ſchoub* mutari in melius dicunt, & תשובה *theſchoubah* reditum in meliorem vitam dicunt, ut oſtendit *Schindlerus*. Vide hîc vers. 7.

Die jejunii] Quem indixerat Rex, ſi fortè veniam peccatorum impetrare à Deo poſſet, nec eſſet populus à Babyloniis ſubactus.

7. *Si fortè fundetur*] Si Deus habeat gratam orationem, quæ ad eum fundatur. Eſt Hebraïcè: אולי תפל תחנתם *oulai thippbol thebbinatham.* Si fortè cadat oratio eorum; hoc eſt, non rejiciantur preces à Deo, ſed ei ſint acceptæ, ut ſequentia oſtendunt.

12. *In conclave Scribæ*] Nempe, Regis, in cujus conclave ſolebant Regis Miniſtri convocari.

19. *Téque & Jeremiam* &c.] Proceres, ut hinc liquet, multò humaniores erant & prudentiores, quàm Rex, atque intimæ admiſſionis aulici; quâ re ſæpe contigit ut ipſi Regi à populo præferrentur, & pluris etiam fierent apud poteſtates vicinas.

21. *Jehudin*] *Jehudi* יהודי quod utrum nomen familiæ ſit, ut ſignificetur fuiſſe hominem à Juda ortum; an verò ſignificetur Religio, mihi non conſtat. Sed prius veriſimilius videtur. *Grotius* ſic hunc verſiculum interpretatur: *Hominem Regi ſimilem, eòque ei individuum*; quæ conjectura quibus rationibus nitatur, fateor me non adſequi.

23. *Cùm verò legiſſet Jehudis tres, quatuorve paginas*] Hebraïcè: שלש דלתות וארבעה *ſchaloſch delathoth vearbaah. Munſterus* interpretatur *tres januas*; quod videlicet, ut ait, *folia libri*
 ut

cit in ignem, qui erat in foco, donec eo totum volumen eſſet abſumtum. 24. Nec ter-
riti ſunt; nec veſtes ſuas lacerarunt Rex aut ullus ejus miniſtrorum, qui omnia illa
verba audiverant. 25. Attamen Elnathan, Delaja, & Gemarja deprecati ſunt Regem,
ne volumen combureretur; ſed iis non eſt obſequutus. 26. Tum juſſit Jerachmeelem,
Regis filium; Serajam, Hazrielis filium, & Selemjam Habdeelis filium adprehende-
re Baruchum Scribam & Jeremiam Prophetam, verùm eos abdidit Jehova.

27. Verba verò Jehovæ ad Jeremiam facta ſunt, poſtquàm Rex combuſſiſſet volu-
men, & verba quæ ex ore Jeremiæ ſcripſerat Baruchus, in hanc ſententiam. 28. Ite-
rum ſumito tibi volumen alterum, ſcribéque in eo omnia priora verba, quæ erant in
priore volumine, quod combuſſit Jehojakimus Rex Judæ; 29. déque Jehojakimo Re-
ge Judæ dicito: ſic ait Jehova: tu combuſſiſti volumen hoc, cùm diceres: quare ſcrip-
ſiſti in eo, in hanc ſententiam: veniet Rex Babylonis, terram hanc vaſtabit, faciétque
ut deſinant in ea eſſe homines & pecudes. 30. Propterea ſic dixit Jehova, de Jehoja-
kimo Rege Judæ: non erit ei qui *poſt eum* ſedeat in ſolio Davidis, cadavérque ejus
projectum erit ad æſtum diurnum & gelu nocturnum. 31. Plectam in eo, in poſteris-
que & ſervis ejus eorum iniquitatem, immittámque in eos, ínque incolas Jeroſolimæ,
& viros *Tribûs* Judæ, omnia mala, quæ iis ſum minatus; & *quibus auditis*, mihi non
auſcultarunt.

32. Jeremias verò cepit alterum volumen, ídque Barucho, Nerijæ filio, ſcribæ, de-
dit; qui in eo ſcripſit, ex ore Jeremiæ, omnia verba libri, quem igne abſumſerat Je-
hojakimus, Rex Judæ, prætereáque multa alia ſimilia verba addidit.

Sedekias

ſumtum. 24. Nec territi ſunt, nec veſtes ſuas ſciderunt Rex, nec ullus miniſtrorum ejus, qui omnia verba audiverant. 25. Attamen Elnathan, Delaja, & Gemarja deprecati ſunt Regem, ne volumen combureretur, ſed iis non adſenſit. 26. Tum juſſit Jerachmeelem, Regis filium; Serajam Hazrielis filium, & Selemiam, Habdeelis filium, adprehendere Baruchum Scribam, & Jeremiam Prophetam; verùm eos abdidit Creator.

27. Idem Deus adloquutus eſt Jeremiam, poſtquàm Rex Judæ combuſſiſſet volumen & verba, quæ Barucho dixerat Jeremias, in hanc ſententiam: 28. Sumito tibi alterum volumen, inque eo ſcribito omnia antè dicta, in eo quod eſt combuſtum à Jehojakimo Rege Judæ. 29. déque Jehojakimo, Rege Judæ dicito: ſic ait Creator: tu combuſſiſti volumen hoc, cùm diceres: quare ſcripſiſtis in eo venturum Regem Babyloniorum, qui hanc terram vaſtaturus eſſet, facturus ut in ea neque homines, neque pecudes invenirentur. 30. Quare, dixit Creator, ſe non paſſurum Jehojakimo, Tribûs Judæ Regi, naſci ſucceſſorem filium, qui ſedeat in ſolio Davidis; ſed & ejus cadaver projectum iri æſtui diurno æſtate, & hieme frigori nocturno. 31. Pœnas exigam de ipſo, déque poſteris, & ſervis ejus, propter delicta ab iis commiſſa; immittámque in Jeroſolimitanos, & tribules Judæ mala omnia, quæ iis minatus ſum, & quibus auditis non tamen mihi ſunt dicto audientes.

32. Jeremias verò paruit Deo, & alterum volumen, quod ceperat, dedit Barucho, Nerijæ filio, Scribæ; qui in eo ſcripſit ex ore Jeremiæ quidquid in priore fuerat, multáque alia addidit.

PARA-

ut vulgo vocant, *aperiantur & claudantur*, *ſicut janua quæ cardinibus adhæret*. At *Vatablus* ait Scriptorem Sacrum impropriè loquutum, nullas enim fuiſſe *pagellas* in volumine; id eſt, quantum tres, aut quatuor paginæ continere poſſunt; & pagellas dici דלתות *delathoth*, quòd claudantur & aperiantur, ut fores. Nos credimus paginas dictas, quòd eſſet materia libri diſtincta in membra, in charta, aut pergamena, quæ legebantur ſeorſim, ut noſtræ paginæ, ut faciliùs legerent.

24. *Nec territi ſunt* &c.] Quaſi Jeremias eſſet Pſeudopropheta, quòd ſperarent fore ut Babylonicæ copiæ repellerentur, quia munitiores erant muri, & fortiores defenſores Urbis, quàm ut vi poſſet ad deditionem cogi. Qua in re decepti ſunt, ut ſequentia nos docent. Res ipſa oſtendit graviter eos erraſſe cùm copiæ Babylonicæ eſſent fortiores Judaïcis, præter quàm quòd eſſent numero longè ſuperiores. Itaque Rex Judæ temeritatis graves pœnas dedit.

24. *Nec territi ſunt* &c.] Quamobrem inferiores habuerunt copias & numero & fortitudine.

25. *Iis non eſt obſequutus*] Quia, ut opinor, copias Babylonicas contemnebat, ob auxilium quod ab Ægyptiis ſibi fore ſperabat, & quod tamen parum eum juvit.

COM-

Digitized by Google

Sedekias fruſtra à Jeremia preces poſcit, quibus placetur ſibi Deus, nec aliud reſponſum accipit, niſi de victoria Chaldæorum. Jeremias per portam Benjaminis in agrum ejus Tribûs egreſſurus, comprehenditur à Præfecto portæ, atque in carcerem malè habitus truditur, è quo evocatus Sedekiæ quærenti vaticinium calamitatem prædicit, indéque in atrio cuſtodiæ detinetur, ubi quotidie placentam panis accipit, quâ utitur.

1. REGNAVIT Sedekias Rex, Joſiæ filius, loco Choniæ, Jehojakimi filii, Caput XXXVII.
eúmque Nebuchadnetſar, Rex Babylonis, Regem in terra Judæ conſtituit.
2. At ille non auſcultavit, neque ſervi ejus, neque terræ populus verbis Creatoris; quæ per Jeremiam Prophetam proloquutus erat.
3. Miſit tamen Rex Sedekias Jehuchalem, Selemijæ filium, & Tſephanjam, Maharejæ filium, Sacerdotem ad Jeremiam Prophetam, qui ei dicerent: ora, quæſo, pro nobis Jehovam Deum noſtrum.
4. Tum Jeremias ingrediebatur, & egrediebatur per medium populum, nec dum conjecerant eum in carcerem
5. Exercitus Pharahonis egreſſus erat *tum* ex Ægypto; quem rumorem cùm audiſſent Chaldæi, qui Jeroſolimam obſidebant, ab urbe receſſerunt.
6. Tunc verba Jehovæ ad Jeremiam facta ſunt, in hanc ſententiam:
7. Sic dixit Jehova, Deus Iſraëlis: ita dicetis Regi Judæ, qui vos miſit ad me, ut me interrogaretis: exercitus Pharahonis, qui egreſſus erat, ut vobis auxilium ferret, jam eſt reverſus in terram ſuam, in Ægyptum.
8. Redibunt verò Chaldæi, oppugnabunt hanc urbem, eam capient atque igne conſument.
9. Sic dixit Jehova: ne voſmet ipſi decipiatis dicentes: à nobis abierunt Chaldæi, cùm *nondum* venerint.
10. Si enim concidiſſetis totum exercitum Chaldæorum, qui bellum vobiſcum gerunt, remanſiſſentque ex iis tantùm vulnerati, quiſque in tentorio ſuo; ſurgerent *tamen*, atque hanc urbem igne abſumerent.

11. Cùm

PARAPHRASIS.

1. REGNAVIT deinde Sedekias, Joſiæ filius, loco Choniæ, Jehojakimi filii, accepitque regnum à Nebuchadnetſare, Rege Babyloniorum. 2. At Sedekias, ut qui præceſſerant ejuſque aſſeclæ, & reliquus populus, non magis paruerunt Creatori, ut prædixerat Jeremias Propheta. 3. Nihilo minùs Rex Sedekias Jehuchalem, Selemijæ filium, & Tſephanjam, Maharejæ filium, Sacerdotem miſit ad Jeremiam Prophetam, qui ei dicerent ſe optare ut oraret Creatorem ſuum pro ipſis. 4 Eo tempore Jeremias liberè verſabatur cum plebe, nam nondum in carcerem conjectus fuerat.

5. Eo tempore, Rex Ægypti, egreſſus erat, Regno ſuo, cum exercitu; quod cùm audiſſent Chaldæi, qui obſidebant Jeroſolimam, obſidionem ſolverunt. 6. Tum verò Deus Jeremiam ſic adloquutus eſt: 7. Ita loquutus eſt Creator; Deus Iſraelitarum: dicite Regi, qui vos ad me miſit, ut me interrogaretis, exercitum Regis Ægypti, qui venire ad vos videbatur, ut auxilium vobis ferret, rediiſſe in regnum ſuum. 8. Chaldæi verò, converſo ad vos agmine, hanc urbem oppugnabunt, & comburent. 9. Hæc dixit Creator: ne vos ipſi decipiatis, dum dicitis abiiſſe ex Judæa Chaldæos, cùm nondum ad vos venerint. 10 Quamvis enim concidiſſetis totum Chaldæorum exercitum, quibuscum habetis nunc bellum, nec eſſet ſuperſtes ullus præter vulneratos, qui è tentoriis non exirent, ſurgerent tamen & Jeroſolimam incendio delerent.

COMMENTARIUS

In Caput XXXVII.

1. R*Egnavit Sedekias Rex* &c.] Anno ante Chriſtum DXCIX. ex calculo *Jacobi Uſſerii*, regnavit *Jehojachimus*, qui & *Chonias*, dictus eſt, tribus menſibus & decem diebus Jeroſolima regnavit, fecitque quod diſplicere Deo probè noverat, quemadmodum fecerat ejus pater. Vide de hiſce ejuſdem Chronologiam Sacram, Parte poſteriori.

16. *Domum foveæ*] Hæc erat pars carceris, ubi erant putei aut foveæ profundiores, quò miſeros captivos demittebant, quamvis luto plenas, ut ex hoc loco liquet. Verùm erga Jeremiam inſignem Prophetam, debuerant poſtremi Reges Jeroſolimæ, aliter ſe gerere. Sed hi Reges eò magis vituperandi, cùm juſtitiæ & humanitatis immemores erant; quò meliùs norant ejusmodi Principes Deo Opt. Max. eſſe ingratiſſimos.

19. *Prophetæ veſtri*] Nempe, Pſeudoprophetæ, qui prædicebant quod ii cupiebant ſibi contingere, qui eos conſulebant. Si fortè contingeret quod promiſerant, non aliter eis gratias agebat, ac ſi reverà eventus iis fuiſſet à Deo revelatus; ſi verò ſecus res haberet, facile iis erat dicere nimia eſſe populi peccata, quàm ut Deus iis ignoſceret.

21. *In atrio cuſtodiæ*] בחצר המטרה *babhatſar*

ham-

11. Cùm autem abiiſſet exercitus Chaldæorum Jeroſolimâ, propter exercitum Pharahonis. 12. egredi voluit Jeremias Jeroſolimâ, ut iret in terram Benjaminis, útque elaberetur illinc, in media populi *turba*. 13. Cùm itaque eſſet in porta Benjaminis, ibi etiam erat præfectus præſidii, cui nomen erat Jirijæ, filius Selemjæ, Chananjæ filii, qui Jeremiam Prophetam adprehendit, ei dicens: ad Chaldæos transfugis. 14. Mendacium verò hoc eſt, inquit Jeremias, ad Chaldæos non transfugio. At nequaquam audivit eum Jirija, ſed comprehenſum ad proceres duxit. 15. Irati verò proceres Jeremiæ juſſerunt eum cædi, detruſerúntque quaſi in carcerem, domum Jonathanis Scribæ, eâ enim carcerem fecerant. 16. Cùm autem eò ingreſſus eſſet Jeremias, & quidem domum foveæ, in *captivorum* habitationem, manſit illic, per multos dies.

17. Poſtea eum Rex Sedekias accerſiit, interrogavítque clam in regia, &, verbáne ſunt, inquit, à Jehova *nonnulla*? Sunt ait Jeremias; in manum Regis Babylonis traderis. 18. Dixit præterea Sedekiæ Regi, quid deliqui in te, aut in ſervos tuos, aut in populum hunc, ut me conjiceretis in carcerem? 19. Ubi ſunt Prophetæ veſtri, qui vaticinabantur vobis, non venturum Regem Babylonis, contra vos & contra hanc terram? 20. Nunc verò, quæſo, Domine Rex, audiatur à te ſupplicatio mea; nec jubeas me redire domum Jonathanis Scribæ, nec moriar illic. 21. Mandavit ergo Rex, ut relinquerent Jeremiam in atrio cuſtodiæ, útque darent ei in diem placentam è platea piſtorum, donec deficeret omnis panis in urbe; manſitque Jeremias in atrio cuſtodiæ.

Demittitur Jeremias in foveam lutulentam, è qua poſtea extrahitur, juſſu Sedekiæ, cui futura prædicit Propheta.

CAPUT XXXVIII

1. AUDIVERANT Sephatja, Matthanis filius, Gedaljah Phaſchuris filius, Juchal

11. Cùm aotem Chaldæorum exercitus receſſiſſet ex agro Jeroſolimitano, propter metum Ægypti Regis, qui auxiliom laturus dicebatur Jeroſolimæ; 12. egredi voluit eâ urbe Jeremias, ut iret in agros Benjamioicos, in quos ſe elapſurum ſperabat, in media populi turba. 13. Cùm ergo eſſet in portam Benjamioicam iturus, ut illac exiret in Tribûs illius agros, io media populi turba, præfectus præſidii, cui viro oomen erat Jirijæ, filio Selemjæ, Chananjæ filii. Is verò cùm vidit Jeremiam, eum adprehendit, eum ad Chaldæos deficere velle dictitans. 14. Negavit verò Jeremias, cùm non cogitaret de transfugiendo ad Chaldæos; ſed eom ooo aodivit Jirija, ſed captum ad Proceres duxit. 15. Hi verò ei irati quaſi proditori juſſerunt eum verberari, & detruſeruot, quaſi patriæ proditorem, domum Jonathanis Scribæ, quam voloerant eſſe quaſi carcerem. 16. Cùm verò Jeremias eam domum ingreſſus eſſet & quidem in locum ubi erat fovea, illic pet multos dies, quaſi proditos patriæ, manſit longo tempore.

17. Tandem Sedekias Rex eum accerſivit, ſeorſimque interrogavit, in regia, petiitque ab eo ſeorſim oumquid haberet, oomine Dei, ſibi dicendum, reſponditque; fore ut incideret in manus Babyloniorum Regis. 18. Præterea dixit Regi ſe noo intelligere, quid in eum deliquiſſet, aut in ejus Miniſtros, aut io Populum, ut io carcerem conjiceretur. 19. Ubi ſunt, addebat audiente Rege, Prophetæ veſtri, qoi prædixerant Chaldæorum Regem vos ooo adgreſſorum, oec qoæ ſuot veſtræ ditionis in Palæſtiua. 20. Nunc verò, Domioe Rex, audi meas preces, oec me jubeas redire domum Jooathanis Scribæ, ne illic moriar. 21. Quibus auditis, juſſit Rex non dimitti Jeremiam, ut æquum erat, ſed transferri in atrium cuſtodiæ, darique ei quotidie panem, donec in urbe inveniri poſſet. Ergo Jeremias manſit in atrio cuſtodiæ, qoaſi captivus.

P A R A P H R A S I S.

1. AUDIVERANT Sephatja, Matthaois F. Gedalja Phaſchuris F. Juchal, Saleinjæ filius & Phaſchur Malchijæ filius, verba quæ habuerat Jeremias, apud totum populum, quorum hæc

hammatarah, in atrio carceris; hoc eſt, in veſtibulo, in quo meliore aëre poterat frui, quàm in puteis, & ubi erat cuſtodia carceris.

E platea piſtorum] Erat, ut videtur, platea publica, ad quam erant officinæ Piſtorum, è quibus Rex volebat peti panem quo aleretur Jeremias.

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT XXXVIII.

1. IN *hanc ſententiam*] לאמר *lemor*, dicendo, quod perinde eſt ac quod dicunt Latini, *in hanc ſententiam*; non enim de verbis agebatur, ſed de ſumma eorum, quæ dicebantur. Quod non repetemus.

2. *Manens*

Juchal Salemjæ filius & Phaſchur, Malchijæ filius, veiba, quæ Jeremias fecerat apud totum populum, in hanc ſententiam. 2. Sic dixit Jehova: manens in hac urbe gladio interibit, aut ſame, vel peſte; qui verò exierit ad Chaldæos vivet, erítque ei ejus vita ſpolii inſtar, & vivus *abibit*. 3. Sic dixit Jehova: tradetur hæc urbs in manum exercitûs Regis Babylonis, qui eam capiet. 4. Dixerunt verò proceres Regi: morte adficiatur hîc vir, quandoquidem debilitat manus militarium virorum, qui ſuperſunt in hac urbe & manus totius populi, dum eos his verbis adloquitur. Neque enim vir ille populum hunc incolumem optat, ſed calamitoſum. 5. Rex verò Sedekias, en, inquit, res eſt in manibus veſtris, nam ne Rex quidem contra vos quidquam poteſt. 6. Itaque captum Jeremiam demiſerunt funibus in ciſternam Malchijæ, Regis filii, quæ erat in atrio cuſtodiæ; in qua nulla erat aqua, ſed tantùm lutum, in quod eſt demerſus Jeremias.

7. Audivit autem Hebed-melechus Chuſita (is erat in Regia Eunuchus) Jeremiam demiſſum eſſe in ciſternam, dum Rex ad Portam Benjaminis ſederet. 8. Egreſſus verò eſt è Regia Hebed-melechus, Regémque ſic eſt adloquutus. 9. Domine Rex, malè fecerunt viri illi, in omnibus iis, quæ fecerunt Jeremiæ Prophetæ; quem demiſerunt in ciſternam, ubi fame morietur, nullus eſt enim panis ampliùs in urbe. 10. Mandata ergo dedit Rex Hebed-melecho Chuſitæ, his verbis: ſume tecum hinc triginta viros, educitóque Jeremiam è ciſterna, antequàm moriatur. 11. Adſumſit ergo Hebed-melechus viros ſecum, atque ingreſſus eſt Regiam, ſub theſauro, indéque abſtulit veteres pannos raptatos & contritos, quos funibus demiſit ad Jeremiam in ciſternam. 12. Dixit verò Hebed-melechus Chuſita Jeremiæ: ſuppone, quæſo, veteres pannos raptatos & detritos axillis brachiorum tuorum, ſupra funes; & ſic quidem fecit. 13. Extraxerunt deinde Jeremiam funibus, cúmque è ciſterna eduxerunt, & manſit Jeremias in atrio cuſtodiæ.

14. Poſtea

hæc ſententia erat: 2. Sic dixit Creator: quisquis manebit in hac urbe gladio occidetur, aut peſte. Qui verò exierit ad Chaldæos vivet, erítque vita ejus ſpolium, & vivus evadet. 3. Sic dixit Creator: tradetur hæc urbs in manus exercitûs Regis Babyloniæ, qui eam capiet. 4. Proceres verò auctores fuerunt Regi, plectendi capite Jeremiæ, quandoquidem dabat operam ut militum caderent animi, quotquot ſupererant in urbe, dum eos ita adloquebatur. Neque enim vir ille populum hunc incolumen eſſe optat, ſed miſerum. 5. At Rex Sedekias, res, inquit, in poteſtate veſtra eſt, nam ne ego quidem quidquam, vobis invitis, poſſum facere. 6. Itaque captum Jeremiam demiſerunt funibus in ciſternam Malchijæ, Regis filii, quæ erat in atrio cuſtodiæ; in qua ciſterna nulla eſt aqua, ſed lutum tantùm in quod eſt demiſſus Jeremias.

7. Interim his auditis, Hebed-melechus, Madianita, qui erat Regiæ Eunuchus, accepit Jeremiam demiſſum eſſe in ciſternam, dum Rex ad Portam Benjamiticam ſederet. 8. Egreſſus è Regia, ad Regem ſe contulit, eúmque ita eſt adloquutus. 9. Malè fecerunt, qui malè habuerunt Jeremiam, demiſerúntque eum in puteum, ubi fame morietur, nullus enim eſt panis venalis in urbe. 10. Quibus auditis, Habed-melechum juſſit, triginta viris ſibi adjunctis, educere Jeremiam è ciſterna, antequàm in ea moreretur. 11. Paruit Hebed-melechus, hominibus, qui ſe adjungerent ipſi, ad Jeremiam è puteo liberandum, ſub theſauro Regio ſito, veteribus veſtibus brachiis ejus ſubjectis, in fundo putei, ne Prophetam læderent, dum eum traherent è puteo. Hebed-melechus monuit Jeremiam, 12. qui deberet uti veſtibus demiſſis, & brachiis ſuis ſubmiſſis. 13. Quas cùm ſibi aptaſſet è ciſterna, ſine incommodo, eſt extractus, ſed in priore carcere atrii cuſtodia relictus, unde colligere licet Regem ſibi etiamnum metuiſſe à Propheta, quem tantâ injuriâ adfecerat.

14. Poſtea

2. *Manens in hac urbe*] Jeroſolimæ, quam urbem quaſi rebellionis ducem habebant Babylonii; & quâ captâ, non falſò ſe totius Judææ dominos fore putabant. Quam ob rem Deus erat auctor ejus deſerendæ, quod optimum fuiſſe res ipſa oſtendit.

Erit ei vita ſpolii inſtar] Hoc eſt, debebit vitam ſuam pro ſpolio, aut præda habere, cùm cetera abſtulerint Chaldæi, qui potuiſſent etiam ipſum occidere; quamobrem vitam debebit habere quaſi ſpolium pretioſiſſimum, quod ſibi ſervaverat, & æquo animo cetera amittere.

4. *Morte adficiatur* &c.] Cùm Jeremias eſſet vir inculpatæ vitæ, & qui non tunc primùm prædiceret calamitates popularibus ſuis, debuiſſet interrogari, de poſterioribus prædictionibus; & preces publicæ inſtitui, quibus Dei imploraretur miſericordia. Sed Rex Judææ hîc ita ſe geſſit, quaſi nihili faceret Jeremiæ monita, & Prophetam hominem ſeditionis amantem, qui Babyloniis faveret. Quamobrem à Deo graviſſimis pœnis Sedekias eſt adfectus. Attamen Aulici non auſi ſunt è medio tollere Prophetam, metu, ut videtur, populi, qui ei, partim ſaltem, fidem habebat.

Debilitat manus] Deterret Jeroſolimitanos ne arma capiant, & ſe ſtrenuè tueantur, contra Chaldæos, qui victoriam, volente Deo, eſſent reportaturi.

5. *Nam ne Rex* &c.] Hinc liquet Reges non fuiſſe, apud Judæos, ἀνυπεύθυνους, cùm invito Conſilio ſuo non auderent quidquam magni momenti facere.

6. *In atrio cuſtodiæ*] In quo excubias faciebant aliquot Regiæ Cuſtodiæ milites. Dirum

erat

14. Poſtea accerſivit ad ſe Jeremiam Prophetam Sedekias Rex, in tertium introïtum Ædis Jehovæ, dixítque Jeremiæ: de re quapiam interrogabo te, nec quidquam me celaveris. 15. Si tibi indicavero, inquit Jeremias, annon me occides; aut, ſi quid conſilii tibi dedero, audire renues? 16. Jusjurandum verò dedit clam Rex Sedekias Jeremiæ, his verbis: *ne* vivat Jehova, qui nobis hanc vitam dedit, ſi te occidero, aut ſi te tradidero hiſce hominibus, qui vitæ tuæ inſidiantur. 17. Jeremias verò Sedekiæ, ſic, inquit, dixit Jehova, Deus exercituum, & Deus Iſraëlis: ſi exiveris ad proceres Regis Babylonis, vita tua incolumis erit, néque hæc urbs igne abſumetur, vives tu, & familia tua. 18. Sin verò non exiveris ad proceres Regis Babylonis, Urbs hæc in manum Chaldæorum tradetur, qui eam igne comburent, nec tu eorum manui eripieris. 19. Tum Sedekias Jeremiæ, ego, inquit, anxius ſum, Judæorum causâ, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne me tradant in eorum manum, néve mihi illudant. 20. Non tradent, inquit, Jeremias, auſculta modò voci Jehovæ, cujus cauſâ te adloquor & tibi bene erit, vitámque tuam ſervabis. 21. Si verò nolueris exire; hoc eſt, quod mihi oſtendit Jehova: 22. Omnes mulieres, quæ ſuperſunt in Regia Judæ, convocentur ad proceres Regis Babyloniorum & dicent eæ, viros, qui pacatè tecum vivebant, incitaſſe te & ſuperiores fuiſſe, demerſóſque in cœnum pedes tuos, & retrorſum eſſe converſos. 23. Omnes uxores tuas & filios tuos educent ad Chaldæos, neque tu eripieris eorum manui; ſed manu Regis Babylonis capieris, atque hanc urbem igne combures. 24. Tum Sedekias Jeremiæ, ne quisquam, inquit, ſciat hæc verba; neque morieris. 25. Si verò audierint proceres me tecum eſſe colloquutum, te convenient, & tibi dicent; indica nobis quid dixeris Regi, neque nos celato; nec te interficiemus; tum etiam quid tibi dixerit Rex; 26. iis dices: ſupplicationem meam Regi obtuli, ne me juberet reduci domum Jonathanis, ut illic morerer.

27. Poſtea

14 Poſtea vocavit ad ſe Prophetam ad tertium Templi aditum, ubi ſibi dixit eſſe, de quo eum interrogare cuperet, & cui ab eo ſine diſſimulatione reſpondere eum volebat. 15. Si ergo tibi indicavero, repoſuit Jeremias, annon me occides? aut ſi quid conſilii dederim, me audire noles? 16. Jusjurandum verò clam dedit Jeremiæ, his verbis: ne credatur vivere Deus, qui hanc vitam dedit, ſi te occidendum permittam hiſce hominibus, qui vitæ tuæ inſidias ſtruent. 17. At Jeremias Sedekiæ, ne vivat, inquit, Creator, Deus exercituum, idémque Deus Iſraël: ſi urbe exiveris ad Proceres Babylonios, Regis Babyloniorum Aulicos, non erit quod vitæ tuæ timeas; neque hæc urbs conflagrabit, vivéſque tu & familia. 18. Sin verò urbe exire verearis ad Proceres Babylonios; urbs hæc Babyloniis dedetur, qui ignem ei ſubjicient, nec tu eorum manus effugies. 19. Tum verò Sedekias Jeremiæ, ego, inquit, in magna ſum anxietate, eorum Judæorum causâ, qui transfugerunt ad Babylonios, ne me iis tradant, néve mihi illudant. 20. Atqui te non tradent illis, audi tantùm vocem Dei; cujus causâ te adloquor, & propter quem tibi bene erit, & vita tua incolumis erit. 21. Sin verò ad eos egredi nolis, hoc mihi revelavit Creator, hoc futurum oſtendit. 22. Ut omnes mulieres, quæ ſunt adhuc in Regia Regum Judæ; educantur, in gratiam Procerum Babyloniorum, iiſque dicant viros, qui pacem tecum colebant, te incitaſſe, & impetraſſe à te, ut pedes tuos veluti in coenum immitteres, atque aliò te converteres. 23. Jam omnes uxores tuas, & liberos tuos abducant Chaldæi in Babyloniam, ut illic ſerviant, nec eos redimere poteris, ſed ipſe abduceris à Rege Babyloniorum, unà cum tuis, & unà cum iis ignem huic urbi ſubjicietis. 24. Tum verò Sedekias, Jeremiæ, cave ne cuiquam, inquit, dixeris, & incolumis eris. 25. Si verò reſciverint me hæc tibi dixiſſe, te convenient, & poſtulabunt quid dixeris Regi, nec ſibi celandum quid ſit, quod ſi diceres à ſe te non occiſum iri; tum etiam quid reſponderit Rex; 26. iis dices te ei ſupplicationem obtuliſſe, ne te juberet reduci domum Jonathanis, ut illic occideres.

27. Tum

erat genus carceris ciſterna lutoſa, in qua vivere non licebat, ſine maximis incommodis.

7. *Chuſita*] הכושי *hacchouſchi*. Hoc eſt, Madianita, non Æthiops, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Phalegi Lib IV. c. 2. Vir magnus *H. Grotius*, ad hunc locum, ita habet: *Jam tum eminus oſtendere voluit Deus, quam juſtas cauſas haberet gentes extraneas ad ſalutem vocandi. Servat Æthiops Prophetam, quem Judæi opprimebant. Gentes in Chriſtum credidere, quem Judæi crucifixerant.* Primùm errat Vir Magnus in patria ſervi, quæ non fuit uſque adeò remota, ut certiſſimè probavit *Bochartus.*

Ad Portam Benjaminis] Extra eam Portam habebat prædium, aut agellum Propheta, ut ſupra vidimus.

16. *Ne vivat Jehova*] Mira formula jurisjurandi, cujus ſunt hæc ipſa verba: *Vivus Creator* (חי יהוה *hhai Jehovah*) *qui* (priùs eſt את quod deſtitutum eſt punctis, quia Maſſorethæ judicarunt delendum eſſe) *nobis hanc vitam dedit.* Primùm negativa particula omittitur, ne videatur negare eſſe Creatorem, contrà quem ſentiebat; deinde ſimpliciùs loquitur.

17. *Dixit Jehova Deus* &c.] Promiſerat Deus Jeremiæ, ut hîc habet, Sedekiam, ſi prodiret ad Duces Babylonios, incolumem rediturum.

22. *Qui pacatè tecum vivebant*] Hoc eſt, amici tui, aut qui ejusmodi eſſe videntur.

Demerſóſque in cœnum &c.] Hoc eſt, in difficultates immerſos, quibus ſe non expedituri

27. Poſtea omnes proceres Jeremiam convenerunt, atque interrogarunt; quibus reſpondit, iisdem verbis, quæ præſcripſerat Rex. Itaque taciti ab eo abierunt, nam res à nemine audita fuerat. 28. Manſit deinde Jeremias, in atrio cuſtodiæ, ad diem uſque, quo capta eſt Jeroſolima.

Capitur Jeroſolima, Sedekias evadere conatus retrahitur à fuga, unde ducitur ad Regem Babyloniorum; qui filios ejus coram eo occidit, ut & proceres Judæ, denique eum excæcat, & catenis vinctum abduxit. Reliqui etiam transferuntur Babylonem. Nebuchadretſar mandata de Jeremia, vitâque à Propheta Hebed-melecho permiſſa.

CUM verò capta eſſet Jeroſolima (1. anno autem Sedekiæ, Regis Judæ, nono & decimo quidem menſe, venerat Nebuchadretſar, Rex Babylonis, & omnis exercitus ejus Jeroſolimam, quam obſederant; 2. anno verò Sedekiæ undecimo, menſe quarto, nona menſis die, perrupta fuerat urbs) 3. ingreſſi ſunt proceres omnes Regis Babylonis, ſederúntque in porta media Nergal-ſaretſar, Samgar-nebus, Sarſochimus, Rabſaris, Nergal-ſaretſar præfectus Magorum, & ceteri omnes Regis Babylonis principes viri. CAPUT XXXIX.

4. Cùm autem eos vidit Sedekias, Rex Judæ, & omnes viri militares, aufugerunt, egreſſi noctu ex urbe, viâ horti regii, per portam, quæ erat inter duos muros, & viam deſerti iniverunt: 5. ſed eos perſequutus eſt exercitus Chaldæorum, & adſequutus Sedekiam, in campeſtribus Jerichuntis, eúmque captum abduxit ad Nebuchadnetſarem, Regem

27. Tum omnes proceres convenerunt Jeremiam, quibus repoſuit iisdem verbis, quæ Rex ei præſcripſerat. Quo factum, ut taciti ab eo abirent, res enim à nemine alio audita fuerat. 28. Deinde Jeremias manſit in atrio cuſtodiæ, ad diem, quo capta eſt Jeroſolima.

PARAPHRASIS.

1. POSTQUAM fuiſſet Jeroſolima capta (anno Regni Sedekiæ Regis nono, atque ejus anni menſe decimo venerat Nebuchadretſar, Rex Babyloniorum, cùm toto exercitu Jeroſolimam, quam obſederant; 2. & quidem Sedekiæ anno undecimo, nono verò menſis die, perrupta fuerant mœnia) 3. ingreſſi ſunt omnes aulici Regis Babyloniorum, ſederúntque in medio portæ Nergal-ſaretſar, Samgar-nebus, Sarſochiſmus, Rabſaris, Nergal-ſaretſar, præfectus Magorum, & ceteri omnes Regis Babyloniorum principes viri.

4. Cùm verò eos vidiſſent Sedekias, Rex Judæorum, & militares viri, ex urbe noctu aufugerunt, viâ hortorum regiorum, per portam, quæ erat inter duos muros, & viam deſerti capeſſiverunt; 5. ſed eos perſequutus eſt exercitus Chaldæorum, & adſequutus eſt in campeſtribus Jerichuntis, captúmque duxit ad Nebuchadnetſarem, Regem Babyloniorum, qui erat Riblæ, in agro Chamathenſi, ubi ſententiam

dituri eſſent. Metaphora ducta, ut videtur, ex more, quem paullò antea vidimus contra Jeremiam, reóſque alios in uſum revocatum.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXIX.

1. NEbuchadretſar] Eſt idem nomen ac *Nebuchadnetſar*, & *Nabuchodonozor*, niſi ר ſcriptum ſit pro נ. Ceterùm notas Parentheſeos hîc omnino addendas judicavimus, quamvis Hebræi nullas habeant ejuſmodi notas; quas Anagnoſtæ legendo ſupplebant.

2. *Perrupta fuerat urbs*] הבקעה העיר *hobkebab hajir*. Prima vox ſignificat propriè quod dicas Gallicè: *on avoit fait une brèche*. De voce poſtrema ſi plura cupis, adi *Origines Linguæ Gallicæ Menagianas*. Vox Latina, quâ *ruptura muri* ſignificatur an ad nos pervenerit neſcio. Nomen Gallicum *Brèche* videtur ortum à verbo Teutonico, *brechen*, frangere.

3. *In porta media*] Non tantùm ut poſſeſſionem Urbis ſibi vindicarent, & ſervarent, ſed ut illic judicarent, pro more Orientalium, de quo diximus ad Hiſtoriam Ruthæ.

4. *Rex & omnes viri militares* &c.] Cùm viderent ſe non poſſe armis expellere Babylonios, voluerunt abire in Ægyptum; ut conjunctim, cùm exercitu Ægyptio, cogerent Babylonios redire eò unde venerant; ſed paullò poſt viderunt copias ſuas Babyloniis pares non eſſe.

5. *Riblam*] *Hieronymus* in locis habet: *REBLA in terra Emath, unde victor Pharao adductum Joachas tranſtulit in Ægyptum.* At in textu Græco *Euſebii* eſt: Ῥεβλαὰ ἐν γῇ Αἰμάθ, ἔνθα Φαραὼ μετέστησεν Ἰωαχάζ. Sed ad locum conſulendus *Bonfrerius*, in Onomaſtico, & quæ illic diximus.

Regem Babylonis Riblam, in agro Chamathenſi, *ubi* ſententiam ei pronunciavit. [6]. Jugulavit Rex Babylonis omnes filios Sedekiæ Riblæ, ipſo inſpectante, *pariterque* omnes illuſtres Judæos trucidavit. [7]. Tum Sedekiæ oculos excæcavit, vinxítque eum duabus catenis æneis, Babylonem abducendum.

[8]. *Urbis interim* Regiam & domos populi igne combuſſerunt Chaldæi, muróſque Jeroſolimæ diruerunt. [9]. Nebuzaradan verò Satellitum Præfectus reliquias populi, qui in urbe manſerat, eóſque qui ad eum deſecerant, & ceteros omnes è populo Babylonem tranſtulit; [10]. at tenuiſſimos quoſque è plebe, quibus nihil erat, reliquit in terra Judæ, eóſque vineis & agris, eo tempore, donavit.

[11]. Verùm mandata dederat Nebuchadnetſar, Rex Babylonis, de Jeremia, Nebuzaradani, Præfecto Satellitum, in hanc ſententiam: [12]. cùm capito curam ejus gerito, nec quidquam mali ei facito; ſed erga eum, prout ipſe tibi dicet, te gerito. [13]. Miſit ergo Nebuzaradan, Præfectus Satellitum, Nabuſaradanem, Præfectum Eunuchorum, Nergal-Saretſerem, Præfectum Magorum, & omnes proceres Regis Babyloniæ; [14]. miſerunt *inquam*, & accerſiverunt Jeremiam, ex atrio cuſtodiæ, tradiderúntque Gedaljæ, Achikami filio, qui Saphanis filius fuit, ut deduceret eum domum, habitarétque Jeremias, in medio populo.

[15]. Jeremiæ verò facta fuerant verba à Jehova, cùm etiamnum detineretur, in atrio cuſtodiæ, in hanc ſententiam: [16]. Ito & dicito Hebed-melecho Chuſitæ: ſic dixit Jehova *Deus* exercituum, *&* Deus Iſraëlis: mox immittam in hanc urbem quæ dixi, in calamitatem, non in utilitatem ejus, eruntque eo die coram te; [17]. ſed liberabo te, tunc tem-

ſententiam ei pronunciavit. 6. Occidi etiam juſſit idem Rex omnes filios Sedekiæ, ipſo inſpectante, & ceteros omnes illuſtres viros Judæorum.
7. Tum excæcavit Sedekiam, vinxitque catenis duabus æneis, & ſic vinctum Babylonem abduci juſſit.

8. Interea Jeroſolimæ Regiam, & privatorum ædes combuſſerunt Chaldæi, atque mœnia urbis ſolo æquarunt. 9. Nebuzaradan verò, Satellitum præfectus, reliquias populi Jeroſolimitani, quæ remanſerant, eoſque, qui ad eum defecerant, & alios, è populo Babylonem tranſtulit. 10. Tenuiſſimos tantum è plebe; quibus nullæ erant divitiæ, reliquit in agris Tribus Judæ, eóſque agris & vineis donavit eo tempore.

11. At Chaldæorum Rex in mandatis dederat Nebuzaradani, Præfecto Satellitum, de Jeremia Propheta, 12. eum ad ſe vocare, & curam ejus gerere, nec mali quidquam ei facere, ſed id quod peteret gratificari. 13. Miſit igitur Nebuzaradan Præfectus præſidio Chaldæorum, Nabuzaradanem Præfectum Eunuchis, Nergal-Saretſerem Præfectum Magis, & quiſquis aderat procerum Regis Babyloniæ; 14. miſerunt *homines*, qui arceſſerent Jeremiam ex atrio cuſtodiæ, eumque commendarent Gedaljæ, filio Achikami, qui Saphanis filius fuit; ut eum comitarentur domum. Habitabat autem in medio populo.

15. Jeremiæ verò fuerat revelatio divina facta à Creatore, cùm vates ille etiamnum carcere detineretur, hanc in ſententiam: 16. ito ad Hebed-melechum Madianitam, eique dicito: Sic loquutus eſt Creator, idémque Deus exercituum & Iſraelis: mox immittam huic urbi calamitates, non quæ ſint ei utiles, atque eas eo tempore videbis; 17. Sed iis tunc te liberabo, neque

In agro Chamathenſi] Hanc *Chamath* oportet fuiſſe Ægypto vicinam, nam Sedekias Ægyptio exercitui obviam iverat. Habet quidem *Euſebius*: Ἐμὰθ ὅριον τῶν ἀλλοφύλων, ἐν χώρᾳ Δαμάσκου, interprete *Hieronymo*: *Emath terminus Allophylorum, in regione Damaſci.* Ἡμὰθ, χώρα ἀλλοφύλων· ὁ δὲ Ἱερεμίας, πόλις Δαμασκοῦ; *Emath regio Allophylorum. Porrò juxta Hieremiam, civitas Damaſci.* Oportuiſſet dicere *Damaſcenæ*, quo nomine regio tota vocatur. *Bonfrerius* etiam hîc oſtendit varia peccaſſe *Euſebium* & *Hieronymum*, quamvis uterque in Palæſtina vixerit. Sed, in hac re, negligenter, ut in multis aliis, ſe utérque geſſit.

Riblam] Efferunt hanc vocem *Rebla*, aut *Reblatha*. Sed nobis præferenda auctoritas Exemplarium Hebraïcorum, quæ à Græculis corrumpi non potuerunt; ut Græca, ubi ſunt innumera σφάλματα. Ceterùm *Rebla* & *Reblatha*, ſunt unum nomen. Negligenter, in prolatione hujus vocis, ſe geſſerunt *Euſebius* & *Hieronymus*, & miſcuerunt quæ diſtinguere debebant. Vide hîc *Bonfrerium*. *Riblam* non ſatis notam fuiſſe *Euſebio* verè obſervat, ſed fortè loci minùs accurati debentur imperitis Librariis aut Criticis; inter quos *Euſebium* numerat, qui reverâ, in multis, peccavit. Habet, inter alia: Ῥεβλαὰ ἐν γῇ Αἰμὰθ ἔνθα Φαραὼ μετέστησε Ἰωχάζ; quod vertit *Hieronymus*: *Rebla in terra Emath: unde Pharao adductum Joachaz tranſtulit in Ægyptum.* Ῥεβλαθὰ χώρα Βαβυλωνίων. Pro Αἰμὰθ debuit etiam ſcribi Αἱμάθ.

10. *Tenuiſſimos*] Niſi non tantùm eripienda fuiſſet Judæis omnis auctoritas, ſed & ſtudium rerum novarum; non opus fuiſſet paullò ditiores in Babyloniam exſulatum mittere; ſed cùm facilè intelligerent inviтiſſimos pati Judæos alius Gentis jugum, quod excutere poſſent quàm primùm; ditiſſimos quoſque ad Euphratem abduxit, ceteris ad agros colendos relictis.

11. *Verùm mandata* &c.] Veriſimile eſt quod *Grotius* hîc habet, Regem Babyloniorum monitum fuiſſe, Jeremiam ſemper faviſſe Babyloniis, cùm auctor fuiſſet aperiendæ iis Jeroſolimæ; qua de causâ à Babyloniis bene habitus

temporis, neque tradêris in manum eorum, à quibus tibi metuebas; [18] nam te *iis* eripiam, nec gladio cades, ſed erit tibi vita tua, ſpolii inſtar; quia fiduciam in me poſuiſti, ait Jehova.

Humanitas Nebuzaradanis, erga Jeremiam, cui offert operam ſuam aut agros in Judæa, donatúmque remiſit ad Gedaljam, præfectum Judææ à Babyloniis, cujus præfecturæ initia traduntur.

1. VERBA, quæ facta ſunt Jeremiæ à Jehova, poſtquàm dimiſerat eum Nebuzaradan, Præfectus Satellitum Ramâ; cùm captus fuiſſet & catenis vinctus, inter ceteros omnes migraturos Jeroſolimâ, éque Juda, ut in Babyloniam transferrentur. 2. Tum enim ſumſit Præfectus militum Jeremiam, eíque dixit: Jehova, Deus tuus, minatus erat hanc calamitatem huic loco, 3. quam ei immiſit, fecítque, quemadmodum dixerat, quia peccaſtis in Jehovam, néque voci ejus auſcultaſtis; quare quod dixerat id vobis contigit. 4. Nunc verò hodie ſolvi catenas, quæ manibus tuis impoſitæ erant. Si venire mecum tibi videatur, veni mecum Babylonem, veni; tui curam geram: ſin verò non placeat tibi mecum Babylonem venire, ne facias; circumſpice totam terram, quæ eſt in conſpectu tuo, quocúmque bonum & rectum tibi ire videbitur, eò ito. 5. Aut *quamvis* nondum redierit, redito ad Gedaljam, Achikami filium, Saphanis nepotem, quem Rex Babylonis urbibus Judæ præfecit, & cum eo habita, in medio

CAPUT. XL.

que tradêris in manus eorum, à quibus tibi timebas; 18. nam iis te liberabo, nec gladio cades, ſed vitam tuam ſpolii inſtar incolumem auferes, quia fiduciam tuam in me poſuiſti, ait Creator.

PARAPHRASIS.

1. VERBA *Creatoris*, ad Jeremiam à Creatore, poſtquàm Prophetam dimiſerat Nebuzaradan, Præfectus Satellitum, Ramâ; cùm *Propheta* captus fuiſſet & catenis vinctus, inter omnes eos, qui migrare juſſi erant, ut irent in Babyloniam. 2. Tunc enim Præfectus copiis Chaldaicis vocavit Jeremiam, eúmque ſic adloquutus eſt: Creator, Deus tuus, calamitatem Judæis, 3. quam vobis immiſit, ut minatus erat, quia in eum peccaveratis, neque ei dicto audientes fueratis; quamobrem id, quod minatus erat, vobis contigit. 4. Hodie verò ſolvi catenas, quæ manibus veſtris impoſitæ fuerint. Si venire mecum vobis placeat, venite mecum Babylonem, atque illic curam veſtri geram. Quod ſi vobis non videatur, ne facite; circumſpicite agros, quos poteſtis videre, atque eò quò videbitur ire. 5. Poteſtis etiam ire ad Gedaljam, Achikami filium, Saphanis nepotem, quem Babyloniorum Rex urbibus Judæ præfecit, & ſub ejus patrocinio vivite, in medio veſtro populo, vel quocumque videbitur ite. Tum Præfectus Satellitum populum donavit viatico & muneribus, quo facto populum illum dimiſit, ut quò vellet ſe conferret.

6. Ivit

habitus fuit; quamvis hiſce nequaquam faveret in perniciem patriæ ſuæ, in qua erat Templum Dei, quod Babylonii ſolo æquarunt. Sed erat Prophetæ Dei mandata probare, quæ ipſi dabantur.

Præfecto Satellitum] רב טבחים *rab tabbabbim*, quod verterunt LXX. ἀρχιμαγείρῳ. *Bochartus* Phalegi Lib. I. C. 19. optimè conjicit non tam culinæ præfectum, ſic propriè dictum, quàm qui animalia occidebat.

18. *Erit tibi vita tua, ſpolii inſtar*] Incolumitas tua erit tibi quaſi ſpolium hoſtibus ereptum.

COMMENTARIUS
In CAPUT XL.

1. R*Amâ*] Fuit Tribus Benjaminis ut monuit *Euſebius* in locis, ubi hæc legunt: Ῥαμὰ, φυλῆς Βενιαμὶν, πόλις Σαοὺλ, ἀπὸ ϛʹ σημείων εἰς Βοῤῥᾶν ἀντικρὺ Βαιθήλ. μέμνηται αὐτῆς καὶ Ἱερεμίας. Quæ vertit *Hieronymus* verbotenus. *Bonfrerius* adnotat Ramam hanc ad ſeptemtrionem Jeroſolimæ fuiſſe colligi è Judicum XIX, 12, 13. nam ut iretur Jeroſolimâ Ramam, oportuiſſe ad ſeptemtrionem ejus urbis Ramam ire. Vide cetera, quæ habet eodem loco, quæ non ſunt tanti.

2. *Jehova Deus tuus*] Idololatræ, quamvis haberent ſua peculiaria Numina, non rejiciebant alios Deos vicinorum; ſeu crederent eſſe re verâ Deos, ſeu ut ne finitimos ſuos nimis offenderent, niſi loquerentur, inſtar eorum, de Numinibus quæ Idololatræ colebant. Hinc fit ut Præfectus Exercitûs Babylonici, cùm verba fecerit, tum dixerit: *Jehova Deus tuus*, & calamitatem Judæorum tribuerit Jehovæ indignationi. Babyloniorum verò vocatur *Bebel*, בעל, ut pronunciabat, unde Græci fecerunt nomen *Beli*, quaſi Dei peculiaris Babyloniorum, addito ſimul populi ejus nomine. Vide *Seldeni* Syntagma II. de Diis Syris.

4. *Nunc verò ſolvi* &c.] Quòd, nempe, Jere-

medio populo; vel quocumque tibi ire libebit, ito. Tum donavit eum Præfectus Satellitum viatico & munere atque eum dimiſit.

6. Ivit ergo Jeremias ad Gedaljam Achikami filium, Mitſpham & cum eo habitavit, in medio populo Judæo, qui in terra remanſerat. 7. Audiverunt verò Duces omnes copiarum, qui per agros erant cum ſuis, Regem Babylonis terræ præfeciſſe Gedaljam, Achikami filium, eique commendaſſe viros, mulieres, impuberes, & de tenuiſſima plebe eos, qui Babylonem tranſlati non fuerant. 8. Venerunt ergo Mitſpham, ad Gedaljam, Iſmaël, Nethanjæ filius, Jochanan & Jonathan, Koreachi filii, Seraja Thanchumethis filius, Hephaël, Netophatitæ filii, & Jezanja, Mahachathis filius, cùm ipſi, tum eorum viri. 9. Juravit Gedalja, Achikami filius, Saphanis nepos, iis & eorum viris, *nihil eſſe cur timerent*, & dixit; ne vereamini ſervire Chaldæis, habitate in hoc ſolo, ſervite Regi Babylonis & vobis bene erit. 10. Ego verò hic habito Mitſphæ, ut excipiam Chaldæos, qui venient ad nos, vos verò colligite vinum, fructus æſtivos & oleum, in vaſa ea recondite, ínque urbibus, quas occupaſtis, manete.

11. Tum omnes etiam Judæi, qui erant apud Moabitas, Hammonitas, Idumæos & qui in omnibus terris erant, audiverunt à Rege Babylonis relictas eſſe reliquias in Juda, & præfectum eis fuiſſe Gedaljam, Achikami filium, Saphanis nepotem. 12. Redierunt itaque cuncti Judæi, ex omnibus locis, in quæ disjecti fuerant, venerúntque Mitſpham, quæ in terra Judæ, ad Gedaljam, vinúmque & fructus æſtivos maximâ copiâ collegerunt.

13. Poſtea Jochanan, Kareachi filius, & omnes duces copiarum, qui per agros erant, venerunt Mitſpham ad Gedaljam, 14. eique, en noſti, inquiunt, Bahaliſam, Hammonitarum Regem, miſiſſe ad te Iſmaëlem, Nethanjæ filium, ut te occidat. Verùm Gedalja, Achikami filius, iis fidem non habuit. 15. Jonathan etiam, Kareachi filius, Gedaljæ clam dixit Mitſphæ: ibo nunc & interficiam Iſmaëlem, Nethanjæ filium, nec quiſquam rem reſciſcat. Cur verò te ipſum occideret, diſpergerentúrque omnes *tribules*,

6. Ivit ergo Jeremias ad Gedaljam, Achikami filium, Saphanis nepotem, Mitſpham, & cum eo habitavit, inter Judæos, qui non fuerant in Chaldæam abducti. 7. Audiverunt verò duces omnes copiarum Judaicarum, qui per agros errabant cum ſuis, à Rege Babyloniorum præfectum eſſe Gedaljam, Achikami filium, eique commendaſſe viros, mulieres, impuberes & è tenuiſſima plebe eos, qui Babylonem non erant tranſlati. 8. Venerunt ergo Mitſpham, ad Gedaljam, Iſmaël, Nethanjæ filius, Jochanan, & Jonathan, Koreachi filii, Seraja Tanchumetis filius, Hephaël, Netophatitæ filii, & Jezanja, Mahachatis filius, tum ipſi, tum eorum viri. 9. Fidem dedit Gedalja, Achikami filius, Saphanis nepos, iis & eorum viris *nihil*, eſſe quod timerent, addiditque ne vererentur ſervire Chaldæis, ſed habitarent ſuum ſolum, ſervientes Chaldæis & iis fore bene. 10. Addidit ſe illic, ubi erat habitare Mitſphæ, ut exciperet eos qui è Chaldæa in Judæam venirent, ſed qui in patria manſerant in patrio ſolo poſſe ſecurè colligere terræ fructus, ſeu æſtivos, ſeu oleas unde oleum exprimerent, in vaſa hæc recondere, & ſecurè manere in urbibus, quas occuparant.

11. Tunc temporis alii omnes Judæi, qui erant apud Moabitas, Hammonitas, & Idumæos, atque in aliis oris, acceperunt à Rege Babyloniæ relictas eſſe reliquias Judæorum in agris Tribûs Judæ, & præfectum iis relictum eſſe Gedaljam, Achikami filium, Saphanis nepotem. 12. His auditis, Judæi ex omnibus locis, per quæ erant ſparſi, redierunt, in patriam, iverúntque Mitſpham, quæ eſt in Tribu Judæ, ad Gedaljam, vinúmque & fructus æſtivos, maximâ copiâ, collegerunt.

13. Deinde Jochanan, Kareachi filius, & ceteri duces, qui per agros Judæ ſparſi erant, iverant Mitſpham, ad Gedaljam, 14. eique, noſti, inquiunt, à Bahaliſo, Hammonitarum Rege, miſſum eſſe ad te Iſmaëlem, Nethanjæ filium, ut te occidat. Sed Gedalja ei fidem non habuit

Jeremias auctor fuiſſet, æquo animò, ſumendi jugi Babyloniorum, quodtamen fecerat non benevolentiâ erga ejus populum, ſed quia jubebat hoc Deus Iſraëlitarum, ut ſatis conſtat ex iis, quæ dixerat popularibus ſuis.

Tui curam geram] *Ponam oculum meum ſuper te*. Te nequaquam negligam, ut eos, *quos non videmus ampliùs*. Dux Babylonius ei agrum offerebat, quem vellet in fertiliſſimis Babylonis agris; aut ſi mallet in Judæa manere, quod poſceret in ſua patria, quæ parebat jam Nebuchadnetſari.

7. *De tenuiſſima plebe*] Quæ obnoxia erat copiis Babylonicis, ad terram ſervandam relictis; ne fortè iterum conſpiraſſent contra Babylonios, cum hoſtibus Babyloniorum, quales erant Ægyptii, aut alii qui inviti obediebant iis, à quibus ſubacti erant.

8. *Miſpham*] Videtur eſſe, quæ ab *Euſebio*, *Maſpha* vocatur, & dicitur *fuiſſe in finibus Eleutheropoleos*, contra *ſeptemtrionem pergentibus Æliam*, *pertinens ad Tribum Judæ*.

9. *Nihil eſſe cur timerent*] Hoc aut aliquid ſimile debet intelligi.

10. *Ut excipiam Chaldæos*] Nempe, ut puto, eos, qui venirent nomine Regis Chaldæorum, cum mandatis ad Judæos; qui admonerentur de eo, quod volebat fieri erga vicinas poteſtates, & præſertim Ægyptios, qui erant omnium

Digitized by Google

tribules, qui ad te confluxerunt, & quod ſupereſt *tribûs* Judæ periret? [26]. Sed Gedalja, Achikami filius, Jochanani, Kareachi filio, ne hoc, inquit, facias, nam falſum eſt, quod de Iſmaële dicis.

Trucidatur ab Iſmaële Gedalja & quidquid erat militarium cum eo virorum; cujus cædem cùm alii Judæi ulciſci vellent, aufugit homicida ad Hammonitas; at ceteri Judæi, ſibi à Chaldæis metuentes, de fuga in Ægyptum cogitarunt.

1. MENSE verò ſeptimo, Iſmaël Nethanjæ filius, Eliſamæ nepos, è prole regia, & regni proceribus, decémque cum eo viri venerunt Mitſpham, ad Gedaljam, Achikami filium, atque illic unà convivati ſunt. [2]. Dein ſurrexerunt Iſmaël, Nethanjæ filius, & decem viri, qui cum eo erant, obtruncarúntque gladio Gedaljam, Achikami filium, Saphanis nepotem, quem regioni præfecerat Babyloniæ Rex; [3]. ſimúlque omnes Judæos, qui erant Mitſphæ, cum Gedalja, & Chaldæos, qui illic inventi ſunt, viros militares occidit Iſmaël. CAPUT XLI.

[4]. Poſtero verò die, poſt cædem Gedaljæ (quæ nemini adhuc innotuerat) [5]. venerunt viri Sechemo, Silunte & Samaria octoginta, barbâ raſâ, ſciſſis veſtibus, atque à ſe ipſis inciſi; gerebánque manibus munus *farreum* & thus, quæ inferrent Ædi Jehovæ. [6]. Obviam autem illis Mitſphâ egreſſus eſt Iſmaël, Nethanjæ filius, flens per viam, cúmque in eos incidiſſet, iis, venite, inquit, ad Gedaljam, Achikami filium. [7]. Cùm verò veniſſent in mediam urbem, jugulavit eos Iſmaël, Nethanjæ filius, & viri qui cum illo erant, atque in foſſam *conjecit*. [8]. Decem tamen viri inter eos inventi ſunt, qui Iſmaëli, ne nos, inquiunt, occidas, ſunt enim nobis abdita ruri frumenta, horrea, oleum & mel, *quæ tibi dabimus*. *Quare* deſtitit, nec eos, inter fratres, occidit. [9]. Foſſam autem, in quam projecit Iſmaël omnia cadavera eorum, quos Gedal-

habuit. 15. Jonathan quoque, Kareachi filius, Gedaljæ clam dixit Mitſphæ: nunc ibo & occidam Iſmaëlem, Nethanjæ filium, nec quiſquam ſciet à quo ille interfectus fuerit. Cur verò te ipſum occideret, diſpergerentur omnes Judæ tribules, qui ad te confluxerunt, & quod ſupereſt Tribûs periret? 16. Verùm Gedalja, Achikami filius, Jochani, Kareachi filio; ne hoc, inquit, facias, nam verum non eſt quod de Iſmaële dicis.

PARAPHRASIS.

1. MENSE ſeptimo, Iſmaël, Nethanjæ filius, Eliſamæ nepos, prolis regiæ, & procerum regni, decemque cum eo viri, venerunt Mitſpham, ad Gedaljam, Achikami filium, unáque ſunt convivati. 2. Poſtea Iſmaël, Nethanjæ filius, & decem viri, qui cum eo conſpirarant, gladio occiderunt Gedaljam, Achikami filium, Saphanis nepotem; quem regioni præfecerat Babyloniorum Rex, 3. ſimulque omnes Judæos, qui deprehenſi ſunt milites occidit Iſmaël.

4. At die, qui ſequutus eſt cædem Gedaljæ (quæ etiamnum ignota erat) 5. venerunt viri Sechemo, Silunte, & Samariâ octoginta, barbâ raſâ, ſciſſis, veſtibus atque à ſe ipſis inciſi. Manibus verò gerebant munus farreum & thus, quæ inferrent in Templum Creatoris. 6. Obviam autem iis ivit profectus Mitſphâ Iſmaël, Nethanjæ filius, flens in ipſa via; cumque in eos incidiſſet, venite, inquit iis, ad Gedaljam, Achikami filium. 7. Poſtquàm perveniſſent in mediam urbem, jugulavit eos Iſmaël, Nethanjæ filius unà cum præſidio, cui præerat, & occiſorum cadavera in foſſam conjecit; qui fuere fructus Anarchiæ, quæ erat apud Judæos. 8. Fuere tantùm decem viri, inter eos, qui dixere Iſmaeli, non eſſe cur eos occideret, quia habebant ruri frumentum, horrea, oleum & mel, quæ ei eſſent daturi. Quamobrem deſiit in eos ſævire, nec eos ut ceteros occidere. 9. Foſſam autem, in quam Iſmaël cadavera omnia eorum, quos Gedaljæ causâ interfecerat, fecerat Rex Aſa

omnium potentiſſimi, & graves pœnas Cyro tandem dedere.

12. *Fructus æſtivos*] Triticum, & alia ejusmodi legumina, quæ ſolent in totum annum ſeponi.

Ex omnibus locis &c.] Finitimis, ſcilicet, in quæ fugerant, donec viderent quænam ſors ſuæ gentis futura eſſet.

Gedaljæ cauſâ occiderat, fecerat Rex Aſa, ſibi metuens à Bahaſa, Rege Iſraëlis. Sed eam implevit Iſmaël, Nethanjæ filius, cæſorum cadaveribus. 10. Abduxit deinde captivas omnes reliquias populi, qui erat Mitſphæ, filias Regis & ceteram plebem, quæ ſupererat, quas commiſerat Nebuzaradan, militum Præfectus, Gedaljæ, Achikami filio; Iſmaël, *inquam*, Nethanjæ filius, *his factis*, abiit, ut transfugeret ad Hammonitas.

11. Jochanan verò Kareachi filius, & omnes copiarum duces, qui cum eo erant, audito omni facinore, quod Iſmaël, Nethanjæ filius, perpetrarat, 12. adſumſerunt omnes ſuos viros, ivertúntque, ut cum Iſmaële pugnarent, atque eum ad aquas multas, quæ ſunt Gabahone, adepti ſunt. 13. Cùm verò populus, qui erat cum Iſmaële, vidiſſet, Jochananem, Kareachi filium, omnésque duces copiarum, qui cum eo erant, lætatus eſt, 14. & converſo agmine, *is* populus, quem captivum Mitſphæ abduxerat Iſmaël, rediit & ſe contulit ad Jochananem, Kareachi filium. 15. Iſmaël verò, Nethanjæ filius, fugit Jochananem, cum octo viris, atque ad Hammonitas profectus eſt.

16. Cepere ergo Jochanan, Kareachi filius, & omnes copiarum duces, qui cum eo erant, omnes reliquias populi, quas abduxere ab Iſmaële, Nethanjæ filio, *qui eas ſe ſequi coëgerat* Mitſphâ, poſtquàm Gedaljam, Achikami filium occidiſſet. Viri *erant* militares, mulieres, impuberes & Eunuchi, quos *Jochanan* Gabahone reduxit. 17. Profecti ergo ſunt & conſederunt ad habitationem Chimhami, quæ eſt juxta Bethlehemum; ut inde abirent, ingrederentúrque Ægyptum; 18. procul à Chaldæis, à quibus timebant; quia Iſmaël Nethanjæ filius, occiderat Gedaljam, Achikami filium, quem Babylomorum Rex terræ præfecerat.

Judæorum reliquiæ interrogant Jeremiam de eo, quod à ſe fieri vellet Deus, cujus reſponſum accipiunt; quo jubentur manere in ſolo patrio, vetantúrque ire in Ægyptum; magnis additis minis, ni manerent.

CAPUT XLII.

1. ADIERUNT omnes duces copiarum, & *præſertim* Jochanan, Kareachi filius, Jezanja, Hoſajæ filius, ac totus populus, à minimo ad maximum, 2. Jeremiam Prophetam, cui dixerunt, liceat nobis tibi ſupplicare; ora Jehovam, Deum

Aſa, cùm ſibi timeret à Bahaſa, Rege Iſraëlis. Sed exm implevit Iſmael, Gedaljæ filius, cæſorum cadaveribus. 10. Deinde captivas abduxit reliquias omnes populi, qui erat Mitſphæ, filias Regis & reliquam plebem, quæ ſupererat & quas commiſerat Nebuzaradan, militum Præfectus, Gedaljæ, Achikami filio; Iſmaël, *inquam* Nethanjæ filius, *his factis* abiit ut transfugeret ad Hammonitas.

11. Jochanan verò, Kareachi filius, & ceteri copiarum duces, audito toto hoc facinore, quod Iſmaël, Nethanjæ filius, admiſerat, 12. milites ſuos ad ſe convocarunt, cum quibus ad eum iverunt, ut pugnarent cum Iſmaële, Nethanjæ filio, atque eum ad aquas multas, quæ ſunt Gabahone, adſequuti ſunt. 13. Cùm verò copiæ, quas collegerat Iſmael, vidiſſent Jochananem, Kareachi filium, omnéſque duces, qui cum eo erant, lætatæ ſunt, 14. & converſo agmine, ea multitudo, quam captivam abduxerat Iſmaël Mitſphâ, rediit, & ſe contulit ad Jochananem, Kareachi filium. 15. Iſmaël verò, Nethanjæ filius, fugit Jochananem, cum octo viris, atque ad Hammonitas profectus eſt.

16 Ceperunt ergo Jochanan, Kareachi filius, & omnes copiarum duces, qui cum eo erant, omnes reliquias populi, quas abduxerunt ab Iſmaële, Nethanjæ filio, qui eas ſe ſequi coëgerat Mitſphâ; poſtquam Gedaljam, Achikami filium, è medio ſuſtuliſſet. Viri erant militares, mulieres, impuberes, & Eunuchi, quos Jochanan Gabahone reduxerat. 17. Profecti ſunt, & conſederunt Chimhami, quæ non eſt procul Bethlehemo; ut illinc fugerent, ſi opus eſſet, in Ægyptum, remotam à Chaldæis, quos timebant. 18. Igitur venerunt in pagum, qui non procul eſt à Bethlehemo, ut inde, ſi neceſſe eſſet, fugerent in Ægyptum, procul à Chaldæis, quos potiſſimum timebant; quia Iſmaël, Nethanjæ filius, obtruncaverat Gedaljam, Achikami filium, quem ei tractui terræ præfecerat Rex Babyloniorum.

PARAPHRASIS.

1. TUNC temporis, omnes qui præerant copiis & præſertim Jochanan, Kareachi filius, & Jezanja, Hoſajæ filius, ac univerſus populus, à minimo ad maximum; 2. Jeremiam Prophetam, cui dixerunt: liceat nobis te orare, ut Deo ſupplices, pro nobis, nempe, pro reliquiis hiſce

COMMENTARIUS
In CAPUT XLII.

2. L*Iceat nobis tibi ſupplicare*] *Cadat quæſo noſtra oratio ante faciem tuam.*

3. *Ut nos doceat* &c.] Non quod Religionem adtinebat, ſed ad incolumitatem Gentis, quæ

Digitized by Google

Deum tuum, pro nobis, *hoc eſt*, pro omnibus hiſce reliquiis; pauci enim, è multis, remanſimus, ut oculi tui vident; 3. ut nos doceat Jehova, Deus tuus, viam quam *tutò* ingrediamur, & quid facere nos par ſit. 4. Jeremias verò Propheta: obſequar; inquit, vobis, quàm primùm orabo Creatorem, Deum veſtrum, quemadmodum dixiſtis; tum quid reſponderit indicabo vobis, nec quidquam vos celabo. 5. At illi Jeremiæ, ſit Jehova, *inquiunt*, teſtis verax ac fidus, contra nos, niſi pro omnibus mandatis, quæ Jehova, Deus tuus, per te, ad nos miſerit, nos geſſerimus. 6. Sive res grata ſit, ſive triſtior, voci Dei noſtri, ad quem te adlegamus, auſcultabimus, ut nobis bene ſit, quia voci Jehovæ Dei noſtri obſequuti fuerimus.

7. Exactis verò decem diebus, Jehova Jeremiam eſt adloquutus. 8. Vocavit ergo ad ſe Jochananem, Kareachi filium, omnes duces copiarum, qui cum illo erant, populúmque univerſum, à minimo ad maximum; 9. iiſque, ſic dixit, inquit, Jehova, Deus Iſraëlis, ad quem me adlegaſtis, ut ſupplicationem veſtram ei offerrem; 10. ſi manſeritis in hac terra augebo vos, nec deſtruam; vos plantabo, nec evellam; nam pœnitet me calamitatis, quâ vos adfeci. 11. Ne vobis timeatis à Rege Babylonis, quem metuitis, nihil ab eo vereamini, ait Jehova, quia vobis adſum, ut vos liberem, útque ejus manui vos eripiam. 12. Tangam eum miſericordiâ, veſtri cauſâ, ut miſereatur veſtri; & faciet ut redeatis in ſolum veſtrum. 13. Si dixeritis: non habitabimus, in hac terra; ita ut non auſcultetis Jehovæ, Dei veſtri, voci, 14. negetiſque *facturos vos*, *ſed dicatis*: In terram Ægyptiam ibimus, ubi bellum non videbimus, nec ſonitum tubæ audiemus, nec penuriâ panis eſuriemus, ibique habitabimus; 15. audite nunc, ô reliquiæ Judæ, verbum Jehovæ. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum *&* Deus Iſraëlis, ſi vultum converteritis ad eundum in Ægyptum, eámque, ut illic peregrinemini, ingreſſi fueritis; 16. erit *in ea* gladius, à quo vobis timetis; adſequetur vos, in terra Ægyptia; faméſque, cujus cauſâ anxii eſtis, adhærebit vobis, atque ibi moriemini. 17. Quicúmque vultum converterint, ad petendam Ægyptum, ut illic peregrinentur, peribunt gladio, fame aut peſte; nec quiſquam erit eis ſuperſtes, aut qui calamitatem evadet, quam iis immittam. 18. Nam dixit Jehova, *Deus* exercituum *&* Deus Iſraëlis: quemadmodum effuſa eſt ira & indignatio mea in incolas Jeroſolimæ: ſic effundetur excandeſcentia mea in vos, cùm ingreſſi fueritis Ægyptum, eritiſque exſecrationi, ſtupori, maledictioni atque opprobrio, nec locum hunc ampliùs videbitis. 19. Dixit Jehova vobis ô reliquiæ Judæ: ne redeatis in Ægyptum, quod ſcitote me hodie vos obteſtari.

20. Nam

hiſce omnibus; nam è multis pauci manſimus, ut vides; 3. ut nos Deus tuus doceat, quæ ſit via, quam poſſimus tutò inire, & quid facere debeamus. 4. Jeremias verò Propheta promiſit ſe facturum quod cupiebant, & quidem quàm primùm, ſéque iis dicturum, quid Deus reſpondiſſet, nec quidquam celaturum. 5. Viciſſim polliciti ſunt Judæi, Deo teſte invocato, ſe facturos quidquid miniſterio Jeremiæ ipſos juſſiſſet; 6. Sive ſit, inquiebant, res gratior aut triſtior, quam nomine Dei nobis nunciabis, ei parebimus, ut nobis bene ſit.

7. Exactis verò decem diebus, Creator Jeremiam eſt adloquutus, 8. qui vocavit ad ſe Jochananem, Kareachi filium, omnes duces copiarum, qui aderant, & totum populum; 9. iiſque, ſic dixit, inquit, Creator, Deus Iſraëlis, ad quem me miſiſtis, ut preces veſtras ei offerrem: 10. Si hîc manebitis in terra vobis data; augebo numerum veſtrum, nedum ut eum minuam; faciam ut radices agatis hic, nedum ut vos hinc evellam; pœnitet enim me calamitatis, quam vobis miſi. 11. Ne metuatis Regem Babyloniorum, cujus metu territi eſtis, ait Creator, quandoquidem vobis adſum, ut vos ab hoſtibus veſtris liberarem. 12. Faciam ut eum veſtri miſereatur, utque in patriam veſtram redeatis. 13. Si dixeritis vos non poſſe tutò in hac terra manere, nec velitis Deo veſtro parêre; 14. ſed vos ituros potiùs in Ægyptum, in qua tutiùs habitetis, nec bellum timeatis, nec pane indigeatis; 15. audite, vos reliquiæ Tribûs Judæ, verba Creatoris, ejuſdémque Dei exercituum, atque Iſraëlitarum: ſi eò deveniatis, ut eatis in Ægyptum, ut in ea quaſi peregrini commoremini, 16. ſcitote etiam illic vos inventuros gladios, in vos ſtrictos, quos timetis, & qui in vos ſtringentur. 17. Quicumque eò ibunt peregrinandi cauſâ, morientur illic, aut gladio, aut fame, aut peſte; nec quiſquam eorum erit, qui ſit ſuperſtes, aut qui calamitatem evadat, quam iis immittam. 18. Etenim Creator, qui bello præeſt, & Deus eſt Iſraëlis, dixit ſe effuſurum indignationem ſuam, qualis fuit ira in Jeroſolimitanos, in eos qui fugient in Ægyptum, futuróſque eos exſecrationi, ſtupori, maledictioni atque opprobrio, neque hunc locum ampliùs videbitis. 19. Dixit Creator vobis, ô reliquiæ Judæ: ne redeatis in Ægyptum; quod ſcitote me hodie obteſtari.

20. Nam

quæ maximas calamitates tulerat, ex quo ſubacta fuerat à Chaldæis, Verbotenus: *& adnunciet nobis Jehova Deus tuus viam, quâ eamus, & verbum quod faciamus.*

5. *Pro omnibus mandatis*] בכל הדבר bchol haddabar, *in omni verbo, quod emiſerit Jehova Deus, per te, ad nos miſeris, ſic faciemus.*

6. *Sive res ſit grata* &c.] Omnibus præceptis Dei, ſive gratis; ſive triſtibus, obſequemur; ut nobis ſit bene, quia ei paruerimus.

5. *Jehova*

20. Nam voſmet ipſi decipitis, cùm me adlegaveritis ad Jehovam, Deum veſtrum, his verbis: ora pro nobis Jehovam, Deum noſtrum, omniáque, quæ tibi dixerit Jehova, Deus noſter, nuncia nobis, eáque exſequemur. 21. *Hæc* hodie vobis nunciavi, nec audiſtis vocem Jehovæ, Dei veſtri, nec quidquam eorum, propter quæ me ad vos miſit. 22. Nunc ergo ſcitote, vos gladio, fame & peſte interituros, in loco, in quem vultis ire, ut illic peregrinemini.

Negant Judæi ſe perituros Jeremiæ, eúntque in Ægyptum, quò ſecum & Prophetam abducunt, qui illic iis atque Ægypto maximas calamitates minatur.

CAPUT XLIII. 1. CUM autem abſolviſſet Jeremias proloqui univerſo populo, omnia verba Jehovæ, eorum Dei, quorum proferendorum cauſâ eum miſerat; 2. dixere Hazarja, Hoſajæ filius, Jochanan, Kareachi filius, & omnes viri ſuperbi Jeremiæ: falſa loqueris, non te miſit Jehova, Deus noſter, ut diceres, ne ingrediamini in Ægyptum, ut illic peregrinemini. 3. Sed Baruchus, Nerijæ filius, te concitavit contra nos, ut nos traderet in manum Chaldæorum, qui nos occiderent, aut Babylonem captivos abducerent. 4. Nec auſcultavit Jochanan, Kareachi filius, nec dux ullus copiarum, nec quiſquam è populo voci Jehovæ, ita ut habitarent in terra Judæ.

5. Abduxerunt ergo Jochanan, Kareachi filius, & omnes duces copiarum, omnes reliquias Judæ, quæ ex omnibus gentibus redierant, per quas disjecti fuerant, ut peregrinorum inſtar terram Judæ incolerent; 6. viros & mulieres, impuberes, filias Regis & omnia capita, quæ Nebuzaradan, Præfectus Satellitum, reliquerat, cum Gedalja, Achikami filio, Saphanis nepote; Jeremiámque Prophetam, & Baruchum, Nerijæ filium. 7. Ingreſſi ergo ſunt terram Ægyptiam, nec audiverunt vocem Jehovæ, iverúntque Daphnas.

8. Daphnis verò adloquutus eſt Jehova Jeremiam, in hanc ſententiam: 9. Sume in manum

20. Nam vos ipſi fallitis, cùm me adlegaveritis ad Creatorem Deum veſtrum, his verbis: ora pro nobis Creatorem, Deum noſtrum, ut exſequamur id quod juſſerit. 21. Hodie verò vobis nunciavi quid velit à vobis fieri, nec tamen parêre vultis iis, quæ vobis dicenda mandavit. 22. Scitote ergo vobis gladio, aut peſte pereundem in loco, in quem fugere vultis, ut illic peregrinorum inſtar eſſe velitis.

PARAPHRASIS.

1. CUM hæc dixiſſet, ſine diſſimulatione, Jeremias toti populo, qui aderat, prout à Deo juſſus erat; 2. Hazarja, Hoſajæ filius, Jochanan, Kareachi filius, & alii ſuperbi viri negarunt miſſum eſſe Jeremiam à Deo; ut diceret quæ ab illo audiverant, & talia dici, ne irent in Ægyptum, ubi peregrinarentur. 3. Verùm Baruchus, Nerijæ filius, te concitavit contra nos, ut nos proderes Chaldæis, qui nos interficerent, aut Babylonem captivos abducerent. 4. Nec audivit Jochanan, Kareachi filius, nec ullus alius dux copiarum, nec ullus è populo audivit vocem Creatoris, ita ut vellent in Judæa habitare.

9. Ideò nec Jochanan, Kareachi filius, nec alius Dux militum dubitarant colligere reliquias poſterorum Judæ, quæ undecumque venerunt, ut peregrinorum inſtar agros ejus Tribûs colerent. 6. Erant viri & mulieres, etiam impuberes, filiæ Regum, & omnes, quos Nebuzaradanus, Præfectus Satellitum, reliquerat, cum Gedalja, Achikami filio, Saphanis nepote; Jeremiámque Prophetam, & Baruchum, Nerijæ filium. 7. Hi iverunt in Ægyptum, nec audiverunt vocem Creatoris, iveruntque Daphnas.

8. Cùm eſſet illic Jeremias, Creator ſic eſt eum adloquutus: Sume magnos lapides, quos abſcondes in luto ad fornacem laterariam, quæ eſt ad oſtium Regiæ Regis Ægypti, quæ eſt Daphnis, coram

7. *Jehova Jeremiam eſt adloquutus*] De iis, nempe, de quibus Deum conſuluerat Jeremias.

8. *Vocavit ad ſe* &c.] Ut imperium occuparet, quod comprobavit cœtus Ducum, populus & Deus ipſe.

14. *Facturos vos, ſed dicetis*] Addenda hæc, ne oratio hiulca ſit.

In terram Ægyptiam] Ut tuti eſſent, contra Babylonios, quos putabant velle & poſſe Judæorum agros, non verò Ægyptum, vi & armis invadere, propter munitas urbes, & Nili varios alveos. Accedebat quòd tritico abundaret. Qua de re, vel *Juſtinus* abundè egit Lib. II, 1. atque ejus Interpretes, qui plures Auctores & meliores eam in rem indicarunt. Sed erat maximâ idololatriâ infecta; quæ fuit etiam graviſſima ratio, cur Judæi in eam fugerent.

16. *Erit in ea gladius*] Hoc conſtitit, tempore ſequente, cujus hiſtoriam contexuit vir doctiſſimus *Joan. Marshamus*, in *Chronico Canone Ægyptiaco*.

COM-

manum tuam magnos lapides, quos abdes in luto ad fornacem laterariam, quæ eſt ad
oſtium domûs Pharahonis, *quæ eſt* Daphnis, coram viris Judæ, 10. eiſque dicito: Sic
dixit Jehova, *Deus* exercituum & Deus Iſraëlis: mox ego accerſam Nebuchadretſarem,
Babylonis Regem, ſervum meum, collocabóque ſolium ejus ſupra lapides illos, quos
abdidi, tendétque illic tentorium ſuum. 11. Veniet, ac terram Ægyptiam malè mulc-
tabit, & nonnullos quidem mortis, alios captivitatis, alios gladii *damnatos*, ad mortem,
captivitatem & gladium *duci jubebit*. 12. Subjiciam ignem Ædibus Deorum Ægypti;
comburétque ille eos, & captivos ducet. Induet ſe te *imperio* Ægyptiæ terræ, ut pa-
ſtor pallio ſuo ſe induit, egreditúrque illinc incolumis. 13. Conteret ſtatuas Helio-
poleos, quæ ſunt in terra Ægyptia, Ædéſque Deorum Ægypti igne abſumet.

Vaticinium Jeremiæ de Judæis, qui in Ægypto degebant, quod contumaci reſponſo excipiunt; quibus ille extrema mala prænuuciat.

1. VERBA *à Deo*, Jeremiæ facta de omnibus Judæis, qui Ægyptiam terram in- **Caput XLIV.**
colunt, degúntque Magdoli, Daphnis, Memphi, & in terra Pathyride, in
hanc ſententiam: 2. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum *&* Deus Iſraëlis: vos vidiſtis
omnem calamitatem, quam immiſi Jeroſolimæ & cunctis urbibus Judæ; en hodie ſunt
vaſtitates, nec ullus eſt in iis incola; 3. propter ſcelera, quæ perpetrarunt, ut me irri-
tarent, útque irent ſuffitum, & cultum Deos alienos, quos neque norant ipſi, neque
vos, neque Majores veſtri. 4. Miſi tamen ad eos omnes ſervos meos Prophetas, ma-
ne ſurgens, *continuó*que mittens, qui dicerent: ne faciatis rem hancce abominandam,
quam odio habeo. 5. At non auſcultarunt, nec inclinarunt aures ſuas ad audiendum,
ut redirent à nequitia ſua, ita ut Diis alienis ſuffitum ampliùs non offerrent. 6. Effuſa
ergo eſt ira, & indignatio mea accenſa eſt in urbes Judæ, & in plateas *præſertim* Jero-
ſolimæ, converſæque ſunt in vaſtitatem, & ſolitudinem, ut ſunt hodie. 7. Nunc ſic
dixit

coram Judæis, 10 iiſque dicito: Sic dixit Creator, Deus exercituum & Iſraelis: mox accerſam Nebuchadretſarem, Babyloniorum Regem, ſervum meum, quo uſus ſum, ad Iſraelitas puniendos; collocabóque ſolium ejus, illic ubi te juſſi lapides abſcundere, & tendebit ibidem tentorium ſuum. 11. Veniet atque Ægyptum malè habebit, nonnullos mortis, alios captivitatis, alios gladii, damnatos ad mortem, captivitatem & gladium ducet. 12. Subjiciet ignem templis Deorum, quos adorant Ægyptii, quo eorum ſtatuæ abſumentur; nonnullos captivos abducet. Imperium Ægypti invadet. Induet ſe imperio Ægypti, ut paſtor pallio ſuo, recedétque incolumis. 13. Heliupuleos ſtatuas, in pulverem rediget, & templa totius Ægypti comburet.

PARAPHRASIS.

1. VERBA Dei de Judæis; qui in Ægypto habitant Magdoli, Daphnis, Memphi & in regione Pathyride, in hanc ſententiam, audiente Jeremia prolata: 2. Sic loquutus eſt Creator, Deus exercituum, & præſertim prolis Iſraëlis: Vidiſtis omnes calamitates, quas Jeroſolimæ immiſi, ut aliis urbibus tribûs Judæ. Hodie ſunt ſicut eremi incolis deſtitutæ; 3. propter horrenda facinora, quæ admiſerant, ut me irritarent, & ut colerent Deos alienos, quos nec ipſi noverant, nec eorum Majores. 4. Miſi nihilo minùs quàm primùm Prophetas meos, qui vos dehortarentur, ne faceretis id quod odio habeo. 5. Verùm dicto obedientes non fuerunt, neque Prophetis aures præbuerunt, ita ut deſinerent ita ſe gerere. 6. Quamobrem accenſa eſt indignatio in urbes Tribûs

COMMENTARIUS
In Caput XLIV.

1. D*Aphnas*] תחפנחס *thhhphanhhes*, linguâ Ægyptiâ. Græci vocarunt *Daphnas Peluſias*, propter vocum viciniam. De utraque multis egit memoratus *Marshamus*, Sæculo XVIII. Idem poſt *Joſ. Scaligerum* exiſtimabat minas has exſequutioni mandatas non fuiſſe, ob Judæorum pœnitentiam, cui pepercit Deus.

Memphi] נוף *henoph.*

In terra Pathyride] Hebraïcè פתרוס *phathros*, quod eſt nomen ſuperioris Ægypti, quod oſtendit *Joan. Marshamus* ad ſæculum XVIII. p. 544.

In hanc ſententiam] *Dicendo.*

2. *Jehova Deus exercituum*] Eſt tantùm צבאות *exercituum*. Sed quia יהוה numquam eſt in ſtatu constructo, ſubauditur, אלהי *Dei*, quod expreſſimus.

Vaſtitates] חרבה *hhorbah*, vaſtitas.

4. *Mane ſurgens*] Satis maturè, ut nuperam veſtram idololatriam coërcerem, ne latiùs ſerperet. Propriè ſi loquamur, Prophetæ ſoli mane ſurgere poterant non Deus; ſed dicit ſe facere id quod in mandatis dederat Prophetis.

6. *Accenſa* &c.] *Incenſa ergo eſt ira mea, & platea*

dixit Jehova, Deus exercituum *&* Deus Iſraëlis: cur vos perpetratis magnum hoc ſcelus, in volmet ipſos, ut exſcindatis vobis virum, & fœminam, parvum & lactentem, ne *ulla* reliquiæ vobis ſuperſint; 8. útque irritetis me operibus manuum veſtrarum, ſuffitum offerendo Diis alienis, in terra Ægyptia, quam ingreſſi eſtis, ut in ea peregrinaremini; útque *prolem* vobis exſcindatis, & ſiatis maledictio, & opprobrium, in omnibus terrarum gentibus? 9. An oblivioni mandaſtis malè facta Majorum veſtrorum, malè facta Regum Judæ, malè facta eorum uxorum, veſtra malè facta, & uxorum veſtrarum, quæ in terra Judæ, atque in plateis potiſſimùm Jeroſolimæ admiſerunt? 10. Non ſunt *eorum animi* fracti, ad hunc uſque diem, non timuerunt, neque inceſſerunt in lege mea, inſtitutíſque meis, quæ illis & eorum patribus propoſui. 11. Propterea ſic dicit Jehova, *Deus* exercituum *&* Deus Iſraëlis: mox faciem meam in vos convertam, *magno* malo veſtro, ut totum Judam exſcindam. 12. Tollam è *medio* reliquias Judæ, quæ vultum ſuum converterunt, ad veniendum in terram Ægyptiam, ut in ea peregrinarentur; abſumentur omnes in terra Ægyptia, cadent gladio, fame peribunt, à minimo uſque ad maximum; gladio aut fame morientur, erúntque exſecrationi, ſtupori, maledictioni & opprobrio. 13. Pœnas ſumam de habitantibus in terra Ægyptia, quemadmodum de Jeroſolima, gladio, fame & peſte. 14. Non erit qui evadat & ſuperſtes ſit reliquiis Judæ, quæ venerunt in terram Ægyptiam, ut in ea peregrinarentur, qui poſtea reverterentur in terram Judæ; quò ut redeant erigunt animos ſuos, ut habitent illic; quia non revertentur, niſi qui evaſerint.

15. Reſponderunt verò Jeremiæ viri omnes, qui norant uxores ſuas ſuffitum offerre Diis

Tribûs Judæ, & potiſſimùm in plateas Jeroſolimæ, quæ non niſi paucis ſunt calcatæ, atque converſæ in meras ſolitudines, quales ſunt etiamnum hodie. 7. Nunc verò Creator, & Deus exercituum, & præſertim Iſraelitarum quærit à vobis cur admiſeritis ejuſmodi ſcelus, quod vobis funeſtum erit, & internecionem vobis omnibus creabit, quaſi velletis & parentibus & liberis exitium creare, atque extingui veſtram gentem, non exceptis lactentibus, néve ullæ reliquiæ veſtri generis ſupereſſent; 8. utque indignationem meam accenderetis operibus manuum veſtrarum, quibus in Ægypto ſuffitus offertis, dum in illa peregrinabamini; quamobrem extinguetis ſobolem veſtram, & apud omnes gentes opprobrio eritis, & diris vos perſequentur, imitantibus eos omnibus gentibus. 9. An ergo obliti eſtis ſcelerum & impietatum majorum veſtrorum & præſertim Regum Judæ, uxorumque, quas duxerant, præſertim in plateis Jeroſolimæ. 10. Hactenus fracti non ſunt animi eorum, nihil ſibi timuerunt, neque cogitarunt de obſervandis legibus meis, quas Majoribus eorum tuli, & quarum etiam obſervationem ab eorum poſteris exegi. 11. Propterea ſic dico ego Creator, Deus exercituum atque Iſraelis: in vos faciem iratam convertam, veſtro magno malo, ut omnes Judæ Tribules è medio tollam. 12. Tollam è medio eorum reliquias, quæ iter in Ægyptum ſuſceperunt, ut illic ſedes ſuas figant; omnes peribunt in illa terra, alii gladio, alii fame; extinguentur, à minima ſorte ad maximam; enſe, aut fame morientur, eruntque maledictioni & opprobrio. 13. Puniam eos, qui habitabunt in Ægypto, eodem modo quo Jeroſolimitanos, gladio, fame & peſte. 14. Nemo evadet ex reliquiis Judæorum, qui iverit in Ægyptum, ut in ea peregrinaretur & poſtea reverteretur in agros Tribûs Judæ.

15. Reſponderunt verò Jeremiæ quicumque norant uxores ſuas ſuffitum offerre Diis alienis, omnes item mulieres, quæ in coetu erant, ſeu in inferiore, ſeu in ſuperiore Ægypto habitarent,

plateæ Jeroſolimæ antea frequentiſſimæ, in ſolitudines ſunt converſæ.

8. *Operibus manuum veſtrarum*] Hoc eſt, ſtatuis Deorum, ut eos colatis.

Ut prolem vobis exſcindatis &c.] Hæc non ſunt accipienda, quaſi immorigeri Judæi cuperent prolem amittere, & calamitates pati de quibus in ſequentibus. Ita loquitur Propheta, ut oſtendat eos ita ſe gerere, quaſi darent operam, ut ſe poſteróſque perdere vellent; quia ea faciebant, ex quibus ſequebatur eorum progeniei pernicies, quandoquidem eam minatus erat Deus, per ſuos Prophetas.

9. *An oblivioni mandaſtis malè facta* &c.] Unà cum peccatis conjungenda erat memoria pœnarum, quas Deo dederant; ſed adeò peccatis ſuis addicti erant, ut ne pœnis quidem poſſent deterreri à ſuis ſceleribus.

10. *Non ſunt eorum animi fracti*] Addidimus *eorum animi*, perſpicuitatis causâ, præſertim Latina tantùm legenti.

11. *Faciem meam convertam*] Supplendum *iratam*; alioquin hoc loquendi genus ſignificare poſſet hìc, ut alibi, favorem; ut *avertere faciem* eſt averſari eos, de quibus ſermo eſt. Ut libenter videmus eos, quibus favorem teſtari volumus: contra quos nolumus videre, & averſamur, non adjuvamus, ubi egent auxilio noſtro. Non minor ratio habenda eſt rei, quæ agitur, quàm verborum quibus utuntur Scriptores Sacri. Vide exempla, ſi opus eſt, ſummo judicio collata in *Phraſibus Hebraïcis* à *Roberto Stephano*, in vocibus *facies* & *vultus*. Quo libro non ſatis utuntur qui maximè eo egent; ſuppoſitis ei farraginibus, nullius pretii. Quod breviter hìc monendum duxi, in gratiam eorum, qui ejuſmodi libris egent, ſi in hæc noſtra incidant.

12. *Tollam è medio reliquias Judæ*] Addidimus *è medio*, perſpicuitatis cauſâ, ad ambiguitatem vitandam; nec tamen quidquam ſenten-

Diis alienis, omnes mulieres, quæ ſtabant in conventu magno, & totus populus, qui habitabat Ægyptum, & Pathyridem, in hanc ſententiam: [16]. Quod adtinet ad verba, quæ nobis, nomine Jehovæ, proloquutus es, tibi non auſcultabimus; [17]. ſed faciemus quidquid excidit ore noſtro, ſuffitum offerentes operibus cœli, eiſque libationes facientes: quemadmodum fecimus nos, Majores noſtri, Proceres noſtri, in urbibus Judæ, & *præſertim* in plateis Jeroſolimæ; cùm ſatiaremur pane, felices eſſemus, nec calamitatem ullam videremus. [18]. Ex quo verò deſiimus ſuffitum offerre operibus cœli, & libamina iis libare; caruimus omnibus, gladióque & fame abſumti ſumus. [19]. Et cùm nos, *ſubjecerunt fœminæ*, ſuffimenta obtulimus operibus cœli, eiſque libavimus, numquid ſine viris noſtris *hoc fuit*, *aut ſine iis* fecimus ei placentas, ita ut ea conſecraremus, adeò ut eis libaremus?

[20]. At Jeremias toti populo, viris & mulieribus, univerſæque adeò plebi, à quibus hoc reſponſum tulerat; [21]. annon, inquit, ſuffitûs, quem obtuliſtis in urbibus Judæ, ínque plateis Jeroſolimæ, vos Majoréſque veſtri, Reges & Proceres veſtri, & plebs terræ, recordatus eſt Jehova, *réſque* ei in mentem venit? [22]. Ideò non potuit ampliùs vos ferre, propter nequitiam ſtudiorum veſtrorum, atque abominanda ſcelera, quæ perpetraſtis; & terra veſtra converſa eſt in vaſtitatem, ſolitudinem, & maledictionem; ita ut nullus *ſit ei* incola, ut hodie *videmus*. [23]. Eò quòd ſuffitum *Diis alienis* obtuliſtis, quia peccaſtis in Jehovam, neque auſcultaſtis voci ejus, neque vixiſtis ex lege, inſtitutis, & obteſtationibus ejus; ideò contigit vobis hæc calamitas, prout hodie *videre eſt*.

[24]. Dixit

habitarent, in hanc ſenteotiam. 16. Quod adtinet ad ea, quæ oobis Dei nomine dixiſti, iis nequaquam parebimus; 17. ſed faciemus, quod diximus, ſideribus libationes: quemadmodum fecimus nos, Majoresque & proceres noſtri, in urbibus Tribus Judæ, potiſſimùm in plateis Jeroſolimitanis; cùm tritico abundaremus, felices eſſemus, oec ullâ calamitate premeremur. 18. Ex quo verò deſiimus ſuffituio offerre ſtellis, & libamina iis libare; ad inopiam ſumus redacti, gladioqoe & fame abſumti ſomus. 19. Cùm oos, addebant fœminæ, obtulimus ſtellis ſuffimeota, eiſque libavimus, ea ſine viris noſtris noo ſunt facta, uti oec alia ut placeotæ & libationes iis conſecravimus.

20. Jeremias verò viris & mulieribus adeóque toti plebi, qui ad hunc modum ei repoſuerant, 21. annon, inqoit, Deus recordatus eſt ſuffituum veſtrorum, oblatorum in urbibus Tribûs Jodæ, & præſertim in plateis Jeroſolimæ. 22. Vel propter hoc noo ſuſtiouit vos ampliùs ferre, propter nequitiam adfectuum veſtrorum, & abomioaoda ſcelera, quæ admiſiſtis, qoamobrem agri veſtri cultoribus ſunt deſtitoti, ita ut hodie nollos habeant agricolas, ſintque lo ſolitudines mutati, ut nunc videmus. 23. Quia ſuffitus obtuliſtis Diis alienis; peccantes in Creatorem, neque præceptis ejus paruiſtis; ideò vobis contigere calamitates, quibus hodie ſubeſtis. 24. Præterea

ſententiæ addidimus. Ae ſanè dum nihil ei addatur, aut detrahatur ſententiæ, non ſunt numerandæ voces, quibus Verſio conſtat.

13. *Pœnas ſumam* &c.] Hîc enumerantur horrendæ pœnæ in Judæos, qui ſibi aſylum quæſituri erant in Ægypto; non quòd in exſilio quovis ſibi eligendo in Deum peccaretur, ſed eum in tali exſilio, Iſraëlitæ futuri eſſent in periculo Idololatriæ hoſpitum ſuorum, ideò Deus gravibus minis utitur erga eos, qui, Majorum Religione abjectâ, Ægyptiacam amplecterentur.

15. *Reſponderunt* &c.] Hinc liquet quàm prudenter, & quàm religioſè Jeremias conatus ſit impedire ne Iſraëlitæ in Ægyptum irent; cùm ejus incolas, turpi Idololatriâ ab initio infectas imitatæ ſint mulieres Iſraëlitides, cùm in Ægypto fuerunt; quamvis priùs à Jeremia monitæ fuiſſent. Credibile eſt, cùm Ægyptios animadvertiſſent divites eſſe & pacatè circa Nilum habitare, eos putaſſe Deo eſſe gratiores, quàm Iſraëlitas, Creatori omnium rerum.

Ib. Pathyridis] Superioris Ægypti, ut antea diximus. Qood videtur non ſatis ſciviſſe vir ſummus *H. Grotius*.

17. *Quidquid excidit ore noſtro*] Quod ſequitur, & quod impietatis ac ſtoliditatis refertum erat.

Ib. Operibus Cœli] Stellis, & præſertim Soli & Lunæ.

18. *Suffitum*] Thure incenſo, unde fumus cœlum verſùs exhalabatur, quo ſtolidi Judæi ſtellas ſibi placari putabant.

19. *Subjecerunt fœminæ*] Quaſi omnes calamitates, quas paſſi erant Judæi, ortæ eſſent ex neglecto Aſtrorum cultu; quod non tantùm falſum erat, ſed & ſummopere abſurdum; cùm nullâ vel minimùm probabili ratione defendi poſſet. Sed iis temporibus, exceptis Prophetis, eorúmque Diſcipulis, nemo de Creatore omnium rerum ſentiebat ut par erat; tantùm aberat ut ſtolidi ſiderum cultores meliùs de Religione ſentirent, nihil ut eſſet abſurdius eorum placitis; non tantùm quòd Revelationibus aures obturarent, ſed quod ratiocinari ex legibus rectæ Rationis neſcirent; quales amant eſſe hujusmodi homines.

22. *Et maledictionem*] Facta eſt inſtar terræ, quæ à Deo maledicta eſſet, ut ſolum Gomorræ & Sodomæ.

23. *Nequitiam ſtudiorum veſtrorum*] רע מעלליכם *roah maballeebem.*

Diis alienis] Addidimus לאלהים אחרים

24. Dixit præterea Jeremias toti populo, omnibúſque *præſertim* mulieribus: audite verbum Jehovæ omnes Judæ *tribules*, qui *eſtis* in Ægyptia terra: 25. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum idémque Deus Iſraëlis: vos & uxores vestræ *hæc* ore veſtro proloquuti eſtis, & manibus veſtris exſequuti; cùm dixeritis; ſolvemus vota noſtra, quæ nuncupavimus, fore ut ſuffimenta & libamina operi cœli offerremus. Vota veſtra rata habuiſtis & reddidiſtis. 26. Quare audite verba Jehovæ, omnes Judæ *tribules*, qui in Ægyptia terra habitatis: en juravi per nomen meum magnum, ait Jehova, fore ut non ampliùs appelletur nomen meum, ore ullius *Tribulis* Judæ, dicentis: vivit Dominus Jehova; in ullo terræ Ægyptiæ *loco*. 27. En iis invigilo, ut malè *eos* mulctem, non ut beneficiis adficiam; abſumentur omnes viri Judæ, qui ſunt in Ægypto, gladio & fame, donec nulli ſuperſint. 28. Qui verò evaſerint gladium revertentur ex Ægypto in terram Judæ, pauci numero; intelligétque quidquid reliqui eſt *tribui* Judæ, & quod terram Ægyptiam ingreſſum eſt, ut in ea peregrinaretur, utrorum verba rata futura ſint, meáne an ipſorum. 29. Atque hoc erit vobis ſignum, ait Jehova, *unde liquebit*, me in hoc loco ſupplicium de vobis ſumere, ut ſciatis rata fore verba mea de vobis, in perniciem *veſtram*. 30. Sic dixit Jehova, mox tradam Pharahonem Chophram in manum hoſtium ejus, & eorum qui vitæ ejus inſidiantur: quemadmodum tradidi Sedekiam, Regem Judæ, in manum Nebuchadretſaris, Babyloniorum Regis, ejus hoſtis, & qui vitæ ejus inſidias ſtruebat.

Baruchus

24. Præterea ſic eſt Jeremias adloquutus totum populum Iſraeliticum, & præſertim mulieres: Audite verbum Creatoris, tribules Judæ, quotquot eſtis in Ægypto. 25. Sic dixit Creator, *Deus* exercituum, ac potiſſimùm Iſraëlis: Vos & uxores veſtræ hæc dixiſtis & feciſtis, cùm dixeritis vos ſoluturos vota veſtra, quæ noncupaveratis aſtris & reverâ rata habuiſtis. 26. Quamobrem audite verba Creatoris, omnes Judæ tribules, qui in Ægypto habitatis: Juravi, inquit, per nomen magnum, fore ut non ampliùs invocetur nomen meum, nec adpelletur ore ullius tribulis Judæ, qui in Ægypto habitet, ita ut dicat: vivit Creator, in ulla Ægypti parte. 27. Nunc eos dumtaxat malè mulctabo, nedum ut beneficiis adficiam. Peribunt omnes Judæi, qui ſunt in Ægypto, gladio, aut fame, donec omnes exſtincti ſint. 28. Aut ſi qui illic gladium fugerint, in Judæam, perpauci erunt numero, videbuntque quidquid ſupererit è Tribu Judæ, & eos ſecernent, qui ingreſſi fuerint, ut illic peregrinarentur tantùm, ab iis qui illic habitare decreverint, unde liquebit, utrum mea verba, an illorum rata ſint. 29. Hoc erit indicium, ait Creator, me in hoc loco de vobis velle ſupplicium ſumere ita, ut vos de medio tollam. 30. Dixit etiam ſe mox traditurum Regem Ægypti Chophram hoſtibus ejus; quemadmodum tradiderat Sedekiam, Regem Judæ, in manum Nebuchadretſaris, Babyloniorum Regis, ejus hoſtis, & qui vitæ ejus inſidiabatur.

PARA-

lelohim abherim, quæ fortè exciderant, aut certè intelligenda ſunt relicta.

24. *Omnibúſque præſertim mulieribus*] Quæ maximè omnium corruptæ erant, ut ſolet fieri.

25. *Operi cæli*] למלכת השמים *lmalechets haſchamajim.* Pleniùs ſcriberetur מלאכה, à verbo לאך, & ſignificat *opus*. Vide *Edm. Caſtellum* ad Radicem.

26. *Per nomen meum maximum*] Per me, nam *Deus* & *nomen Dei* idem ſignificant, cùm *Deus* non ſit à nomine ſuo ſeparandus; ideóque idem ſit *jurare per nomen Dei*, ac *Deum*; cujus leges cùm Iſraëlitæ neglexiſſent, non ampliùs poſſent per eum jurare, quem ut Deum, ſicut par erat, non colebant.

27. *Omnes viri Judæ*] Alii captivi fuerant abducti in Babyloniam; alii præſertim tenuioris ſortis manſerant in Judæa, cujus partem colebant; ut ex Hiſtoria liquet, dum ii, qui fuerant profecti in Ægyptum, ibi Religionem ſuam abjurabant, ut Ægypticam amplecterentur.

30. *Pharahonem Chophram*] פרעה חפרע *Pharho Hhophrah.* Cùm prior harum vocum ſignificet *Regem*, poſterior erit nomen proprium illius Principis. Rectè obſervavit, ad Sæculum I. Ægyptium, *Joannes Marshamus* à Davide vocatam eam *Regionem Chami* & *Tentoria Chami* Pſ. CV, & CVI. Sed is *Cham* fuit filius Noachi, qui Ægyptum primus, ſuâ ſtirpe, occupavit, & paullatim latiùs coloniis ſuis majorem Africæ partem ſibi vindicavit.

COM-

Baruchus miſerias ſuas queſtus à Deo caſtigatur.

1. VERBA, quibus Jeremias Propheta adloquutus eſt Baruchum, Nerijæ filium, CAPUT
cùm hæc verba, ex ore Jeremiæ, ſcriberet, in libro, anno quarto Jehojaki- XLV.
mi, Joſiæ, Regis Judæ, filii. 2. Sic Jehova, Deus Iſraëlis tibi, Baruche, ait: 3. di-
xiſti: hei mihi! addidit enim Jehova mœrorem dolori meo, laboravi in gemitu meo,
ſed requiem non inveni. 4. Sic dices ei, ita ait Jehova: en eos, quos ædificaram,
diruo; & quos plantaveram evello, cum tota hac terra. Túne verò magna tibi quæ-
res? 5. Ne quæſiveris, nam malum immittam in omnem carnem, ait Jehova, & tibi
concedam vitam tuam, ſpolii inſtar, in omnibus locis, in quæ ibis.

Prædicitur clades Ægyptiorum à Nebuchadnetſare vincendorum, & meliora tempora Iſraëlitis promittuntur.

1. VERBA Jehovæ de Gentibus, quæ facta ſunt Jeremiæ Prophetæ. CAPUT
2. Et *primùm quidem* de Ægypto, déque exercitu Pharahonis Nechonis, XLVI.
Regis Ægypti, qui erat ad fluvium Euphratem Cherchemiſi, & quem cecîdit Nebu-
chadretſar, Rex Babylonis, anno quarto Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ, filii. 3. Pa-
rate ſcutum & clipeum, atque accedite ad prælium *committendum*. 4. Sternite equos,
conſcen-

PARAPHRASIS.

1. VERBA Jeremiæ Prophetæ, quæ dictavit Barucho, Nerijæ filio, qui ea ſcripſit in libro, anno quarto Jehojakimi, ex ore Jeremiæ.

2. Sic Creator, Deus Iſraclitarum, te, ô Baruche, adloquitur: 3. diaiſti, hei mihi! addidit enim mœrorem dolori meo. In dolore, nullam requiem inveni. 4. Sic dices ei, ait Creator: quos ego ædificaveram, eos diruo; & quos plantaveram evello, cum tota hac regione. Tunc verò res magnas tibi quæras? 5. Cave ne quæras, nam in omnes immittam calamitates, ait Creator, ſed vitæ tuæ parcam, quam tibi relinquam, quaſi prædam, in omnibus locis, in quæ ibis.

PARAPHRASIS

1. REVELATIO Creatoris de clade Gentium à Nebuchadnetſare ſubigendarum.

2. Primo fuit de Ægypto, & quidem de exercitu Regis Nechonis, qui erat ad Euphratem, in urbe Cherchæmiſo, ubi victus erat à Nebuchadnetſare, Babyloniorum Rege, anno quarto Jehojakimi, Joſiæ, Regis Judæ, filii. 3. Parate ſcutum atque accedite ad prælium committendum. 4. Sternite equos, & conſcendite eos, ô equites, ſiſtite vos galeatos, tergite lanceas, induite loricas.

5. Cur

COMMENTARIUS
In CAPUT XLV.

4. EN *eos, quos ædificaram, diruo*] Propheta jubetur, his verbis, calamitates quæ Ægyptiis imminebant, prædicere. *Ædificare* eſt hic augere opibus & potentiâ. Vide Exod. C. II, 21.

Quos plantaram] *Plantare* eodem ſenſu eſt hîc, ac antea *ædificare*.

Magna tibi quæres?] Adloquitur Deus Ægyptum, quòd gloriam ſibi quæreret ex tranquillitate, quâ fruebatur, eo tempore quo miſerâ ſorte jactabantur plures populi, quam iis hîc minatur.

5. *Concedam tibi vitam tuam*] Satis debebat eſſe in Ægypto incolumem eſſe, nec res ſecundiores ſperare. Ac ſanè ſumma potentia devoluta eſt ad Perſas, qui ſub Cyro novum Imperium ſibi adepti ſunt, ſub quo oppreſſi ſunt Judæorum hoſtes; cùm ſubegerit Babylonios & Ægyptios.

COMMENTARIUS
In CAPUT XLVI.

1. DE *Gentibus*] De Gentibus cum quibus aliquid erat negotii Judæis, quales erant Ægyptii.

2. *Pharahonis Nechonis*] De hoc vide *Marshamum* Ægyptio Sæculo XVIII.

Ad fluvium Euphratem] Quò obviam ire auſus erat Babyloniis, quorum exercitui præerat Nebuchadneſar, à quo victus eſt.

Cherchemiſi] De quo oppido vide *Cellarium* in Geographia Aſiæ Lib. III. c. 15.

7. *Quis*

conſcendite *eos*, equites, ſiſtite vos galeatos, tergite lanceas, induite loricas [5]. Cur eos vidi territos, & ſe retrorſum convertentes? Fortes eorum viri contriti ſunt, fugam capeſſiverunt, nec reſpexerunt, pavor undique *iis inſtabat*, ait Jehova [6]. Ne fugiat levis, neque evadat fortis. Septemtrionem verſus, ad ripam Euphratis fluvii impegerunt & ceciderunt. [7]. Quis eſt ille, qui inſtar rivi creſcit, & cujus aquæ, fluviorum inſtar, commoventur? Ægyptius inſtar rivi creſcit, & aquæ ejus commoventur, inſtar fluviorum, aitque creſcam, tegam terram, perdam urbes earúmque incolas. [9]. Conſcendite equos, vóſque currus ſugite. Egrediantur viri fortes, Chuſæi & Libyes adprehendentes clipeum, & vos Æthiopes adprehendentes & tendentes arcum. [10]. Hic dies eſt Domini Jehovæ, *Dei* exercituum, dies ultionis, ut ulciſcatur hoſtes ſuos. Abſumet eos gladius, ſatiabitur atque inebriabitur, eorum ſanguine; nam ſacra fiunt Domino Jehovæ, *Deo* exercituum, in terra ſeptemtrionali, ad fluvium Euphratem. [11]. Adſcende in *montem* Galahadum & ſume illinc balſamum, ô virgo filia Ægypti, ſed fruſtra multa remedia adhiberes, *vulnus enim* tibi non coaleſcet. [12]. Gentes audiverunt tuam ignominiam, & clamor tuus terram replevit, vir fortis in fortem impegit & ambo pariter conciderunt.

[13]. Verba, quæ dixit *Jehova* Jeremiæ Prophetæ, cùm veniret Nebuchadretſar, Rex Baby-

5. Cur verò eos vidi territos, & terga vertentes? Fortiſſimi quique viri contriti ſunt, fugam capeſſiverunt, nec reſpexerunt hoſtes eos ſequentes, pavor undequaque iis inſtabat, ait Creator. 6. Ne fugiat levis, neque fortitudine ſua evadat ſtrenuus. Septemtrionem verſus, ad ripam Euphratis, impegerunt & ceciderunt. 7. Quis eſt iſte, qui creſcit inſtar rivi pluviâ turgidi, & cujus aqua, inſtar fluviorum, commovetur? Eſt, nimirum, Ægyptius, qui inſtar fluvii aquâ tumentis creſcit, & cujus aqua intumeſcit & præter modum creſcit; quamobrem ſibi ipſe blanditur, atque ſe auctum iri, ſe tecturum terras vicinas, ac exitio futurum urbibus, ac earum incolis. 9. Conſcendite verò equos, voſque currus fugam capeſſite. Egrediantur viri fortes Arabes & Libyes, qui clipeis utuntur, idemque faciant Æthiopes arcubus armati.

10. Hoc eſt tempus, quo Creator, Deus exercituum, ſtatuit de hoſtibus ſuis ultionem ſumere, immiſſis iis pœnis, quas commeriti ſunt. Abſumet eos gladius, eorumque ſanguine imbuetur, nam ſacra fient Domino Creatori, eidemque exercituum Deo, ad ſeptemtrionales partes Euphratis. 11. Adſcendite, virgines Ægyptiæ, in montem Galahadum, atque inde colligite balſamum, quod vulneribus veſtris imponatis; ſed fruſtra uteremini eo remedio, nam vulnera propterea non coaleſcerent. 12. Gentes vicinæ audiverunt veſtram ignominiam, & clamoribus veſtris vicinæ regiones reſonuerunt, quia res vobis fuit cum fortibus hoſtibus, pariter cum iis cecidiſtis.

13. VERBA, quæ protulit Creator audiente Jeremiâ Prophetâ, cùm Nebuchadretſar, Babyloniorum Rex, veniret ad malè habendam Ægyptum;

7. *Quis eſt ille, qui inſtar rivi creſcit*] Propheta reſpicit ad augmenta aquæ Nili, quæ maximè eo tempore augetur, cùm pluviæ ſub Æquatore ſunt maximæ, in ſuperiore Æthiopia. Quod demum innotuit non ita pridem, ut docebit *Lud. Ludolfus*, in Hiſtoria Æthiopica.

10. *Deo exercituum*] Addidimus *Deo* quia *Jehova* non eſt in ſtatu conſtructo.

11. *O virgo filia Ægypti*] Apoſtrophe ad virgines Ægyptias, patres ſuos curaturas, ſed fruſtra, etiam adhibito balſamo.

14. *Magdoli*] *Euſebius*, in Locis: Μάγδωλος, τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ σταθμὸς, ἔνθα κατέθεντο πρὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Κεῖται ἐν Ἰεζεκιὴλ ἀπὸ Μαγδώλου ἕως Συήνης ὡς δὲ Ἱερεμίας ἐνταῦθα τῆς Αἰγύπτου κατῴκησαν οἱ μετὰ Ἱερεμίου Ἰουδαῖοι. Interprete Hieronymo: *Magdolus, ad quam Filii Iſraël, cùm exiſſent de Ægypto, pervenerunt, antequàm tranſirent Mare Rubrum. Legimus & Ezechiel, de Magdolo; uſque Syenen. Porrò Jeremias Judæos, qui ſecum fugerant, & Babyloniorum impetum declinarunt, in hac urbe Ægypti habitaſſe refert.*

Ib. Memphi] *Euſebius* Μέμφις, ἐν Ὠσηὲ, πόλις Αἰγύπτου, ἐν Ἱερεμίᾳ οἱ μετὰ Ἱερεμίου Ἰουδαῖοι κατῴκησαν Μέμφιν. *Hieronymus: Memphis, civitas Ægypti cujus Oſee & Ezechiel & Hieremias recordantur. Sed & Judæi, qui cum Hieremia de Hieroſolymis profugi exierant: habitarunt in Memphis.* Pro ונף *venoph* legiſſe videntur ומוף *vemoph* quare vertunt *Memphim* ut liquet ex Libro de Locis, ubi legimus: Μέμφις, ἐν Ὠσηὲ, πόλις Αἰγύπτου, ἐν Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ· οἱ μετὰ Ἱερεμίου Ἰουδαῖοι κατῴκησαν Μέμφιν.

Ib. Thachphenaſeſi] בתחפנחס *bthabhphanehhes*. Si antiquiſſimæ Linguæ Ægyptiorum peritiores eſſemus, poſſemus aliquid dicere de his Nominibus Ægyptiis, de quibus præſtat tacere, quàm hariolationes proferre.

18. *Thabor inter montes*] *Euſebius* de hoc monte: Θαβὼρ ὅριον Ζαβουλὼν, ἔστι δὲ τὸ ὄρος ἐν τῇ πεδιάδι κείμενον, ἀπὸ σημείων ί. Διοκαισαρείας κατὰ ἀνατολάς. τὸ δὲ αὐτὸ ὅριον τῆς φυλῆς Ἰσαχὰρ καὶ Νεφθαλείμ. Interprete *Hieronymo: Thabor terminus Zabulon; eſt autem mons in medio Galilææ, mira rotunditate, à Diocæſarea decem millia contra orientalem plagam, qui confinium quoque iter tribuum Iſſachar & Nephthalim fuit.* Hinc liquet quid ſibi velit adfirmatio quæ ſequitur, & quàm certè exſequutioni mandanda eſſet.

19. *Inſtrumenta migrationis*] כלי גולה *chle golah*; hoc eſt omnia ad migrationem neceſſaria, & quæ manentibus exiguo uſui ſunt.

Soli tui habitatrix &c.] Quia antea Ægyptii non coacti fuerant ſuis agris migrare, ut locum facerent novis incolis, mittendis, à Babyloniis. Non potuit hoc fieri, ſine maximo

Digitized by Google

Babylonis, ut Ægyptum malè haberet. 14. Nunciato in Ægypto, facito ut *hæc* au-
diantur Magdoli, Memphi & *Thachnephaneſi*, ac dicito: Siſte te, & para te, quia circa
te gladius abſumet. 15. Quare proſtrati ſunt fortes tui, nec conſtiterunt? Quia Jeho-
va eos impulit. 16. Multos habuit qui impingerent, quin etiam alii in alios excide-
runt, & dixerunt: age revertamur ad populum noſtrum, in ſolum noſtrum natale pro-
cul à gladio graſſatoris. 17. Clamarunt illic: ô Pharaho, Rex Ægypti; tumultus fecit,
ut ſtatum tempus præteriret. 18. Vivo ego, ait Rex, cui nomen eſt Jehovæ *Deo* exer-
cituum, quemadmodum eſt Thabor inter montes, & ſicut Charmelus in mare *excurrit*,
res continget. 19. Inſtrumenta migrationis fac tibi, *ſoli tui* habitatrix, filia Ægypti;
Memphis enim convertetur in ſolitudinem, & *ita* vaſtabitur, ut nulli futuri ſint in ea in-
colæ. 20. Vitula eſt formoſa Ægyptus, at ei excidium à Septemtrione venit. 21. E-
tiam mercenarii ejus *milites fuerunt* inſtar vitulorum ſaginatorum; nam etiam ipſi con-
verſi fugerunt ſimul, nec conſtiterunt, quia dies eorum exitii venerat & tempus eo-
rum ſupplicii. 22. Vox ejus populi fuit, quaſi ſerpentis, abiit, quia *hoſtes* eum exer-
citu venerant, cum ſecuribus in eam iverant: eorum inſtar, qui ligna cædunt 23. Ce-
ciderunt ſilvam ejus, ait Jehova, quia non inquirebatur; plures enim erant locuſtâ,
& ſine numero. 24. Pudore adfecta eſt filia Ægypti, tradita eſt in manus populi Sep-
temtrionalis. 25. Mox pœnas ſumam, ait Jehova, *Deus* exercituum & Deus Iſraëlis,
de

tum; 14. Nuncia hæc per totam Ægyptum, & fac ut audiantur præſertim Magdoli, Memphi, Thachnephaneſi, ac dicito; parate vos Ægyptii, nam gladius circa vos multos abſumet. 15. Mirabuntur hoc vicini, & quærent, quomodo fortes tui in acie non conſtiterint? cui quæſtioni reſpondere non poterunt, niſi quia Judæorum Deus eos proſtravit. 16. Multos fuiſſe, qui impingerent & invicem occiderent alii alios, ac dicerent, redeundum eſſe in natale ſolum procul à gladio graſſatoris. 17. Clamabunt illic, apud Pharahonem; ô Ægyptiorum Rex, tumultus fecit, ut ſtatum tempus tranſierit, propter tumultum. 18. At Rex, cui nomen eſt Creatori, dixit rem futuram, quemadmodum verum erat ipſum vivere, qui vocabatur Deus exercituum; Thaborem eſſe montem, ſicut Charmelus in mare excurrit, res continget. 19. Inſtrumenta migrationis facito, ſoli tui habitatrix, filia Ægypti, Memphis enim convertetur in ſolitudinem, & ita vaſtabitur, ut incolis caritura ſit Ægyptus; at illi exitium à Septemtrione venit omnino. 20. Eſt quidem nunc inſtar formoſæ vitulæ; at excidium imminet ei à Septemtrione. 21. Antea ipſi ejus mercenarii erant milites, ſed facti ſunt inſtar vitulorum ſaginatorum; nam ipſi etiam ab hoſte in fugam ſunt acti, nec uſquam conſtiterunt; quia exitialis eorum dies aderat, quo pœnas delictorum luere debebant. 22 Vox ejus populi fuit inſtar ſibili ſerpentis, & fugæ ſe dedit, quia hoſtibus erat exercitus ſecuribus inſtructus, quemadmodum qui ligna in ſylvis cædunt. 23. Ceciderunt hoſtes eam ſylvam Ægyptiam, quia non inquirebant Ægyptii, quomodo ſe ſe defendere poſſent; cùm eſſent hoſtes ingenti numero, cum ſecuribus ſimilibus iis, quibus ſylvæ cæduntur 23. Hoſtes ergo eas ceciderunt, ait Creator, quia erant latebræ, in quas nondum erat inquiſitum, quia erant in iis locuſtæ ſine numero. 24. Pudore ſunt adſectæ puellæ Ægyptiæ, cum traditæ ſunt Babyloniis, qui veniebant è regionibus ſeptemtrionalibus. 25. Mox ſumam pœnas, ait Creator, de Amone Thebano de Rege Ægyptiorum, de Ægypto, de ejus Diis, de Regibus iis, qui illis fidunt. 26. Tradam eis, qui vitæ eorum inſidias ſtruunt, qualis eſt Nebuchadneſſar, Rex Babylo-

ximo abeuntium dolore, & jactura ſumma.

Memphis enim convertetur in ſolitudinem] Vide *Marshamum* ad Sæculum XVIII. pag. 543. & *ſeqq.* Sed & poſtea inſtaurata eſt, quamvis ſplendorem ſuum non recuperaverit.

20. *Excidium à Septemtrione*] Chaldæi, qui fuere cauſa exitii Ægyptiorum, non habuere ſedes multùm ad Septemtriones Ægypti; ſed exercitus non ſemper rectà iter capeſſunt, ſed quà pabulum equis & victus hominibus ſuppetunt, ac utriſque potus; quapropter ſequuntur fluviorum ripas. Babylonienſes in Ægyptum ituri coacti ſunt ripas primùm Euphratis legere à Chaldæa in Syriam, à Meridie ad Septemtrionem; deinde à fontibus Jordanis agmen convertere, juxta ejus ripas, ad Meridiem, per Judæam quam ſubegerant Chaldæi, ad Auſtrum Ægyptum verſùs. Alioqui ſi par copia pabuli equis fuiſſet, per Arabiam ab Ortu in Occidentem iviſſent Babylonii, rectà viâ, quod fieri non poterat. Sic & alibi hoſtes Judæorum per Syriam ad eos euntes deſcribuntur.

21. *Mercenarii ejus milites*] גם שכריה gam ſechchireah, *etiam mercenarii ejus.* Qui proinde minùs fortiter urbem contra Chaldæos defenderunt; cum aliena nemo defendat quaſi ſua. Verùmenim in hiſce nulla nobis præeat hiſtoria plenior, nemo Prophetam ſatis intellexerit.

Inſtar vitulorum &c.] Pinguedine, non fortitudine; inſignes, ac proinde hoſtibus ſuis inferiores.

22. *Vox ejus fuit, quaſi ſerpentis*] Vide *Sam. Bocharti* Hierozoïcon Lib. III. c. 6.

24. *Populi Septemtrionalis*] Populi Babylonii, quia è Septemtrione veniebat contra Ægyptios; non quòd Babylonia eſſet à ſeptemtrionis plaga, collata cum Ægypto; ſed propter rationes adlatas, quibus factum eſt ut Babylonii iverint priùs ad Septemtrionem, quàm rectà in Ægyptios ſigna converterent.

25. *De Amone Thebano*] אמון מנא *Amon è No*, quæ fuit antiquiſſima Urbs & nobiliſſima in Ægypto, de qua conſulendus *Joan. Marshamus* in Chronico Canone Ægyptiaco. Vide inter Veteres, qui de eo egerunt, *Euſebium* in Præparatione Evangelica Lib. I. c. 10. ubi habet locum *Philonis Byblii*, depromptum ex anti-

de Amone Thebano, de Pharahone, déque iis, qui ei fidunt. [16]. Tradam eos in manum eorum, qui eorum vitæ inſidiantur, in manum Nebuchadretſaris Regis Babylonis, atque in manum ſervorum ejus. Poſtea *tamen* habitabitur, ut diebus antiquis.

[27]. Tu verò, ne timeas, mi ſerve Jacobe, neque terrearis, ô Iſraël; jam enim te liberabo à longinquo *exſilio*; poſteróſque tuos è terra, in qua captivi ſunt; redibit Jacobus, requieſcet, pacatus erit, nec erit qui eum terreat. [28]. Tu ne metuas, mi ſerve Jacobe, ait Jehova, quia tibi ego adſum; nam abſumam quidem omnes gentes, per quas te disjeci, ſed te non abſumam; caſtigabo te intra modum, quamvis innocentem non habeam.

Vaticinia adverſùs Philiſthæos.

CAPUT XLVII. 1. VERBA Jehovæ, quæ facta ſunt ad Jeremiam Prophetam, antequàm Pharaho Gazam expugnaſſet. [2]. Sic dixit Jehova: en aqua intumeſcit à Septemtrione, fiétque torrens exundans, qui inundabit terram & quidquid eam implet, urbéſque & earum incolas; clamabunt homines atque ululabunt omnes, qui terram incolunt. [3]. Propter ſonitum impactarum ſolo ungularum fortium ejus *equorum*, propter ſtrepitum curruum

Babyloniorum, ejúſque ſubditi: attamen poſtea Ægyptus colonis iterum abundabit ut ſuperioribus annis.

27. Ne tamen timete Iſraëlitæ, vos enim liberabo à longinquo exilio, & poſteros revocabo è locis, in quæ captivi abducti ſunt. Redibit Jacobi poſteritas, pace fruetur, neque ab ullo hoſte terrebitur. 28. Nihil timeas, mei cultor Iſraël, ait Creator, cùm tibi adſim; nam ad internecionem redigam omnes gentes, per quas te diſperſi, ſed te non abſumam. Intra modum te plectam, quamvis innocentem nequaquam habeam.

PARAPHRASIS.

1. VERBA Creatoris quæ facta ſunt ad Jeremiam Prophetam, antequàm Ægyptiorum Rex Gazam urbem expugnaſſet. 2. Sic loquutus eſt Creator: en intumeſcunt torrentes à Septemtrione, qui inundabunt hanc terram, & quidquid in ea eſt, nec urbes tantùm, ſed etiam eorum incolas. Ululabunt omnes qui hæc loca inhabitant. 3. Propter tumultum & ſtrepitum, quos excitaverit hoſtis, curribus ſuis & equis, usque adeò terrebuntur homines, ut parentes nullam curam geſtu-

antiquis Ægyptiorum Libris à *Sanchuniathone* in lucem. Eos vocat Ἀμμωνίων γράμματα, quia erant ſcripta deprompta ex *Amon No*, ubi ſervabantur, quæ dicebatur etiam *Theba*, aut *Thebæ*, ut oſtendit *Marshamus*, ad quem Lectores amandamus.

26. *Poſtea habitabitur* &c.] Amon-No inſtaurabitur, & incolis iterum implebitur.

27. *A longo exſilio*] Addidimus *exſilio*, quia incolas Amonis-No, iterum patriam redituros eſſe conſtabat. Vide Ezech. XXX, 15, 16. unde liquet fuiſſe incolas Amonis-No rediturus in patriam inſtauratam.

COMMENTARIUS

In CAPUT XLVII.

1. GAzam] *Euſebius* in locis: Γάζα πόλις τῶν Εὐαίων. ἐν ᾗ κατῴκησαν Καππάδοκες τοὺς Εὐαίους ἀνελόντες. τὸ παλαιὸν δὲ ἦν τὸ ὅριον τῶν Χαναναίων, τῶν πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἀφωρίσθη μὲν τῇ φυλῇ Ἰούδα ὁ μὲν ἐφάνισε τοὺς ἐν τῇ ἀλλοφύλους, μένει δὲ εἰς ἔτι νῦν πόλις ἐπίσημος τῆς Παλαιστίνης: Interprete Hieronymo: *Gaza, civitas Evæorum, in qua habitavere Cappadoces, priſtinis cultoribus interfectis. Apud Veteres autem erat terminus Chananæorum, juxta Ægyptum, cecidtque in ſortem Tribûs Judæ, ſed ea tenere non potuit: quia Enakim, id eſt, Gigantes fortiſſimi Allophylorum reſtiterunt & eſt uſque hodie inſignis civitas Palæſtinæ. Quæritur autem quomodo in quodam Propheta dicetur Gaza* futura in tumulum ſempiternum. *Quod ſolvitur ita, antiquæ civitatis locum, vix fundamentorum præbere veſtigia; hanc autem, quæ nunc cernitur alio loco, pro illa, quæ corruit, ædificatam.* At *Pomponius Mela*, de ſitu Orbis Lib. I. c. 11. *In Palæſtina*, inquit, *eſt ingens & munita admodum, Gaza. Sic Perſæ ærarium vocant, & inde nomen eſt, quòd cum Cambyzes armis Ægyptum peteret, huc belli & opes, & pecuniam intulerant.* Sed hæc urbs vocabatur *Gaza*, ab incolis & vicinis, diu antequàm Perſicum Imperium eſſet, ut hic locus & alii oſtendunt.

2. *Aqua tumeſcit à Septemtrione* &c.] Exercitus, nimirum, qui cum torrente *tacitè confertur, primùm miſſus erat ad* Septemtrionem Judææ, in Syriam, ut jam dixi; ex quo loco iter convertit meridiem verſùs, ubi omnia vaſtat.

Torrens exundans] Subita calamitas, quam creavit hoſtilis exercitus, dum ab Septemtrione Judææ ad meridiem tranſit. Sæpe *torrens* pro quavis calamitate, præſertim ſubita ſumitur. Vide, ſi opus eſt, *Schindlerum*, in voce נחל *nahhal*, aut quaſvis Concordantias. Reverâ Babylonici exercitus, omnia circum-

Digitized by Google

ruum ejus & tumultum rotarum parentes *fugientes* non reſpicient liberos, ob remiſſionem manuum; 4. & propter diem, qui mox aderit, ad vaſtandos omnes Philiſthæos ad cædendos omnes ſuperſtites auxiliarios Tyro & Sidoni; mox enim vaſtabit Jehova Philiſthæos, reliquias inſulæ Chaphthoris. 5. Venit calvitium Gazam, exciſa eſt Aſcalon, quæ reliqua erat, in eorum valle. 6. Quò uſque, incîdes, ô enſis Jehovæ, quouſque non quieſces? reconditor in vaginam tuam, quieſce & ſile. Quomodo verò quieſceret, cùm Jehova ei mandata dederit, de Aſcalone atque ad portum maris, qui ibi eſt, ei condixerit?

Vaticinium in Moabitas.

CAPUT XLVIII.

1. DE Moabo verò ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum idémque Deus Iſraëlis: Væ Nebunti! quia vaſtata eſt; pudore adfecta eſt, capta eſt *urbs* Kirjathajimorum,

geſturi ſint ſuorum liberorum, & in fugam ſe daturi. 4. Adventante mox die, paullò poſt invaſionem hoſtium, convertent ſe ad diſpiendos omnes Philiſthæos, & ad cædendos omnes ſuperſtites auxiliarios Tyriis, & Sidoniis; mox etiam vaſtaturo Creatore Philiſthæos, qui ſunt reliquiæ inſulæ, quæ Chaphthoris dicitur. 5. Venit paupertas Gazam, periit Aſcalon, quæ ſola erat in eorum valle. Quò uſque incîdes te? 6. Eheu! ô enſis Creatoris, quò uſque moveberis? Imò verò reconditor denuo in vaginam, & quieſce ſine ſtrepitu. Quomodo verò ille quieſceret, cùm Creator ei mandata dederit de delendo Aſcalone, & ei condixerit ad portum maris, qui illic eſt.

P A R A P H R A S I S.

1. DE Moabitis ſic loquutus *eſt* Creator, Deus exercituum, idémque Deus Iſraëlitarum: Væ Nebunti! quandoquidem eſt vaſtata, pudore ſuffuſa & capta urbs Kirjathajimorum; pudefacta eſt

cumquaque invaſit, & torrentis inſtar vicina quæque proſtravit.

3. *Propter ſonitum* &c.] Quod vertitur hìc ſonitus שעטת, nuſquam alibi occurrit, nec ita vertitur, niſi quia videtur agi de ſonitu, quem edunt ungulæ equorum, cùm incedunt, aut currunt. Sed cùm etiamnum Radix ſit in uſu apud Arabas, apud quos ſignificat *ſternutare*, *Lud. Cappellus* interpretatur derivatam vocem *ronchum*, aut *hinnitum*. Sed ut hoc conſtat, voce ſignificari certum *ſonitum*; ſic quoque vertimus; quia nihil certius occurrebat, cùm ſermo ſit de *unguibus* equorum.

Fortium ejus equorum] Eſt tantum אביריו *abirau*, fortium, ſed hìc Epithetum Equorum ſumitur pro ipſis animalibus, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. Lib. II. c. 6.

Ob remiſſionem manuum] Hoc eſt, quod brachiis non utantur, propter metum.

4. *Ad vaſtandos omnes Philiſthæos.*] Omnes Veteres crediderunt Philiſthæos habitaſſe priùs partem Cappadociæ; unde poſtea venerint in Palæſtinam, & quidem in oram meridianam, ubi quinque Urbes condiderint, quas diutiſſimè tenuerint; ſed tandem, à Judæis coacti eas deſeruerint. Hinc colligimus etiam fœdus fuiſſe inter Philiſthæos, Sidonios & Tyrios. Reliquias inſulæ *Chaphthoris*; quo nomine intelligitur *Cappadocia* ſita in Aſia Minore Orientem verſùs, unde coloniam miſerint in meridianam partem Judææ, Ægyptum verſùs; ubi multa incommoda Iſraëlitis crearunt, donec à Perſis ſubacti ſunt.

Inſulæ Chaphthoris.] Non intellexerim hoc nomine totam Cappadociam, ſed partem maximè orientalem meridiem verſùs.

5. *Venit calvitium Gazam*] Propter cladem, quâ ea Urbs adfecta, cùm Perſæ ſunt in iis locis domini facti. Calvitium erat ſignum luctûs, ob jacturam propinquorum, apud Ethnicos.

Aſcalon] Nomen omiſſum in Onomaſtico *Euſebii*, quam omiſſionem ſupplebit aliquomodo, *Samſonis* Index Geographicus. Erat in valle Gazæ. Sed plura habet *Stephanus Byzantinus*, *ad nomen* Ἀσκάλων, ac poſt eum *Lucas Holſtenius*.

Incîdes te] Quamdiu detonſa eris, dum oppidanos tuos lugebis, qui magnâ copiâ ſunt occiſi, & occidi præterea poterunt. Vide, de ea te, etiam *Lucam Holſtenium*.

C O M M E N T A R I U S

In CAPUT XLVIII.

1. VÆ *Nebunti*] De hac Moabitarum urbe, quæ fuit ad ortum Jordanis, ſic habet *Euſebius*, in Onomaſtico: Ναβαῦ, ὄρος ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἀπέναντι τῆς Ἰεριχῶς ἐν τῇ Μωάβ, ἔνθα ἐτελεύτησε Μωϋσῆς καὶ δείκνυται εἰς ἔτι νῦν, ἀπὸ ϛ' σημείου Ἐσβοῦς εἰς δυσμάς. Interprete *Hieronymo*: *Nabau, quod Hebraïcè dicitur Nebo, Mons ſupra* (imò *ultra*) *Jordanem, contra Hierichum in terra Moab, ubi mortuus eſt Moyſes & hodie in ſexto milliari urbis Esbus, ad occidentalem plagam*; imò ad orientalem, nam numquam Moſes tranſiit ad Occidentem Jordanis.

rum, pudefacta eſt Miſgab & territa eſt. [2]. Non ampliùs *audietur* laus Moabitarum, Chesbone, nam mala ſunt contra eam *urbem hoſtes* machinati; *atque* agite, *dixerunt*, exſcindamus eam è gente; & tu, Madmena, exſcindêris, nam te ſequetur gladius. [3]. Clamor audietur Choronajimis, *de* vaſtitate & clade magna. [4]. Fracta eſt Moabitis *terra*, & parvi ejus pueri clamorem ediderunt; [5]. nam clivus Luchithi in lacrimis eſt, atque augetur fletus, quia in deſcenſu Choronajimorum hoſtes clamorem *paſtorum* audiverunt. [6]. Fugite, eripite *hoſti* vitam veſtram, eritíſque inſtar myricæ in deſerto. [7]. Quia fiduciam poſuiſti in factis tuis, capieris etiam, cum theſauris tuis; egredietúrque in captivitatem Chamoſus, Sacerdotéſque & proceres ejus ſimul. [8]. Veniet vaſtator ad omnes urbes, neque ulla urbs *ei* eripietur, peribunt valles & campi diripientur, quia ſic dixit Jehova. [9]. Date alas Moabo, & avolabit, dum urbes ejus fient ſolitudines, quòd incolis ſint carituræ. [10]. Diris devoveatur; qui faciet opus Jehovæ doloſè, & qui cohibebit gladium ſuum à ſanguine! [11]. Tranquillus fuit a pueritia ſua Moabus,

eſt etiam Misgaba & territa. 2. Nnn ampliùs audientur laudes Moabitarum, Chesbone; nam hoſtes machinati ſunt mala, contra eam urbem, ;dixeruntque; ex gente eſſe exterminandam, idémque faciendum erga Madmenam, quia gladius hoſtilis eam eſt ſequuturus. 3. Audietur etiam clamor Choronajimis, propter vaſtitatem & cladem, quam ea urbs patietur. 4. Fracta eſt Moabitis terra, cujus pueri tenelli clamores ediderunt; 5. quia clivus Luchithi lacrimas fudit, & augetur eorum fletus, quia in clivo Choronajimorum hoſtes audiverunt clamorem hominum cladem paſſorum. 6. Aufugite, Moabitæ, vitæque veſtræ conſulite; & eritis inſtar myricæ deſerti, quam nemo colligit. 7. Sed quia fiduciam poſuiſtis in factibus veſtris factis, capiemini, cum omnibus theſauris, quos collegiſtis; auferetur à vobis ſtatua veſtri Chamoſi, ſimulque captivi abducentur Sacerdotes ejus & principes gentis. 8. Venient vaſtatores in omnes urbes, neque una ita eripietur, etiam campi & valles ſpoliabuntur, quia ſic dixit Creator. 9. Si dentur alæ Moabitis & avolabunt dum urbes eorum deſertæ erunt, quòd fugerint incolæ. 10. Diris devoveatur, quisquis opus Creatoris doloſè eludet, & parcet ſanguini. 11. Tranquilli fuerunt ab initio, in ſua fece, neque in aliam regionem ſunt tranſlati, aut in captivitatem abducti. Quare iidem manſere, ut liquor qui manſit quietus unà cum ſuis fecibus, nec eſt in aliud vas transfuſus. In captivitatem nequaquam migrarunt, &

Sed hic liber vitioſiſſimè exſcriptus ad manus noſtras venit; niſi velis σφάλματα *Hieronymo* tribuere, non ſatis adtento.

Urbs Kirjathajimorum] קריתים, quod nomen, cùm ſit dualis numeri, indicare videtur fuiſſe duo oppida conjuncta; quæ erant in agris Moabitarum, ad ortum Aſphaltitæ Lacûs.

Miſgab.] משגב de qua nihil notum, præter nomen urbis Moabiticæ, ex quo nomine colligunt nonnulli in edito fuiſſe ſitam. LXX. Intt. ἀμὰθ vitioſe, *Aquila* & *Symmachus*: κραταίωμα. Alii vitioſè Μασογά.

2. *Cheſbone*] בחשבון *bechheſchbon.* Non eſt in Onomaſtico, ut nec alia multa oppida, fortè quod nulla eorum ſupereſſent veſtigia.

Madmena] Nec eſt urbis מדמן *madmen* alia mentio, ut nec aliarum, quas præteribimus, quòd *Euſebii* ævo ignotæ eſſent; quas etiam præteribimus.

5. *Clivus Luchithi*] Eſt in Onomaſtico: Λυιθ μεταξὺ Ἀρεοπόλεως καὶ Ζοορῶν κώμη νῦν καλουμένη Λυιθ: interprete *Hieronymo*: *Luith, hujus meminit Eſaias & eſt uſque hodie vicus inter Areopolim & Zoaram nomine Luitha.* Locus eſt apud Eſaïam c. XV, 3. & Jeremiam XLVIII, 5. Sed brevibus verbis res exprimitur, ut vix ſcire liceat quid huc faciat.

Clamorem cladem paſſorum] Ex quo loci incolæ intellexerunt cladem, quam paſſi erant.

6. *Inſtar myricæ in deſerto*] כערוער במדבר *chaharoher bemidbar.* Nomen hujus herbæ, quo uſus eſt Vulgatus Int. qui LXX. ſequutus eſt Intt. qui habent ἀγριομυρίκη, ſequuti ſumus, Galli vocant, *de la bruiere ſauvage*, vel *du tamarin.* Vide *Plinii* H. N. Lib. XXII. c. 26. Herba eſt vilis & quæ in ſolitudinibus naſcitur.

7. *Chamoſus*] Pauca habet de hoc fictitio Deo *Joan. Seldenus* de Diis Syris Syntagm. I. cap. V. col. 309. *& ſeqq.* in nupera Editione Majore. Exſtat idem nomen Num XXI, 29.

11. *In ſuis ſecibus*] Hoc eſt, in ſtultis opinionibus, de Deo Chamoſo, à quibus non eſt rationibus revocatus. *Feces* meritò vocantur opiniones pravæ. Ut hîc opiniones nullâ clarâ ratione nixas vocat *feces*. Vide Pſ. LXXV, 9. & Sophon. I, 12.

Ib. *A pueritia ſua*] Hoc eſt, à tempore quo cœpit in Rempublicam coïre, unámque ſocietatem formare. Nec rarum eſt ab Hiſtoricis conferri durationem populi, in plures ætates diſtincti, cum unius hominis ætatibus. Vide Procemium Hiſtoriæ Pop. Romani à *L. Annæo Floro* ſcriptæ, ubi hæc leguntur: *Si quis Populum Romanum, quaſi hominem conſideret, totámque ejus ætatem percenſeat, ut cœperit, útque adoleverit, ut quaſi ad quemdam juventæ florem pervenerit, ut poſtea velut ſenuerit, quatuor gradus, proceſſúſque ejus inveniet. Prima ætas ſub Regibus propè ducentos quinquaginta per annos, quibus circum ipſam matrem ſuam cum finitimis luctatus eſt Hæc erit ejus infantia. Sequens à Bruto, Collatinóque Conſulibus, in Appium Claudium, Quinctium Fulvium conſules ducentos annos patet: quibus Italiam ſubegit. Hoc fuit tempus viris armiſque incitatiſſimum. Ideò quis Adoleſcen-*

bus, quievit in ſuis fecibus, neque è vaſe in vas *aliud* effuſus; neque in captivitatem
migravit, ideóque conſtitit in eo ſapor ejus, neque odor eſt mutatus. 12. Quare
brevi aderunt dies, ait Jehova, *quibus* ad eum mittam homines feſtinantes, qui eum
feſtinanter egredi cogent, qui vaſa ejus exhaurient, utréſque diſpergent.
13. Pudore adficietur Moabus, Chemoſi cauſâ; quemadmodum pudore adfecta eſt do-
mus Iſraëlis, propter Beth-elem, in qua fiduciam ſuam collocarat. 14. Quomodo di-
citis fortes vos eſſe viros & ſtrenuos in prælus? 15. Atqui vaſtatus eſt Moabus, urbéſ-
que ejus *in quas* adſcendebat; delecti juvenes ejus deſcenderunt ut mactarentur, ait Rex,
cui Jehovæ, Deo exercituum, nomen eſt. 16. E propinquo venit exitium Moabi, ca-
lamitas ejus valde feſtinabit. 17. Dolorem veſtrum, *ejus cauſâ*, oſtendite omnes fini-
timi ejus, & quotquot nomen ejus noſtis dicite: quomodo fracti ſunt virga dura, &
baculus decorus? 18. Deſcende è tua gloria, & ſede ſitiens, habitatrix *ſoli tui*, filia
Dibonis, nam vaſtator Moabi adſcendit contra te, & munitiones tuas diruit. 19 Ad
viam ſta, & ſpeculare, habitatrix Haroheri, interroga fugientem atque elapſum, dic
ei;

& mores ſuos ideò ſervarunt, neque mutati ſunt. 12. Quamobrem brevi veniet tempus, ait Creator, quo mittam ad eum viros, qui eum properè egredi cogent, qui vaſa ejus exhaurient, utréſque diſpergent. 13. Pudore perfundetur Moabus, quod nullum auxilium acceperit à numine ſuo Chemoſo: quemadmodum Iſraelitæ pudore perfuſi ſunt à Deo qui colebatur Bethele, & cui fidebant, ſed fruſtra. 14. Quomodo jactare poteritis veſtram fortitudinem in præliis? 15. Atqui ab hoſtibus vaſtata eſt Moabitis, ad urbes uſque altiùs ſitas; nam delecti juvenes deſcenderunt, ut occiderentur, ait Rex, qui vocatur Creator, Deus Exercituum. 16. E propinquo loco venit exitium Moabi, & calamitas ejus nequaquam differetur. 17. Dolorem veſtrum, ob ejus calamitatem, oſtendite omnes ejus vicini, & quotquot nomen ejus non ignoratis. Dicite: quomodo fracti ſunt virga dura, & baculus decorus. 18. Deſcende è faſtigio gloriæ tuæ, & ſede ſitiens, tu quæ incolis agros tuos, ô tu, quæ habitas Dibonem, qui enim vaſtavit Moabitidem, adſcendet contra te & munitiones tuas diruet. 19. Juxta viam ſta, & ſpeculare quid in vicinia fiat, tu qui habitas Haroherum, interroga eum, qui fugit & elapſus eſt, quidnam

leſcentiam dixerit. Dehinc, ad Cæſarem Auguſtum, ducenti anni, quibus totum orbem pacavit. Hæc jam ipſa juventa Imperii, & quædam quaſi robuſta maturitas. A Cæſare Auguſto, in ſæculum noſtrum, haud multo minùs anni ducenti; quibus inertia Cæſarum quaſi conſenuit, atque decoxit; niſi quod ſub Trajano movit lacertos, & præter ſpem omnium, ſenectus Imperii, quaſi reddita juventute revireſcit. Quæ non difficulter Moabitis adplicari poſſent, ſi opus eſſet.

12. *Brevi aderunt dies* &c.]. *Ecce venientes.*

13. *Chemoſi cauſâ*] Cùm, nempe, iis conſtabit Chemoſum eſſe commentum. Sunt qui velint hoc Numen fictitium dici כמוש *chemoſch*, dictum fuiſſe, *quaſi palpabile* quòd מש ſit *palpabile* eſſe. Sed cùm alibi nihil de eo dicatur, præſtat conjecturas miſſas facere.

Propter Beth-elem] Notum eſt *Beth-el*, ſignificare *Domum Dei*, ſed quia oppidum ita vocatum eſt etiam ab Idololatris commenticiorum Deorum, eadem urbs *Beth-aven*, domus iniquitatis, à veri Dei cultoribus vocabatur. Vid. Hoſeæ C. IV, 15. V, 8. X, 5. Ad hoc nomen *Bethelis* pauca leguntur in columna Græca *Euſebii*, qui habet: Βαιθὴλ, καὶ νῦν ἔτι κώμη Αἰλίας ἄποθεν, σημείοις ιβ΄. ἡ δὲ πρότερον ἐκαλεῖτο καὶ Λοῦζα, ἣ γέγονε φυλῆς Βενιαμὶν, πλησίον Βηθὲν τῆς καὶ Νεφθαλεὶμ καὶ τῆς Γαί. καὶ ταύτην δὲ Ἰησοῦς ἐπολιόρκησε τὸν βασιλέα αὐτῆς ἀνελών. Nec facilè dixeris quid hæc ſignificare poſſint. Sed nec quiſquis intelligat quæ leguntur quaſi à Latino *Hieronymo*, ſi credere fas eſt, profecta: BETHEL, *vicus in duodecimo ab Ælia lapide ad dexteram euntibus Neapolim, quæ primùm Luza, id eſt, Amygdalum, vocabatur, & cecidit in ſortem Tribûs Benjamin, juxta Bethan & Gai, quam expugnavit Jeſus, Rege illius interfecto. Porrò quod putant, ſecundùm errorem Græcorum Voluminum Valaumaulas antiquitus nuncupatum, vehementer errant. Verbum quippe Hebræum, & nomen ipſius civitatulæ pariter miſcuerunt, cùm Ullam ſignificet priùs, id eſt,* πρότερον; *Luza verò Amygdalum, ut ſit ſenſus: vocabatur autem Bethel priùs Luza. Nec non, & hoc quod Bethaven aliud oppidum ſuſpicantur. Hebræi putant eamdem eſſe Bethel. Sed ab eo tempore, quo ibi ab Hieroboam, filio Nabat, vituli aurei fabricati ſunt, & à decem Tribubus adorati vocatam eſſe Bethaven*, id eſt, Domum idoli, *quæ antè vocabatur*, Domus Dei. *Sed & ſuper hoc, in Libris Hebraïcarum Quæſtionum pleniùs diximus.*

18. *Filia Dibonis*] *Euſebius* in Onomaſtico: Δαιβὼν, ἡ Διβὼν ἐπὶ τῆς ἐρήμου, σταθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη εἰς ἔτι νῦν παμμεγέθης παρὰ τὸν Ἀρνωνᾶν, ἣν τὸ παλαιὸν ὄντων τῶν υἱῶν Μωὰβ, καὶ μετὰ ταῦτα Σηὼν, τοῦ Ἀμορραίου, οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπέλαβον, καὶ γέγονε φυλῆς Γάδ, μέμνηται δὲ αὐτῆς Ἡσαΐας ἐν ὁράσει τῇ κατὰ τῆς Μωαβίτιδος, καὶ Ἱερεμίας. Interprete *Hieronymo: Debon, quæ & Dibon, in ſolitudine, caſtra filiorum Iſraëlis. Eſt etiam & alia Dibon, villa pergrandis, juxta Arnonem, quæ cùm priùs fuiſſet filiorum Moab, & poſt eam Seon, Rex Amorrhæorum, jure belli tenuiſſet, à filiis Iſraël capta atque poſſeſſa in partem venit Tribûs Gad. Meminit hujus Hieremias, & Jeſaïas in viſione contra Moab.*

19. *Habitatrix Haroheri*] ישבת ערער *jaſchobeth haroër*. *Euſebius* de ea urbe ita habet: Ἀροὴρ, ἥ ἐστιν ἐπὶ τοῦ χείλους χειμάῤῥου Ἀρνῶν πόλις Μωὰβ, ἣν εἶχόν ποτε οἱ Ὀμμαῖοι ἔθνος ἀρχαῖον, ὃ ἀνεῖλον οἱ υἱοὶ Λὼτ οἱ ἀπὸ Μωὰβ, καὶ δείκνυται εἰς δεῦρο ἐπ᾽ ὀφρύος τοῦ ὄρους

 κειμένη

ei: quidnam contigit? 20. Pudefactus eſt Moabus, quia expavit; ululate, clamate, & nunciate, *ad* Arnonem, vaſtatum eſſe Moabum. 21. Judicium pervenit ad campeſtrem tractum, Cholonem, Jahtſam, & Mephahatham; 22. tum etiam Dibonem, Nebuntem, & domum Diblathajimorum; 23. Kirjathajimos, Beth-jamalum, & Beth-mehonem; 24. Kerijothas, Botſram, & omnes urbes Terræ Moabitidis, remotas & propinquas. 25. Abſciſſum eſt cornu Moabo, & brachium ejus fractum, ait Jehova. 26. Inebriate eum, quia magnificè ſe ſe contra Jehovam extulit, volutet etiam ſe in vomitu ſuo, ſitque ille quoque ludibrio. 27. Annon Iſraël tibi ludibrio, *ô Moabita*, fuit? An inter fures eras deprehenſus, cùm, ex quo de eo loquebaris, commovereris? 28. Deſerite urbes, habitate in rupibus, ô incolæ Moabitidis, eſtote inſtar columbarum, quæ nidificant in lateribus oſtii cavernæ 29. Audivimus ſuperbiam Moabi, (valde enim ſuperbus eſt) ejus elationem, faſtum, tumorem, & animi adrogantiam. 30. Ego noram, ait Jehova, iram ejus, *quæ* nihil *habebat* firmi, *&* mendacia ejus, *quæ* nihil firmi perfecerunt. 31. Propterea Moabi cauſâ ejulabo, propter totam Moabitidem clamabo,

quidnam contigerit. 20. Puduit Moabum, quia pavore correptus eſt; ululate, clamorem tollite & nuntiate ad Arnonem, vaſtatam eſſe Moabitidem. 21. Judicium Dei porrectum eſt ad campeſtres agros, Cholonem, Jahtſam, & Mephahatham; 22. prætereaque Dibonem, Nebutem, & domum Diblathaimorum, 23 tum etiam Kirjathajimos & Beth jamulum, & Beth-mehonam; 24 Kerijothas, Botſram & omnes urbes Moabitidis remotas & propinquas. 25. Abſciſſum eſt cornu Moabo, & brachium ejus eſt fractum, ait Creator. 26. Inebriate eum, quia ſuperbe extulit ſe ſe contra Creatorem; volutet etiam ſe in ſuo vomitu, ſitque ille quoque ludibrio. 27. Annon Iſraelis populus tibi ludibrio fuit, ô Moabita? An inter fures deprehenſus erat, cùm, ex quo de eo loquebaris, commovereris. 28. Deſerite urbes, habitate in rupium antris, ô incolæ Moabitidis; imitamini columbas, quæ nidificant in lateribus oſtii cavernæ. 29. Audivimus, quæ ſit ſuperbia Moabi (ſommopere enim ſuperbus eſt) quæ ejus elatio, qui faſtus, quis tumor animi, quæve adrogantia. 30. Probè etiam noram quæ eſſet ira ejus, quæ nihil habebat firmi, & mendacia, quæ Moabitarum motabilitatem oſtendebant. 31. Ea de cauſâ, Moabi cauſâ, ejulabo, propter totam Moabitidem clamores edam, & propter incolas

κειμένη. ὅτε χειμάῤῥους ὁ διὰ φάραγγος ἐπὶ τὴν νεκρὰν θάλασσαν ἐκπίπτων. γέγονε δὲ ἡ Ἀροὴρ κλῆρος φυλῆς Γάδ, καὶ λέγεται εἶναι κατὰ πρόσωπον Ῥαββά Interprete *Hieronymo*: *Aroër, oppidum Moabitarum, quod ſitum eſt ſuper ripam Torrentis Arnon, poſſeſſum olim à Gente veterrima Ommim* (aut potiùs *Omnia* ex Deut. II, 10.) *& poſtea retentum à filiis Lot, id eſt, Moabitis, cùm priores accolas ſubvertiſſent, & oſtenditur uſque hodie in vertice iſtius montis.*

19. *Ad Arnonem*] De hac rupe ſic *Euſebius*: Ἀρνῶν, τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῶν ὁρίων τῶν Ἀμοῤῥαίων, κεῖται δὲ μεταξὺ Μωὰβ καὶ τοῦ Ἀμοῤῥαίου. Καὶ ἔστιν ὅριον Μωὰβ ἥτις Ἀρεόπολις τῆς Ἀραβίας. δείκνυται δὲ εἰς ἔτι νῦν τόπος φαραγγώδης σφόδρα χαλεπὸς, ὁ Ἀρνὼν ὀνομαζόμενος παρατείνων ἐπὶ τὰ βόρεια τῆς Ἀρεοπόλεως. ἐν ᾧ καὶ φρούρια πανταχόθεν φυλάττει στρατιωτικὰ διὰ φοβερὸν τοῦ τόπου. τὸ παλαιὸν δὲ ἦν Σιὼν τοῦ τῶν Ἀμοῤῥαίων βασιλέως ἀφελομένου αὐτὴν τοῦ Μωαβίτας. ἐντεῦθεν γέγονε τῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ κατασχέσεως τὰ ἐπέκεινα τοῦ Ἰορδάνου ὅρια παρατείνοντα ἀπὸ Ἀρνῶν ἕως ὄρους Ἀερμὼν καὶ Λιβάνου. Hieronymo. *Arnon rupes quædam in ſublime porrecta, in finibus Amorrhæorum inter Moab & Amorrhæos, Moab verò Arabiæ civitas eſt, quæ nunc Areopolis nominatur; oſtendunt regionis illius accolæ locum vallis in prærupta demerſæ ſatis horribilem & periculoſum*, qui uſque nunc *à pleriſque Arnonas adpellatur; extenditúrque ad Septemtrionem Areopoleos; in quo & militum ex omni parte plenum ſanguinis & formidinis, teſtantur ingreſſum. Hinc quondam Moabitarum fuit & poſtea Sehon Rex Amorrhæorum jure belli eum obtinuit; ſed & terra filiorum Iſraël trans Jordanem incipiens ab Arnone uſque ad montes Hermon & Libanum extenditur.*

21. *Judicium pervenit ad campeſtrem*] Hoc eſt, incolas humiliorum agrorum pœnas Deo dediſſe.

Cholonem.] *Bonfrerius* putat fuiſſe eam urbem quæ vocatur alibi in Vulgato interprete *Olon* vel *Holon* Joſ. XV, 51. XXXI, 15. Nec intercedo.

Judicium] Idem in campeſtribus locis ac in montanis locis, quippe faciliùs invadenda erant quàm montana. Nomina ſingularia quærenda in Onomaſtico, ſæpiùs laudato.

Cornu] Hoc ſignificat auctoritatem & potentiam, metaphora è beſtiis cornutis, quæ tum demum vires habent, cùm cornua earum pervenerunt ad juſtam magnitudinem. Vide Phraſes Hebraïcas *Rob. Stephani* & quæ diximus ad 1. Sam. II, 1.

Brachium ejus fractum] Hoc eſt, acciſam eſſe potentiam. Adi eumdem, ad vocem *brachium*.

26. *Se ſe contra Jehovam extulit*] Noluere, ut par erat, colere; quod erat non virorum ſobriorum, & prudentium, ſed ſtolidâ ſuperbiâ, ut ita loquar, ebriorum.

Volutet ſe in vomitu ſuo] Cùm nihil ſit turpius, quàm quod facit ebrius homo, qui nimium vinum hauſtum vomit, atque in illo ipſo vomitu ſe ſe volutat: ſic nihil fœdius quàm in impietate, impietatem, impia dicta & facta iterare; quale eſt in ebrietate nimia animi non rarum. Vide & Habbak. II, 16. Sic quicumque ſemel impiis ſermonibus, & facinoroſis

bo, & ob viros Kir-chareſi animus meus gemet.
32. Ob fletum Jahzeri flebo tui cau-
ſâ, ô vitis Sibmæ; propagines tuæ tranſierant mare, ad mare uſque Jahzeri pertige-
rant; in æſtivos tuos fructus, *ac* in tuam vindemiam vaſtator incidit.
33. Recondita
eſt lætitia atque exſultatio è Charmelo, èque terra Moabitide; feci ut vinum è torculari-
bus deficeret. Qui *racemos calcat*, non calcavit *cum* celeuſmate; celeuſma non *fuit* ce-
leuſma.
34. Propter clamorem Chesbonis, ad Elhalen, & ad Jahatſam, vocem ſuſtu-
lerunt à Tſohare ad Choronajimos, *inſtar* vitulæ triennis; nam etiam aquæ Nimrimo-
rum converſæ ſunt in deſolationes.
35. Faciam ut deſinat eſſe Moabo, ait Jehova,
adſcendens in excelſum & ſuffitum Diis ejus offerens.
36. Quare animus meus, Moa-
bi cauſâ, tibiarum inſtar perſtrepet; animus meus ad viros Kir-chereſi, fiſtularum in-
ſtar, reſonabit; quia quod reliquum factum erat periit.
37. Nam omne caput calvi-
tium occupabit, omnis barba reſecabitur, omnibus brachiis inerunt inciſiones, & cunc-
tis lumbis imponetur ſaccus.
38. In omnibus tectis Moabitidis, in cunctis plateis ejus
eſt ubique luctus, quia fregi Moabum inſtar vaſis, quo nemo delectatur, ait Jehova.
39. Quomodo conſternati ſunt atque ejulant *Moabitæ*? Quomodo Moabus torquet cer-
vicem,

incolas Kir-chareſi ex animo gemam. 32. Ob lacrimas Jahzerenſium flebo, & propter te, ô vitis Sibmæ, propagines tuæ trans mare uſque Jahzeri, pertigeraut; in æſtivos tuos fructus, ac in tuas vites vaſtator incidit. 33. Recondita eſt hilaritas quæ è Charmelo, èque Moabitide oriri ſolebat, cùm vindemiæ tenues fuerut, nec lætæ voces vindemiatoris. 34. Propter penuriam aquæ, multæ vociferationes in pluribus urbibus ſunt auditæ, & penuria fuit. 35. Faciam, ait Deus, ut apud Madianitas deſint qui faciant ſacra Diis, in locis editis, prout fieri ſolebat. 36. Nullæ voces hilares audientur in Moabitide, neque in vicinia, propter penuriam. 37. Propter luctum publicum, omuium capilli & barbæ tondebuntur, incidentur brachia, & pro ſolitis veſtibus induentur homines ſaccis. 38 In omnibus ædibus erit luctus, qui in plateis etiam cernetur, propter publicum luctum; & contemtum Moabitarum; qui, ut teſtæ fractæ, ſperuentur. 39. Quomodo ejulant, atque couſternati ſunt Moabitæ? Cur torquent cervicem, præ pudore, & ludibrio, aut terrori omnibus

norofis factis, idem in impia dicta non diſſiculter relabitur, ſibique calamitates novas à Deo creat.

28. *Habitate in rupibus*] Quaſi diceret: bene facitis, quòd in cavernas vos abdideritis, non verò urbem, ædificiis conſtantem, colueritis, ſed inſtar avium egrediamini cavernis veſtris, atque in eas redeatis Quod faciebant reverà Moabitæ, qui habitabant rupium cavernas, præſertim cùm pauci erant, & impetus hoſtium fugere volebant, *Euſebius* in Onomaſtico: Μωάβ. ἀπὸ Μωὰβ υἱοῦ Λὼτ, πόλις τῆς Ἀραβίας ἡ νῦν Ἀρεόπολις. κεῖται ἀνωτέρω. καλεῖται δὲ Μωὰβ καὶ ἡ χώρα, ἡ δὲ πόλις Ῥαββὰθ Μωάβ. In verſione verò Hieronymi: *Ab uno filiorum Lot, qui vocabatur Moab, civitas Arabiæ, quæ nunc Areopolis dicitur. Sic vocata eſt, cujus & ſuprà meminimus. Vocatur autem Moab ex nomine urbis, & regio. Porrò ipſa civitas, quaſi proprium vocabulum, poſſidet Rabbath Moab, id eſt, grandis Moab*; quod eſt, *magna urbs Moabitidis*, aut Metropolis, ſeu maxima urbium ad eam pertinentium.

29. *Superbiam Moabi, elationem, faſtum, tumorem, adrogantiam.*] Hæc quæ omnia ſuperbiam ſignificant, faciunt ad deſcriptionem ſuperbiæ maximæ. Nam ſic Synonyma repetita intendunt vim orationis, apud Scriptores Sacros, & quandóque apud Scriptores Græcos & Latinos, etiam terſiſſimè loquentes; qualis eſt ipſe *Cicero*. Vide uſum Hebræorum apud Phraſes Hebræorum *Rob. Stephani*, ubi agit de *Repetitione*.

31. *Viros Kir-chareſi*] Sunt hìc nomina Urbium Moabiticarum, quarum præter hoc nihil movimus. Quare de iis tacebimus.

32. *Propagines* &c.] Ob fletum *Jahzari* cur fleverit Propheta ignotum eſt. *Maria* tamen quæ hìc memorantur poſſumus quidem adfirmare fuiſſe lacus non magnos.

33. *Qui racemos calcat*] Hæc omnino videntur ſupplenda, quæ, pro Hebraïca breviloquentia, omittuntur, ſed Latinè non potuere.

Cùm celeuſmate] Cum adhortatione ad rectè faciendum quod jubentur; qualis eſt adhortatio, ad faciendum id quod par eſt fieri & oportet, ſine cujuſquam injuria.

34. *Propter clamorem Chesbonis* &c.] Hæc omnia pertinent ad calamitates Moabitarum, quarum Hiſtoria ad ſequentia ſæcula non pervenit; quia, ſine dubio, ad ea non pertinebat.

37. *Omne caput calvitium occupabit* &c.] Sententia loci eſt, calamitate Moabitarum, ingentem luctum ei genti creatum iri, qui deſcribitur memoratis potiſſimis indiciis luctûs, quæ oſtendebant magnum eſſe luctum iis qui ea obſervabant.

38. *In omnibus tectis*] Deſcribitur hìc luctus publicus, in magnis calamitatibus.

39. *Moabitæ*] Perſpicuitatis cauſâ, addidimus nomen populi ad quem hæc pertinent.

40. *Subitò hoſtis ejus* &c.] Si Hiſtoria Sacra rem narraſſet, faciliùs hæc intelligeremus, nunc ſola ſumma rerum nobis tantùm innotuit, nec hiſtoriam vicinorum Iſraëlis pleniùs ſcire neceſſe nos erat.

41. *Inſtar animi mulieris in anguſtiis partûs verſantis*] כלב אשה מצרה chleb iſchah metſerah, *ut cor mulieris anguſtiatæ*. Quod cùm *Hieronymo*

vicem, pudore adfectus; fuítque ludibrio & terrori omnibus finitimis ſuis? 40. quia ſic dicit Jehova, ſubitò *hoſtis ejus* inſtar Aquilæ advolavit atque extendit alas ad Moabum. 41. Captæ ſunt urbes & munita loca occupata, animúſque fortium virorum Moabi fuit, die illo, inſtar animi mulieris, in anguſtiis *partûs* verſantis. 42. Deletus eſt Moabus, ita ut ne ſit *ampliùs* populus, eo quòd contra Jehovam ſe ſe extulit. 43. Pavor, ſovea & laqueus *circa te ſunt*, ô incola Moabitidis, ait Jehova. 44. Qui præ metu fugiebat, incidit in foveam, & qui egreſſus erat è fovea, laqueo captus eſt; adduxi enim in Moabitidem annum ejus ſupplicii, ait Jehova 45. In umbra Chesbonis conſtiterant, vim fugientes; ſed egreſſus eſt ignis Chesbone, & flamma è Sichone, abſumſitque angulum Moabi, & verticem hominum ſtrepentium. 46. Væ tibi, ô Moabe; periit populus Chemoſi, comprehenſi enim ſunt filii tui, & filiæ tuæ, ut in captivitatem abducerentur. 47. Reducam tamen, poſteris temporibus, ait Jehova. Et hactenus quidem ſupplicium erit Moabi.

Vatici-

bus vicinis populis ſunt? 40. Quia, ait Creator, ſubitò hoſtes eos invaſerunt, inſtar aquilarum. 41. Quia ſubitò eorum loca munita ſunt ab hoſtibus capta, animique virorum fortium, ad anguſtias redacti, quales ſunt mulieris parturientis. 42. Deleta eſt gens Moabitarum, ut non poſſit inter populos haberi, quia contra Creatorem ſe ſe extollere auſa eſt. 43. Pavor, fovea, & laqueus te cingunt, ô incola Moabitidis, ait Creator. 44. Qui præ metu fugiebat incidit in foſſam, & qui ex ea exierat, laqueo captus eſt; adduxi enim in Moabitidem annum quo debebat pœnas dare, ait Creator. 45. In umbra Chesbonis conſtiterant, ne vis eis inferretur, ſed Chesbone erupit ignis & flamma è Sichone, abſumſitque partem Moabitidis & verticem hominum ſtrepentium. 46. Væ tibi, ô Moabe, periit populus, qui colebat Chemoſum! capti enim viri & fœminæ, ut abducerentur in captivitatem. 47. Eos tamen poſtea in patriam reducam, ait Creator. Hactenus pœnas mihi dabit Moabus.

PARA-

nymo intelligendum putavimus, de anguſtiis in quibus verſatur mulier in doloribus partùs. Sic LXX. Intt. habent: ὡσεὶ καρδία γυναικὸς ὠδινούσης, & Hieronymus: *ſicut mulieris parturientis.*

42. *Ut non ſit ampliùs populus*] Ut formam priſtini regiminis, ut antea, non ſervet. Quod fit quando Monarchia, quæ erat antea, evertitur.

43. *Pavor, ſovea* &c.] Metus hoſtium tuorum erit inſtar foveæ, quæ te cinget, aut inſtar laquei quo irretietis.

45. *In umbra Chesbonis*] Sic *Euſebius* de hac urbe: Ἐσεβὼν, πόλις Σηὼν τοῦ Ἀμοῤῥαίου ἐν τῇ γῇ Γαλαάδ, ἣν ἔλαβεν ἐν γῇ Γαλαάδ. ἣν ἐκπολέμησας τὸν βασιλέα Μωάβ, μέμνηται αὐτῆς Ἡσαΐας ἐν ὁράσει κατὰ τῆς Μωαβίτιδος, καὶ Ἱερεμίας. Καλεῖται νῦν Ἐσβοὺς ἐπίσημος τῆς Ἀραβίας, ἐν ὄρεσι τοῖς ἀντικρὺ τῆς Ἱεριχοῦς κειμένη κʹ ἀπὸ τῆς Ἱεριχοῦς κειμένη ὡς ἀπὸ σημείων κʹ τοῦ Ἰορδάνου καὶ γέγονε φυλῆς Ῥουβὶν Λευίταις ἀφωρισμένη. *Hieronymo* interprete; *Eſebon, civitas Sebon Amorrhæorum in terra Galaad, quæ cùm fuiſſet antè Moabitarum, ab Amorrhæis, belli jure, poſſeſſa eſt. Meminit hujus Hieremias, Eſaias quoque, in viſione Moab. Porrò nunc vocatur Esbus urbs inſignis Arabiæ in montibus, à Jordane, millibus diſtans. Fuit autem in Tribu Ruben ſeparata Levitis.*

45. *Populus Chemoſi.*] Vide de Chemoſo quæ habemus ad Num. XXI, 28. *Joan Seldenus* de Diis Syris Syntagm. I. c. 8. putat כמוש *chemoſch* eſſe compoſitum. *Philo Judæus Allegor. II.* χαμὼς ἑρμηνεύεται ὡς ψηλάφημα, id eſt, CHAMOΣ *ſonat ut contrectatio, ſeu ut palpatio*, quæ cœcis pœnè propria. Certè מוש *moſch* eſt *contrectare*, aut *palpare*, & elementum, *Chaph* ſervile ὡς interpretatur. Malim voculam כמוש eſſe ſimplicem, cujus ignota ſit ſignificatio.

COM-

Vaticinia adverſùs Hammonitas, Idumæos, Damaſcenos, aliόſque Syros, Kedarenos, Chatſorenſes atque Elymæos.

1. DE Hammonitis ſic dixit Jehova: nullíne ſunt filii Iſraëli? an nullus eſt ei heres? Cur ergo eorum Rex hereditate accepit *agros* Gadi, & populus Hammoniticus ejus urbes habitat? 2. Itaque brevi dies aderunt, cùm faciam ut audiatur Rabbæ Hammonitarum clamor prælii, fiátque *ea* acervus ruderum, urbéſque ejus ditionis igne incendantur, hereditatíſque jure poſſideat Iſraël eos, qui ſequuti ejus heredes gerebant. 3. Ulula Cheſbon, quia vaſtata eſt Haïs, clamorem tollite urbes ditionis Rabbæ, accingite vos ſaccis, plangite & vagamini inter macerias, quia Rex veſter transmigrans abiit, Sacerdotéſque & proceres ejus ſimul. 4. Quid gloriabaris vallibus tuis? vallis tua defluxit, ô filia contumax, & fidens theſauris tuis, *cùm diceres*: quis ad me veniet? 5. Mox ego tibi immittam pavorem, ait Dominus Jehova, *Deus* exercituum, ab omnibus finitimis, atque expellemini quisque è regione ſui, nec erit qui vagantes in unum cogat. 6. Poſtea tamen faciam, ut captivi Hammonitarum revertantur, ait Jehova. Caput XLIX.

7. De Idumæis verò, ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum: nulláne eſt ampliùs ſapientia

P A R A P H R A S I S.

1. SIC loqoutus eſt Creator de Hammooitis: nullíne ſuot Iſraëlis poſteri, qui ei ſucceſſuri ſint? Si ſint, cur Rex Hammonitarum poſſidet agros Tribûs Gadi, & populus Hammoniticus ejus urbes? 2. Ego verò, ait Deus, brevi faciam ot in Metropoli Hammonitatum audiatur clamor pugnantium, & cernantur rudera, loco urbis, urbéſqoe aliæ ejus ditionis comburaotur, & deinde hereditario jure poſſidendæ tradaotur Iſraëlitis. 3. Ulula verò Cheſboo, quia vaſtata eſt Hais, clamorem tollite urbes Rabbæ, veſtite vos ſaccis, plangite, & vagabimioi inter macerias, quia Rex veſter aliò migravit, eúmque Sacerdotes & Proceres comitati ſunt. 4. Cur vallibus tuis gloriabaris? Valles tuæ ſpretæ ſunt, ô gens contumax & oimis freta divitiis tuis, cùm ſuperbiens dictitares: quis ad me irrumpere poterit? 5. Mox te terrebo, ait Dominus Creator, idémque Deus exercituum, irritatis omnibus vicinis, & omnes expellemini è regione ſui, oec erit qui io unom vos cogat, ut hoſtibus faciliùs reſiſtatis. 6. Poſtea tamen faciam, ait Creator, ut captivi Hammonitarum redeant.

7. De Idumæis verò hæc dixit Creator, *idémque* Deus exercituum: oulláne eſt ampliùs ſapientia apud Themanem? periítne prudentia, quâ recta

C O M M E N T A R I U S
In Caput XLIX.

1. DE *Hammonitis*] לבני עמון *lebne Hammon.* Hìc ל non eſt nota Dativi, ſed ſignificat *DE*, quod multis exemplis oſtendit *Noldius* de Particulis. De Hammonitis ſic *Euſebium* ſcribentem legimus: Ἀμμάν, ἡ νῦν Φιλαδέλφεια, ἡ πόλις ἐπίσημος τῆς Ἀραβίας. κατῴκουν δὲ αὐτὴν πρότερον οἱ Ῥαφαεὶμ, ἔθνος ἀρχαῖον, ὅπερ ἀνεῖλον υἱοὶ Λὼτ, οἱ ἀπὸ Ἀμμάν. *Hieronymo* interprete: *Amman, quæ nunc Philadelphia, urbs Arabiæ nobilis, in qua habitaverant olim Rephaim gens antiqua, quam interfecerunt filii Loth habitantes pro iis in Amman.*

5. *In Themane*] *Euſebius*: Θαιμὰν, χώρα ἡγεμόνων Ἐδὼμ ἐν τῇ Γεβαλιτικῇ, ἀπὸ Θαιμὰν υἱοῦ Ἐλιφὰζ υἱοῦ Ἠσαῦ. ἀλλὰ καὶ εἰς ἔτι νῦν κώμη ἐστὶ Θαιμὰν, ἀπέχουσα Πέτρας, ἀμφὶ τὰ ιέ σημεῖα, ἐν ᾗ καὶ ἐγκάθηται στρατιωτικὸν, ὅθεν ὡρμᾶτο Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμὰν βασιλεύς· καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ δὲ Θαιμὰν γεγονέναι λέγεται παῖς, καὶ πᾶς δὲ ὁ πρὸς νότον τόπος καλεῖται· ἡ γὰρ ἑρμηνεύεται Θαιμὰν Νότος. Interprete *Hieronymo*: *Thæman regio principum Edom, in terra Gebulitica* (hoc eſt, montana) *à Thæman filio Eliphaz filio Eſau ſortita vocabulum. Sed & uſque hodie eſt villa nomine Thæman, diſtans ab urbe Petra quinque millibus; ubi & Romanorum militum præſidium ſedet; de quo loco fuit Eliphaz Rex Tæmanorum. Unus quoque filiorum Iſmaël adpellabatur Tæman. Sciendum autem quòd omnis auſtralis regio Hebræis Thæman dicitur.* Sequitur, in eodem Onomaſtico: Θαιμὰν, ὡς Ἰεζεκιὴλ πόλις τῆς Ἰδουμαίας· ὡς δὲ Ἡσαΐας πόλις τῆς Ἀραβίας· κεῖται καὶ Ἱερεμίας, ἐν δὲ τῷ Ἀβδίᾳ λέγεται πόλις Ἠσαῦ. Θαιμὰν δὲ καὶ εἷς τῶν υἱῶν Ἠσαῦ ἐκαλεῖτο. Ceteroquin ex hoc loco exigua lux Jeremiæ oritur.

8. *Dedanitæ*] יושבי דדן *joſchebe Dedan, habitantes Dedan. Euſebius* in Onomaſtico: Δαδὰν, ἐν γῇ Κηδὰρ, ὡς Ἱερεμίας: *Dadan, in regione Kedar, ut Jeremias. Bonfrerius* in notis ad Onomaſticum obſervat nomen *Dedan* non inveniri inter nomina urbium Tribûs Judæ, nec in Verſione LXX. Interpretum; unde colligit hìc ſuppoſitum *Dedan* pro *Delean*, quæ eſt urbs Tribus Judæ, Joſ. XV, 38. Sed duplex videtur fuiſſe urbs *Dedan*; quarum una eſſe ſtatuitur in Idumæa, altera verò in Arabia erat apud Kedarenos Arabas. De quibus in notulis noſtris ad Onomaſticum, quas vide, ſi opus eſt; ſed in nomina propria facile potuerunt irrepere menda, longitate temporis. Vide & quod habet *Bonfrerius* in notis, quas adjecit Onomaſtico.

12. *Bi-*

tia in Themane? periítne conſilium à prudentibus? corruptáne eſt eorum ſapientia ? 8. Fugite. Averſi ſunt, in humiliora loca ſe demiſerunt Dedanitæ, ut ea incolerent; exilium enim Heſavo immiſi, *& prope eſt* tempus, *quo* de eo pœnas exigam. 9. Si vindemiatores veniſſent ad te, annon racemationem reliquiſſent? ſi fures nocturni, *annon* corrupiſſent quod ſatis ſibi eſſet? 10. At ego denudavi Heſavum, retexi ejus abdita, neque celari *quidquam* poterit; devaſtati ſunt ejus poſteri, fratréſque & vicini, at ipſe nullus eſt. 11. Relinque orphanos tuos, ego vivos ſervabo, & viduæ tuæ mihi confident. 12. Sic enim dixit Jehova: en iis, qui damnati non erant bibendo calice, cum bibent; túne ergo impune ferres! non ferres, ſed omnino bibes; 13. quia per me juravi, ait Jehova, fore ut Botſra fieret ſolitudo, opprobrium, vaſtitas atque exſecratio, omnéſque ejus urbes perpetua deſerta. 14. Rumorem accepi à Jehova, legatum miſſum ad Gentes eſſe, *qui diceret iis*: convenite, vadite in eam *terram*, & conſurgite ad pugnam ineundam. 15. Mox enim, *inquit*, faciam ut parvus ſis inter Gentes, & contemtus, inter homines. 16. Deceperunt te terriculamenta tua, atque animi tui ſuperbia, ô tu qui habitas in cavernis rupis, quique cacumen collis tenes; ſi, inſtar aquilæ, nidum tuum extuliſſes; te illinc dejicerem, ait Jehova.

17. Convertetur Idumæa in ſolitudinem, quiſquis per eam tranſibit, ſtupebit, omnéſque ejus plagas ſibilo proſequetur. 18. Ut in ſubverſo Sodomæ, Gomorrhæ, & vicinarum *urbium* ſolo, ait Jehova, nemo habitat, nec quiſquam diverſorium quærit*: ita nec in te.* 19. Sicut enim leo, ob tumorem Jordanis, adſcendit in habitationes munitas: *ita & hoſtis in Idumæam*, nam commovebo eum, & curſim ab eo recedere curabo (quem verò juvenem ei rei præficiam?) quis enim eſt inſtar mei? quis mihi condicet? quis eſt paſtor, quis ſtet contra me? 20. Quare audite conſilium Jehovæ, quod cœpit de Idumæa & molitiones, quas molitur in Themanis incolas. *Ne vivere dicar*, niſi eos trahant minutæ pecudes, niſi ſuper iis habitationem eorum *hoſtis* devaſtet. 21. Sonitu eorum ruinæ commovebitur terra, iis ſonitus, *inſtar* clamoris, audietur in mari algæ.

recta conſilia non recuſabantnt conſulentibus ? 8. Fugite. Averſi ſunt & in humiliora loca ſederunt, Dedanitæ, ut ea incolerent; exilium enim Heſavo immiſi, & tempus, quo exigam de eo pœnas. 9. Si vindemiatores veniſſent ad te ſine dubio racemationem reliquiſſent; ſi verò fures nocturni, annon reliquiſſent, quod ſatis ſibi eſſe judicaſſent ! 10. Sed denudavi Heſavi poſteros, nudos eos reliqui, nec quidquam ab iis occultum ſupereſt; denudavi eos, ita ut nihil ab iis celari poſſit; denudavi ejus poſteros, fratréſque & vicinos, ſed ipſe Heſavus prorſus nihil ſibi ſervavit. 11. Relinque orbos æquo animo, Heſave, ego eorum vitam ſervabo, & erit cur viduæ tuæ mihi confidant. 12. Sic enim ego Creator dico: en ii, qui non fuerant damnati bibendo calice, eum haurient. Tune ergo impune ferres? Nequaquam impune feres, ſed omnino hunc calicem hauries; 13. quia per me juravi fore ut Botſra in ſolitudinem converteretur, opprobrio mactaretur, & omnes vicinæ urbes perpetuæ eſſent ſolitudines. 14. Rumor ad me venit a Creatore, quo fore accepi ut mitteretur legatus ad Gentes, qui iis diceret conveniendum eſſe, in eam regionem, & pugnandum cum incolis. 15. Mox enim effecturum eſſe Deum ut populus ille minueretur, & contemneretur inter Gentes. 16. Deceptum hunc iri, terriculamentis ſuis & ſuperbiâ ſuâ, quia ſedem ſuam in cavernis cepit, aut cacumen collis tenet; ſi inſtar aquilæ in editis locis nidum ſuum poſuiſſet, te illinc detraherem, ait Creator.

17. Mutabitur Idumæa in ſolitudinem, & quiſquis per eam tranſibit obſtupeſcet, ac ubique eam ſibilo proſequetur, quod in eremis ſolet fieri. 18. Quemadmodum in ſubverſo Sodomæ, Gomorrhæ & vicinarum urbium ſolo, ait Creator, nemo habitat, & ne quidem diverſorium quærit; ita nec in te in Idumæa quæret. 19. Quemadmodum leo, intumeſcente Jordane, ad altiora loca confugit: ſic faciet hoſtis confugiens in Idumæam, nam eum commovebo, & ut curſim illinc fugiat curabo (quem verò juvenem ei rei præficiam) quis enim eſt mihi par? quis mihi condicet? quis paſtor mihi adverſabitur? 20. Quare audite conſilium Creatoris, quod cepit de Idumæa, eorumque molitiones, quas molitur in Themanis incolas. Ne vivere dicar, niſi eos trahant minutæ pecudes, & niſi hoſtis ſedes eorum devaſtet. 21. Sonitu eorum videbitur moveri terra, cùm ſonitus ruinarum audiendus

12. *Bibendo calice*] Hoc eſt, ferendâ calamitate ſingulari. Vide *Thom. Gathakeri* Adverſaria Lib. I. c. 3. & in Adverſariis miſcellaniis C. V.

Impune feres] נקה תנקה *nako thinnakeh*, innocens cenſeberis.

13. *Botſra*] *Euſebius* in Onomaſtico: Βοσὼρ (pro Βοσρὰ) ἐν τῇ ἐρήμῳ, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, τῆς φυλῆς Ῥουβὴν, ἀπὸ ἀνατολῆς Ἰεριχὼ, πόλις ἱερατικὴ καὶ τῶν φυγαδευτηρίων. Αὕτη ἐστὶ Βόστρα, ἡ νῦν μητρόπολις τῆς Ἀραβίας. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη νῦν Βοσὼρ πόλις τοῦ Ἡσαῦ, ἐν ὄρεσι τῆς Ἰδουμαίας, ἧς μέμνηται Ἡσαΐας λέγων· τίς οὗτος ὁ παραγινόμενος ἐκ Ἐδὼμ, ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ: Interprete *Hieronymo. Boſor in deſerto trans Jordanem, quæ cecidit in ſortem Tribûs Ruben, ad Orientalem plagam Hierichuntis civitas Sacerdotalis & fugitivorum. Hæc eſt Boſtra Metropolis Arabiæ. Adpellatur etiam & alia Boſor civitas Eſau, in montibus Idumææ, cujus Eſaias recordatur dicens: Quis eſt iſte qui venit de Edom, fulvida veſtimenta ejus ex Boſor.*

17. *Sibilo proſequetur*] Videtur fuiſſe tunc ſignum irriſionis. Vide infrà Cap. L, 13.

18. *Ita*

gæ. 22. En *hoſtis* inſtar aquilæ adſcendet, advolabit, atque alas ſuas ſupra Botſram extendet, erítque animus fortium Idumææ virorum, inſtar animi mulieris in anguſtiis partûs.

23. De Damaſco. Pudore adfectæ ſunt Chamatha & Arphada; quia rumorem malum audiverunt, tabefactæ ſunt; nec magis quieſcere potuerunt, quàm qui in mari anxii ſunt. 24. Debilitata Damaſcus ſe convertit in fugam, tremor eam adprehendit, anxietas & dolores tenuerunt, ut parturientem. 25. Quomodo non relicta eſt urbs laudis *meæ*, urbs gaudii mei? 26. Ideò cadent ejus juvenes in plateis ejus; & omnes viri militares cædentur, die illo, ait Jehova *Deus* exercituum. 27. Ignem injiciam muro Damaſci & Ben-hadadi Ædes abſumet.

28. De Kedarenis & regnis Chatſorenſium, quæ vicit Nebuchadretſar, Rex Babylonis. Surgite, adſcendite ad Kedarenos, atque Orientales vaſtate. 29. Tentoria eorum, & minutum pecus capient; cortinas, omnia vaſa & camelos eorum ſibi ſument, ac formidinem undecúmque in eos vocabunt. 30. Fugite, vagamini latè longéque, (in humiliora loca, quæ habitarent, ſe demiſerunt incolæ Chatſoris) ait Jehova; conſilium enim contra vos capit Nebuchadretſar, Babylonis Rex & molitiones in vos molitur. 31. Surgite, adſcendite in gentem tranquillam, habitantem ſecurè, ait Jehova, *gentem*, cui non ſunt valvæ, nec vectis, & quæ ſola habitat 32. Erunt cameli eorum prædæ, & multitudo pecudum direptioni; diſpergam eos in omnem ventum, quibus anguli *cæſariei* ſunt adtonſi, atque ex omnibus lateribus eorum exitium adducam, ait Jehova.

duis ſit in Mari Algæ. 22. Hoſtis eorum advolabit inſtar Aquilæ, & alas ſuas ſupra Botſram extendet, atque animus fortium Idumæorum erit, inſtar animi in anguſtia parientis.

23. Ad Damaſcenos quod adtinet, pudore Chamatha & Arphada ſunt ſuffuſæ, quia quod ad exteros pervenit rumor, nec magis quieſcere potuerunt, quàm qui in mari agitato anxii ſunt. 24. Damaſceni debilitati fugam capeſſiverunt, tremor eos adprehendit, eóſque invaſit anxietas & dolor, ut parturientem. 25. Quomodo non relicta eſt urbs mihi laudata, & quæ mihi gaudium creabat? 26. Propterea cadent gladio, in plateis, omnes viri militares eo tempore, ait Creator, idémque Deus exercituum. 27. Ignem injiciam parietibus Damaſci, atque flamma Ben-hadadi Ædes abſumet.

28. De Kedarenis & regnis Chatſorenſium, quæ ſubegit Nebuchadretſar Rex Babyloniorum; ſurgite, adſcendite ad Kedarenos, atque Orientales vaſtate. 29. Tentoria eorum & minutum pecus capient; cortinas, omnia vaſa & camelos eorum ſibi ſument, acundecumque eos terrebunt. 30. Fugam capeſſite, vagamini longè latéque, (in humiliora loca, quæ habitarent, ſe demiſerunt incolæ Chatſoris) ait Creator; conſilium enim contra vos cepit Nebuchadretſar Babyloniorum Rex, & aliquid contra vos molitur. 31. Surgite, adſcendite in Gentem tranquillam, & ſecurè agros colentem, ait Creator, gentem cui non ſunt valvæ, nec vectes, & quæ in ſolo habitat. 32. Facile ab ea abigere poteritis camelos & alios greges. Diſpergam eos ad omnes plagas cœli. Iis ſunt anguli cæſariei adtonſi, atque exitium in

18. *Ita nec in te*] Propter terræ vaſtitatem, quamvis non futura tanta, quanta fuit in Sodoma & Gomorrha.

19. *Adſcendit in habitationes*] Quia non poteſt manere in locis, in quibus exundantia fluvii terram texit; quia in locis aridis luſtra habere ſolet.

23. *Chamatha*] *Euſebius*, in eodem Onomaſtico: Αἰμὰθ (vitioſè habent Codices Αἰθὰμ) τῆς κοιλάδος πόλις, ἣ γέγονε φυλῆς Ῥουβὶν· λέγεται δὲ καὶ νῦν Ἀμαθοὺς ἐν τῇ περαίᾳ τῇ κατωτέρᾳ Πέλλης διεστῶσα σημείοις κά' εἰς νότον· καὶ ἄλλη δὲ κώμη πλησίον Γαδάρων, ἥ ἐστιν Ἐμμαθὰ, ἔνθα τὰ τῶν θερμῶν ὑδάτων θερμὰ λουτρά. καὶ ἐν βασιλείαις εἴρηται ἀπὸ εἰσόδου Αἰθὰμ ἕως τῆς θαλάσσης Ἀραβὰ, ἥ ἐστιν ἡ νεκρά. *Hieronymus* ſic vertit. *Æmath urbs quæ cecidit in ſortem Ruben. Sed & nunc Amathus villa dicitur trans Jordanem, in viceſimo primo milliario Pellæ ad meridiem. Eſt & altera villa in vicinia Gadare nomine Amatha, ubi calidæ erumpunt. In Regnorum quoque libris ſcribitur: ab introitu Emath, uſque ad mare Araba, hoc eſt deſerti, quod eſt mare mortuum. Ego autem inveſtigans reperi Emath urbem Cœles Syriæ adpellari; quæ nunc, Græco ſermone, Epiphania dicitur.*

23. *De Damaſco*] Damaſcus erat extra limites Judæ verſùs Septemtrionem & Orientem, inter Jordanem, & Hermonem Montem.

Chamatha] חמת *Hhamath*. Hæc urbs cenſebatur ad Damaſcenam pertinere. Sunt qui *Chamatham* dixerint poſtea *Antiochiam* dictam, ſed eos bene confutavit *Sam. Bochartus*; cùm conſtet Septemtrionales terminos Chananææ numquam eò uſque pertigiſſe, ubi Antiochia condita fuit. Eum vide Phalegi Lib. IV. cap. 37. Poſtea Chamatha dicta eſt *Epiphania* à Macedonibus.

Arphada] ארפד *Arphad*. *Euſebius* in Onomaſtico: Ἀρφὰδ, πόλις Δαμασκοῦ, ἣν ἐπολιόρκησε βασιλεὺς Ἀσσυρίων, ἐν Ἡσαΐᾳ καὶ Ἱερεμίᾳ, καὶ ταῖς βασιλείαις. Rectiùs dixiſſet πόλιν Δαμασκηνῆς, *urbem tractûs Damaſceni.*

24. *Debilitata Damaſcus*] Res oſtendit de Damaſcenis hæc intelligenda.

25. *Urbs laudis meæ*] Quam laudaveram, non tantùm propter ſitum, ſed & propter ædificia. Duo hæc præcipuè laudantur in urbibus. In Onomaſtico ita de hac urbe loquitur *Euſebius*: Δαμασκὸς ἐπίσημος Φοινίκης· οὕτω δὲ καὶ τῆς Μαζὲκ οἰκογενοῦς τοῦ Ἀβραὰμ υἱὸς ἐκαλεῖτο. Sic verò habet *Hieronymus* mutatis Moſis verbis:

 Damaſcus,

hova. 33. Fiet Chatſor habitatio draconum, & ſolitudo in perpetuum; nemo illic habitabit, nec ullus ibi diverſabitur.

34. Verba Jehovæ, de Helamo, ad Jeremiam Prophetam facta, initio regni Sedekiæ, Regis Judæ, in hanc ſententiam: 35. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum, mox Helamitarum arcum, qui eſt potiſſimum eorum robur, confringam. 36. Immittam Helamitis quatuor ventos, è quatuor extremitatibus cœli, diſpergámque eos in omnes ventos, nec erit gens, ad quam non pervenient expulſi Helamitæ. 37. Terrebo Helamitas, coram hoſtibus eorum, & coram iis, qui eorum vitæ inſidiabuntur, atque adducam in eos calamitatem, cum ira mea, donec eos abſumſero. 38. Ponam ſolium meum in Helamitide, indéque Regem & proceres perdam, ait Jehova. 39. Poſteris tamen temporibus, faciam ut redeant captivi Helamitæ, ait Jehova.

Vati-

in eos mittam ex omnibus plagis cœli, ait Creator. 33 Chatſor habitaculum draconum, & ſolitudo in perpetuum; nemo erit incola illius tractûs, imò qui diverſari illic velit.

34. Verba Creatoris, de Helamitide, ad Jeremiam, initio regni Sedekiæ, Regis Judæ, in hanc ſententiam: 35. Sic dixit Creator, *idemque* Deus Exercituum; mox Helamitarum ſagittas, quæ ſunt eorum potiſſima arma, confringam. 36. Immittam procellas e quatuor cordinalibus ventis, nec ulla erit Gens, ad quam non perveniant Helamitæ. 37. Timorem iis injiciam, coram eorum hoſtibus, & inſidiatoribus, ac calamitatibus premam, donec eos iis iratus extinguero. 38. Ponam thronum meum in Helamitide, ut judicem de ea Gente, atque Regem & Proceres, propter eorum ſcelera, perdam, ait Creator. 39. Attamen revocabo poſtea captivos, ut captivos Helamitas, ait Creator.

PARA-

Damaſcus, nobilis urbs Phœnices. Eodem autem vocabulo & Maſech ancillæ Abrahami filius adpellatus eſt. Porrò Maſek, quid ſibi velit non adſequor. Addit etiam hìc *Hieronymus: Porro* Maſech, *quid ſibi velit pleniùs in Libris Hebraïcarum Quæſtionum diſputavi. Hìc tantùm Interpretis ſum functus officio, non quòd ancillam Abrahæ Maſek nuncupatam probem.*

28. *De Kedarenis*] *Euſebius*: Κηδὰρ, ἐν Ἰεζεκιὴλ, ἄρχοντες Κηδάρ. καὶ ἐν Ἠσαΐᾳ, καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ ἐν ὁράσει τῆς Ἀραβίας. Pro quibus eſt in verſione *Hieronymi*: CEDAR, *in Ezechiel, Principes Cedar; ſed Eſaias, & Hieremias, in viſione Arabiæ*, hujus *vocabuli recordantur. Eſt autem regio, in eremo Saracenorum à filio Iſmaëlis Cedaritæ cognominata.* Non erat *Hieronymus* felix, in Etymologiis verborum; multò felicior fuit, ut & doctior, in Orientalibus Linguis, *Sam. Bochartus*; quod probè ſciunt harum rerum periti. Optimè oſtendit in ſuo *Phalego* Lib. IV. c. 2. deducendum nomen *Kedarenorum* à verbo קדר *kadar*, obtenebrari, & *colorem nigrum* à Sole *cantrahere*. Vide & Canticum Salomonis C. I, 5.

Regnis Chatſorentium] חצור *hhatſor*, de quo loco *Euſebius*, in Onomaſtico: Ἀσὼρ, πόλις βασιλείας Ἰαβεὶμ, ἣν μόνην ἐνέπρησεν Ἰησοῦς, ὅτι αὕτη ἦν μόνη ἄρχουσα πασῶν τῶν βασιλειῶν τῶν ἀλλοφύλων. ἔστι δὲ καὶ εἰς ἔτι νῦν κώμη λεγομένη Ἀσὼρ ἐν ὁρίοις Ἀσκαλῶνος τοῖς εἰς ἀνατολὰς, ἣ γέγονε φυλῆς Ἰούδα· καὶ οἶδεν ἡ γραφὴ Ἀσὼρ τὴν καὶ καινήν. Interprete *Hieronymo*: *Aſor, civitas regni Jabim, quam ſolam incendit Jeſus; quia Metropolis erat omnium regnorum Philiſthiim. Eſt & alia villa, uſque hodie Aſor, in finibus Aſcalonis contra Orientem ejus, quæ cecidit in ſortem Tribûs Judæ, cujus & Scriptura meminit, adpellans eam ad diſtinctionem veteris Aſor novam.*

34. *De Helamo*] *Euſebius* in Onomaſtico: Ἠλὰ (lege Ἠλὰμ) κοιλὰς Ἠλὰθ, Ἀκύλας, Θεοδοτίων, κοιλὰς τῆς δρυός, *Hieronymo* vertente: *Elam, legimus vallem Ela & Theodotion interpretatur vallem quercûs.*

In hanc ſententiam] *Dicendo*, לאמר *lemor*.

36. *Immittam Helamitis quatuor ventos*] Hoc eſt, hoſtes, qui è quatuor lateribus eos adgredientur, quaſi à quatuor ventis veniſſent. *Euſebius* in Onomaſtico: Αἰλὰμ ἐν ἐσχάτοις ἐστὶ, παρακειμένη πρὸς μεσημβρίαν ἐρήμῳ, καὶ τῇ πρὸς αὐτὴν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, πλωτὴ οὖσα τοῖς τε ἀπ' Αἰγύπτου περῶσι, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. ἐγκάθηται δὲ αὐτόθι τάγμα Ῥωμαίων τὸ δέκατον· καλεῖται δὲ νῦν Αἰλά· ἦν δὲ καὶ Αἰλαμιτῶν τὸ παλαιὸν ἔθνος. ταύτης ἦν βασιλεὺς Χοδολλογόμορ. κεῖται δὲ καὶ ἄλλη ἐν βασιλείαις Αἰλὰμ τῶν ἀλλοφύλων. Quæ vertit *Hieronymus*: Ailam (non *Ailath*) *in extremis finibus Palæſtinæ, juncta meridianæ ſolitudini & mari rubro; unde ex Ægypto in Indiam, ad Ægyptum navigatur. Sedet autem ibi Legio Romana, cognomento Decima; & olim quidem Ailat à Veteribus, nunc verò adpellatur Aila. Sed & Elamitarum quondam natio fuit, cui imperavit Chodorlaomor; cujus in Actibus quoque Apoſtolorum mentio fit, & in Regnorum libris urbs quædam Palæſtinæ Ailam ſcribitur.*

38. *Ponam ſolium meum in Helamitide*] Hæc ſpectant Monarchiam Perſicam, quæ diu maxima fuit in Oriente; ſed everſa eſt à Macedonibus. De Helamitide vide *Sam. Bocharti* Phalegi Lib. II. c. 2.

Regem & proceres perdam] Impleta eſt hæc prophetia ab Alexandro, cum Darium vicit, hujúſque regnum, ampliſſimum licèt, ſibi & Macedonum primoribus adquiſivit.

39. *Faciam ut redeant captivi Helami*] Reverà Lagidæ, & Seleucidæ, qui poſtea in Ægypto, & in Aſia regnarunt nova Imperia condiderunt, quæ ſibi ſuam potentiam ſeorſim habuerunt. Quomodo Aſiatici rurſus regnarunt; neque enim Macedones alias habuere copias labentibus ſæculis, quàm Aſiaticorum, aut Ægyptiorum, nec poteſtatem regnandi à Macedonibus accepere.

COM-

Vaticinium contra Babylonios.

1. VERBA *hæc* proloquutus eſt Jehova, de Babylone, déque terra Chaldæorum; CAPUT L.
per Jeremiam Prophetam, in hanc ſententiam : 2. Nunciate *rem* Gentibus,
facite ut audiant, & tollite vexillum; facite ut audiant, nec *rem* celate; dicite : capta
eſt Babylon, pudore adfectus eſt Belus, fractus eſt Merodachus, pudefacta ſunt ejus
ſimulacra, fractique ſtercorei Dii. 3. Venit enim in eam Gens à Septemtrione, quæ
convertet terram ejus in ſolitudinem, nec quiſquam eam incolet, ab hominibus ad bruta
uſque *veteres incolæ* migrarunt, abierunt. 4. Diebus illis & tempore illo, venient
Iſraëlitæ ipſi, & poſteri Judæ ſimul; flentes jugiter ibunt, quærêntque Jehovam Deum
ſuum. 5. Sion interrogabit de via itinerum peritos, huc converſa erit ejus facies, &
venite, inquiet, jungite vos Jehovæ, fœdere perpetuo, & quod oblivioni non tradatur.
6. Oves pereuntes fuerunt populus meus, paſtores earum fecerunt ut errarent *per*
montes, abegerunt eas, éque monte in collem abierunt, ac loci in quo recubabant oblitæ erant.
7. Quicúmque in eas incidebant, comedebant eas, earúmque hoſtes ſe peccare
ea in re negabant; eò quòd deliquerant Iſraëlitæ in Jehovam, habitationémque juſtitiæ
& ſpem Majorum ſuorum Jehovam. 8. Fugite è Babylonia, éque terra Chaldæorum
exite; eſtote inſtar arietum, ante minutas pecudes. 9. Nam brevi excitabo & adducam
adverſùs Babylonem turbam gentium magnarum, è terra ſeptemtrionali, quæ
aciem

P A R A P H R A S I S.

1. HÆCCE verba proloquutus eſt Creator de Babylone, déque ditione Chaldæorum, per Jeremiam, his verbis: 2. Nunciate hæc Gentibus vicinis, ita ut intelligant, & tollite vexillum, ut omnes rem intelligant. Dicite apertè captam eſſe Babylonem, à Cyro, & pudore ſuffuſum eſſe Belum Babyloniorum Deum; fracta eſſe ſimulacra Merodachi, aliorumque ſtercoreorum Deorum. 3. Veniſſe enim Gentem à Septemtrione, quæ eſt agros ejus in ſolitudinem converſura, quæ agrum Babylonicum incolis ſpoliabit, & pecudum greges abiget, ita ut veteres incolæ fugere cogendi ſint. 4. Eo tempore Tribules Judæ & alii Iſraëlitæ, non ſine lacrimis abibunt, atque iterum Majorum ſuorum Deum ſolum colent. 5. Qui olim circa Sionem ſedes habebant, tam Judæ Tribules, quam aliarum Tribuum homines, quærent quâ viâ Jeroſolimam eundum, & eò ſimul flentes ibunt; ac Creatorem ſolum colent, & ſe ſe mutuò hortabuntur ad fœdus perpetuum cum Deo Iſraelis pangendum, quod numquam violaretur. 6. Populus meus fuit ut grex ovium lethali morbo laborantium, quæ non ſunt ſatis diligenter à paſtoribus curatæ, adeò ut ſolæ erraverint inter collium amfractus, & ſoliti ſtabuli ſui oblitæ ſint. 7. Quicumque in eos incidebat, eos occidebat & comedebat, nec volebat videri, ea in re, peccare, in tam gravi delicto, quia Iſraelitæ peccaverant in Creatorem. 8. Fugite ex Babylonia, éque terra Chaldæorum exite; eſtote inſtar arietum, qui ſunt veluti duces minutarum pecudum. 9. Nam brevi excitabo & ducam contra Babylonem turbam magnam Gentium numeroſarum, è terrâ Septemtrionali; quæ aciem contra eam inſtruent, & Babylonem capient. Sagittæ, ab ejuſmodi exercitu emiſſæ, erunt, quales ſunt ſagittæ viri fortis & periti;

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT L.

1. NUnciate Gentibus] Apertè promulgate quid ſit de Deo credendum, & docendum, ut ſequentia oſtendunt.

Tollite vexillum] נס *nes* dicitur *vexillum* aut aliud ejuſmodi ſignum, quo populus monebatur alicujus periculi; aut etiam quo auxilii, quod ex fœderibus debebatur mitti à fœderatis ad fœderatos. Vide Eſaïæ V, 26.

2. *Capta eſt Babylon*] Nempe, à Cyro Perſarum Rege, ut docet *Xenophon*, in vita Cyri, & alii.

Pudore adfectus eſt Belus] הוביש בל *hobiſch. Bel.* Sic vertunt Conjugationem Hiphil, hoc eſt, activam, in paſſivam. Poſſent in hujuſmodi vocibus eſſe menda Librariorum, potiùs quàm anomaliæ. בל *Bel* videtur eſſe pro בעל *baal*, ſive ſic loqui ſolerent Babylonii, omiſſo ע, ſive ea littera exciderit. Græci vocant hoc numen Babylonicum Βῆλον.

Merodachus] מרדך *mrodach.* Nomen eſt Numinis alicujus Babyloniorum, de quo nihil ad nos pervenit. *Joan. Seldenus* in opere *de Diis Syris* pauca habet Syntagm. II. c. 12. ubi fatetur quis fuerit *Mero*, vel *Merodach* nondum compertum ſibi eſſe; ſed obſervat nominibus addi Regum, in *Evilmerodach*, *Mardocempad* & ſimilibus nominibus, & *Mardocempad*, apud *Ptolomæum*, in Mathematica Conſtructione, eſſe eum, qui *Merodach Baladan* Eſaïæ XXXI, 1. adpelletur. Plura neſciuntur, de hoc Babyloniorum Deo.

3. *Gens à Septemtrione*] Babylonii, qui in Syriam iverunt, ad Septemtriones Judææ, atque illinc contra Judæam, quæ erat ad Meridiem, unde contra Judæam, quæ erat ad Meridiem, agmen convertit, contra Judæos & Ægyptios, qui Judæos tamen non potuere defendere.

9. *Turbam gentium, è terra Septemtrionali*] E Syria, quæ erat ad Septemtrionem Chananææ. Reſpiciuntur Chaldæi Boreales, qui
mini-

aciem in eam ſtruent, deinde capietur. Sagittæ ejus *exercitûs*, ut viri fortis & periti, non revertentur in caſſum. [10]. Erit Chaldæa prædæ, omnes eam ad ſatietatem ſpoliabunt, ait Jehova; [11]. quia læti fuiſtis, ô *Chaldæi*; quia exſultaſtis, poſſeſſionem meam diripientes; quia obeſi facti eſtis, inſtar juvencæ, quæ herbulâ alitur, atque hinniiſtis, inſtar fortium equorum. [12]. Adficietur pudore mater veſtra, valde rubeſcet genitrix veſtra; en *facta eſt* poſtrema gentium, deſertum, ſolum aridum & ſolitudo. [13]. Propter iram Jehovæ non habitabitur, tota erit vaſtitas, & quisquis tranſibit per Babylonem obſtupeſcet, ſibilóque omnes ejus plagas proſequetur.

[14]. Struite aciem, contra Babylonem, circumquáque omnes qui arcum tenditis; in eum jaculamini, nec parcite ſagittis, quia in Jehovam peccavit. [15]. Vociferamini in eam undequaque, manum dabit, cadent fundamenta ejus, & diruentur mœnia; hæc enim eſt ultio Jehovæ, ulciſcamini eam; ſicut fecit *aliis*, illi facite. [16]. Exſcindite ſementem facientem è Babylonia & tenentem falcem, tempore meſſis; propter graſſantem gladium; quisque *operarius* ad populum ſuum ſe convertet, & quisque ad terram ſuam fugiet. [17]. *Ut* pecus diſperſum eſt Iſraël, leones id expulerunt; prior id devoravit Rex Aſſyriæ, poſterior exoſſavit Nebuchadretſar, Rex Babyloniæ. [18]. Propterea ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum, *&* Deus Iſraëlis: mox ſupplicium ſumam de Rege Babyloniorum, déque ejus terra, quemadmodum Regem Aſſyriorum punivi. [19]. Sed Iſraëlem

ti, quæ non redeunt in caſſum, nemine vulnerato. 10. Erit Chaldæa prædæ, omnes eam ſpoliabunt, ad ſatietatem, inquit Creator; 11. quia exſpoliata à vobis læti eſtis, ô Chaldæi; quòd exſultatis, dum mea rapiebatis; unde obeſi facti eſtis, inſtar juvencæ, quæ tenui herbâ alitur; & hinniiſtis, inſtar fortium equorum. 12. Mater veſtra pudore ſuffundetur. En evaſit contemtiſſima Gentium, ſolitudo arida, & ſine incolis. 13. Propter iram Creatoris, non incoletur, erit mera vaſtitas, & quisquis tranſibit per Babylonem in rudera redactam, obſtupeſcet, & pro more ſibilis omnes ejus plagas proſequetur.

14. Struite aciem contra Babylonem, circumquaque ſagittarii, quotquot eſtis, & ſagittas jaculamini in ejus muros, quia in Creatorem peccavit. 15. Vociferamini circa ejus mœnia circumquaque, & ſe dedet, quaſi everſa eſſent fundamenta ejus mœnium; nec parcite ſagittis, quia in Creatorem peccavit, idololatriâ ſuâ & flagitioſâ vitâ. Quod fecit aliis, facite ut ipſe etiam patiatur. 16. Occidite omnes, qui ſementem faciunt in Babylonio agro, & qui tempore meſſis falcem tenent; propter graſſantem Babyloniorum gladium, quisque operarius ad ſuos revertatur. 17. Iſraël fuit inſtar pecoris diſperſi, dum fugit leones; prior eum devoravit Rex Aſſyriæ, poſterior exoſſavit Nebuchadretſar Babyloniorum Rex. 18. Quapropter ita loquutus eſt Creator, exercituum Deus Iſraelis: mox mihi pœnas dabit Rex Babyloniorum, ut & ii qui ei parent, quemadmodum Rex Aſſyriorum. 19. Iſraelitas verò in ſuam caulem reducam,

minimè pendebant à Chaldæis meridianis.

12. *Mater veſtra*] Ea pars Chaldææ aut Babyloniæ, unde etiam auxilia ſe conjunxere cum Cyro, & Perſis, ut Syria; quam defendebant Chaldæi Boreales, cum aliis populis. Vide ſequentia.

16. *Exſcindite ſementem facientem è Babylonia*] Vide rationem, quâ Cyrus cepit Babylonem, apud *Herodotum* Lib. I. c. 191. *& ſeqq.* Adde & Cyropædiæ Xenophonteæ Lib. VI, c. 3.

E theſauris] Hoc eſt, ex ea parte cœli, unde vapores & aër mittuntur; non quòd ſint in certis locis incluſi, è quibus aër & vapores emittuntur, apertis quibusdam repagulis; ſed quia Deus emittit vapores & exhalationes in alias aëris partes, prout illi videtur ſive ipſe omnipotentiâ ſuâ hoc efficiat, ſive per ſpirituales Poteſtates Aëris rem exſequatur.

17. *Ut pecus diſperſum*] A diviſione prolis Jacobi in duo regna, quorum unum dicebatur *Judæ*, alterum *Iſraëlis*; & quæ ſæpe erant inimica, inter ſe, adeóque injuriis finitimorum obnoxia, quod liquet ex Sacra Hiſtoria.

Leones id expulerunt] Ut Ægyptii, Syri, Babylonii, aliique; nam omnes populi vicini eis infeſti fuerunt, & præſertim poſtremi.

Rex Aſſyriæ] Vide 2. Regum Cap. XVI. *& ſeqq.* & *Chr. Cellarium* in Geographiæ Antiquæ Lib. III. Cap. 17. neque enim adgrediemur hic digreſſiones Geographicas conſcribere.

17. *Paſcétque in Charmelo* &c.] Recuperabit partes fertiliſſimas ſuæ priſtinæ ditionis.

20. *Diebus illis & tempore illo*] Mirum Hebraïcam Linguam, quæ alioqui multitudine verborum non gaudet, interdum abundare, ut hìc; ubi legimus verbotenus: *in diebus illis, & in tempore illo, ait Creator, inquiretur in iniquitatem Iſraëlis, nec ulla erit, & in peccata Judæ, & non invenientur.*

23. *Totius terræ malleus*] His verbis intelligitur Babylon & ejus ager, quibus vicini coacti fuerant parère, ut potentioribus: quemadmodum corpora teneriora & leviora cedunt durioribus & gravioribus.

24. *Laqueos poſui tibi* &c.] Reverâ Babylon capta ante erat à Cyro Rege, ut narrant *Herodotus* & *Xenophon*; cùm non putabat ſe captum iri, quaſi in laqueos hoſtium incidiſſet.

Quia Jehovæ litem moveras] Quia non credebant Babylonii eſſe ullum exercitum à quo poſſet capi; ne quidem à populis, qui verum Deum colebant, ut Judæi. Si hiſtoriam pleniorem

Digitized by Google

lem in caulem ſuam reducam, paſcétque in Charmelo, & in Baſanitide; & ejus ad-
petentia in montanis Ephraïmi, & Galahaditis explebitur. 20. Diebus illis & tempore
illo, ait Jehova, quæretur iniquitas Iſraëlis, nec ulla erit; & peccata Judæ, nec inve-
nientur; nam ignoſcam iis, quos reliquos fecerim. 21. Vade in terram rebellem, eám-
que & incolas ejus punito, devaſtationi, & internecioni eos devoveto, ait Jehova; om-
nia quæ tibi mandavi exſequitor. 22. Sonitus belli & cladis magnæ eſt in terra.
23. Quomodo exciſus eſt & confractus totius terræ malleus? quomodo Babylonia, in-
ter Gentes vaſtitas facta eſt? 24. Laqueos poſui tibi, & capta es, ô Babylon, cùm tu
neſcires; inventa es & deprehenſa, quia Jehovæ litem moveras. 25. Aperuit Jehova
apothecam ſuam, depromſitque iræ ſuæ inſtrumenta, quia opus iis erat Domino Jeho-
væ, Deo exercituum, in terra Chaldæorum. 26. Tandem in illam venite, *ô hoſtes*;
calcate eam, inſtar acervorum *ruderum*; eam internecioni devovete, ne quis ei ſuperſit.
27. Gladio occidite omnes ejus juvencos, deſcendant ad mactationem; væ illis, quia
venit eorum dies & ſupplicii eorum tempus! 28. Vox *auditur* fugientium atque eorum,
qui evaſerunt è terra Babylonica; ut nuncient in Sione ultionem Dei noſtri Jehovæ, ul-
tionémque Templi ejus. 29. Facite ut jaculatores, omnes tendentes arcum audiat Ba-
bylon; caſtra ponite ad eam undequáque, ne ſint qui evadant; rependite ei, pro ejus
factis; pro omnibus quæ aliis fecit, ei facite; quia erga Jehovam, erga ſanctum Iſraë-
lis,

reducam, paſceturque in monte ſuo Charmelo, atque in Baſanitide; ejuſque adpetentia explebitur. 20. Eo tempore, ait Creator, Iſraelitæ mihi ita parebunt ut & Judæ Tribules, ut nihil iis poſſit exprobrari; & iis quos ſervavero ignoſcam. 21. Vade in rebellem terram Babylonicam, dicam Angelo meo, qui ei præeſt, eámque & incolas ejus hoc ſupplicio, punito. Vaſtato agros rebellium & incolas malè mulctato, ita ut agri nihil proferant, atque ipſi ad internecionem redigantur, ait Creator; omnia, quæ tibi in mandatis dedi, exſequere. 22. Sonitus belli, in Babylonia, magnus eſt. 23. Quomodo exciſus eſt, aut fractus totius terræ malleus? Quomodo Babylonia, inter alias regiones, vaſtata eſt? 24. Laqueos tibi tetendi, quibus illaqueata es, cùm non ſcires, quid tibi fieret? Deprehenſa verò es, quia Creatori velut iram moveras. 25. Aperuit ille armamentarium ſuum, è quo iræ ſuæ arma deprompſit, quia eis illi opus erat, in agris Chaldæorum. 26. Tandem in eos venite, ô hoſtes, calcate, quaſi acervos ruderum, regionem Chaldæorum; incolas internecioni devovete, ne quis eorum ſuperſit. 27. Gladio occidite omnes ejus juvenes, deſcendant ex altioribus locis, ut mactentur. Væ illis! quia venit dies, quo pœnas eos dare oportet. 28. Jam auditur vox fugientium, eorúmque qui evaſerunt ex agro Babyloniorum, ut nuncient Jeroſolimæ ultionem Dei noſtri Creatoris, & quomodo Templum ſuum ultus ſit. 29. Faciant ut Babylon audiat ſagittarum ſibila. Circa eam ponentur caſtra, nequis ex ea evadat. Rependantur ei quæ

niorem haberemus ejus partis Aſiæ, in qua erat Babylon, & bellorum quæ geſſit; ſine dubio meliùs intelligeremus quæ narrat de iis Scriptura Sacra. Sed incuriâ Judæorum & Chriſtianorum factum eſt, ut amiſerimus, quæ ſcripta fuerant de fato antiquiſſimæ Urbis.

24. *Laqueos poſui tibi* &c.] Sic omnino factum, hoc eſt, ita occæcatos Babylonios, qui fuerunt priùs capti, quàm ſcirent; quod docebunt *Herodotus* & *Xenophon* in Hiſtoria rationis, quâ capta eſt Babylon, à Cyro.

Ib. *Quia Jehovæ litem moveras*] Poſtquàm Babylonii acceperant Babyloniam à Cyro occupatum iri, à Perſis, eo duce, non crediderant. Attamen jam potuit iis hoc innotuiſſe, ex prophetia Eſaïæ, de qua diximus ad Eſaïam cap. XLV, *& ſeqq.* & ubi res videtur potiùs narrari, ut facta, quàm prædici.

25. *Aperuit Jehova apothecam ſuam*] Eſt אוצרו *othjaro*, quod propriè *theſaurum* ſignificat; ſed hìc ſumi videtur pro loco, in quo arma ſervantur, qui à Gallis dicitur *Arcenal*, & Latinè *armamentarium*.

27. *Venit eorum dies*] Sic loquutus eſt *Cornelius Severus* in fragmento, quod ſervant *M. Annæus Seneca* Suaſoria II. *Editâ in poſterum diem pugnâ, epulantes inducit & ait*: ——— *ſtratique per herbam. Hîc meus eſt, dixere dies; elegantiſſimè quidem adfectum animorum, incertâ ſorte pendentium.* Vide & comma 31.

28. *Vox auditur fugientium*] Eorum qui ſatis videbant Babyloni inſtare excidium; quales ii qui viderant Perſas eam obſidentes, nec diu poſtea ejus dominos eſſe factos; ut *Herodotus* & *Xenophon* narrarunt.

31. *O ſuperbe*] זדון *zadon*. Alii nomen hoc eſſe nomen ſubſtantivum volunt & vertunt *ô ſuperbiam*! Veteres Interpretes volunt ſignificari hac voce *protervum* & *ſuperbum* ὑπερήφανον, ſed hic eſt nomen ſubſtantivum, cùm deberet eſſe adjectivum. Attamen Hebræi etiam utuntur ſubſtantivo pro adjectivo, ad augendam ἔμφασιν, ut hoc commate & ſequente. Vide *Joan. Cocceïum* ad hanc vocem, in majore Lexico.

31. *Dies tuus*] Hoc eſt, emortualis, quo genere loquendi Latini etiam utuntur.

39. *Silveſtres feles*] ציים *tſijim*, quam Vocem *ſilveſtres feles* interpretatus eſt *Sam. Bochartus*. Hierozoïci Lib. III. c. 14. quem ſequuti ſumus, cùm nihil æquè probabile prolatum ſit, quod quidem viderim.

Cum Thoibus] את איים *eth ijim*. Eumdem vide Lib. III. c. 12. ejusdem Operis, nam, agi de animalibus, in Europa ignotis, oſtendit vir eruditiſſimus.

41. *Po-*

lis, ſuperbè ſe geſſit. 30. Propterea cadent ejus juvenes, in plateis ejus, omnéſque viri militares, die illo, cædentur, ait Jehova.

31. En *dico* tibi, ô ſuperbe, ait Dominus Jehova, *Deus* exercituum; venit dies tuus, & ſupplicii tui tempus. 32. Impinget ſuperbus & cadet, nec ei *erit*, qui eum erigat; igne incendam omnes ejus urbes, qui & quæcumque circa ſunt abſumet. 33. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum: oppreſſi ſunt poſteri Judæ, & poſteri Iſraëlis pariter, nec ullus eorum, qui captivos ceperunt, eos dimittere vult. 34. Sed vindex eorum, qui potens eſt, & cui Jehovæ, *Deo* exercituum, nomen eſt, cauſam eorum ſuſcipit, ut, ſicut quies terræ *Iſraelitica* periit, ita trepidationem incolis Babylonis injiciat. 35. Gladius *ſtringetur* in Chaldæos, ait Jehova, inque incolas Babylonis, proceréſque & ſapientes ejus. 36. Gladius *ſtringetur* in mendaces & ad inſaniam adigentur; gladius *ſtringetur* in fortes ejus vios, & conſternabuntur. 37. Gladius *ſtringetur* in equos ejus & currus, inque promiſcuum vulgus, quod in ea eſt, & *quod* mulierum inſtar fiet; gladius *ſtringetur* in ejus theſauros & diripientur. 38. Siccitas *incumbet* ejus aquis, atque exareſcent, quia terra eſt ſculptilium *Deorum*, & iis terriculamentis *Chaldæi* gloriantur. 39. Propterea habitabunt illic ſilveſtres feles cum thoïbus, & ſtruthionibus; numquam rurſus *ea urbs* incoletur, neque in ætates futuras habitabitur: 40. quemadmodum ex quo Deus ſubvertit Sodomam & Gomorrham, & vicinas *urbes*, ait Jehova, nemo illic habitabit, neque ullus homo diverſabitur.

41. En populus venit à ſeptemtrione, gens magna & Reges multi è lateribus terræ concitantur. 42. Arcum & peltam gerunt, crudeles ſunt, nec miſericordiâ tangi ſolent; ſtrepitus eorum eſt inſtar maris frementis, equis vehentur; inſtruentur, ut vir unus, ad prælium tecum committendum, ô filia Babylonis. 43. Audiet Rex Babylonis eorum famam, manúſque ejus debiles fient; angor eum adprehendet, & dolor quaſi parturientis. 44. Sicut leo, ob tumorem Jordanis, adſcendit in habitationes munitas; *ita & hoſtis Babylonem*; nam commovebo eam, & curſim ab ea recedere curabo (quem verò juvenem ei præficiam?)

quæ aliis fecit; quia erga Creatorem Deum Iſraelitarum ſuperbè ſe geſſit. 30. Propterea ejus juventus mortua in plateis cernatur, omneſque viri militares eo die cædantur, ait Creator.

31. En dico vobis, ô ſuperbi Babylonii, ait Dominus Creator, idémque Deus exercituum; adeſt nunc ultimus veſter dies, & tempus, quo pœnas dabitis. 32. Superbi homines impingent, & cadent, nec erit qui eos erigat. Incendam omnes veſtras urbes, quæ & abſument circumquaque quidquid uri poterit. 33. Sic dixit Creator, exercituum Deus: oppreſſi ſunt ab iis poſteri Judæ, aliique qui Iſraele orti ſunt, nec ullus eorum qui cepit eos, dimittere eos vult. 34. Verùm eorum ultor, qui eſt omnipotens, & cui nomen eſt Creatori; & Deo Exercituum, cauſam eorum defendet, adeò ut quies terræ Iſraeliticæ periit, ſic trepidationem Babyloniis injiciet. 35. Gladius ſtringetur in Chaldæos mendaces, ait Creator, inque Babylonios, proceresſque & ſapientes ejus. 36. Idem fiet erga mendaces vates, qui ad inſaniam adigentur, cùm videbunt ea quæ prædixerunt nequaquam fieri, viri fortes terrebuntur, cùm videbunt ſtrictos hoſtium gladios. 37. Quin & gladius ſtringetur in equos & aurigas, inque promiſcuum vulgus Babylonis, quod muliebri terrore timebit. Strictis gladiis quærentur & diripientur occulti theſauri. 38. Copioſa aqua, quæ circa Babylonem eſſe ſolet, exſiccabitur, propter cultum fictilium Deorum, quorum viſuntur ſimulacra, quibus gloriantur Chaldæi. 39. Tanta erit illic ſolitudo, ut aliud nihil futurum ſit, præter ſilveſtres feles, cum thoïbus & ſtruthionibus; nec umquam ab hominibus incoletur: 40. ut ea quo Deus ſubvertit Sodomam & Gomorrham vicinaſque urbes, nemo fuit illic incola.

41. Mox veniet populus à Septemtrionibus, gens numeroſa, & Reges multi ex aliis oris vicinis commovebuntur. 42. Arcu & peltâ armati erunt, crudeles ſunt, nec miſericordiâ tangi ſolent, ſtrepere inſtar maris frementis, equitatu abundabunt. Celeriter inſtruentur, quaſi pauci eſſent ad pugnam tecum committendam, ô turba Babyloniorum. 43. Eorum fama perveniet ad aures Regis Babyloniorum, cujus præ metu debiles fient manus, angore laborabit, & dolore angetur ſimili dolori parturientis. 44. Quemadmodum leo, cujus luſtrum erat ad ripas Euphratis, exundantibus fluvii aquis, ab ejus ripis recedit in loca altiora; ſic fugiet hoſtis Iſraëlitarum Babylonem, nam eum terrebo, & procul ab ea fugabo (quem vero ducem juvenem ei præficiam, niſi Cyrum?) Numquis mihi par eſt? Quis mihi condicet? Quiſve eſt paſtor *populi*, qui contra me conſiſtere ſuſtinebit?

41. *Populus venit à Septemtrione*] Videntur fuiſſe Chaldæi, Armeniorum vicini, & bellicoſi populi & de quibus multa habet *Xenophon* Libro III. ex quibus liquet fortes & bellicoſos fuiſſe, quemadmodum etiam ex Jeremia liquet. Πολεμικώτατοι, καὶ πένητες εἶναι λέγονται — καὶ γὰρ ἡ χώρα αὐτοῖς ὀρεινή τέ ἐστι καὶ ὀλίγη ἡ χώρα χρήματα ἔχουσα: *bellicoſiſſimi & pauperes eſſe dicuntur — eſt enim regio illis montana & exiguas opes habens.* Itaque latrocinia exercebant. Quæ obſervamus ne ſeptemtrionales illi Chaldæi confundantur cum iis Chaldæis, qui Magi & Aſtrologi erant, & futurum audebant prædicere. Hi ad meridiem Babylonis ſedes habebant, & potiùs vates erant Babyloniorum, quàm milites.

Reges multi è lateribus] Perſæ & alii, qui Babyloniis fuere hoſtes; quod etiam ex iis, qui Perſis favebant.

42. *Arcum & peltam gerunt*] *Xenophon* Lib. IV.

ciam?) nam quiſnam eſt inſtar mei, quis mihi condicet, & quiſnam eſt iſte paſtor, qui coram me conſiſtat? 45. Propterea audite conſilium Jehovæ, quod cepit de Babylone, & molitiones, quas molitur in terram Chaldæorum. *Ne vivere credar*, niſi eos trahant minutæ pecudes, niſi ſuper iis habitationem eorum vaſterit. 46. Sonitu captæ Babylonis, commovebitur terra & clamor apud Gentes audietur.

Pergit Propheta clades Babyloniorum prædicere, déque iis mandata dat ad Judæos captivos in Babylonia.

1. SIC dixit Jehova: mox ego excitabo contra Babylonem, & contra eos qui habitant inter eos, qui in me inſurgunt, ventum noxium. 2. Mittam in Babylonem ventilatores, qui eam ventilabunt atque exinanient ejus terram, quia ei undequaque adverſabuntur, die malo. 3. Qui tendit arcum ſuum, ne tendat; qui ſe *induit* loricâ, ne ſe induat; nec parcite ejus juvenibus, internecioni devovete ejus exercitum. 4. Cadant interſecti in terra Chaldæorum, & confoſſi in ejus plateis. 5. Nam non eſt orbatus Juda, aut Iſraël, Deo ſuo, Jehova *Deo* exercituum; ſed terra eorum plena eſt *poenâ immiſſâ* à Sancto Iſraëlis. 6. Fugite ergo Babylone, & quiſque vitam ſuam *periculo* eripiat; ne exſcindamini, propter iniquitatem ejus: hoc enim tempus eſt ultionis Jehovæ, mercedem ipſe rependit. 7. Calix aureus Babylonis *eſt* in manu Jehovæ, *calix quo* illa inebriat totam terram; è vino ejus biberunt gentes, proptereáque gentes inſanè ſe geſſerunt. 8. Subitò cecidit Babylon & confracta eſt, ululate ejus cauſâ & ſumite *reſinam* dolori ejus, ſi fortè poſſet ſanari. 9. Curavimus Babylonem, *inquiunt*, ſed non eſt ſanata; relinquite eam, & quiſque in terram noſtram abeamus; nam pertingit cœlum

Caput LI.

bit? 45. Audite verò conſilium meum de Babylone, & conſilia mea de agris Chaldæorum. Ne vivere credar, niſi eorum hoſtes alliciant minutæ pecudes, proptereáque eorum agros vaſtent.

46. Quando audietur Babylon eſſe capta, omnes finitimi populi ejus calamitate commovebuntur, & clamores apud omnes populos vicinos audientur.

PARAPHRASIS.

1. SIC dixit Creator; mox ego procellam contra Babylonem excitabo, non exceptis iis, qui illuc ſe contulerunt ex aliis Gentibus. 2. Mittam in Babylonem hoſtes qui ventilabunt & expilabunt Babyloniorum agros: nam undequaque ei, tempore calamitatis, quâ premetur, eripient quidquid apud eam invenient. 3. Qui apud Babylonios arcubus & ſagittis erunt inſtructi; ne iis utantur; ne parcite juventuti Babyloniæ, ſed internecioni devovete ejus exercitum. 4. Cadant interfecti in Chaldæa, & confoſſi inſepulti jaceant in plateis. 5. Non ſunt deſerti tribules Judæ, aut qui pertinebant ad alias Tribus, auxilio Dei ſui Creatoris & Dei Exercituum; ſed eorum terra plena eſt pœnis à Deo Iſraëlis immiſſis. 6. Fugite ergo Babylone & quiſque vitam ſuam periculo eripiet; ne deleamini, propter iniquitatem Babyloniorum, hoc eſt enim tempus, quo Creator ipſe ei mercedem rependet. 7. Calix aureus Babyloniorum eſt in ejus mano, calix quo illi inebriant omnes ſuos vicinos, & è quo biberunt gentes vicinæ, quo factum eſt, ut ſimiliter inſaniverint. 8. Subitò ergo cecidit Babylon, & diruta eſt; ululate ejus cauſâ, & ſumite reſinam curando dolori ejus, ſi fortè poſſit ſanari. 9. Curavimus vero, inquiunt, Babylonem, ſi fortè poſſet ſanari, ſed non eſt curata; illam relinquite, ut quiſque in patriam redeat. Nam pœna ejus pertinet ad Cœlum. 10. Protulit

IV. de Expeditione Cyri p. 223. de Chaldæorum armis ſic habet: ὅπλα δ᾽ εἶχον γέῤῥα μακρὰ ϗ λόγχας, *arma habebant crates longas & haſtas*. Corpus tegebant cratibus longis & haſtis vulnerabant hoſtes.

COMMENTARIUS
In Caput LI.

7. C*Alix aureus* &c.] Nempe, ſpes ſibi facta divitiarum comparandarum, ſi Regis Babyloniorum partes amplecterentur. *Calix* eſt æquè rerum malarum & ſecundarum: ut, nempe, eſt vinum generoſum & gratum, ut acidum & nequam. Exempla ejusmodi loquendi generis multa in Concordantiis, & vel in Phraſibus Hebraïcis *Rob. Stephani*, invenire eſt.

Inebriat totam terram] *Tota* quidem *terra* non eſt hic intelligenda de toto orbe terrarum; ſed tamen de ſat magna earum terrarum, quæ parebant Babyloniis, parte, quibus adjiciendæ eæ, quæ fuerant Perſarum, qui Babylonem ſubegerant, & aliis gentibus vicinis. Hæc autem eò ſpectans, ut lectores intelligant, quæ poſtea contigerunt in Aſia, in everſione Babylonici Imperii, quod tranſiit ad Perſas, ſine ſin-

cœlum ejus pœna, atque ad ætherem ſublata eſt. 10. Protulit *in lucem* Jehova juſta
facta noſtra, venite, in Sione narremus opus Jehovæ, Dei noſtri. 11. Tergite ſagittas,
arripite ſcuta; excitavit Jehova ſpiritum Regum Medorum, nam contra Babylonem
cogitationem *verſant*, ut eam deleant, quia hæc eſt ultio Jehovæ & ultio Templi ejus
12. Ad muros Babylonis tollite vexillum, firmate excubias, ſtatuite vigiles, parate inſi-
diatores, quia etiam *rem* molitus eſt Jehovæ, & perficiet quoque quod dixit, de Baby-
lonis incolis.
13. O tu, quæ habitas ad multas aquas, quæ multos habes theſauros, venit tuus fi-
nis, & modus lucro tuo *imponetur*. 14. Juravit Jehova *Deus* exercituum per ſe ipſum,

&

10. Protulit in lucem Creator juſta facta noſtra; venite in Sionem, atque illic narremus opus Creatoris, Dei noſtri. 11. Tergite ſagittas ſanguinolentas, atque adprehendite clipeos. Creator excitavit animos Regum Medorum, qui contra Babylonem animo verſant, quomodo deleri poſſit; quia eſt ultio Creatoris, ob everſum ſuum Templum. 12. Ad mœnia Babylonis tollite vexillum, frequentes & copioſas admovete ei excubias; quia rei favet Creator, & perficiet minas, quas protulit contra Babylonios.

13. O tu Babylon, qui ſita es ad multas aquas non tantùm Euphratis, ſed etiam uliginoſi ſoli, quod te cingit: ô urbs, quæ theſauros, intra mœnia, ſervas; aderit mox finis divitiis, quas adcumulaſti, & lucris tuis. 14. Juravit Creator, qui exercitibus præeſt, per ſe ipſum, & dixit: ne videar vivere vobis, niſi implerone viris, quaſi bruchis

ſingulari Providentia Dei non contigiſſe.

8. *Subitò cecidit Babylon*] Adeunda Hiſtoria calamitatis antiquiſſimæ & florentiſſimæ urbis, quæ Hiſtoria legi poteſt non tantùm in Sacris Libris; ſed etiam in *Xenophonte* & *Herodoto* in deſcriptionibus ejus cladis. Hinc Hiſtoriæ Sacræ ejus temporis confirmari poterunt.

Reſinam] צרי *tſori*, quod alii vertunt *opobalſamum*, ut LXX. Intt. Alii rurſus *reſinam*, quia reſina miſcetur emplaſtris, quæ imponuntur vulneribus. Sed rationes non ſunt ejus ponderis, ut elevari nequeant. Vide *Edm. Caſtellum* qui putat eſſe *opobalſamum*, ſed ſine ſatis gravi ratione. Certè pretioſum medicamentum, ut *Opobalſamum*, non poterat adhiberi à tanta plebe, quanta fuit Babylonica. Sed res eſt exigui momenti, & nimis incerta.

9. *Inquiunt*] Neceſſariò vocula hæc ſubintelligenda fuit, ob Dialogiſmum.

Pertingit cœlum ejus pœna] Videtur Propheta velle, tam gravi pœnâ affectam Babylonem, ut divinitus ei immiſſam eſſe ſatis liqueret. Reverà Propheta noſter eam prædixerat, Cap. L. ab initio.

Ad ætherem ſublata] Hoc eſt, Deus ad ſe pertinere intelligit, qui non eſt propterea Judæis uſus ad pœnas de Babyloniis ſumendas, ſed Cyro & Perſis, longè à Judæis remotis, ſúntque ii adhibiti ad Babiloniorum ſuperbiam retundendam, & fuerunt etiam auctores Judææ inſtaurandæ Jeroſolimæ.

10. *Juſta noſtra facta*] צדקתינו *tſidkothenou*, noſtras juſtitias, ut גבורות *bgouroth*, pro *fortibus factis* Pſ. CL, 2. & ſimilia. Vide ſimilia apud Grammaticos.

11. *Regum Medorum.*] Ex Hiſtoriis *Herodoti* & *Xenophontis* petenda Hiſtoria Cyri, ad quam reſpicit Jeremias. Hinc licet colligere Cyrum fuiſſe nepotem Medorum Regis, cui poſtea ſucceſſit, & victorias reportavit de Babyloniis, & aliis vicinis Gentibus. Loquitur autem hìc plurali numero de Regibus Medorum, quia Aſtyages avus Cyri hoſtiliter ſe geſſit contra Babylonios. Vide *Xenophontem* Lib. I. de Inſtitutione Cyri.

Regum Medorum] Aſtyagis, & ſucceſſorum.

12. *Ad muros Babylonis* &c.] Hæc exſequuti ſunt Medi & Perſæ, qui Babylonem ceperunt.

13. *Ad multas aquas*] Nempe, Euphratis & paludum, quæ cingebant Babylonem. De hoc conſulendus *Xenophon* & *Herodotus*. Paucis atque eruditè hæc ex iis & Scriptura, inter ſe collatis, expoſuit *Vir Reverendiſſimus* & *Doctiſſimus Petrus Daniel Huetius*, in *Propoſitione IV. Demonſtrationis Evangelii.*

14. *Ne vivam, inquit*] *Juravit Creator*, & Deus *Creator*, *per animum ſuum.*

Ne vivam, inquit] Formula hæc jurandi, eſt elliptica, adeóque pauca quædam addidi, ut poſſet intelligi, ab hominibus, quibus Deus ſe adtemperavit. Nec ego mihi ipſe ſatisfacio, uti nec puto alios Interpretes ſibi ipſis potuiſſe. Pro *ne vivam*, poſſet Paraphraſi hac exprimi; *nec credar vivere*, nam non parum ſudarunt Interpretes ut ſatis decorè exprimerent. *Sebaſt. Munſterus* vertit: *Juravit Dominus Exercituum, per animam ſuam.* *Sebaſt.* verò *Caſtellio*: *Jurat armipotens Jehova, per ſe ipſum fore, ut repleat hominibus, ut tamquam bruchis, qui contra celeuſma reemant.* *Tigurini* ita vertunt, ut neſcias an omiſerint, an aliter legerint, nihil enim ſimilis ſententiæ, aue quod poſſit ſupplere adlata verba; quaſi defuerint in ipſorum Codicibus, quod vix quisquam ſibi perſuaſerit. *Tremellius* & *Junius* habent: *Juravit Jehova exercituum, per ſe ipſum, niſi te impleam hominibus, quaſi meloloncbis qui canant de te celeuſma.* *Piſcator*, qui voluit eam Tranſlationem emendare, his verbis: *Juravit is, qui fecit terram potentiâ ſuâ, is qui ſtabilit orbem habitabilem, ſapientiâ ſuâ & qui intelligentiâ ſuâ, extendit cœlum.* *Deodatus*, in verſione Italica: *Il Signore degli eſerciti ha giurato per ſe dicendo: ſe non ti rempio d'huomini, come di bruchi, & ſe eſſi non danno grida d'animar contre' a te.* In Italica ita loquitur, ſed ſic exponere poſtea voluit mentem ſuam, in

Gallica:

& ne vivere, inquit, videar vobis, niſi te implevero hominibus, quaſi bruchis, *qui ſe* contra te clamoribus cohortabuntur. [15]. Fecit ille terram potentiâ ſuâ, paravit orbem ſapientiâ, & providentiâ cœlos extendit. [16]. Cùm vocem mittit, oritur ſonitus aquarum in cœlo, evehit vapores ab extrema terra, fulgura cum pluvia creat, atque è theſauris ſuis ventum emittit. [17]. Omnis homo ſtultior fit *ſuâ* ſcientiâ, pudore adficitur omnis conflator, propter ſculptilia, nam conflata *ſigna* fallacia ſunt, neque ſpiritus iis ineſt. [18]. Sunt *mera* inanitas, opúſque errorum, & die, quo *homines* pœnas dant, *ſimul Dii* pereunt [19]. Ejuſmodi non eſt pars Jacobi, ſed omnia *Deus* formavit, *Iſraël*que eſt ſceptrum quod poſſidet

[20]. Malleus tu mihi es & arma, ſpargam per te gentes, & regna per te deſtruam. [21]. Spargam per te equum & equitem, ſpargam per te currum & aurigam. [22]. Spargam per te virum & uxorem, ſpargam per te ſenem & puerum, ſpargam per te juvenem & virginem. [23]. Spargam per

bruchis, qui ſe in vicem cohortabuntur contra te. 15. Creavit terram, potentiâ ſuâ: orbem paravit incolis hominibus, ſapientiâ ſuâ, & cœlos providentiâ ſuâ extendit. 16. Cùm tonitru ejus auditur, aquarum cœleſtium ſonitus excitatur, evehuntur vapores ex ultima terra; fulgura cùm pluvia creantur, atque venti è variis cœli plagis ſentiuntur. 17. Omnes homines ſtultiores fiunt, dum de ſua ſcientia nimis ſuperbè ſentiunt. Quivis conflator pudore ſuffunditur, propter ſtatuas quas facit; quia omnia ſimulacra fallaciâ ſunt, nec animâ prædita, ut preces, ſibi oblatas audiant. 18. Nihil eſt iis inanius, quæ ſunt cauſa errorum, quorum homines, qui eos invocant, infecti ſunt, & quorum cauſâ pœnas dant. 19. Talibus non credunt Iſraëlitæ, quæ omnia eſſe noſunt inania & ficta, cùm Deus ſit eorum Rex.

20. Mallei inſtar mihi es, ô Babylon, & inſtrumentum, quo ſpargo gentes, & regna deſtruo. 21. In fugam do, tuâ operâ, equum & equitem, pariterque currum & aurigam. 22. Spargam per te viros & uxores, ſenes & pueros, juvenes & virgines. 23. Spargam paſtores & greges, agricolas & boves, denique duces & proceres.

24. Rependam

Gallica: *l'Eternel Dieu des armées a juré par ſoi-même, ſi je ne te remplis d'hommes, comme de chenilles.* Nihil videtur ſimilius vero, quàm Deum voluiſſe hoc intelligi à Propheta, ſe pœnas repetiturum de Babyloniis, ob injurias ab iis acceptas, qui poſſent inde colligere Populum Judæum etiamnum Deo gratum eſſe.

Hæc paucis de Interpretationibus Scriptorum, qui nos, ante poſtrema tempora, anteceſſerunt. Multa peccarunt, non certè omnes ſuâ negligentiâ, ſed plures judicii penuriâ, & ignorantiâ; quòd eo tempore nondum ſatis eſſent excultæ eæ litteræ, quibus clarior facta eſt Scriptura Sacra. Nunc ad Commentarium noſtrum redibimus.

14. *Quaſi Bruchis*] *Bruchus*, βροῦχος eſt genus locuſtæ, de quo ſcripſit *Sam. Bochartus* Hierozoïci P. 2. Lib. II, c. 2. quem conſule. Videtur Propheta deſignare milites, qui multitudine atque importunitate, vel crudelitate erga victos, futuri eſſent formidoloſi.

Clamore cohortabuntur] ועגו עליך הידד *vehanou halaich hedad.* Intelliguntur adhortationes mutuæ militum, ad fortiter officio ſuo defungendum, ſeu in terreſtri, ſeu in maritimo prælio. Itaque minatur Deus ſe oppoſiturum ſuperbiæ Babyloniorum ingentes copias, quæ ſe mutuis ictibus confoderent.

15. *Ille potentiâ ſuâ terram fecit* &c.] Deo debebatur creatio omnium, quæ circa nos videmus. Ea ornavit ſuâ ſapientiâ, & providentiâ ſuâ cœlos extendit ſupra Terram.

16. *Cùm vocem ſuam veluti emittit*] Id eſt, oriuntur ſonitus pluviarum in cœlo, poſtquàm vapores ex ultimis terris colligit, unde prodeunt fulgura & pluviæ ſimúlque ventos è latebris emittit.

17. *Omnis homo fit ſtultior* &c.] Quiſquis inter homines quærit unde oriantur, inter ſtatuarum cultores, fit ſtultior ſuâ inani & fallaci ſapientiâ; ſtatuarum artifices pudore ſuffunduntur, cùm Deos conflant; & fictitia ſimulacra adoranda proponunt, quæ ſpei eorum nequaquam reſpondent, cum nulla mens iis inſit.

18. *Sunt mera inanitas* &c.] Fallacia ſunt ſimulacra & graviter plectuntur eorum cultores ſtulti, eo ipſo die, quo ſtaturæ inanium Deorum evertuntur, dant graves pœnas Deo vero.

Ib. Sunt mera inanitas &c.] Credebant cœci Ethnici vera eſſe, quæ à Majoribus, aut à mendacibus Deorum fictitiorum Sacerdotibus acceperant; ſtultè quidem, ſed tamen furor Ethnicorum non erat tantis pœnis dignus; quam Judæorum, qui contraria omnia à Prophetis didicerant, veráque eſſe intelligebant, ex antiquis miraculis, veráque in fide conconfirmabantur, implementis Prophetiarum quotidianarum.

19. *Ejuſmodi non eſt pars Jacobi*] Ejuſmodi non eſt Deus Iſraëlis, quippe qui eſt æternus, nec pendet ab imagine ulla.

Omnia finxit] כי יוצר הכל הוא *quod fictor omnium ille*; cùm imaginum Deorum Ethnicorum nulla eſſet potentia, quippe quæ eſſent meræ ſtatuæ, è materia inerte.

Eſt ſceptrum] Rex Iſraëlis, ſeu Deus omnia Providentiâ ſuâ regit; cùm ſimulacrorum nec cognitio, nec potentia ulla ſit.

20. *Malleus tu mihi* &c.] Tu mihi es inſtar armorum. Nam hoſtes meos, qui mihi ſuſtinent reſiſtere, veluti malleo ferreo confringam; quod fuit olim inter arma, ut loquuntur, *offenſiva*, quæ ante pauca ſæcula erant etiam in uſu, & cernuntur etiamnum hodie, in armamentariis. Majores noſtri vocabant Gallicè: *une Maſſe d'Armes.*

27. *Regna*

te paſtorem & gregem, ſpargam per te agricolam & par boum ejus; ſpargam denique per te duces & proceres. 24. Rependam Babyloni, & omnibus incolis *terræ* Chaldæorum, malum omne, quod fecerunt in Sione, ante oculos veſtros, ait Jehova. 25. Jam tibi dico, mons deſtructor, ait Jehova, qui deſtruis omnem terram, extendam manum meam in te, téque è rupibus devolvam, & convertam in montem ardentem. 26. Non ſument ex te lapidem angulo idoneum, nec lapidem fundamentis *exſtruendis*, ſed *redigeris in* æternas ſolitudines, ait Jehova. 27. Tollite vexillum in terra, clangite tubâ per Gentes, parate adverſùs Babylonem, Gentes, facite ut *rem* audiant Regna Ararathi, Minnæi, atque Aſchenazi. Præficite contra eam *exercitui* ducem, adducite equitatum, inſtar locuſtarum, pilis horrentem. 28. Parate contra eam Gentes, Reges Mediæ, duces eorum præfectóſque cunctos, & omnem terram ditionis eorum. 29. Tum verò tremet terra & *veluti* parturiet, cùm inſurrexerit contra Babylonem. Cogitationes Dei eò *ſpectant*, ut redigat terram Babylonicam in ſolitudinem, ſine incolis.

30. Deſinent fortes viri Babyloniorum pugnare, ſedebunt in munitionibus, deficiet eos fortitudo, fient mulieres; incendent hoſtes habitationes Babylonis, frangentur vectes ejus. 31. Curſur obviam curſori curret, & nuncius obviam nuncio, ut nuncient Regi Babylonis captam eſſe urbem ab extremitate, 32. vada *ab hoſtibus* teneri, arundines combuſtas igni, & viros militares conterritos.

33. Sic

24. Rependam Babyloni, & omnibus incolis terræ Chaldæorum mala omnia, quæ crearunt Jeroſolimæ, coram vobis, ait Creator. 25. Jam tibi prædico, quæ, montis inſtar, elatior es omnibus, & omnem viciniam vaſtas; exſeram manum meam in te, teque ex altis munimentis devolvam, & tua ædificia alta comburam, ut videatur mons ardere. 26. Nemo quidquam ſumet, ad te inſtaurandam, lapidem fundamento idoneum. Sed locus, in quo ædificata fuiſti, in æternam ſolitudinem redigetur, ait Creator. 27. Tollite vexillum in vicinia, clangite tuba vicinæ gentes; exercitum ex viciniis gentibus contra Babylonem conſcribite; facite ut res innoteſcat regnis Ararathi, Minnæorum, atque Aſchenazi. Præficite ei exercitui ducem, adducite equitatum numeroſum, atque ut locuſtarum examen, pilis horrens. 27. Tollite vexillum in terra veſtra, clangite tuba per gentes vicinas, parate exercitum pluribus gentibus conſtantem, facitéque ut rem audiant Regna Ararathi, Minnæi atque Askenazi, quæ finitima ſunt. Præficite Ducem ſtrenuum ei exercitui, qui ſit numeroſus, atque armatus fariſſis. 28. Parate contra Babylonios Gentes vicinas & præſertim Reges Medorum, duces eorum, præſertim & præfectos omnes, & totam ditionem eorum. 29. Tum verò videbitur terra tremere & novi quidpiam parturire, cùm rebellarit in Babylonem. Cogitationes Dei eo tendunt, ut agros Babylonios in ſolitudinem, in qua nulli erunt incolæ, convertat.

30. Fortes viri Babyloniorum nolent ampliùs pro Babylone pugnare, ſedebunt in munitionibus ejus urbis; deerit illis fortitudo, quæ antea in iis fuerat, nec erunt fortiores timidis mulieribus. Tum demum fient inſtar mulierum, & frangentur vectes quibus hactenus clauſa fuit, quaſi eſſent lignei. 31. Capietur à Medis, quod ſtatim nunciabitur Regi, qui audiet partem ejus captam eſſe, 32. vadiſque paludum, quibus cincta eſt; ab hoſtili exercitu captis, arundinibus injectum eſſe ignem, & militares cives perterritos eſſe.

33. SIC

27. *Regna Ararathi, Minnæi, atque Aſchenazi*] *Ararath* magno conſenſu dici creditur *Armenia*. *Euſebius* & *Hieronymus* in *Onomaſtico* locorum Scripturæ: Ἀραράτ· ἡ Ἀρμενία, ἐν ὄρεσιν Ἀραράτ, ἔνθα ἡ κιβωτὸς καθίσαι λέγεται: *Ararat, Armenia, ſiquidem in montibus Ararat arca, poſt diluvium ſediſſe dicitur* &c. Plura hac de re habent, quæ apud eos legi poterunt. Illis Relationes adſenſerunt, atque inter alios *Sam. Bochartus*, Veteris Geographiæ illuſtrator eximius; qui hac de re agit, in ſuo *Phalego* Lib. I. Cap. I.

Minnæi] Sunt populi Arabiæ, quorum ager fertilis fuit palmis. De iis egit idem ejusdem Operis Lib. II. c. 22.

Aſchenazi] Vide de hoc nomine eumdem *Bochartum* Phalegi Lib. III. c. 10. ubi oſtendit fuiſſe populum Bithyniæ, quorum pars poſtea tranſiit in Palæſtinam. Quod jam diximus.

28. *Reges Mediæ*] Hæc egregiè interpretatus eſt vir doctiſſimus *Petrus Daniel Huetius*, in Demonſtratione Evangelica, Propoſ. VI. quorum ſummam hîc dabimus, cùm nihil melius, hac de re, dici poſſe videatur.

„ A gente Aquilonari, ejúſque Rege, Babylonem expugnatum iri eſſe ait Jeremias „ Capp. LI, & LII.; Medis, nempe eorúmque Rege Cyro (*qui ſucceſſerat avo ſuo*) „ Perſarum quippe Reges fuiſſe Medorum, „ Perſarúmque dictos liquet ex VIII. Capite „ Danielis; Reges Ararathi, Menni, Askenaſi, & Mediæ adverſùs Babylonem fuiſſe „ certaturus; nempe, Lydorum & Armeniorum, aliorúmque quos *Xenophon* Cyro, in illa expeditione, adfuiſſe narrat, &c.

29. *Tremet terra & parturiet*] Cùm, nempe, tanta urbs, quanta erat Babylon; non potuerit non eſſe magnopere turbata atque ingens multitudo incolarum ſibi timere; quia Perſæ & Medi, populi bellicoſi, ad eam obſidendam, aut arte invadendam, ejus ditionem occupaſſent; cúmque viderentur parturire aliquid novi, quod populis illis noxium eſſe poſſet, non aliter ac reverà fuit. Sunt & hac de re digna lectu in Libro I. *Juſtini*, pro quo utinam haberemus *Trogum Pompejum*, quem in Epitomen redegit!

36. *Exſiccabo mare*] Hoc eſt, oſtendam verè

Digitized by Google

33. Sic enim dixit Jehova, *Deus* exercituum, *&* Deus Iſraëlis: filia Babylonis eſt areæ
inſtar, tempus erit, quo calcabitur, brevi aderit tempeſtas ejus meſſis. 34. Devoravit
me, *ait Jeroſolima*, *&* contrivit me Nebuchadretſar Rex Babylonis, me *inſtar* vaſis va-
cui reliquit, abſorbuit me ut draco, replevit ventrem ſuum deliciis meis, denique dis-
jecit me. 35. Injuriæ, quam paſſa ſum, & carnis meæ *abſumta* rea eſt Babylon, ait
quæ Sionem habitat; ſanguinis mei *effuſi* rei ſunt incolæ *terræ* Chaldæorum, ait Jero-
ſolima. 36. Propterea ſic dixit Jehova: mox ego cauſam tuam ſuſcipiam, ulciſcar
injurias tibi illatas, exſiccabo mare & ſcaturiginem ejus areſaciam. 37. Convertetur Ba-
bylon in tumulos, erit habitatio draconum, ſtuporque *& digna quam* ſibilo *proſequantur*
victores, *quòd* ſine incolis *futura ſit*. 38. Rugient unà *Chaldæi*, ut leonculi, frement
ut catuli leænarum 39. Faciam ut incaleſcant in conviviis ſuis, inebriabo eos ut ex-
ſultent & *poſtea* dormiant ſomnum perpetuum, neque umquam evigilent, ait Jehova.
40. Faciam ut deſcendant ad mactationem, ut agni, útque orientes cum hircis 41. Quo-
modo capta eſt Seſacha, & occupata ea, quam omnes terræ laudabant? Quomodo fuit
ſtupori Babylon inter Gentes? 42. Intumuit ſupra eam mare & tumultuantibus ejus fluc-
tibus cooperta eſt. 43. Erunt urbes ejus ſtupori, ſolum ſiccum & deſertum; nec in-
colet urbes quisquam, neque ullus homo tranſibit. 44. Supplicium ſumam de Belo
Babylone, cogámque eum evomere, ore ſuo, quæ deglutiit; nec ad eum Gentes am-
plius

33. SIC enim loquutus eſt Creator, idemque Deus exercituum & Deus Iſraëlis: Babylon eſt inſtar areæ, & tempus erit quo calcabitur & metetur. 34. Devoravit me, ait Jeroſolima, contrivit me Nebuchadretſar, Rex Babyloniorum, me reliquit inſtar vaſis vacui, abſorbuit me ut feciſſet draco, implevit ventrem ſuum iis, quæ mihi deliciis erant, ac me disjecit. 35. Injuriæ magnæ, quam paſſa ſum, & populi mei imminuti rea eſt Babylon, ait Jeroſolima. Sanguinis incolarum effuſi rei ſunt Chaldæi. 36. Propterea, dixit Creator, mox cauſam tuam, ô Jeroſolima, defendendam ſuſcipiam, & injurias tibi factas ulciſcar. Exſiccabo campos humidiores & lutulentos, qui ſunt circa Babylonem. 37. Convertetur Babylon in tumulos ruderum, in quibus habitabunt ſerpentes, proptereaque obſtupeſcent qui rudera ejus videbunt, & ſibilis ea proſequentur, quando videbunt locum, ubi Babylon fuerit, poſtea incolis nudatum. 38. Reliquiæ Babyloniorum, & adcolarum frement & rugient ut catuli leænarum. 39. Patiar eos in conviviis ſuis incaleſcere, & inebriari, ut exſultent, ac poſtea ſomno mortis opprimantur in perpetuum, ut ait Creator. 40. Dabo operam ut exeant mactandi, inſtar ovium, & ſimilium pecudum. 41. Qui capta eſt, dicent qui rem audiverint, Babylon, quam omnes gentes mirabantur? Quomodo uſque adeò Gentes eam mirabantur? 42. Perſarum aliarúmque gentium copiæ eam, inſtar exundantis maris, oppreſſerunt. 43. Urbes Babyloniæ, in uliginoſo ſolo ſitæ, id videbunt exſiccatum & deſertum, ut nemo illac iter faciat. 44. Belus, Deus Babyloniorum, mihi pœnas dabit, in ipſa urbe, in qua colitur, cùm cogam Babylonios reddere quidquid aliis abſtulerunt. Gentes vicinæ non ampliùs ad eum confluent. Muri etiam Babylonis cadent,

verè Mare Erythræum exſiccatum fuiſſe, ut Iſraël poſſet pedibus id trajicere. Nam nihil eſt, quod nos doceat idem poſtea factum. Hoc autem dici videtur, antiquæ Iſraëlitarum Hiſtoriæ, cùm non multò minùs mirum fuerit Iſraëlitas, paludes quæ erant circa Babylonem, tranſiviſſe, reſtagnantem Euphratem variáſque ejus aquas, quàm per extremitatem Maris Erythræi. Nam notum eſt uliginoſum fuiſſe ſolum, quo cincta erat Babylon. Vide ſequentia verba. *Herodotus* & *Xenophon* nos docuerunt Babylonem munitam fuiſſe ingenti copiâ aquæ, quâ coërcitâ ea Urbs capta eſt; quæ alioqui vix poterat capi. *Mare* vocatur aqua Euphratis in vaſtos alveos derivata.

37. *Convertetur Babylon in tumulos*] Legenda hiſtoria Babylonis, ab Alexandro Macedone captæ, ut ſuperiora firmentur. Plura tamen multò ſunt hac de re à *Sam. Bocharto* Phalegi Lib. I. c. 8. *& ſeqq.* Nec opus illa huc transferri, cùm nec ſint ignota Veteris Hiſtoriæ peritis; nec minùs trita omnium manibus *Bocharti* Opera, præſertim poſtquàm indicatus eſt eorum uſus, atque inſignibus demonſtratus exemplis.

39. *Faciam ut incaleſcant* &c.] *In calore eorum convivia ponam.* Quamvis ſint hîc verba activa, ſunt tantùm permiſſionis ſigna; neque enim Deus ea facit quæ damnat, & punit. Vide *Sal. Glaſſium* Gramm. Sacræ Lib. III. Tract. II. Cant. X. ubi oſtendit verba activa interdum permiſſionem ſignificare. Ut probè intelligatur Scriptura, non tantùm habenda ratio propria ſignificationis verborum, ſed etiam conſtantis & indubitatæ ejus doctrinæ. Alioquin ſecum non conſentiret. Ita etiam ſe gerat oportet Interpres cujusvis alius libri.

41. *Capta eſt Seſacha*] נלכדה ששך *nilcbedah Seſach*. Nomen hujus fictitii Numinis Babyloniorum legitur & ſuprà Cap. XXV. ubi diximus quod nobis de eo innotuit, expenſis quæ de eo dixit *Seldenus*, quod tenue eſt. Cùm verbum, cui adjungitur, ſit fœminini generis, oportet etiam nomen eſſe ejusdem generis; unde Judæi ſignificari Babylonem, quia litterarum quæ ſunt in ששך, ſi *arithmeticam* earum vim adtendamus, nobis ſuppeditant eumdem numerum ac בבל *babel*. Attamen בבל non æquivalet, in numeris, numero 340. ſed ששך numero 620.; nam ש æquivalet 300. & כ 20. Itaquæ hæc *Gematria*, quæ eſt Rabbinis idem ac Arithmetica, nullum hîc locum habet. Itaque vero ſimilius eſt ששך eſſe nomen Numinis nobis ignoti, quàm vox quæ æquivaleat voci בבל *babel*, cui neque numerus litterarum ששך, neque ſignificatio, ſi quæ ſit, reſpondeat

pliùs confluent, etiam murus Babylonis cadet.

45. Egreditor ex ea, popule mi, & quisque vitam ſuam eripito excandeſcentiæ Jehovæ, 46. ut ne molleſcat animus veſter, néve timeatis propter rumorem, qui *in ea* terra audietur. Anno *uno* orietur rumor, & anno ſequente *idem* rumor *erit*, injuriæque *in eo* tractu, & dominator poſt dominatorem. 47. Itaque mox dies aderunt, quibus puniam ſculptilia *numina* Babylonis; tota ea terra pudore adficietur, omnéſque confoſſi in ea cadent. 48. Propter Babylonem cœli & terra, & quæcumque ſunt in iis lætas voces emittent, quia ab aquilone venient prædones, ait Jehova. 49. Babylon quoque *operam dedit*, ut caderent confoſſi Iſraëlitæ; etiam Babylonii, totius regionis confoſſi cadent. 50. Qui evaſeritis gladium, abite, ne conſiſtite, atque è longinquo memores eſtote Jehovæ, Jeroſolimáque in mentem vobis veniat. 51. Pudore adfecti ſumus, cùm probra audivimus, operuit ignominia facies noſtras cùm ſacraria Ædes Jehovæ ingreſſi ſunt alieni. 52. Propterea mox dies aderunt, ait Jehova, quibus de Babylonis ſculptilibus *Diis exiget* ultionem ſuam, atque in omni ejus agro gement vulnerati. 53. Si adſcenderit Babylon in cœlum, *ſi* in excelſo arcem ſuam muniverit, venient à me in eam prædatores, ait Jehova. 54. Vox querula *audietur* è Babylone, cladéſque magna è terra

dent, quamvis firmiſſimi.

45. Vos verò, qui cenſemini eſſe populus meus, exite ex ea, ut vitam veſtram ſervetis, placatâ excandeſcentiâ Creatoris; 46. ne mollior fiat animus veſter, néve terreamini, propter rumores qui ſpargentur in ea regione. Anno uno orietur rumor, atque altero ſpargetur, injuriæque erunt ferendæ, & dominus poſt dominum. 47. Quamobrem mox erit tempus, quo puniam illa ſculptilia Babyloniorum; totus ille tractus pudore ſuffundetur, & omnes confoſſi in ea cadent. 48. Propter pœnas Babylonis, cœlum & terra, & quæcumque in iis ſunt lætas voces emittent, quia ab aquilone venient in eam prædones, ait Creator.

49. Quemadmodum Babylon operam dedit ut caderent Iſraelitæ confoſſi: ita etiam Babylonii totius Babyloniæ confoſſi cadent. 50. Qui gladii aciem fugerint abeant, neque conſiſtant, ſed è longinquo ſint Creatoris memores, & Jeroſolimæ ei ſacræ. 51. Nos puduit, cùm probra Chaldæorum andivimus; operuit, ut ſic loquar, vultus noſtros, cùm ingreſſi ſunt ſacraria Dei Jeroſolimæ homines alieni. 52. Propterea, ait ille, brevi de Babyloniorum ſculptilibus Diis exiget ultionem, quâ fiet ut in omni ejus agro ſint vulnerati, & gemant. 53. Si Babylon adſcenderit in cœlum, ſi in edito loco arcem muniverit; venient prædones, ait Creator. 54. Audientur gemitus & querelæ è Babylone,

ſpondeat voci בבל. Ingenui interpretis eſt fateri ingenuè ſe neſcire quod neſcit, & majoris eruditionis fateri ignotum nobis eſſe quod neſcimus.

42. *Intumuit ſupra eam mare*] Mare copia aquæ, quæ erat intra Babylonem atque in vicinia, tanta erat, ut videretur propemodum eſſe mare. Id liquet ex *Herodoto* & *Xenophonte*, ut jam monuimus,

43. *Erunt urbes ejus ſtupori*] Quòd ſolo reſtagnante antea, ſicca planities facta ſit. Nam tanta erat illic copia aquæ, ut videretur eſſe palus; ut *Herodotus* & *Xenophon* teſtantur, qui Babylonis ſitum paludoſum eſſe teſtantur. Sed poſtea derivatâ aquâ in Euphratem, potuerunt fieri prata aridiora, nec facilè coli. Urbes ipſæ incolis deſtitutæ ſunt, unde factum eſt ut pauci homines illac tranſierint.

44. *Sumam ſupplicium de Belo Babylone* &c.] Singulari ratione antea colebatur Babylone, in ornatiſſimo, & ſplendidiſſimo Templo, unde ſtatuæ ejus ablatæ ſunt, nemine illas viſente, & nemine curam ejus gerente. Quâ negligentiâ fiet, ut murus decantatus Babylonis ſponte ſuâ cadat.

45. *O mi popule, quàm primùm ex ea urbe exito*] Ut Dei ultionem fugias; qui eam urbem deſtruendam eſſe decrevit. Ideò vicinos accolas volebant illic diutiùs manere, & domicilium habere.

47. *Puniam ſculptilia Numina*] Aut ſtatuas eorum Deorum, qui ſunt aliud nihil, præter ſtatuas, frangi, aut auferri curabo.

48. *Cœli & terra* &c.] Hoc eſt, cœli & terræ incolæ gaudebunt, ob juſtas Babyloniorum pœnas, cùm reſciverint eos pœnas dediſſe; nam à Septemtrione venient Chaldæi, montium incolæ.

49. *Babylon quoque operam dedit, ut caderent Iſraelitæ*] Eſt tantùm, in Hebraïcis: *etiam Babel, ad cadendum*, omiſſis iis quorum lapſus prædicitur. Credibile eſt omiſſum verbum, cui ſupplendo addidimus *operam dederunt*, ſine quibus verbis manifeſtò mutila eſt loci ſententia. Latinus Interpres ſupplevit *dedit*, quod non eſt ſupplementum ſatis idoneum. Græca Verſio eſt planè aliena, atque corrupta, hoc in loco. Niſi fabula de verſione Septuaginta Interpretum prævaluiſſet, apud imperitos & credulos, longè meliores haberemus verſiones *Aquilæ*, *Symmachi* & *Theodotionis*, quæ potuiſſent ex Hexaplis *Origenis* ad poſteros tranſmitti. Sed controverſiæ pudendæ Chriſtianorum, à tempore Conſtantini & ejus filiorum, ita eos occuparunt, ut curam Librorum Sacrorum neglexerint; quod ſolum oſtendit quàm immeritò laudentur, & quam iniquè ſpernantur docti poſtremorum ſæculorum, qui ſtudiorum Hebraïcæ Linguæ inſtauratores fuere, cùm res eſſet multò difficilior.

Videtur hoc ortum ex temerè habita fide fabulæ de LXXII. Interpretibus, qui eſſent interpretati, quaſi eſſent adflati eodem ſpiritu, qui omnibus verbotenus verſionem eamdem dictaſſet; cùm ne unus quidem adflatus fuiſſet,

Digitized by Google

terra Chaldæorum; 55. vaſtabit enim Jehova Babylonem, expellet ex ea ſonitu magno *oppidanos*; frement ejus fluctus, ut aquæ multæ, edetur ſtrepitus vocis eorum. 56. Veniet enim contra eam prædator, fortes ejus viri capientur, confringentur arcus ejus, quia Deus ultor ei, *prout ſe geſſit*, rependet. 57. Inebriabo proceres, ſapientes, duces, præfectos, fortéſque ejus viros, & dormient ſomnum perpetuum, neque expergiſcentur, ait Rex, cui Jehovæ *Deo* exercituum nomen eſt. 58. Sic dixit Jehova: Babylonis craſſi muri perfringentur, portæ ejus excelſæ igne comburentur; ut laborarint populi in caſſum & gentes, ignis cauſâ, fatigatæ fuerint.

59. Mandata, quæ dedit Jeremias Propheta Serajæ, Nerijæ filio, Machſejæ nepoti, cùm iret Babylonem, cum Sedekia, Rege Judæ, anno quarto ejus regni; Sereja autem erat præfectus quieti. 60. Scripſerat Jeremias omnia mala, quæ futura erant Babyloni, in libro; omnia hæc verba, quæ de Babylone *antea* ſcripta ſunt. 61. Tum Jeremias Serajæ, cùm veneris, inquit, Babylonem, tum videbis & leges omnia hæc verba; 62. ac dices: Minatus tu es huic loco, fore ut exſcinderetur, ita ut nemo futurus ſit, qui eum habitet, ab hominibus ad bruta, quia perpetuæ ſolitudines futurus eſt. 63. Cùm autem abſolveris lectionem hujus libri, illigabis ei lapidem, atque in medium

Babylone, & magna clades ex agris Chaldæorum. 55. Vaſtabit enim Creator Babylonem, ejiciet ex ea, tumultu magno, oppidanos; frement aquæ Euphratis, ut magnæ aquæ fluminum rapidiorum non labuntur ſine murmure. 56. Venient enim contra eos prædatores; à quibus fortes Babylonii capientur, frangentúrque eorum arcus, quia Deus, ſcelerum ultor, ſceleſtis rependet, id quod mériti erunt. 57. Faciam ut eorum proceres, ſapientes, duces, præfecti, fortéſque viri, inſtar ebriorum ſe gerant, atque in perpetuum dormiant; ait Rex, cui Creatori & Duci exercituum nomen eſt. 58. Sic dixit Creator: Babylonis craſſi muri perfringentur, portæ majores comburentur, ut laborarint fruſtra populi, & variæ gentes, quæ erant in urbe, propter ignem, fatigatæ, in exſtinctione ignis, fuerint.

59. MANDATA data à Jeremia Propheta Serajæ, Nerijæ filio, Machſejæ nepotis, cùm iret Babylonem, cum Sedekia, Rege Judæ, anno ejus regni quarto. Seraja autem fungebatur munere, quod vocabatur Præfectura Quietis, & ſitum erat in cura tranquillitatis publicæ. 60. Jeremias autem ſcripſerat, in libro Prophetiarum ſuarum, calamitates quæ Babyloni imminebant, & quæ antea ſunt deſcriptæ in hoc libro. 61. Tum Jeremias Serajæ: cùm perveneris Babylonem hæc leges, 62. & dices: minatus es (*ô Deus*) huic loco, eum in ſolitudinem converſum iri, ita ut nemo eum incoleret, & ne armenta quidem, eúmque in perpetuum deſertum converſum iri. 63. Cùm abſolveris hoc legere, libro adligabis lapidem, atque faſciculum conjicies in Euphratem, dicéſque

fuiſſet, nedum ut LXXII. viri accepiſſent quo modo vertendum ſit. Fuiſſe videtur *fabula pia*, ut qui neſciebant Hebraïcè, & tamen volebant videri ſapienter feciſſe admiſſâ verſione ab homine imperito. Quod fuit eo turpius, quòd eſſent multi Chriſtiani in Syria & in Arabia, qui ope earum vernacularum, collatarum cum Hebraïca, potuiſſent multò meliùs V. T. interpretari. Sed Græci, aut Græcè loquentes maluerunt credere fabulæ, quàm diſcere Linguam Hebraïcam, atque ex ea V. T. interpretari.

53. *Si adſcenderit Babylon in cœlum* &c.] Quamvis *Babylon adſcenderet in cœlum*; Hoc eſt, non eſſet in plano & paludoſo ſolo, ad ripam fluvii ædificata, ſed in cacumine montis, cujus acceſſus eſſet longè difficilior, tamen eam ingredi poſſent. Ac ſanè facilitas, quâ fuit à Cyro capta, oſtendit minimè inacceſſam fuiſſe; prout liquet è narratione *Herodoti* & *Xenophontis*.

56. *Frement ejus fluctus*] Nempe, Euphratis, & paludoſi ſoli, quo erat cincta, & oppidanorum fugientium voces.

57. *Inebriabo proceres* &c.] Hoc eſt, Babylonii, ſecundis rebus veluti ebrii, ſeu duces, ſeu alii, nec opini opprimentur, à quo homines non poſſunt excitari; nempe, ſomno mortis. *Herodoti* narratio oſtendit Babylonios feſtum celebraviſſe, cùm in eam ingreſſi ſunt Perſæ.

58. *Babylonis lati muri*] חומות בבל הרחבה *hhomoth Babel harehhabah*, mœnia Babelis lata. *Herodotus* Lib. I. c. 171. Τεῖχος πεντήκοντα μὲν πηχέων βασιληΐων ἐὸν, ὕψος δὲ διηκοσίων, ὁ δὲ βασιλήϊος τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι: *Murus quinquaginta cubitorum regiorum craſſitudine, ducentorum altitudine. Eſt autem cubitus regius, eo quo pro menſura utimur, tribus digitis major.* Sunt & alia in hanc rem, ſed quæ nihil ad noſtrum Prophetam. Oſtendit & poſtea Hiſtoricus ſolum, in quo fuit Babylon, valde aquoſum fuiſſe. Sed apud *Herodotum* eſt & aliud quod vix admittere poſſumus de latitudine atque altitudine murorum Babylonis.

59. *Mandata* &c.] Rectè exiſtimat *H. Grotius*, hæc eſſe addita ab alio, ut liqueret Babyloniis fuiſſe prædictam à Jeremia, Babylonis ruinam, ſex annis antequàm illa contingeret.

Præfectus quieti] שר מנוחה *ſchar mnoubhah.* Videtur deſignari munus, quod qui gerebat apud Græcos vocabatur εἰρηνάρχης, ut videre licet in Martyrio S. *Polycarpi* & aliorum. Etiamnum hodie in Anglia ſunt Magiſtratus Civiles, quos vocant *Judices Pacis*.

62. *Perpetuæ ſolitudines*] Reverâ, poſt conditam Seleuciam, deſerta paullatim fuit Babylon, ac denique ita ut nullos incolas haberet. Quam rem, ſi ſit ignota Lectori, diſcat oportet à *Sam. Bocharto*.

63. *Illigabis ei lapidem* &c.] Eſt actio hæc prophetica διὰ πραγμάτων, quales ſunt, & alibi.

mèdium Euphratem projicies, 64. dicéſque: ſic ſubmergetur Babylon, nec emerget, propter calamitatem, quam ego ei immittam; & *fruſtra, ejus cauſâ populi*, deſatigati fuerint. HACTENUS VERBA JEREMIÆ.

Sedekias malè ſe gerit, obſidetur & capitur Jeroſolima à Chaldæis. Rex è fuga retractus videt coram ſe occidi filios ſuos & excæcatur. Chaldæi comburunt Templum & Urbem, cujus mœnia ſolo æquant, abducúntque captivos omnes ſortis paullò lautioris Judæos & quod ſupererat vaſorum ſacrorum avehunt. Sors melior Jehojachinis, Regis Judæ, ſub Evilmerodacho.

1. UNUM & viginti annos natus erat Sedekias, cùm regnare inciperet, atque
CAPUT undecim quidem annos regnavit Jeroſolimæ. Nomen matri ejus fuit Chamu-
LII. tali, *quæ* filia *erat* Jeremiæ Libnenſis 2. Fecit *ille* quod diſplicet Jehovæ, prorſus, quemadmodum ſecerat Jehojakimus. 3. Iratus autem erat Jehova Jeroſolimæ & Judæ, donec eos è conſpectu ſuo abjiceret, rebellavítque Sedekias in Regem Babylonis. 4. Anni verò noni, ex quo regnare cœperat, menſe decimo, & decimo quidem die menſis, venit Nebuchadretſar, Rex Babyloniorum, cùm ipſe, tum ejus omnis exercitus, contra Jeroſolimam, caſtráque ad eam poſuit, & turres circa eam ædificavit. 5. Paſſa autem eſt urbs obſidionem, ad undecimum annum Regis Sedekiæ. 6. At quarto menſe, nono die menſis, invaluit fames in urbe, nec panis erat terræ populo. 7. Perrupta etiam eſt urbs & omnes viri militares fugerunt, egreſſi ex urbe nocte, per viam portæ, quæ erat inter duos muros, juxta hortum regium (cùm Chaldæi jam intra urbem eſſent) abierúntque per viam planitiei. 8. Perſequutus verò eſt Chaldæorum exercitus Regem, eúmque in campeſtribus Jerichuntis adeptus eſt; unde omnes ejus copiæ palantes ab eo abierunt. 9. Comprehenderunt itaque Chaldæi Regem, eúmque duxerunt

dicéſqne: Sic ſubmergetur Babylon, nec emerget, propter calamitatém, quam ei immittam & fruſtra, ejus cauſâ, populi deſatigati fuerint. HACTENUS VERBA JEREMIÆ.

PARAPHRASIS.

1. UNUM & viginti annos natus erat Sedekias, Rex Judæ, cùm inciperet regnare, & undecim annis regnavit Jeroſolimæ. Matri ejus nomen fuit Chamutali, quæ filia fuit Jeremiæ Libnenſis. 2. Fecit autem is Rex, qood diſplicet Creatori, qoemadmodum fecerat Jehojakimus. 3. Indignatus autem erat Creator Jeroſolimæ, & toti Tribui Judæ; unde factum erat, nt utramque à conſpectu ſuo amandaret, cùm rebellavit Sedekias in Babyloniorum Regem. 4. Anni verò noni, ex quo regni habenas tenere cœperat, menſe decimo, & quidem decimo die menſis, venit Nebuchadretſar, Rex Babyloniorum, cùm ipſe, tum etiam totus ejus exercitus, ad oppugnaodam Jeroſolimam; quæ cùm non poſſet primo impeto capi, obſedit eam Nebuchadretſar, cinxit circumquaqne turribus, & foſſis clauſit. 5. Paſſa eſt obſidionem ad undecimom annum Regis Sedekiæ. 6. At quarto menſe obſidionis, nono die menſis, invaluit fames in urbe, neque enim erat panis quo poſſent ali obſeſſi Judæi; tam populus, quàm militare præſidium. 7. Perrupta etiam ſunt mœnia, quare præſidium militare eſt egreſſum nocte per viam Portæ, quæ erat inter duos muros, juxta hortum Regis (cùm Chaldæi, jam occupaſſent urbem) abierunt per viam planitiei. 8. Verùm exercitus Chaldæorum ſequutus Regem eum adſeqnutus eſt, in campis Jerichuntinis; unde omnes eum copiæ palantes deſeruerunt. 9. Itaque Chaldæi Regem Judæ adſequuti eum adprehenderunt, abduxerúntque Riblam ad Regem ſuum, qui erat in agro Chamathenſi, ubi ſententiam de eo tulit.

bi. Vide Acta Apoſtolica Cap. XXI, 10. & quæ illic, in Editione Gallica N. Teſtamenti, dixerimus.

64. *Sic ſubmergetur Babylon*] Poteſt hoc intelligi de exundatione Euphratis propriè dicta, & metaphoricè de jacturis Babyloniorum.

Hactenus Verba Jeremiæ] Sequentia enim ſunt ab alia manu, addita ſive conſentiente Jeremia, vel poſt ejus mortem.

COMMENTARIUS
In CAPUT LII.

1. F*ilia Jeremiæ Libnenſis*] Ut diſtinguatur hìc Jeremias à Propheta, cujus patria fuit Hanathoth, quæ fuit urbs in Tribu Benjaminis. Vide Cap. I, 1. Græci Interpretes, quorum valde corrupta eſt verſio, in poſtremis Prophetæ Capitibus, habent hìc: ἱερεμία

runt itaque Chaldæi Regem, eúmque duxerunt ad Regem Babylonis Riblam, in agro Chamothenſi, ubi ſententiam de eo tulit. 10. Tum filios Sedekiæ, ipſo inſpectante, jugulavit, atque omnes Judæ proceres Riblæ occidit 11. Præterea occulos Sedekiæ excæcavit, eúmque duabus catenis æneis vinctum Babylonem abduxit Rex Babyloniorum, eúmque in carcerem, ad mortem uſque, compegit.

12. Quinto verò menſe, & decimo quidem die menſis (is erat nonus decimus annus Nebuchadretſaris, Babyloniorum Regis) venit Nebuzaradan, Satellitum præfectus, qui ſtabat coram Rege Babyloniorum, Jeroſolimam, 13. incendítque Ædem Jehovæ; regiam, omnes domos Jeroſolimitanas, & *præſertim* quidem magnum quodque ædificium igne abſumſit. 14. Muros verò Jeroſolimæ circúmquaque diruit totus exercitus Chaldæorum, qui Præfecto Satellitum *aderat*. 15. Tum tenuiorem plebeculam, reliquum populum, qui remanſerat in urbe, eóſque, qui defecerant ad Regem Babylonis, & ceteram turbam migrare curavit Satellitum præfectus Nebuzaradan; 16. ſed è tenui populo remanere juſſit vinitores & agricolas.

17. Columnas autem æneas, quæ erant in Æde Jehovæ, baſéſque & mare æneum, quod ibidem erat, fregerunt Chaldæi, eorúmque æs omne Babylonem tranſtulerunt. 18. Etiam ollas, palas, pſalteria, pelves, cochlearia, & omnia vaſa ænea, quibus miniſtrabant *Sacerdotes*, abſtulerunt. 19. Crateres quoque, acerras, pelves, ollas, candelabra, cochlearia & paropſides, quidquid aurei & argentei fuit, abſtulit Satellitum præfectus. 20. Columnarum verò duarum, labríque unius & duodecim boum ænorum, qui baſi ſuberant, quæ fecerat Salomo Rex, in uſum Ædis Jehovæ, omniúmque ejusmodi vaſorum æneorum, *notum* non erat pondus. 21. Altitudo autem ſingularum columnarum erat denûm cubitorum, filúmque duodenûm cubitorum eas circumdabat. Craſſitudo verò *æris* concavi, *quo conſtabant*, erat quaternûm digitorum. 22. Capitellum illis erat impoſitum æneum, cujus altitudo erat quinûm cubitorum, & rete; ac mala Punica circa capitulum, omnia ænea. Talia etiam columnæ alteri & mala Punica *addita erant*. 23. Erant verò mala Punica nonaginta ſex ad latera, & omnia centum erant ſupra reticulum circumquáque.

24. Abduxit præterea Præfectus Satellitum Serajam primum Sacerdotem, & Tſephanjam Sacerdotem ſecundum, ac tres liminis cuſtodes. 25. Ex urbe abduxit etiam Eunuchum

tulit. 10. Deinde filios ejus, ipſo ſpectante, occidi juſſit, unà cum omnibus Judæ Proceribus, qui in ejus manus inciderant. 11. Nec contentus hac ſua ſævitia, Sedekiam excæcavit & vinctum catenis æneis Babylonem miſit, atque in carcerem miſit; ubi Rex Judæorum ad mortem usque ſervatus eſt.

12. Eodem verò anno, quinto menſe, & decimo die menſis (is autem erat decimus nonus annus regni Nebuchadretſaris) venit Jeroſolimam Nebuzaradan, qui erat miniſter intimæ admiſſionis, & Satellitum ejus Præfectus; 13. iſque combuſſit Ædem Creatoris, & domos omnes Urbis, ac potiſſimùm majores aliis, ne urbs inſtaurari facilè poſſet. 14. Idem mœnia urbis ſolo æquavit circumquaque; militum operâ eam in rem uſus. 15. Deinde etiam tenuiorem plebem, quæ manſerat in Urbe, eámque, quæ defecerat ad Regem Babyloniorum, & ceteram turbam, migrare juſſit Nebuzaradam. 16. Manere in Judæa paſſus eſt vinitores & agricolas, ne Judæa prorſus deſerta fieret.

17. Columnas verò æneas, quæ erant in Templo à Salomone olim collocatæ, earúmque baſes & mare æneum, quod in eodem Templo erat cùm non poſſent integræ Babylonem avehi, in minores partes diviſerunt Chaldæi, eorumque materiam miſerunt Babylonem. 18. Quin etiam ollas, palas, pſalteria, cochlearia, omniáque vaſa ænea, quibus utebantur. 19. Crateres quoque, acerras, pelves, ollas, palas, cochlearia & paropſides, quidquid aurei, aut argentei fuit abſtulit Satellitum Præfectus. 20. Columnarum verò duarum ænearum, labrique unius & duodecim boum æneorum, qui baſi ſuberant, quæ fieri curaverat Salomo Rex, in uſum Ædis Creatoris; ceterorúmque hujusmodi vaſorum æneorum *notum* non erat pondus. 21. Altitudo autem ſingularum columnarum erat denûm cubitorum, filumque duodenûm cubitorum eos circumdabat. Craſſitudo æris concavi, quo conſtabant, erat quaternûm digitorum. 22. Capitellum verò erat iis impoſitum æneum, cujus altitudo erat quinûm cubitorum; & circa capitellum rete ac mala Punica, omnia ænea ſimilia cernebantur in utraque columna. 23. Erant autem mala Punica nonaginta ſex ad latera & omnia centena erant ſupra reticulum circumquaque.

24. Abduxit, præter memoratos, Præfectus Satellitibus Regis Babyloniorum Serajam primarium Sacerdotem & Tſaphaniam ſecundarium, ac tres liminis Templi cuſtodes. 25. His jungendus Eunuchus, qui erat militibus præfectus; ſeptem ex iis, quos Rex admittebat in ſuum conſpectum, vel intimæ admiſſionis, qui ſunt deprehenſi in urbe; Scribam, qui erat inter eos, qui præerat exercitui, & qui docebat populum quomodo tractanda ſint arma; ad quos acceſſerunt ſexcenta viri è populo, qui

τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ἀμιταὰλ θυγάτηρ Ἱερεμίου ἐκ Λοβενά, cùm in Codice Hebraïco vocetur *Chamutal*, & patria *Libna*. De hac urbe ita *Euſebius*: Λόβνα, καὶ ταύτης εἶπεν Ἱερεμίας τὸν βασιλέα αὐτῆς ἀπελεύ ἣ γέγονε φυλῆς Ἰούδα, πόλις ἱερατική, καὶ νῦν ἐστὶ κώμη ἐν Ἐλευθεροπολιτάνῃ, λεγομένη Λόβανα. Κεῖται καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ. *Hieronymo* Interprete: *Lebna*, in

Tribu

chum unum, qui erat præfectus militibus; ſeptem viros ex iis qui in conſpectum Regis admittebantur, & qui deprehenſi ſunt in urbe; ſcribam, ducem exercitûs, qui populum terræ militiam docebat; & ſexaginta viros è populo, qui in media urbe ſunt inventi. 26. Hos, *inquam*, abduxit Nebuzaradan Præfectus Satellitum, & curavit ire ad Regem Babyloniorum Riblam. 27. Percuſſit verò eos, & interfecit ad Riblam, in agro Chamathenſi; & ſic quidem è ſolo ſuo Juda tranſlatus eſt. 28. Is fuit populus, quem migrare juſſit Nebuchadretſar, anno *regni ſui* ſeptimo, Judæorum tria millia & viginti tres. 29. Anno verò octavo decimo Nebuchadretſar *migrare juſſit* Jeroſolima capita octingenta & viginti duo. 30. Anno verò Nebuchadretſaris vigeſimo tertio, Nebuzaradan, Præfectus Satellitum, Judæorum capita ſeptingenta quadraginta quinque tranſtulit; quæ omnia quatuor millia ſexcenta *conficiunt*.

31. Anno verò trigeſimo ſeptimo migrationis Jehojachinis, Regis Judæ, duodecimo menſe, & vigeſimo quidem quinto die menſis, Evilmerodachus Babyloniorum Rex, eo quo regnare cœpit anno, Jehojachinis Regis Judæ rationem habuit, eduxit eum è carcere, benignè eſt adloquutus, ſoliúmque ejus collocavit ſupra ſolia Regum, qui unà cum eo erant, Babylone. 33. Mutavit veſtes, quas in carcere geſtaverat, cibúmque ſemper coram ipſo ſumſit, per omnes vitæ ſuæ dies. 34. Ferculum ſemper ei dabatur à Rege, ſingulis diebus, uſque ad mortem ejus, omnibus vitæ diebus.

qui in urbe deprehenſi ſunt. 26. Hos abduxit Nebuzaradan, Præfectus Satellitum, & duxit Riblam ad Regem Babyloniorum; 27. ubi Rex eos juſſit occidi, in agro Chamathenſi. Sic Judæ Tribus è patrio ſolo in aliud eſt tranſlata. 28. Populum hunc migrare juſſit Nebuchadretſar, anno regni ſui ſeptimo. Judæorum erant tria millia & viginti duo. 29. Anno vero decimo & octavo, Nebuchadretſar migrare juſſit Jeroſolimâ capita octingenta & viginti duo. 30. Anno verò ejusdem Regis vigeſimo tertio idem Nebuzaradan, Præfectus Satellitibus, Judæorum capita ſeptinginta quadraginta quinque tranſtulit, quæ omnia ſimul conjuncta conficiunt quatuor millia ſexcenta.

31. Anno verò trigeſimo ſeptimo, à migratione Jehojachinis, Regis Judæ, duodecimo menſe & quidem vigeſimo quinto die menſis, Evilmerodachus, Babyloniorum Rex, eo quo cœpit regnare anno, Jehojachinis, Regis Judæ, rationem habuit, eduxit eum è carcere, 32. benigne eſt cum eo colloquutus, ſoliumque ejus poſuit ſupra ſolia Regum, qui ei aderant Babylone, poſtquam carcere eduxiſſet. 33. Mutare eum juſſit veſtes quas in carcere geſtaverat, cibumque ſemper coram eo ſumſit, quamdiu vixit. 34. Ferculum ſemper ei dabatur à Rege Babylonis, ſingulis diebus, ad mortem ejus uſque.

Tribu Judæ urbs Sacerdotis, quam tenuit Jeſus. Rege enim interfecto, nunc eſt villa, in Regione Eleutheropolitana, quæ adpellatur Lebna ſcribit de hac Iſaias.

PROPHETIARUM JEREMIÆ FINIS.

LAMEN-

JEREMIÆ LAMENTATIONES.

Propheta queritur adflictum Jeroſolimæ ſtatum, ſub ejus perſona, peccata ejus commemorat, populos vicinos miſeriarum teſtes vocat, Deúmque orat, ut eam ſolari ne dedignetur.

1. QUOMODO ſedet ſola urbs, quæ populo abundabat? Veluti vidua facta eſt, quæ magna inter gentes fuerat, princeps *ea* provinciarum vectigalis facta eſt. 2. Plorat noctu, lacrimæque ſunt in ejus genis; nec eſt qui eam ſoletur in ullo eorum, qui eam adamaverant; omnes amici ejus perfidè ſe erga eam geſſerunt, omnes ei inimici facti ſunt. 3. Migravit Judæ *tribus*, præ adflictione, & magnitudine ſervitutis; habitavit inter Gentes, neque quietem nacta eſt; omnes ejus inſectatores eam adſequuti, *cùm verſaretur* in anguſtiis. 4. Viæ Sionis lugent; quòd nulli ſint, qui ad ſtata CAPUT I.

PARAPHRASIS.

1. QUOMODO Jeroſolima, quæ ab ingenti populo incolebatur, eſt deſerta facta? Eſt veluti viduata, quæ antea abundabat incolis, inter urbes; & vectigalis facta, quæ aliis vectigalia impoſuerat. Quomodo ea mutatio ei contigit? 2. Totis noctibus lacrimatur, nec ullus eſt ex ejus amicis, qui eam ſolatum venerit; ſed omnes perfidè erga eam ſe geſſerunt, & apertas inimicitias erga eam exercuerunt. 3. Judæ Tribules migrarunt, præ dolore, è calamitate ſervitutis, quam iis impoſuerunt Babylonii; natale ſolum deſeruerunt, habitarúntque inter Gentes, inter quas nullam quietem invenire potuerunt; cùm ab Inſectatoribus ſuis nullam quietem nanciſci poſſent. 4. Viæ Jeroſolimæ lugebant, quòd nemo ad ſollemnia feſta veniret; ſuſpirabant Sacerdotes, virgines

COMMENTARIUS
In CAPUT I.

1. *QUomodo*] Prima littera vocis איכה *ecb*, quâ inchoatur primum comma, eſt prima alphabethi, & ſequentia ſimiliter, pro ordine litterarum. Quod etiam obſervare eſt in Pſalm. CXIX. & aliis. Hinc colligit *H. Grotius* hunc Librum eſſe Poëticis addendum ultimo Capite. Sed nulla eſt ratio dicendi, in ea re ſitam Poëſin Hebræorum. Singulæ quidem partes Pſalmi CXIX. ita inchoantur, & aliorum, verùm nulla eſt ratio dicendi *verſus*, aut *carmina* eſſe verba, ex primæ litteræ ordine Alphabethico diſpoſitæ. Nos jam dudum oſtendimus, in Diſſertatione Gallicâ, Poëſin Hebraïcam eſſe eamdem ac noſtram, hoc eſt, conſtare ὁμοιοτελεύτοις, qualis eſt etiam Arabum Poëſis; non eadem litterâ inchoatis. Eam Diſſertationem Latinè etiam edemus ad calcem hujus Voluminis.

Sedet ſola] Hìc κατὰ προσωποποιΐαν deſcribit Jeroſolimam querentem ſe in miſerum ſtatum à Chaldæis redactam, in quo civibus pleríſque & proceribus erat ſpoliata & vectigalis iis facta.

Veluti vidua] Quòd eſſet privata Rege, qui poterat ejus *vir* dici, & prout Rex jus civibus & ceteris Judæis dicere.

Magna inter gentes] Quippe quæ erat Metropolis Judææ.

Princeps Provinciarum] Cùm enim exſtinctum *Regnum Iſraëlis* eſſet, omniáque oppida Chaldæis parêrent Babyloniorum Regi; pluris non fiebat, quàm alia urbs; quæ eidem Regi parebat, cui tributum ſolvebat Jeroſolima.

2. *Plorat noctu*] Interdiu Jeroſolimitani, ne ſibi infenſiores facerent Babylonios, quòd eorum jugum impatienter ferrent, abſtinebant à ploratu.

Nec eſt qui eam ſoletur] Nempe, metuebant vicini Babylonios, qui ceperant Jeroſolimam & qui nolle videbantur eam in priſtinum ſtatum reſtituere, nedum ut ei inſtaurationem pollicerentur; quamvis Ægyptii iis antea faviſſent, eos Idumæi etiam copiis juverunt, ut intelligere licet ex Pſalm. CXXXVII, 7.

4. *Viæ Sionis lugent* &c.] Nulli, aut pauci, ex agris vicinis, veniebant Jeroſolimam, ad celebranda feſta, ita ut in viis publicis nulli, aut pauci eſſent, cùm antea multi iis temporibus cernerentur in eam venientes.

Portæ ejus deſolatæ] Solebant ad portas eſſe Judicum tribunalia. Vide Ruth. IV, 11. & quæ notavimus ad Gen. XIX, 1. Sed tum penès Babyloniorum Regem erat ſumma poteſtas.

Suſpirant ejus Sacerdotes] Quòd nullæ, aut paucæ victimæ offerrentur.

 Vir-

ſtata feſta veniant, portæ ejus deſolatæ ſunt, ſuſpirant ejus Sacerdotes, virgines ejus mœrent, éſtque amarus ei dolor. 5. Hoſtes ejus facti ſunt caput, ſecuri, tracti ſunt quia Jehova mœrorem ei immiſit, propter multitudinem ejus defectionum, parvuli ejus pueri iverunt in captivitatem coram hoſte. 6. Receſſit à filia Sionis omnis decor ejus; principes ejus fuerunt cervorum inſtar, qui, nullum inveniunt pabulum, ſine viribus fuerunt, coram iis, qui eos inſequebantur. 7. Memor fuit Jeroſolima diebus afflictionis ſuæ & rebellionum ſuarum, omnium divitiarum ſuarum, quæ ſibi ab antiquis temporibus fuerant, cùm caderet ejus populus in manum hoſtis; nec quiſquam auxilium ferret. Viderunt eam hoſtes, ejúſque Sabbatha riſerunt

8. Peccavit Jeroſolima, ideóque expulſa eſt, quique eam magni fecerant omnes ſpreverunt, quia viderunt ejus nuditatem, ipſa etiam ſuſpiravit & retrorſum converſa eſt. 9. Immunditia erat in ejus fimbriis, nec tamen memor fuit finis ſui, deſcendit miri-

virgines mœrebant, atque amaro dolore angebantur. 5. Hoſtes ejus urbis ſuperiores facti ſunt, & ſecuri, quia Deus ei mœrorem immiſit, propter magnum numerum peccatorum, quæ commiſit; eaque de cauſa, abducti ſunt pueri etiam captivi, vidente hoſte. 6. Omne decus eſt detractum puellis Jeroſolimitanis. Omnes ejus proceres Urbis timidi in ea fuerunt facti, inſtar cervorum, qui nullum pabulum invenerunt, nec pabulum inveniunt, inſequentibus eos venatoribus. 7. Ejus cives non potuerunt oblivisci, tempore adverſarum ipſius rerum, & delictorum ſuorum, omnium divitiarum, quibus ante fruebantur, quàm in Babyloniorum poteſtatem veniſſent, nemine iis auxilium ferente. Ab hoſtes, poſtquàm illam in poteſtatem ſuam redigerunt Sabbatha, ſua audiverunt, non ſine maximo dolore, rideri.

8. Graviſſimè deliquit Jeroſolima, ideóque à Deo habita eſt quaſi immunda, ac proinde indigna quæ ab eo contra Babylonios defenderetur; 9. quo factum eſt ut veluti immunda habeatur in ſuis fimbriis, nec tamen meminerit finis ſui. Dei horrendis plagis eſt ad humum afflicta, nec quemquam invenit, cujus conſolatione ſuæ calamitates levaren-

Virgines ejus mærent] Quòd non eſſent, qui eas ambirent, ut eas uxores ducerent.

5. *Caput*] Principes, nempe, eorum facti ſunt Babylonē miſſi, qui Judæis præeſſent.

Securi] Quia Judæi eorum jugum excutere non poterant, qui à Babyloniis iis præpoſiti erant.

6. *Filia Sionis*] Urbe Jeroſolimæ, quæ ad radices montis, qui ſic vocatur, ſita erat.

7. *Divitiarum*] מחמדיה *mahhamdeha*. Græci: ἐπιθυμήματα αὐτῆς, ratione habitâ ſignificationis Radicis חמד *concupivit*. Sed *divitiæ* ſignificantur, non omnia quæ cupiunt homines; qualia ſunt honores, voluptates, quæcumque ſint.

Sabbatha riſerunt] Quòd ignorarent quiete ſeptimi diei celebratam rerum omnium (aut certè ſub oculos cadentium) creationem, quam rem celebrari magni momenti erat, non Deo, ſed hominibus; qui non ſatis beneficium creationis Generis humani celebrare poſſunt, ſi Deo Creatori parêre velint, & gratum ei animum teſtari, prout debent.

8. *Peccavit Jeroſolima*] *Peccavit peccatum*. Qua in loquutione ſunt qui quærant quamdam ἔμφασιν; quam non facilè admiſerim, niſi res ipſa poſtulet. Etiam in aliis Linguis ſimiles phraſes ſunt.

Expulſa eſt] לנידה היתה *lnidah hajetha*, ad expulſionem fuit. Reverâ plerique incolæ Jeroſolimæ abducti ſunt Babylonem, aut ad vicinos populos coacti profugere. De voce נידה *nidah*, vide *Edmondum Caſtellum*, in Lexico Heptaglotto, ad radicem נד *noud*. LXX. habent: εἰς σάλον ἐγένετο, *in tumultum erat*, non ſatis aptè.

Ejus nuditatem] Statum, in quo nudata eſt omnibus, quibus erat inſtructa, ad ejus ornatum, & defenſionem pertinentia.

Retrorſum converſa eſt] Quia ornamentis ſolitis deſtituti, non ſuſtinent oculos in calamitate ſpectantium; ne contemnantur, ab hominibus ſuperbis.

9. *Immunditia in ejus fimbriis*] Qui veſtibus, quas mutent, deſtituti ſunt, ſæpe immundas luto geſtabant; quod deprehendebatur, in paupertina plebe Jeroſolimitana, quæ à Babyloniis erat in Metropoli Judææ relicta.

Finis ſui] Quem ſi penſitaſſet, omnem ſuperbiam depoſuiſſet.

Deſcendit mirificis plagis] ותרד פלאים *vattbered phelaim*. Supplevimus *plagis* בנגעים *benagahim*, ne eſſet adjectivum, ſine ſubſtantivo. *Deſcendere plagis* eſt propter vulnera cadere in humum. Stylus noſtri Prophetæ eſt nonnihil ſcabroſus; quâ re fit, ut plura ſint ſupplenda Latinè loquentibus, ut faciliùs intelligantur.

10. *Manum porrexit hoſtis* &c.] *Hoſtis* eſt hîc Hebraïcè צר *tſar*, hoc eſt, qui in anguſtias redigit eum, cum quo ei res eſt.

In omnes ejus divitias] *Omnia ejus deſiderabilia*, מחמדיה *mahhamadeha*, in deſiderabilia ejus, hoc eſt, quæ cupit dominus ſervare & hoſtis ei eripere.

Sacrarium ſuum] Babylonii auſi ſunt ingredi ſacrarium, & manum injicere Arcæ, quam nemo Judæorum videre poterat, præter Pontificem Maximum.

Quas cœtum tuum ingredi vetuerat] *Quas præceperas non ingredi in cœtum tuum*, id eſt, quas vetueras in congregationes Judæorum admitti, quippe qui polluti habebantur, dum incircumciſi erant.

11. *Omnis populus ejus*] כל עמה *chol hammah*, omnis populus ejus, nempe, gentis Judææ, deſtitutus pane multâ pecuniâ, aliis populis numeratâ, triticum comparavit.

Suſpirans & quærens] *Suſpirantes & quærentes*

mirificis *plagas*, nec fuit qui eam ſolaretur; reſpice, *inquit*, ô Jehova, adflictionem meam, quia hoſtis meus crevit. 10. Manum porrexit hoſtis in omnes ejus divitias, nam vidit gentes Sacrarium ſuum ingreſſas, quas cœtum tuum ingredi vetueras. 11. Omnis populus ejus ſuſpirans & quærens panem dedit, cibo contrà, divitias ſuas, ut ſe reficeret; vide, Jehova, atque reſpicito quàm vilis facta ſim.

12. Vos omnes, qui per viam tranſitis, *&* ad quos *res* non pertinet, utinam adſpiciatis & videatis, an ſit dolor inſtar doloris, qui mihi creatus eſt, mœrore enim adfecit me Jehova, die quo excanduit ejus ira. 13. Ex alto ignem in oſſa mea demiſit, & in ſingula dominatus eſt; rete pedibus meis tetendit, & me retrorſum egit; deſolavit me, & toto die mœrentem reddidit. 14. Colligatum eſt jugum defectionum mearum, ejus manu implexæ ſunt, & collo meo impoſitæ, curavit ut vires meæ impingerent, tradi-

levarentur. Reſpice, ô Creator, calamitatem meam, cùm hoſtium meorum numerus creverit. 10. Illi in nos manum injecerunt, ut omnes res noſtras raperent, & Sacratium noſtrum ingredi auſi ſunt, quod vidiſſent alias gentes impune id intraſſe. 11. Omnis populus noſter triſtis, & quærens fruſtra unde aleretur, divitiis ſuis emit quo aleretur. Reſpice, ô Creator, nos & vide quam viles facti ſimus hoſtibus noſtris

12. Vos omnes populi, ad quos res non pertinet, qui hac tranſitis, reſpicite nos & videte an ſit alicujus populi dolor par noſtro; mœrore enim nos adfecit Creator, tempore quo ejus ira in nos exarſit. 13. Veluti ex alto fulmina demiſit in oſſa noſtra atque in omnia dominium ſuum exercuit. Rete pedibus noſtris tetendit, & nos, ne fugeremus, retrorſum egit. Solos nos reliquiſti, ſine auxilio, & totos dies nos mœrere paſſus es. 14. Defectiones noſtras collegit Deus, ſuntque unà veluti implicitæ, atque inſtar jugi collis noſtris impoſitæ; unde factum ut impingeremus, atque collo noſtro adligatæ, viréſque minuerentur, eſſemus-

rentes panem; quia populus eſt nomen multitudinis, ut Latini dicunt: *turba ruunt in me.*

Divitias ſuas] *Res ſuas concupiſcendas* מחמודיהם *deſiderabilia ſua* ubi ו abundare creditur, ut pronuncietur *mahbo ma debem.* LXX. τὰ ἐπιθυμήματα αὐτῆς ἐν βρώσει τοῦ ἐπιστρέψαι τὴν ψυχήν, quæ verò eſt ad verbum ideóque obſcurior, qualis eſt propemodum in toto hoc libro.

Ut ſe reficeret] להשיב נפש *lehaſchib nephesch*, ad revocandam animam; hoc eſt, ad adpetentiam revocandam; nam ubi ſermo eſt de cibis נפש *nephesch* eſt ὄρεξις, ſeu adpetitus cibi, ut ſæpiùs antea monuimus. Vide notata ad Cap. XI, 6.

Reſpicito quàm vilis facta ſim] והביטה כי הייתי זוללה *vehabbitah chi hajithi zolelah*; LXX. καὶ ἐπίβλεψον ὅτι ἐγενήθην ἠτιμωμένη. Eſt in libris ἐγενήθη, vitioſè omiſſa eſt ν, nam eſt prima perſona in Hebraïco Codice. Sed obſcura eſt oratio, nec mirum ſi Interpres Græcus, aut certè Librarius, propter obſcuritatem Hebræi contextûs, in tota propemodum Prophetia, obſcurus fuit.

12. *Vos omnes, qui per viam tranſitis*] Adloquitur Propheta viatores, qui viderant florentem urbem, & qui dirutam videbant; cupítque ut comparent ſtatum Jeroſolimæ præſentem cum præterito. Verba Hebraïca ſunt hic: לוא אליכם כל עברי דרך: *utinam ad vos omnes tranſeuntes via adſpicite*, & Græci Intt. οἱ πρὸς ὑμᾶς πάντες παραπορευόμενοι. Sed ſtylus lugentis Prophetæ ita impeditus eſt, præ mœrore, ut non ſit mirum, Græcos interpretes non admodum adcuratè vertiſſe. Similiter Ezechiel, apud Babylonios, exſulans mœrore orationem obſcuravit. Aut, ſi minùs placet, verti Jeremiæ verba, ut fecimus, particula לוא non legenda erit *lo*, hoc eſt, *non*, ſed *lou* utinam. LXX. Intt. verterunt: לוא אליכם iis vocibus οἱ πρὸς ὑμᾶς. Vulgatus verò Latinus: *O vos omnes, qui tranſitis per viam, adtendite & videte* &c.

Utinam adſpiciatis &c.] Optat Jeremias aliis innoteſcere calamitates Judæorum, ut eorum malis diſcerent quàm periculoſum eſſet peccatis provocare Deum Iſraëlis; quem proinde nequaquam provocare pergerent. Poterant ipſi Babylonii hinc intelligere in quænam pericula ſe conjicerent dum Deum Iſraëlis ſpernerent. Eos verò Propheta nomine non adpellat, ne eos magis ac magis in miſerum populum irritaret.

Ejus ira] חרון אפו *bharon appho*, quod eſt propriè *ardor iræ.* Attamen LXX. verterunt: ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ, quæ nec bene Græca, nec conſentanea ſunt Hebraïcis verbis. Sed tamen deterior ipſa tranſlatio *Hieronymi*, qui vertit: *quoniam vindemiavit me, ut loquutus eſt Dominus, in die iræ furoris ſui. Furor Dei*, ut jam diximus, eſt mera blaſphemia, Latinis auribus Chriſtianis, quæ non patiuntur quemquam loqui de *furore Dei.* Praeterea חרון eſt *ardor*, non furor; nam *furor* eſt nomen morbi, quo laborant *inſani*, non quidquam quod poſſit Deo tribui, cujus virtuti, quæ *Juſtitia* vocatur, ejuſmodi nomen conveniat. Alibi etiam hoc obſervavi, nihil eſſe Deo tribuendum, quod præſtantiſſimis, ut ſic loquar, non conveniat ejus adtributis; quod niſi obſervetur, detrahetur praeſtantiſſimae ejus naturae.

13. *Ex alto ignem in oſſa demiſit*] Hoc eſt, effecit ut arderent calamitatibus meis.

In ſingula dominatus eſt] וירדנה *vajirdennah*, & dominatus eſt ei. Cùm ante plurali utatur Propheta, ſic Latinè loquenti pergendum fuit, ſine mutatione ſententiae. Alioqui obſcurior fuiſſet ſententia. Horum threnorum ſtylus non eſt aequè caſtigatus, ac Prophetiarum; quod non dedecet mœrorem Prophetae. Idem obſervare eſt in vaticiniorum Ezechielis ſtylo, quia in ditione Babyloniorum ea ſcripſit.

Rete pedibus meis tetendit] Haec & ſequentia pertinent ad nonnulla, quae conjecturâ adſequi non poſſumus; praeſertim ubi Propheta

traditítque me Dominus in eas manus, è quibus reſurgere nequeo. [15]. Calcavit Dominus, in me, fortes omnes meos *viros*; conventum contra me indixit, ad conterendos delectos meos *juvenes*; torcular calcavit Dominus virgini filiæ Judæ. Propterea oculus meus defluit in lacrimas, quia procul à me receſſit conſolator, qui me recreet; filii mei deſolati ſunt, quia ſuperior fuit hoſtis. [17]. Extendit Sion manus ſuas, nec tamen fuit qui eam ſolaretur; Jehova circumquaque hoſtibus Jacobi mandata dedit, fuítque Jeroſolima inter eos, quaſi mulier immunda.

[18]. Juſtus eſt Jehova, quia *legibus* ore ejus *prolatis* rebellis fui; audite, quæſo, omnes populi, & videte dolorem meum; virgines meæ, & juvenes mei in captivitatem abierunt. [19]. Vocavi amantes meos, ſed me deceperunt. Sacerdotes mei, & ſenes mei in urbe exſpirarunt, quia cibum ſibi, quo ſe reficerent, *fruſtra* quæſiverunt. [20]. Reſpice, Jehova, anguſtiâ enim laboro, viſcera mea conturbata ſunt, cor meum intra me palpitat, quia rebellavi; foris orbavit me gladius, & domi fuit *mihi* quod erat mortis inſtar. [21]. Audiverunt me ſuſpirantem, nec ullus mihi conſolator adfuit; omnes hoſtes mei audiverunt calamitatem meam, & gaviſi ſunt, quia tu auctor *ejus* eras; ſed adduces diem, *eúmque* vocabis, *quo* erunt inſtar mei. [22]. Veniat omnis eorum nequitia in conſpectum tuum, faciáſque illis, quemadmodum mihi feciſti, propter omnes defectiones meas; quia multa ſunt ſuſpiria mea, & cor meum languet.

Prophe-

eſſemuſque traditi iis, quibus nos expedire non poſſumus. 15. Calcati ſunt eo modo à Creatore omnes mei viri fortes; convocavitque contra me copias, qui contererent delectos meos. Deus ſolus, ut ſic loquar, torcular calcavit virginibus à Juda oriundis. 16. Ea de cauſa oculi noſtri defluxerunt in lacrimas, quia nobis defuerunt qui nos poſſent ſolari, & recreare. Liberi noſtri ſunt deſolati, quia arma hoſtium noſtrorum ſuperiora fuerunt. 17. Sion manus ſupplex ſuſtulit ad Deum, nec tamen ad eam, qui ei auxiliaretur, miſſus eſt. Creator juſſit tamen hoſtes Iſraelitarum iis abſtinere, quaſi à muliere immunda, nec reverà eam ulla ex parte adorti ſunt.

18. Juſtus eſt Creator, qui pœnas de nobis ſumſit, quia, cùm Leges ejus ore proferrem, tamen iis non parebam. Audite verò omnes populi, & doloris mei teſtes eſtote. Puellæ & pueri populares noſtri abducti in captivitatem ſunt. 19. Vocavimus ad auxilium amicos noſtros; ſed nos deceperunt Sacerdotes noſtri, & ſenes in Urbe noſtra mortui ſunt, quia cibum, quo ſe ſuſtentarent, non habuerunt. 20. Reſpice nos, ô Creator, nam anguſtiâ rerum neceſſariarum laboramus; viſcera noſtra intra nos palpitant, quia in te rebellavimus. Foris orbavit nos gladius, & domi manentibus fames incubuit, unde ſequuta eſt mors. 21. Suſpiria noſtra ſunt audita, nec quiſquam fuit, qui nos conſolaretur, contrà omnes hoſtes noſtri ea audiverunt gaudiumque ex eo conceperunt, quia calamitatum noſtrarum auctor eras; ſed eos etiam ſimili calamitate adficies, idque tempus ſimile erit noſtro. 22. Judicium ſeras de omni eorum nequitia, eóſque eodem modo habeas, quo nos habuiſti pro omnibus peccatis noſtris; quandoquidem ſuſpiria noſtra frequentia ſunt, atque animo languemus.

PARA-

pheta figuratâ oratione utitur, quod frequentiſſimè facit. Ideóque & Veteres Interpretes, qui nec Grammaticam methodicam, nec Lexicon Linguæ Hebraicæ, certè adcuratum, habuerunt, in tenebris palpantur, & ſenſum vident, ut in obſcura nocte *videbant tamquam per nubila Lunam*, ut ſic loquamur.

14. *Colligatum eſt jugum defectionum mearum*] Hoc eſt, delicta mea præterita & præſentia, evaſerunt quaſi jugum, quod collo meo impoſitum, & quod æquo animo ferre neceſſe habeo.

Ejus manu implexæ ſunt] Quaſi delicta collecta fuiſſent, atque iis torquis factus fuiſſet, qui Judæorum collo imponendus eſſet. Singuli annuli ejuſmodi catenæ, erant delicta ſingulorum peccatorum.

Curavit ut vires meæ impingerent] הכשיל כחי *fecit impingere vim meam.*

E quibus reſurgere nequeo] A quibus proſtratus non poſſum ſurgere. Hoc eſt, Judæos uſque adeò malè habitos a Babyloniis, ut jacturam ſuam reſarcire non poſſent. Reverâ non ſunt melioris ſortis participes facti, niſi magnanimitate Cyri, Perſarum regis; ut nos docent Libri *Ezdræ* & *Jeremiæ*.

15. *Conventum contra me* &c.] Cœtum, in quo condemnes, ſi quid fecerim, quod præſtabat non eſſe factum.

Ad conterendos meos juvenes] Ut quos mihi quaſi Satellites delectos habebam, ut me ſervarent, contereret.

Torcular calcavit Dominus] Hoc eſt, ut mihi extorqueret quidquid habebam. Nam ut torculari racemis extorquetur quidquid habent ſucci: ſic hoſtes extorquent quidquid habebant victi. Eodem modo ſe geſſit Deus erga Iſraëlitas qui in patria ſubacta manſerant.

16. *Procul à me receſſit conſolator*] Conſolationem potuiſſet exſpectare à proceribus, aut à Prophetis; ſed in Babyloniam fuerant abducti, nec vicini Idololatræ, inimici Judæorum, poterant ſolatia ulla proferre, quæ lenirent tot mala.

17. *Quaſi mulier immunda*] Ad quam nemo accedere volebat.

18. *Legibus ore ejus prolatis* &c.] כי פיהו מריתי *quia ori ejus amara fui.* LXX. ὅτι τὸ στόμα αὐτοῦ παρεπίκρανα. Vulgatus: *os ejus ad iracundiam provocavi.* Subintellexerunt את notam accuſativi. Maluimus vertere, ut fecimus, quia verbum מרה ſignificat *rebellis fuit*, in hac conſtructione. Vide 1. Reg. XIII, 29. Hìc verò *leges ore Dei prolatæ* videntur eſſe potiſſimùm leges Decalogi. Miror *Junium* & *Tremellium* vertiſſe hìc: *Juſtus eſt Jehova, eò quòd contra præſtitutum ejus rebellavi, & Junium: Juſtus eſt Jehova, quia ori ejus rebellavi.*

COM-

Digitized by Google

Propheta, miſſâ proſopopœïa, oſtendit calamitates Judæorum fuiſſe pœnas divinitus miſſas; ob eorum peccata & fidem quam Pſeudo-prophetis habuerant; eóſque hortatur ad pœnitentiam agendam & preces Deo fundendas.

CAPUT II.

1. QUOMODO obnubilavit Dominus, in ira ſua, filiam Sionis? Projecit è
cœlo in terram decus Iſraëlis, nec ſcabelli pedum ſuorum, die iræ ſuæ, re-
cordatus eſt. 2. Abſorbuit Dominus omnes habitationes Jacobi, nec *iis* pepercit; di-
ruit, in excandeſcentia ſua, munitiones filiæ Judæ, fecítque ut terram adtingerent;
polluit regnum, & ejus proceres. 3. Abſcidit, in excandeſcentiâ iræ ſuæ, omne cor-
nu Iſraëlis; fecit ut dextra ejus retrorſum ab hoſte rediret; veluti ignis accenſus eſt in
Jacobo, & flamma circumquáque *omnia* abſumſit. 4. Tetendit arcum ſuum, hoſtis
inſtar, ſtetit *contra nos* dextra ejus, tamquam obſeſſoris; occidit quidquid oculi concu-
piſcere poterant, in tentorio filiæ Sionis; effudit iram ſuam, ut ignem. 5. Fuit Do-
minus hoſtis inſtar, abſorbuit Iſraëlem, abſorbuit omnes altas ejus domos, evertit mu-
nitiones ejus, auxítque in filia Judæ planctum & luctum. 6. Perrupit ſepem ejus,
quaſi horti; perdidit *Tentorium* conventûs; fecit ut oblivioni mandarentur, in Sione,
feſta *tempora* & Sabbatha; faſtidiítque, in indignatione iræ ſuæ, Regem & Sacerdotem.
7. Deſeruit Dominus altare ſuum; aſpernatus eſt Sacrarium ſuum; fecit ut clauderen-
tur ab hoſte muri altarum ejus domuum; vociferatíque hoſtes, in Æde Jehovæ, qua-
ſi die feſto. 8. Cogitavit Jehova de ſolo æquandis mœnibus filiæ Sionis; tetendítque
filum, nec manum ſuam ne abſorberet revocavit, fecit ut lugeret antemurale, útque
muri

PARAPHRASIS.

1. QUOMODO Deus obnubilavit; in ira ſua, funeſtis tenebris, infelicem Jeroſolimam? 2. Eam veluti è cœlo, in quo erat ab ipſo collocata, in terras præcipitem dedit, neque ſcabelli pedum ſuorum rationem ullam habuit. Diruit, in ira ſua, omnem munitionem Jeroſolimæ, eámque humi ſparſit; quomodo regnum Judæ ejuſque proceres polluit. 3. Indignatus abſtulit dignitatem Regno Judæ, ideóque paſſus eſt in fugam verti ejus copias. 4. Tetendit arcum, quaſi hoſtis, & ſtetit contra nos, quaſi nos obſideret. Occidit quidquid concupiſci poterat Jeroſolimæ, effudítque iram, in eam urbem quaſi ignem. 5. Se geſſit erga eam, ut hoſtes erga omnes altiores domos, auxítque in Tribu Judæ planctum & luctum. 6. Perrupit ejus mœnia, quaſi ſepem horti. Tentorium Conventûs fecit ut oblivioni mandarentur feſta tempora & præſertim Sabbatha. In indignatione ſua, faſtidiit Reges & Sacerdotes. 7. Tum verò Deus non ampliùs adfuit Altari, ut victimas ſibi oblatas acciperet. Similiter ſuum reliquum Sacrarium faſtidiit, adeò ut clauderentur alta Templi ſui ædificia; quod dum fieret, vociferabantur ejus hoſtes in Sacrario, quaſi in die feſto. 8. Creator tum decrevit ſolo æquare mœnia Jeroſolimæ, & jam filum veluti

COMMENTARIUS
In CAPUT II.

1. O*Bnubilavit*] יעיב *jahib.* עב *hab* eſt *denſa nubes* unde עוב *houb*, *obnubilare*, *obſcurare*, quod poſtea ſignificavit rem, de qua agitur, in deteriorem ſtatum redigere. Contrà אור *or lux* dicitur melior rei, de qua agitur, ſtatus, ut apud Jobum: *poſt tenebras ſpero lucem*, Job. XVII, 12.

Filiam Sionis] Collis, qoi vocabatur ציון *Tſijon*, erat veluti arx Jeroſolimæ: quæ cauſa fuit cur illic, circa montem, urbs ædificaretur. Poſtea capta urbe à Babyloniis, etiam ejus arx in eorum manus venit.

2. *Filiæ Judæ*] David, & alii Reges, ejus poſteri, illic Regiam habuerunt quod eſſet locus facilè muniendus & ſervandus. *Filia Judæ* vocatur, qoia à poſteris Judæ condita illic Regia fuerat.

Ut terram adtingerent] Ut mœnia altiſſima & firmiſſima, in terram jecerint, quo facto totum regnum, ejúſque proceres pollutionem contraxerint.

3. *Omne cornu Iſraëlis*] Quia cornua ſunt veluti arma cornigerorum, ſumuntur pro iis, qui erant fortiſſimi Judæorum, & qui eos defenderent, qui tamen non fuerunt Babyloniis pares, quâ re factum eſt, ut populares ſuos defendere non potuerint; imò ut in eorum partes tranſierint, eóſque juverint in capienda Jeroſolima, & malè habuerint, quaſi eſſent ejos hoſtes.

15. *Sibilarunt*] Qui videbant vaſtatas regiones, quæ cultæ fuerant, ſibilare ſolebant, ut jam obſervavimus: quod factum eſſe videtur, quaſi ſignificaſſent eas non fuiſſe, niſi ab avibus, habitatas. Vide Jerem. XLIX, 17. L, 13.

17. *Cornu ſuſtulit*] Potentiam auxit, quia beſtiæ cujus creverunt cornua, habent majora qoàm antea, poſſúntque alia animalia arcere,

muri ſimul languerent. 9. Demerſæ ſunt in humum portæ ejus, perdidit & confregit ejus vectes, Regéſque & proceres ejus, inter Gentes: nulla eſt Lex, nec etiam ejus Prophetæ viſum ullum à Deo accipiunt. 10. Sederunt humi & conticuerunt Senes filiæ Sionis; pulverem capiti ſuo impoſuerunt; cinxerunt ſe ſaccis, & capita ſua in terram demiſerunt filiæ Jeroſolimæ. 11. Exhauſti ſunt lacrimis oculi mei, viſcera mea ſunt conturbata, effuſum eſt in humum jecus meum, propter cladem filiæ populi mei, dum pueruli, & lactentes deliquium patientur in plateis urbis. 12. Matribus ſuis dixerunt: ubi eſt triticum & vinum, dum deliquium paterentur, inſtar sauciorum, in foris urbis, dúmque animam efflarent, in ſinu matrum ſuarum.

13. Quid tibi conteſtabor? Quid tibi ſimile dicam, ô filia Jeroſolimæ? quid tibi æquabo? quî te ſolabor, virgo, filia Sionis? Nam clades tua æquat amplitudinem maris? quis tibi medebitur? 14. Prophetæ tui viderunt tibi mendacia atque inſulſa, non aperuerunt tibi iniquitatem tuam, ut tuos captivos reducerent, viderunt tibi falſas orationes, atque expulſiones. 15. Comploſerunt propter te volas *ſuas* omnes viatores, ſibilarunt & moverunt capita ſua, propter filiam Jeroſolimæ, & hæccine eſt, inquiebant, urbs abſolutæ pulcritudinis, & gaudium totius terræ? 16. Aperuerunt in te os ſuum omnes hoſtes tui, *te* exſibilarunt, frenduerúntque dentibus; & abſorbuimus *te*, *inquiebant*; hæc eſt illa dies, quam exſpectabamus, quámque adtigimus *&* vidimus. 17. Fecit Jehova quod cogitarat, perfecit verbum ſuum, de quo ab antiquis temporibus mandata dederat; te deſtruxit, nec *ulli rei* pepercit, lætitiam propter te creavit hoſtibus tuis, atque obſeſſorum ſuorum cornu ſuſtulit.

18. Inclamet ergo animus eorum Dominum, *vóſque*, ô mœnia filiæ Sionis, demittite lacrimas, inſtar torrentis, interdiu & noctu, ne requiem ullam vobis concedite, neque ceſſet pupilla oculorum veſtrorum. 19. Surge, *tu filia Sionis*, de nocte vociferare, initio vigiliarum; effunde cor tuum inſtar aquæ, in conſpectu Domini; tolle ad eum palmas tuas, propter *amiſſam* vitam parvulorum tuorum, qui præ fame defecerunt, ad capita omnium viarum.

20. Vide, Jehova, & adſpice, quam tam *malè* habueris. An fas fuit à mulieribus come-

luti tetenderat, ut conſilium hoc eſſet exſequutioni mandaturus. 9. Portas Urbis munitiores, quàm ceteras partes muri, primas diruit, rupit earum vectes, idémque fecit Regibus, & Proceribus, inter alias gentes. 10. Sederunt humi, & tacuerunt ſenes Jeroſolimitani, pulvere capita ſua adſperſerunt, ſaccis ſe veſtiverunt, & vultum in humum converterunt Jeroſolimitanæ puellæ. 11. Flendo exhauſti ſunt humore oculi mei, dum calamitates populi mei defleo; viſcera ipſa mea inſolito motu ſunt agitata & videor jecur vomuiſſe, ob cladem Jeroſolimæ, & pueri, puellæque in plateis deliquium patiuntur. 12. Matres orarunt his, aut ſimilibus verbis, ut ſibi eſurientibus cibum & potum ſuppeditarent: ubi eſt triticum & vinum; cùm deliquium propemodum paterentur, quemadmodum saucii jacentes in plateis urbis, aut dum in gremio matrum animam efflarent.

13. Quid tibi poſſem conteſtari, ô puella Jeroſolimitana? Cujus calamitates ſimiles tuis fuiſſe dicerem? Quî te ſolari poſſem? Clades tua tanta eſt, ut mare calamitatum dicatur amplecti? Quis poſſet malis tuis mederi? 14. Prophetæ tui falſa viſa tibi narrarunt, nec vitia tua tibi exprobrarunt, ut captivos tuos tibi reducerent; viſiones narrarunt, in quibus dicebant ſe audiſſe, quæ non audiverant à Deo, promiſſáque de expellendis Babyloniis. 15. Omnes qui tranſibant per Judæam, tibi promittebant, comploſis manibus, motiſque capitibus, propter puellas Jeroſolimitanas; & éſtne inquiebant, éſtne hæc urbs uſque adeò ſplendida, & tam conſummatæ pulcritudinis, quæ erat gaudium totius terræ? 16. Atqui omnes inimici tui tibi detraxerunt, frenduerunt dentibus, & hæc verba, aut ſimilia: hæc eſt illa dies, dixerunt, quam exſpectavimus, quamque adtigimus? 17. Fecit Creator quod antea ſtatuerat, & de quo mandata dederat, te, ô Jeroſolima, ſolo æquavit, pro antiquis ſuis conſiliis; teque delevit, neque ulli pepercit; magnam lætitiam hoſtibus tuis, ô Jeroſolima, creavit, & obſeſſoribus tuis ſuperbiam valde adauxit.

18. Deo ergo gratias agant, & vos, mœnia Jeroſolimæ, fundite lacrimas non aliter quàm torrentem, idque interdiu & noctu, nulla interpoſitâ quiete. 19. Surgite puellæ Jeroſolimitanæ, de nocte, ab initio vigiliarum, lacrimáſque fundite, in conſpectu Dei, tollite ad eum manus propter amiſſos liberos qui fame in viis obierunt

20. Reſpice, ô Creator, eos quos paſſus es tam malè haberi. An fas fuit matribus liberos ſuos comedere, quos educabant? An licuit trucidare Sacerdotes & Prophetas in Dei ſacrario. 21. Jacuerunt humi, per plateas, pueri & ſenes, puellæ

cere, aut etiam acriùs adoriri. Quod & metaphoricè hominibus aptari poteſt, quorum auctæ ſunt vires, aut opes. Vide vers. 3.

18. *O mœnia filiæ Sionis*] Hoc eſt, Jeroſolimæ, quæ condita atque aucta eſt, quia in monte Sione fuere Templum Dei, & Regum domus; ad quæ ædificia concurrebat populus ut Deum coleret, útque majeſtatem Regum honore ei debito proſequeretur, vel auxilium imploraret.

19. *Initio vigiliarum*] A prima vigilia, de qua vide quod diximus in Comment. ad Judicum C. VII, 19.

Ad capita viarum] Ubi ſolebant pauperes mendicari, quia plures illac tranſibant, ubi plures viæ intra ſe veluti conjunctæ erant, ac proinde quà frequentiùs oppidani tranſibant, qui *eleemoſynas*, ut nunc loquimur, vel *ſtipes*, ut Veteres, iis largiebantur.

20. *An fas fuit à mulieribus comedi fructum ſuum.*]

Digitized by Google

comedi fructum ſuum, & puerulos, quos educarant? An licuit occidere Sacerdotem &
Prophetam, in ſacrario Domini? 21. Jacuerunt humi, per plateas, puer & ſenex, vir-
gines meæ, & juvenes mei ceciderunt gladio; occidiſti, die iræ tuæ, jugulaſti, nec
pepercisti. 22. Convocaſti, quaſi ſtato die terrores meos circumquaque, neque die iræ
Jehovæ fuit qui evaderet, aut ſuperſtes eſſet; quotquot educavi atque alui, hoſtis meus
abſumſit.

Propheta deſcribit, ſub ſua ipſius perſona, mala, quæ paſſi erant Judæi, nec tamen eſt divinæ miſericordiæ immemor; ad quam ut confugiant pœnitentiá nque agant eos hortatur; tum preces ad Deum fundit, eique gratias, quaſi jam exauditus, agit.

1. EGO is vir ſum, qui adflictionem vidi, dum virgâ indignationis ejus *cæderemur*. CAPUT III.
2. Me duxit, atque ire juſſit per tenebras, non verò per lucem. 3. Ad me re-
diit, & toto die manum ſuam convertit. 4. Fecit ut carne & cute ſenior viderer, & mea oſſa
fregit. *Munimenta* contra me exſtruxit, & me felle ac laſſitudine circumdedit. 6. Effecit ut
habitarem tenebroſa loca, ut qui dudum mortui ſunt. 7. Sepſit me, neque egreſſus ſum,
gravioréſque catenas mihi impoſuit. 8. Etiam cùm clamarem & vociferarer, obſtruxit *aures*
orationi meæ. 9. Sepſit meas vias, lapide cæſo, & ſemitas meas detorſit. 10. *Fuit* mihi *inſtar*
urſi inſidiantis & *inſtar* leonis in latebris. 11. Vias meas avertit, concîdit me, & deſolavit.
12. Arcum ſuum tetendit, ſtatuítque me quaſi ſcopum ſagittæ. 13. Immiſit in renes meos
pharetræ ſuæ filios. 14. Fui ludibrium toti populo meo, eorúmque canticum toto die.
15. Satiavit me amarore, inebriavit me abſynthio. 16. Confregit lapillo dentes meos,
immerſitque me in pulverem. 17. Animus meus à pace refugit, & rei bonæ oblitus
ſum. 18. Itaque dixi: in perpetuum perii, nec eſt cur *quidquam* à Jehova exſpectem.
19. Memento tamen, *ô Deus*, adflictionis meæ, amaroris mei, abſinthii & fellis.
20. Re-

læ & juvenes gladio eecidere. Tempore indignationis tuæ omnes eos ab hoſtibus oecidi paſſus es, nec ullo auxilio dignatus es. 22. Cunvocaſti, veIut ſtato die, eus quos maximè timere debebam; ne qui evaderent è oobis, ſuperſtitéſque eſſent. Hoſtis noſter occidit omnes, quos educaremus.

PARAPHRASIS.

1. EGO demum is ſum, qui dolorem ſenſi, dum Dei nobis irati virgâ cæderemur. 2. Mihi res ſecundas noo oſtendit, ſed adverſas experiri voluit. 3. Cùm factum hoc eſſet, rediit tamen, & me malè quotidie habuit. 4. Quâ re factum eſt, ut ſenior viderer, quàm eram, uique oſſa mea veluti fracta eſſent & membra viribus deſtituta. 5. Viſus eſt, contra me, munimeota conſtruxiſſe & me felle ac laſſitudine vexaſſe. 6. Eò reduxit ut habitarem loca tenebroſa, qualia ſunt ea in quibus jam dudum depoſita ſoot cadavera. 7. Septum me detiouit in loca, quibus non potui exire, & graviores catenas mihi impoſuit. 8. Si vociferarer, aures ſuas occluſit. 9. Sepſit vias meas veluti lapide quadrato & ſemitas mihi aliò divertit. 10. Fuit erga me inſtar urſi mihi inſidiantis & leonis in latebris me exſpectantis, ut me invaderet. 11. Vias meas aliovorſùm avertit, me concîdit atque in ſolitudinem avertit & deſolavit. 12. Arcui ſuo tenſo me ſcopum ſuarnm ſagittarum ſibi propoſuit. 13. Sagittas ſuas miſit in renes meos. 14. Fui ludibrium totius populi Hebræi, qoi me cantibus lædit totis diebus. 15. Deus me amaris lodibriis rideri patitur. 16. Lapillis patitur rumpi dentes meos, meque in pulverem dejici. 17. Animus meus irritatus pacem refugit, & rerum bonarum oblitus eſt. 18. Qnare mecum cogitavi me periiſſe, nec eſſe cur quidquam à Creatore exſpectarem.

19. Memento tamen mœroris mei, ô Deus; qui

ſuum.] Factum eſt hoc in obſidione Jeroſolimæ à Tito Veſpaſiano, ut narrat *Joſephus*: de Bello Judaïco Lib. VI. c. 3. Prædixerat etiam Jeremias C. XIX, 8. Minatus quoque antea erat Moſes Deut. XXVIII, 52.

An licuit occidere Sacerdotem & Prophetam] Reſpicitur cædes, quæ narratur. 2. Paralip. XXIV. Certè nulla eſt alia Hiſtoria, cui poſſint hæc aptari.

COMMENTARIUS
In CAPUT III.

1. *EGo is vir ſum* &c.] Adverſa expertus ſum, dum Dei indignationem ſentiremus.

2. *Ire juſſit per tenebras, non lucem*] Voluit me rebus adverſis conflictari, in quibus quod rectum & utile non ſatis adſequerer.

3. *Ad me rediit*] Me non permiſit adfectibus meis, nec deſiit me veluti manu ducere, totis diebus.

4. *Jecit*

20. Recordatus eſt *eorum* atque inclinatus eſt in me animus meus. 22. Beneficia, nempe, Jehovæ non eſſe exhauſta, neque miſericordiam ejus defeciſſe. 23. Renoventur ſingulis matutinis temporibus, multa eſt, *ô Deus*, tua fides. 24. Pars mea eſt Jehova, ait animus meus, proptereáque in eo ſpem meam collocabo. 25. Bonus eſt Jehova, exſpectantibus *auxilium* ab eo, atque animo qui eum quærit.

26. Bonus exſpectabit & quidem ſilens liberationem Jehovæ. 27. Utile eſt homini tuliſſe jugum in juventute. 28. Sedet ſolitarius & ſilens, quia id tulit. 29. Os ſuum in pulvere ponet, ſicunde ſit quod ſperari queat. 30. Cædenti ipſum genam præbebit, & opprobrio proprio ſatiabitur.

31. Neque enim ſe amovet in perpetuum Jehova. 32. Si *quem* triſtitiâ adfecit, miſerebitur *tamen ejus*, pro benignitatis ſuæ magnitudine. 33. Neque enim ſponte ſuâ adfligit, aut mœrore adficit filios hominum; 34. ut pedibus ſuis conterat omnes terræ *noſtræ* vinctos; 35. aut ut jus hominis coram Altiſſimo torqueat; 36. ut injuriâ adficiat hominem, in cauſa ſua, *quaſi* Jehova *rem* non viderit. 37. Quis ille eſt, qui *rem* dixit & facta eſt? annon Dominus juſſit? 38. Ex ore Altiſſimi egrediuntur mala & bona.

39. Cur ſe ſe adflictat homo vivens? ſe quisque adflictet propter peccatum ſuum. 40. Inquiramus in vias noſtras, eáſque ſcrutemur, atque ad Jehovam revertamur. 41. Adtollamus animos noſtros & palmas ad eum, qui Deus eſt in cœlo, *dicamúsque*: 42. Defecimus & rebelles fuimus, neque tu nobis ignoviſti. 43. Occultaſti *te* in ira *tua*, nos inſectatus es & occidiſti, nec peperciſti *nobis*, *ne ad te* preces tranſirent. 44. Feciſti ut eſſemus purgamenta, inter populos. 45. Diduxerunt os ſuum contra nos omnes hoſtes noſtri. 46. Pavor & foſſa circa nos *fuerunt* devaſtatióque & clades. 47. Rivi aquæ deſcen-

qui ejus auctor es; & tanto amarore me liberato. 20. Hæc ad animum meum revocabo, adeóque liberabor à tot ærumnis. 21. Hæc ad animum revocabo, ac propterea meliora tempora ſperabo; 22. cùm Creatoris beneficia non poſſint exhauriri, nec miſericordia ejus deficere. 23. Renovantur ſingulis diebus, nec deficit umquam tua fides, ô Deus. 24. Pars mea Jehova eſt, ait animus meus, ideóque ſemper auxilium ejus exſpectabo. 25. Beneficus Creator, erga eos qui opem ejus exſpectant, atque ad eam confugiunt, ex animo.

26. Vir bonus numquam deſinet in ſilentio liberationem ejus exſpectare. 27. Juvat hominem à juventute tuliſſe jugum Legum Divinarum, ut eas poſſit ſenex obſervare. 28. Æquo animo ſedet ſolitarius, nec iis obloquitur, quia ſolet eas ferre. 29. Non minùs tacebit, & ſedebit ſolitarius, quia hoc tulit, nec inanes querelas fundet, ſicunde auxilium exſpectari poſſit. 30. Cædenti ipſum ſe verberandum præbebit atque probra feret, ſi opus ſit.

31. Nam Creator ſe non amovet in perpetuum ab iis, qui eum ex animo timent. 32. Si quando quempiam triſtitiâ adfecit, tamen ejus illum miſerebitur, pro ſuâ ſumma benignitate. 33. Neque enim libenter & ſponte malè habet homines Deus; 34. ut pedibus conculcet omnes eos, qui ſunt vincti in terris; 35. aut ut ſponte ſuâ jus hominum torqueat, coram ſuo ipſius tribunali; 36. ut hominibus, in ſua cauſa, injuriam inferat, quaſi rem ignoraret. 37. Quiſnam verò eſt qui dixit & ſimul rem exſequutus eſt? Annon Dominus juſſit. 38. Altiſſimus Deus, imperiis ſuis, bona aut mala facit.

39. Cur ſe ſe adflictaret homo & tantùm doleret, propter ſua ipſius peccata? 40. Inquiramus in noſtra ipſorum delicta, atque ad Deum redeamus. 41. Adtollamus animos & manus ad Deum ſolum, qui eſt in Cœlo eique dicamus: 42. In te peccavimus, quapropter nobis non ignoviſti; 43. Occuluiſti te nobis, cùm nobis iratus eſſes, & nos inſectatus es, nec nobis ignoſcere voluiſti. 44. Feciſti ut haberemur, pro rejectaneis, inter alias gentes. 45. Omnes noſtri hoſtes contra nos ſunt loquuti. 46. Iidem fecerunt, ut cingeremur metu pariter ac foſſâ, utque agri noſtri undequaque hoſtiliter vaſtarentur. 46. Pavor æquè ac foſſa circa me. fuerat, cùm captivus detinebar in puteo. 47. Lacrimarum rivi deſcenderunt

4. *Fecit ut carne & cute ſenior viderer*] Reverâ, qui rebus adverſis premitur, facilè ſenior videtur; quàm eſt reverâ, & debilior fit.

5. *Munimenta contra me exſtruxit*] Supplevimus *munimenta*, quod neceſſe ſubintelligendum erat.

Felle] *Fel & amaror*, idem ſignificant; nimirum, dolorem animi, non faciliùs ferendum quàm fertur cibus amarus in ore. Jeremias eo genere loquendi in Propheticis utitur, nec rarum eſt, in aliis linguis, vid. v. 19.

6. *Tenebroſa loca*] Ut puteus, in quem Jeremias demiſſus erat, juſſu Sedekiæ.

13. *Pharetræ ſuæ filios*] Sagittas. Jeremias ſæpiùs hoc loquendi genere, aut ſimili utitur.

24. *Pars mea Jehova*] Quia ad ejus auxilium confugiebat; quod non ſemel præſentiſſimum expertus erat.

Ait animus meus] Hoc ex animo profiteor, non ut qui profiteantur quod reverâ non credunt, utilitatis præſentis cauſâ.

27. *Tuliſſe jugum in juventute*] Qui differunt ad ſenectutem jugum ferre neſciunt an ad eam perventuri ſint; nec, ſi eam adtingant, ſatis conſtantes futuri ſint. Sed fatendum multa obſcura eſſe in hiſce Lamentationibus.

28. *Quia id fecit*] Conſuetudo, ſcilicet contracta à juventute faciliùs multò ſervatur in ſenecta.

29. *Os ſuum in pulvere ponet*] Se in foſſis, quæ ſunt in deſertorum arenis, abdet, ut videat num quis veniat, à quo quidquam ſperari queat. *Grotius* hæc interpretatur: de ſe ſubmiſſè loquetur & ſubmiſſe ſentiet, quaſi terram oſcularetur. Qui ſenſus an poſſit exſculpi ex verbis Prophetæ neſcio.

30. *Cædenti ipſum* &c.] Æquo animo injurias

Digitized by Google

deſcenderunt ex oculis meis propter cladem filiæ populi mei. 48 Rivis aquæ madebit oculus meus, propter calamitatem filiæ populi mei. 49. Oculi mei ſtillarunt, nec deſierunt, quia nulla *erit malorum* intermiſſio: 50. donec deſpiciat, *rémque* videat Creator è cœlo. 51. Oculi mei vexant animum meum, propter omnes filias urbis meæ. 52. Venati ſunt me hoſtes mei, ſicut avem, nullâ injuriâ provocati. 53. Conati ſunt vitam mihi demere, in ciſterna, & lapides dejecerunt in me. 54. Inundavit aqua caput meum, jámque *apud me* dicebam actum eſſe de me.

55. Invocavi nomen tuum, ô Jehova, è profunda ciſterna, vocémque meam audiſti; ne avertas aurem tuam à ſuſpiriis & clamoribus meis. 57. Propior mihi adfuiſti, die quo te invocavi, & me timere vetuiſti. 58. Suſcepiſti cauſam meam, ô Domine, & vitæ meæ vindicem te præbuiſti. 59. Vidiſti, Jehova, injuriam, quæ mihi fiebat: judicium ſerto de me, pro jure meo. 60. Vidiſti omnem ultionem eorum & omnia, quæ contra me moliuntur. 61. Audiviſti probra eorum, Jehova, & quidquid animo agitant contra me, 62. verba inimicorum meorum, & murmura eorum adverſùs me quovis die. 63. Adſpice quid ſedentes, aut ſurgentes faciant, útque ego ſim cantici eorum argumentum. 64. Rependas iis, Jehova, mercedem, pro factis manuum ipſorum. 65. Des iis dementiam, & maledictio tua eis *contingat*. 66. Inſectare eos in ira *tua*, atque exterminato è locis cœlo tuo ſubjectis.

Deſcribitur ſames, quam pertulerunt Jeroſolimitani obſeſſi, cujus cauſâ fuerant eorum peccata; prædicitúrque clades Idumæorum & Judæorum liberatio.

1. QUOMODO obſcuratus eſt *ſplendor* auri, mutatáque eſt maſſa obrizi optimi? *qui* projecti ſunt lapides Sacrarii in capita omnium viarum? 2. Filii Sionis, qui CAPUT IV.

derunt ex oculis meis, propter everſionem Jeroſolimæ. 48. & 49. Non deſii lacrimari, cùm cogitarem nullam futuram malorum intermiſſionem; 50. donec adſpiceret & videret Creator è cœlo quid fieret, apud populum ſuum. 51. Id quod ideò animum meum vexat, propter omnes colonias Jeroſolimitanorum, quæ peſſimè ſunt habitæ. 52. Inimici mei me quæſiverunt, inſtar avis, quamvis à me nullâ ſint injuriâ provocati. 53. Conati ſunt, cùm in ciſterna detinerer, me occidere, & lapidibus me petierunt. 54. Aquæ tanta copia illic erat, ut ad caput uſque meum adſcendiſſet; jámque credebam mortem meam inſtare.

55. Tum verò te, ô Creator, invocavi è fundo ciſternæ, méque probè audiſti. Ne ergo aures ſuſpiriis & clamoribus meis ſurdas præbeas. 57. Hactenus me exaudiſti, cùm tuum auxilium imploravi; & me bono eſſe animo juſſiſti. 58. Defendendam cauſam meam ſuſcepiſti, ô Domine, & vitæ meæ defenſorem te præſtitiſti. 59. Non neglexiſti injuriam mihi illatam; judicium ergo nunc ferto de me, pro juſtitia cauſæ meæ. 60. Vidiſti inimicorum meorum injuſtam ultionem, & quæcumque etiamnum moliuntur. 61. Audiſti probra, quæ in me jecerunt, & quæcunque ſunt in me moliti. 62. Verba inimicorum meorum noſti, & murmura quotidiana contra me. 63. Vide, quæſo, quæ ſedentes, aut ſurgentes mihi moliantur, atque audi cantilenas quas in me cantillant. 64. Repende iis, ô Creator, da mercedem eorum dictis & factis conſentaneam. 65. Dementiæ ſuæ eos permittito, & minas tuas erga illos exſequitor. 66. Inſectare eos, pro tua juſtitia, eóſque locis aperto cælo expoſitis expellito.

PARAPHRASIS.

1. QUI factum eſt, ut auri ſplendor obſcuraretur, & maſſa obrizi deterior facta ſit? Hoc tamen? Cur lapides, quibus erat conſtructum Templum, ſunt initio quarumvis viarum? 2. Cur Jeroſolimitani, qui auro obrizo contra ſolebant æſtimari, non pluris ſunt habiti, quàm teſtæ figuli,

injurias patietur, nec ſe ſe ulciſcetur.

53. *Conati ſunt vitam mibi demere*] Videtur reſpicere carcerem puteorum, de quo ſub finem Prophetiarum.

COMMENTARIUS
In CAPUT IV.

1. S*Pendor auri*] Hìc non videntur reſpici vaſa & ornamenta aurea Templi, quæ Babylonii abſtulerunt, nedum ut abjectarent per vias à quovis auferenda. Intelligendi optimi quique Jeroſolimitanorum, aut Regni Judæ.

Lapides Sacrarii] Hæc verò videntur propriè intelligenda de lapidibus quibusvis, quibus ædificatum Templum erat, qui non poterant auferri Babylonem. Igitur ſunt fracti & ſparſi inter rudera Urbis circumquaque.

2. *Filii Sionis* &c.] Jeroſolimitæ qui ma-

gnâ

qui pretio æquabantur puro auro, quæ ſunt habiti teſtarum, & opificii manuum figuli loco? 3. Etiam Cete educunt mammam, ut lactent catulos ſuos, at filia populi mei crudelis facta eſt, ut ſtruthiones deſerti. 4. Adhæſit lingua lactentis ejus palato præ ſiti; pueruli petierunt panem, nec quiſquam fuit, qui iis frangeret. 5. Qui veſcebantur delicatis cibis deſolati ſunt in plateis, & qui in purpura educati fuerant, amplexantur ſtercora. 6. Major fuit pœna filiæ populi mei, pœnâ Sodomæ repente ſubverſæ, & in qua non ſunt debilitatæ manus. 7. Splendebant ejus principes, præ nive, candidiores erant lacte; magis nitebant corpora, quàm margaritæ; politio eorum erat inſtar ſapphiri. 8. Nunc obſcurior nigrore eſt eorum forma, non agniti ſunt in plateis, pellis eorum oſſibus adhæſit, exaruit & fuit inſtar ligni. 9. Feliciores ſunt gladio confoſſi, iis qui perierunt fame, quia hi contabuerunt transfixi penuriâ proventuum agri.

10. Manus mulierum miſericordium coxerunt liberos ſuos, qui fuerunt illis paſtui, in clade filiæ populi mei. 11. Explevit Jehova indignationem ſuam, effudit excandeſcentiam iræ ſuæ, accendit ignem in Sione, quo ſundamenta ejus ſunt abſumta. 12. Non credidiſſent Reges terræ, neque orbis ulli incolæ futurum fuiſſe, ut obſeſſor & hoſtis ingrederetur portas Jeroſolimæ.

13. *Factum eſt hoc*, propter peccata ejus Prophetarum, & in ea ſanguinem innocentium effuderant 14. Vacillarunt cæci in plateis, polluerunt ſe ſanguine, ut veſtes ſuas tangere non potuerint. 15. Clamarunt iis: diſcedite immundi, diſcedite, ne tangatis eos, ſunt enim polluti, & vacillant. Dixerunt apud Gentes, non ampliùs illic habi-

guli? 3. Ipſa Cete fœmella mammis ſuis alunt ſuos fœtus; ſed filia noſtræ gentis imitata eſt ſtruthionem ſolitudinum, quæ pullos deſerit. 4. Lingua lactentis adhæret ejus palato, præ ſiti; & puerulis panem petentibus, nemo eſt quiſquam, qui iis det. 5. Qui delicatis cibis veſcebantur, ſoli vagantur in plateis, & qui purpurâ veſtiti fuerant, arripiunt ſtercora. 6. Major eſt pœna quam Iſraelitides luerunt, quàm Sodomitæ dederunt, quorum ſubito ſolum ſubverſum fuit, & quorum non ſunt debilitatæ manus. 7. Candidiores erant Principes ejus nive & lacte, nitidiora eorum corpora quàm margaritæ, atque polita inſtar ſapphiri. 8. Nunc vero nigerrima eſt eorum facies, nec vix in plateis agnoſci poteſt eorum vultus, pellis oſſibus hæret, exaruit inſtar ligni. 9. Feliciores fuerunt qui gladio perierunt, quàm ii qui contabuerunt fame, quia hi penuriâ agri proventuum mortui ſunt 10. Matres miſericordes coxerunt carnes liberorum, ut iis veſcerentur, in penuria ciborum 11. Creator juſtitiam effudit iræ ſuæ in Jeroſolimam; paſſuſque eſt accendi ignem, quo ad fundamenta uſque conſumta eſt. 12 Numquam credidiſſent Reges finitimarum gentium, aut alii, quibus notus erat Judæus Populus, fore ut Babylonii, qui Jeroſolimam obſidebant, ingrederentur in eam urbem.

13. Contigit hoc, propter peccata eorum, qui apud eos ſe quaſi Prophetas gerebant, & turpia facta Sacerdotum, qui innocentes quaſi victimas Deo obtulerant. 14. Vacillarunt cœci in plateis, & ſanguine effuſo veſtes ſuas polluerunt, ut eos tangere non potuerint. 15. Ii, ad quos accedebant, procul clamabant eorum eſſe recedere, cùm eſſent immundi; & monebant alios, ne eos tangerent, quia erant polluti, & vacillabant. Dixerunt

gnâ antea auctoritate pollebant, quia Rex è ſola prole Davidis erat.

Pretio æquabantur puro auro] Qui maximi fiebant, ut aurum inter omnia metalla

3. *Ut ſtruthiones deſerti*] Dicuntur ova deponere in pulvere, eáque excludere, ita ut excludantur calore ſolo, ſine incubatione. Qua de re conſulendus eſt *Sam. Bochartus* de Animalibus, Lib. II. Partis Cap. IV.

4. *Adhæſit lingua* &c.] Deficiente lacte nutricis, cui deerat alimentum, eâ copiâ, quâ neceſſarium eſt.

5. *Deſolati ſunt in plateis* &c.] In quibus vilibus & quidem paucis alimentis ſuſtentati ſunt. Hæc omnia magnam in gente penuriam ſignificant.

Amplexantur ſtercora] Hoc eſt, ſordidas veſtes, eáſque ſtercoribus corruptas.

6. *Filia populi mei*] Urbis à Judæis ædificatæ, & quidem Jeroſolimæ, quæ erat Metropolis. Pœna ejus dicitur major quàm pœna Sodomæ, quia non tanta facinora admiſerat.

Non ſunt debilitatæ manus] Subita fuerat pœna Sodomæ, ſed Jeroſolimæ diuturna, cùm Babylonii diutiùs malè habuerint Jeroſolimitanos.

Non ſunt debilitatæ manus] Quia Sodoma & Gomorrha igne cœleſti & terreſtri ſubito ſunt abſumtæ, ita ut oppidani omnes perierint, nec ulli ſuperſtites fuerint, qui luxerint conſanguineos, aut populares ſuos; Judæi verò ſuperſtites iis fuerint, non exiguo numero.

7. *Splendebant principes eorum præ nive*] Fortè hinc poſſimus colligere Judæos ditiores candidis veſtibus indutos prodiiſſe. Pro *principes* eſt Hebraïcè נזירה *nzireha*. Sed non intelliguntur *Neziræi* ex voto, verùm principes, aut præcipui cives, ut Gen. XLIX, 26.

16. *Dum proſpicimus an veniret*] Hunc ſenſum ſupplendum res ipſa oſtendit, ſive omiſſus ſit à Librariis ſive Jeremias rem lectoribus intelligendam ſiverit, ſeu quædam exciderint. In Lamentationibus hiſce multa ſunt talia, quæ videntur deberi triſtitiæ Prophetæ, ut Lectores facilè intelligent.

20. *Spi-*

bitaturos *Judæos*. 16. Ira Jehovæ eos diſperſit, nec ampliùs nos ille adſpiciet; nullam enim rationem habuerunt Sacerdotum, neque *quidquam* gratificati ſunt ſenibus. 17. Nobis etiamnum vivis defecerunt oculi noſtri, *dum proſpicimus an veniret* nobis auxilium; fruſtra è ſpeculis noſtris reſpeximus, quæ nos ſervare non poterant. 18. Venati ſunt greſſus noſtros, ne per fora noſtra ambularemus, *at* finis noſter propinquus eſt, expleti ſunt dies noſtri, quia finis noſter venit. 19. Velociores fuerunt inſectatores noſtri aquilis cœli, per montes nos ſunt perſequuti; inſidias nobis ſtruxerunt, in deſertis. 20. Spiritus narium noſtrarum, Unctus Jehovæ, in eorum foveis captus eſt; cùm diceremus, fore ut ſub ejus umbra inter gentes viveremus.

21. Hilaris eſto & lætare, filia Edomi, quæ in Huſitide terra habitas; ſed etiam ad te tranſibit calix, inebriaberis & te nudabis. 22. Pœna tua perſoluta eſt, ô filia Sionis, non ampliùs te in captivitatem abduci patietur; at ſupplicium ſumet de tua iniquitate, ô filia Edomi, & tua peccata revelabit.

Iſraëlitæ pœnas ſuas memorant, & peccata ſua fatentur; deprecantur iram divinam & reſtitutionem à Deo petunt.

Caput V.

1. MEMENTO, Jehova, quid nobis contigerit, reſpice & vide opprobrium noſtrum. 2. Hereditas noſtra tranſiit ad extraneos, & domus noſtræ ad alienos. 3. Inſtar orphanorum fuimus, quibus nullus eſt pater, & matres noſtræ inſtar vidu-

xerunt etiam apud Ethnicos, illic non diutiùs habitaturos Judæos. 16. Creatoris indignatio, ajebant illi, eos diſperſit, nec ampliùs eorum rationem ullam habebit; quia nullam ipſi rationem habuerant Sacerdotum, neque quidquam gratificati egenis ſenibus. 17. Nobis etiamnum vivis defuerunt oculi, dum proſpiceremus ex ulterioribus locis, an auxilia ad nos venirent, fruſtráque è ſpeculis editioribus; ut videremus an advenirent copiæ, quæ te verè nos ſervarent. 18. Greſſus noſtros obſervarunt inſidiosè, ne prodiremus in fora, ibíque ambularemus; at dies noſtri ſunt expleti, quandoquidem finis noſter appropinquat. 19. Velociores fuerunt inſectatores aquilis, cùm nos inſequuti ſint, nobiſque inſidias in ſolitudinibus ſtruxerint. 20. Qui erat veluti aer, quem reſpiramus, Chriſtus Creatoris, in eorum foveis captus eſt, cùm crederemus, eo nos protegente tutò inter Gentes poſſe vivere.

21. Hilaris eſto nunc, Metropolis Idumææ, quæ in Huſitide habitas; ſed ad te perveniet calix, quo inebriaberis, ut aliæ urbes, & te nudabis. 22. Pœnas dediſti, Jeroſolima, nec Deus patietur in captivitatem te abduci; verùm tamen de Idumæis, qui iniquè ſe geſſerunt erga Judæos, pœnas exiget.

PARAPHRASIS.

1. OSTENDE, ô Creator, te nequaquam oblivioni mandaſſe id quod nobis contigit, neque oculos claude opprobrio noſtro. 2. Quod, hereditatis jure, in manus noſtras pervenire fas erat, tranſiit ad exteros. 3. In noſtra calamitate, fuimus inſtar orphanorum, qui patrem amiſere, & quorum

20. *Spiritus narium noſtrarum*] Hoc eſt, Rex noſter, qui erat veluti cauſa cur vivebamus. Reſpicit Propheta ad circumſtantias calamitatis ſuæ, quas divinare noſtrum non eſt.

21. *Hilaris eſto* &c.] Sunt, ut videtur, hæc ſarcaſtica, nam Edomi poſteri nequaquam amici Judæorum fuerunt. Vide *Onomaſticon* Urbium & Locorum, ad verba *Hus Terra*.

Ad te tranſibit calix] *Calix* eſt ærumna. Vide *Thomæ Gatakeri* Adverſaria Miſcellaneorum Poſtumorum Cap. V. ubi copioſiſſimè de *Calice* metaphorico agit.

COMMENTARIUS
In Caput V.

2. HEreditas *noſtra ad extraneos tranſiit*] Nempe, ad Babylonios, alióſque quibus agros Judææ colendos dederunt, ne fieret ſolitudo.

3. *Inſtar orphanorum* &c.] Grandiores natu, & militares viri abducti ſunt in Babyloniam, ne quid novi in Judæa molirentur aut ſoli, aut cùm populis vicinis, qui non erant amici Babyloniis.

4. *Aquam, numeratâ pecuniâ, bibimus*] Erant ſat multi tubi Jeroſolimæ, qui aquam copioſam Templo & plebi ſuppeditabant; ſed ex hoc Jeremiæ loco intelligere eſt miſeros Urbis Cives non potuiſſe gratis ea uti. De ea aqua, quæ in Templi uſum per tubos eò ferebatur, vide in deſcriptione ejus Ædis, quam edidit *Joann. Lightfootius* Capp. XXIII & XXIV.

Ligna noſtra] Scilicet, quæ vel in uſum publicum Altaris, vel privatum quotidie combure-

viduarum. 4. Aquam, numeratâ pecuniâ, bibimus; ligna noſtra, dato pretio, veneunt. 5. Cervices noſtras perſequutioni ſubjecimus; laboravimus, nec ulla quies nobis data eſt. 6. Ægypto manum tetendimus atque Aſſyriæ, ut ſatiaremur pane 7. Majores noſtri peccaverunt, non nos; at nos pœnas eorum *delicti* ferimus. 8. Servi nobis dominati ſunt, nec quiſquam fuit, qui nos ab eorum manu liberaret. 9. Cum vitæ periculo adtulimus panem noſtrum, propter gladium *latronum* in deſerto. 10. Cutis noſtra, clibani inſtar, nigra facta eſt, propter horrores famis. 11. In Sione, mulieres nuptas, in urbibus verò *ceteris* Judæ, virgines compreſſerunt. 12. Procerea eorum manibus ſuſpenſi ſunt, nec facies ſenum honore *ullo* ſunt adfectæ. 13. Juvenes ad molam abduxerunt, *dum* pueri in lignum impegerunt. 14. Senes deſierunt ad portam *ſedere*, & juvenes cantica *modulari*. 15. Ceſſavit animi noſtri hilaritas, verſus eſt in luctum chorus noſter. 16 Capite noſtro excidit corona; væ nobis, quia peccavimus 17. Propterea mœſtus fuit animus noſter, propterea caligarunt oculi noſtri. 18. Ideò Sionis mons eſt deſolatus, & vulpes in eum cucurrerunt.

19. At tu, Jehova, in æternum permanebis, ſoliúmque tuum per ætates omnes futuras *erit*. 20. Cur in perpetuum noſtri obliviſcereris, cúrve nos in longam diem relinqueres? 21. Fac, ô Jehova, ut ad te revertamur, & revertemur; renova dies noſtros, *ut ſint* quales olim fuerunt. 22. Nos enim faſtidiiſti, & indignatus es nobis plus ſatis.

quorum matres ſuot viduæ. 4. Aqoam, quam bibimus, numeratâ pecuniâ comparavimus,. ut & ligna, quæ urimus. 5. Cervices oostras calamitatibus ſubjecimus, nec ullâ quiete poſſumus frui. 6. Ægyptiis atque Aſſyriis maoum porreximus, ut panem neceſſarium acciperemus. 7. Majores noſtri in te delinquerant, at nos pœnis, quas meriti erant, adficimur. 8. Servi facti ſunt heri noſtri, nec quiſquam nos eorum jugo eripuit. 9. Cutis noſtra nigra facta eſt radiis ſolis, propter fumos qui vultus noſtros inquinarunt. 10. Jeroſolimæ mulieres nuptæ, in aliis vero urbibus Judæ etiam virgines ſunt compreſſæ. 11. Proceres vulgi manibus ſuſpenſi ſunt, nec ſenes ullo honore adfecti ſuot. 12. Jovenes ad molani pellendam abducti ſunt, dum pueri in lignum ſuot impacti. 13. Senea, præter conſuetudinem deſieruot ad portas ſedere, juris dicundi cauſâ, dum juvenes cantica deſierunt canere. 14. Ceſſavit omnis hilaritas, & chorus immutatus eſt in luctum. 15. Capitibus noſtris exciderunt coronæ, væ oobis! quia in Deum deliqoimus. 16. Propterea mœſti ſumus & oculi noſtri caligant. 17. Ideò etiam Sionis monte deſolato, vulpes per eum cucurreruot.

18. At tu, ô Creator, in æternum eris, & ſolium tuum cœleſte, in omnes ætates futuras, inconcuſſum ſtabit. 19. Cur verò æternæ oblivioni oos mandares, aut uos in longam diem deſereres? 20 Fac, ô Creator, ut ad te colendum, ut par eſt, redeamus; tum demum redibimus. Renova dies feliciores oobis, ut ſint, quales fueruot olim; 21. nos enim faſtidiiſti, plus ſatis, & ſat diu uobis es iudignatus.

burebantur.

6. *Manum tetendimus*] Non inſtar mendicorum, ſed oblatâ pecuniâ.

7. *Majores noſtri* &c.] Potuit fieri ut qui manſerant in Judæa, poſt abductos à Babyloniis Judæos, meliores fuerint iis, qui abducti fuerant. Sed non fuere ſine peccatis, adeò ut poſſent negare ſe à Deo meritos, æquè ac abductos, calamitates, quas patiebantur; ſed non erat cur innocentiam ſuam jactarent, & ſibi injuriam fieri quererentur. Sed non ad vivum ſunt expendendæ miſerorum querelæ.

8. *Obſcurior nigrore eorum forma*] Quòd ipſi cogerentur agros colere, quo fiebat ut ureretur eorum facies.

9. *Cum vitæ periculo* &c.] *In anima noſtra adferebamus noſtrum panem.* Triticum demeſſum ex agris in urbem adferebamus; propter latrones qui infeſtabant agros. Babylonii enim reliquerant ruſticos, qui colerent agros, ſed qui latrocinabantur, & ſpoliabant Jeroſolimitanos.

In deſerto] In regione à ſuis cultoribus deſerta vagabantur fures & latrones.

10. *Cutis noſtra clibani inſtar*] Quia qui antea per ſervos colebant agros & fructus curabant Jeroſolimam adferri, ipſi cogebantur facere, & ſæpe ſpoliabantur à ruſticis, qui latrocinabantur, præterquàm quod ſæpe fame laborabant, qui antea omnibus abundabant.

11. *Proceres*] שרים *ſcharim*, proceres, nempe, ſi qui erant à Babyloniis relicti, aut eorum manus fugerant, à plebe occidebantur.

12. *In lignum impegerunt*] Obſcurus locus & Veteribus, & Recentioribus. LXX. Intt. Ἐκλεκτοὶ κλαυθμὸν ἀνέλαβον, καὶ νεανίσκοι ἐν ξύλῳ ἠσθένησαν. Latinus, & alii Interpretes non tantùm parum adcuratè verterunt, ſed hîc neſcio quas lacinias addiderunt, quæ Hebraïcè non exſtant, nec redolent noſtrum Prophetam. Quam ob rem ea prætermiſimus.

13. *Ad portam ſedere*] Solebant ad portam jus dicere, ut jam plus ſemel diximus.

15. *Capite noſtro excidit corona*] Cùm Reges antea habuiſſent populares ſuos, poſteros Davidis, deinde Regibus Babyloniis coacti ſunt parere.

17. *Vulpes in eo cucurrerunt*] Quia nemo habebat ædes, in quibus habitaret.

20. *Renova dies noſtros*] Revoca rationem, quâ vivebamus, cùm Reges populares noſtri regnabant.

LIBRI LAMENTATIONUM JEREMIÆ FINIS.

EZEKIELIS
ET
DANIELIS
NEC NON
XII. PROPHETARUM
MINORUM
VATICINIA
ex Hebræo in Latinum Sermonem converſa,
A
J. CLERICO.

V v v

TYPOGRAPHI

AD

LECTOREM S.

Cum hucusque & paullo longius operæ typographicæ proceſſiſſent, Auctor ſenio debilitatus telam coeptam continuare, Commentarioſque in Prophetas ad finem perducere non potuit. Nos vero, ut Lectoris φιλεβραίου καὶ βιβλιοφίλου *commodis pro virili ſtuderemus, opuſque quantum ejus fieri potuit abſolutum ederemus, Converſionem ſaltem totius Veteris Teſtamenti ſumma fide atque diligentia ex Hebraïco in Latinum Sermonem ab Auctore factam, & à multis jam annis ad prælum paratam, ex ſchedis ipſius integram hic accurate exhibendam eſſe judicavimus; atque in Abdiam Prophetam Commentarium, quippe jam ante plures annos ab eo editum, inſeruimus. Vale.*

LIBER
EZEKIELIS PROPHETÆ.

Primum Ezekielis viſum, in quo Deus ſe conſpiciendum præbet, ſub ſpecie hominis ſolio inſidentis & Cherubis, qui deſcribuntur, cincti, unà cum rotis alióque adparatu.

1. ANNI trigeſimi menſe quarto, & quinto die menſis, eram, inter CAPUT
captivos, ad fluvium Chebarem; *cùm* apertum eſt cœlum, & viſa I.
divina habui. 2. Quinto *ergo* die menſis (is annus fuit quintus mi-
grationis Jojachinis) 3. verba Jehovæ facta ſunt Ezekieli, Buſis
filio, Sacerdoti, in terra Chaldæa, ad fluvium Chebarem, ubi ma-
nus Jehovæ ei incubuit.
4. Cùm contemplarer *cœlum*, ſubito exortus eſt ventus procelloſus, à ſeptemtrione
veniens; magna nubes, & ignis ipſe in ſe convolvens, qui circumquaque ſplende-
bat; è quo medio prodibat ſpecies aurichalci. 5. *Indidem etiam prodibat* ſpecies qua-
tuor animalium, quorum hæc erat forma: ſpecies iis erat hominis, 6. ſed quatuor facies
& quatuor alæ ſingulis erant. 7. Ad pedes eorum *quod adtinet*, *ſinguli* pedes erant recti,
ſed planta pedum erat inſtar plantæ pedis vituli, fulgebántque ut æs politum. 8. Manus
humana erat, ſub eorum alis, ad quatuor latera; facies autem & alæ quaternorum
9. junctæ erant aliæ aliis; nec convertebantur *animalia*, cùm incedebant, ſed unumquod-
que è regione ſui ibat. 10. Species verò facierum erat faciei quidem humanæ & leoni-
næ, ad dextram quaternis; faciei verò vitulinæ & aquilinæ, ad ſiniſtram quaternis.
11. Facies autem eorum & alæ ſuperius quidem erant ſeparatæ unicuique; inferiùs ve-
rò duæ conjunctæ, & geminæ quidem eorum corpora tegebant. 12. Unumquodque,
ad latus faciei ſuæ ibat, quò animus iis erat progrediendi ibant, nec eundo converte-
bantur. 13. Similitudo autem, & adſpectus animalium erat inſtar prunarum ardentium,
& ſpecies lampadum movebat ſe ſe inter animalia; ſplendor erat ignis atque ex igne pro-
dibat fulgur. 14. Animalia autem procurrebant, & revertebantur, ut ſpecies ful-
guris.
15. Cùm adſpicerem animalia, ecce verò rotam unam terræ inſiſtentem, juxta ani-
malia, ad quaternas eorum facies. 16. Species verò rotarum, & operis earum erat in-
ſtar *lapilli*, *qui* Tharſis *dicitur*. 17. Erat autem quaternis forma una, earúmque ſpecies
& unum opus erat, quaſi eſſet rota in altera rota. In quatuor ſua latera, cùm progre-
diebantur, ibant, nec convertebantur, quando ibant. 18. Canthi earum, & altitudo
ac forma *eadem* quaternis erat, & canthi quidem pleni erant oculis circumquaque.
19. Cùm progrediebantur animalia, progrediebantur & rotæ juxta ea; cúmque ſe tol-
lebant animalia ſupra terram, rotæ etiam ſe ſubvehebant. 20. Quocumque animus erat
ire progrediebantur, & rotæ ſe ſe ſubvehebant è regione; nam ſpiritus animalium erat
in rotis. 21. Cùm progrediebantur *illa*, *hæ quoque* promovebantur, cùm verò ſtabant
illa, hæ ſtabant; cùm illa evehebantur è terra, evehebantur & rotæ, è regione eorum,
quia ſpiritus animalium erat in rotis.
22. Erat ſupra capita animalium ſpecies ſimilis firmamento, inſtar cryſtalli terrifici,
extenſi ſupra eorum capita. 23. Sub firmamento alæ erant eorum directæ, una ad al-
teram; unicuique erant geminæ alæ, quæ corpus eorum tegebant. 24. Audivi au-
tem ſonitum alarum, inſtar ſonitûs aquarum multarum, inſtar ſonitûs Omnipotentis,
cùm irent; & ſonitum tumultûs, qualis eſt caſtrorum; cùm conſiſtebant, 25. erat
ſonitus ſuperiùs in firmamento, ſupra eorum capita; cùm conſiſtebant, remittebant
alas ſuas.
26 Superiùs in firmamento, quod erat ſupra eorum capita, erat veluti ſpecies lapilli
Sapphiri, ſimilitudo throni, & quaſi ſpecies hominis in eo ſedentis. 27. Tum vidi
veluti aurichalcum, inſtar ignis, qui erat intra & circa à ſpecie lumborum ejus ſurſum
verſùs, atque à ſpecie lumborum deorſum tamquam ignem, qui circumquaque fulgebat.
28. Qualis verò eſt imago arcûs, in nube, die pluvio, talis erat ſplendoris circum-

quaque. Viſum hoc fuit, inſtar ſpeciei gloriæ Creatoris, quam cùm vidi, in vultum
cecidi, audivique vocem loquentis.

Vocatio Prophetæ, ut contumaces Judæos, nomine Dei, adloquatur, iiſque iram ejus denunciet.

CAPUT II. 1. DIXIT verò mihi: Fili hominis, in pedibus tuis conſiſte. 2. Tum ingreſſus
eſt in me Spiritus, cùm me adloquutus eſſet; qui erexit me in pedes meos &
adloquentem me audivi: 3. &, Fili hominis, inquit, mitto ego te ad Iſraëlitas, *quaſi*
ad gentes rebelles, quæ contra me rebellarunt; cùm ipſi, tum Majores eorum à me
defecerunt, usque ad hunc ipſum diem. 4. Filii ſunt impudentis vultûs atque animi
contumacis; ad eos te mitto, ut iis dicas: Sic ait Dominus Creator. 5. Sive autem
audierint, ſive minùs, quia ſunt domus rebellis, intelligent certè Prophetam inter
ipſos fuiſſe.
6. At tu, Fili hominis, nihil tibi ab iis, eorúmve verbis timeas. Erunt urticæ &
ſentes tecum & unà cum ſcorpionibus habitabis; ſed à verbis eorum ne tibi timeas,
nec propter eos terrearis, ſunt enim domus rebellis. 7. Proloquêris apud eos mea
verba, ſive audiant, ſive minùs, ſunt enim *domus* rebellis. 8. Tu verò, Fili homi-
nis, audi quæ tibi dico: ne ſis rebellis, ut ea rebellis domus. Aperi os tuum & come-
de quæ tibi do. 9. Inſpexi *quid eſſet*, ecce verò, manum ad me porrectam, in qua erat
volumen. 10. Evolvit id coram me, erat verò ſcriptum intus & à tergo & exaratæ in
eo lamentationes, & querelæ.

Propheta comedit volumen ſibi oblatum, iteratòque mandata eundi ad Iſraëlitas à Deo accipit; tum mittitur ad captivos, qui erant Thel-abibi; ubi jubetur monere, pro ratione muneris, Iſraëlitas, dein ire in vallem & domi ſe clauſum tenere, donec nova mandata accipiat.

CAPUT III. 1. TUM dixit mihi: Fili hominis, quod inveneris comede; comede, *inquam*, vo-
lumen hoc, itóque ut domum Iſraëlis adloquaris. 2. Aperui verò os meum, fe-
cítque ut volumen illud comederem; 3. &, Fili hominis, inquit, ventrem tuum paſce
& viſcera tua imple, hoc volumine, quod tibi do. Comedi verò, & fuit in ore meo
inſtar mellis, præ dulcore. 4. Dixit deinde mihi: Fili hominis, ito conventum domum
Iſraëlis, atque eam, prout tibi dixero, adloquere. 5. Non enim ad populum diffici-
lium & gravium ſermonum mitteris, ſed ad familiam Iſraëlis. 6. Non ad magnos po-
pulos difficilium graviúmque ſermonum mittêris, quorum verba non intelligeres;
quamvis, ſi ad eas te mitterem, annon te audirent? 7. At domus Iſraëlis te audire
nolet, quia non vult mihi auſcultare; nam tota domus Iſraëlis eſt hominum frontis
ferreæ atque animi pervicacis. 8. En vultum tuum firmavi contra eorum vultus,
& frontem tuam induravi, contra eorum frontes. 9. Inſtar adamantis, rupe firmio-
ris, reddidi frontem tuam; neque timeas illos, neque eorum causâ terrearis; ſunt
enim domus rebellis.
10. Dixit etiam mihi: Fili hominis, omnia verba, quæ tibi dicam, animo admitte
atque auribus tuis audi. 11. Abi nunc, convenito eos, qui migrarunt, populares tuos,
eósque adloquere, & dicito: Sic ait Dominus Creator; ſive audiverint, ſive minùs.
12. Tum invaſit me Spiritus & audivi, poſt me, ſonitum magni fragoris; (Benedicta
ſit gloria Creatoris, è loco ſuo *prodeuntis!*) 13. ſonitum alarum animalium, quarum
únaquæque alteram contingebat, ſonitum rotarum ex eorum regione, & ſonitum frago-
ris magni. 14. Spiritus verò me invaſit, adſumſitque & abii triſtis, in excandeſcentia
ſpiritûs mei; manus autem Creatoris mihi fortis incubuerat.
15. Veni ergo ad eos, qui migraverant, habitabántque Thel-abibi, ad fluvium Che-
barem, & remanſi cum iis, qui illic habitabant, ſeptem diebus, ſolitarius inter illos.
16. Exactis verò ſeptem diebus, facta ſunt ad me verba Jehovæ, in hanc ſententiam:
17. Fili hominis, te ſpeculatorem conſtitui domui Iſraëlis; audies ex ore meo verba,
monebíſque eam, nomine meo. 18. Si dixero nocenti: morieris; nec eum admonue-
ris, nec loquutus fueris, ut admonitione tuâ nocentem è via ſua improba *revocares, atque*
ad vitam reduceres, improbus quidem in ſua iniquitate morietur, at ſanguinem ejus è
manu

Digitized by Google

manu tua repetam. 19. Sed cùm tu nocentem admonueris, nec redierit *ad bonam fra-
gem*; à ſua nequitia & via improba; ille quidem in ſua iniquitate morietur, ſed tu vi-
tam tuam ſervaveris. 20. Cùm verò ſe averterit juſtus à ſua innocentia, & malè ſe
geſſerit, ei quidem ego offendiculum objiciam; morietur ille, quia eum non admonueris,
in peccato ſuo, nec ejus juſtè facta memorabuntur; at ſanguinem ejus è manu tua re-
petam. 21. Cùm tu admonueris juſtum, ne peccet, nec *reverâ* peccaverit, vivet, quia
admonitioni paruerit, túque vitam tuam ſervaveris.

22. Mihi deinde incubuit manus Creatoris, dixítque ille mihi; ſurge atque egredere
in vallem, ubi tecum loquar. 23. Surrexi igitur, & egreſſus ſum in vallem, ecce
verò conſtiterat illic gloria Jehovæ, quam ad Chebarem fluvium videram, cecidíque
pronus in faciem. 24. Subiit verò me Spiritus, fecítque ut in pedibus meis conſiſte-
rem, & me adloquens dixit mihi *Deus*; ingredere domum tuam, eáque clauditor.
25. Tibi, Fili hominis, injicient vincula, & te vincient, nec ad eos egredi poteris.
26. Faciam ut palato tuo adhæreat lingua tua; mutus eris, nec habeberis ab iis caſtiga-
tor *morum*; ſunt enim illi domus rebellis. 27. Deinde, cùm te adloquar, aperiam tibi
os tuum, iſque dices: ſic dixit Dominus Creator; qui audiet, audiat: qui ſuperſede-
bit audire, ſuperſedeat; ſunt enim illi domus rebellis.

Jubetur Propheta variis ſignis deſcribere ſortem futuram Jeroſolimæ, & Judææ Gentis, in ejus excidio.

1. TU autem, Fili hominis, ſume tibi laterem, eúmque coram te pone, atque exa- Caput IV.
rato in eo urbem Jeroſolimam. 2. Tum eam obſidione cingito, ædifica contra
eam turres, aggerem ſtrue, caſtra pone & arietes circumquaque. 3. Dein ſume ſarta-
ginem ferream, eam colloca *quaſi* murum ferreum inter te & urbem; in eam faciem
tuam obfirma, ita ut obſideatur & premas eam. Signum hoc erit domui Iſraëlis.

4. Cubato etiam in latere tuo ſiniſtro, eíque imponito iniquitatem domûs Iſraëlis;
pro numero dierum, quibus in eo jacueris, eorúmque iniquitatem feres. 5. Ego au-
tem tibi dedi annos eorum iniquitatis, pro numero dierum, qui erunt trecenti nona-
ginta dies, quibus feres iniquitatem domûs Iſraëlis. 6. Hiſce exactis, cubabis rurſus in
latere tuo dextro, & iniquitatem domûs Judæ feres quadraginta diebus; ſingulos dies,
pro ſingulis annis, tibi dedi.

7. Interim ad obſidionem Jeroſolimæ vultum tuum convertes, brachiúmque tuum
nudatum erit, & contra eam vaticinaberis. 8. En tibi impoſui funes, nec te convertes
ab uno latere in alterum, donec dies obſidionis tuæ expleveris.

9. Sumes etiam tibi triticum, hordeum, fabam, lentem, milium & ſpeltam, eáque
injicies in mactram, & panem ex iis facies, pro numero dierum, quibus tu cubabis in
latere tuo, trecentíſque & nonaginta diebus iis paſcêris. 10. Cibus *interea*, quo veſcêris,
erit ponderis viginti ſiclorum in diem, à tempore *præſcripto* ad tempus *præſcriptum* eum
comedes. 11. Aquam etiam, *certâ* menſurâ, bibes, ſextam, nempe, partem Hinis;
quam à tempore *præſcripto* ad tempus *præſcriptum* bibes.

12. Placentam etiam hordeaceam comedes, eámque ſtercore excrementorum humano-
rum coques, coram illis. 13. Subjecítque Creator: ſic comedent panem ſuum pollu-
tum Iſraëlitæ, inter gentes, per quas eos disjecero. 14. Ego verò: Ah! Domine Crea-
tor, pollutus numquam *ſic* fui, morticinam & laceratam *à feris carnem* à pueritia mea
non comedi, ad hoc usque tempus; neque os meum immunda caro ingreſſa eſt. 15. At
Deus, en tibi conceſſi, inquit, ſtercus bovis, pro ſtercore humano, panémque ſuper
eo parabis. 16. Tum etiam mihi, Fili hominis, inquit, mox frangam ſcipionem panis
Jeroſolimæ, comedéntque illic panem *certo* pondere propter anxietatem, atque aquam,
certâ menſurâ, & cum ſtupore bibent; 17. ita ut *tandem* careant pane & aqua, & ſtu-
pentes ſe invicem reſpiciant, tabeſcántque in ſua iniquitate.

Aliud ſignum è capillis & barba reſectis, inque tres partes diviſis, quarum una comburenda, altera gladio ferienda, tertia in ventum ſpargenda; quibus Judæorum clades deſcribuntur; admiſtis tamen poſtea nonnullis ſolatiis.

1. PRÆTEREA tu, Fili hominis, ſumito tibi cultellum acutum; novaculam, *nem-* Caput V.
pe, tonſorum; eámque ducito per tuum caput, tuámque barbam; deinde capito

tibi

tibi ſtateram & pondera, *eáque ſegmenta in tres partes* dividito. 2. Tum tertiam partem
igne incendes, in media urbe, cùm explebuntur dies obſidionis; dein alteram ſumes &
circumquaque gladio concides; *reliquam verò* tertiam in ventum ſparges; nam poſt eam
gladium ſtringam. 3. *Crines tamen* inde exiguo numero ſumes, quos in oris veſtis tuæ
alligabis. 4. Rurſus ex iis ſumes quos projicies in ignem, & combures, egredietur ve-
rò inde ignis, in totam domum Iſraëlis.

5. Sic enim dixit Dominus Jehova: Hæc eſt Jeroſolima, quam mediam in gentibus
poſui, *ita ut* circa eam *multa* ſint terræ. 6. Mutavit jura mea in nequitiam, magis quàm
aliæ Gentes, inſtitutáque mea, magis quàm terræ, quæ circa eam ſunt; mea enim ju-
ra aſpernati ſunt *Judæi*, neque ex inſtitutis meis vixerunt. 7. Ideò dixit Dominus Jeho-
va: quia plura admiſiſtis *ſcelera*, quàm Gentes, quæ circa vos ſunt, nec in inſtitutis
meis inceſſiſtis, nec jura mea obſervaſtis; imò ne conſuetudines quidem gentium, quæ
circa vos ſunt, ſequuti eſtis; 8. Ideò, *inquam*, ſic dixit Dominus Jehova, mox ego tibi
etiam adverſabor, exercebóque in te judicia ante oculos Gentium. 9. Id faciam in te
Jeroſolima, quod nondum feci, & cui ſimile nihil poſthac faciam, propter tua omnia
abominanda facta. 10 Propterea apud te comedent patres filios *ſuos*, & filii patres,
ſumam de te pœnas, & reliquias tuas in omnes ventos ſpargam. 11. *Ne* vivere dicar
ego, ait Dominus Jehova, niſi quia Sacrarium meum polluiſti, omnibus exſecrandis
& abominandis factis tuis; viciſſim ego te minuam; nemini oculus meus parcet, nec
ullius miſerebor. 12. Tertia pars tui peſte morietur, atque abſumetur, apud te; tertia
pars gladio cadet circumquaque; tertiam denique in omnem ventum ſpargam, & ſtricto
gladio perſequar.

13. Explebitur tamen ira mea, excandeſcentiáque mea in eos, ut deſinat, faciam,
pœnitebítque me, & ſcient me Jehovam, in zelotypia mea, & cùm explerem iram meam
in eos eſſe loquutum. 14. *Sed priùs* mutabo te, *Jeroſolima*, in ſolitudinem, in oppro-
brium apud Gentes, quæ ſunt circa te, coram omnibus viatoribus. 15. Erit illa op-
probrio, convicio, caſtigationi & ſtupori, omnibus gentibus finitimis, cùm exercebo in
eam judicia, in ira, in excandeſcentia, atque in increpationibus indignationis meæ.
(Ego Jehova ſum loquutus) 16. cúmque mittam in vos exitiales famis ſagittas, quæ
fient *inſtar Angeli* exterminatoris, quem mittam in vos, ut vos perdat; & penuriam vic-
tuum vobis creabo, ſcipionémque panis frangam; 17. cúmque concitabo in vos famem
ferarum crudelium; quæ te, *ô Jeroſolima*, orbabunt; dum peſtis & cædes in te graſſa-
buntur, & gladinm contra te venire curabo. Ego Jehova ſum loquutus.

Vaticinia in Idololatriam Iſraëlitarum, additis promiſſis, erga eos, qui ad meliorem frugem redituri eſſent.

CAPUT VI.

1. FACTA ſunt deinde verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam: 2. Fili homi-
nis, converte vultum tuum ad montes Iſraëlis, iiſque vaticinare, 3. & dicito:
ô montes Iſraëlis, audite verbum Domini Jehovæ: ſic dixit Dominus Jehova mon-
tibus, & collibus, torrentibus, & vallibus: mox ego adducam in vos gladium, atque
excelſa veſtra loca perdam. 4. Deſolabuntur altaria veſtra, frangentur templa veſtra
Solis; faciam ut cadant confoſſi veſtri, coram ſtercoreis veſtris Diis. 5. Collocabo ca-
davera Iſraëlitarum coram ſtercoreis eorum Diis, ipſorúmque oſſa circa eorum altaria
ſpargam. 6. Ubicúmque habitatis, urbes veſtræ erunt deſertæ, atque excelſa loca deſo-
labuntur; ut in ſolitudinem & vaſtitatem redigantur aræ veſtræ, frangantúrque & deſi-
nant ſtercorei veſtri Dii, evertantur Ædes Solis, atque opera veſtra deleantur. 7. Ca-
det ſaucius inter vos, & intelligetis me eſſe Jehovam.

8. Faciam tamen, ut ſuperſint vobis, qui evaſerint gladium, inter gentes, cùm vos
per terras ſpargerem. 9. Recordabuntur mei, qui è vobis, inter gentes, cap-
tivi abducti fuerint; quòd offenſus fuerim eorum animo ſcortatore, qui à me receſſit;
oculíſque eorum, qui impuro cultu Deos ſuos ſtercoreos proſequuti fuerint; tædebítque
eos ſui, propter flagitia, quæ admiſerint, pro abominandis ſuis factis. 10. Intelligent
me eſſe Jehovam, qui in caſſum non ſum loquutus, de hac calamitate iis immittenda.

11. Sic dixit Dominus Jehova: percute in manum tuam, pede ſupplode, & dic:
Ah! omnium abominandorum, & pravorum factorum domûs Iſraëlis cauſâ! nam gla-
dio, fame & peſte cadent. 12. Remotus peſte morietur, propinquus gladio cadet, ſu-
perſtéſque & ſervatus peſte interibit, & meam in eos indignationem explebo. 13. Tum
ſcietis,

ſcietis, me eſſe Jehovam, cùm erunt eorum confoſſi inter ipſorum ſtercoreos Deos, circa eorumdem aras, in omni colle excelſo, in omnibus verticibus montium, ſúbque omni arbore viridi, & ſub omni quercu implexa, in locis, in quibus odorem placamenti ſtercoreis Diis ſuis obtulerint. 14. Extendam in eos manum meam, terrámque redigam in vaſtitatem & ſolitudinem à deſerto Diblathæ, per omnes eorum habitationes, intelligéntque me eſſe Jehovam.

Iſraëlitis prædicitur excidium, idololatriæ cauſâ, quod ſymbolo catenæ deſcribitur.

CAPUT VII.

1. VERBA Jehovæ, ad me facta ſunt, in hanc ſententiam: 2. *Heus* tu! Fili hominis: Sic dixit Dominus Jehova, de Iſraëlitide terra: finis adventat, finis, in quatuor terræ oras. 3. Finis nunc tibi imminet, effundam iram meam in te, pro viis tuis judicium de te feram, pœnáſque ſumam de omnibus tuis abominandis factis. 4. Oculus meus tibi non parcet, neque ignoſcam, ſed ſupplicium de viis tuis exigam: abominandorum tuorum factorum *merces* erit apud te, méque Jehovam eſſe intelligetis. 5. Sic dixit Dominus Jehova: calamitas, una calamitas mox aderit. 6. Finis adventat, adveniat finis, excitatus eſt adverſum te, en mox veniet. 7. Venit properans ad te, ô incola terræ, venit tempus; propinquus eſt dies tumultûs, non celeuſmatis montium. 8. Nunc è propinquo effundam iram meam in te, explebo indignationem meam in te; judicium de te feram, ex viis tuis, & de omnibus abominandis factis tuis ſupplicium exigam. 9. Tibi non parcet oculus meus, neque ignoſcam; pro viis tuis te puniam, atque abominandorum tuorum factorum *pœna* erit apud te, & ſcietis me eſſe Jehovam, qui *vos* percuſſi. 10. Dies jam adeſt, egreſſa eſt properè, floruit virga, & fructificavit ſuperbia. 11. Injuria excrevit in viam improbitatis; nullus *ſupererit* ex illis, nullus ex eorum multitudine, nullus è turba; non erit luctus inter eos. 12. Venit tempus, *vos* adtigit dies; emtor ne lætetur, neque venditor lugeat; nam excandeſcentia in omnem multitudinem ejus *terræ exardeſcet;* 13. nec venditor ad rem venditam redibit, *quamvis* uterque ſit ſuperſtes; quia viſio de omni ejus turba non revocabitur, nec ullus iniquitate ſuâ vitam tutiorem reddet.

14. Clangent tubâ atque omnia parabunt, nec quiſquam vadet in prælium, quia ira mea ad totam terræ multitudinem ſpectat. 15. Gladius foris erit, & fames ac peſtis intus; qui erit ruri, gladio morietur; qui in urbe, fames & peſtis eum abſument. 16. Sunt ex iis, qui evadent, & qui in montibus erunt inſtar columbarum vallium; omnes gement, & unuſquiſque iniquitatis ſuæ cauſâ. 17. Omnes manus debiles erunt, & omnia genua reſolventur in aquam. 18. Cingent ſe ſaccis, formidóque eos operiet; pudore ſuffundentur, omnes verò vultus, & omnia capita abradentur. 19. Argentum ſuum in plateas abjicient, aurumque amovebitur; nam argentum & aurum eorum non poterunt eos liberare in die iræ Jehovæ; adpetentiam ſuam non explebunt, neque implebunt viſcera ſua, quia iniquitatis ſuæ cauſâ impingent.

20. Ex ornamentis ſuis conceperunt ſuperbiam, éque iis fecerunt imagines ſuas abominandas atque exſecrandas; itaque faciam, ut ab iis amoveantur. 21. Tradam eos in manum peregrinorum, prædæ loco, atque improbis terræ, ut ſpolia, eóſque polluent. 22. Avertam etiam vultum meum ab illis, ut *hoſtes* polluant meum adytum; id ingredientur graſſatores & contaminabunt.

23. Fac catenam, nam terra judiciis capitis, urbs verò plena eſt injuriâ. 24. Adducam peſſimos è gentibus, poſſidebúntque domus eorum; finem imponam ſuperbiæ contumacium, & ſacraria eorum polluentur. 25. Excidium venit, cúmque pacem quærent, nulla erit. 26. Clades ſuper cladem adveniet, rumórque rumorem ſequetur, quærent viſionem à Propheta, *ſed fruſtra*, lex peribit à Sacerdote, & conſilium à ſenibus. 27. Rex lugebit, Princeps induetur deſolatione, & manus populi terræ conturbabuntur, ſciéntque me eſſe Jehovam.

Propheta, per viſum, è Chaldæa transfertur Jeroſolimam, ubi ei idololatria & flagitioſa vita Judæorum oſtenditur.

CAPUT VIII.

1. ANNO verò ſexto, & ſexti quidem *menſis* die quinto, cùm ſederem domi & ſenes Judæ coram me, incubuit mihi illic manus Domini Jehovæ. 2. Cùm adſpi-

adſpicerem, ecce verò ſimilitudinem, & quaſi ſpeciem ignis; à ſpecie lumborum ejus
erat deorſum ignis; deorſum verò erat quaſi ſpecies ſplendoris inſtar aurichalci. 3. Por-
rexit verò mihi quaſi manum, adripuítque me, ſummâ capitis mei cæſarie. Tum ſuſtulit me
Spiritus inter terram & cœlum, intromiſitque Jeroſolimam, per viſa Dei, ad oſtium
portæ interioris, quæ Septemtrionem ſpectat, ubi erat Ædicula ſimulacri zelotypiæ, quod
zelotypiam *Dei* accendebat. 4. Ecce verò gloriam Dei Iſraëlis, eadem ſpecie, quâ
eam videram in valle. 5. Dixit autem mihi: Fili hominis, tolle nunc oculos tuos,
ad viam ſeptemtrionalem. Ad eam ergo viam ſuſtuli oculos, erátque à Septemtrione
ad portam altaris ſimulacrum hoc zelotypiæ, in introitu. 6. Ibi *Deus* mihi, Fili ho-
minis, inquit, annon vides quid illi faciant, res ſummopere abominandas, quas domus
Iſraëlis hîc perpetrat, ut *me* à Sacrario meo amoveat? Sed ſi convertaris, videbis *& alia*
magnopere exſecranda. 7. Tunc tranſtulit me ad oſtium Atrii, cúmque inſpicerem, vi-
di foramen unum in muro. 8. Mihi verò, perfodito, inquit, murum; quem perfodi, en
verò unum erat oſtium. 9. Ille verò mihi, ingredere, ait, & vide abominanda &
peſſima facta, quæ iſti hîc admittunt. 10. Ingreſſus itaque ſum, & cùm adſpicerem,
ecce verò figuram quamvis reptilium & quadrupedum (rem exſecrandam!) omnésque
ſtercoreos Deos domûs Iſraëlis, ſculptos in muro circumquaque. 11. Erant præterea
ſeptuaginta viri domûs Iſraëlis, ſtabátque Jaazanja, Saphanis filius, ante *alios* ſtantes,
quorum quisque habebat acerram in manu, unde nubes ſuffitûs adſcendebat. 12. Tum
mihi *Deus*, annon vidiſti, inquit, Fili hominis, quid Senes domûs Iſraëlis faciant;
in tenebris, quisque in penetralibus ſimulacri ſui? dicunt enim: Jehova nos non videt,
reliquit Jehova terram. 13. Mihi verò, ſi adhuc, inquit, verſeris, videbis alia ſum-
mopere abominanda, quæ iſti perpetrant. 14. Tum me duxit ad oſtium portæ Ædis
Jehovæ, quæ eſt ad Septemtrionem; vidíque illic ſedentes mulieres, quæ Thammuzum
flebant. 15. Tum ille mihi, nonne vides, inquit, Fili hominis? At *ſi* te converteris,
videbis res hiſce majore abominatione dignas. 16. Dein me duxit ad atrium Ædis Je-
hovæ interius, *ubi* ad oſtium Templi Jehovæ, inter porticum & altare, erant circiter
viginti quinque viri, qui tergum *obvertebant* Templo Jehovæ, vultu ad Orientem *con-
verſo*, & adorabant Solem ortum versùs. 17. Dixit verò mihi: nonne vidiſti, Fili ho-
minis? an leve videtur domui Judæ facere abominanda, quæ hîc admittunt, ut *præterea*
impleant terram injuriis, iterúmque me irritent? Nunc verò ad nares ſuas ramum mit-
tunt. 18. Etiam ego indulgebo iræ, oculus meus non parcet, nec miſerebor; voce
magnâ ad aures meas *me* invocabunt, ſed eos non exaudiam.

Supplicii de Jeroſolimitanis ſumendi ſymbolica deſcriptio, ita tamen, ut boni excipiantur.

CAPUT IX. 1. TUM clamavit, magnâ voce, ad aures meas: adpropinquarunt pœnæ urbis;
quisque inſtrumentum, quo *eam* deleat, in manum ſumat. 2 En verò ſex viros
venientes è via portæ ſuperioris, Septemtrionem verſûs ſpectantis, & quisquè manu *ge-
rebat* inſtrumentum deſtructionis; ſed vir unus in medio erat, indutus lineis, & cala-
maria theca Scribæ ad lumbos ejus erat. Ingreſſi autem ſunt, atque ad altare æneum ſte-
terunt. 3. Gloria verò Dei Iſraëlis ſublata eſt à Cherubis, quibus incumbebat, ad
limen uſque Ædis, vocavítque virum, lineis indutum, & qui ad lumbos calamariam
thecam gerebat, 4. ac dixit ei Jehova: tranſi per mediam urbem, per mediam Jero-
ſolimam, & ſignum inſcribito fronti virorum gementium & vociferantium, propter
omnia illa abominanda facta, quæ in ea perpetrantur. 5. *Aliis* verò illis, me audien-
te, tranſite, inquit, per urbem, poſt eum, & percutite omnes, oculus veſter ne par-
cat, nec ullius miſereamini. 6. Senem, & juvenem, virginem & parvulum, ac mu-
lieres *nuptas* occidione occidite; ſed ad nullum virum, cui ſignum inſcriptum fuerit,
accedite. A ſacrario meo incipietis, quod cœperunt facere à ſenioribus, qui erant ante
Ædem. 7. Dixit verò illis *Deus*: polluite Ædem meam, atque altaria confoſſis
impletote; tum egredimini. Egreſſi *ergo* per urbem cædem fecerunt.
8. Cùm verò occiderent eos, remanſi ego, in vultum concidi, clamavíque, his
verbis; Ah! Domine, Jehova, an delebis reliquias omnes Iſraëlis, dum iram tuam
in Jeroſolimam effundis? 9. Ille verò, improbitas, inquit, domûs Judæ, & Iſraë-
lis longè maxima eſt, referta eſt terra cædibus, atque urbs plena injuſtis *judicibus*;
dixerunt enim: Jehova reliquit hanc terram, Jehova eam non videt. 10. Ad me
verò

Google

verò etiam quod adtinet, non parcet oculus meus, non ignoſcam, de eorum via ultio-
nem ſumam. 11. Tum verò adfuit vir indutus lineis, qui ad lumbos calamariam the-
cam *gerebat*, & rem referens, feci, inquit, prout mandaras.

Vir lineis indutus mandata accipit, de ſumendo igne, qui erat inter Cherubos & rotas, eóque in urbem effundendo; Cheruborúmque & rotarum deſcriptio iteratur.

1. CUM circumſpicerem, vidi ad firmamentum, quód erat ſupra capita Cheru- CAPUT
borum, inſtar lapidis Sapphiri, ſpeciéſque ſimilitudinis ſolii ſupra eos cerneba- X.
tur. 2. *Deus* verò viro lineis induto, ingredere, inquit, inter rotas, ſub Cherubis, &
imple volas tuas prunis ardentibus, è loco, qui eſt inter Cherubos, eáſque in ur-
bem ſpargito; ingreſſúſque eſt ante oculos meos. 3. Cherubi autem ſtabant ad dex-
tram Ædis, cùm vir ille ingreſſus eſt, implevit verò nubes atrium interius. 4. At
gloria Dei evecta eſt à Cherubis ad limen Ædis, quæ impleta eſt nube, dum atrium ſplen-
dore gloriæ Jehovæ plenum eſſet. 5. Sonitus verò alarum Cheruborum auditus eſt
ad atrium, tamquam vox Dei Omnipotentis, cùm loquitur. 6. Cùm autem manda-
ta daret viro lineis induto, in hanc ſententiam: ſume ignem, è *ſpatio quod eſt* inter ro-
tam & Cherubos; ingreſſúſque eſſet vir juxta rotam, 7. Cherubus extendit manum,
è ſpatio illo, ad ignem, qui erat inter Cherubos, éque eo ſuſtulit, quem impoſuit vo-
lis *viri* lineis induti; qui eo accepto egreſſus eſt. 8. Adparuit *tunc mihi* forma manûs
humanæ, ſub eorum alis. 9. Vidi etiam quatuor rotas juxta Cherubos, & rotam qui-
dem unam, ſub ſingulis Cherubis, ſpeciéſque rotarum erat tamquam ſpecies lapidis Thar-
ſiſii. 10. Erat una forma quaternis, quaſi fuiſſet rota in medio rotæ. 11. Cùm progre-
diebantur ad quatuor latera ſua incedebant, nec convertebantur euntes, ſed ad locum,
quem reſpiciebat caput *Cherubi*, ſequebantur cetera; non circumagebantur, cùm ince-
derent. 12. Tota eorum caro, dorſa, manus & alæ, ipſæque quaternæ rotæ plenæ
erant oculis. 13. Rotæ verò vocatæ ſunt, me audiente, *Galgal*, *hoc eſt*, *quidpiam ſum-
mopere volubile*. 14. Quatuor erant facies unicuique Cherubo; facies una erat Cherubi,
ſecunda hominis, tertia leonis, quarta aquilæ. 15. Suſtulerunt verò ſe Cherubi, hoc
eſt, animalia quæ videram ad Chebarem fluvium. 16. Quando autem progrediebantur
Cherubi, ibant & rotæ juxta eos, & quando extollebant alas ſuas, ut ſe eveherent ſu-
pra terram, non convertebantur rotæ, ſed juxta eos etiam erant. 17. Quando conſiſte-
bant *animalia*, conſiſtebant *& rotæ*, & quando *illa* adtollebantur, *hæ quoque* cum illis ad-
tollebantur; in his enim erat ſpiritus animalium.
18. Egreſſa verò eſt gloria Jehovæ è limine Ædis, & ſupra Cherubos conſtitit.
19. Suſtulerunt Cherubi alas ſuas atque à terra ſunt avecti, me ſpectante, cùm egre-
derentur, & rotæ è regione eorum. 20. Conſtitit verò *hæc quadriga* ad oſtium portæ
Ædis Jehovæ Orientalis, & gloria Dei ſupra eam erat. 21. Hæc autem ſunt animalia,
quæ videram, ſub Deo Iſraëlis, ad fluvium Chebarem, intellexíque eſſe Cherubos.
22. Quatuor erant facies & quatuor alæ ſingulis, & ſimilitudo manûs humanæ ſub eo-
rum alis. 23. Similitudo facierum eadem erat ac facierum, quas videram ad fluvium
Chebarem, *cùm contemplatus* ſum ſpeciem eorum & ipſos. Quiſque è regione faciei ſuæ
progrediebatur.

Vaticinia contra Principes & tòtum populum Judæ, pro quibus fruſtra Ezekiel iram divinam deprecatur, cui tamen reductionem Judæorum in patriam pollicetur Deus. Reditus Ezekielis in Chaldæam per idem viſum.

1. SUSTULIT poſtea me Spiritus, & duxit ad portam Ædis Jehóvæ Orientalem, CAPUT
ſpectantem Orientem, en verò ad oſtium portæ erant viginti quinque viri; in XI.
quibus mediis vidi Jaazanjam, Hazzuris filium, & Phelatjam, Benajæ filium, princi-
pes populi. 2. Dixit verò mihi *Deus*: Fili hominis, hi ſunt viri, qui excogitant ini-
qua facta, & qui prava conſilia dant, in hac urbe, 3. dum dicunt: non eſt proximum
urbis exſcidium, ædificemus ergo domos: hæc *urbs* eſt olla, nos verò caro.
4. Quapropter vaticinare in illos, vaticinare, Fili hominis. 5. Tum me invaſit Spi-
ritus Jehovæ & dixit mihi: dic, ſic ait Jehova, rectè dixiſtis, ô domus Iſraëlis, &

quasvis cogitationes animi veſtri novi. 6. Feciſtis ut multi è veſtris in hac urbe confoderentur, & plateas impleſtis occiſis. 7. Ideò ſic dixit Dominus Jehova: confoſſi è veſtris, quos ſtraviſtis in media urbe, ii demum ſunt caro, hæc *verò urbs* olla? Vos autem ex ea educam. 8. Gladium timuiſtis & gladium in vos inducam, ait Dominus Jehova. 9. Faciam ut ex ea egrediamini, vóſque in manum alienorum tradam, & proferam in vos judicia. 10. Gladio cadetis, intra fines Iſraëlis, vos plectam, & me Jehovam eſſe intelligetis. 11. Hæc urbs fiet vobis olla, vóſque in ea caro fietis, intra fines Iſraëlis vos puniam. 12 *Hinc* intelligetis me eſſe Jehovam; quamquam in inſtitutis meis non inceſſiſtis, nec jura mea obſervaſtis; ſed jura gentium, quæ ſunt circa vos, ſequuti eſtis.

13. Cùm verò vaticinarer, Phelatja, Benajæ filius, mortuus eſt, & cecidit quidem còram me; *quare* exclamavi voce magnâ & dixi: Ah! Domine Jehova, an tu reliquias Jſraëlis abſumes? 14. At verba Jehovæ ad me facta ſunt, in hanc ſententiam: 15. Fili hominis, ad fratres tuos quod adtinet, inquam, quibuſcum tibi eſt jus vindiciarum, & totam Iſraëlis domum, quanta eſt, quibus dixerunt incolæ Jeroſolimæ: procul abite à Jehova, data eſt enim hæc terra nobis, ut eam poſſideamus; 16. dicito: Sic ait Dominus Jehova: quamvis eos procul amoverim per gentes, ſparſerímque per terras, fui tamen iis aliquamtiſper in Sacrarium, in terris ad quas venerunt. 17. Quare dic: ſic ait Dominus Jehova, congregabo vos ex omnibus populis, & colligam è terris, in quas diſperſi eſtis, *reverſóſque* terrâ Iſraëliticâ donabo. 18. Venient huc omnéſque ejus exſecrandos & abominandos *Deos* ex ea amovebunt. 19. Dabo eis cor unum, ponámque intra eos ſpiritum novum: removebo ex eorum carne cor lapideum, & dabo cor carneum; 20. ut in inſtitutis meis incedant, jura mea obſervent, atque exſequantur, & ſint mihi illi quidem in populum, ego verò iis in Deum. 21 Si verò ſint quorum cor exſecrandos & abominandos Deos ſectetur; de via eorum, ait Dominus Jehova, pœnas ſumam.

22. Tum ſuſtulerunt Cherubi alas ſuas, & rotæ è regione earum *ſubvectæ ſunt*, iíſque gloria Dei Iſraëlis ex alto inſidebat. 23. Adſcendit verò Dei gloria ex urbe, conſtitítque in monte, qui eſt ad orientem urbis. 24. At ſpiritus me ſuſtulit & revexit in Chaldæam; ad eos, qui cò migrarunt, in viſo & Spiritu Dei, receſsítque à me viſum quod habueram. 25. Dixi verò iis, qui migrarunt, omnia quæ Jehova mihi oſtenderat.

Symbolica deſcriptio migrationis & trepidationis Jeroſolimitanorum, caſtigatióque eorum, qui eventum Prophetarum in longam diem dilatum iri dictitabant.

CAPUT XII.

1. FACTA deinde ſunt verba Jehovæ ad me in hanc ſententiam. 2. Fili hominis, tu habitas in domo rebelli, hominum; quibus cùm ſint oculi ad videndum, non *tamen* vident, auréſque ad audiendum, nec tamen audiunt, quia ſunt familia rebellis. 3. At tu, Fili hominis, fac tibi vaſa migrantium, & migrato interdiu, iis ſpectantibus, migrato è loco tuo in alium locum, ante eorum oculos, ſi fortè adſpiciant; ſunt enim domus rebellis. 4 Effer vaſa tua, ut vaſa migrantium interdiu, iis videntibus; tu verò egreditor veſperi, coram illis, ut exeunt qui migrant. 5. Sed coram illis perfode tibi murum, atque illac egredere. 6. Iis cernentibus, vaſa humero ferto, exi crepuſculo, tege faciem tuam, ita ut terram non videas; quia conſtitui te portentum domui Iſraëlis. 7. Feci verò quemadmodum juſſus eram; extuli vaſa mea, quaſi vaſa migrantium interdiu, veſperi perfodi mihi murum, manu, atque humero meo exportavi coram iis. 8, Mane verò facta ſunt ad me verba Jehovæ, in hanc ſententiam. 9. Fili hominis, annon quæſiverunt à te domus Iſraëlis, domus rebellis, quid faceres? 10. Dic verò illis: ſic ait Dominus Jehovæ: hæc oratio pertinet ad Principem, qui eſt Jeroſolimæ, & totam domum Iſraëlis, quæ illic eſt. 11. Dic præterea: ego ſum portentum vobis, ut feci, ſic continget illis in migratione, in captivitatem ibunt. 12. Princeps, qui eſt inter illos, in humerum *ſua* tollet, crepuſculo egredietur per parietem, murum perfodient ut *illac* eum emittant, faciémque ſuam teget, ne oculo ſuo terram videat. 13. Extendam verò ei rete meum, comprehendetúrque meâ ſagenâ, & adducam eum Babylonem, in terram Chaldæam; at eam non videbit, quamvis illic ſit moriturus. 14. Omnes, qui circa eum erunt, auxilii causâ, cunctáſque turmas ejus ſpargam in omnes ventos, & ſtricto gladio perſequar. 15. Tum ſcient me eſſe Jehovam, quando

eos

eos ſparſero per gentes, & disjecero per terras. 16. Relinquam iis paucos viros, qui evaſerint gladium, famem & peſtem; ut narrent abominanda eorum facta, per gentes, ad quas venient, ſciéntque me eſſe Jehovam.

17. Facta etiam ſunt verba Dei, ad me, in hanc ſententiam: 18. Fili hominis, panem tuum in tremore comedas, aquámque tuam in trepidatione atque anxietate bibas. 19. Tum dicas populo terræ: ſic dixit Dominus Jehova incolis Jeroſolimæ, de terra Iſraëlis: panem ſuum cum angore, comedent, & aquam ſuam cum ſtupore bibent, quia ſpoliabitur ejus *urbis* ſolum, omnibus iis quibus eſt refertum, propter injurias quas omnes, qui eam incolunt, *aliis intulerunt*. 20. Urbes, quæ habitantur, deſolabuntur, terràque erit deſerta, & intelligetis me eſſe Jehovam.

21. Facta ſunt iterum verba, in hanc ſententiam: 22. Fili hominis, quid ſibi vult dicterium hoc veſtrum, in terra Iſraëlis: producentur dies & viſum omne peribit? 23. Dic verò illis: ſic ait Dominus Jehova, faciam ut deſinat hoc dicterium, nec ampliùs id proferant, in Iſraële. Quinimo iis dicito: proximi ſunt dies, *inſtátque tempus*, quo implebuntur viſorum omnium verba. 24. Neque enim ampliùs viſum erit, quod fallat, neque divinatio, quæ *mala* leniat in Iſraële. 25. Ego enim Jehova loquar, & quod proloquutus fuero fiet, nec ampliùs differetur, ſed temporibus veſtris, ô domus rebellis, verbum proferam, idque exſequar, ait Dominus Jehova.

26. Prolata ſunt etiam mihi verba Jehovæ, in hanc ſententiam: Fili hominis, en domus Iſraëlis dicit: viſum, quod hic vidit, ad longam diem pertinet, de temporibus remotis hic vaticinatur. 27. Quare dic illis: ſic ait Dominus Jehova: nullum meum verbum ampliùs differetur, quando verbum protulero, exſequutioni mandabitur, ait Dominus Jehova.

Caſtigantur Pſeudo-Prophetæ & Pſeudo-Prophetides, additis gravibus pœnis, quæ eis denunciantur.

Caput XIII.

1. Verba Jehovæ mihi hæc prolata ſunt: 2. Fili hominis, vaticinare Prophetis Iſraëlis, qui vaticinantur, dicque vaticinantibus ſponte ſuâ: Audite verba Jehovæ. 3. Sic dixit Dominus Jehova: væ Prophetis inſanientibus, qui animo ſuo indulgent, nec quidquam viderunt! 4. Inſtar vulpium, in deſertis, fuerunt Prophetæ tui, ô Iſraël. 5. Non aſcendiſtis in dirutas *muri* partes, nec ſepem munîſtis, pro domo Iſraëlis, ut ſtaretis in prælio, die Jehovæ. 6. Viderunt falſa, & divinationem *habent* mendacem, dum dicunt; ait Jehova; nec tamen Jehova eos miſit, ſperarúntque fore ut res rata eſſet. 7. Annon viſum falſum vidiſtis & divinationem mendacem protuliſtis, cùm diceretis: ait Jehova; nec tamen *vos* adloquutus eſſem? 8. Quamobrem ſic dicit Dominus Jehova, quia vos falſa protuliſtis, & mendacia vidiſtis, ideò vos *nunc adloquor*, ait Dominus Jehova. 9. Incumbet manus mea Prophetis, qui falſa vident & divinant mendacia, in arcano populi mei cœtu non erunt; nec in tabulis domûs Iſraëlis ſcribentur, nec in terram Iſraëlis ingredientur, intelligetíſque me eſſe Dominum Jehovam.

10. Quia fefellerunt populum meum, dicentes pacem *futuram*, cùm nulla *futura ſit* pax; & *ſi* quis ædificat parietem, tectorium illinunt; 11. dic iis qui tectorium illinunt, fore, ut cadat; erit enim imber inundans, vos verò lapidibus grandinis cadetis, & procelloſus ventus *omnia* diſrumpet. 12. Cùm verò ceciderit paries, annon dicetur vobis; ubi eſt tectorium, quo eum obleveratis? 13. Propterea ſic dixit Dominus Jehova, & faciam ut procelloſus ventus *omnia* diſrumpat, in ira mea, & imber inundans erit, in indignatione mea, & lapides grandinis, in excandeſcentia mea, qui *rem* conficiant: 14. Diruam parietem, quem leviſtis tectorio, dejiciámque in terram, & fundamenta ejus aperientur; cadet, & intra eum abſumemini, & me Jehovam eſſe ſcietis. 15. Explebo iram meam in parietem, atque in eos qui tectorio eum obleverint, dicámque vobis: nullus eſt *amplius* paries, neque ulli ſunt, qui eum obleverant. 16. Prophetæ Iſraëlis, qui de Jeroſolima vaticinantur, viſa habent de pace; cùm nulla *futura ſit* pax, à Domino Jehova.

17. Tu verò, Fili hominis, vultum tuum converte in puellas populi tui, quæ ſponte ſuâ vaticinantur, déque iis vaticinare, 18. & dicito: ſic ait Dominus Jehova: væ iis, quæ conſuunt pulvillos omnibus cubitis manuum mearum, & faciunt cervicalia capitibus cujusvis ſtaturæ, ad vexandos animos! An animos fas eſt vobis venari populi mei, ut eos vobis conſervetis? 19. Polluiſtis me, apud populum meum, pugillis hordei & buccel-

buccellis panis, ad occidendos homines, qui non morientur, atque ad conſervandos eos qui non vivent; mentiendo populo meo mendacia *libenter* audienti.

20. Quapropter, dicit Dominus Jehova: en *converti oculos* ad pulvillos veſtros, quibus venamini illic animas, ut fiant volucres; eos lacerabo è brachiis veſtris, & dimittam animas, quas vos venatæ eratis, ut volucres fierent. 21. Laceraho etiam cervicalia veſtra, populúmque meum è manu veſtra liberabo, neque ampliùs erunt in veſtra manu, ut fiant *inſtar avium* venatione *captarum*; & me Jehovam eſſe intelligetis. 22. Quia dolore adficitis animum juſti mendacio *veſtro*, quem ego dolore adfectum nolui; & confirmatis manus improbi, ne à mala ſua via *ad meliorem* redeat, dum eum conſervatum iri dicitis; 23. propterea non ampliùs falſa videbitis, neque divinatione utemini; liberabóque populum meum è manu veſtra, & Jehovam me eſſe cognoſcetis.

Deus negat ſe Idololatris, Prophetas ipſius interrogantibus reſponſurum, minatúrque Prophetis qui reſponderent, quæ iis non ſubjeciſſet, Jeroſolimæque & cunctis tribûs Judæ agris extremas calamitates prædicit, quas ne optimi quidem viri averruncare poſſent.

CAPUT XIV.

1. POSTEA venerunt ad me viri è ſenibus Iſraëlis, & ſederunt coram me. 2. Verba verò Jehovæ ad me facta ſunt in hanc ſententiam: 3. Fili hominis, viri iſti ſtercoreos ſuos Deos *etiamnum* cordi habent, atque offendiculum ſuæ nequitiæ præ ſe ferunt. An interrogarer *ſeriò* ab illis? 4. Quare eos adloquere & dicito: ſic ait Dominus Jehova: quisquis è domo Iſraëlis ſtercoreos ſuos Deos cordi habuerit, & nequitiæ ſuæ offendiculum præ ſe tulerit, ac venerit ad Prophetam; ego Jehova ei reſpondebo venienti cum Deorum ſuorum multitudine: 5. ut deprehendam domum Iſraëlis, in ejus animo, *&* quotquot ſunt alienos à me factos eſſe ſtercoreis Deis ſuis. 6. Quapropter dic domui Iſraëlis: ſic ait Dominus Jehova: redite *ad me*, vultúmque veſtrum à ſtercoreis veſtris Diis, & omnibus abominandis factis avertite. 7. Nam quisquis è domo Iſraëlis, vel è peregrinis, qui peregrinantur apud Iſraëlem, ſe à me ſegregaverit, ſtercoreos Deos ſuos cordi habuerit, offendiculum nequitiæ ſuæ præ ſe tulerit, & venerit ad Prophetam, ut me ejus causâ interroget, ego Jehova reſpondebo ei, per me. 8. Vultum meum in eum convertam, faciam ut fiat ſignum, & proverbiis celebretur, exſcindámque eum ex populo meo, & ſcietis me eſſe Jehovam.

9. Quod ſi Propheta ſeductus fuerit & quidpiam *nomine meo* proloquutus, an ego Jehova ſeduxero Prophetam illum? imò verò porrigam in eum manum meam, cúmque è populo meo Iſraële delebo; 10. Luent nequitiæ ſuæ pœnas, *&* qualis fuerit pœna interrogantis, talis erit Prophetæ pœna; 11. ne ampliùs domus Iſraëlis aberret a me, néve ulteriùs polluantur ullis abominandis ſuis factis; ſed fiant *illi quidem* mihi populus, ego verò illis Deus, ait Dominus Jehova.

12. Fuerunt præterea verba Jehovæ mihi prolata, in hanc ſententiam: 13. Fili hominis, cùm terra in me deliquerit, deficiendo à me, porrexeróque in eam manum meam, fregero ei ſcipionem panis, immiſero ei famem, exſcideróque ex ea homines & pecudes; 14. ſi fuerint in illa tres hi viri, Noachus, Daniel & Jobus, hi quidem innocentiâ ſuâ vitas ſuas ſervabunt. 15. Si feras immiſero in terram, eámque incolis orbaverint, deſolatáque fuerit, ita ut nemo per eam tranſeat, propter feras; 16. tréſque hi viri in ea fuerint; *ne* vivam ego, ait Dominus Jehova, ſi filios & filias liberent, ſoli ipſi ſervabuntur & terra erit deſolata. 17. Si in eam terram immiſero gladium, eúmque terram peragrare juſſero, & exſcidero ex ea homines & beſtias, 18. tréſque illi viri in ea fuerint, *ut* vivo ego, ait Dominus Jehova: ſic nec illi filios & filias liberabunt, ſed ipſi ſoli ſervabuntur. 19. Si peſtem immiſero in eam terram, atque effudero in eam iram meam ad ſanguinem usque, ut ex ea exſcindantur homines & bruta; 20. Noachúſque, Daniel & Job in ea fuerint, *ne* vivam, ait Jehova, ſi filium aut filiam liberent; at ipſi innocentiâ ſuâ vitam ſervabunt.

21. Sic verò dixit Dominus Jehova: quamvis quatuor gravia à me ſupplicia, gladium, famem, feram & peſtilentiam immiſſurus ſim in Jeroſolimam, ut ex ea homines & bruta exſcindam; 22. attamen in ea remanebunt, qui evadent, atque educabuntur, filii & filiæ, iique mox exibunt ad vos, videbitis eorum viam & ſtudia, & ſolabimini vos, ob calamitatem, quam Jeroſolimæ immiſero, cum omnibus *malis* quibus, eam adfecero. 23. Solabimini vos, cùm videritis eorum viam, & ſtudia, ac ſcietis me, non ſine cauſa, feciſſe quidquid in ea re fecero, ait Dominus Jehova.

Com-

Digitized by Google

Comparatio Jeroſolimæ & Judæ cum ligno vitis, ex qua quàm inutiles eſſent ad pietatem liquet.

1. FActa ſunt ad me verba Jehovæ in hanc ſententiam : 2. Fili hominis, quid eſt cur vitis lignum ulli ligno præferas ? an palmes habetur, inter arbores ſilvæ ? 3. An ex eo deſumi queat lignum ad aliquod opificium faciendum ? ánve ex eo ſument paxillum, è quo vas ullum ſuſpendatur ? 4. Imò verò in ignem conjicitur, ut abſumatur; duabus autem ejus extremitatibus abſumtis, exuſtáque mediâ parte, an commodè *ullum ex eo* opificium fiet ? 5. Cùm eſſet integrum non elaborabatur, *in ullum* opificium; poſtquam verò ignis id ambuſſerit & *penitus* conſumſerit, fiet etiamnum *ex eo* opificium ? Caput XV.

6. Propterea dixit Dominus Jehova: quale eſt lignum vitis, inter arbores ſilveſtres, quod dedi ut igne abſumeretur; ſic *in exitium* dedi incolas Jeroſolimæ. 7. Convertam in eos vultum meum, ex igne egredientur & alter ignis eos abſumet, intelligetíſque me eſſe Jehovam, cùm vultum meum in eos convertero. 8. Reddam terram deſolatam, quia deliquerunt in me, ait Dominus Jehova.

Deus in Jeroſolimam, quaſi in impudicam mulierem, invehitur; eique juſtas pœnas denunciat, factâ tamen ſpe reſtitutionis.

1. FActa ſunt Jehovæ verba ad me, in hanc ſententiam; 2. Fili hominis, indicato Jeroſolimæ abominanda ſua facta, 3. dicitóque : ſic ait Dominus Jehova Jeroſolimæ: origo tua & natales tui ſunt è terra Chananæa, pater tuus erat Amorrhæus & mater tua Chitthæa. 4. Cùm nata es, præciſus non fuit umbilicus tuus, aquâ lota non es, ut niteres, neque ſale adſperſa es, nec faſciis involuta. 5. Non miſertus eſt tui oculus, ut unum ex iis tibi faceret, eò quòd tui miſeraretur ; abjecta es in agri ſuperficiem, quod vita tua ſperneretur, die quo nata es. 6. Tranſivi juxta te, & cùm vidiſſem te provolutam in ſanguine tuo, dixi tibi: in ſanguine tuo vive; dixi, *inquam*, tibi in ſanguine tuo vive. 7. Conceſſi tibi augmentum, quaſi ſurculo agri, major facta es, creviſti, evaſiſti formoſa, ubera tua ſororiaverunt, pilus tuus germinavit; interim nuda eras & retecta. 8. Cùm juxta tranſirem te vidi, cúmque id eſſet tempus, quo poſſes amari, oram veſtis meæ ſupra te oppandi, nuditatem tuam operui, jusjurandum tibi dedi, pactum tecum inii, ait Jehova, & mea fuiſti. 9. Ablui te aquâ, ſanguinem tuum elui, téque oleo unxi, 10. veſtivi te veſtibus acu pictis, calceos rubros tibi dedi, ſubſtravi te byſſo & texi te ſerico; 11. mundo muliebri te inſtruxi, impoſui manibus tuis armillas, & torquem faucibus; 12. dedi annulum nari tuæ, inaures auribus tuis, & coronam decoram capiti tuo. 13. Ornata es auro & argento, veſtis tua fuit byſſina, ſerica, atque acu picta : ſimila, melle & oleo veſcebaris; pulcherrima facta eras & ad regiam uſque dignitatem perveneras. 14. Fama pulcritudinis tuæ per Gentes ſparſa erat; quia abſoluta fuit, cum ornatu; quem tibi impoſueram, ait Dominus Jehova. Caput XVI.

15. Sed quia fidebas pulcritudini tuæ, ſcortata es, ſpretâ famâ tuâ, atque in quemvis viatorem ſcortationes tuas effudiſti, ejus facta eſt *tua forma*. 16. Sumſiſti è veſtimentis tuis ornaſtique excelſa tua maculoſis *cortinis*, inque iis ſcortata es, *eo modo* qui non contigerat, neque *poſthac* erit. 17. Accepiſti vaſa, quibus gloriabaris, ex auro atque argento meo, quæ tibi dederam, feciſtique tibi imagines maſculorum, cum quibus ſcortata es. 18. Sumſiſti veſtem tuam acu pictam, quâ eas texiſti, oleúmque & ſuffitum meum coram iis poſuiſti. 19. Panem meum, quo te donaveram, ſimilam, oleum & mel quæ comedenda tibi dedi, iis edenda adpoſuiſti, in odorem placamenti; quod factum eſt, ait Dominus Jehova. 20. Cepiſti filios tuos & filias tuas, quos mihi pepererant matres, eoſque illis *Diis* mactaviſti, ut abſumerentur igne. An parum videbatur te ſcortatam eſſe, 21 ut præterea jugulares filios meos, ut eos illis adoleres? 22. In omnibus tuis abominandis factis & ſcortationibus, non es recordata temporis adoleſcentiæ tuæ, cùm eſſes retecta, nuda atque in ſanguine tuo provoluta. 23. At poſt omnem tuam nequitiam (væ, væ tibi! ait Dominus Jehova) 24. ædificaſti tibi ſuggeſtum, & locum editum, in quavis platea, feciſti. 25. Ad capita omnia viarum ædificaſti tibi locum editum & fœdaſti formam tuam; divaricaſti pedes omni prætereunti, & fornicationes ingenti numero admiſiſti.

miſiſti. 26 Scortata es cum Ægyptiis vicinis tuis, quibus eſt magna caro, multáſque
admiſiſti ſcortationes, ut me irritares. 27. Nunc verò extendi manum meam contra te,
demenſum tuum minui, & tradidi te libidini eorum qui te oderant, filiarum,
nempe, Philiſthæorum, quas pudet facinoroſæ tuæ viæ. 28. Scortata etiam es cum
Aſſyriis, ſine ſatietate, fornicata es, *inquam*, cum illis, necdum es ſatiata. 29. Mul-
tam etiam ſcortationem admiſiſti, in terra Chananæa, usque ad Chaldæam, neque etiam,
hac in re, ſatiata es. 30. Quàm languidus factus eſt animus tuus, ait Dominus Jeho-
va, dum omnia iſta facis, *quæ ſunt* opus mulieris meretricis, quæ eſt ſui juris; 31. cùm
ædificares ſuggeſta tua in capite omnis viæ, atque in omni via excelſa faceres; nec ta-
men fuiſti meretricis inſtar, in ſpernenda mercede. 32. Mulier adultera, pro viro ſuo,
excipit alienos. 33. Omnibus meretricibus dare ſolent mercedem, at tu donaſti merce-
de omnes amaſios tuos, eóſque conducebas, ut ad te undequaque ingrederentur, in
ſcortationibus tuis. 34. In te & tuis ſcortationibus, contrarium factum eſt aliis mulie-
ribus, nec poſt te *alia ſimilis* ſcortatio admiſſa eſt, cùm dederis mercedem, nec merces
data tibi fuerit, & contrà *quàm faciunt aliæ* te geſſeris.

35. Quamobrem, tu meretrix, audi verba Jehovæ: 36. ſic dixit Dominus Jehova;
quandoquidem æs tuum profudiſti & retecta eſt nuditas tua tuis amaſiis in ſcortationi-
bus tuis, & omnibus ſtercoreis & abominandis tuis *Diis*, & pro cædibus filiorum tuo-
rum, quos iis dediſti; 37. propterea congregabo omnes amaſios tuos, quibus jucunda
fuiſti, & omnes quos amaſti, cum omnibus, quos odio habuiſti; congregabo, *inquam*, eos
adverſus te undequaque, retegámque iis tuam nuditatem, quam totam videbunt. 38 Ju-
dicium in te inſtituam, *qualia* ſunt judicia de adulteris, & ſanguinem effundentibus, da-
bóque te cædendam iræ & zelotypiæ. 39 Tradam te in eorum manum, deſtruent
ſuggeſta tua, diruent excelſa, veſtibus tuis ſpoliabunt te, auferent vaſa, quibus te orna-
bas, relinquéntque te nudam & retectam? 40 Adducent contra te cœtum, téque la-
pidibus obruent, & gladiis ſuis confodient. 41. Igne comburent domos tuas atque exer-
cebunt in te judicia, coram multis mulieribus; faciámque ut meretrix eſſe deſinas, néve
mercedem ampliùs des. 42. Faciam ut ſedetur ira mea in te, recedet zelotypia mea à
te, quieſcam, ne amplius iraſcar. 43. Quia oblita eras dierum adoleſcentiæ tuæ, &
me hiſce omnibus provocaras: viciſſim ego de via tua ſupplicium ſumſi, ait Dominus
Jehova; nec perfeciſti quod omnibus abominandis factis tuis moliebaris. 44 Quicum-
que proverbiis utitur, hoc in te utetur, his verbis: qualis mater, talis filia. 45. Filia
es matris tuæ tu, quæ virum & filios ſuos faſtidiebat; ſoror es tu tuæ ſororis, *ambæ*
faſtidierunt viros & filios ſuos. Mater veſtra Chitthæa & pater Amorrhæus fuit. 46. So-
ror tua major *natu* fuit Samaria, ejúſque filiæ, quæ habitat ad ſiniſtram tuam; Soror
verò *natu* minor, quæ ad dextram habitabat, fuit Sodoma, & filiæ ejus. 47. Neque in
earum viis inceſſiſti atque abominanda eorum facta imitata es, quaſi parum *hoc fuiſſet*,
faſtidiiſti, & corruptiorem te exhibuiſti illis, in omnibus tuis viis. 48. *Ne* vivam ego,
ait Dominus Jehova, ſi ſe geſſit Sodoma, quæ ſoror tua eſt, & filiæ ejus, quemad-
modum tu & filiæ tuæ feciſtis. 49. En hæc fuit depravatio ſororis tuæ Sodomæ; ſu-
perbia, ſatietas panis, ſecura tranquillitas ei filiabúſque ejus fuere; nec manum egeni
ac mendici confirmabant. 50. Superbæ factæ erant, réſque abominandas admittebant,
coram me; *ideóque* eas amovi, quemadmodum vidiſti. 51. Samaria verò ne dimidiam
quidem partem peccatorum tuorum admiſit, plura abominanda facta admiſiſti quàm il-
læ; effeciſti ut ſorores tuæ innocentes viderentur, omnibus abominandis tuis factis
52. Quare etiam tu fer ignominiam tuam, quæ damnabas ſororem tuam, ob peccata
tua, quibus res majore abominatione dignas, quàm illæ admiſiſti, ita ut innocentiores
te viderentur; tu quoque, *inquam*, erubeſce & fer ignominiam tuam, cùm feceris ut
juſtæ viderentur ſorores tuæ.

53. Reducam tamen earum captivos, Sodomæ & filiarum ejus captivos, Samariæ
& filiarum ejus captivos, & tuos ipſius captivos, inter illos; 54. ut feras ignominiam
tuam atque erubeſcas, propter omnia quæ feciſti, cùm eas ſolareris. 55. Sorores tuæ
Sodoma & filiæ ejus, in antiquas ſuas ſedes revertentur; redibunt & Samaria ac filiæ
ejus in veteres ſuos agros, túque & filiæ tuæ pariter ad priſtinas ſedes revertemini.
56. Non fuit Sodomæ ſororis tuæ mentio, in ore tuo, tempore ſuperbiæ tuæ. 57. an-
tequàm revelaretur tua improbitas, ut tempore opprobrii filiarum Syriæ, & omnium ejus
finitimarum, filiarúmque Philiſthæorum, quæ te circumquaque aſpernabantur. 58. Pra-
va tua molimina atque abominanda facta tu feres, ait Jehova. 59. Sic enim, ait Do-
minus Jehova, me tecum geram, quemadmodum tu te geſſiſti; quæ *ita* ſpreviſti jus-
juran-

jurandum, ut fœdus fregeris. 60. Recordabor tamen ego fœderis mei tecum *initi*, tempore adoleſcentiæ tuæ, & fœdus æternum tecum confirmabo. 61. Recordaberis viarum tuarum, & erubeſces, cùm receperis tuas ſorores te *natu* majores, unà cum minoribus natu, dederóque tibi eas, ut filiæ *tuæ* ſint, ſed non ex fœdere tuo. 62. Firmabo ego fœdus meum tecum, & Jehovam me eſſe cognoſces, 63. ut *delictorum tuorum* recorderis, pudoréque adficiaris, & præ rubore vultûs tui os non ampliùs aperias, cùm placatus tibi fuero, propter omnia quæ feciſti, ait Dominus Jehova.

Parabolica deſcriptio ſortis Sedekiæ Regis Judæ, ejúsque explicatio, cui ſubjicitur promiſſio de Meſſia.

1. Facta ſunt etiam ad me verba Jehovæ, in hanc ſententiam: 2. Fili hominis, proloquere ænigma, & profer parabolam de domo Iſraëlis, 3. ac *ſic* dicito: ita dixit Dominus Jehova: Aquila magna, magnis alis, longis plumis, plena pennis, quibus erat variegata, venit ad Libanum, adripuítque verticem cedri, 4. & ſummum ramorum ejus avulſit, quem adtulit in terram Chananæam, atque in emporio poſuit. 5. Sumſit etiam è ſemine ejus terræ, poſuitque in agro plantarii, quem delegerat juxta aquam multam, & diligenter *terræ* mandavit. 6. Germinavit ergo, & factúm eſt vitis luxurians, ſed humili trunco, ita ut rami ejus ad eam eſſent converſi, útque radicibus ſuis niteretur; & cum facta eſt vitis, protulit palmites & flagella. Caput XVII.

7. Rurſus fuit aquila quædam magna, magnis alis & multis pennis, ad quam hæc vitis flectebat radices ſuas, & ramos ſuos ad eam emittebat, ut irrigaret eam ex ilicibus plantarii ſui. 8. In agro fertili & juxta aquam multam plantata, ut emitteret frondes, & fructum ferret, ita ut eximia vitis evaderet.

9. Dic: ſic ait Dominus Jehova, an res bene ei cedet? Annon radices ejus evellet, fructus ejus exſcindet, ut *planta* areſcat, & omnes ſurculi qui fruticaverant, exſiccentur; *idque* non magnâ vi, nec multo populo, ut eam radicitus tollat? 10. En plantata eſt, an proſperè res cedet? annon cùm eam adtigerit ventus Orientalis, exſiccabitur & in ilicibus germinis ſui areſcet? 11. Facta poſtea ſunt verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam: 12. dic domui rebelli: annon ſcitis quid hæc *ſibi velint?* Dicito: en venit Rex Babylonis Jeroſolimam, cepítque Regem & principes ejus, atque abduxit eos ſecum Babylonem. 13. Tum cepit *virum* è regia ſtirpe, fœdus cum eo feriit, ab eò jusjurandum exegit, regionísque proceres cepit; 14. ut eſſet regnum humile, ne ſuperbiret, *ſed* ut obſervans eſſet fœderis, atque in eo ſtaret. 15. Verùm *is* in illum rebellavit, miſſis in Ægyptum legatis, ut ſibi darentur equi & copiæ multæ. An *res ei* bene cedet? an hæc faciens evadet; & fracto fœdere, effugiet? 16. *Ne* vivam ego, ait Dominus Jehova, niſi in ſedibus Regis, qui Regem eum fecit, cui datum jusjurandum ſprevit, cum quo initum fœdus fregit, cum eo in media Babylonia moriatur. 17. Non magno exercitu, neque copiis multis, bellum cum eo geret Pharaho, ſed ſtructo aggere, ædificatáque turri, ad multos occidendos. 18. Sprevit jusjurandum, ut fœdus frangeret; dedit manum ſuam, & cùm hæc omnia fecerit, non evadet. 19. Propterea, ſic ait Dominus Jehova: *ne* vivam ego, niſi jurisjurandi quod ſprevit, & fœderis mei, quod irritum fecit, pœnas de eo ſumſero. 20. Expandam in eum rete meum, capietur meâ ſagenâ, faciam ut abducatur Babylonem, & judicium illic feram de defectione, quâ à me deſcivit. 21. Omnes qui fugient, cum eo, gladio cadent, cum omnibus ſuis turmis, reliqui in omnes ventos ſpargentur, & me Jehovam adloquutum eſſe intelligetis.

22. Sic dixit Dominus Jehova: ego ſumam tenerum ramum è ſummo vertice cedri, eúmque exſcindam & plantabo in monte excelſo & ſublimi. 23. In altiſſimo monte Iſraëlis, eum plantabo, ubi emittet ramos, fructum edet, fiet eximia cedrus, & habitabunt ſub eo omnes aves, omnes volucres ſub umbra ramorum ejus nidificabunt. 24. Tum intelligent omnes arbores agrorum me Jehovam arborem altam humilem reddere, atque arborem humilem adtollere; exſiccare etiam arborem virentem, & facere ut fruticet arbor ſicca. Ego Jehova hæc dixi, atque faciam.

Conſu-

Confutatur à Deo impietas Judæorum, dictitantium hebetes eſſe ipſorum dentes, ob omphaces à Majoribus ſuis comeſtos, quibus verbis Deum injuſtitiæ arguebant.

CAPUT XVIII. 1. FACTA ſunt verba à Jehova, ad me, in hanc ſententiam: 2. cur vos utimini hoc adagione, cùm loquimini de terra Iſraëlitica: patres quidem comederunt uvam acerbam, filiorum verò dentes propterea obſtupuerunt. 3. *Ne* vivam ego, ait Dominus Jehova, ſi ulteriùs, in Iſraële, eo adagio utemini. 4. Omnes animæ meæ ſunt, ut anima patris, ſic & anima filii; anima quæ deliquerit ipſa morietur. 5. Si quis vir fuerit innocens, juráque & juſtitiam ſequutus fuerit; 6. nec in montibus comederit, nec oculos ſuſtulerit ad ſtercoreos Deos domûs Iſraëlis; uxorem proximi ſui non vitiaverit, nec ad mulierem menſtruis laborantem acceſſerit; 7. neque ullum oppreſſerit, creditori pignus reddiderit, aliena non rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, nudum veſtimento texerit; 8. fœnori non collocarit, neque uſuram acceperit, manum ſuam ab iniquis factis averterit, judicium ex veritate, inter duos *litigantes*, tulerit, 9. qui in inſtitutis meis inceſſerit, jura mea obſervarit, ut ad veritatem ſe componeret; is juſtus erit, & vivet, ait Dominus Jehova.

10. Si verò genuerit filium graſſatorem qui ſanguinem effundat, faciátque unum ex iis, *quæ illicita ſunt*. 11. & *quæ præcepta ſunt* eorum nihil faciat, qui in montibus comederit, qui uxorem proximi ſui vitiarit, 12. egenum & pauperem oppreſſerit, aliena rapuerit, pignus non reddiderit, ad ſtercoreos Deos ſuſtulerit oculos, abominanda commiſerit; 13. fœnori collocarit, atque uſuram acceperit; *an ejuſmodi homo* vivet? *Imò* non vivet; cùm omnia illa abominanda facta admiſerit, morietur, & mortis ſuæ cauſa ipſe fuerit.

14. Si verò *&* *ipſe* genuerit filium, qui cùm viderit omnia peccata, quæ pater ſuus admiſit, nec tamen ea imitatus fuerit, 15. non comederit in montibus, oculos non ſuſtulerit ad ſtercoreos Deos domûs Iſraëlis, uxorem proximi ſui non vitiarit, 16. neminem oppreſſerit, pignus non acceperit, aliena non rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, nudum veſtimento operuerit, 17. ab afflicto manum ſuam averterit, nec fœnus, nec uſuram acceperit, jura mea obſervarit, in inſtitutis meis inceſſerit; *ejuſmodi* homo non morietur, propter iniquitatem patris ſui, ſed vivet. 18. Pater ejus *tantùm*, quia oppreſſor fuit, fratris ſui *bona* rapuit, ídque quod bonum non erat admiſit, inter populares ſuos, *is demum*, propter iniquitatem ſuam, morietur.

19. Si dixeritis: cur non fert filius pœnas iniquitatis patris? Exercuit, *nimirum*, filius jus & juſtitiam, omnia mea inſtituta obſervavit & fecit, *ideóque vivet*. 20. Anima quæ peccaverit morietur, filius non feret *pœnas* iniquitatis patris, nec pater feret *pœnas* iniquitatis filii. Juſtitia juſti ei proderit, & improbitas improbi ei nocebit. 21. Sed improbus, qui *ad ſanam mentem* redierit, ex omnibus ſuis peccatis, quæ admiſit, meáque inſtituta obſervarit, júſque & juſtitiam exercuerit, vivet, nec morietur. 22. Nulla ejus defectionum, in quas incidit, ei memorabitur, ob juſtitiam, quam exercuerit, vivet. 23. An delector morte improbi, ait Dominus Jehova, non verò reditu ejus à ſuis viis, ut vivat? 24. *Contrà* ſi juſtus à juſtitia ſua ſe averterit, atque iniquè ſe geſſerit, pro omnibus abominandis factis improbi, an vivet? *Imò* nulla ejus juſtè facta memorabuntur propter defectionem ſuam, & peccatum quod admiſerit, propter hæc, inquam, morietur.

25. Attamen dixiſtis: non eſt æqua via Domini; verùm audito, domus Iſraëlis, annon eſt æqua via mea? annon *potiùs* viæ veſtræ iniquæ ſunt? 26. Cùm juſtus ſe averterit à juſtitia ſua, atque iniquè facta admiſerit, propter iniqua illa facta, quæ admiſerit, morietur. 27. Cùm verò redierit *ad bonam frugem* improbus ab improbis factis, quæ admiſit, júſque & juſtitiam exercuerit, *ille demum* animam ſuam ſervabit. 28. *Re* animadverſâ, averſus eſt ab omnibus defectionibus, in quas incidit, vivétque, nec morietur. 29. Dixerunt tamen domus Iſraëlis: æqua non eſt via Domini. An meæ viæ non ſunt æquæ, domus Iſraëlis? annon *potiùs* viæ veſtræ æquæ non ſunt? 30. Itaque de unoquoque veſtrûm, ex viis ejus judicabo, ô domus Iſraëlis, dixit Dominus Jehova. Redite ergo *ad ſaniorem mentem*, & revocate *animos veſtros* ab omnibus defectionibus veſtris, nec vitium veſtrum vobis offendiculo erit. 31. Abjicite à vobis omnes defectiones veſtras, quibus deliquiſtis, & facite vobis cor novum & ſpiritum novum,

nam

nam cur moreremini, domus Iſraëlis? 32. Neque enim delector morte morientis, ait Dominus Jehova; revocate *à malo animos veſtros*, & vivetis.

Jubetur Propheta querelam fundere de Judæorum ſtatu, qui deſcribuntur ſub imagine leænæ & vitis luxuriantis.

1. TU verò tolle leſſum, de principibus Iſraëlis 2. & dicito: cur mater tua leæna, Caput
inter leones procubuit, atque inter leunculos catulos ſuos educavit? 3. Emiſit XIX.
unum è ſuis catulis, qui leunculus factus eſt, didicítque prædam rapere & hominem
comedit. 4 Cùm audiiſſent de eo gentes, in foſſa earum captus eſt, abduxerúntque eum
hamis in terram Ægyptiam. 5. Videns ergo mater *fruſtra* fuiſſe exſpectationem ſuam,
ſumſit alterum è catulis ſuis, quem leunculis admiſcuit. 6. Dum verſabatur inter leo-
nes, leunculus factus didicit prædam rapere & hominem comedit. 7. Conſtupravit
etiam viduas eorum, urbes vaſtavit, terráque & quidquid eam implebat deſolata ſunt,
propter rugitûs ejus ſonum. 8. Collocaverunt verò contra eum gentes vicinarum pro-
vinciarum, & expanderunt rete ſuum, atque in foſſa earum captus eſt. 9. Hamis
abductum in carcerem conjecerunt, duxerúntque *inde* ad Regem Babyloniorum: eum
in arces munitas ablegarunt, ne ampliùs vox ejus in montibus Iſraëlis audiretur.
10. Mater tua eſt inſtar vitis ex ſimilitudine tua, juxta aquas plantata, ubi fructus
& frondes edidit, propter aquæ copiam. 11. Fuerunt illi flagella valida, apta ſceptris
dominantium, extulit ſe truncus ejus inter palmites, & conſpicuus factus eſt, altitudi-
ne & multitudine ramorum. 12 At evulſa eſt per iram, atque in terram dejecta, ven-
tus orientalis fructum ejus exſiccavit, confracta ſunt, vel aruerunt valida ejus flagella, ignis
ea conſumſit. 13. Nunc plantata eſt in deſerto, in terra ſicca & ſiticuloſa. 14. Egreſ-
ſus eſt ignis è virgis ramorum ejus, qui fructum ejus abſumſit, nec ampliùs in ea fuit
flagellum validum, *quod poſſet eſſe* ſceptrum dominanti. *Facta eſt* illa *vitis* lamentatione
digna, & lamentationis *argumentum*.

Judæi cùm veniſſent conſultum Deum operâ Ezekielis, à Propheta graviter caſtigantur, & minis propter nequitiam excipiuntur, nec eo ſeciùs meliorem poſtea ſortem exſpectare jubentur.

1. ANNO verò ſeptimo, quinto *menſe*, decimo die menſis, venerunt ad me viri è Caput
ſenioribus Iſraëlis, ad interrogandum Jehovam, ſederúntque coram me. 2. Facta XX.
ergo ſunt verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam. 3. Fili hominis, adloquere Senes
Iſraëlis, iiſque dicito; ſic ait Dominus Jehova; an venitis vos, mei interrogandi cau-
sâ? *Ne* vivam ego, ſi interrogor à vobis, dicit Dominus Jehova. 4. Annon eos dam-
nabis, annon eos damnabis, Fili hominis? Fac ut ſciant abominanda patrum ſuorum
facta, 5. iiſque dicito: ſic ait Dominus Jehova; die, quo elegi Iſraëlem, quo manum
ſuſtuli proli domûs Jacobi, atque iis, in terra Ægyptia, innotui, & ſuſtuli iis manum,
dicens: ego ſum Jehova Deus veſter; 6. die, quo manum ſuſtuli illis, cóſque è terra
Ægyptia eduxi, in terram quam iis exploravi, fluentem lacte & melle, quæ eſt decus
omnium terrarum, 7. dixi illi: quiſque res abominandas oculorum ſuorum projicite,
neque ſtercoreis Ægypti *Diis* vos polluite; ego Jehova ſum Deus veſter. 8. Rebella-
runt verò contra me, nec voluerunt mihi auſcultare, nec res abominandas oculorum
ſuorum abjicere, nec ſtercoreos *Deos* Ægypti reliquerunt. Tum cogitavi de effundenda
in eos ira mea, déque explenda indignatione mea, in media Ægypto; 9. ſed nominis
mei causâ *non* feci, ne violaretur coram gentibus, inter quas fuerant, coram quibus iis
innotueram *Iſraëlitis*, ut eos ex Ægyptia terra educerem, 10. fecique ut illinc exirent,
cóſque adduxi in deſertum. 11. Tum dedi eis inſtituta mea & jura patefeci; quæ quiſ-
quis obſervarit, per ea vivet. 12. Præterea Sabbatha mea iis dedi, ut ſignum eſſent
inter me & illos, ut ſcirent me eſſe Jehovam, qui eos ſibi conſecraſſet. 13. Rebella-
verunt rurſus contra me domus Iſraëlis in deſerto, in inſtitutis meis non inceſſerunt,
mea jura repudiarunt, quæ quiſquis obſervarit, per ea vivet; Sabbatha mea graviter
polluerunt; cogitavíque de effundenda in eos ira mea in deſerto, ad eos abſumendos;
14. ſed nominis mei causâ *non* feci, ne violaretur coram gentibus, ante quarum ocu-
los eos eduxeram. 15. Præterea ſuſtuleram iis manum meam in deſerto, me non in-

tromiſſurum fuiſſe in terram, quâ eos donavi, lacte & melle fluentem, decúsque omnium terrarum; 16. quia jura mea repudiarant, in inſtitutis meis non inceſſerant, Sabbatha mea profanarant, eò quòd animus eorum ſtercoreos *Deos* ſequebatur. 17. Attamen iis pepercit oculus meus, ne eos delerem, neque illos abſumſi in deſerto. 18. Tum dixi eorum filiis in ſolitudine: in inſtitutis patrum veſtrorum ne incedite; nec conſuetudines eorum obſervate, nec vos ſtercoreis *Diis* polluite. 19. Ego Jehova ſum Deus veſter, in inſtitutis meis incedite, jura mea obſervate & facite. 20. Mea Sabbatha ſacra habetote, ſintque ſignum, inter me & vos, ut notum ſit me Jehovam eſſe Deum veſtrum. 21. At rebellarunt in me filii, in inſtitutis meis non inceſſerunt, nec jura mea recordati ſunt, ut ea obſervarent; quæ quisquis fecerit, per ea vivet, Sabbatha mea violarunt; cogitavíque de effundenda in eos ira mea, ut explerem indignationem meam in deſerto. 22. Sed averti manum meam ídque feci nominis mei causâ, ne violaretur coram gentibus. 23. Suſtuli etiam eis manum meam in deſerto, *& dixi* fore ut eos diſſiparem per gentes & disjicerem per terras; 24. quia jura mea non obſervarant, inſtituta mea repudiarant, Sabbatha mea violarant, oculíque eorum ſtercoreos ſuos *Deos* requirebant. 25. Etiam ego eis dedi inſtituta non bona, & jura per quæ non viverent. 26. Pollutos habui in muneribus ſuis, quia traducebant *per ignem* omne primogenitum uteri, ut eos deſolarem, quò me Jehovam eſſe intelligerent.

27. Propterea adloquere domum Iſraëlis, Fili hominis, iíſque dicito: ſic ait Dominus Jehova: præterea, hac in re, contumelioſi in me fuerunt patres veſtri, delictis, quæ in me admiſerunt. 28. Feci ut ingrederentur terram, de qua manum ſuſtuleram, fore ut eâ illos donarem; at illi conſpecto quovis colle excelſo & quavis arbore frondosâ, illic victimas ſuas mactarunt, dona ſua (indignationis *meæ cauſam*) obtulerunt, poſuerunt ibi odorem placamentorum ſuorum, & libarunt ſua libamina. 29. Dixi verò eis: quodnam eſt excelſum, ad quod vos itis? ideóque vocatum eſt excelſum (*Hebraïcè Bamah*) ad hunc usque diem. 30. Dic ergo domui Iſraëlis: ſic dixit Dominus Jehova: annon viâ patrum veſtrorum polluti vos *etiam* eſtis, & cum abominandis eorum *Diis* ſcortamini? 31. Cùm offertis dona veſtra, quando transmittitis filios veſtros per ignem, impurati eſtis, omnibus idolis veſtris, ad hunc usque diem.

Ego verò interrogarer à vobis, domus Iſraëlis? Ne vivam, dixit Dominus Jehova, ſi à vobis interroger. 32. Id etiam, cujus vobis in mentem venit, non erit, cùm dicitis: erimus inſtar gentium & familiarum terræ, ut lignum & lapidem colamus. 33. Ne vivam ego, ait Dominus Jehova, ni manu ſorti, brachio extenſo, atque irâ effusâ, in vos regnem. 34. Educam vos è populis, colligam vos è terris, per quas disjecti eſtis, manu validâ, brachio porrecto, effusâque excandeſcentiâ. 35. Faciam ut veniatis in *locum* à populis deſertum, atque illic, facie ad faciem conversâ, vobiſcum diſceptabo: 36. quemadmodum diſceptavi cum patribus veſtris in deſerto Ægypti; ſic diſceptabo vobiſcum, ait Dominus Jehova. 37. Faciam ut tranſeatis, ſub virgâ, & vos adducam *vinctos*, vinculo fœderis. 38. Repurgabo è vobis rebelles, & qui defecerunt à me, è terra peregrinationum ſuarum educam eos, nec tamen terram Iſraëlis ingredientur, & me Jehovam eſſe ſcietis. 39. O domus Iſraëlis, ſic dixit Dominus Jehova, ite quisque ad ſtercoreos ſuos Deos, eos colite, etiam poſtea, ſi ii eſtis, qui mihi non auſcultant; nec ampliùs nomen meum ſanctum polluetis, donariis veſtris, & ſtercoreis *Diis*.

40. Nam in ſacro meo monte, in monte excelſo Iſraëlis, ait Dominus Jehova, me colat tota domus Iſraëlis, quanta erit in terra: ibi vobis delectabor, ibi quæram veſtras oblationes elatas, & primitias donorum veſtrorum in omnibus rebus conſecratis. 41. Vobis *quaſi* odore placamenti delectabor, cùm vos è populis eduxero, atque è terris, in quas eſtis disjecti, vos collegero, & ſanctum me oſtendam in vobis, coram gentibus. 42. Scietis me eſſe Jehovam, cùm vos intromiſero in terram Iſraëliticam, in terram quâ, ſublata manu, Majores veſtros me donaturum promiſeram. 43. Illic memores eritis viarum veſtrarum atque omnium ſtudiorum veſtrorum, quibus polluti fuiſtis, vóſque palam pigebit vel tædebit omnium pravorum facinorum, quæ admiſiſtis. 44. Intelligetis autem me eſſe Jehovam, quando, propter nomen meum, me geram erga vos, non pro malis veſtris viis, proque ſtudiis veſtris corruptis, ô domus Iſraëlis, ait Dominus Jehova.

Vati-

Vaticinia in Judæos atque Hammonitas.

45. FActa ſunt verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam: 46. Fili hominis;
converte vultum tuum in viam auſtrum versùs *tendentem*, ſtilláque de meridie
& vaticinare de ſilva agri meridiana. 47. Dices autem ſilvæ meridianæ: audi verba Jehovæ:
ſic dixit Dominus Jehova, en tibi ignem ſubjiciam, atque abſumet in te omnem arbo-
rem viridem & omnem arborem ſiccam; nec exſtinguetur flamma *ſemel* accenſa, ſed eâ
comburentur omnia latera, à meridie ad ſeptemtrionem. 48. Videbit omnis caro me
Jehovam eam accendiſſe, *cùm* non exſtinguetur. 49. Tum dixi, ah! Domine Jehova;
dicunt iſti de me; annon *ſemper* ille ſimilitudines profert?

1. Facta ſunt verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam: 2. Fili hominis, converte CAPUT
faciem tuam Jeroſolimam versùs, ſtilla de ejus ſacrariis & vaticinare de terra Iſraëlis. XXI.
3. Dices autem terræ Iſraëlis: ſic dixit Jehova: en ego tibi *dico*: Stringam gladium
meum è vagina, atque exſcindam ex te inſontem & ſontem. 4. Quia ex te exſcidero
inſontem & ſontem, ideò egredietur gladius meus contra omnem carnem, à meridie ad
ſeptemtrionem. 5. Intelliget omnis caro me eſſe Jehovam, qui eduxi gladium meum è
vagina, *in quam* non ampliùs revertetur. 6. Tu verò, Fili hominis, ingemiſce cùm
contritione lumborum, cum amarore ingemiſce, iis ſpectantibus. 7. Cùm autem tibi
dicent: cur *ita* gemis? dices: propter famam, quia venit fama *fore ut* cor omne liqueſcat,
remittantur omnes manus, contrahatur omnis ſpiritus, & omnia genua *in* aquam eant.
Jam venit *fama* & *res* fiet, ait Dominus Jehova.

8. Præterea verba Jehovæ ad me facta ſunt, in hanc ſententiam. 9. Fili hominis,
vaticinare & dic: ſic ait Jehova: dic: gladius exacutus eſt, atque abſterſus. 10. Ut
jugulet eſt exacutus; útque ſplendeat, abſterſus. An gaudebimus virgâ filii mei omne
lignum ſpernente? 11. Dedit eum gladium, ut tergeretur, & manu teneretur. Hic eſt
exacutus gladius, hic eſt abſterſus, ut tradatur in manum occidentis. 12. Clama &
ejula, Fili hominis, quia hic gladius *paratus eſt* in populum meum & in omnes princi-
pes Iſraëlis. Terrores, ob gladium, erunt populo meo; propterea percute femur;
13. nam *hæc eſt* exploratio, & quid ſi virga faſtidioſa non erit? ait Dominus meus
Creator. 14. Tu verò, Fili hominis, vaticinare, & complode manus; duplicabitur,
imò triplicabitur gladius confoſſorum: hic eſt gladius confoſſi magni, atque ad eos pe-
netrans. 15. Quare ut colliqueſcat cor omne, atque augeantur offendicula in omnibus
eorum urbibus, terrorem injeci iis gladii, ah! facti ut fulguret, atque exacuti ad macta-
tionem. 16. Quære ſolitudinem, ad dextram te converte, diſpone te, converte te ad
ſiniſtram; in quamcumque partem acies tua ſit parata. 17. Etiam ego complodam ma-
nibus, & ſedabo meam iram; ego Creator ſum loquutus.

18. Facta ſunt deinde Jehovæ ad me verba, in hanc ſententiam: 19. Tu, Fili ho-
minis, propone tibi duas vias, *per quas* veniat gladius Regis Babyloniæ; *è* terra una
ambæ oriantur & ſpatium *tibi* delige, in capite viæ ad urbem delige. 20. Vias tibi
propones, *per quas* veniat gladius, *eam quæ tendit* Rabbatham Hammonitarum, & *eam
quæ tendit* ad Judam & Jeroſolimam urbem munitam. 21. Stetit enim Babyloniorum
Rex in compito, in capite duarum viarum, ut divinationem inſtituat, expolivit ſagit-
tas, interrogavit imagines, inſpexítque jecur *victimarum*. 22. In dextra ejus *fuit* divina-
tio Jeroſolimæ, ut admoveret arietes, os aperiret ad cædem, tolleret vocem cum voci-
feratione, admoveret arietes portis, ſtrueret aggerem, ædificaret turrim. 23. Attamen viſa eſt
hæc Babyloniis divinatio fallax, *quia* juraverant iis *Jeroſolimitani*; hæc verò *divinatio* improbi-
tatem revocabat in memoriam, ut caperentur. 24. Ideò ſic dixit Dominus Jehova: quia
revocatis memoriam iniquitatis veſtræ, dum defectiones veſtras retegitis, ut cernantur
peccata veſtra, in omnibus ſtudiis veſtris; quia *hæc* revocatis in memoriam, manu ca-
piemini. 25. Tu verò profanus *es &* improbus, ô princeps Iſraëlis, cujus dies venit,
tempore iniquitatis tuæ *&* finis. 26. Sic dixit Dominus Jehova; amove hanc cidarim,
& adtolle coronam hanc, non illam; humilem adtollens, & altam deprimens. 27. Obli-
quam, obliquam, obliquam hanc ponam; nec etiam hæc erit, donec venerit is cujus
hoc jus eſt, & cui dabo.

28. Tu verò, Fili hominis, vaticinare & dic: ſic ait Dominus Jehova Hammoni-
tis, atque ad eorum opprobrium dic: gladius, gladius ſtrictus *eſt* ad jugulationem &
terſus ad abſumendum, quia fulgurat; 29. dum *vates* tibi vident falſa, & divinant men-
dacia, ut te addant cervicibus confoſſorum improborum, quorum dies venit, tempore

iniquitatis, *&* finis. 30. Repone eum in vaginam; in loco in quo conditus es, *ô*
Hammonita, in terra negotiationum tuarum, de te judicium feram. 31. Effundam in te
indignationem meam, in igne excandeſcentiæ meæ, flatum contra te mittam, téque tradam
in manum virorum ferocium, qui perniciei *tuæ* fabri erunt. 32. Igni paſtui eris, ſan-
guis tuus in media *tua* terra effundetur; non memoraberis ampliùs, nam ego Jehova
ſum loquutus.

Vaticinia in Judæos, omniúmque ordinum caſtigationes.

CAPUT XXII. 1. VERBA Jehovæ ad me facta ſunt, in hanc ſententiam: 2. Annon damnabis, tu
Fili hominis, annon damnabis urbem ſanguinariam, omniáque ejus abominanda
facta ei nota facies? 3. Dicito: ſic ait Dominus Jehova: urbs eſt quæ in ſe effundit ſan-
guinem, ut veniat tempus ſuum, quæque facit ſtercoreos *Deos*, contra ſe, ut pollua-
tur. 4. Deliquiſti in ſanguine tuo, quem effudiſti, atque in ſtercoreis *Diis*, quos fe-
ciſti, polluta es, feciſti ut adpropinquaret dierum tuorum *finis*; annos, *quibus ſtabis*, ad-
tigiſti; ideóque te in opprobrium omnibus gentibus, atque in omnium terrarum ludi-
brium tradidi. 5. Proximæ *tibi*, & à te remotæ illudent tibi, ô polluta nomine, &
magni tumultûs. 6. Principes Iſraëlis, quiſque, pro viribus ſuis, fuerunt apud te,
ut ſanguinem effunderent. 7. Parentes ſuos ſpreverunt apud te, peregrinum oppreſſe-
runt apud te, viduam & pupillum defraudarunt apud te. 8. Sacraria mea ſpreviſti &
Sabbatha mea profanaſti. 9. Calumniatores fuerunt in te, ad effundendum ſanguinem,
apud te comederunt in montibus, *&* ſcelera commiſerunt apud te. 10. *Eſt quæ* nudita-
tem patris retexerit in te, *ſunt qui* menſtruorum causâ immundam compreſſerint in te.
11. Unuſquiſque cum uxore proximi ſui rem abominandam admiſit, unuſquiſque nu-
rum ſuam ſcelerate polluit, unuſquiſque ſororem ſuam, filiam patris ſui, compreſſit, apud
te. 12. Munus acceperunt in te, ad effundendum ſanguinem, uſuram & fœnus accepiſti,
lucrum captaſti è proximo tuo eum opprimendo, oblitáque es mei, ait Dominus Jehova.
13. En ego comploſi manus, ob avaritiam tuam, quam exercuiſti, & cædes, quæ intra
te factæ ſunt. 14. An tibi animus conſtabit? an manus tuæ firmæ erunt, in diebus qui-
bus faciam *hæc* tecum. (Ego Jehova loquutus ſum, *id*que exſequar.) 15. Spargam te,
per gentes, disjiciam te per terras, faciámque ut deſinat immunditia, quæ in te eſt,
16. Intra te profanaberis, in conſpectu gentium, méque Jehovam eſſe intelliges.

17. Præterea verba Jehovæ mihi prolata ſunt, in hanc ſententiam: 18. Fili hominis,
facta eſt mihi domus Iſraëlis ſcoria: quotquot ſunt æs, ſtannum, ferrum, plumbum in
catino, ſcoriæ argenti fuere. 19. Ideò ſic dixit Dominus Jehova: quia vos omnes
ſcoriæ facti eſtis, mox congregabo vos in mediam Jeroſolimam. 20. Ut argentum, æs,
ferrum, plumbum & ſtannum in catinum colligantur, ut ignis flatu accenſus ea lique-
faciat: ſic vos in ira mea, atque in excandeſcentia congregabo, faciámque ut quieti fi-
tis, quò curem vos liquefieri. 21. Congregabo, *inquam*, vos, ignémque iræ meæ fla-
tu contra vos accendam, atque in ea *urbe* liquefietis. 22. Quemadmodum liquefit ar-
gentum, in medio catino, ſic liquefacti in ea eritis, & ſcietis me eſſe Jehovam, cùm
excandeſcentiam meam in vos effudero.

23. Fuerunt etiam Jehovæ verba ad me, in hanc ſententiam: 24. Fili hominis, tu
es terra quæ non mundata es, non es pluviâ rigata, die indignationis. 25. Eſt in ea con-
juratio Prophetarum ejus, qui ſunt inſtar leonum rugientium & prædam auferentium,
homines abſumſerunt; potentiam & honorem conſequuntur, viduarum Iſraëlis numerum
in eo augent. 26. Sacerdotes ejus meam legem perfregerunt, Sacraria mea polluerunt,
ſacrum à profano non ſecreverunt, non oſtenderunt mundi & immundi diſcrimen, Sab-
batha mea ſe neſcire ſimularunt, atque inter eos profanabar. 27. Principes in ea erant,
inſtar luporum prædam rapientium, *&* parati ad effundendum ſanguinem, & perden-
dos homines, lucri cupiditate. 28. Prophetæ ejus in eorum gratiam tectorio linebant,
falſa viſa habebant, & mendacia divinabant; cùm dicerent: ſic dixit Dominus Jehova,
nec tamen Jehova erat loquutus. 29. Populum terræ oppreſſerunt atque expilarunt,
egenum & pauperem adflixerunt, peregrinum ſine jure oppreſſerunt. 30. Quæſivi in-
ter eos virum, qui ſepem muniret, qui ſtaret coram me, in diruta parte *muri*, pro terra,
ne periret; nec inveni. 31. In eos indignationem meam effundam, igne iræ meæ eos
abſumam, viáque eorum ut in caput ipſorum recidat efficiam, ait Dominus Jehova.

Vatici-

Digitized by Google

Vaticinia & caſtigationes in Samariam & Jeroſolimam, quæ ſub imagine duarum ſororum, earúmque impudicarum deſcribuntur.

1. FActa ſunt ad me verba Jehovæ, in hunc ſenſum: 2. Fili hominis, duæ mulieres erant, unius matris filiæ. 3. *Hæ* ſcortatæ ſunt in Ægypto in adoleſcentia ſua, compreſſa ſunt illic earum ubera & contrectatæ virginales mammæ. 4. Nomina iis erant Oholæ majori natu, & Oholibæ ſorori ejus. Hæ mihi fuerunt, pepererúntque filios & filias, & nomina iis *impoſita* Oholæ Samariæ, & Oholibæ Jeroſolimæ. 5. Scortata verò eſt Ohola ſub me, *amavit*que amantes Aſſyrios bellatores, 6. indutos hyacintho, duces, legatos, juvenes expetendos, quotquot erant, & equites, qui equis vehebantur. 7. Scortationibus ſuis eis dedita eſt, delectis Aſſyriorum, quotquot erant, quos omnes adamavit, & quorum cunctis ſtercoreis *Diis* polluta eſt. 8. Nec fornicationes ſuas ab Ægypto deſeruit, quia concubuerant *Ægyptii* cùm ea, uberáque ejus virginalia compreſſerant, atque in eam ſcortationem ſuam effuderant. 9. Quamobrem tradidi eam in manum amatorum ſuorum Aſſyriorum, quos deperibat. 10. Illi autem retexerunt nuditatem ejus, filióſque & filias ejus ceperunt, eámque gladio interfecerunt; & fuit famoſa, inter mulieres, poſtquam pœnæ de ea ſumtæ fuiſſent. CAPUT XXIII.

11. Vidit *hæc* ſoror ejus Oholiba, corruptiórque fuit in amoribus ſuis, quàm illa, atque in ſcortationibus ſuis, quàm ſoror ſua. 12. Aſſyrios deperiit, duces, legatos, bellatores cataphractos, equites qui vehebantur equis, juvenes expetendos, quotquot erant. 13. Vidi eam eſſe pollutam atque ambarum eamdem viam. 14. Sed *hæc* auxit ſcortationes ſuas, cùm vidiſſet viros pictos in pariete, imagines Chaldæorum minio expreſſas; 15. quorum lumbi erant cingulo cincti, quíque abundabant tinctis tæniis in capitibus ſuis, & ſpeciem ducum præ ſe ferebant omnes, ad inſtar Babyloniorum, *quorum* Chaldæa eſt natale ſolum. 16. Deperiit eos ex ſpecie, *quæ* oculos ſuos *feriit*, miſitque ad eos nuncios in Chaldæam. 17. Venerunt verò ad eam Babylonii, in amorum cubile, contaminarunt eam, ſcortatione ſuâ, ſéque ipſa cum iis polluit; *nec eo fecius* aliena ab iis facta eſt. 18. Cùm autem retexiſſet nuditatem ſuam, alienatus ab ea ſum, quemadmodum alienus ab ejus ſorore factus fueram. 19. At illa auxit ſuas ſcortationes, cùm recordaretur dierum adoleſcentiæ ſuæ, quibus in terra Ægyptia erat fornicata. 20. Deperiit Ægyptios, plus quàm ſolent eorum pellices, quia caro eorum eſt *inſtar* carnis aſinorum, & fluxus *inſtar* fluxûs equorum. 21. Quæſiviſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ, cùm comprimerentur ab Ægyptiis ubera tua, propter adoleſcentiæ tuæ mammas.

22. Propterea, Oholiba, dixit Dominus Jehova; en ego amatores tuos contra te mox concitabo, à quibus alienata es, faciámque ut undequaque adversùs te veniant, 23. Babylonii & omnes Chaldæi; *qui te* inviſant, vociferentur & accedant; omnes cum eis Aſſyrios, juvenes expetendos, duces & legatos, quotquot ſunt, tribunos atque evocatos, omnes equis vectos. 24. Hi venient contra te rhedis, curribus, plauſtris, cum *magno* cœtu populorum; ſcuto, clipeo & galeâ contra te inſtruentur undequaque; coram illis *te* in jus vocabo, & pro conſuetudinibus tuis tibi jus dicent. 25. Zelotypiam meam tibi opponam, atque iracundè ſe erga te gerent, naſum & aures tuas abſcindent. & quod poſtremum *ſupererit* gladio cadet; illi filios tuos & filias capient, & quod poſtremum *erit*, igne urbs abſumetur. 26. Exuent te veſtibus tuis, & vaſa, quibus te ornabas, capient. 27. Faciam ut deſinas *admittere* ſcelera tua, & fornicationem tuam, *cui adſueviſti* ex Ægypto; non tolles oculos ad Ægyptios, neque eorum memor eris. 28. Nam ſic dixit Dominus Jehova: en mox tradam te in manum eorum, quos odiſti, & à quibus aliena facta es. 29. Se gerent erga te odiosè, auferent omnia opificia tua, relinquent te nudam & retectam, aperietur fœditas ſcortationum tuarum, ſcelus tuum & libido. 30. Hæc tibi faciam, quia ſcortata es, cum gentibus, quandoquidem te ſtercoreis eorum *Diis* polluiſti. 31. Ingreſſa es viam ſororis tuæ, atque in manum tuam calicem ejus dabo. 32. Calicem ſororis tuæ ebibes profundum & latum, & valde capacem; eríſque ludibrio & ſubſannationi. 33. Ebrietate & dolore repleberis, calice ſtuporis & deſolationis, calice ſororis tuæ Samariæ. 34. Bibes eum atque exhauries; teſtas ejus franges & ubera tua evelles, quia ego loquutus ſum, ait Dominus Jehova. 35. Propterea ſic dicit Dominus Jehova; quia oblita es mei, & abjeciſti me poſt tergum tuum, tu viciſſim tui ſceleris & ſcortationum tuarum *pœnas* feres.

36. Jehova etiam mihi, Fili hominis, inquit, annon damnabis Oholam & Oholibam?

bam? nota iis facito abominanda earum facta. 37. Nam mœchatæ ſunt, cædes eſt in
earum manibus, cum ſtercoreis ſuis Diis adulterium commiſerunt, filiósque ſuos & fi-
lias, quos mihi, pepererant, traduxerunt iis *per ignem*, quaſi cibi loco. 38. Quin &
hoc fecerunt mihi, polluerunt Sacrarium meum, eo die, & Sabbatha mea profanarunt.
39. Cùm filios ſuos ſtercoreis ſuis *Diis* mactarent; ingrediebantur Sacrarium meum, die
illo, ut id pollucrent; atque in media Æde mea ſic fecerunt. 40. Miſerunt præterea
ad viros è longinqua *ora* venientes, ad quos nuncius miſſus eſt; en verò venerunt, *tú-
que Oboliba*, eorum causâ te lavaſti, fucaſti oculos tuos, atque ornamentis tuis te or-
naſti, 41. ſediſti in lecto pretioſo, menſa ante eum ſtructa eſt, ſuffimentúmque & un-
guentum meum, in ea poſuiſti. 42. Apud eam *audiebatur* ſonitus multitudinis ſecuræ,
atque ex multitudine hominum adducti ad viros ſunt Sabæi, è deſerto, qui *Sororum*
manibus armillas & capitibus coronam decoram impoſuerunt. 43. Tum dixi, de ea,
quæ conſenuerat *in* adulteriis; nunc illi cum ea ſcortabuntur. 44. Ingreſſi ſunt ad eam,
quemadmodum qui ingreditur ad meretricem; ſic, *inquam*, ingreſſi ſunt ad Oholam &
Oholibam, ſceleratas mulieres. 45. At homines juſti damnabunt eas judicio de adul-
teris, déque iis, qui ſanguinem fuderunt, quia ſunt mœchæ, & cædis reæ. 46. Sic
enim dixit Dominus Jehova: fac ut contra illas eat multitudo, exponéque eas vagatio-
ni & prædæ 47. Eas lapidibus obruet cœtus, aut concident eas gladiis ſuis, filios
& filias earum interficient, domibúsque ignem ſubjicient. 48. Faciam ut ſcelus deſinat
eſſe in terra, útque emendentur omnes mulieres, ne earum ſcelera imitentur. 49. In
vos recidet ſcelus veſtrum, & delicta veſtra *in colendis* ſtercoreis *Diis* veſtris luetis, ac me
Dominum Jehovam eſſe intelligetis.

Vaticinia ſymbolica & apertiora de cladibus Judæorum.

CAPUT XXIV. 1. VERBA Jehovæ ad me ſunt facta, anno nono, decimo menſe, & decimo die
menſis, in hanc ſententiam: 2. Fili hominis, ſcribe tibi nomen diei, hujus ipſius
diei; *nam* Babyloniorum Rex, hoc ipſo die, Jeroſolimæ *obſidendæ* ſe ſe adplicuit. 3. Pa-
rabolico verò ſermone utere, apud domum rebellem; & parabolam hanc, apud illos,
proloquitor: ſic dixit Dominus Jehova: pone ollam, pone, atque in eam aquam fun-
de, 4 collige in eam fruſta *carnis* in ea coquenda, quodvis fruſtum bonum è femore,
vel ex humero, electis oſſibus *eam* imple. 5. Optimas partes, è minuto pecore, adſu-
me, etiámque ſub olla accende, fac ut bulliat, ut coquantur etiam oſſa, quæ in ea ſunt.
6. Propterea ſic dixit Dominus Jehova, væ urbi ſanguinariæ! cujus ſpuma in ea re-
manſit, neque ex ea egreſſa eſt, fruſtatim *carnem* educito, nec ſors in eam jaciatur.
7. Nam ſanguis ab ea *effuſus* in media illa urbe eſt, in nuda petra eum effudit non in
humum, ut pulvere tegeretur. 8. Ut iram ad ultionem ſumendam accenderem, po-
ſui ſanguinem ab ea *effuſum*, in nudo lapide, ne tegeretur. 9. Propterea ſic dixit Do-
minus Jehova: væ urbi ſanguinariæ! Etiam ego magnam faciam pyram. 10. Plura
adde ligna, accende ignem, conſume carnem, fac condimentum, & oſſa comburantur.
11. Tum ſtatue eam *ollam* ſupra prunas vacuam, ut incaleſcat, candénsque fiat æs ejus,
& in ea liquefiat purgamentum ejus & abſumatur ſpuma. 12. Injuriæ ſunt ſpuma, nec
exiit ex ea multa ſpuma, ſed in ignem abiit. 13. In immunditia tua, ſcelus *tuum eſt*,
quia te mundavi; nec tamen es mundata, nec ab immunditia tua purgaberis ampliùs;
donec iram meam erga te remiſerim. 14. Ego Jehova loquutus ſum, *res* mox contin-
get, eámque perficiam, nec amittam; non parcam, nec me pœnitebit. Pro viis & ſtu-
diis tuis, judicium de te feretur, ait Dominus Jehova.
15. Fuerunt etiam verba Jehovæ, quæ ad me fecit, in hanc ſententiam: 16. Fili ho-
minis, confeſtim auferam à te id quod cupiunt oculi tui, plagâ; ſed ne plangas, néve
plores, neque erumpant lacrimæ tuæ. 17. Abſtine à gemitu, mortuorum luctum ne
celebres; tiaram tuam tibi circumligato, calceis tuos pedes induito, ne ſuperius labium
tegito, nec panem virorum comedito. 18. Dixi *hæc* populo mane, veſperi verò mor-
tua eſt uxor mea, & feci mane, ut juſſus eram. 19. Populus verò mihi, annon, in-
quit, aperies nobis quid *hæc* ſibi velint, quandoquidem tu *ea* facis? 20. At ego illis,
verba, inquam, Jehovæ facta ſunt mihi, in hanc ſententiam: 21. Dic domui Iſraëlis:
ſic dixit Dominus Jehova; mox polluam Sacrarium meum, quo contumacia veſtra ſu-
perbit, deſiderium oculorum veſtrorum, deliciæ animi veſtri, filiíque veſtri & filiæ,
quos relinquetis, gladio cadent. 22. Facietis autem, quemadmodum feci, labium ſu-
perius non velabitis, panem virorum non comedetis, 23. ornamentum veſtrum capiti-
bus

bus veſtris *imponetur*, & calceamenta pedibus, nec plangetis, nec flebitis; ſed contabeſcetis in iniquis factis veſtris, & quisque apud fratrem ſuum gemetis. 24. Ezekiel fiet vobis oſtentum & facietis, quemadmodum fecit; cùm *res* contigerit, tum me Jehovam eſſe intelligetis. 25 (Tu verò, Fili hominis; annon die, quo auferam illis fortitudinem, gaudium decoris, deſiderium oculorum, elationem animi, filios & filias eorum; 26. annon eo die aperietur os tuum cum eo qui evaſerit & loquêris? Non ampliùs eris mutus, ſed factus ſueris illis oſtentum, & me Jehovam eſſe ſcient.

Vaticinia iu Hammonitas, Moabitas, Idumæos & Philiſthæos, qui ob exſcidium Jeroſolimæ gaviſuri erant.

1. VERBA Jehovæ ad me facta ſunt, in hanc ſententim: 2. Fili hominis, converte vultum tuum in Hammonitas, atque adversùs eos vaticinare. 3. Dicito Hammonitis: audite verba Domini Jehovæ: ſic dixit Dominus Jehova: quia dixiſti, euge! cùm pollueretur Sacrarium meum; & terra Iſraëlis, cùm deſolata eſt, déque domo Judæ, cùm in captivitatem abiit. 4. Ideò mox ego te, *ô Hammonitis*, Orientalibus poſſidendam dabo, & collocabunt ſplendidas ſuas ædes apud te, habitationes ſuas in te ponent, fructum tuum comedent & lac tuum bibent. 5. Convertam Rabbam in ſtabulum camelorum, & *domos* Hammonitarum in *loca, in quibus* recubabit minutum pecus, & ſcietis me eſſe Jehovam. 6. Sic enim dixit Dominus Jehova: quando quidem complosiſti manus, ſupplosiſti pede, & gaviſa es, cum contemtu omnis generis, atque ex animo, ob terram Iſraëlis; 7. ideò jam extendam manum meam in te, tradam te in prædam gentibus, te exſcindam è populis, tollam è terris ac delebo, ſciéſque me eſſe Jehovam. Caput XXV.

8. Sic dixit *etiam* Dominus Jehova, quia dixerunt Moabus & Sehir: en domus Judæ ſimilis eſt omnibus gentibus. 9. Idcirco mox aperturus ſum latus Moabi ab urbibus, ab urbibus, *inquam*, ejus quæ ſunt in extremis finibus, & decora terræ, à Bethjeſimothis & Bahal-mehone ad Kirjathajimos, 10. Orientalibus, *qui venient* contra Hammonitidem, quâ eos donabo ut eam poſſideant, néve memorentur ampliùs Hammonitæ, inter gentes. 11. Etiam in Moabitide exercebo judicia, & ſcient me eſſe Jehovam.

12. Sic *etiam* dixit Dominus Jehova: eò quòd Idumæa *ita* ſe geſſit, dum ultionem ſumit de domo Judæ, *eaque* in re deliquit quòd de Judæis ultionem ſumſerit; 13. ideò ſic dixit Dominus Jehova: extendam manum meam in Idumæam, exſcindam ex ea homines & bruta, redigámque eam in ſolitudinem, à Themane, Dedanem usque, gladio cadent *Idumæi*. 14. Ulciſcar Idumæos, manu populi mei Iſraëlis, eósque habebunt, pro ira, atque excandeſcentia mea, & intelligent hanc eſſe meam ultionem, ait Jehova.

15. Sic *etiam* dixit Dominus Jehova: quandoquidem Philiſthæi *ita* ſe geſſerunt, in ultione, ut eum ultione conjunxerint contemtum, *átque* ex animo, ut inveterato odio, *terram Judæ* vaſtaverint; 16 propterea ſic dixit Dominus Jehova: mox extendam manum meam, in Philiſthæos, exſcindam Cherethæos & perdam reliquias portuum maritimorum. 17. Sumam ex iis gravem ultionem, increpabóque eos, in excandeſcentia *mea*; & intelligent me eſſe Jehovam, cùm eos ultus ero.

Prophetia in antiquam Tyrum, quam everſurus prædicitur Nebuchadnetſar, cum lamentatione inſularum vicinarum, ob ejus urbis excidium.

1. ANNO undecimo, primo *die* menſis *primi* verba Jehovæ ad me facta ſunt, in hanc ſententiam. 2. Fili hominis, quandoquidem dixit Tyrus de Jeroſolima: euge, confracta eſt *ea per cujus portas egrediebantur* populi, converſa eſt multitudo ad me, *quâ* implebor, *nam ea urbs* deſerta eſt; 3. propterea ſic dicit Dominus Jehova: en ego tibi *dico*, ô Tyre, faciam ut adſcendant contra te gentes multæ, quemadmodum mare fluctibus ſuis adtollitur. 4. Diruent muros Tyri, evertent ejus turres, detraham ex ea pulverem, eámque convertam in nudam petram. 5. Extendentur ſagenæ in medio mari, quia ego loquutus ſum, ait Dominus Jehova; erítque direptioni gentibus. 6. Filiæ ejus, quæ ſunt in agris, gladio occidentur; ſciéntque me eſſe Jehovam. Urbes etiam, quæ in *ejus* agro ſunt, gladio peribunt, & ſcient me eſſe Jehovam. 7. Sic enim dixit Dominus Jehova: mox adducam adversùs Tyrum Nebuchadretſarem, Babylonis Regem, Caput XXVI.

gem, à Septemtrione, Regum Regem, cum equis, curribus, equitibus & ingenti multitudine populi. 8. Urbes, quæ in agro *tuo* ſunt, ad internecionem delebit, contra te turres ſtatuet, & aggerem ſtruet, clipeúmque contra te tollet. 9. Ariete ſuo muros tuos feriet, turréſque tuas gladiis demolietur. 10. Præ copia equorum, eorum pulvis te operiet; ſonitu equitum, rotarum & curruum, concutientur mœnia tua, quando venerit in portas tuas, quaſi per introïtus urbis perfractæ. 11. Ungulis equorum ſuorum conculcabit omnes tuas plateas, populum tuum gladio occidet, & ſtatuæ fortium tuorum *virorum* in humum dejicientur. 12. Prædabuntur opes tuas, diripient merces, diruent muros, & domos tuas elegantes demolientur, lapides tuos, ſigna tua in medias aquas jacient. 13 Faciam ut deſinat ſtrepitus canticorum tuorum, nec cithararum tuarum ſonitus ampliùs audietur. 14. Redigam te in nudam rupem, in te ſagenæ expandentur, nec inſtauraberis ampliùs, quia ego Jehova ſum loquutus, ait Dominus Jehova.

15. Sic dixit Dominus Jehova Tyro: annon ſonitu ruinæ tuæ cùm gement confoſſi, cùm intra te occidione occidentur omnes, inſulæ commovebuntur! 16. Deſcendent è ſoliis ſuis omnes principes maris, abjicient pallia ſua & veſtes phrygionico opere ornatas exuent, tremore induentur, humi ſedebunt, trepidabunt ſingulis momentis, & propter te obſtupeſcent. 17. Tollent propter te leſſum, & tibi dicent: quomodo periiſti, quomodo periiſti *tu*, *quam* maria incolis inſtruxerant, urbs laudatiſſima, quæ *tam* potens fuiſti in mari, cùm ipſa, tum ejus incolæ, qui terrori erant omnibus mare adcolentibus? 18. Nunc pavebunt inſulæ, die ruïnæ tuæ, conturbabuntur inſulæ, quæ ſunt in mari, propter exitum tuum. 19. Sic enim dixit Dominus Jehova: cùm fecero te urbem vaſtatam, ut ſunt urbes quæ non habitantur; cúmque fecero ut in te adſcenderit abyſſus, & aquæ multæ te operuerint; 20. tum faciam ut, cum deſcendentibus in foſſam ad populum ſempiternum, deſcendas, colloceríſque in terræ inferioribus partibus, in ſolitudinibus, quæ ſunt ab omni ævo, cum iis qui in foveam demiſſi ſunt, ne habiteris, quam decus *urbium* in terra viventium feceram. 21. Redigam te in confuſionem nec eris ampliùs, te quærent, nec ampliùs umquam invenieris, ait Dominus Jehova.

Vaticinia contra Tyrum, in quibus ſplendor ejus, negotiatio cum permultis populis, ac tandem deſolatio, & leſſus populorum merces cum ea permutantium deſcribuntur.

CAPUT XXVII.

1. POSTEA etiam verba Jehovæ ad me facta ſunt, in hanc ſententiam: 2. Tu, Fili hominis, tolle leſſum de Tyro; 3. & dic Tyro, quæ habitat ad introïtum maris, quæque eſt negotiatrix populorum, ad inſulas multas: ſic dixit Dominus Jehova; Tyre, quæ dixiſti: ego ſum conſummatæ pulchritudinis. 4. In medio mari ſunt fines tui, qui te ædificarunt, pulcritudinis abſolutæ te fecerunt. 5. Ex abietibus Seniris *montis* fabricarunt tibi omnes tabulas *tuas*; cedrum è Libano ceperunt, ut tibi malum facerent. 6. Alnis è Baſanitide fecerunt remos tuos, tranſtra tua fecerunt pinu rectâ, ex inſulis Chitthæorum. 7. Byſſo Ægyptiaca, eáque acupicta factum eſt tuum velum, ut ſit tibi vexilli loco. Hyacinthus & purpura, ex inſulis Eliſæ, fuerunt operimentum tuum. 8. Incolæ Sidonis & Arvadi fuerunt remiges tui, at Tyrii demum, *navigationis* periti, gubernatores tui. 9. Senes & periti *artifices* Giblii inſtaurant rimas tuas. Omnes maris naves & nautæ fuerunt, apud te, ad faciendam mercaturam tuam. 10. Perſæ, Æthiopes, Libyes fuere in præſidio tuo, viri tui militares, ſcuta & galeas ſuſpenderunt apud te, tibi decus crearunt. 11. Arvadenſes & copiæ tuæ fuerunt ad tuos muros circumquaque, & Gammadenſes in turribus tuis ſuſpenderunt ſcuta tua ad muros tuos, circumquaque & perfecerunt pulcritudinem tuam. 12. Tharſiſia fuit negotiatrix tua, propter copiam omnis generis divitiarum, argento, ferro, ſtanno, plumbo, quæ in foro tuo repoſuerunt. 13. Græci, Tibareni, Moſchi mangones tui fuere, qui mancipia venderent. Vaſa etiam ænea poſuerunt in tuo foro. 14. E domo Thogarmæ equos, equites & mulos tuis foris ſuppeditarunt 15. Filii Dedanis negotiatores tui *fuerunt*, inſulæ multæ *habent* negotiationem tecum, cornua, ebur & ebenum adtulerunt, in munus. 16. Aramæa negotiatrix tua, propter multitudinem operum tuorum, nophechum, purpuram, acupicta, byſſum, Ramathas & Chadchodum ſuppeditavit tuis foris. 17. Juda & terra Iſraëlis *inter* negotiatores tuos fuerunt, tritico Minithi & Phannagi: mélque, oleum & reſinam ſuppeditarunt tuo foro. 18 Damaſcus negotiatrix tua fuit, propter multitudinem opificiorum tuorum, & copiam quarumvis opum, vino Chelbonenſi & lanâ albâ. 19. Danita

&

Digitized by Google

& Græcus circumforaneus foris tuis ſuppeditarunt ferrum factum. Caſia & calamus in
foro tuo fuerunt. 20. Dedanitis negotiatrix tua fuit veſtibus nobilium, ad currum.
21. Arabs & omnes principes Kedarenorum negotiatores tibi fuerunt ad manum, agnis,
arietibus, hircis, quibus tecum negotiati ſunt. 22. Mercatores Sabææ & Rahmæ ne-
gotiatores tui *fuerunt*, præſtantiſſimis omnis generis aromatibus, & quovis lapillo pre-
tioſo, & aurum ſuppeditarunt tuis foris. 23. Charanæi, Channæi negotiatores tui *fue-
runt*, ut & Sabæi & Aſſyrii, Chilmada *etiam* tua negotiatrix. 24. Hi mercatores tui,
omnis generis mercibus, involucris *præſertim* hyacinthinis & acu pictis, ſcriniis pretioſa-
rum veſtium ligatis & cedrinis, inter merces tuas. 25. Tharſiſiæ naves ſunt potiſſimæ
negotiationis tuæ, referta es, & ditiſſima in medio mari.
26. In multas aquas evexerant te remiges, *ſed* ventus vehemens te confregit, in me-
dio mari. 27. Opes tuæ, fora tua, merx tua, navales tui *ſocii*, gubernatores, inſtau-
ratores rimarum tuarum, inſtitores tui, omnes viri militares, qui erant apud te, uni-
verſáque turba quæ intra te erat, cadent in medium mare, die ruinæ tuæ. 28. Ad ſo-
nitum clamoris gubernatorum tuorum contremiſcent ſuburbia. 29. Exſcendent è navi-
bus ſuis omnes, qui remum tractant navales ſocii, omnes gubernatores marini in terra
ſtabunt. 30. Propter te vocem ſuam audiendam exhibebunt, atque amaros clamores
edent; conjicient pulverem in capita ſua, & cinere ſe conſpergent. 31. Radent cæſa-
riem propter te, cingent ſe ſaccis, & te deflebunt moeſto animo ac planctu amaro.
32. Tollent in querela ſua leſſum, propter te, atque *ita* lamentabuntur: 33. Quæ *urbs
eſt* inſtar Tyri, *quæ* ſic in mari exſciſa eſt? Cùm egrederentur merces tuæ è mari, ſa-
tiabas multos populos, & magnitudine copiarum tuarum & mercium ditabas Reges ter-
ræ 34. Tempore, quo fracta es in mari, in profundas aquas merces tuæ, & omnis
turba, quæ apud te erat, ceciderunt. 35. Omnes inſularum incolæ, propter te ſtupue-
runt, & Regibus earum comæ ſteterunt, ac turbati ſunt vultus 36. Negotiatores per
populos propter te ſibilarunt. Terruiſti *omnes*, cùm in perpetuum nulla futura ſis.

Vaticinia in Regem Tyriorum & Sidonios.

1. Facta prætèrea ſunt verba Dei ad me, in hanc ſententiam: 2. Fili hominis, dic Caput
Tyriorum duci; ſic dixit Dominus Jehova: quandoquidem elatus eſt animus tuus XXVIII.
& dixiſti: Deus Ego ſum, in ſede Dei ſedeo, in medio mari; tu verò homo non verò
Deus, licèt animum tuum animo Dei æquiparaveris: (3. quamvis ſapientior eſſes Danië-
le, quem nihil abſtruſum fugit, ſapientiâque 4. & prudentiâ tuâ comparaſſes tibi divi-
tias, aurúmque & argentum in tuis theſauris repoſuiſſes, 5. & magnâ tuâ peritiâ & ne-
gotiatione tuâ auxiſſes opes tuas, ac tuus animus facultatibus eſſet elatus.) 6. Propterea
ſic dixit Dominus Jehova: quia animum tuum animo Dei æquiparaſti, 7. ideò addu-
cam contra te peregrinos, qui fortiſſimi ſunt, inter gentes, qui ſtringent gladios in pul-
critudinem, *quam acceptam feis* ſapientiæ tuæ, & ſplendorem tuum polluent. 8. In fo-
veam dejicient te, aut morieris morte eorum, qui confoſſi ſunt in medio mari. 9. An
dices, ego ſum Deus, coram interfectore tuo, cùm ſis homo, non Deus, in manu ſau-
ciantis. 10. Morte incircumciſorum morieris, manu alienorum; quia ego ſum loquu-
tus, ait Dominus Jehova.
11. Adloquutus etiam eſt me Jehova, in hanc ſententiam: 12. Fili hominis, tollè
leſſum ob Regem Tyri, eíque dicito: ſic ait Dominus Jehova: tu numeris omnibus
es abſolutus: plenus ſapientiâ, & perfectus decore, 13. in Hedene, horto Dei fuiſti,
tectus es omni genere lapillorum pretioſorum, odemo, phithda, jehalamo, tharſiſio,
ſohamo, jaſpide, ſapphiro, nophecho, barakathâ, & auro. Opificium tympanorum
tuorum, & tibiarum die, quo creatus es, paratum fuerat. 14. Tu Cherubus es unctus
& *te* tegens, te ego conſtitui; in ſacro Dei monte fuiſti, in mediis lapidibus ignitis am-
bulaſti. 15. Perfectus tu es in viis tuis ab eo die, quo creatus es, donec inven-
ta ſit in te iniquitas. 16. Propter magnitudinem tuæ negotiationis plenus es injuriâ,
peccaſti, te profanatum expellam è monte Dei, & perdam te, Cherube tegens, è mediis
lapidibus ignitis. 17. Pulcritudine tuâ elatus eſt animus tuus, & propter ſplendorem
tuum ſapientiam tuam amiſiſti. In terram te dejiciam coram Regibus ut te videant.
18. Magnitudine iniquorum tuorum factorum, & fraude negotiationis tuæ, Sacraria
tua polluiſti; ego vero faciam ut prodeat ignis, in te ipſo, is te abſumet; redigam te in
cinerem, in terra, coram omnibus qui te videbunt. 19. Quicumque te norant inter
populos, obſtupeſcent propter te, terrori fuiſti, ſed in perpetuum nullus eris.

20. Adloquutus poſtea me eſt Jehova, hiſce verbis: 21. Fili hominis, converte vultum tuum Sidonem verſùs, 22. & dicito: ſic ait Dominus Jehova; en tibi *dico*, ô Sidon; gloriam conſequar in te, & ſcient me eſſe Jehovam, cùm in te judicia exercuero, & Sanctus in te habitus fuero. 23. Immittam ei *urbi* peſtilentiam & cædem plateis ejus, cadent vulnerati in ea gladio, qui ei incumbet circumquaque, & me Jehovam eſſe intelligent. 24. Non erit ampliùs domui Iſraëlis ſpina pungens & ſpina dolorem creans, à finitimis omnibus qui eos ſpernunt, & cognoſcent me eſſe Dominum Jehovam. 25. Sic dixit Dominus Jehova: cùm colligam domum Iſraëlis è populis, per quos ſparſa eſt, & ſanctus habebor in illis, coram gentibus, & habitabit terram ſuam, quâ Jacobum ſervum meum donavi. 26 Eam incolent ſecurè, ædificabunt domos, plantabunt vineas & tutò *illic* habitabunt, cùm judicia in eos omnes exercuero, qui eam circumquaque ſpernunt, méque eſſe Jehovam Deum ſuum intelliget.

Vaticinia in Ægypti Regem & Ægyptios ſpargendos per gentes vicinas; nec redituros in patriam, niſi poſt quadraginta annos. Vaticinium de adventu Nebuchadnetſaris in Ægyptum.

CAPUT XXIX. 1. ANNO decimo, & decimo quidem die menſis *primi*, Jehova me adloquutus eſt in hanc ſententiam. 2 Fili hominis, converte vultum ad Pharahonem, Ægypti Regem, & contra eum, totámque Ægyptum vaticinare. 3. Loquere & dic: ſic ait Dominus Creator: tibi dico, ô Pharaho, Rex Ægypti, magne draco, recubans inter rivos, qui dixiſti: meus eſt fluvius, &: ego me feci. 4 Immittam hamos in maxillas tuas, faciámque ut adhæreat ſquamis tuis piſcis rivorum tuorum, téque extraham è mediis tuis rivis & ſquamis tuis adhærebit. 5. Relinquam in deſerto te & omnes piſces rivorum tuorum in ſuperficie agri, cadéſque, nec colligeris, neque congregaberis; feris terræ & volucribus cœli in paſtum te dedi; 6. & ſcient omnes incolæ Ægypti me eſſe Creatorem, quia fuerint ſcipio arundineus domui Iſraëlis. 7. Cùm te vola comprehendiſſent, fractus es & fidiſti iis totum humerum, cùm te niterentur, fractus es, qui ergo lumbos eorum confirmares? 8. Propterea ſic dixit Dominus Creator; mox adducam in te gladium, exſcindámque ex te hominès & bruta. 9. Fiet terra Ægyptia deſerta & deſolata, ſciéntque *Ægyptii* me eſſe Creatorem, quia dixerant: fluvius meus eſt, &: ego feci. 10. Idcirco tibi *dico* & fluvio tuo: redigam terram Ægyptiam in vaſtitates, & vaſtitatem deſolationis è turri Syenes, ad Madianitidis fines. 11. Non tranſibit per eam pes hominis, neque pes bruti, nec habitabitur, per quadraginta annos 12. Redigam Ægyptum in vaſtitatem, inter terras deſolatas; urbéſque ejus, inter urbes dirutas, ſolitudo erunt quadraginta annis; & disjiciam Ægyptios per gentes, ſpargámque per terras. 13. Quia ſic dixit Dominus Creator: exactis quadraginta annis, congregabo Ægyptios è populis, per quos ſparſi fuerant. 14. Reducam captivos Ægyptios, faciámque ut in terram Pathyridem redeant, in ſolum negotiationis ſuæ, ut ſit illic regnum humile. 15. *Aliis* regnis humilius erit, neque evehetur ſupra gentes; *ſed* id ita imminuam, ne gentibus imperet. 16. Non erit ampliùs domui Iſraëlis fiduciæ cauſa, ſed monitor iniquitatis, cùm eos reſpexerit; méque Dominum Creatorem eſſe intelligent.

17. Anno *deinde* vigeſimo ſeptimo, *menſe* primo, & die menſis primo, me adloquutus eſt Jehova, in hanc ſententiam. 18. Fili hominis, Nebuchadretſar, Babyloniæ Rex, exercitum ſuum magno labore adversùs Tyrum fatigavit, omne caput adtonſum eſt & omnis humerus depilatus; nec ulla merces ei fuit aut exercitui ejus è Tyro, propter operam, quam mihi adversùs eam navavit. 19. Propterea ſic dixit Dominus Jehova: jam Nebuchadretſarem, Babyloniorum Regem, terrâ Ægyptiâ dono: capiet ejus multitudinem, diripiet ejus ſpolia & prædam auferet; hæc erit merces ejus exercitui 20. Præmium operæ, quam in Tyrum navavit, dedit ei Ægyptum, *pro eo* quod fecerunt mihi, ait Dominus Jehova. 21. Die illo faciam ut pullulet cornu domûs Iſraëlis, atque inter illos, ut aperto ore loquaris dabo, ſciéntque me eſſe Jehovam.

Vaticinia

Vaticinia in Pharahonem atque Ægyptios.

1. FACTA etiam ſunt Jehovæ verba ad me, in hanc ſententiam: 2. Fili hominis; CAPUT
vaticinare & dic: ſic ait Dominus Jehova: ululate *& dicite:* væ huic diei! 3. Pro- XXX.
ximus enim eſt dies, proximus *inquam*, eſt dies Jehovæ, dies nubilus. Tempus gen-
tium erit, 4. veniet gladius in Ægyptum, erit gravis dolor in Chuſitide, cùm confoſſi in
Ægypto cadent, cùm abducent multitudinem ejus & diruentur fundamenta. 5. Chuſitis,
Phutis, Æthiopia, omnes Arabes, Chobii & fœderati *ceteri* cadent cum iis gladio. 6. Sic
dixit Jehova, & cadent ii, qui Ægyptum fulciunt, & deſcendet ſuperbia *ob* vires *con-
cepta*; à turre Syenes, gladio in ea cadent, ait Dominus Jehova. 7. Devaſtabuntur
inter gentes devaſtatas, & urbes ejus erunt inter urbes deſertas: 8. intelligéntque me eſſe
Jehovam, quando Ægypto ignem ſubjecero, & omnes, qui ei auxilium ferunt, fracti
fuerint. 9. Die illo egredientur nuncii, è conſpectu meo, in navibus, ad terrendos
Chuſæos confidenter *agentes*; erítque magnus iis dolor, quemadmodum die Ægypti,
mox enim aderit.

10. Sic ait Dominus Jehova: faciam ut deſinat eſſe multitudo Ægyptiorum, per Ne-
buchadretzarem, Babylonis Regem. 11. Ipſe, populúſque ejus cum eo, fortiſſimæ
gentium, adducentur ad perdendam eam terram, ſtringent gladios ſuos in Ægyptios,
& confoſſis eam regionem implebunt. 12. Exſiccabo rivos, tradámque terram in ma-
num malorum, & eam in deſertum redigam. Quidquid eam implet *erit* in manu alie-
norum, ego Jehova ſum loquutus.

13. Sic etiam dixit Dominus Jehova: perdam ſtercoreos *Deos*, & faciam ut Dii nihili
Memphi eſſe deſinant. Non erit ampliùs princeps ex Ægyptia terra, eíque terræ timo-
rem incutiam. 14. Deſolabo Pathyridem, ignem Tani ſubjiciam; & judicia Thebis
exercebo. 15. Effundam iram meam in Peluſium, validum Ægypti munimentum,
atque exſcindam multitudinem, quæ eſt Thebis. 16. Ignem ſubjiciam Ægypto, do-
lebit Peluſium, perrumpentur Thebæ, anguſtiæ erunt Memphi interdiu, 17. juve-
nes Heliopolitani & Bubaſtii gladio cadent, eæque *urbes* in captivitatem ibunt. 18. Dies
obtenebreſcet Daphnis, cùm illic vectes Ægypti frangam, deſinétque in ea ſuperbia *ex*
viribus *concepta*. 19. Eam nubes operiet, urbéſque ejus *Nomi* in captivitatem ibunt.
Exercebo judicia in Ægyptios, & me Jehovam eſſe intelligent.

20. Undecimo anno, primo *menſe*, & primo die menſis, Deus me adloquutus eſt,
in hanc ſententiam: 21. Fili hominis, viris Pharahonis, Ægyptiorum Regis, bra-
chium fregi, nec eſt ligatum ut imponerentur medicamina, ita ut adhiberetur faſcia,
quo vinciretur & confirmaretur ad tenendum gladium. 22. Propterea ſic dixit Domi-
nus Jehova: en ego adverſabor Pharahoni, Regi Ægypti, frangam ejus brachia, tam
firmum, quàm fractum, faciámque ut gladius ex ejus manu excidat. 23. Disjiciam
Ægyptios per gentes, & ſpargam eos per terras. 24. *Contrà* corroborabo brachia Regis
Babyloniorum, dabo ei gladium meum in manum; cùm fregero brachia Pharahonis,
coram eo gemet *inſtar hominis* confoſſi. 25. Confirmabo brachia Regis Babyloniorum,
& brachia Pharahonis concident, ſciéntque me eſſe Jehovam, cùm gladium meum in
manum Regis Babyloniorum dedero, cúmque in Ægyptiam terram extenderit. 26. Dis-
jiciam Ægyptios per gentes, & ſpargam per terras, ſciéntque me eſſe Jehovam.

Incrementa Ægypti ſub arboris proceræ imagine deſcribuntur, eíque pernicies prædicitur, conjuncta cum multarum gentium luctu.

1. ANNO undecimo, tertio *menſe*, & primo die menſis, verba Jehovæ ad me facta CAPUT
ſunt, in hanc ſententiam: 2. Fili hominis, dic Pharahoni Ægypti Regi, ejúſ- XXXI.
que multitudini: cui ſimilis factus es, magnitudine tuâ? 3. En *ſimilis fuiſti* rectæ ce-
dro in Libano, pulcræ ramis, frondibus umbram creanti, procero trunco, & *cujus* ca-
cumen eſt inter denſos ramos. 4. Aquæ ei incrementum dederant, abyſſus eam extu-
lerat, fluentis ſuis circumiens plantarium ejus, & rivos ſuos mittens, ad omnes agro-
rum arbores 5. Ideò altior factus erat caudex ejus omnibus agreſtibus arboribus, ma-
gno numero erant ramuli ejus, longíque erant majores, propter multas aquas, *quibus* ir-
rigabatur cùm eos emitteret. 6. In ramis ejus minoribus fecerant nidos omnis generis
aves cœli, ſub ejus ramis majoribus genuerant *catulos* omnes agrorum feræ, & ſub um-

bra habitabant omnes majores gentes. 7. Pulcra erat magnitudine ſuâ, & longitudine ramorum, quia radix ejus erat ad aquam copioſam. 8. Cedri, *quæ erant* in horto Dei, eam non texiſſent, pinus non æquabant minores ejus ramos, nec platani erant inſtar majorum; nulla arbor, in horto Dei, eam pulcritudine æquabat. 9. Pulcram etiam feceram multitudine ramorum, æmulæque ejus fuiſſent omnes arbores Hedenis, quæ erant in horto Dei.

10. Propterea, ſic dixit Dominus Jehova: quia procerus in trunco ſuo factus eſt, emiſítque cacumen ſuum inter denſos ramos, & animus ejus elatus eſt proceritate ſuâ, 11. ideò tradam eum in manus fortiſſimæ gentium, quæ eum, ut dignus eſt, habebit, propter improbitatem eum expellam. 12 eum exſcindent alieni, fortiſſimi gentium, & ſinent cadere in montibus, In omnes valles cadent ejus *minores* rami, & confringentur majores, in omnibus terræ torrentibus, abibunt ab umbra ejus omnes populi terræ, eámque relinquent. 13. Super ruina ejus nidos facient omnes aves cœli, atque ad ramos ejus erunt omnes feræ agreſtes, 14. ne ullæ arbores ad aquam conditæ ſuperbiant proceritatis ſuæ causâ, néve cacumen emittant inter denſos ramos, néve ſtent ad eas in proceritate ſua ullæ *arbores*, quæ aquam bibunt, omnes enim illi morti dabuntur, atque in terræ inferiora loca *demittentur*, inter plebeios homines ad foveam deſcendentes.

15. Sic dixit Dominus Jehova: die quo deſcendet in ſepulcrum, luctum indicam, abyſſum ejus causâ operiam, cohibebo ejus fluenta, & coërcebuntur multæ aquæ, propter eum atro colore Libanum induam, & omnes arbores agrorum, ejus causâ, langueſcent. 16. Sonitu ejus ruinæ, faciam ut contremant omnes gentes, cùm demiſero eum in ſepulcrum; *indidém*que ſolatium ſentient, in inferiore terra, omnes arbores Hedenis, *pars* electa & optima *arborum* Libani, quæ omnes bibunt aquam. 17. Etiam illæ unà cum ea deſcendent in ſepulcrum, ad eos qui gladio interfecti ſunt, & cùm robur ejus eſſent, in ejus umbra ſederant, inter gentes. 18. Cuinam ſimilis factus eras gloriâ & magnitudine inter arbores Hedenis? Attamen cum arboribus Hedenis in terram inferiorem inter incircumciſos demittêris, cum iis, qui gladio occiſi fuerint. Hujuſmodi erit Pharaho & omnis multitudo ejus, ait Dominus Jehova.

Minatur Propheta Pharahoni graviſſimas calamitates, deſcribítque deſcenſum ejus ad mortuos.

CAPUT XXXII.

1. ANNI duodecimi duodecimo menſe, die primo menſis, verba Jehovæ facta ſunt ad me, in hanc ſententiam. 2. Fili hominis, tolle leſſum de Pharahone, Rege Ægypti, eíque dicito: Catulo leonis *inter* gentes ſimilis fuiſti, fuiſti etiam inſtar cetorum in mari; educebas *aquam*, per flumina tua, eámque turbabas pedibus tuis, & alveos ejus conculcabas. 3. Sic dixit Dominus Jehova; expandam contra te rete meum, in cœtu populorum multorum, téque extraham in mea ſagena. 4. Sinam te cadere in terram, in agri ſuperficiem projiciam te, & faciam ut tibi inſideant omnes volucres cœli, ſatiabo ex te omnes terræ feras. 5. Imponam carnem tuam montibus, & valles acervis tuis altis implebo. 6. Irrigabo terram, quam madefeceris ſanguine tuo, ad montes uſque, & torrentes ex te implebuntur. 7. Operiam, cùm exſtinguêris, cœlum, offuſcabo ejus ſtellas. Solem nube tegam, nec Luna lucem ſuam emittet. 8. Omnia lumina, lucentia in cœlo, propter te obſcurabo, & tenebris involvam terram tuam, ait Dominus Jehova. 9. Indignationem excitabo *in* animo populorum multorum; cùm fecero ut perveniat clades tua, ad gent[illegible] terrarum, quas non noſti. 10. Stuporem creabo populis multis, propter te, & Reges eorum horrore, tui causâ, exhorreſcent, cùm vibrabo coram iis gladium meum, terrebuntur quisque animo ſingulis momentis, die quo cecideris. 11. Sic enim dixit Dominus Jehova: gladius Babyloniorum Regis ad te perveniet. 12. Faciam ut multitudo tua cadat gladiis fortium virorum, qui omnes ſunt fortiſſimi gentium, devaſtabunt id quo Ægyptus ſuperbit, & multitudo tua delebitur. 13. Faciam ut pereat omne jumentum ejus in aquis multis, pes hominis non ampliùs eas calcabit, nec ungulæ jumentorum turbabunt. 14. Tunc profundiores reddam Ægyptiorum aquas, faciámque ut olei inſtar fluant eorum fluvii, ait Dominus Jehova; 15. cùm terram Ægyptiam redegero in ſolitudinem, vaſtatúmque fuerit id quo plena eſt, poſtquàm percuſſero omnes ejus incolas; intelligéntque me eſſe Jehovam. 16 Hic eſt leſſus quo eam lugebunt, filiæ gentium eam lugebunt, Ægyptum & omnem ejus multitudinem deflebunt, ait Dominus Jehova.

Digitized by Google

17. Undecimo anno, & quinto decimo die menſis *primi*, facta ſunt verba Jehovæ ad
me, in hanc ſententiam: 18. Fili hominis; lamentare ob multitudinem Ægypti, dedu-
cito eam cùm ipſam, tum filias gentium illuſtriorum, in inferiora terræ loca, cum
deſcendentibus in foveam. 19. Quo jucundior fuiſti? deſcende & jaceto cum incircum-
ciſis. 20. In medios interfectos gladio cadent, gladio tradita eſt *Ægyptus*, trahite eam
& totam ejus multitudinem. 21. Eam adloquentur fortiſſimi potentium populorum, è
medio ſepulcro, cum iis, qui ei auxilium tulerunt; deſcenderunt enim & jacuerunt in-
circumciſi, gladio confoſſi. 22. Ibi eſt Aſſyria & omnis ejus turba, circa eam ſunt ejus
ſepulcra, quotquot ſunt, confoſſi ſunt & gladio ceciderunt. 23. Ejus poſita ſunt ſe-
pulcra, in lateribus foſſæ, éſtque ejus turba circa ſepulcra ejus, omnes confoſſi ſunt &
gladio ceciderunt, qui formidini fuerant, in terra viventium. 24. Ibi eſt Elymaïs, &
omnis ejus turba, circa ejus ſepulcra; omnes hi confoſſi ſunt, qui gladio ceciderunt, &
qui incircumciſi deſcenderunt in terræ inferiora loca, qui terrorem ſui ſparſerunt per
terram viventium, & ignominiam ſuam tulerunt, cum deſcendentibus in foveam. 25. In
mediis confoſſis poſuerunt ei cubile, inter multitudinem univerſam ejus; circa eam *ſunt*
ejus ſepulcra, & omnes hi *ſunt* incircumciſi confoſſique gladio, quia terrorem ſui incuſ-
ſerunt in terra viventium, tulerunt ignominiam ſuam, cum deſcendentibus in foveam,
in mediis confoſſis ſunt collocati. 26. Ibi *ſunt* Moſchica & Tibarena, & omnis earum
multitudo, circa eos *ſunt* eorum ſepulcra, omnes hi incircumciſi *ſunt* gladio confoſſi,
quia terrorem ſui in terra viventium concitarunt. 27. Neque jacent cum fortibus viris,
qui ex incircumciſis ceciderunt, qui deſcenderunt in ſepulcrum, cum armis quibus bel-
lum geſſerunt, ſuppoſitis gladiis capitibus ſuis, & quorum iniqua facta oſſibus eorum
incumbunt, quia fortium virorum terror *fuit* in terra viventium. 28. Tu etiam in
mediis incircumciſis contererîs, & jacebis cum iis *qui ſunt* gladio confoſſi. 29. Ibi *eſt*
Idumæa, *cum* Regibus & principibus ſuis, qui fortitudine ſuâ collocati ſunt, cum con-
foſſis gladio; hi cum incircumciſis & cum iis qui deſcenderunt in foveam jacent. 30. Hi
ſunt principes Septemtrionis, quotquot fuerunt, & omnes Sidonii, qui deſcenderunt
cum confoſſis, in terrore ſuo, quos ſuæ fortitudinis pudet; jacent incircumciſi, cum in-
terfectis gladio; tulerúntque ignominiam ſuam cum deſcendentibus in foveam. 31. Eos
videbit Pharaho & ſolatium capiet, ob totam ſuam multitudinem gladio confoſſorum;
Pharaho, inquam, omníſque ejus exercitus, ait Dominus Jehova; 32. quia ſparſi ter-
rorem mei per terram viventium; coactus eſt jacere in mediis incircumciſis, cum con-
foſſis gladio, Pharaho & tota ejus multitudo, ait Dominus Jehova.

Deus Prophetam inſpectorem domûs Iſraëlis conſtituit, officiíque admonet; confutat populum dicentem ſe contabeſcere in peccatis ſuis ſine ſpe veniæ; graves minas proponit Judæorum reliquiis; nequitiámque auditorum Prophetæ aperit.

1. ADLOQUUTUS me etiam eſt Jehova, in hanc ſententiam: 2. Fili hominis, ad- CAPUT XXXIII.
loquere populares tuos, iiſque dicito: cùm in terram induxero gladium, cúm-
que populus terræ ſumſerit unum virum inter ſuos, conſtituerítque eum, ut ſit ſibi
ſpeculator; 3. *ſi* viderit enſem venientem in terram, clanxerítque tubâ & monuerit po-
pulum; 4. iſque audiverit ſonitum tubæ, neque ſibi caverit & venerit enſis, populúm-
que è medio ſuſtulerit; cædes ejus in caput ipſius recidet. 5. Sonitum tubæ audiverit,
nec ſibi caverit, cædíſque ſuæ cauſa fuerit; at ille *ſpeculator*, *qui* ſibi caverit, vitam
ſuam ſervarit. 6. Sed ſpeculator, cùm gladium venientem viderit, nec tubâ clanxerit,
nec populus ſibi caverit, venerítque gladius, & vitam iis abſtulerit, ille ſpeculator in
flagitio deprehenſus erit, & ſanguinem populi è manu ſpeculatoris repetam. 7. Ad te
verò quod adtinet, Fili hominis, ſpeculatorem te conſtitui domui Iſraëlis; audies à me
verba, eúmque meo nomine admonebis. 8. Cùm dixero improbo: improbe morie-
ris; nec rem proloquutus fueris, ut moneres improbum, ut è via ſua *ad meliorem* redi-
ret, ipſe quidem improbus ob nequitiam ſuam morietur, at ſanguinem ejus è manu tua
repetam. 9. Si verò monueris improbum ut à via ſua rediret, nec tamen à via ſua aver-
ſus ſit; ille quidem, ob nequitiam ſuam, morietur, ſed tu vitam tuam liberaveris.
10. Tu ergo, Fili hominis, dic domui Iſraelis: ſic dicitis: defectiones noſtræ &
peccata noſtra nobis incumbunt, atque in iis contabeſcimus, quomodo verò viveremus?
11. Iis verò tu dicito: *ne* vivam ego, inquit Dominus Jehova, ſi improbi morte dele-

 ctor;

ctor; quin imò *delector* quando improbus redit à ſua via, & vivit. Redite, redite è viis veſtris malis, cur moreremini, ô domûs Iſraëlis *homines?*

12. Dicito etiam tu, Fili hominis, popularibus tuis: juſtitia juſti non liberabit eum, tempore quo deſecerit; nec ob improbitatem improbus impinget, tempore quo ab ea reverſus fuerit; nec juſtus poterit vivere, juſtitiæ ſuæ causâ, quando peccaverit. 13. Cùm dixero juſto: vives, ipſe verò juſtitiâ ſuâ fretus iniquè ſe geſſerit; nulla ejus juſta facta in memoriam revocabuntur, quia ſe iniquè geſſerit, ideò morietur. 14. Cùm verò dixero improbo: morieris; at ille redierit à peccato ſuo, jus & juſtitiam exercuerit, 15. pignus reſtituerit, raptum rependerit, in inſtitutis vitæ inceſſerit, ita ut iniquè ſe non geſſerit; vivet *ille*, non morietur. 16. Nulla peccata, quæ admiſerit, ei in memoriam revocabuntur; jus & juſtitiam exercuerit, *ideóque* vivet, non morietur.

17. Dixerunt *tamen* populares tui, non eſſe rectam viam Jehovæ, cùm ipſorum via non ſit recta. 18. Cùm juſtus retro ceſſerit à juſtitia ſua, atque iniqua facta admiſerit, propter ea morietur. 19. Cùm verò improbus, ab improbitate ſua reverſus, jus & juſtitiam exercuerit, propterea vivet. 20. Negaſtis viam Jehovæ eſſe rectam, ſed de unoquoque veſtrûm, pro ejus viis, judicium feram.

21. Anno duodecimo, & quinto decimo die menſis *primi* migrationis noſtræ, venit ad me quiſpiam, qui Jeroſolimâ evaſerat, & mihi captam eſſe urbem dixit. 22. Manus verò Dei mihi incubuerat, antequàm veniret is, qui evaſerat, aperuítque os meum *clauſum*, donec veniſſet ad me mane: apertum verò fuit os meum, neque ampliùs obmutui. 23. Facta verò ſunt verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam. 24 Fili hominis, incolæ ſolitudinum, qui ſunt in terra Iſraëlis, dicunt: unus erat Abrahamus, *nec eo ſeciùs* poſſidet hanc terram; nos verò multi ſumus, *potioreſque*, *proinde jure* data eſt nobis poſſidenda. 25. Idcirco dixit: ſic ait Dominus Jehova: cùm ſanguine *carnem* comediſtis, ſuſtuliſtis oculos ad ſtercoreos veſtros Deos, effudiſtis ſanguinem, & terram poſſideretis! 26. Inſtitiſtis gladio veſtro, res abominandas feciſtis, & quiſque uxorem proximi veſtri polluiſtis; & terram poſſideretis! 27. Sic *etiam* dices illis: ſic ait Dominus Jehova: ne vivam ego, niſi ii, qui in ſolitudinibus *ſunt*, gladio cadant; eos verò, qui in patentibus campis *habitant*, feris tradam, quæ eos devorent; & ni ii, qui ſunt in locis *naturâ* munitis & ſpeluncis, peſte intereant. 28. Redigam terram in vaſtitatem ac ſolitudinem, deſinétque ſuperbia, *quam* è viribus *ſuis conceperat;* deſolabuntur montes Iſraëlis, ita ut nemo per eos tranſeat. 29. Tum ſcient me eſſe Jehovam, cùm terram in vaſtitatem & ſolitudinem redegero, propter omnia abominanda facta quæ admiſerunt.

30. O Fili hominis, populares tui detrahunt tibi, juxta parietes, atque in oſtiis domorum ſuarum, ubi alter cum altero loquitur, quiſque cum proximo ſuo, his verbis: venite, quæſo, & audite quodnam verbum à Jehova prodierit. 31. Tum te inviſunt, prout inviſitur *quivis è* populo, ſedéntque coram te populus meus, & audiunt verba tua, nec ea exſequuntur; ſed in ore ſuo habent, *quaſi* amatoria *cantica*, animúſque eorum lucrum tantùm ſectatur. 32. Tu iis es inſtar cantici amatorii, quod pulcrâ voce & *inſtrumento muſico*, bene pulſato, *canitur*. Audiunt quidam verba tua, ſed iis non parent. 33. Sed cùm res contigerit (& jam continget) tum verò ſcient apud ſe eſſe Prophetam.

Invehitur Deus in Paſtores Iſraëlis, quibus graves pœnas minatur & ſe ipſum, Paſtorem futurum pollicetur, & Meſſiam, cujus tempora deſcribuntur.

CAPUT XXXIV.

1. JEHOVA me etiam adloquutus eſt, in hanc ſententiam. 2. Fili hominis, vaticinare contra Paſtores Iſraëlis; vaticinare, *inquam*, iiſque (Paſtoribus nempe) dicito: ſic dixit Dominus Jehova: væ Paſtoribus Iſraëlis, qui ſemet ipſi paſcunt! Annon paſtorum eſt paſcere pecudes. 3. *Atqui* adipem comeditis, lanâ induti eſtis, *victimas* pingues mactatis, nec tamen pecudes paſcitis. 4. Languentes non confirmaſtis, ægras non curaſtis, eam, cui fractum erat crus *ejus*, non obligaſtis, pulſam non reduxiſtis, amiſſam non quæſiviſtis, ſed violenter & ferociter eis dominati eſtis. 5. Errarunt ſine paſtore, paſtui fuerunt omnibus feris agrorum, & diſperſæ. 6. Erravit pecus meum, per omnes montes, per omnes editos colles; per omnem terram ſparſum eſt, nec eſt qui quærat, aut inveſtiget.

7. Propterea, ô Paſtores, audite verba Jehovæ. 8. *Ne* vivam, inquit Dominus Jehova, niſi pecudes meæ fuerint direptioni, & paſtui omnibus agreſtibus feris, cùm non eſſet iis paſtor; nec quæſiverint Paſtores mei pecudes meas, ſed paverint ſemet ipſi, nec pecudes meas paverint; 9. (Propterea, Paſtores, audite verba Jehovæ.) 10. Sic dixit, *inquam*, Dominus Jehova: jam Paſtoribus *dico*: *niſi* requiram pecudes meas ex eorum manu; faciámque ut deſinant paſcere pecudes meas, néve ampliùs ſemet ipſi Paſtores paſcant; & liberem pecudes meas ex eorum ore, nec ſint iis paſtui. 11. Sic enim dixit Dominus Jehova: mox ego quæram pecudes meas, eáſque inveſtigabo.

12. Quemadmodum quærit paſtor gregem ſuum, eo tempore, quo in mediis ſuis pecudibus diſperſus eſt: ſic quæram pecudes meas, eripiámque ex omnibus locis, in quæ ſunt diſperſæ, die nubis & caliginis. 13. Educam eas è populis, colligam è terris, inducam in ſolum ſuum; & paſcam eas in montibus Iſraëlis, ad torrentes, & in omnibus terræ habitationibus. 14. In bonis paſcuis eas paſcam, in montibus editis Iſraëlis erunt earum caulæ, recubabunt in bonis caulis, & pinguia paſcua depaſcent, in montibus Iſraëlis. 15. Ego paſcam pecudes meas, ego dabo operam ut recubent, ait Dominus Jebova. 16. Amiſſas quæram, expulſas reducam; eam *cui membrum erit* fractum obligabo. Languentem confirmabo, pingues verò & fortes perdam, paſcam enim eas, modo adhibito.

17. Ad vos, pecudes meæ, quod adtinet, ſic dixit Dominus Jehova, mox ego diſcriminabo minutas pecudes à pecudibus minutis, arietes ab hircis. 18. An parum vobis eſt, *arietes & hirci*, quod bona paſcua depaveritis, & reliqua paſcua pedibus veſtris conculcaveritis, quòd aquam profundam biberitis, & reliquam pedibus conturbaveritis? 19. Pecudes meæ quod conculcatum fuerat pedibus veſtris paverunt, & turbatam *pedibus* veſtris aquam biberunt. 20. Quare ſic eis dixit Dominus Jehova: mox ego diſcriminabo pecus pingue à macilento; 21. quia latere atque humero impellitis, & cornibus impetitis omnes languentes, donec eas disjeceritis extra *caulam*. 22. Salutem adferam pecudibus meis, neque erunt ampliùs prædæ, & minores pecudes diſcriminabo.

23. Excitabo deinde illis paſtorem unum qui paſcat eas; ſervum meum Davidem; is eas paſcet, fiétque earum paſtor. 24. Ego Jehova ero illis Deus & ſervus meus David princeps erit inter eas. Ego Jehova ſum loquutus. 25. Feriam cum eis fœdus pacis, faciam ut fera beſtia in terra eſſe deſinat; ſecurè in deſerto habitabunt atque in ſilvis dormient. 26. Concedam iis, & locis, qui ſunt circa meos colles, benedictionem, demittam pluviam, tempore ſuo, & pluviæ fœcundæ erunt. 27. Edent arbores agri fructum ſuum, terra proventum ſuum emittet, ſecurè erunt in terra ſua, & ſcient me eſſe Jehovam; quando eorum jugi lora fregero, eóſque è manu eorum, qui eos ſervire cogunt, liberavero. 28. Non erunt ampliùs prædæ gentibus, fera terræ eos non vorabit; habitabunt ſecurè, nec quiſquam eos terrebit. 29. Excitabo iis plantam, quæ celebritatem *eis* creet, nec erunt ampliùs in terra, qui fame pereant, neque ampliùs ignominiam à gentibus referent. 30. Me Jehovam Deum ſuum ſibi adeſſe intelligent, & ipſi erunt populus meus, domus Iſraëlis, ait Dominus Jehova. 31. Vos autem pecudes meæ, pecudes paſcui mei homines eſtis, ego verò Deus veſter, ait Dominus Jehova.

Vaticinia in Idumæos, hoſtes perpetuos Iſraëlitarum, qui expulſorum agros ſuos facere cupiebant.

1. FACTA ſunt etiam verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam; 2. Fili hominis, converte vultum tuum ad montem Sehirem, & contra eum vaticinare, 3. eíque dicito: ſic ait Dominus Jehova: jam, tibi *dico*, ô mons Sehir; extendam manum meam in te, téque in vaſtitatem & ſolitudinem redigam. 4. Faciam ut deſertæ ſint tuæ urbes; túque ſolitudo eris, & me Jehovam eſſe intelliges. 5. Quia fuerunt tibi inimicitiæ perpetuæ cum Iſraëlitis, eorúmque *ſanguinem* gladio ſudiſti, tempore eorum perniciei, & iniquitatis ad finem perductæ; 6. propterea *ut* vivo ego, ait Dominus Jehova, *ita* cædi te parabo, cædéſque te perſequetur; niſi cædem oderis, cædes te inſectabitur. 7. Redigam Sehirem montem in vaſtitatem & ſolitudinem, exſcindámque ex eo tranſeuntem & redeuntem. 8. Implebo montes tuos, *ô Idumæa*, confoſſis tuis, in collibus, in vallibus, atque in omnibus torrentibus tuis cadent gladio cæſi. 9. Redigam te in ſolitudines perpetuas, nec urbes tuæ habitabuntur, & ſcietis me eſſe Jehovam. Caput XXXV.

10. Quia

10. Quia dixiſti: duæ gentes & duæ terræ meæ erunt, eámque poſſidebo, ubi erat Jehova, 11. ſed, *ut* vivo, ait Dominus Jehova, *ſic te* habebo, ut dignæ ſunt tua iracundia & tua invidia, & pro factis tuis *in Iſraëlitas*, ex odio quo eos proſequebaris. Tum illis innoteſcam, cùm de te ſupplicium ſumſero, 12. & ſcies me eſſe Jehovam. Audivi omnia convicia, quæ protuliſti in montes Iſraëlis, cùm diceres: deſerti ſunt & nobis conceſſi ſunt paſtui. 13. Magnificè vos ore jactaſtis contra me, & multis verbis in me invecti eſtis, quæ ego audivi. 14. Sic verò dixit Dominus Jehova: cùm tota hæc terra lætabitur, tum te in ſolitudinem redigam. 15. Pro lætitia tua, ob hereditatem domûs Iſraëlis, quia deſolata eſt, me erga te geram; ſolitudo erit mons Sehir, & tota Idumæa, quanta eſt; & ſcient me eſſe Jehovam.

Vaticinia de inſtauratione Iſraëliticæ terræ & gentis.

CAPUT XXXVI.

1. TU verò, Fili hominis, vaticinare ad montes Iſraëlis, iíſque dicito: ô Montes Iſraëlis, audite verba Jehovæ: 2. ſic dixit Dominus Jehova: quia dixit hoſtis veſter de vobis, euge! & excelſa antiqua nobis in hereditatem cedent; 3. propterea, *inquam*, vaticinare & dicito: ſic ait Dominus Jehova: quia vos vaſtant atque abſorbent undequaque, ut ſitis poſſeſſio reliquiis gentium, & *quia in* ore *omnibus* eſtis, vóſque populus infamat; 4. ideò montes Iſraëlis audite verbum Domini Jehovæ; ſic dixit Dominus Jehova, montibus, collibus, torrentibus & vallibus deſertis, ac deſolatis; urbibúſque relictis, quæ fuerunt prædæ & irriſioni reliquiis gentium, quæ ſunt circumquaque. 5. Propterea, ſic dixit Dominus Jehova: *ne vivam*, niſi in ardore zelotypiæ meæ loquar de reliquiis gentium, déque Idumæa tota, quæ adtribuerunt ſibi terram meam in poſſeſſionem, cum totius cordis lætitia, & contemtu animi, *erga domum Iſraëlis*, quod expulſa ſit & prædæ fuerit. 6. Quare vaticinare de ſolo Iſraëlis, & dicito montibus, collibus, torrentibus & vallibus: ſic ait Dominus Jehova: jam in zelotypia & ira mea loquutus ſum, quia ignominiam gentium tuliſtis. 7 Quare ſic dixit Dominus Jehova: ſuſtuli ego manum meam, nî gentes, quæ circa vos ſunt, ipſæ etiam ignominiam ſuam ferant. 8. At vos, ô Montes Iſraëlis, frondes veſtras edetis populo meo Iſraëli, quia prope eſt ut veniant. 9. Mox enim ad vos convertar, colemini, & ſementem accipietis. 10. Faciam ut ſint multi in vobis homines, tota domus Iſraëlis quanta eſt, habitabuntur urbes & in locis deſertis ædificia excitabuntur. 11. Augebo in vobis homines & bruta, plures fient & creſcent. Faciam ut habitemini, quemadmodum olim, útque *poſterior* ſtatus veſter ſit melior priore, & me Jehovam eſſe intelligetis. 12. Adducam in vos homines, populum nempe meum Iſraëlem, poſſidebúntque te, *ô Terra*, eis erit jure hereditario, nec perges ampliùs eos orbos facere. 13. Sic dixit Dominus Jehova: quia dicitis inter vos, tu, *ô Terra*, devoraſti homines, atque orbaſti gentes tuas; 14 propterea homines non ampliùs abſumes, nec facies ut gentes tuæ impingant poſtea, ait Dominus Jehova. 15. Non faciam ampliùs, ut à gentibus ignominioſa *tibi* audias, probra populorum non ampliùs feres, nec gentes tuæ poſthac impingent, ait Dominus Jehova.

16. Jehova etiam me adloquutus eſt, in hanc ſententiam: 17. Fili hominis, domûs Iſraëlis *homines* habitarunt ſolum ſuum, ídque polluerunt viis ſuis, & ſtudiis *pravis*, quaſi immunditia mulieris menſtruis laborantis fuit eorum via coram me; 18 itaque effudi iram meam in eos, propter ſanguinem, quem in terram effuderant, *quam* & ſtercoreis Diis ſuis polluerant. 19. Disjeci eos per gentes, & ſparſi ſunt per terras; pro viis & ſtudiis eorum de iis judicium tuli. 20. At cùm perveniſſent ad gentes, quas adierunt, ſanctum meum nomen polluerunt; cùm de iis diceretur: hi ſunt populus Jehovæ; è terra ejus egreſſi. 21. Peperci *tamen iis*, propter ſacrum nomen meum, quod polluerat domus Iſraëlis, apud gentes, ad quas venerat. 22. Itaque dicito domui Iſraëlis: ſic ait Dominus Jehova: non propter vos hoc feci, ô domus Iſraëlis, ſed propter ſanctum meum nomen, quod polluiſtis apud gentes quas adiiſtis. 23. Oſtendam ſanctum eſſe nomen meum magnum, pollutum apud gentes, apud quas id polluiſtis, ſciéntque gentes me eſſe Jehovam, ait Dominus Jehova, cùm ſanctus habebor, coram vobis. 24. Recipiam vos è gentibus, congregabo ex omnibus terris, & reducam in veſtrum ſolum. 25. Adſpergam vos aquâ mundâ, ab omnibus inquinamentis veſtris mundabimini, & vos à ſtercoreis *Diis* veſtris purgabo. 26. Dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum intra vos ponam; amovebo cor lapideum è carne veſtra, & vos carneo corde donabo 27. Spiritum meum vobis indam, faciámque ut in inſtitutis meis incedatis, judiciáque mea faciatis & obſervetis. 28. Tum habitabitis in terra, quâ Majores veſtros dona-

donavi; eritíſque mihi in populum, & vobis ero ego in Deum. 29. Liberabo vos ab
omnibus inquinamentis veſtris, & vocabo frumentum, ídque augebo, nec immittam vo-
bis famem. 30. Faciam ut copioſus ſit fructus arborum itémque proventus agrorum,
ne ampliùs inter gentes ſames vobis exprobretur. 31. Recordabimini viarum veſtra-
rum malarum ſtudiorúmque non bonorum, & vos tædebit, pigebítque iniquorum,
abominandorúmque factorum veſtrorum. 32. Non propter vos hoc faciam, ait Domi-
nus Jehova, ut probè noritis; pudeat vos viarum veſtrarum & *propterea* erubeſcite, ô
domûs Iſraëlis *homines*. 33. Sic dixit Dominus Jehova; quo die mundavero vos omni-
bus iniquis factis veſtris, faciam ut habitentur urbes veſtræ, ædificiíſque loca deſerta in-
ſtruantur. 34. Terra deſolata coletur, pro eo quod fuerat deſerta, coram omni viato-
re. 35. Tum dicent *vicini*: terra illa, quæ deſolata fuerat, facta eſt inſtar horti He-
denis, & urbes vaſtatæ, deſolatæ & dirutæ *nunc* munitæ ſunt & habitatæ 36. Tum
ſcient gentes, quæ ſupererunt circa vos, me Jehovam inſtauraſſe quæ erant diruta, &
plantis inſtruxiſſe deſolata. Ego Jehova *hæc* proloquutus ſum atque effecta dabo. 37. Sic
dixit Dominus Jehova, adhuc quærar domui Iſraëlis, ut *rem* iis perficiam, augebóque
homines, non aliter ac minutum pecus. 38. Inſtar minutarum pecudum conſecratarum,
inſtar minutarum pecudum *erit* Jeroſolima, ſtatis ſuis feſtis, ſic & erunt reliquæ urbes
vaſtatæ plenæ hominibus, quaſi minutis pecudibus, & me Jehovam eſſe intelligent.

Deſcribitur reſtitutio Iſraëlis, ſub imagine oſſium aridorum in vitam redeuntium, & conjunctione omnium Tribuum, tempore præſertim Meſſiæ, in unum populum.

1. INcubuit mihi manus Jehovæ, eduxítque me in ſpiritu Jehova, & me ſtitit in CAPUT
mediam vallem, eámque oſſibus refertam. 2. Juſſit me tranſire circumquaque ad XXXVII.
ea, erántque maximo numero in ſuperficie vallis, & quidem valde ſicca. 3. Tum mi-
hi *Deus*; an vivent, inquit, Fili hominis, hæc oſſa? Ego verò, tu, inquam, noſti,
Domine Jehova. 4. At ille mihi, vaticinare, ait, de oſſibus hiſce, iiſque dicito: heus!
arida oſſa, audite verba Jehovæ! 5. Sic dixit Dominus Jehova oſſibus hiſce: mox ſpi-
ritum in vos immittam & vivetis. 6. Vobis imponam nervos, induam vos carne, te-
gam vos cute, immittámque in vos ſpiritum & vivetis, ſcietíſque me eſſe Jehovam.
7. Vaticinatus ſum, quemadmodum juſſus eram, cùm autem vaticinatus eſſem, ſonitus
factus eſt & motus, quo oſſa acceſſerunt unumquodque ad os ſuum. 8. Cúmque in-
ſpexiſſem, en verò ſuper iis erant nervi, mox caro adſcendebat, atque hæc cutis tege-
bat, nec tamen inerat iis ſpiritus. 9. Tum mihi Deus, vaticinare, inquit, ad ſpiritum,
vaticinare, Fili hominis, & dic ſpiritui: ſic dixit Dominus Jehova: veni, ſpiritus, à
quatuor ventis, atque adfla iſtos interfectos & vivent. 10. Vaticinatus ſum, ut me juſ-
ſerat, ingreſſúſque eſt in eos ſpiritus, vixerunt, atque in pedibus ſuis conſtiterunt, *unde
factus* maximus exercitus. 11. *Ibi verò Deus* mihi, Fili hominis, omnia hæc oſſa ſunt
domûs Iſraëlis, quanta eſt. Dixerunt *Iſraëlitæ*: aruerunt oſſa noſtra, periit ſpes noſtra,
exſciſi prorſus ſumus. 12. Vaticinator itaque, iiſque dicito: ſic ait Dominus Jehova:
mox ego ſepulcra veſtra aperiam, vóſque ex iis educam, ô mi popule, & in terram
Iſraëlis reducam. 13. Intelligetis me eſſe Jehovam, cùm aperuero ſepulcra veſtra, cum
ex iis, ô mi popule, vos eduxero, 14 indidero vobis ſpiritum meum, in vitam redie-
ritis, & vos in ſolo veſtro quietos præſtiterim. Tum ſcietis me Jehovam eſſe loquu-
tum, remque effectam dediſſe, ait Jehova.

15. Me etiam adloquutus eſt Jehova, in hanc ſententiam: 16. Tu, Fili hominis,
ſume tibi lignum unum, eíque inſcribe: Judæ & Iſraëlitarum ejus ſociorum. Sume &
alterum lignum, eíque inſcribe: Joſephi, lignum Ephraïmi & totius domûs Iſraëlis,
ſociorum ejus. 17. Admoveto alterum alteri, ut fiat lignum unum, ſintque in manu
tua unum. 18. Cùm verò populares tui tibi dicent: annon indicabis nobis quid hæc
ſibi velint? 19. *ſic* eos adloquere, ita ait Dominus Jehova: mox ſumam lignum Joſephi,
quod eſt in manu Ephraïmi & tribuum Iſraëlis ejus ſociarum, imponámque illud ligno
Judæ, & redigam ea in lignum unum, erúntque unum in mea manu. 20. Erunt au-
tem ligna quibus *nomina* inſcripſeris, in manu tua, iis ſpectantibus. 21. Eos præterea
ſic adloquere: ita dixit Dominus Jehova: mox ego recipiam Iſraëlitas, à gentibus ad
quas iverunt, congregabo eos undequaque, & in ſolum ſuum reducam. 22. Faciam ut
fiant gens una in terra & montibus Iſraëlis, unúſque illis erit Rex omnibus, nec am-

pliùs fient duæ gentes, aut duo regna. 23. Non ampliùs ſe polluent ſtercoreis ſuis Diis, abominandis ſuis factis & defectionibus, liberabo eos omnibus ſuis habitationibus, in quibus peccaverunt, purgabóque eos, & erunt mihi in populum, ego verò iis in Deum.

24. Servus meus David Rex eorum erit, atque omnium Paſtor unicus; incedent in meis legibus, inſtitutorúmque meorum memores erunt & obſervantes. 25. Habitabunt in terra, quâ Jacobum ſervum meum donavi, quámque habitarunt Majores veſtri, & incolent ipſi, eorúmque filii & nepotes in perpetuum, ac David ſervus meus in perpetuum erit eorum princeps. 26. Pangam cum iis fœdus pacis, fœdus perpetuum erit *mihi* cum illis, ídque iis concedam. Eos augebo, & ſacrarium meum apud eos in perpetuum collocabo. 27. Erit apud eos Tabernaculum meum, ero eis Deus, eríntque illi mihi populus. 28. Scient gentes me eſſe Jehovam, qui mihi Iſraëlem conſecravi, cùm apud eos erit Sacrarium meum in perpetuum.

Vaticinium in Gogum & Magogum, ubi eæ gentes deſcribuntur, cum exercitu Judæam depopulantes, & poſtea pœnas dantes.

CAPUT XXXVIII

1. JEHOVA me etiam adloquutus eſt, in hanc ſententiam: 2. Fili hominis vultum tuum converte ad Gogum, & ad terram Magogi, ad principem Roſi, Moſchi, & Tibareni, 3 & dicito: ſic ait Dominus Jehova, en tibi *dico*, Goge, princeps Roſi, Moſchi & Tibareni. 4. Faciam ut redeas *ad tuos*, indam hamos maxillis tuis, ejiciam te, totúmque tuum exercitum, equos & equites cataphractos, quotquot ſunt, multitudinem magnam ſcuto & clipeo *armatorum*, & gladio utentium, quotquot ſunt, 5. Perſas, Chuſæos, & Libyas cum illis omnes ſcutatos & galeatos, 6. Phryges & omnes earum alas, domum Thogarmæ, *ad* latera Aquilonis, & omnes ejus alas, populóſque multos tecum: 7. Paratus eſto, & parato tibi, tu & omnis multitudo tua, qui ſe tibi adgregent, iiſque inſtar cuſtodiæ eris. 8. Poſt multos dies pœnas dabis, ſed poſtremis annis venies ad gentem, à qua gladius averſus eſt, quæ collecta erit, è populis multis in montes Iſraëlis, qui longo tempore vaſtati fuerint; hæc è populis multis educta erit, & ſolum ſuum ſecurè habitabit, quanta eſt. 9. Adſcendes inſtar procellæ, venies inſtar nubis, ad tegendam terram, eris tu & omnes alæ tuæ, & multi populi tecum.

10. Sic dixit Dominus Jehova: die illo, rerum tibi in mentem veniet, cogitationem malam animo verſabis, 11. & dices, ibo in terram villarum, veniam ad incolas ſecurè quieſcentes; hi, quotquot ſunt, habitant ſine muro, nec vectes & fores iis ſunt; 12. ad ſpolia rapienda, atque ad prædam auferendam; ut vertas manum tuam in vaſtitates habitatas, ad populum collectum è gentibus, qui pecuariam facit, ad habitantes in umbilico terræ. 13. Seba & Dedan, negotiatores Tharſiſii, & omnes leunculi ejus *terræ* dicent tibi: an veniſti ad ſpolia rapienda, an ad auferendam prædam multitudinem tuam coëgiſti, ad capiendum argentum & aurum, ad diripiendas pecudes & magna ſpolia auferenda?

14. Quare vaticinator, Fili hominis, & Gogo dicito: ſic ait Dominus Jehova: nonne ſcis die illo habitaturum populum meum Iſraëlem ſecurè? 15. Venies è loco tuo, è lateribus Septemtrionis, tu & populi multi tecum, qui vehentur equis, quotquot erunt, magna multitudo atque exercitus multus. 16. Adſcendes in populum meum Iſraëlem, inſtar nubis, ad operiendam terram, ſequentibus temporibus eris, & te adducam in terram meam, ut me norint gentes, cùm ſanctus habebor per te, iis ſpectantibus, ô Goge. 17. Sic dicit Dominus Jehova: túne ille es de quo loquutus ſum, temporibus antiquis, per ſervos meos Prophetas Iſraëlis, qui vaticinabantur temporibus illis, fore ut adducerem te, contra eos? 18. Die autem illo, quo ingredietur Gogus terram Iſraëlis, ait Dominus Jehova, augebitur excandeſcentia mea. In ira mea, 19 in zelotypia mea, in igne iræ meæ loquar, & erit die illa magnus metus in terra Iſraëlis. 20. Trepidabunt, coram me, piſces maris, avis cœli, fera agri, quodvis reptile, quod in terra repit, & omnis homo, qui terræ inſiſtit, devolventur montes, cadent adclives loci, & omnis murus in terram ruet. 21. Vocabo contra eum, in omnes montes meos, gladium, ait Dominus Jehova, cujúſque gladius in fratrem ejus *converſus* erit. 22. Puniam eum peſte & cæde; inundantem imbrem, lapides grandinis, ignem & ſulphur demittam in eum & in ejus alas, atque in populos multos, qui cum illo erunt. 23. Tum oſtendam

dam me magnum & ſanctum eſſe, & me noſcendum præbebo oculis gentium multarum, ſciéntque me eſſe Jehovam.

Alia vaticinia in Gogum & Iſraëlem.

1. TU verò, Fili hominis, vaticinator in Gogum & dicito: ſic ait Dominus Jehova, en tibi *dico*, ô Goge, princeps Roſi, Moſchi & Tibareni. 2. Reducam te, & ad ſextam partem redigam, tum faciam ut venias è lateribus Septemtrionis, & te conferas in montes Iſraëlis. 3. Sed excutiam arcum tuum è manu tua ſiniſtra, ſagittáſque è manu dextra dejiciam. 4. In montibus Iſraëlis cades tu, omnéſque alæ tuæ & populi, qui tecum ſunt, in paſtum avi, volucri omnis alæ, & feræ agreſti, quibus te tradidi. 5. In ſuperficiem agri cades, nam loquutus ſum, ait Dominus Jehova 6. Subjiciam ignem Magogo, iiſque qui inſulas ſecurè incolunt, & me eſſe Jehovam intelligent. 7. Faciam ut ſanctum meum nomen in medio populo meo Iſraële innoteſcat, nec patiar ſanctum meum nomen adhuc pollui, intelligéntque gentes me eſſe Jehovam ſanctum in Iſraële. 8. Mox veniet & aderit, ait Jehova, ille dies, de quo loquutus ſum. 9. Egredientur incolæ urbium Iſraëlis, incendéntque & comburent arma, clipeum, ſcutum, arcum, ſagittas, ſcipionem & lanceas, iiſque alent ignem per ſeptem annos. 10. Non conferent ligna ex agris, neque in ſilvis cædent, quia armis incendent ignem, ſpoliáque auferent ab iis qui eos ſpoliarant, & prædam rapient è prædatoribus ſuis, ait Dominus Jehova. Caput XXXIX.

11. Eo tempore dabo Gogo locum, in quo ſepeliatur, apud Iſraëlem, in valle tranſeuntium ad ortum maris, quæ ſiſtit viatores. Illic ſepelient Gogum & omnem ejus multitudinem, vocabúntque poſtea vallem Hamon-Gog. 12. Sepeliet eos Iſraëlis domus, mundandæ terræ causâ, per ſeptem menſes. 13. Sepeliet eos totus populus terræ, pariétque ei famam dies, quo gloria mea aucta fuerit, ait Dominus Jehova. 14. Eligent ſeorſim viros, qui perpetuò terram peragrent, & ſepeliant viatores, qui in terræ ſuperficie remanſerint, eóſque ad eam repurgandam, ad exactos usque ſeptem menſes, inquirant. 15. Tranſibunt per terram, & ubi os humanum viderint, ſtruent juxta illud ſignum, donec pollinctores id in valle Hamon-gogi ſepelierint. 16. Erit etiam nomen urbis Hamonæ *iis conceſſæ* qui terram repurgabunt.

17. Tu verò, Fili hominis, dicito, ut ait Dominus Jehova, avi omnis alæ, atque omni agreſti feræ: congregamini & venite, undequaque colligamini, ad convivium meum quod veſtri causâ paro, convivium magnum, in montibus Iſraëlis, ubi comedetis carnem & bibetis ſanguinem. 18. Carnem fortium comedetis, & ſanguinem principum terræ bibetis, arietum, agnorum, hircorum & juvencorum. 19. Comedetis adipem, ad ſatietatem, & bibetis ſanguinem ad ebrietatem, in convivio meo quod vobis paravi. 20. Satiabimini ad menſam meam, equo *ſingulari*, & currum *trahenti*, *viro* forti, & quovis homine militari, ait Dominus Jehova. 21. Gloriam meam ſparſi per gentes, captivi abducti ſunt *homines* domûs Iſraëlis, & videbunt omnes gentes ſupplicium quod de iis ſumſi, & manum, quam iis injeci. 22. Intelliget etiam domus Iſraëlis me eſſe Jehovam Deum ſuum, ab eo die, atque in poſterum. 23. Scient gentes domum Iſraëlis captivam eſſe abductam propter iniquitatem ſuam, quia in me deliquit, eíque vultum meum abſcondi, & tradidi in manum hoſtium ſuorum, *unde factum* ut gladio, quotquot erant, ceciderint. 24. Pro eorum immunditia, & defectionibus *me* cum iis geſſi, iiſque vultum meum abdidi.

25. Propterea ſic dixit Dominus Jehova: nunc faciam ut redeant captivi Jacobi, totiusque domûs Iſraëlis miſerebor, & ſancti mei nominis causâ zelotypiam meam oſtendam. 26. Tulerunt omnem ſuam ignominiam, & omnem pœnam delictorum, quæ in me admiſerunt, dum ſecurè in ſua terra habitarent, nec quiſquam eos terreret. 27. Cùm reduxero eos è populis, & congregavero è terris hoſtium ſuorum, atque inter eos ſanctus habitus fuero coram gentibus multis; 28. intelligent me eſſe Jehovam ipſorum Deum; eùm tranſtulero eos ad gentes, deinde verò in ſuam terram congregavero, neque quemquam eorum ampliùs ibi relinquam. 29. Iis non ampliùs vultum meum abſcondam, quia Spiritum meum in domum Iſraëlis effudero, ait Dominus Jehova.

Ezekiel Spiritu tranſlatus in Judæam videt urbem, cum Templo, & virum id metientem, initio facto ab externis atriis ædificiiſque circumpoſitis.

CAPUT I. XL. VIGESIMO quinto anno transmigrationis noſtræ, initio anni, & decimo die menſis primi, anno quarto decimo ab urbe capta, eo ipſo die manus Jehovæ mihi incubuit méque eò deduxit. 2. In viſis nocturnis, Deus duxit me in terram Iſraëlis, & collocavit in monte altiſſimo, in quo erat veluti ædificium urbis ad meridiem. 3. Cùm me eò duxiſſet, ecce verò virum, cujus ſpecies erat inſtar ſpeciei æris *nitentis*, & in cujus manu fuit ſunis lineus & calamus menſorius; is verò ſtetit in porta, 4. meque vir ille adloquutus eſt, *his verbis:* Fili hominis, vide tuis oculis, auribus tuis audi, & animam adtende ad omnia, quæ tibi oſtendam, ideò enim huc adductus es, ut hæc tibi oſtenderem. Tum indica hæc omnia domui Iſraëlis. 5. Murus erat extra Ædem circumquaque, atque in manu ejus viri fuit calamus menſuræ ſex cubitorum, *quorum ſingula erant* cubiti & palmi. Dimenſus verò eſt latitudinem atque altitudinem ædificii, uno calamo.

6. Venit ad portam, quæ reſpiciebat orientem, adſcendítque gradus ejus & menſus eſt limen portæ unum, calamo uno, *in* latitudine, & limen alterum, calamo uno, *in* latitudine; 7. tum etiam thalamum, calamo unoſ in longitudine, & calamo altero *in* latitudine, atque intèr thalamos quinque cubiti *fuerunt*. Limen verò portæ intrinſecus, juxta veſtibulum portæ, calamo uno menſus eſt, 8. & veſtibulum portæ intrinſecus, calamo uno. 9. Menſus eſt etiam veſtibulum portæ octo cubitis & paraſtadas ejus binis cubitis; veſtibulum autem portæ erat interius. 10. Thalami verò portæ, orientem versùs, tres *erant* hinc, atque inde totidem, tribúſque una menſura, & paraſtadibus, hinc atque inde menſura una. 11. Menſus etiam eſt latitudinem oſtii portæ, decem cubitis, & longitudinem portæ ternis denis; 12. tum marginem ante thalamos, cubito uno hinc, & cubito altero illinc; thalami verò *erant* ſenûm cubitorum hinc, & totidem cubitorum illinc. 13. Menſus eſt deinde portam à tecto thalami ad tectum ejus, *ſecundùm* latitudinem viginti quinque cubitis, *ita ut* oſtium *eſſet* è regione oſtii. 14. Fecit deinde paraſtadas ſexagenûm cubitorum, atque ad paraſtadem atrii portæ circumquaque; 15. & ante portam introïtûs ad veſtibulum portæ interioris *erant* quinquaginta cubiti. 16. Feneſtræ clauſæ *erant* thalamis & paraſtadibus eorum, introrſus ad portam circumquaque; ſic & veſtibulis, feneſtræque erant circumquaque intrinſecus, & ad paraſtadem palmarum.

17. Tum me duxit in atrium exterius, en verò conclavia & pavimentum factum atrio circumquaque; triginta cubicula erant ad pavimentum. 18. Pavimentum etiam *erat* ad latera portarum; pro longitudine portarum *erat* pavimentum inferius. 19. Menſus etiam eſt latitudinem, à porta inferiore, ad atrium interius, extrinſecus centum cubitis, ad Orientem, atque ad Septemtrionem. 20. Menſus quoque eſt longitudinem & latitudinem portæ ad Septemtrionem converſæ in exteriore atrio. 21. Thalami tres *erant* hinc, totidémque illinc, & paraſtades ejus, & veſtibula, menſura fuit inſtar portæ prioris, quinquagenûm cubitorum longitudo, & vicenûm quinûm latitudo. 22. Feneſtrarum etiam ejus, veſtibulorum & palmarum menſura fuit inſtar portæ orienti obverſæ, gradibúſque ſeptenis eam adibant; *ut* & veſtibula, quæ in fronte iis occurrebant. 23. *Fuit* & porta in atrio interiore è regione portæ ad Septemtrionem, & portæ ad orientem obverſæ, menſúſque eſt à porta ad portam, centenos cubitos.

24. Me poſtea duxit ad meridiem, ibi verò erat porta meridiei obverſa, menſúſque eſt ejus paraſtadas & veſtibula, quorum menſuræ erant inſtar earum *quas dixi:* 25. Feneſtræ ei *erant* & veſtibula circumquaque inſtar feneſtrarum *& veſtibulorum memoratorum*; quinquagenûm cubitorum fuit longitudo, latitudo vero vicenûm quinûm; 26. gradibus ſeptenis ad eam adſcendebant, veſtibula ejus in fronte occurrebant, palmæque ei erant altera hinc, altera illinc, ad ejus paraſtadas. 27. Fuit & porta atrio interiori auſtrum versùs, & menſus eſt à porta ad portam, auſtrum versùs, centum cubitos.

28. Intromiſit quoque me in atrium interiùs, per portam auſtralem, eámque menſus eſt, eadem menſurâ, quâ illas, *quas memoravi.* 29. Thalami ejus, paraſtades & veſtibula, iiſdem menſuris *ſunt deſcripta*; feneſtræque ei *erant* & porticus circumquaque quinquagenûm cubitorum longitudine, & latitudine vicenûm quinûm. 30. Porticus erant circumquaque longitudine vicenûm quinûm cubitorum & latitudine quinûm. 31. *Verſæ*

erant

Digitized by Google

erant porticus ejus ad atrium exterius, & palmæ ejus ad paraſtadas, gradibúſque octonis ad portam adſcendebatur.

32. Tum duxit me in atrium interius, orientem versùs, menſúsque eſt portam, iisdem menſuris. 33. Thalami ejus, paraſtades & veſtibula iisdem menſuris *deſcripta ſunt*, feneſtræ *erant* illi, & porticibus ejus circumquaque, longitudine quinquagenûm cubitorum, & latitudine vicenûm quinûm. 34. *Verſa erant* ejus porticus ad atrium exterius, palmæ *ejus* hinc atque inde, & gradibus octonis ad eam adſcendebant.

35. Dein me intromiſit ad portam ſeptemtrionalem, *quam* iisdem menſuris menſus eſt. 36. Thalami ejus, paraſtades & porticus *ſuperioribus paria erant*, & feneſtræ circumquaque longitudine quinquagenûm cubitorum, & latitudine vicenûm quinûm. 37. *Verſa erant* paraſtades ejus, ad atrium exterius, palmæque ad paraſtadas hinc atque inde; & octonis ad eam adſcendebant gradibus.

38. Cubiculum autem & oſtium ejus erat in paraſtadibus portarum, ibíque abluendum erat holocauſtum. 39. In veſtibulo portæ erant binæ menſæ hinc & totidem illinc, ad mactanda in iis holocauſta, & victimas pro peccato & pro delicto. 40. Ad latus, ultra gradus, ad oſtium portæ ſeptemtrionalis binæ *erant* menſæ, & ad alterum latus veſtibuli portæ binæ quoque menſæ. 41. Super quaternis menſis hinc, & quaternis illinc, ſuper octonis menſis mactationem *victimarum* peragi oportebat. 42. Quaternæ menſæ *erant* holocauſti causâ lapidibus quadratis *conſtantes*, quarum longitudo erat cubiti unius & dimidii, & par latitudo, altitudo cubiti unius. Iis imponenda erant inſtrumenta, quibus holocauſtum & victima *quævis* mactaretur. 43. *Erant* & paxilli palmi unius adfixi intrinſecus circumquaque, menſiſque impoſita erat caro oblationis.

44. Ultra verò portam interiorem conclavia erant cantorum, in atrio interiore, quod *erat* ad latus portæ ſeptemtrionalis, obverſáque erant auſtro; unúmque *fuit* ad latus portæ orientalis obverſum ſeptemtrioni. 45. Tum mihi, hoc conclave, inquit, converſum ad auſtrum, erit Sacerdotum, qui quod obſervandum in Æde peragunt. 46. Conclave *item*, quod obverſum eſt ſeptemtrioni, *erit* Sacerdotum, qui id obſervant, quod eſt peragendum ad altare. Hi ſunt Sadoki poſteri, qui è Levitis accedunt ad Jehovam, ut ei miniſtrent.

47. Menſus eſt etiam atrium longitudine centenûm cubitorum, & totidem latitudine quadratum, atque altare ante Ædem. 48. Tum intromiſit me in porticum Ædis & menſus eſt paraſtadem porticûs, quinis cubitis hinc, & totidem illinc. Latitudo portæ erat ternûm cubitorum hinc atque illinc totidem. 49. Longitudo porticûs fuit vicenûm cubitorum & latitudo undenûm. Gradibus ad id adſcendendum erat, & columnæ erant ad paraſtadas, una quidem hinc, altera verò illinc.

Templi ipſius deſcriptio & dimenſiones traduntur.

Caput XLI.

1. DUxit me deinde ad Templum, & menſus eſt paraſtadas, latitudine ſenûm cubitorum, hinc & totidem illinc, pro latitudine Tentorii. 2. Latitudo oſtii *erat* denûm cubitorum, & latera oſtii quinûm, hinc atque inde totidem. Menſus eſt autem ejus longitudinem quadragenis cubitis, & latitudinem vicenis. 3. Interiùs ingreſſus, menſus eſt paraſtadem oſtii binis cubitis, & oſtium ſenis, & latitudinem oſtii ſeptenis. 4. Dimenſus etiam eſt longitudinem *conclavis*, vicenis cubitis & latitudinem totidem, in fronte templi, & mihi, hoc eſt, inquit, ſanctiſſimum Adytum. 5. Parietem quoque Ædis menſus eſt ſenis cubitis, & latitudinem alæ circumquaque, quatuor cubitis, circa Ædem. 6. Ad alas, quod adtinet, quarum altera alteri erat impoſita, erant pedum triginta trium, & accedebant ad murum Ædis, ut eſſent alæ circumquaque, quaſi conjunctæ eſſent muro Ædis, nec tamen ei erant conjunctæ. 7. Latius erat *ſuperius quodque tabulatum*, & circumibat ſurſum ad alas; nam circumdata erat Ædes, prout adtollebatur, circumquaque; quamobrem latitudo *alarum augebatur* ad Ædem ſurſum versùs, & ſic infima *ala* adſcendebat ad ſummam, per mediam. 8. Vidi etiam Ædis altitudinem circumquaque, & fundamenta alarum pleno calamo ſex cubitorum, *ad* axillam *usque*. 9. Craſſitudo autem muri, qui ad alas erat extrinſecus *fuit* quinûm cubitorum, & quod relictum *vacuum* erat *ab* Æde, alarum quæ ad Ædem porrigebantur. 10. Inter conclavia *& murum*, latitudo erat vicenûm cubitorum circa Ædem undequaque. 11. Oſtium verò alæ relictum, unum fuit ſeptemtrionem versùs, & alterum ad meridiem, & latitudo loci derelicti quinûm fuit cubitorum undequaque. 12. Ædificium verò quod erat è regione contractionis Ædis, ad occidentalem pla-

Digitized by Google

gam; latum erat ſeptuagenos cubitos, & murus ejus ædificii quinos circumquaque, &
longitudo ejus fuit nonagenûm cubitorum.

13. Menſus autem eſt Ædem longitudine centenûm cubitorum, & contractiora tabulata,
ædificiumque & parietes ejus centenûm cubitorum; 14. latitudinem etiam frontis do-
mûs & tabulatorum contractorum ad orientem, latitudine centenûm cubitorum.
15. Menſus quoque eſt longitudinem ædificii, è regione tabulatorum contractorum,
quæ in poſtico, atque porticus ejus, hinc atque inde centum cubitis ad Templum interius
atque atrii porticus. 16. Erant limina & feneſtræ clauſæ & porticus circa tribus *tabula-
tis*, è regione liminis tecti ligno circumquaque, & terra usque ad feneſtras & feneſtræ
tectæ, 17. ad ſuperiorem partem oſtii, usque ad Templum interius & ulteriùs, & in
toto muro circumquaque, in interiore atque exteriore, *iisdem* menſuris.

18. Facti etiam erant Cherubi & palmæ, *quarum* ſingulæ *erant* inter Cherubos, qui-
bus duæ tantùm facies *erant*; 19. & facies quidem humana ad palmam hinc, leonina
verò ad palmam illinc *erat obverſa*; quod factum erat ad totam Ædem circumquaque.
20. A ſolo ad ſuperiorem oſtii partem usque, facti erant Cherubi & palmæ, & *talis
quidem fuit* murus Templi. 21. Templi poſtis erat quadratus & facierum Sacrarii ſpe-
cies erant ſimiles.

22. Altaris lignei altitudo fuit trium cubitorum, & latitudo duorum, anguli ejus &
longitudo & parietes erant lignei. Me verò adloquutus eſt *menſor*, *his verbis*: hæc eſt
menſa, quæ erit coram Jehova. 23. Binæ valvæ *erant* Templo & Sacrario, 24. & ge-
minæ tabulæ duabus valvis plicatiles, geminæ tabulæ uni valvæ & totidem alteri.
25. Cherubi autem & palmæ factæ erant in valvis, quemadmodum in muris Templi;
& trabs lignea erat in fronte porticûs extrinſecus. 26. Feneſtræ erant clauſæ & palmæ
hinc inde ad latera porticûs, in alis Ædis, & in trabibus.

Atrii exterioris & portæ Orientalis deſcriptio.

CAPUT XLII. 1. EDUXIT me poſtea ad atrium exterius, ſeptemtrionem versùs, méque intromiſit
in conclave, quod erat è regione *tabulatorum* contractorum, & oppoſitum qui-
dem ad ſeptemtrionem. 2. In fronte centenos cubitos longa eſt porta ſeptemtrionalis, &
latitudo *atrii* quinquagenûm cubitorum. 3. E regione vicenûm *cubitorum*, qui in atrio
interiore *erant*, éque regione pavimenti exterioris atrii, erat porticus ante porticum, ad
tria tabulata. 4. Ante conclavia ambulatio fuit decem cubitos lata, ad interiorem
Ædem via cubiti unius, & earum oſtia ad ſeptemtrionem. 5. Superiora *nonnulla*
conclavia arctiora erant, quia porticus ex iis decerpſerunt in infimis & mediis ædi-
ficii *tabulatis*; 6. ſed erant tertia *tabulata* ſine columnis, quales columnæ atriorum; qua-
rum causâ *ſpatium* detractum erat infimis & mediis tabulatis, à ſolo. 7. Murus verò,
qui extrinſecus fuit è regione conclavium, in via atrii exterioris, ante conclavia, erat
quinquaginta cubitorum: 8. nam longitudo conclavium, quæ in atrio exteriore erant,
quinquaginta cubitorum *fuit*, at verò ante Templum erant centum cubiti. 9. Ab infe-
riore parte eorum conclavium, aditus *erat* ab oriente, ſi quis ad ea veniret, ab exteriore
atrio. 10. In latitudine fuit murus viæ orientalis, ad frontem contractorum *tabulato-
rum*, atque ad frontem ædificii conclavium. 11. Via verò quæ ante ea, ſimilis erat
viæ conclavium ſeptemtrionalium, & qualis eſt eorum longitudo, talis etiam latitudo,
& omnes eorum exitus, & pro eorum ordine & pro oſtiis; 12. ſicut *in* oſtiis concla-
vium, quæ ad auſtrum, oſtium initio viæ *erat* juxta murum rectum, ſi quis ea ab o-
riente adiret.

13. Tum mihi *menſor*, conclavia, inquit, ſeptemtrionalia, & quæ ſunt ad auſtrum
ante *tabulata* contracta, erunt conclavia ſacra, in quibus cibum capient ſacerdotes, qui
accedunt ad Jehovam, ſacroſanctos *cibos*. Ibi reponent res ſacroſanctas, munus farreum,
victimas pro peccato & pro delicto, nam locus eſt ſacer. 14. Quando ingreſſi fuerint
ſacerdotes, non egredientur è ſacrario ad atrium exterius; *aut* reponent illic veſtes ſuas,
quibus *induti* miniſterio *ſuo* funguntur, ſunt enim ſacræ; induéntque alias veſtes, & ac-
cedent ad *loca*, quæ ſunt populi.

15. Cùm verò abſolviſſet dimenſiones interioris Ædis, eduxit me per viam portæ
quæ converſa *erat* ad orientem, éamque circumquaque menſus eſt. 16. Menſuras iniit
ad ventum orientalem, calamo menſorio, & quingentis quidem calamis circa *murum*.
17. Menſus eſt etiam *ad* ventum ſeptemtrionalem, quingentis calamis, calamo menſorio,
circa *murum*. 18. *Ad* ventum item auſtralem, calamo menſorio, quingentis calamis,
menſus

menſus eſt. 19. Circumivit ad ventum occidentalem, & calamo menſorio; quingentis calamis, eſt emenſus. 20 Ad quatuor ventos menſuras collegit *ſoli ſacri*, & murus ei ſuit circumquaque quingentos *calamos* longus, ac totidem latus, ut diſtingueretur *ſolum* ſacrum à profano.

Gloriâ Dei impletur Ædes, quam in viſo nocturno contemplabatur Propheta, qui audit cauſas deſertæ prioris Ædis, & poſterioris numquam deſerendæ, accipitque mandata de poſteriore, & præſertim de altari in ea ſtatuendo & conſecrando.

1. DEIN ire me juſſit ad portam, & quidem orienti obverſam, 2. *cùm* ecce gloriam Dei Iſraëlis venientem ab oriente. Sonitus ejus *erat* inſtar ſonitûs multarum aquarum, terrâque gloriâ Dei illuſtrata *erat*. 3. Viſum autem mihi objectum erat inſtar viſi, quod habueram, cùm veniret *Deus* ad perdendam urbem, & inſtar viſorum, quæ objecta mihi ſuerant ad fluvium Chobarem, & *quorum causâ*, in vultum concidi. 4. Gloria autem Jehovæ ingreſſa eſt Ædem, viâ portæ ad Orientem obverſæ. 5. Suſtulit verò me Spiritus in atrium interius, cùm gloria Jehovæ Ædem impleſſet. CAPUT XLIII.

6 Audivi etiam *Deum*, me ex ipſa Æde adloquentem, dum vir ille, *qui menſus fuerat*, juxta me ſtaret; 7. & mihi, Fili, inquit, hominis, *vides* locum ſolii mei, locúmque plantarum pedum meorum, ubi habitabo, in mediis Iſraëlitis, in perpetuum; neque *enim* polluet ampliùs domus Iſraëlis ſanctum meum nomen, cùm ipſa, tum ejus Reges ſcortationibus ſuis, cadaveribus Regum *&* editis ſuis lucis, 8. limen ſuum prope limen meum, & poſtem ſuum juxta meum ponentes, ut paries *tantùm ſit* inter me & illos; ut profanent ſanctum meum nomen abominandis *Diis*, quos fecerant; quamobrem eos indignatione mea abſumſi. 9. Nunc amovebunt ſcortationes ſuas, & cadavera Regum ſuorum à me, atque apud eos in perpetuum habitabo.

10. Tu verò, Fili hominis, *rem* nuncia domui Iſraëlis, pudoréque ſuffundantur ob malè facta ſua, atque exemplaris *hujus* menſuras colligant. 11. Si erubuerint, propter omnia quæ fecerunt, patefacito iis formam hujuſce Ædis, deſcriptionem, exitus, introitus, omnia inſtituta & leges, pingito *hæc* coram illis; ſervéntque univerſam hanc ejus formam, & omnia inſtituta, eáque exſequutioni mandent. 12. Hæc lex eſt huic Ædi *data*: in verticè hujus montis omnes ejus fines circumquaque ſacroſancti ſunto. Hæc lex huic Ædi eſto.

13. Hæ autem ſunt menſuræ altaris cubitis *expreſſæ*, quorum ſinguli ſunt perinde ac cubitus *vulgaris* & palmus. Sinus ejus *erat* cubiti in latitudinem & cubiti *in altitudinem*; ejúsque ora, ad labia *quæ erant* circum unius palmi; atque hoc eſt *in* prominentia altaris. 14. E ſinu verò terræ ad inferiorem crepidinem erant duo cubiti, at latitudo *fuit* unius cubiti, verùm à crepidine minore ad crepidinem majorem, quatuor cubiti & latitudo unius. 15. Ariel *erat* quatuor cubitorum & ſupra Arielem erant quatuor cornua. 16. Arielis longitudo ſuit duodenûm *cubitorum* & duodenûm latitudo, & quadratus ad ſua quatuor latera erat. 17. Verùm crepido erat quatuordecim *cubitos longa* & quatuordecim lata, ad quatuor latera ejus. Ora verò quæ circa eum *erat* dimidii cubiti, & ſinus ei cubiti unius *fuit* circumquaque, & gradus ejus reſpiciebant orientem.

18. Tum mihi, Fili hominis, inquit, ſic dixit Dominus Jehova: hæc altaris, à quo die factum ſuerit, inſtituta ſunto, ut offerantur in eo holocauſta, atque ad id ſanguis adſpergatur. 19. Dabis Sacerdotibus Levitis è poſteris Sadoki, qui accedunt ad me, ait Dominus Jehova, ut mihi miniſtrent, juvencum, è bucero grege, ad *expiandum* peccatum. 20. Sumes è ſanguine ejus, impones quatuor cornibus altaris, & quatuor angulis crepidinis, & oræ circumquaque: ídque mundabis atque expiabis. 21. Sumes juvencum, *victimam* pro peccato, cúmque combures ex inſtituto Ædis, extra ſacrarium. 22. Secundo verò die, offeres hircum, è caprino grege, integrum, pro peccato; eóque expiabunt altare, quemadmodum expiaverint juvenco. 23. Cùm verò expiationem abſolveris, offeres vitulum, è bucero grege, integrum, & arietem ex ovillo grege, integrum, 24 quos offerent Sacerdotes coram Jehova, projecto in eos ſale, eóſque in holocauſtum Jehovæ abſument. 25. Septem diebus, facies quotidie hirco, pro peccato; vitulóque è bucero genere, & ariete ex ovillo integris facient. 26. Septem diebus expiabunt altare, ídque mundabunt, & miniſterio ſuo conſecrabuntur. 27. Exactis autem his diebus, die octavo

&

& deinceps, offerent Sacerdotes in altari holocautomata veſtra, & ſalutares veſtras victimas, vobíſque propitius ero, ait Dominus Jehova.

Deus portam orientalem atrii clauſam manſuram omnibus, adeóque ipſi principi ſtatuit. Judæis profanationem Sacerdotii & Templi exprobrat, alienigenas & Levitas, qui idololatriâ ſe polluerint à miniſterio ſacro excludit, ſolis Sacerdotibus, Sadoki poſteris, admiſſis, quibus nonnullas leges fert.

CAPUT XLIV. 1. REDUXIT me in viam portæ exterioris Sacrarii, orientem ſpectantis; ea verò clauſa erat. 2. Tum mihi Jehova, porta hæc, inquit, clauſa eſto, nec aperitor, nec quiſquam per eam ingreditor; quia Jehova Deus Iſraëlis per eam ingreditur, ideóque erit clauſa, 3. etiam principi. Princeps quidem in ea ſedebit, ad comedendum panem coram Jehova, ſed ad eam portam, per viam porticûs, veniet, atque eadem viâ egredietur.

4. Igitur me duxit, per viam portæ ſeptemtrionalis, ante frontem Ædis, *quam* cùm adſpexiſſem, en verò gloria Jehovæ Ædem impleverat, & concidi in vultum. 5. Jehova verò mihi, Fili hominis, inquit, animum adtende, oculis tuis vide atque auribus tuis audi quæcumque tibi mox dicam de omnibus inſtitutis Ædis Jehovæ, & cunctis ejus legibus, animadverte ingreſſum Ædis atque omnes exitus Sacrarii.

6. Dic populo contumaci, domui Iſraëlis. Sic dixit Dominus Jehova: ſatis ſupérque omnibus abominationibus veſtris *indulſiſtis*, ô domus Iſraëlis. 7. Dum admitteretis alienigenas incircumciſos animo & carne, ut eſſent in Sacrario meo, polluerêntque Ædem meam, offerentes panem meum, adipem & ſanguinem, atque irritum facerent, omnibus veſtris abominandis factis, fœdus meum; 8. non obſervaſtis quod in rebus mihi ſacris obſervandum fuit, & conſtituiſtis *alios*, qui curarent quæ vobis in Sacrario meo curanda erant. 9. Sic verò Dominus Jehova, nullus, inquit, alienigena incircumciſus animo & carne ingredietur Sacrarium meum, ex omnibus alienigenis, qui inter Iſraëlitas ſunt. 10. Quinimò Levitæ, qui receſſerint à me, cùm erraret Iſraël, quíque aberrarint à me, dum ſtercoreos ſuos *Deos* ſequuntur, ii nequitiæ ſuæ pœnas dabunt. 11. Erunt in Sacrario meo miniſtri *atque* excubiæ ad portas Ædis. Qui miniſtrabunt Ædi, ii mactabunt holocauſta & *ceteras* victimas populi, ſtabúntque coram eo, ut ei miniſteria ſua exhibeant, 12. quia miniſtraverunt ei, coram ſtercoreis ejus *Diis*, fuerúntque domui Iſraëlis offendiculo, *quo inducta eſt in* peccatum. Idcò de iis ſuſtuli manum meam, ait Dominus Jehova, fore ut nequitiæ ſuæ pœnas dent. 13. Non accedent ad me, ut mihi ſacerdotio fungantur, útque adpropinquent ad ullam rem mihi ſacram, aut ſacroſanctam; ſed ignominiam, qua digni ſunt, & abominandorum ſuorum factorum ſupplicium ferent 14 Conſtitui eos curatores eorum quæ in Æde ſunt obſervanda, ad omne miniſterium ejus quod adtinet, atque ad omnia quæ in ea fieri ſolent. 15. Sed Sacerdotes Levitæ, Sadoki poſteri, qui obſervarunt id quod in Sacrario meo obſervandum erat, cùm aberraſſent Iſraëlitæ à me; ii demum accedent ad me, ut mihi miniſtrent, ſtabúntque coram me, ut mihi adipem & ſanguinem offerant, ait Dominus Jehova. 16. Ii demum ingredientur Sacrarium meum, ii accedent ad menſam meam, ut mihi miniſtrent, & curent quæ circa me ſunt obſervanda.

17. Itaque cum ingredientur portas atrii interioris, veſtes lineas induent; nec lana iis imponetur, cùm miniſterio ſuo fungentur in portis interioris atrii, atque interiùs. 18. Lineæ cidares capitibus eorum imponentur, & femoralia linea eorum lumbis, nec accingent ſe cum ſudore. 19. Cùm verò egredientur in atrium exterius, in atrium, *inquam*, exterius ad populum, exuent veſtimenta, quibus induti miniſtrabant, & deponent in conclavibus ſacris; induéntque alias veſtes, neque populum veſtibus ſuis conſecrabunt.

20. Caput ſuum non radent, nec *tamen* cæſariem demittent, ſed capita ſua adtondebunt. 21. Nullus ſacerdos vinum bibet cùm atrium interius ingredietur. 22. Viduam, aut repudiatam mulierem uxorem non ducent; ſed virgines *tantùm* à poſteris domûs Iſraëlis, aut viduas, quæ viduæ ſint ſacerdotis, ducent. 26. Populum docebunt *ſecernere* ſacrum à profano, & *quid diſcriminis ſit* inter mundum & immundum ei patefacient. 24. Ortâ lite, ſtabunt illi, ut eam judicent, & ſecundum jura mea eam diriment; leges meas atque inſtituta mea, omnibus ſtatis temporibus, obſervabunt, & ſabbatha mea ſacra habebunt. 25. Non accedent ad cadaver humanum, ita ut ſe polluant, attamen patris, matris, filii, filiæ, fratríſque & ſororis, quæ nupta non fuerit, cauſâ, polluere

ſeſe

le ſe poterunt. 26. Poſtquàm ſe mundare *cœperit*, ſeptem dies polluto numerabunt; 27. eóque die, quo Sacrarium, in interius atrium, ingredietur, ut in eo miniſterio ſuo fungatur, offeret oblationem pro peccato, ait Dominus Jehova. 28. *Hæc* erit eis hereditas; ego ero eorum hereditas, nec prædium eis dabitis in Iſraële, ego *enim* eorum prædium ero. 29. Munus *farreum* victimas pro peccato & pro delicto comedent; quidquid devotum fuerit in Iſraële, eorum erit. 30. Primitiæ etiam omnium primogenitorum cujusvis *generis*, omnis oblatio elata, cujuslibet *ſpeciei*, ex omnibus veſtris oblationibus elatis, ſacerdotibus cedet, & primitias ſubactæ farinæ ſacerdoti dabitis, ut domibus veſtris fauſta *omnia* adprecetur. 31. Morticinam *carnem* nullam, aut à *feris* laceratam, ſive ex avibus, ſive è quadrupedibus ſacerdotes comedent.

Diviſio ſoli Deo, Sacerdotibus, Levitis, Urbi, Principi; menſuræ rectæ; munus Principi dandum, in cultum divinum, & feſtorum ſollemnia ſacra.

1. CUM ſorte dividetis terram hereditariam, offeretis oblationem Jehovæ conſecratam **CAPUT XLV.**
è terra, *ſolum* viginti quinque millia *cubitorum* longum, & decem millium latum; ſacrum hoc erit, intra omnes terminos, circumquaque. 2. Ex hoc, Sacrario cedet *ſolum* quingentorum cubitorum *ex uno latere*, & totidem *ex altero*, in quadratum, circumquaque. Quinquaginta verò cubiti ſuburbani *ſoli* ei erunt præterea circumquaque. 3. Ex hac menſura metieris longitudinem viginti quinque millium & latitudinem decem millium *cubitorum*, in quo ſpatio erit Sacrarium & ſanctiſſimum Adytum. 4. Conſecrabitur *ſpatium* ex eo ſolo Sacerdotibus, Sacrarii miniſtris, accedentibus ut Jehovæ miniſtrent. Cedet iis locus ædium, & Sacrarii circa Sacrarium.

5. Tum viginti quinque millium *cubitorum* longitudo, & decem millium latitudo erit Levitis, miniſtris Ædis, ut habeant viginti conclavia.

6. Poſſeſſionem verò urbis conſtituetis quinque millium latitudinem & viginti quinque millium longitudinem; *quæ*, quaſi oblatio ſacra, toti domui Iſraëlis cedet.

7. At Principi hinc & inde ad oblationem Sacrarii atque ad poſſeſſionem urbis, ante oblationem Sacrarii, atque ante poſſeſſionem urbis, ab angulo óccidentali occidentem versùs, & ab angulo orientali ortum verſus, erit longitudo unius partis à finibus occiduis, ad fines orientales. 8. Hoc ſolum ei in poſſeſſionem cedet, in Iſraële; neque ampliùs opprimen principes populum meum, & terram domui Iſraëlis, pro tribubus ſuis, concedent. 9. Sic dixit Dominus Jehova: ſatis ſupérque vobis *eſt*, Principes Iſraëlis, injuriam & vaſtationem arcete, jus & juſtitiam exercete, exactiones veſtras è populo meo tollite, ait Dominus Jehova.

10. Statera juſta, Epha juſta, & Bathus juſtus vobis erunt. 11. Eadem erit menſura Ephæ & Bathi, ut Bathus decimam capiat partem Chomeri, & Epha itidem Chomeri decimam; ad Chomerum utriusque modus exigetur. 12. Siclus vicenûm Gerarum, & Mane vicenûm Siclorum, vicenûm quinûm, & quinûm denûm vobis erunt.

13. Hæc autem erit oblatio elata, quam offeretis, recta pars Ephæ è Chomero tritici, dabitis etiam ſextam partem Ephæ è Chomero hordei. 14. Legitimus verò modus olei è Batho olei *ſumetur*, decima pars Bathi è Choro, ut decem Bathi ſint Chomerum, quia decem Bathi ſunt in Chomero.

15. Una pecus è minoris pecoris ducentis dabitur è ſaginario Iſraëlis, cum donario *farreo*; in holocautoma & ſalutaria ſacra, quibus expiatio fiat, ait Dominus Jehova. 16. Omnis terræ populus *tenebitur* hac oblatione elatâ, quam Principi Iſraëlis *conferet*. 17. Principis verò erit ſuppeditare *Sacrario* holocauſta, munera *farrea* & libamina, ſollemnibus feſtis; Neomeniis, Sabbathis, & omnibus ſollemnibus conventibus domûs Iſraëlis, ſuppeditabit victimam pro peccato, munus *farreum*, holocauſtum & ſalutaria ſacra, ut fiat expiatio domûs Iſraëlis causâ.

18. Sic ait Dominus Jehova, primo *menſe* & primo quidem *die* menſis, ſumes juvencum buceri generis, integrum, eóque Sacrarium purgabis. 19. Sumet Sacerdos è ſanguine victimæ pro peccato, cujus *particulam* imponet poſti Ædis & quatuor angulis crepidinis altaris, & poſti Atrii interioris. 20. Sic etiam facietis ſeptimo die menſis; atque Ædem, à quocumque, qui errarit, aut deceptus fuerit, purificabitis. 21. Primo etiam menſe, ſed quarto decimo die menſis, erit vobis Paſcha; ſollemne ſeptem dierum feſtum, quo Azymi panes comedentur. 22. Faciet Princeps, eo die, pro ſe & pro uni-

verſo terræ populo, juvenco uno, victimâ pro peccato. 23. Septenis diebus ſollemni-
tatis, faciet holocauſto, ſeptenis juvencis, & ſeptenis arietibus integris quotidie, per
ſeptem illos dies, & hirco caprini *generis* quotidie, victimâ pro peccato. 24. Munus
farreum erit Ephæ juvenco, itidémque Ephæ arieti, *addetúr*que Ephæ Hin olei. 25. Septi-
mi quoque menſis, & à quinto quidem decimo die menſis, in ſollemnitate, *ſimilia ſacra*
faciet, per ſeptenos dies, victimâ pro peccato, holocauſto, munere farreo & oleo.

Ad quam Templi portam adorandus Deus, diebus feſtis, Principi & populo; quæ ſint ſacra facienda à Principe; quâ ingrediendum in Templum, & exeundum; ſpontanea ſacra Principis & quotidiana; leges de hereditate & donis Principis; locus in quo partes ſacrorum, quæ Sacerdotibus ceſſerant, coquendæ erant.

CAPUT XLVI.

1. SIc dixit Dominus Jehova: porta interioris atrii, orientem ſpectans, clauſa erit
ſex diebus, quibus operari licet, ſed diebus Sabbathi & Neomeniis aperietur.
2. Ingredietur Princeps eam portam viâ porticûs, extrinſecus, ſtabítque in limine por-
tæ, dum Sacerdotes holocauſtum ejus & ſalutaria ſacra offerent. Inflexo corpore, ado-
rabit ad limen portæ; eóque egreſſo, non claudetur porta, ad veſperam usque. 3. Ado-
rabit verò populus terræ ad oſtium portæ ipſius, Sabbathis & Neomeniis.

4. Holocauſtum, quod offeret Princeps, die Sabbathi, erit ſex agnorum integrorum
& unius arietis integri. 5. Munus *farreum addetur* Ephæ arieti, agnis verò munus
ſponte ab eo datum, atque Hin olei ad Epham. 6. Die verò Neomeniæ, *ſacrum* erit
juvenci buceri generis integri, ſex agnorum & arietis integri. 7, Ephæ juvenco, atque
Ephæ arieti munus *farreum* addet, ſed agnis prout ad manum erit, conjungetúrque Hin
olei, cum Epha.

8. Cùm ingredietur Princeps, ingredietur per viam Porticûs eam portam, & per eam-
dem viam exibit. 9. Cùm verò veniet populus terræ in conſpectum Jehovæ, ſollemni-
bus conventibus, ingredietur viâ portæ ſeptemtrionalis, ut *Deum* adoret, egredietur ve-
rò viâ portæ meridianæ; & qui intraverit viâ portæ meridianæ, egredietur viâ portæ
ſeptemtrionalis; non redibit viâ, per quam ingreſſus fuerit, ſed è regione exibit. 10. Prin-
ceps quidem, in iis mediis, cùm venient, ingredietur; cùm verò abibunt, *ſeorſim* e-
gredientur.

11. Feſtis diebus, ac ſollemnibus conventibus, erit munus *farreum* juvenci Epha, ut
& arieti; ſed agnis addetur donum ſpontaneum, atque Hin olei Ephæ. 12. Cùm offe-
ret Princeps ſpontaneum holocauſtum, aut ſpontaneas victimas ſalutares Jehovæ, aperiet
ei *janitor* portam, quæ orientem ſpectat, offerétque *ille* ſuum holocauſtum, ſuáve ſalu-
taria ſacra, quemadmodum faciet die Sabbathi. Tum egredietur, & *janitor* claudet por-
tam cùm exiverit. 13. Agnum anniculum quotidie offeres in holocauſtum Deo; ſingu-
lis matutinis temporibus, hoc facies. 14. Munus *farreum* ei addes, quotidie mane, ſex-
tam Ephæ partem, & olei tertiam Hinis, ad conſpergendam ſimilam, ut ſit munus Je-
hovæ, ex æternis & perpetuis ejus inſtitutis. 15. Offerent *Iſraëlitæ* agnum, munus
farreum & oleum, ſingulis matutinis temporibus, in holocauſtum perpetuum.

16. Sic dixit Dominus Jehova: cùm Princeps dono dederit cuipiam filiorum ſuorum,
quaſi hereditatem, hæc fiet filiorum ejus prædium, hæc heredem ſequetur. 17. Cùm
verò dederit donum, ex hereditate ſua, cuipiam ſervorum ſuorum, hujus erit ad an-
num usque libertatis, quo revertetur ad Principem, ſed filiorum ejus hereditas, eorum
erit. 18. Nihil ſibi ſumet Princeps, ex hereditate populi, adeò ut eum vi poſſeſſione
ſuâ ejiciat, & ſuis ipſius prædiis, hereditate donabit filios ſuos; ne in populo meo
quisque à prædiis ſuis diſpergatur.

19. Tum *menſor* intromiſit me per ingreſſum, qui erat juxta portam ad conclavia
Sacrarii, ad Sacerdotes; *quæ conclavia* ſeptemtrionem reſpiciebant. Ibi verò locus erat
ad eorum latera, meridiem versùs. 20. Dixit autem ille mihi: hìc locus eſt, in quo
coquent *carnes* victimæ pro delicto & pro peccato, atque in quo coquent munus
farreum, ne ea educant in atrium exterius ad ſanctificandum populum. 21. Dein me
eduxit in atrium exterius, & tranſire me curavit, ad quatuor atrii angulos; en verò
in ſingulis erat atrium in angulo atrii. 22. Quaternis atrii angulis atria conjuncta
erant quadragenûm cubitorum longitudine & tricenûm latitudine; menſura una fuit
in quaternis angulis. 23. Ordo autem erat idem in quaternis illis, & culinæ factæ
erant

erant ſub parietibus circumquaque. 24. Poſtea dixit mihi: hæc ſunt conclavia coquo-
rum, ubi miniſtri populi carnes victimarum populi coquent.

Oſtenditur Prophetæ fluvius è Templo manans, qui quò magis ab eo recedebat eo magis creſcebat, ſalubribúsque ſuis aquis aquas Aſphaltitæ lacus noxiâ naturâ liberabat, & ripas conſitas frugiferis arboribus habebat. Tum adduntur Iſraëlitidis terræ fines, ejúsque diviſio, cujus etiam participes eſſe oportebat Proſelytos.

1. REDUXIT deinde me ad oſtium Ædis, en verò aquas, quæ prodibant à par- CAPUT
te inferiore liminis Ædis, orientem versùs; frons enim domûs orientem ſpe- XLVII.
ctabat, & aquæ deſcendebant è ſolo ſubjecto dextro lateri Ædis, à meridie altaris.
2. Tum eduxit me viâ portæ ſeptemtrionalis, & circumire me juſſit per viam, quæ
erat extra portam, ſpectabátque orientem. En verò aquas ſcaturientes è latere dex-
tro. 3. Cùm egrederetur vir ille, gerebat *funiculum* lineum manu, quo mille cubi-
tos cùm menſus eſſet, tranſire me juſſit aquas talos pertingentes. 4. Menſus eſt rur-
ſus mille *cubitos*, & juſſit me trajicere aquas, quæ poplites adtingebant; deinceps
etiam menſus mille *cubitos*, tranſire me juſſit aquas lumbis tenus. 5. Menſus eſt de-
nique mille cubitos, *erátque is* torrens, quem trajicere non poteram, quia altiores
erant aquæ, & in quibus natatu opus erat, ita ut *vado* tranſiri non poſſet,
6. Tum ille mihi, nonne vidiſti, inquit, Fili hominis? méque ire juſſit & reduxit
ad ripam torrentis. 7. Cùm verò converſus eſſem, vidi in ripa torrentis permul-
tas arbores, hinc atque inde. 8. Ille autem mihi, aquæ iſtæ, inquit, egrediuntur
ad limitem orientalem, deſcendunt in campum, ſubeúntque mare ab occidente eò de-
ductæ, & ſalubres fient ejus aquæ. 9. Omne autem animal, quod eò ſerpet, quò
duo torrentes perveniunt, ſanitatem recuperabit, erítque illic magna piſcium copia;
quia illuc aquæ iſtæ intraverint, & ſanabitur ac vivet omne *animal*, ad quod hic tor-
rens pervenerit. 10. Conſiſtent verò ad eum piſcatores, & ab Hengedi Henhegla-
jimos usque expandentur retia. Pro ſua ſpecie, erit eorum piſcis, ut piſcis magnus
maris, & quidem valde copioſus. 11. Cœnoſa verò ejus loca & foſſæ, quorum *aqua*
ſalubris non fiet, ſali *conficiendo* adtribuentur.
12. Ad torrentis ripas, hinc atque illinc exortæ ſunt omnis *generis* arbores frugi-
feræ, nec folia earum cadent, neque fructus earum deſinet; menſibus ſuis maturus
erit, quia aquæ è Sacrario eò *usque* proceſſerint, fructúsque earum cibus erit & fo-
lium medicamentum.
13. Sic verò dixit Dominus Jehova: hi ſunt fines intra quos hereditatem accipietis,
terram duodecim tribuum Iſraëlis, & tractus Joſephi. 14. Hanc hereditariam *ex
æquo* accipietis, alii quemadmodum alii, quia ſuſtuli manum meam, *promiſique* fore
ut eam darem Majoribus veſtris, & terra hæc vobis hereditaria obtinget. 15. Hi e-
runt fines ad ſeptemtrionalem plagam, à mari magno ad viam Chethlonis, quà Se-
dadam itur, 16. Chamatham, Berotham, Sibrajimos, quæ ſunt inter fines Damaſci
& Chamathæ, Chatſerum medium, quod eſt finitimum Chavranitidi. 17. Fines
occidui *erunt* Chatſar-henon finitimus Damaſci, & loca ad ſeptemtrionem & fines
Chamathæ ad plagam ſeptemtrionalem. 18. Fines orientales *erunt* inter Chavrani-
tidem & Damaſcum, & Galahaditidem & terram Iſraëlitidem ad Jordanem; à fini-
bus qui ſunt ad mare orientale metiemini & plagam orientalem. 19. Plaga meri-
diana ad auſtrum erit à Thamare ad Aquas contentionum, Kadeſum, torrentem ad
mare magnum, & plagam auſtralem meridiei. 20. Plaga denique occidua erit Ma-
re Magnum, à finibus qui ſunt è regione, quà itur Chamatham; hæc erit occidua
plaga.
21. Dividetis hancce terram vobis, hoc eſt, Tribubus Iſraëlis. 22. Sortiemini
eam, ut hereditariam vobis & peregrinis, qui peregre agunt inter vos, erúntque vo-
bis inſtar indigenæ, inter Iſraëlitas vobiſcum. Sortientur hereditatem in mediis Tri-
bubus Iſraëlis. 23. In Tribu, in qua peregrinus peregre egerit, dabitis ei heredita-
tem, ait Dominus Jehova.

Deſcribitur ſitus agrorum cujusque Tribûs, & ſolum adtributum Sacerdotibus & Sacrario, Levitis, Urbi & Suburbio; Principi denique. Numerus & nomina portarum Urbis, ejúsque ambitus ſtatuuntur.

CAPUT XLVIII.

1. HÆc ſunt nomina Tribuum. A fine qui ſeptemtrionem ſpectat, juxta viam Chethlonis, quà venis Chamatham, Chatſarhenonem, ad fines Damaſci, ad ſeptemtrionem juxta Chamatham, quæ erunt ei plaga orientalis, ad occaſum, erit una *Tribus* Danis. 2. Ad fines Danis, à plaga orientali ad plagam occiduam, una Aſeri *Tribus*. 3. Ad fines Aſeri; à plaga orientali ad plagam occiduam una *Tribus* Nephthalis 4. Ad fines Nephthalis, à plaga orientali ad plagam occiduam, una *Tribus* Manaſſæ. 5. Ad fines Manaſſæ à plaga orientali ad plagam occiduam *Tribus* Ephraïmi una. 6. Ad fines Ephraïmi, à plaga orientali ad plagam occidentalem, *Tribus* una Rubenis. 7. Ad fines Rubenis, à plaga orientali ad plagam occiduam, una *Tribus* Judæ. 8. Ad fines Judæ, à plaga orientali ad occiduam, erit oblatio, quam offeretis, vicenûm quinûm millium *cubitorum* latitudinis, & longitudinis, qualis erit una partium à plaga orientali ad plagam occiduam. In hac media erit Sacrarium *Jehovæ*. 9. Oblationis, quam offeretis Jehovæ, longitudo erit vicenûm millium cubitorum, & latitudo denûm millium. 10. Illis verò, Sacerdotibus nempe, erit oblatio ſacra, ad ſeptemtrionem, vicenûm quinûm millium *cubitorum*; ad occaſum verò latitudinis denûm millium, & tantundem ad occidentem; ad auſtrum denique longitudinis vicenûm quinûm millium cubitorum; in cujus *ſpatii* media parte erit Sacrarium Jehovæ.

11. Sacerdotibus conſecratis è poſteris Sadoki, qui obſervarunt quod obſervari juſſi; nec erraverunt, quemadmodum Iſraëlitæ, aut Levitæ; 12. his, *inquam*, erit oblatio terræ ſacroſancta, ad fines Levitarum. 13. Levitæ verò *habebunt*, è regione finium Sacerdotum, vicena quina millia cubitorum in longitudinem & dena millia in latitudinem. Tota longitudo erit vicenûm quinûm millium & latitudo denûm millium *cubitorum*. 14. Ex eo *agro* nihil vendent, aut permutabunt, neque transferent primitias terræ, quia Sacra eſt Jehovæ.

15. Ceterùm latitudo reliqua quinque millium cubitorum, cum *longitudine* viginti quinque millium, profanum erit *ſolum* urbis, ut habitetur, ſitque ſuburbium, *ita ut* urbs medium locum obtineat. 16. Hæ autem ejus dimenſiones, latus ſeptemtrionale *erit* quaternûm millium & quingentorum cubitorum; latus meridianum *itidem* quaternûm millium & quingentorum; latus *item* orientale quaternûm millium & quingentorum cubitorum; latus *denique* occiduum quaternûm millium & quingentorum *cubitorum*. 17. Erit verò ſuburbanus ager ad ſeptemtrionem ducentorum quinquagenûm *cubitorum*; ad meridiem ducentorum quinquagenûm; ad orientem ducentorum & quinquagenûm, ad occidentem *denique* ducentorum & quinquagenûm. 18. Reliquum *ſpatium* in longitudine, è regione oblationis ſacræ, denûm millium *cubitorum* ad orientem, & totidem ad occaſum, quod erit, inquam, è regione oblationis ſacræ, ejus proventus erit ad *ſuppeditandum* cibum miniſtris Urbis, 19. *erit* enim, qui Urbi ſerviet, ex omnibus Tribubus Iſraëlis. 20. Omnis oblatio vicenûm quaternûm millium *cubitorum erit è quatuor lateribus*, *ut ſit* quadrata; *eámque* oblationem offeretis ad prædia Urbis. 21. Reliquum *ſpatium* hinc & inde Principi ad oblationem ſacram, & poſſeſſionem Urbis, ante vicena quina millia oblationis ad fines orientales, atque ad occidentem ante vicena quina millia, ad fines occidentales, è regione partium Principi *conceſſarum*. Erit autem hæc oblatio ſacra, & Sacrarium Ædis in medio erit. 22. E poſſeſſione Levitarum, éque poſſeſſione urbis, quod in medio *remanebit* erit Principis, inter fines Judæ & Benjaminis; Principi hoc, inquam, cedet.

23. Reliquæ Tribus, à plaga orientali ad plagam occiduam, *ſunt* Benjaminis una. 24. Ad fines verò Benjaminis, à plaga orientali ad plagam occiduam, Simeonis una. 25. Ad fines Simeonis, à plaga orientali ad plagam occiduam, Iſſaſcharis una. 26. Ad fines Iſſaſcharis, à plaga orientali ad plagam occiduam, Zabulonis una. 27. Ad fines Zabulonis, à plaga orientali ad occiduam plagam, Gadi una. 28. Ad fines *denique* Gadi, ad plagam auſtralem meridiem versùs, erit terminus à Thamare, aquis contentionis & Kadeſo, erit hereditas ad mare magnum.

29. Atque

29. Atque hæc terra eſt, quam hereditariam ſortiemini Tribubus Iſraëlis, hæ ſunt
portiones earum, ait Dominus Jehova. 30. Hi autem exitus urbis à latere ſeptemtrio-
nali, cujus menſura erit quaternûm millium & quingentorum *cubitorum*. 31. Portæ
urbis nominibus Tribuum Iſraëlis vocabuntur, tréſque *erunt* ad ſeptemtrionem, porta
Rubenis una, Judæ una, & Levis una. 32. Ad latus orientale quaternûm millium &
quingentorum *cubitorum*, tres portæ *itidem erunt* & Joſephi una, Benjaminis una, &
Danis una. 33. Ad latus meridianum, cujus menſura erit *etiam* quaternûm millium &
quingentorum *cubitorum*, portæ erunt tres, porta Simeonis una, porta Iſſaſcharis una,
porta Zabulonis una. 34. Ad latus occiduum quaternûm millium & quingentorum
cubitorum, tres portæ erunt, porta Gadi una, porta Aſeri una, porta Nephthalis
una. 35. Circuitus *ergo erit* octonûm denûm millium *cubitorum*; noménque urbis, ab
eo die, JEHOVA ILLIC.

PROPHETIARUM EZEKIELIS

FINIS.

L I B E R
DANIELIS PROPHETÆ.

Danielem & ſocios, Babylonem abductos, jubet Nebuchadnetſar educari in aula, delicatiùs nutriri, & miniſteriis aulicis parari. Daniel præfert legumina cibis regiis, atque ad Regem, cum ſociis, adductus, præ ceteris omnibus ei placet.

CAPUT I. 1. ANNO tertio regni Jehojakimi, Judæ Regis, Nebuchadnetſar Babyloniorum Rex, Jeroſolimam venit, eámque obſedit. 2. Tradidit autem in ajus manum Dominus Jehojakimum, Judæ Regem, & partem vaſorum Ædis Dei; quæ in terram Sinharis avexit, atque in Ædem Dei ſui, in ærario ejus *ſervanda*, intulit.

3. Dixit verò Rex Aſphenazo, Eunuchorum præfecto, *velle* ſe adduci *ad ſe* nonnullos Iſraëlitarum, è prole regia, éque principibus; 4. pueros vitii omnis expertes, formoſos, omnis *generis* ſapientiæ peritos, diſciplinarum ſcientes. & eruditos, quíque vegeti eſſent, ut in Regia ſtarent; eóſque Litteras & Linguam Chaldaïcam doceri. 5. Conſtituit deinde eis Rex, in ſingulos dies, è dapibus ſuis, éque potu ſuo; ut eos per triennium aleret, útque nonnulli eorum ſtarent coram ipſo. 6. Fuerunt autem, inter eos, è poſteris Judæ Daniel, Chananja, Miſaël & Hazarja. 7. Impoſuit verò iis nomina Eunuchorum præfectus, & Danielem quidem Beltſatzarem, Chananjam Sadrachum, Miſaëlem Meſachum, Hazarjam denique Habednegonem vocavit.

8. Conſtituit verò Daniel, apud animum ſuum non pollui cibo regio, neque vino quod bibebat, petiſtque à Præfecto Eunuchorum ne pollueretur. 9. Conceſſit autem Deus Danieli, ut benignitatem & miſericordiam, apud Præfectum Eunuchorum conſequeretur; 10. qui Danieli, metuo, inquit, Dominum meum Regem, qui vobis cibum & potum conſtituit; qui cur videret vultus veſtros macilentiores, quam puerorum vobis æqualium, méque capitis reum, apud eum, faceretis? 11. Daniel verò Meltſari, cui Præfectus Eunuchorum mandarat curam Danielis, Chananjæ, Miſaëlis & Hazarjæ: 12. experire, inquit, *hoc*, *in* ſervis tuis, per dies decem: dentur nobis legumina quæ comedamus, atque aquam quam bibamus, 13. conſpiciendáque tibi præbeatur forma noſtra, & forma puerorum, qui cibo regio veſcuntur; tum verò, prout rem videris, te erga ſervos tuos gerito. 14. Ille verò, hac in re, iis obſequutus eſt, quam per decem dies eſt expertus. 15. Exactis verò decem diebus, viſa eſt eorum facies formoſior, & caro pinguior quàm omnium puerorum, qui cibo regio veſcebantur. 16. Quare Meltſar cibum eorum & vinum, quod bibituri erant, abſtulit, leguminàque iis appoſuit. 17. Conceſſit etiam Deus quatuor illis adoleſcentibus ſcientiam atque acumen, in omnibus litteris & diſciplinis; & Danielem quidem peritum omnium viſorum & ſomniorum reddidit.

18. Exactis diebus, poſt quos juſſerat Rex eos intromitti, duxit eos Præfectus Eunuchis in conſpectum Nebuchadnetſaris. 19. Colloquutus verò cum iis eſt Rex, nec inventus eſt, ex omnibus illis, Danieli, Chananjæ, Miſaëli, aut Hazarjæ par, ſteterúntque in conſpectu Regis. 20. In omnibus iis quæ pertinent ad ſapientiæ peritiam, & de quibus eos interrogavit, decies peritiores eos comperit, omnibus occultorum callentibus & ſapientibus, qui in toto regno ſuo erant. Vixit autem Daniel ad annum primum Cyri Regis.

Nebuchadnetſar ſomniat, ſomniíque, cujus oblitus erat, ut ajebat, nihilo ſecius interpretationem à ſapientibus Chaldæis poſtulat; quam cùm à ſe proferri poſſe negaſſent, Daniel, ſomnio narrato, Regi id interpretatur.

CAPUT II. 1. ANNO ſecundo regni, Nebuchadnetſar ſomnia habuit, quibus animus ejus territus eſt, & ſomnus abruptus. 2. Tum juſſit Rex vocari occultorum ſcientes, ſapien-

ſapientes, divinos & Chaldæos, ut ſibi ſomnia ſua interpretarentur. Venerunt verò *illi*, atque in conſpectu Regis ſteterunt. 3. Tum iis Rex, ſomnium, inquit, habui, territúsque eſt animus meus, *dum conor* ſcire *quid ſibi vellet* ſomnium. 4. Reſponderunt verò Chaldæi, Aramæâ *linguâ*: ô Rex in perpetuum vivas, dic ſomnium ſervis tuis, *ejusque* interpretationem indicabimus. 5. Repoſuit Rex Chaldæis, his verbis: res mihi excidit; at niſi ſomnium atque interpretationem ejus *mihi* patefeceritis, in fruſta concidemini, & domus veſtræ *in* ſterquilinium redigentur. 6. Sin verò ſomnium atque interpretationem mihi indicaveritis, dona, largitionem atque honorem magnum à me conſequemini. 7. Iterum illi regeſſerunt dicentes: Rex ſomnium *ſuum* dicat ſervis ſuis, interpretationémque ejus indicabimus. 8. At Rex reſpondit & dixit: jam certò intelligo vos velle procraſtinare, quia videtis rem mihi excidiſſe. 9. Niſi ſomnium mihi patefeceritis, unum hoc de vobis judicium fero, vos ſermones falſos & corruptos paraſſe, quæ coram me proferretis, donec tempus mutaretur; itaque ſomnium dicite, atque *hinc* intelligam vos interpretationem ejus protuliſſe. 10. Negarunt verò Chaldæi, coram Rege, quemquam eſſe in terra, qui poſſet rem illi indicare; nec ullum Regem, magnum & potentem *licèt*, rem ejusmodi quæſiviſſe, ab ullo occultorum perito, Sapiente & Chaldæo. 11. Res, *inquiebant*, quam Rex poſtulat, eſt difficillima, nec quisquam eſt, qui eam indicet coram Rege, præter Deos, quorum habitatio non eſt cum carne. 12. Propterea excanduit & magnopere iratus eſt Rex, juſſitque omnes Babylonios Sapientes interfici.

13. Edictum *eo de re* prodiit, dúmque Sapientes interficiebantur, quæſiverunt *milites* Danielem & ſodales ejus, ut eos occiderent. 14 Tum verò Daniel interceſſit apud Arjochum militum præfectum regium, conſilio atque edicto, quod prodierat de interficiendis Sapientibus Babyloniis. 15. Repoſuit verò & dixit Arjocho præfecto regio; cur edictum à Rege usque adeò feſtinanter exſecutioni mandatur? Ibi verò Arjochus rem Danieli aperuit. 16. Quare Daniel ingreſſus eſt ad Regem oravítque eum, ut tempus ſibi concederet, ut interpretationem ei indicaret. 17. Dein abiit domum ſuam, Chananjæque, Miſaëli & Hazarjæ ſodalibus ſuis rem nunciavit, 18. *monuítque* petendam eſſe à Deo cœli miſericordiam circa hoc arcanum, ne ipſum & ſodales interficerent, cum reliquis Sapientibus Babyloniis. 19. Tum verò Danieli, in viſo nocturno, revelatum eſt arcanum, quo tempore Deo cœli benedixit, 20. hiſce verbis: nomini Dei benedicatur, ab ævo in ævum, cujus ſunt ſapientia & potentia. 21. Mutat ille tempora atque articulos temporum, removet & confirmat Reges, concedit ſapientibus ſapientiam, atque eruditionem doctrinarum peritis. 22. Revelat ille res profundas & reconditas; novit quid in tenebris *lateat*, & lux cum eo habitat. 23. Te, ô Deus patris mei, laudabo, & celebrabo, quia fortitudine & ſapientiâ me donaſti, & mihi, quod quærebamus à te, patefeciſti, rem enim Regis mihi aperuiſti.

24. Quamobrem Daniel ad Arjochum ingreſſus eſt, quem præfecerat Rex occidendis Sapientibus Babyloniis. Abiit *ergo* & dixit: ne perimas Sapientes Babylonios, ſed me intromittito in conſpectum Regis, interpretationémque *ſomnii* ei indicabo. 25. Ibi verò feſtinanter Arjochus intromiſit Danielem, coram Rege, eíque, inveni, inquit, virum, è captivis Judæ, qui interpretationem Regi aperiet. 26. Rex verò Danieli, cui nomen erat Beltſatſari: an tu, inquit, poteris mihi patefacere ſomnium quod habui, ejúsque interpretationem? 27 At repoſuit Daniel, coram Rege, & dixit: arcanum quod petiit Rex, non Sapientes, periti, occultorum gnari, aſtrologi poſſunt indicare Regi. 28. Sed Deus eſt in cœlo, qui arcana revelat, & ſignificavit Nebuchadnetſari, quid futurum ſit, poſteris temporibus. Somnium & viſa capitis tui, in cubili tuo, id ipſum ſunt. 29. Cogitationes tuæ, ô Rex, in cubili tuo *animum tuum* ſubierunt, de eo quod futurum eſſet poſthac, & qui revelat arcana tibi patefecit quid futurum ſit. 30. Mihi verò, non ſapientiâ quæ in me ſit, præ ceteris viventibus, arcanum revelatum eſt; ſed ut interpretationem Regi patefacerem, útque animi tui cogitationes ſcires.

31. Tibi Regi videnti oblatum eſt ſubitò magnum quoddam ſimulacrum, ſimulacrum ingens, ſpecie eximiâ, coram te ſtans & formâ terrificâ. 32. Statuæ hujus caput auro præſtante conſtabat, pectus & brachia argento, venter & femora ære, 33. tibiæ ferro, pedum pars quidem ferro, altera verò argillâ. 34. Cùm tu *ſimulacrum* intuereris, lapis *è rupe* abſciſſus eſt, ſine manibus, qui percuſſit ſimulacrum in pedibus ferro & argillâ conflatis, cósque comminuit. 35. Tum verò unà contrita ſunt ferrum, argilla, æs, argentum & aurum. Fuerunt autem inſtar glumæ, ex areis æſtivis, quas

ventus

ventus abſtulit, neque ullus iis locus inventus eſt. Lapis verò, qui ſtatuam percuſſerat, evaſit in montem magnum, qui totam terram implevit.

36. Hoc eſt ſomnium, interpretationem verò ejus dicemus, coram Rege. 37. Tu, ô Rex, *es* Rex Regum, quia Deus cœli regnum, potentiam. fortitudinem & gloriam tibi conceſſit. 38. Omnibus filiis hominum, qui *terram* habitant, feris agreſtibus & volucribus cœli ut dominareris effecit, quotquot ſunt. Tu ipſe es caput aureum. 39. Poſtea exorietur regnum alterum deterius tuo, tum & tertium æneum, quod toti terræ dominabitur. 40. At erit regnum quartum, firmum inſtar ferri, quia ferrum conterit & frangit omnia, ita & ſicut ferrum, quod frangit, conteret hæc omnia & comminuet. 41. Quod vidiſti pedes & digitos partim ex argilla figuli, partim ferreos; regnum diviſum erit, & de firmitate ferrea aliquid ei inerit, quia vidiſti ferrum miſtum cum argilla; 42. & digitos pedum partim ferreos, partim figlinos; regnum erit parte ſui firmum, atque ex alterâ fragile. 43. Quod vidiſti ferrum argillæ miſtum, ſe miſcebunt ſemine humano, ſed non ita ut alterum alteri cohæreat, ſicut nec ferrum teſtæ miſcetur. 44. Sed temporibus horum regum, excitabit Deus regnum cœli, quod numquam deſtruetur, nec id regnum alii populo dabitur, comminuet atque abſumet omnia iſta regna, at ipſum ſtabit in æternum. 45. Quòd autem vidiſti de monte abſciſſum eſſe lapidem, ſine manibus, qui comminuit ferrum, æs, teſtam, argentum & aurum; Deus magnus patefacit Regi quid ſit poſthac futurum. Verum eſt ſomnium & fida interpretatio.

46. Tum Rex Nebuchadnetſar concidit in faciem, Danielem adoravit, muníſque *farreum* & placamenta juſſit ei offerri. 47. Dixit etiam Rex Danieli: verè Deus veſter eſt Deus Deorum & Dominus Regum, qui revelat arcana, cùm hoc arcanum potueris revelare. 48. Poſtea Rex Danielem ad magnas opes & dignitates evexit, muneribus multis & magnis donavit, præfecítque toti provinciæ Babylonicæ, & ſummum Magiſtratum omnibus Sapientibus Babyloniis *impoſuit*. 49. Petiit etiam Daniel à Rege, qui, *precibus ejus permotus*, præfecit provinciæ Babyloniæ Sadrachum, Meſachum atque Habed-negonem. Daniel verò *ipſe* in porta Regis *manſit*.

Nebuchadnetſari, cùm coloſſalem ſtatuam adorandam erexiſſet, omnes pareut, exceptis Danielis ſodalibus, qui in fornacem ardentem, eo jubente, conjecti ſalvi & intacti in mediis ignibus ambulant, quamobrem Rex Deum verum laudat, ſtatuítque Edicto omnibus cultum ejus imponere.

CAPUT III. 1. NEBUCHADNETSAR Rex fecit ſimulacrum aureum, cujus altitudo fuit ſexaginta cubitorum, craſſities ſex cubitorum, ídque ſtatuit in valle Duræ, in Babylonica provincia. 2. Tum Nebuchadnetſar miſit qui *in unum* cogerent Satrapas, Magiſtratus, Duces, Adargazræos, Gedabræos, Dethabræos, Thipthæos, atque omnes provinciarum præfectos, ut convenirent ad dedicationem ſimulacri, quod erexerit Rex Nebuchadnetſar. 3. Tum convenerunt Satrapæ, Magiſtratus, Duces, Adargazræi, Gedabræi, Dethabræi, Thiphthæi, atque omnes provinciarum præfecti, ad dedicationem ſimulacri, quod erexerat Nebuchadnetſar Rex, ſtabántque coram ſtatua, quam erexerat. 4. Dein præco totis viribus clamavit: Vobis dicimus populis, nationibus & linguis. 5. Quo tempore audietis *ſonitum* cornu, tibiæ, citharæ, ſambucæ, pſalteriorum, ſymphoniam, atque omnis generis cantum, concidetis atque adorabitis ſimulacrum aureum, quod erigi curavit Nebuchadnetſar Rex. 6. Quicumque autem non conciderit, nec eam adorarit, eâ ipsâ horâ projicietur in mediam ignis ardentis fornacem. 7. Propterea, eo tempore, quo audiverunt omnes populi ſonitum cornu, tibiæ, citharæ, ſambucæ, pſalteriorum & omnis generis cantûs, omnes populi, nationes & linguæ ſtatuam auream, quam erexerat Rex Nebuchadnetſar, adorarunt.

8. Quare, eo ipſo tempore, acceſſerunt *ad Regem* homines Chaldæi, atque accuſationem inſtituerunt in Judæos, 9. dicentes Nebuchadnetſari Regi: ô Rex in æternum vivas! 10. Tu Rex promulgaſti edictum, quo quisquis audiſſet ſonitum cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalteriorum, ſymphoniæ, & omnium generum cantûs, concidere atque adorare ſimulacrum aureum juſſus eſt; 11. & ſi quis non concideret, neque adoraret, eum projici in mediam fornacem igne ardentem *mandaſti*. 12. Sunt autem viri Judæi, quos negotiis provinciæ Babylonicæ præfeciſti, Sadrachus, Meſachus & Habednego, qui animum ad te non adjecerunt, cùm nec Deos tuos colant, nec ſimulacrum aureum, quod ſtatuiſti, adorent.

13. Tum

Digitized by Google

13. Tum verò Nebuchadnetſar iratus atque excandeſcens juſſit Sadrachum, Meſachum
& Habed-negonem adduci, continuóque homines ſunt coram Rege adducti. 14. Ibi illis
Nebuchadnetſar, Sadrache, inquit, Meſache & Habed-nego, veréne Deos meos non colitis,
nec imaginem auream, quam poſui, adoratis? 15. Nunc ſi parati eſtis, tempore quo au-
dietis ſonitum cornu, tibiæ, citharæ, ſambucæ, pſalteriorum, ſymphoniæ & omnium
generum cantus, ad concidendum, atque adorandum ſimulacrum, quod feci, *rectè eſt*;
ſin verò non adoraveritis, hac ipsá horâ, in mediam fornacem igne ardentem projicie-
mini Quis verò Deus vos manibus meis eripiet?
16. At reſponderunt Sadrachus, Meſachus, & Habed-nego, his verbis, Nebuchad-
netſari Regi: nihil neceſſe eſt nos tibi, hac de re, reſpondere. 17. En eſt Deus noſter,
quem colimus, *ſat* potens eſt, ut nos è fornace igne ardente liberet, & manui tuæ, ô
Rex, eripiat; 18 ſin minùs; nôris, ô Rex, à nobis cultum non iri Deos tuos, nec
ſtatuam auream, quam ſtatuiſti, à nobis adoratum iri.
19. Ibi verò Nebuchadnetſar prorſus excanduit, immutatus eſt vultus ejus erga Sadra-
chum, Meſachum & Habed-negonem, juſſitque fornacem ſeptuplo magis accendi, quàm
ſolebat; 20. viriſque fortibus, qui erant in exercitu ſuo, mandavit ut vincirent Sadra-
chum, Meſachum & Habed-negonem, ut projicerentur in fornacem igne ardentem.
21. Illico vincti ſunt viri illi in ſarabellis, ſubligaculis ſuis, tiaris *reliquis*que veſtibus,
& in mediam fornacem igne ardentem conjecti. 22. Cùm verò mandatum Regis urge-
ret, & fornax præter modum incenſa eſſet, viros illos qui adſcendere curaverant Sadra-
chum, Meſachum & Habed-negonem, occidit ignis erumpens. 23. Viri autem tres illi
Sadrachus, Meſachus & Habed-nego ceciderunt in mediam fornacem, igne ardentem,
vincti. 24. Tum verò Rex Nebuchadnetſar *ſuorum interitu* obſtupefactus feſtinanter
ſurrexit, *ut fornacem inſpiceret*, dixitque ducibus ſuis: annon tres viros dejecimus in
medium ignem vinctos? Reſponderunt verò & dixerunt Regi, rem certam eſſe.
25. Atqui, inquit, video viros quatuor ſolutos & ambulantes in medio igne, quibus
nullum *illatum* incommodum; & ſpecies quarti ſimilis eſt ſpeciei filii Dei. 26. Tum
acceſſit Nebuchadnetſar ad oſtium fornacis, igne ardentis, & Sadrache, inquit, Meſa-
che, & Habed-nego, ſervi Dei ſummi, egredimini & venite. Egreſſi verò ſunt Sadra-
chus, Meſachus & Habed-nego è medio igne; 27. & viderunt eos qui convenerant
Satrapæ, Magiſtratus, Duces & Aulici Regis; nec ignis ullam vim habuerat in eorum
corpus, capillus nullus eorum capitis erat aduſtus, ſaraballa non erant mutata, neque
ullá ignis aurâ erant adflati.
28. Orſus verò eſt Nebuchadnetſar & dixit: Benedictus ſit Deus Sadrachi, Meſachi
& Habed-negonis, qui miſit Angelum ſuum, quo liberavit ſervos ſuos, qui in eo
ſpem collocaverant, qui imperium Regis neglexerunt, tradiderúntque corpora ſua, ne
ſervirent, néve genua flecterent ulli Deo præter ſuum! 29. Itaque à me proponatur e-
dictum, ut omnis populus, gens & lingua, quæ convitium dixerit Deo Sadrachi, Me-
ſachi & Habed-negonis, in fruſta concidatur, domúſque ejus redigatur in ſterquilinium,
quia nullus alius eſt Deus, qui liberare poſſit, quemadmodum hic. 30. Deinde effe-
cit Rex ut Sadrachus, Meſachus & Habed-nego ſecundis rebus in Provincia Babylo-
nica fruerentur.

Edictum Nebuchadnetſaris, in quo narrat ſomnium inſigne de Arbore, quod Daniel interpretatus eſt ejúſque eventum; tum in laudes Dei veri erumpit.

31. NEBUCHADNETSAR Rex omnibus populis, nationibus & linguis, quæ to-
tam terram incolunt, pax veſtra augeatur!
32. SIGNA & mirabilia, quæ fecit erga me ſummus Deus, par mihi videtur vobis
narrari; 33. ſunt enim ejus ſigna magna & miracula potentia, Regnum ejus eſt æternum,
& imperium in omnes ætates futuras.
1. EGO Nebuchadnetſar quietus eram domi meæ, & florens in Regia: 2. cùm ſom- CAPUT
nium habui, quod me terruit, & cogitationes in cubili meo, & viſa capitis mei, quæ me IV.
turbarunt. 3. Quare mandavi, ut intromitterentur ad me omnes Sapientes Babylonii,
ut ſomnii interpretationem mihi patefacerent. 4. Tum ingreſſi ſunt occultorum periti,
Sapientes, Chaldæi & Aſtrologi, corámque iis ſomnium dixi, ſed ejus interpretatio-
nem mihi non indicarunt. 5. Poſtremò ingreſſus eſt coram me Daniel, cui nomen eſt

Beltſatſari, de nomine Dei mei, & in quo eſt ſanctorum Deorum ſpiritus, & ſomnium coram eo narravi, & 6. Beltſatſar, *inquam*, Præfectus eorum, qui occultorum ſunt periti, novi in te eſſe ſanctorum Deorum ſpiritum, nec ullum arcanum te fugere. Viſorum ergo ſomnii mei, quod habui, interpretationem *mihi* dicito. 7. Viſa autem capitis mei, in cubili meo hæc fuerunt: Cum intuerer, en verò arborem in media terra, eám, que magnæ proceritatis. 8. Craſſa erat arbor, firma, eâ proceritate, quæ cœlum adtingeret, & ad fines totius terræ è longinquo proſpici poſſet. 9. Rami ejus erant pulcri, fructus multus, quo paſcerentur omnes *aves*, quæ in ea erant. Sub ejus umbra erat beſtia agreſtis, in ramis habitabant volucres cœli, & *fructu* veſcebatur omnis caro. 10. Cùm *eam* contemplarer, in viſis capitis mei, in cubili meo, en vigilem & ſanctum *qui* è cœlo deſcendit, 11. clamans totis viribus & dicens: excidite arborem, amputate ramos ejus, excutite frondes & fructum diſpergite; è ſubjecto ei ſolo abeant feræ, & volucres à ramis. 12. Verumtamen potiſſimam radicem ejus in terra relinquite, vinctam ferro & ære, in gramine campeſtri. 13. Humana ratio ei eripiatur, belluinúsque ſenſus detur; & ſeptem tempora ſibi viciſſim ſuccedant, dum in eo ſtatu erit. 14. Decreto vigilum res *eſt facta*, & verbis ſanctorum *à Deo* petita; ut ſciant *quicumque* vivunt, *Deum* ſummum dominum eſſe regnorum humanorum, eáque dare cuicumque libuerit, & humillimum hominum ad ea extollere. 15. Hoc ſomnium habui ego Rex Nebuchadnetſar; tu verò, Beltſatſar, ejus interpretationem proferto; omnes enim regni mei Sapientes non potuerunt eam patefacere, tu verò potes, quia Spiritus ſanctorum Deorum tibi adeſt.

16. Tum Daniel, cui Beltſatſari nomen, obſtupuit per horam, & cogitationibus ſuis conturbabatur; at Rex eum *prior* adfatus, Beltſatſar, inquit, ne te ſomnium, ejúſve interpretatio perturbet. Repoſuit verò Beltſatſar, & Domine, inquit, *utinam* ſomnium ad inimicos tuos, atque interpretatio ad hoſtes *pertineret!* 17. Arbor quam vidiſti, quæ creverat atque invaluerat, cujus proceritas cœlum adtingebat, & proſpectus toti terræ *patebat*, 18. cujus rami pulcri; fructus multus, *qui erat* eſca omnibus avibus quæ in ea erant, ſub qua beſtia agreſtis habitabat, & in cujus ramis nidificabantur aves cœli, 19. Tu ipſe es, ô Rex, qui magnus factus es, & invaluiſti, cujus magnitudo crevit, pertigitque cœlum, & cujus imperium ad fines terræ pervenit. 20. Quod verò Rex vidit vigilem & ſanctum deſcendentem e cœlo, dicentémque: excidite arborem, eámque deſtruite; verùm potiſſimam ejus radicem in terra relinquite, vinctam ferro & ære, in herba campeſtri, rore cœleſti madefiat, vivátque cum agreſtibus feris, donec ſeptem tempora ſibi viciſſim ſucceſſerint, dum in eo ſtatu erit. 21. Hæc eſt, ô Rex, interpretatio, hoc ſummi *Dei* decretum; quod nunc dominum meum Regem adſequutum eſt. 22. Nam te expellent ex hominibus, cum agreſtibus feris deges, herba ſicut bobus tibi ſapiet, rore cœleſti madefies, ſeptémque tempora, ſibi viciſſim ſuccedent dum eris in eo ſtatu, donec ſcias ſummum Deum regnis humanis dominari, & cuicúmque voluerit ea dare. 23. Quod verò dixerunt relinquendam potiſſimam radicem arboris, *hoc* ſibi vult, regnum tibi conſtanter manſurum, ubi agnoveris cœlum eſſe quod imperet. 24. Quare, ô Rex, tibi conſilium meum placeat, tua peccata juſtitiâ redime, atque iniqua tua facta miſericordiâ erga adflictos, ſi tranquillitas tua longior eſſe poſſit.

25. Omnia hæc Nebuchadnetſari Regi contigerant. 26. Exactis duodecim menſibus, cùm in tecto regiæ ambularet 27 dixit: annon hæc eſt magna illa Babylon, quam ego ſummâ potentiâ meâ condidi, ut ſit ſedes regia, & magnificentiæ meæ decus? 28. Verba hæc etiamnum erant in ore Regis cùm hæc vox è cœlo delapſa eſt, tibi dicimus: ô Rex Nebuchadnetſar, regnum à te receſſit; 29. ex hominibus te expellent, cum agreſtibus feris deges, gramen tibi ut bobus ſapiet, & ſeptem tempora ſibi viciſſim ſuccedent, donec agnoſcas altiſſimum *Deum* regnis humanis imperare, eáque dare cuicumque voluerit. 30. Eâ ipſa horâ res impleta eſt in Nebuchadnetſare, ex hominibus eſt expulſus, paſcebatur gramine inſtar bovis, rore cœleſti corpus ejus madefiebat, donec capillus ejus creverit inſtar *plumæ* aquilarum, & ungues ſicut *ungues* avium.

31. *Tandem*, temporibus exactis, ego Nebuchadnetſar oculos in cœlum ſuſtuli, cognitio mea in me rediit, altiſſimo *Deo* benedixi, eum qui vivit in æternum laudavi, eum, cujus imperium eſt æternum, & regnum in *omnes* ætates futuras, decoravi. 32. Omnes incolæ terræ nihili inſtar *à me* reputati ſunt; facit ille prout vult, in exercitu cœleſti, atque in incolis terræ; nemo eſt, qui percutiat ei manum & dicat, quid feciſti? 33 Eo ipſo tempore ad me rediit cognitio, atque ad gloriam regni mei decor & ſplendor meus; acceſſerunt me duces mei, & proceres requiſiverunt, ſúmque in regnum meum reſtitutus,

rus, & major amplitudo mihi acceſſit. 34. Nunc ego Nebuchadnetſar laudo, extollo, & decoro Regem cœleſtem, cujus opera omnia ſunt veritas, & viæ juſtitia, quique ſuperbia ſe ſe efferentes ad humilem ſortem redigere poteſt.

Belſatſar Nebuchadnetſaris filius cùm pollueret in convivio vaſa ſacra Jeroſolimitani Templi, territus eſt manu ſcribente, in pariete; quæ cùm legi à Chaldæis non potuiſſent, lecta ſunt à Daniele, & eâ ipſâ nocte, interemtus eſt Belſatſar.

1. CUm Rex Belſatſar mille è proceribus ſuis convivio magno excepiſſet, & coram mille illis viris vinum bibiſſet; 2. cúmque vinum ei ſaperet, juſſit adferri vaſa aurea & argentea, quæ advexerat Nebuchadnetſar pater ejus, è Templo Jeroſolimitano, bibéruntque in iis Rex, proceres ejus, conjugéſque & pellices. 3. Paullò pòſt adlata ſunt vaſa aurea, quæ advecta fuerant è Templo, ſeu Æde Dei, quæ fuerat Jeroſolimæ & biberunt in iis Rex, proceres ejus, uxoréſque & concubinæ. 4 Biberunt vinum & Deos ſuos aureos, argenteos, æneos, ferreos, ligneos ac lapideos laudarunt.

CAPUT V.

5. Eadem autem horâ exſerti ſunt digiti manus humanæ, & ſcripſerunt è regione candelabri, in tectorio parietis Regiæ, Réxque vidit palmam manûs, quæ ſcribebat. 6. Tum verò Regis hilaritas mutata eſt, cogitationes ejus eum turbarunt, vincula lumborum ſunt ei ſoluta, & genua inter ſe colliſa. 7. Rex ergo *totis* viribus exclamavit, ut adducerentur Sapientes, Chaldæi & Aſtrologi; & quiſquis, inquit, legerit ſcripturam hancce ejúſque interpretationem mihi enarraverit, purpurâ induetur, torques aurei ejus collo imponentur, tertiúmque in imperio locum obtinebit. 8. Mox ingreſſi ſunt Sapientes Regis omnes, nec potuerunt ſcriptum legere, aut interpretationem ejus Regi patefacere. 9. Tum verò Rex Belſatſar multùm turbatus, ac hilaritas *vultûs* ejus mutata eſt; & proceres ejus obſtupefacti ſunt. 10. Regina autem, propter verba Regis & procerum, locum convivii ingreſſa eſt, & Rex, inquit, in æternum vivas; ne terreant te cogitationes, neque hilaritas *vultus tui* mutetur. 11. Vir eſt in regno tuo, cui ſpiritus ſanctorum Deorum ineſt, atque in quo patris tui temporibus, perſpicacia, prudentia & ſapientia, qualis eſt Deorum ſapientia, deprehenſæ ſunt, quémque Rex Nebuchadnetſar, pater tuus, præfecerat occultorum peritis, Sapientibus, Chaldæis, Aſtrologis, Rex, inquam, & pater tuus; 12. eo quòd ſpiritus excellens, ſcientia & peritia, quâ ſomnia interpretaretur, ænigmata aperiret, nodos ſolveret, eſſent in eo reperta, in Daniele, *inquam*, cui Rex Beltſatſari nomen impoſuit: Nunc ergo vocetur Daniel, interpretationémque indicabit.

13. Paullò pòſt, Daniel intromiſſus eſt ad Regem, cui Rex, éſne tu, inquit, Daniel, è captivis Judæ, quem Rex pater meus è Judæa adduxit? 14. Audivi tibi ineſſe ſpiritum Deorum, perſpicaciam, prudentiam, ſapientiámque excellentem in te deprehenſas. 15. Nunc verò adducti ſunt in conſpectum meum Sapientes, atque eruditi viri, qui hanc Scripturam legerent, interpretationémque ejus mihi notam facerent; nec tamen potuerunt dicti ſententiam indicare. 16. Audivi autem te poſſe interpretationes proferre & nodos ſolvere; nunc verò, ſi poſſis ſcripturam legere & ſententiam indicare, purpurâ induêris, torques aurei collo tuo imponentur, tertiúmque locum in Imperio obtinebis.

17. Mox reſpondit Daniel & coram Rege, munera, inquit, tua tibi maneant, honoribúſque tuis alium adficito; nihilo ſeciùs ſcripturam Regi legam, ejúſque interpretationem proferam. 18. Deus altiſſimus, ô Rex, regnum, potentiam, gloriam & decus Nebuchadnetſari, patri tuo, dedit. 19. Propter potentiam, quâ eum donavit, omnes populi, nationes & linguæ eum reverebantur & timebant; quoſcúmque libuerat occidebat, vel vita donabat & quoſcumque voluerat evehebat, vel deprimebat. 20. Cùm verò animus ejus elatus fuiſſet, & ſpiritus ad ſuperbiam *ſumendam* confirmatus, è ſolio regio dejectus eſt, gloriáque ei ablata. 21. Ex hominibus eſt expulſus, ſenſúſque ejus brutis æquatus, habitatio ejus fuit cum onagris, herba ei ut bobus ſapuit, rore cœleſti corpus ejus madefactum eſt; donec agnoviſſet Deum ſummum regnis humanis imperare, iíſque præficere quemcumque liberet. 22. Tu verò filius ejus, Belſatſar, cùm hæc omnia noſſes, animum tuum *Deo* non ſubmiſiſti. 23. Imò contra Dominum cœli te extuliſti; vaſa ejus coram te adlata ſunt, túque & proceres tui, uxoréſque tuæ & pellices, cùm vinum in iis bibiſſetis, Deos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos, qui neque audiunt, neque vident, neque quidquam ſciunt laudaſti; nec Deum,

in cujus poteſtate anima tua eſt, atque omnes tuæ viæ, nullo honore adfeciſti. 24. Ideò ab ejus conſpectu vola miſſa eſt; & ſcriptura hæc exarata. 25. Hæc *inquam* ſcriptura exarata eſt: MENE, MENE, THEKEL, UPHARSIM; 26. *quorum* hæc eſt interpretatio: MENE, numeravit Deus regnum tuum, idque ad finem adduxit; THEKEL, adpenſus es in ſtatera, & deprehenſus es *eo* indignus; PHERES, diviſum eſt regnum tuum, Medóque & Perſæ datum. 27. Tunc, jubente Belſatſare, induerunt *proceres* Danielem purpurâ, torquibus aureis collum ejus ornarunt, præconíſque voce pronunciatum eſt, eum tertium locum in imperio obtenturum. 28. Illâ verò ipsâ nocte, interfectus eſt Belſatlar, Rex Chaldæus; 31. Darius verò Medus, ſexaginta duos annos natus, regnum invaſit.

Cùm Daniel gratiâ, apud Regem Darium, ob egregiam ſapientiam atque integritatem, floreret, proceres regni Regi perſuaſerunt edictum promulgare, quo, propoſito ſupplicio dejectionis in foveam leonum, omnes per triginta dies quidquam à Deo, vel ab hominibus petere vetabanur. Tum Daniel reus precum, ter ad Deum quotidie factarum, dejicitur in foveam, è qua incolumis evaſit, dejectique ſunt ejus inimici, qui illic pereunt, quo conſpecto, Darius Dei Danielis cultum edicto ſuadet populis ei parentibus.

CAPUT VI.

1. VISUM eſt poſtea Dario præficere regno centum viginti Satrapas, qui per totum regnum eſſent. 2. Tum illis impoſuit principes tres, quorum Daniel unus fuit, ut Satrapæ iis rationem redderent, ne Rex detrimentum caperet. 3. Superabat verò Daniel omnes, quia excellens ſapientia in eo erat, cogitabátque Rex de eo toti regno præficiendo. 4. Tunc verò principes & ſatrapæ quæſiverunt occaſionem, quâ Danielem *reum* facerent, regni nomine; ſed nullam occaſionem, aut coruptelam potuerunt invenire; quòd fidus eſſet, nec error aut corruptela in eo deprehenderetur. 5. Dixerunt ergò viri illi: nullam invenienus occaſionem quâ loquamur contra Danielem hunc, niſi in lege Dei ejus inveniamus. 6. Ibi verò principes & ſatrapæ illi, non ſine tumultu, ad Regem iverunt, eumque ita ſunt adloquuti: Rex Dari, in æternum vivas! 7. Conſilium inierunt omnes principes regni, magiſtratus, ſatrapæ. duces & præfecti de conſtitutione regia condenda, & ſancienda lege, ex quâ quisquis petierit quidpiam ab ullo Deo, aut homine, præterquàm à te, ô Rex, intra dies triginta, in foſſam leonum conjiciatur. 8. Nunc ergo, ô Rex, fer legem atque exara ſcripturam, quæ non mutetur, ex Lege Medorum & Perſarum, quæ non obſoleſcat. 9. Itaque Rex Darius exaravit ſcriptum & legem.

10. Cùm verò Daniel exaratam ſcripturam reſcivit, ingreſſus eſt domum ſuam & feneſtris apertis è cœnaculo, Jeroſolimam versùs, tribus ſtatis temporibus quotidie concidit in genua, *Deo* benedicturus, eîque benedictiones & laudes oblaturus, quomodo antea faciebat. 11. Tunc verò ii viri non ſine tumultu eò ſe contulerunt, & deprehenderunt Danielem orantem & deprecantem Deum. 12 Deinde adierunt *Regem* & coram eo de ipſius lege dixerunt: annon legem ſcripſiſti, ex qua, quisquis petierit *quidpiam* ab ullo Deo, aut homine, præterquàm à te, ô Rex, ad trigeſimum usque diem, projiciendus ſit in foſſam leonum? Reſpondit verò Rex, his verbis: vera res eſt, *facta eſt conſtitutio*. ut lex Medorum & Perſarum, quæ non obſoleſcit. 13. Repoſuerunt verò illi: Daniel è captivis Judæ nullam rationem tui habuit, ô Rex, neque legis, quàm ſcripſiſti; & tribus ſtatis temporibus quotidie preces fundit. 14. Re verò auditâ, Rex valde indoluit, in animumque induxit liberare Danielem, & usque ad ſolis occaſum contendit, ut eum eriperet. 15. At viri tumultuantes ad Regem venerunt, eique, ſcito Rex, inquiunt, legem eſſe Medorum & Perſarum, nullam legem, aut conſtitutionem à Rege conditam mutatum iri.

16. Itaque, Rege jubente, duxerunt Danielem projeceruntque in foſſam leonum; cui Rex, Deus, inquit, tuus, quem ſemper coluiſti, te liberet! 17. Tum eſt adlatus lapis, qui ori foſſæ impoſitus, eúmque Rex annulo ſuo, atque annulis procerum obſignavit, ne qua mutatio fieret in eo, quod de Daniele viſum fuerat. 18. Poſtea Rex in Regiam conceſſit, ubi jejunus pernoctavit, menſam enim ad ſe adferri non juſſit, ſomnusque *oculos* ejus fugit. 19. Ergo diluculo cùm illuceſceret, ſurrexit confeſtimque ad leonum

leonum foſſam ivit. 20 Cùm verò adpropinquaret foſſæ, voce lugubri Danielem vocavit; & Daniel, inquit, Daniel, ſerve Dei vivi, an te Deus tuus, quem indeſinenter colebas, à leonibus liberare potuit? 21. Ibi Daniel, Regem adloquutus, Rex inquit, in æternum vivas! 22. Deus meus Angelum ſuum miſit, qui os leonibus occluſit, nec me læſerunt, quia apud eum innocentia mea deprehenſa eſt, nec etiam erga te, ô Rex, corruptelam ullam admiſi. 23. Tum verò Rex, Danielis causâ, vehementer lætatus eſt, juſſitque eum è foſſa educi, & eductus eſt, nec corruptela ulla inventa eſt in eo, qui Deo ſuo credidit.

24. Poſtea, jubente Rege, adducti ſunt ii viri, qui in Danielem accuſationem inſtituerant, atque in foſſam leonum dejecti ſunt cùm ipſi, tum eorum liberi & uxores; necdum pervenerant ad ſolum foveæ cùm leones eos invaſerunt, omniáque eorum oſſa contriverunt. 25. *Quo facto* Darius Rex ſcripſit ad omnes populos, nationes & linguas, quæ totam terram incolebant, iis multam pacem precatus. 26. A me propoſitum eſt, *inquit*, edictum in toto regni mei imperio, ut omnes revereantur & metuant Deum Danielis, quia eſt Deus vivus, permanétque in æternum; nec regnum ejus interibit, & poteſtas ad finem usque *erit*. 27. Eruit, liberat, ſigna & miracula facit in cœlo atque in terra, eripuitque Danielem leonibus.

Viſum Danielis de quatuor Monarchiis, & ſanctorum regno iis ſucceſſuro.

1. ANno primo Belſatſaris, Babyloniorum Regis, Daniel ſomnium habuit & viſa capitis ſui, in cubili. Tunc ſcripſit *hoc* ſomnium & ſummam rei narravit, his verbis. Caput VII.

2. Orſus eſt Daniel, & vidi, inquit, in viſo nocturno, quatuor ventos cœli, in mari magno pugnantes. 3. Tum quatuor ingentes feræ, à ſe invicem diverſæ, è mari adſcendebant. 4. Primæ, quæ erat inſtar leonis, erant alæ aquilæ; quam adſpiciebam, donec evulſis alis, è terra erigeretur, & pedibus, humanorum inſtar, inſiſteret, dareturque illi animus hominis.

5. En verò alteram feram, quæ diverſa erat, & ſimilis urſæ, conſtitítque à latere. Erant tres coſtæ in ore ejus, inter dentes; eíque dictum eſt: ſurge & multa carne paſcitor.

6. Poſt hanc cùm adſpicerem, en tertiam inſtar pardi, cui erant quatuor alæ volucris, in dorſo, & quatuor capita feræ, poteſtáſque ei data eſt.

7. Poſtea cùm adſpicerem, in viſis nocturnis, ecce feram quartam horrendam, terrificam, eximiique roboris, cui erant magni dentes ferrei, quibus *duriſſima quæque* comedebat & comminuebat, dum reliquias conculcaret pedibus. Diverſa autem erat ab omnibus beſtiis, quæ è regione ejus *conſtiterant*; erántque ei decem cornua. 8. Cùm verò cornua adtentè inſpicerem, aliud cornu parvum exortum eſt, inter alia; triáque, è prioribus cornibus, ante id evulſa ſunt. En verò oculos, inſtar humanorum, in eo cornu *vidi*, *quod* & os *habuit* grandia loquens.

9. Inſpiciebam, donec ſunt erecti throni, & vir ætate provectus *in uno* ſedit, cujus veſtimentum candidum erat, inſtar nivis, cæſariéſque capitis ut lana munda. Thronus ejus igne ſcintillabat, & rotæ, erant flammæ ardentes. 10. Fluvius igneus manabat atque egrediebatur ex ejus conſpectu. Millies mille *Angeli* ei miniſtrabant, & myrias myriadum illorum coram eo ſtabat. Tum judices ſederunt & libri aperti ſunt. 11. Spectabam interim *quid futurum eſſet* propter vocem grandium verborum, quæ cornu proloquutum fuerat; donec interfecta eſt fera & corpus ejus diſtractum, atque igni traditum, ut combureretur. 12. Ad reliquas feras quod adtinet, tranſtulerunt earum imperium, cùm iis data eſſet longior vita, ad tempus & quidem conſtitutum tempus.

13. Cùm verò ſpectarem in viſis nocturnis, en veniebat cum nubibus cœli veluti filius hominis, qui ad ætate provectum pervenit, ad quem curarunt *qui aderant* adpropinquare. 14. Hunc *grandævus ſenex* imperio, gloriâ & regno donavit, cui futurum eſt ut omnes populi nationes & linguæ *diverſæ homines* ſerviant; erit enim imperium æternum; quod ei non auferetur, & regnum quod non deſtruetur. 15. Indoluit animus meus (*aio* ego Daniel) in media vagina, & viſa capitis mei me conturbarunt.

16. Acceſſi verò ad unum ex iis, qui adſtabant, & veritatem de hiſce omnibus ab eo quæſivi; ille verò etiam earum rerum interpretationem ſe mihi patefacturum dixit,

17. & iſtæ magnæ feræ, inquit, quatuor, ſunt quatuòr Reges, qui è terra orientur. 18. Sancti verò excelſi *Dei* accipient regnum, ídque per omnia ſæcula tenebunt. 19. Tum volui etiam veritatem ſcire de quarta fera, quæ ab omnibus illis *aliis* differebat & terrifica præter modum, cujus dentes erant ferrei, & ungues ærei; quæ comedebat & comminuebat, reliquiáſque pedibus conculcabat, 20. de cornibus decem, quæ capiti ejus inerant, & de eo quod exortum erat, & ante quod tria ceciderant; cùm cornu illud haberet oculos & os loquens grandia, & ſpecies ejus major eſſet *ſpecie* ſimilium *cornuum*.

21. Videbam hoc cornu bellum inferre ſanctis & ſuperius iis eſſe; 22. donec ætate provectus veniret & judicium daretur ſanctis ſummi *Dei*, tempúſque adveniſſet, quo regnum obtinerent. 23. Sic verò dixit *is quem interrogaveram:* quarta fera regnum erit quartum in terra, quod differet ab omnibus regnis, univerſámque terram abſumet, calcabit & comminuet. 24. Cornua decem, ex ipſo ejus regno, *ſeu* decem Reges exorientur, aliúſque exſurget poſt eos, & differet à prioribus, tréſque Reges in humilém ſtatum rediget. 25. Verba contra altiſſimum proferet, ſummi *Dei* ſanctos adteret, ſperabit ſe mutaturum ſtata tempora & legem, tradentúrque in ejus manum, ad certum tempus, tempora & partem temporis. 26. Sed judicum cœtus ſedebit, imperiúmque ab eo auferent, ut deleant eum ac penitus perdant. 27. Regnum, imperium & magnitudo regnorum, quæ ſunt ſub cœlo, populo ſanctorum ſummi *Dei* dono *dabuntur*; regnum ejus erit regnum æternum, omniáque imperia ei ſervient & parebunt. 28. Hactenus eſt finis verbi, ego verò Drniel cogitationibus meis valde turbabar, hilaritáſque mea mutata erat, & verbum in animo meo ſervabam.

Viſum de Arietis bicornis viribus, qui tamen vincitur ab Hirco cui unum erat cornu, ejúſque viſi interpretatio.

CAPUT VIII.

1. ANNO tertio regni Belſatſaris, conſpectum eſt à me viſum (*aio* ego Daniel) præter id quod mihi priùs conſpectum fuerat. 2. Viſum habui, in quo mihi videbar eſſe Suſis, quæ eſt Metropolis, in Helamitide Proviucia. Videbar etiam in eodem viſo eſſe ad fluvium Ulæum. 3. Cùm autem adſpicerem, en verò aries unus ſtabat ad fluvium, eique erant duo cornua, & quidem prælouga; ſed alterum altero longius erat, & poſtremò longiſſimum evaſit. 4. Vidi poſtea arietem cornibus impetentem & occidentem, ſeptemtrionem & meridiem versùs; neque ulla beſtia, ante eum conſiſtebat, nec quæquam erat, quæ *alias* ab eo liberaret, faciebátque ille quidquid libebat, ac magnam potentiam conſequutus eſt. 5. Cum verò adtentè *eum* conſiderarem, en verò hircum, caprini generis, venientem ab occideute in totam hanc terram; nec tamen humum tangebat, & huic hirco erat inſigne cornu inter oculos. 6. Venit autem ad arietem duo cornua gerentem, quem videram conſiſtentem ad fluvium, cucurrítque ad eum iratus, *magno* impetu. 7. Eum vidi cùm perveniſſet ad arietem, ei ſummopere indignatum, ita ùt percuteret arietem, frangerétque ejus cornua, nec ſat fortis eſſet aries, ut coram eo conſiſteret, *hircuſque* dejiceret arietem in humum eúmque conculcaret, neque quiſquam arietem liberaret. 8. Hircus verò caprini generis ſummopere crevit, cúmque viribus polleret, fractum eſt magnum illud cornu, ejúſque loco alia quatuor inſignia exorta ſuut, in quatuor ventos cœli. 9. Quin & unum prodiit ex illis cornu parvum, quod ſummopere crevit ad meridiem, ad ortum & ad ſubſolanum. 10. Crevit ad exercitum cœli, & dejecit in terram nonnullos ex eo exercitu, éque ſtellis, atque eos conculcavit. 11. Ad ducem exercitus ſe ſe extulit, & ab eo ſublatum eſt juge ſacrificium, & locus ſacrarii ejus abjectus eſt. 12. Exercitus autem traditus eſt, cum jugi ſacro, defectione. Dejiciet ille veritatem in terram, rémque geret proſpero ſucceſſu. 13. Audivi autem ſanctum unum loquentem, dixítque quidam ſanctus cuidam loquenti: quamdiu *durabit* viſum perennis *ſacri* & defectio devaſtaus, ut detur & ſacrarium & exercitus conculcationi? 14. Mihi verò, ad mille, iuquit, trecentas noctes & dies, quibus exactis purgabitur Sacrarium.

15. Cùm habuiſſem autem ego Daniel hoc viſum, quærerémque quid ſibi vellet, ſubitò ſtetit coram me viri ſpecies, 16. Tum audivi vocem ab Ulæo hominis, qui clamavit & dixit: ô Gabriel, fac ut hic viſum intelligat. 17. Venit ergo ad locum, in quo ſtabam, cúmque veniſſet, territus ſum, atque in faciem concidi. At ille mihi, intellige, inquit, Fili hominis, quia ad tempus præſtitutum finis pertinet hoc viſum.

18. Dum

18. Dum verò colloqueretur mecum, arcto ſomno correptus ſum, cùm vultum humi
haberem; tetigit verò me, fecítque ut ſtarem in eo loco, ubi ſteteram; 19. & jam,
inquit, tibi patefaciam quid futurum ſit, in ultima indignatione, quia finis ad tempus
præſtitutum *continget*. 20. Aries quem vidiſti, duo cornua habentem, ſunt Reges Me-
dorum & Perſarum. 21. Hirſutus verò hircus eſt Rex Javanis, & magnum cornu;
quod erat inter duos oculos, eſt Rex ejus primus. 22. Confractum verò hoc eſt, ejús-
que loco ſteterunt quatuor; quatuor, nempe, regna è gente illa orientur, ſed non pari
illâ potentiâ. 23. Sub finem verò eorum regni, cùm conſummata erit *nequitia* defecto-
rum, orietur Rex impudens atque ænigmatum peritus. 24. Confirmabitur ejus poten-
tia, nec tamen per ſe; miras clades faciet, proſpero ſucceſſu rem geret, & *viros* fortes, ac
populum ſanctorum cædet. 25. Pro ſua calliditate faciet ut fraus, in manu ſua, bene
cedat; in animo ſuo magnus ſibi videbitur, atque in pace perdet multos. In principem
principum ſtabit, ſed ſine manu frangetur. 26. Viſum de nocte & die, antea dictum,
eſt verum; at tu viſum obſigna, quia in multos dies *res eſt dilata*. 27. Ego verò Da-
niel langui & ægrotavi, per *aliquot* dies; tum ſurrexi & negotiis Regis operam dedi;
dum viſum hoc ſtuperem, nec quiſquam eſſet, qui *planiùs* interpretaretur.

Daniel fatetur apud Deum ſua & populariu̇m ſuorum delicta, veniámque eorum petit, & divinum auxilium implorat. Quo facto, vaticinium de LXX hebdomadibus accipit, intra quas Meſſias mortem paſſurus & Jeroſolima delenda erat.

1. ANNO primo Darii, Achaſueri Filii, è Medorum genere, qui Rex Chaldæo- CAPUT
rum creatus fuerat, 2. anno, *inquam*, primo, quo regnavit, intellexi ex libris IX.
numerum annorum, quibus Jehova dixerat Jeremiæ Prophetæ, explendam deſolationem
Jeroſolimæ, futurum ſeptuaginta annorum. 3. Igitur vultum converti ad Dominum
Deum, ut eum adirem precibus ac deprecationibus; in jejunio, ſacco & cinere; 4. ora-
víque & laudavi Jehovam, Deum meum, his verbis: obſecro *me audias*, Domine Deus,
magne & tremende, qui obſervans es fœderis & benignitatis, erga eos, qui te amant
ac præceptorum tuorum obſervantes ſunt; 5. Peccavimus, iniquè atque improbè nos
geſſimus, & rebellavimus, dum mandata & jura tua deſeruimus. 6. Non auſcultavi-
mus ſervis tuis Prophetis, qui nomine tuo adloquuti ſunt Reges, proceres, ac Majores
noſtros, atque univerſum terræ *noſtræ* populum. 7. Tibi, ô Domine, juſtitiam *tribua-
mus neceſſe eſt*, vultus verò noſter pudore ſuffundatur; quemadmodum hodie *ſuffunditur*
viris Judæ, incolis Jeroſolimæ omnibúsque Iſraëlitis, tam propinquis, quàm remotis,
per omnes terras, per quas eos disjeciſti; propter delicta, quæ in te admiſimus. 8. Dò-
mine, pudore ſuffunditur vultus Regum, procerum, & patrum noſtrorum, quia in te
peccavimus. 9. Domini Dei noſtri *eſt* miſericordia & indulgentia; quia in eum rebel-
lavimus. 10. Non audivimus vocem Jehovæ Dei noſtri, ita ut incederemus in iis legibus,
quas nobis propoſuit, per ſervos ſuos Prophetas. 11. Omnes Iſraëlitæ perfregerunt le-
gem tuam, ab eáque ſeceſſerunt, ne voci tuæ obtemperarent. Defluxere in nos exſe-
cratio atque adjuratio, quæ ſcriptæ ſunt in lege Moſis ſervi Dei; nam in eum peccavi-
mus. 12. Quare rata habuit verba ſua, quæ pronunciaverat in nos, atque in judices
noſtros, qui nobis jus dixerunt; ita ut immiſerit nobis ingens malum, quale non con-
tigit ſub toto cœlo, quemadmodum Jeroſolimæ obtigit. 13. Ut ſcriptum fuerat in le-
ge Moſis, omnis hæc calamitas in nos venit, neque deprecati ſumus Jehovam Deum
noſtrum; ut recederemus ab iniquis noſtris factis; útque tuam veritatem intelligeremus.
14. Quo circa properavit Jehova in ea calamitate nobis immittenda; juſtus enim eſt
Jehova, Deus noſter, in omnibus operibus quæ fecit, cùm voci ejus, non parueri-
mus.
15. Nunc verò, Domine Deus noſter, qui populum tuum ex Ægypto eduxiſti, va-
lidâ manu, & nomen tibi peperiſti, quale eſt hodie; peccavimus atque improbè nos
geſſimus. 16. Domine pro omnibus tuis clementer factis, avertatur, quæſo, ira tua,
& indignatio ab urbe Jeroſolima, *atque* à monte tibi ſacro; nam propter peccata noſtra
& iniqua facta Majorum noſtrorum Jeroſolima & populus tuus opprobrio ſunt, apud
omnes finitimos noſtros. 17. Nunc igitur aurem præbe, ô Deus noſter, orationi ſer-
vi tui, & deprecationibus ejus; fac ut ſplendeat vultus tuus in ſacrario tuo; nam vaſta-
tum eſt, propter Dominum. 18. Inclina, ô Deus mi, aurem tuam, & audi; aperi
oculos

oculos tuos, & vide vaſtitates noſtras, ac urbem, quæ de nomine tuo vocata eſt; neque enim juſtis noſtris factis freti, ſed miſericordibus tuis operibus, quæ multa ſunt, orationes noſtras ante vultum tuum fundimus. 19. Domine exaudi, Domine parce, Domine adtende, & fac *quod petimus*; ne moras necte, propter te ipſum, ô Deus mi, quia urbs tua de nomine tuo dicta eſt, ut populus tuus.

20. Cùm verò etiamnum loquerer, precarer, & confiterer peccatum meum & peccatum populi mei Iſraëlis, & funderem deprecationem meam coram Jehova Deo meo, pro monte ſacrarii Dei mei; 21. cùm, *inquam*, etiamnum loquerer orans, vir ille Gabriël, quem priùs in viſo videram, devolare juſſus, volatu ad me pervenit, tempore *quo* oblatio veſpertina *offerri ſolebat*. 22. Tum me adloquutione ſuâ *quod neſciebam* docuit, his verbis: Daniel, nunc egreſſus ſum, ut ſapientiam te doceam. 23. Initio deprecationum tuarum, mandatum datum eſt; ego verò veni ut nunciarem te *virum* eſſe probatum, útque intelligas verbum & viſum. 24. Septuaginta Hebdomades conſtitutæ ſunt populo tuo atque urbi tuæ ſanctæ, ut conſummata ſit defectio, ut obſignentur peccata, ut expictur iniquitas, ut adducatur æterna juſtitia, ut obſignetur viſum & propheta, útque ſanctiſſimum adytum ungatur. 25. Scito atque intelligito, ex quo datum erit mandatum ut reverti jubeatur *Iſraël*, útque inſtauretur Jeroſolima, uſque ad ducem unctum, fore ſeptem Hebdomadas, & hebdomadibus ſexaginta duabus eum rediturum, plateámque ædificatum iri & foſſam in anguſtiis temporum. 26. Poſt hebdomadas verò ſexaginta duas exſcindetur Unctus, ſed non ſibi; & populus ducis futuri diruet Urbem & Sacrarium. Ejus finis erit per diluvium, atque ad finem belli decretum vaſtitatum. 27. Confirmabit fœdus cum multis, unâ hebdomade, dimidiâque hebdomade faciet ut ceſſet ſacrificium & munus *farreum*; ad alam abominandam erit vaſtator, atque ad conſummationem uſque, & decretum effundetur in vaſtatorem.

Aliud viſum Danielis, verbâque Angeli cum eo colloquentis.

CAPUT X. 1. ANNO tertio Cyri, Perſarum Regis, verbum Dei revelatum eſt Danieli, cui nomen etiam fuit Beltſatſari. Verbum eſt verum, bellum magnum, intellexítque verbum; nam intelligentia ei *fuit*, in viſo. 2. Diebus illis ego Daniel lugebam, trium hebdomadum tempore. 3. Cibum ſuavem non comedi, caro & vinum os meum ingreſſa non ſunt, nec unctus fui, donec trium hebdomadum dies eſſent expleti. 4. Die vigeſimo quarto menſis primi, eram ad ripam magni fluvii; Tigris, nempe. 5. Cùm ſublatis oculis intuerer, ecce virum unum, lineis veſtibus indutum, cui lumbi erant auro obrizo cincti. 6. Corpus ejus erat Tharſiſii inſtar, faciei ſpecies quaſi fulguris, oculi lampades ignitæ, brachiorum & pedum color inſtar æris politi, & verba ejus ſicut vox multitudinis. 7. Solus ego Daniel viſum conſpexi; nec viri, qui mecum erant, *oblatam mihi* ſpeciem viderunt. Sed terror magnus eos invaſit, atque in latebras fugerunt. 8. Solus ego relictus magnum hoc viſum conſpexi, ſed vires nullæ in me remanſerunt, decor meus mutatus eſt in deformitatem vultûs, nec robur ullum retinui.

9. Audivi ſonitum verborum ejus, cúmque eum audirem arctus ſopor me in vultum *jacentem* corripuit, dum vultus meus in humum *erat converſus*. 10. At continuò manus me tetigit & me movit, ſupra genua, & in palmis manuum mearum. 11. Tum ille mihi, Daniel, inquit, vir probate, adtende verba quæ mox tibi dicam; inſiſte pedibus tuis, ſum enim ad te miſſus; cumque hæc verba mihi diceret: ſteti tremens. 12. Ille verò mihi, ne timeas, inquit, Daniel; nam à primo die, quo animum adpuliſti ad intelligendum, atque ad te adflictandum, coram Deo tuo, exaudita ſunt verba tua, & propter ea veni.

13. Princeps Perſidis, contra me, uno & viginti diebus ſtetit, ſed Michaël, unus ex primis principibus, auxilio mihi venit; ego verò ibi remanſi, apud Perſidis Reges. 14. Nunc veni, ut te doceam quid ſit futurum populo tuo, poſteris temporibus, viſum enim ad multa adhuc tempora *refertur*. 15. Cùm mecum hiſce verbis loqueretur, vultu in terram converſo, obmutui. 16. At ille more humano labia mea tetigit, aperuíque [illegible] & loquutus ſum. Tum ei qui coram me ſtabat, Domine, inquam, in viſo dolores mei in me converſi ſunt, nec vires ullas retinui. 17. Quomodo vero poſſet ſervus Domini mei colloqui cum Domino meo? Ab eo tempore, *quo te vidi* vires mihi non conſtiterunt, neque halitus in me remanſit. 18. Iterum me tetigit, ſub humana ſpecie, & vires mihi addidit. 19. Ne timeas, inquit, vir probate, pax tibi ſit, confirmator,

confir-

Digitized by Google

confirmator, *inquam*, dúmque mecum loqueretur confirmatus ſum; & dixi: loquatur Dominus meus, nam me confirmaſti. 20 Sciſne verò, inquit, cur ad te venerim? Nunc revertar ad bellum gerendum cum Perſidis principe, atque, ubi egreſſus fuero, veniet princeps Javanis. 21. Sed tibi indicabo quid exaratum ſit in verace ſcripto; nemo unus fortiter ſe mecum gerit, in his rebus, præter Michaëlem principem veſtrum.

Vaticinia Angeli de everſione imperii Perſarum, tum de Alexandri & ſucceſſorum ejus in Syria & in Ægypto regnis, ac præſertim de Syrorum Rege, qui Judæos malè habiturus erat.

Caput XI.

1. EGo quidem, anno primo Darii Medi, ſtabam ad eum confirmandum, animúmque ei addendum. 2. Nunc verò veritatem tibi aperiam: en adhuc tres erunt Reges, qui ſtabunt in Perſide, & quartus divitiis majoribus augebitur, omnibus *aliis*, cúmque divitiis ſuis confirmatus fuerit, concitabit omnes contra regnum Javanis. 3. Sed *contra* conſiſtet Rex fortis, magnóque imperio dominabitur, & faciet prout voluerit.

4. Poſtquàm verò ſteterit, frangetur ejus regnum, atque in quatuor cœli ventos dividetur, neque ad poſteros ejus *perveniet*; neque pro imperio, cui dominatus fuerit; avelletur enim regnum ejus atque aliorum *erit*, præter illos. 5. Convaleſcet Rex Auſtri & *alius* è principibus ejus, qui eo ſuperior erit, & dominabitur ita, ut magnum imperium obtineat. 6. Sed poſt aliquot annos *fœdere* conjungentur, & filia Regis Auſtri veniet ad Regem Septemtrionis, ut æquis legibus *pacem* faciat, ſed ea auctoritatem non retinebat, neque ille aut poſteri ejus conſiſtent; tradetur etiam illa, & filius ejus, & qui eam confirmabat *difficilibus* temporibus. 7. Verùm orietur è ſurculo radicum ejus *mulieris*, in baſi ſua, qui veniet ad exercitum, & ingredietur munita loca Regis Septemtrionis *rém*que contra eos conficiet, & invaleſcet. 8. Deos etiam illorum, cum principibus & vaſibus pretioſis ex argento & auro, captivos avehet in Ægyptum, illéque multos annos ſtabit *tutus* à Rege Septemtrionis. 9. Ingredietur regnum Rex Auſtri, atque in ſuam terram redibit. 10. At filii ejus *hoſtis*, bellum movebunt, & multitudinem contrahent, *quæ* magnos exercitus *conficere poſſit*. Veniet *ea multitudo*, *omnia* inundabit & prætergredietur; redibit, & bellum geret ad munita ejus *loca*. 11. Irritabitur verò Rex Auſtri, egredietúrque & pugnabit cum eo; cum Rege, *nempe*, Septemtrionis; ſiſtétque turbam multam, quæ turba in ejus manum tradetur. 12. Tum verò *ipſius* multitudo extolletur, efferetur animus ejus; ſed ſi myriadas proſtraverit, ideò non invaleſcet. 13. Revertetur Rex Septemtrionis, ſiſtétque turbam priore majorem; & exactis *aliquot* annis, veniet cum magno exercitu & divitiis multis. 14. Temporibus illis multi ſtabunt contra Regem Auſtri, & homines violenti, è populo tuo, tollent *animos*; ut ratum faciant hoc viſum & corruant. 15. Rex verò Septemtrionis veniet, aggerem ſtruet capiétque urbem munitam, nec vires Auſtri conſiſtent, nec populus ab eo delectus, nec fortitudo erit ut *contra* ſtent. 16. Quare veniens contra eum faciet pro libitu ſuo, nec quiſquam in ejus conſpectu conſiſtet; & ſtabit in terra Subſolani, & manu ejus *res* conficietur. 17. Tandem eò ſe convertet, ut veniat cum viribus totius regni ſui, bonique ei ſavebunt, & rem perficiet. Tum filiam ei collocabit, ad eam perdendam, neque enim permanebit, neque ejus erit. 18. Convertet verò ſe ad inſulas & multas capiet; faciétque dux ut ejus probrum deſinat, ne opprobrium ſuum ei reddat. 19. Deinde convertet ſe ad loca munita, pinguis fiet & corruet, neque invenietur. 20. Stabit poſtea *alius* in ſua baſi, curabit ut tranſeat exactor *per* decus regni: Paucis diebus frangetur, non per iram, neque in bello.

21. Stabit deinde in ſua baſi contemtus, & cui decus regni datum non fuerat; veniet tamen pacatè & blanditiis regni compos fiet. 22. Brachia inundationis propter eum exundabunt conterentúrque, atque etiam dux ſœderis. 23. Poſtquàm ſe conſociaverit, dolum ſtruet, adſcendet & cum exigua gente invaleſcet. 24. Pacatè & per pinguia *loca* provinciæ veniet, faciétque quæ non fecerant patres ejus, nec patrum patres. Prædam, ſpolia & divitias inter eos ſparget, & contra munita loca dolos excogitabit, idque uſque ad tempus. 25. Concitabit vires ſuas & animum in Regem Auſtri, ut bellum inferat exercitu maximo & fortiſſimo; nec tamen *illic* conſiſtet, propter molitiones quas contra eum facient. 26. Comedentes panem ejus eum frangent, exercitus ejus inundabitur & multi interfecti cadent. 27. Duorum Regum animus *intentus erit* ad nocendum, atque ad menſam unam mendacia loquentur; nec res bene cedet, quia finis in præſtitutum tempus adhuc *differetur*. 28. Revertetur in terram ſuam, cum magnis divitiis, animuſque ejus adverſabitur fœderi ſancto, *rém*que perficiet atque in terram ſuam redibit. 29. Statu-

to tempore revertetur, intrabitque in auſtrale *regnum*, nec tamen poſteriora *facta erunt* ut priora. 30. Venient contra eum naves *à* Chitthæis, adteretúrque ac revertetur; ſed indignabitur ob fœdus ſanctum; *réque* confectâ, redibit & deſertores fœderis ſancti adtendet. 31. Tum brachia ex eo conſiſtent, polluent ſacrarium munitum, amovebunt juge *ſacrum*, atque inducent abominationem vaſtatoris. 32. Damnantes fœdus, blanditiis ad ſimulationem adducet, populus verò eorum qui Deum ſuum norunt, confirmabit *ſe ſe* & *bene* ſe geret. 33. Eruditi populi multos docebunt, & cadent gladio & flammâ, in captivitate & deprædatione, temporibus *illis*. 34 Dum verò cadent, adjuvabuntur exiguo auxilio, multique iis adjungentur, ſallacibus verbis. 35. Ex eruditis verò cadent, ut probentur, úsque dealbentur, ad ultimum usque tempus; *res* enim adhuc ad tempus præſtitutum *differetur*.

36. Pro libitu verò ſe geret Rex ille, efferet ſe, pluris ſe faciet quovis Deo, contráque Deum Deorum nefanda loquetur, & proſperè aget, donec expleatur ira; quia decretum *hac de re* factum eſt. 37. Deos Majorum ſuorum non adtendet, nec *Numen* quod amant mulieres, aut ullum *alium* Deum curabit, majorem enim ſe omnibus Diis putabit. 38. Attamen Deum Mahuzzim, in baſi ſua, magni faciet, Deúmque quem non noverant ejus Majores, ornabit auro, argento, lapillis pretioſis, rebúsque quas *maximè homines* exoptant. 39. Faciet munitiones Mahuzzim, cum Deo alieno, quem agnoſcet *& cujus* gloriam augebit; dominium iis dabit in multos, & terram pretio dividet. 40. Poſtremo tempore, Rex Auſtri cum eo congredietur, & turbinis inſtar in eum veniet Rex Septemtrionis, cum curribus, equitibus, & navibus multis; ingredieturque terras, *quas* inundabit & pertranſibit. 41. Ingredietur in terram amœnam, & multæ quidem cadent, ſed hæ manum ejus effugient: Idumæa, Moabitis & lectiſſimi Hammonitarum. 42. Manum injiciet terris, nec Ægyptia terra perfugio *cuiquam* erit. 43. Dominus erit theſaurorum auri & argenti & omnium rerum pretioſarum Ægypti. Libyes & Chuſæi ejus veſtigia ſequentur. 44. Verùm rumores eum ab oriente & à ſeptemtrione turbabunt; egredietúrque magnâ irâ percitus, ut perdat, itque internecione deleat multos. 45. Figet tentoria campi ſui inter maria, ad montem ſacrum *ad* ſubſolanum *vergentem;* pervenietque *illic* ad finem ſuum, neque quiſquam ei adjutor erit.

Poſtrema vaticinia de liberatione Judæorum, quæ obſignare jubetur Daniel; quippe, nonniſi longo pòſt tempore implenda atque intelligenda.

CAPUT XII.

1. EO tempore, ſurget Michaël, princeps magnus, qui ſtat à popularibus tuis; erit enim tempus anguſtiæ; qualis non fuit ex quo *Iſrael* gens eſt, ad id usque tempus; tempore verò illo evadet è populo tuo quiſquis in libro ſcriptus invenietur. 2. Multi è dormientibus in pulvere terræ expergiſcentur, hi quidem ad vitam æternam, illi verò ad opprobria & contemtum æternum. 3. Qui *alios* docuerint fulgebunt inſtar ſplendoris firmamenti, & qui ſunt cauſa cur multi abſolvantur, inſtar ſtellarum in perpetuum. 4. Tu verò, ô Daniel, claude verba, ſigna & librum, usque ad tempus ultimum; multi *eum* perlegent, atque augebitur ſcientia.

5. Porrò ego Daniel ſubito vidi duos alios ſtantes, alterum hinc, alterum illinc ad ripam fluminis. 6. *Alter* verò dixit viro lineis veſtibus induto, qui ſuper aqua fluvii erat: quousque differetur finis ſtupendarum rerum? 7. Tum audivi virum lineis veſtibus indutum, qui ſuper aqua fluvii erat, & ſuſtulit dextram & ſiniſtram ad cœlum, ac juravit per eum, qui vivit in æternum, fore ut hæc omnia implerentur, tempore ſtatuto, temporibus ſtatutis & dimidio, cum expleta erit diſſipatio manûs populi ſancti. 8 Quod cùm audiſſem, nec tamen intelligerem, dixi: Domine, quis finis horum erit? 9. Ille verò: abito, inquit, Daniel; nam verba hæc ſunt clauſa & obſignata ad ultimum finem. 10. Purgabunt ſe, dealbabunt ſe & conflabuntur multi; damnabunt improbos, nec ulli improbi *rem* intelligent, ſed adſequentur quidem prudentes. 11. A tempore quo amotum fuerit juge *ſacrum*, ut ſubſtituatur res abominanda vaſtatoris, dies erunt mille ducenti nonaginta. 12. Eum verò beatum, qui exſpectarit atque adtigerit dies mille trecentos & triginta quinque! 13. Tu verò ito ad finem, & requieſce, & ſtato in ſorte tua, ad finem dierum tuorum.

PROPHETIÆ DANIELIS

FINIS.

LIBER

LIBER

HOSEÆ PROPHETÆ.

Jubetur Propheta meretricem ducere, atque ex ea gignere liberos; tres ex ea ſuſcipit, duos filios & filiam unam, qui erant imago ſymbolica Iſraëlitarum; quibus tamen, poſt graves minas, meliora tempora pollicetur Deus.

1. VERBA Dei, quæ facta ſunt Hoſeæ, Beeri filio, temporibus Huzzijæ, CAPUT I.
Jothami, Achazi & Ezekiæ, Regum Judæ, & temporibus Jerobohami,
Joaſi Filii, Regis Iſraëlis.
2. Cùm primùm adloquutus eſt Jehova Hoſeam, ei dixit: ito duci-
to tibi uxorem meretricem, *gignitó*que liberos è meretrice; terra enim
hæc ſcortata eſt, atque à Jehova deficit. 3. Ivit ergo Propheta duxit-
que Gomeram, Diblajimi filiam, quæ peperit ei filium 4. Ibi verò Jehova *Prophetæ*,
nomen, inquit, ei imponito Jizreheli; quia brevi ſupplicium ſumam, ob cædes Jizre-
heli factas, è domo Jehui, faciámque ut deſinat regnum domûs Iſraëlis. 5. Die illo, fran-
gam Iſraëlis arcum in valle Jizrehelis.
6. Concepit rurſum Gomera, & peperit filiam, dixitque Hoſeæ *Deus*: nomen ei im-
ponito Lo-ruhhamæ (*hoc eſt, non miſerandæ*) nam non ampliùs miſerebor domûs Iſraëlis,
ſed è medio eam tollam. 7. At domûs Judæ miſerebor, eámque ſervabo per *me* Jeho-
vam Deum ejus; non liberabo eos arcu, gladio, bello, equis aut equitibus.
8. Cùm ablactaſſet Gomera Lo-ruhhamam, concepit & peperit filium; 9. dixitque Ho-
ſeæ *Deus*: nomen ei imponito Lo-hammi (*hoc eſt, non populo meo*) neque enim vos eſtis
populus meus, nec ero vobis *Deus*. 10. Erit *tamen aliquando tempus*, quo numerus Iſ-
raëlitarum erit inſtar arenæ maris, cujus neque menſura, neque numerus iniri poteſt.
Pro eo quod dicebatur iis: non eſtis populus meus, iis dicetur: filii Dei vivi. 11. In
unum cœtum convenient poſteri Judæ & poſteri Iſraëlis, ſibíque imponent caput unum,
& adſcendent è terra; magnus enim erit dies Jizrehelis.

Caſtigationes, minæ & promiſſa, ad revocandos Iſraëlitas ad meliorem frugem, propoſita.

1. DICITE fratribus veſtris: *eſtis* populus meus, & ſororibus veſtris: *eſtis* miſe- CAPUT II.
randæ. 2. Expoſtulate cum matre veſtra, expoſtulate, neque enim uxor mea
eſt, neque ego vir ejus; amoveat ſcortationes ſuas à conſpectu meo, atque adulteria ſua
ab uberibus; 3. ne eam ad nuditatem exſpoliem, in eumdem ſtatum redigam in quo
erat die, quo nata eſt, convertam in ſolitudinem, reddam inſtar terræ ſiticuloſæ, faciám-
que ut ſiti moriatur.
4. Filiorum ejus me non miſerebit, quia ſunt filii ſcortationum;. 5. nam ſcortata eſt
eorum mater, eámque puduit, quòd eos concepiſſet dixítque: ſequar amatores meos,
qui mihi dabant panem, aquam, lanam, linum, oleum, & *vinum* quod biberem.
6. Propterea viam ejus jam ſpinis ſepiam, claudámque ſepe ſemitas ejus, nec *eas* inve-
niet. 7. Sequetur amatores ſuos, nec eos adipiſcetur; quæret eos, nec *tamen* inveniet.
Tum dicet: ibo & revertar ad priorem meum virum; meliùs enim tunc mihi erat, quàm
nunc *eſt*. 8 Non intellexerat me ei dediſſe frumentum, muſtum, oleum. Quin & ar-
gento multo eam donaveram, & auro quod Bahalis eſſe voluerunt. 9. Itaque frumen-
tum meum recepi, ſuo tempore, & muſtum meum tempeſtate ſuâ; abſtuli lanam meam
& linum meum, quæ, ut nuditatem ſuam tegeret, dederam. 10. Nunc ejus ſtultitiam
oculis amatorum ejus oſtendi, neque quiſquam eam manui meæ eripuit. 11. Feci ut
deſinerent omnis ejus hilaritas, feſta, neomeniæ, ſabbatha, omnéſque ſollemnes ejus
conventus. 12. Vaſtavi vineas ejus & ficus, de quibus dixerat: donum eæ ſunt, quo
me donarunt amatores mei; converti eas in ſilvam, quam depaſtæ ſunt agreſtes feræ.
13. Pœnas de ea ſumam, propter tempora Bahalum, quibus ſuffitum offerebat.

Ornabat ſe annulo ſuo, & monili, ſectabatúrque amatores ſuos mei oblita, ait Jehova.

14. Attamen ei perſuadebo ut eat in deſertum, eáque dicam, quæ ei cordi erunt. 15. Reddam inde ei vineas ſuas & vallem Hachoris, quæ ſit initium ſpei; & reſpondebit *illic* mihi, ut tempore adoleſcentiæ ſuæ, diéque quo ex Ægyptia terra egreſſa eſt. 16. Eo tempore, ait Jehova, vocabis me virum tuum, neque me ampliùs tuum Bahalem compellabis. 17. Amovebo ex ore ejus nomina Bahalum; nec ii nomine ſuo ampliùs memorabuntur. 18. Eo tempore, feriam Iſraëlitis fœdus cum feris agreſtibus, cum volucribus cœli & reptilibus terræ. Arcum, gladium, & bellum frangam, in ea terra, faciámque ut *incolæ* eam ſecurè habitent. 19. Deſpondebo te mihi, *ô ſponſa mea*, in perpetuum; deſpondebo te mihi, juſtitiâ, jure, benignitate & miſericordiâ. 20. Deſpondebo te mihi, bonâ fide, & cognoſces Jehovam. 21. Eo tempore, exaudiam, ait Jehova, exaudiam, *inquam*, cœlum; cœlum verò exaudiet terram. 22. Ac terra exaudiet muſtum & oleum, atque hæc Jizrehelem exaudient. 23. Sementem faciam in terra, miſerebórque Lo-ruhhamæ, (*hoc eſt: non miſeranda*) & Lo-hammi (*non populi mei*); dicam es tu populus meus, ille verò dicet: ô Deus mi!

Mandata Dei ad Hoſeam de coëmenda ſibi meretrice, ſed cum qua non concumberet; quod fuit monitum ſymbolicum Iſraëli.

CAPUT III. 1. DIXIT præterea Jehova mihi: ito rurſus, amato mulierem, proximo *tuo* adamatam & adulteram: quemadmodum Jehova amat Iſraëlitas, qui tamen reſpiciunt ad alios Deos, & amant lagenas vini. 2. Coëmi ergo illam mihi quindecim argenteis, Chomero & Lethacho hordei. 3. Tum ei dixi: diebus multis ſedebis apud me, ne ſcorteris, néve ſis alii viro; ego quoque tuus ero. 4. Longo enim tempore, Iſraëlitæ erunt ſine Rege, ſine Principe, ſine ſacrificio, ſine ſtatua, ſine Ephodo & ſine Theraphis. 5. Poſtea revertentur *ad ſaniorem mentem*, & quærent Jehovam Deum ſuum, Davidémque Regem; Jehovam & bonitatem ejus, poſteris temporibus, reverebuntur.

Caſtigantur varia Iſraëlitarum quorumvis & præcipuè Sacerdotum peccata, & graves iis minæ proponuntur.

CAPUT IV. 1. AUDITE verbum Jehovæ, ô Iſraëlitæ, lis enim eſt Jehovæ, cum terræ incolis; quia nulla eſt veritas, nulla benignitas, nulla cognitio Dei, in hac terra. 2. Pejerare, negare, occidere, furari, mœchari *ſcelera ſunt*, *quæ quamvis domum* irruperunt, cædes cædibus contiguæ ſunt. 3. Propterea lugebit terra, omnes incolæ languebunt, feræ agreſtes, aves cœli, imò & piſces maris morientur. 4. Ne quis tamen expoſtulet, ne quis arguat; populus enim tuus eſt inſtar eorum, qui litigant cum Sacerdote. 5. Cades interdiu, cadet etiam tecum Propheta noctu, atque exſcindam matrem tuam. 6. Exſcindetur populus meus, inſcientiæ causâ; quia tu ſcientiam aſpernatus es, aſpernabor etiam te, ne fungaris munere Sacerdotis mei; legem Dei tui oblivioni mandaſti, etiam ego filiorum tuorum obliviſcar. 7. Pro ſua multitudine, peccarunt in me, ego verò notam *eorum* gloriam in ignominiam mutabo. 8. Populi mei victimas pro peccato pro victu habent, ejúsque nequitiæ causâ animum extulerunt. 9. Qualis eſt populus, talis eſt Sacerdos. In ejus vias inquiram, & pro ſtudiis ejus ei rependam. 10. Comedunt, nec ſatiantur; fornicantur, neque *numero* creſcunt; quia Jehovam reliquerunt, ne *præcepta ejus* obſervarent. 11. Scortatio, vinum & muſtum ſapientiam iis eripiunt. 12. Populus meus lignum ſuum interrogat, & baculus ei nunciat *quæ ſcire cupit*; ſpiritus enim ſcortationum eum in errorem induxit, & poſtquàm ſe Deo ſuo ſubduxerunt, fornicati ſunt. 13. In verticibus montium ſacra fecerunt, atque in collibus ſuffitum adoleverunt, ſub quercu, populo alba & tilia; quia grata eſt earum umbra. Ideò ſcortabuntur filiæ veſtræ, & nurus veſtræ mœchabuntur. 14. Non ſumam pœnas de filiabus veſtris, quia ſcortatæ fuerint; neque de nuribus, quia fuerint mœchatæ; cùm ipſi *parentes* cum meretricibus ſeorſim vivant, & cum ſcortis ſacra faciant. Populus, qui non adtendet, ceſpitabit.

15. Si, tu Iſraël, ſcorteris, at ne delinquat Juda, ne ingrediamini Gilgalem, ne eatis Beth-avenem, neque juretis: vivit Jehova. 16. Sicut bucula indomita contumacem ſe præbuit Iſraël; nunc verò eum Jehova paſcet, quaſi minutam pecudem, in locis latè paten-

patentibus. 17. Particeps fuit Ephraïmus ſimulacrorum, cum tamen dimitte. 18. Defecit eorum potus, at proceres eorum perrexerunt fornicari, amarúntque munera, *eos* ignominiâ adficite. 19. Ligavit ventus eam in alis ſuis, propter ſacra ſua pudore adficientur.

Iſraëlitarum peccata & ſupplicia.

1. AUDITE hoc Sacerdotes, animum adtendite domus Iſraëlis, & domus Regis auſcultato, quia veſtrum eſt jus dicere; ſed laqueus fuiſtis Mitſphæ & rete expanſum in Thabore. 2. Ad mactandos *homines* alta conſilia iniverunt qui declinant à *recta via*; at ego iis omnibus diſciplinam *trado*. 3. Novi ego Ephraimum, nec Iſraël mihi ignotus eſt; nunc enim ſcortatus eſt Ephraimus, ſéque polluit Iſraël. 4. Non *in hoc* ſtudia ſua ponunt, ut ad Deum ſuum revertantur, eſt enim ſpiritus ſcortationis in illis, nec Jehovam norunt. 5. Teſtimonium dixit ſuperbia Iſraëlis in faciem ejus; Iſraël & Ephraïmus cadent, in iniquitate ſua; cadet & Juda, cum illis. CAPUT V.

6. Minuti pecoris, & buceri mactatione, ibunt quæſitum Jehovam, nec invenient; ab iis ſe ſubtraxit. 7. Contra Jehovam perfidè ſe geſſerunt, quia liberos peregrinos genuerunt, nunc abſumet eos Neomenia, cum partibus ſuis. 8. Clangite buccinâ Gibhæ, & tubâ Ramæ; canite in Beth-avene, quæ eſt poſt te, ô Benjamin. 9. Ephraïmus in vaſtitatem redigetur, tempore correptionis. In tribubus Iſraëlis oſtendi *quid verum ſit*. 10. Principes Judæ imitati ſunt eos, qui transferunt terminos, ideóque indignationem meam in ipſos, aquæ inſtar, effundam, 11. Oppreſſus eſt Ephraimus, fractus judicio, quia libenter ſequutus eſt *Jerobobami* præceptum.

12. Ego ero Ephraïmo, inſtar tineæ, atque inſtar teredinis domui Judæ. 13. Cùm ſentiret Ephraïmus languorem ſuum, & Juda ſuam plagam, abiit Ephraïmus in Aſſyriam, miſítque ad Regem Jarebum, at non potuit ille vos ſanare, neque à vobis vulnus amovere. 14. Ero enim ego, inſtar leonis nigri, Ephraïmo, & Judæ inſtar pulli leonis. Ego, Ego, rapiam, ibo & auferam, nec quiſquam *vos* liberabit. 15. Tum abibo & revertar in locum meum, donec reos ſe fateantur, quærántque faciem meam; ubi enim eis erunt anguſtiæ, me quærent.

Deſcribuntur Judæi, quaſi ad Deum confugientes, quibus Deus exprobrat fictam Religionem & vera vitia.

1. AGITE, revertamur ad Jehovam; nam laceravit quidem, ſed nos curabit, percuſſit nos, at obligabit. 2. Vitæ nos reſtituet poſt biduum, aut die tertio, excitabit nos & coram eo vivemus. 3. Cognoſcemus, & pergemus velle cognoſcere Jehovam; ut aurora paratus eſt egreſſus ejus; veniet ad nos, inſtar pluviæ, inſtar ſerotinæ & tempeſtivæ pluviæ terræ. CAPUT VI.

4. Quid tibi faciam Ephraïme? quid tibi faciam, Juda? benignitas veſtra eſt, quaſi nubes matutina, & ſicut ros mane decidens *& mox* evaneſcens. 5. Propterea excidi *eos* per Prophetas, occidíque verbis oris mei; atque *è* pœnis, de te ſumtis, lux exorta eſt. 6. Beneficentiâ enim delector; non ſacrificio, malóque cognitionem Dei, quàm holocauſta. 7. Ii ſicut homo perfregerunt fœdus, ibi perfidè ſe geſſerunt contra me. 8. Galahad, urbs vitio addictorum, polluta eſt ſanguine. 9. Ut latrones obſervant virum, *ſic* conſpiratio ſacerdotum *in* via; conſenſu *communi* interficiebant, nam excogitatum ſcelus exſequebantur. 10. In familia Iſraëlis, vidi rem ſummopere horrendam; illic ſcortatione Ephraïmi contaminatus eſt Iſraël. 11. Etiam Juda ponet tibi meſſem, cùm captivos populi mei reducam.

Dei, ob Iſraëlitarum ſcelera querelæ, & pœnæ de iis ſumendæ.

1. CUM medicinam facerem Iſraëli, aperuit ſe iniquitas Ephraïmi, & nequitia Samariæ; ſe enim perfidè geſſerunt, ingrediebatur fur, & diſpiciebat dum foris eſſet globus *latronum*. 2. Nec apud ſe reputant me univerſæ eorum nequitiæ meminiſſe; nunc cingunt eos eorum ſtudia, ſúntque coram facie mea. 3. Nequitiâ ſuâ exhilararunt Regem, ac mendaciis ſuis principes. 4. Omnes illi adulterio incaluerunt, quemadmodum clibanus calefactus à piſtore, *qui* quieſcit, nec excitat, poſtquàm ſubegit farinam, do- CAPUT VII.

nec fermentata ſit. 5. Die Regis noſtri, principes utre vini ægrum eum reddunt; extenditque manum ſuam cum illuſoribus. 6. Animum ſuum adjunxerunt inſidiis ſtruendis, inſtar clibani, totâ nocte dormit qui eas coxit, manè verò quaſi igne flammæ ardet. 7. Omnes incaluerunt inſtar clibani, abſumſerúntque judices ſuos, omnes Reges eorum ceciderunt, nec quiſquam fuit inter eos, qui me invocaret. 8. Ephraimus populis ſe admiſcuit, fuitque quaſi libum non verſum. 9. Abſumſerunt alieni robur ejus, nec ipſe ſcivit: quia etiam canities, in eo ſparſa eſt, nec ipſe noverat. 10. Teſtimonium dicit ſuperbia Iſraëlis, in ejus faciem; nec tamen redierant Iſraëlitæ ad Jehovam Deum ſuum; nec eum quæſiverunt, cùm omnia ita haberent.

11. Fuit Ephraimus inſtar columbæ ſimplicis, cui nulla eſt ſapientia. Ægyptios, *auxilii causâ*, vocabunt Ephraimitæ, ibúntque ad Aſſyrios. 12. Sed cùm profecti fuerint, expandam rete meum in eos, cogámque eos deſcendere ut aves cœli, & caſtigabo, audiente ipſorum cœtu. 13. Væ illis! quandoquidem à me ſugerúnt; vaſtitas iis *imminet*, quoniam à me deſecerunt. Cùm eos redemerim, mendacia de me dixerunt. 14. Me ex animo, clamoribus ſuis, non invocarunt; ulularunt in cubilibus ſuis, tritici & muſti causâ; coitiones ſecerunt atque à me dèſecerunt. 15. Ego docueram & confirmaveram eorum brachia, at contra me malum excogitarunt. 16. Revertentur, non ad *Altiſſimum*, evaſerunt inſtar arcûs fallacis, cadent gladio principes eorum, propter furorem linguæ ſuæ, quæ eorum ſubſannatio eſt in terra Ægypti.

Caſtigatio peccatorum Iſraëlis, denunciatióque ſupliciorum.

CAPUT VIII. 1. AD palatum tuum *admove* buccinam, ut aquila, contra Ædem Jehovæ, quia violarunt fœdus meum, atque in legem meam deliquerunt. 2. Ad me clamant: ô Deus mi; ſed te novimus, ô Iſraël. 3. Deſeruit Iſrael *quod eſt* bonum; *ideò* hoſtis eum perſequetur. 4. Fecerunt ſibi Reges, ſed non à me; conſtituerunt principes, quos non novi; argento & auro ſuo ſibi ſecerunt ſimulacra; propterea exſcindetur *is populus*. 5. Deſtituit eos vitulus tuus, ô Samaria, incenſa verò in eos eſt ira mea; quò uſque non potuerunt innocentiam tueri? 6. Ab Iſraële eſt is *vitulus*, artifex eum fecit, non eſt Deus; nam in fruſta dividetur Samariæ vitulus. 7. Ventum ſeverant turbinémque metent; ſtans culmus caret germine, nec edet farinam; quam ſi fortè ediderit, deglutient peregrini. 8. Abſorptus eſt Iſraël, nunc fuerunt *Iſraëlitæ* inter gentes, vaſis inſtar, quo nemo delectatur. 9 Quando iverint in Aſſyriam, erunt inſtar onagri ſolitarii; Ephraimitæ conducent ſibi mercede amicos. 10. Etiam quando pretio conciliaverint ſibi *amicos*, inter gentes, tunc congregabo eos, & dolebunt nonnihil, propter onus Regis & Principum. 11. Plura enim erexerat altaria Ephraimus, ad peccandum, & fuerunt illi altaria ad peccandum. 12. Scripſeram ei multiplicia legis meæ *præcepta*, ſed quaſi *res* aliena habita ſunt. 13. Victimarum mihi oblatarum carnem mactarunt & comederunt, ſed Jehova iis non delectabatur, nunc verò iniquitatis eorum memor plectet eorum peccata, & ipſi in Ægyptum revertentur. 14. Oblitus eſt Iſraël creatoris ſui, ædificavitque templa *nova aliis Diis*; Juda auxit numerum urbium munitarum, at injiciam ignem ejus urbibus, atque eorum altas ædes abſumet.

Exprobrantur Iſraëli peccata & minæ graves intenduntur.

CAPUT IX. 1. NE læteris, ô Iſraël, ne exſultes, ut populi; cùm ſcortatus ſis *alienus factus* à Deo tuo, prætulerísque mercedem omnibus areis tritici. 2. Nec area, nec torcular eos paſcet, & multum iis mentietur. 3. Non incolent terram Jehovæ, revertetur Ephraïmus in Ægyptum, atque in Aſſyria pollutis cibis veſcentur. 4. Non libabunt Jehovæ vinum, neque ei grata erunt illorum ſacra; ſed inſtar cibi, apud eos, lugentium, quo, quicumque eum comedunt, contaminantur; quia panis eorum confectus, prout iis videtur, non admittitur in Ædem Jehovæ. 5. Quid facietis die præſtituti conventûs, aut die feſto Jehovæ? 6. Mox enim, propter vaſtitatem terræ, abibunt; Ægyptus eos colliget, & Memphis ſepeliet; quod pretioſiſſimum erat eorum *domicilium*, urtica occupabit, ſpina in eorum tentoriis creſcet. 7. Venient dies, quibus in eos inquiretur, aderunt dies quibus iis rependetur. Cognoſcent *te* Iſraëlitæ, ô ſtulte Propheta, furioſe, vir ventoſe, propter magnitudinem iniquitatis tuæ, & multum odium, *quo dignus es*. 8. Speculator Ephraïmi, apud Deum meum, Propheta eſt laqueus aucupis,

Digitized by Google

in omnibus viis ſuis, & odioſus in Æde Dei ſui. 9. Altam quamdam prudentiam oſtenderunt, in corruptione; qualis fuit diebus Gibhæ; memor erit *Deus* iniquitatis eorum, ſuppliciúmque de peccatis ſumet.

10. Inveni Iſraelem, quaſi uvas in deſerto, vidi Majores veſtros quaſi præcocem *fructum* in ficu, initio *quo fructus edit.* Illi ipſi ingreſſi ſunt *fanum* Bahal-Phehoris, & ſeceſſionem fecerunt ad rem pudendam, factique ſunt abominandi, ut id quod amabant. 11. Ad Ephraïmitas quod adtinet, inſtar avis avolabit eorum gloria, à partu, ab utero, atque à conceptu. 12. Quin &, ſi liberos educarint, orbabo eos, ne ſint *eorum poſteri* inter homines; atque etiam væ ipſis, cùm ab iis recedam! 13. *Tribus* Ephraïmi, ut vidi, plantata eſt ad rupem, in ſede ſua, at Ephraïmi *tribus* cogetur educare liberos ſuos ad interfectorem. 14. Da iis, ô Jehova; quid verò dabis? da iis uterum abortientem, atque ubera arentia. 15. Omnis eorum nequitia erupit Gilgale; ideóque illic eos odio habui, propter ſtudiorum improbitatem. Ejeci eos ex Æde mea, nec ullum eorum Principum *à me* deficientium amare pergam. 16. Percuſſi ſunt Ephraïmitæ, radix eorum exaruit, nec fructum ullum edent, quin &, ſi genuerint, interficiam cariſſimos fructus eorum uteri. 17. Averſabitur eos Deus meus, quia ei non auſcultarunt, eruntque vagi, inter Gentes.

Exprobrationes & minæ Iſraëlitis factæ.

1. ISRAEL paſtinavit vitem ſuam, parem fructum ſibi *ex ea* cepit: ſed prout auxit fructus ſuos, auxit etiam altaria; pro fertilitate terræ ſuæ, munificum ſe præbuit erga ſtatuas. 2. Diviſúsne eſt *Iſraëlitarum* animus? rei ſunt, ipſi confringent eorum altaria, & ſtatuas demolientur. 3. Mox enim dicent: nullus eſt nobis Rex, quia non timuimus Jehovam; ſed quid nobis faceret Rex? 4. Protulerunt verba jurisjurandi, dum mentirentur, ferientes fœdus; quare germinabit pœna, inſtar abſynthii, in agrorum ſulcis. CAPUT X.

5. Incolæ Samariæ timebunt vitulos Beth-Avenis, quia luxit propter eam populus *Beth-Avenis* & Sacerdotes ejus, qui exultare ſolebant propter ejus gloriam, quia ab eo migrabit. 6. Etiam ille *vitulus* avehetur in Aſſyriam munus Regi Jarebo, pudòr Ephraïmum invadet, & propter conſilium ſuum Iſraël pudefiet. 7. Exſcindetur Samaria cum Rege ſuo, ut ſpuma quæ eſt in aquæ ſuperficie. 8. Diruentur loca excelſa Avenis, *quæ fuerunt* peccatum Iſraëlis, ſpina & tribulus orientur, in eorum aris; dicèntque Iſraëlitæ montibus: operite nos, & collibus: cadite in nos. 9. A diebus Gibhæ, peccaſti ô Iſraël; ibi ſteterunt, nec eos adſequutum eſt Gibhæ prælium in homines iniquos. 10. Ut cupivero eos caſtigabo, & convenient contra eos populi, cùm corripientur, propter duo iniquè facta. 11. Ephraïmus eſt inſtar junicis domitæ, quam triturare juvat, ego vectus ſum pingui ejus cervice; faciam ut vehatur *Juda* Ephraïmo, idémque aret & occet ei Jacobus.

12. Sementem facite verbis, ad juſtitiam, & metite pro benignitate veſtra; novate vobis novalia, nam tempus eſt requirendi Jehovam, donec veniat & vos juſtitiam doceat. 13. Araſtis improbitatem, & iniquitatem meſſuiſtis & comediſtis fructum mendacii; *quod cóntigit tibi, ô Iſraël*, quia confidiſti viæ tuæ & multitudini fortium tuorum *virorum.* 14. Exſiſtet tumultus in populis tuis, & omnia munita tua loca vaſtabuntur, prout vaſtavit Salman domum Arbelis, die prælii, cùm mater poſt liberos terræ eſt adliſa. 15. Sic faciet vobis Bethel, propter pravitatem nequitiæ veſtræ; ſub auroram exſcindetur Rex Iſraëlis.

Beneficia Iſraëli à Deo collata, ingratus populi animus, pœnæ, quas dabit; miſericordia denique Dei, quam experturi erant pœnitentes.

1. CUM puer eſſet Iſraël, eum amavi filiúmque meum ex Ægypto revocavi. 2. Sed vocarunt *Iſraelitas alii*, & propter hos ſic abierunt, Bahalibus ſacra fecerunt & ſculptilibus ſuffitum obtulerunt. 3. Ego docui Ephraïmum ire, cepit eum *Moſes* in brachia ſua; nec tamen cognoverunt ſe à me fuiſſe curatos. 4. Funibus humanis eos traxi, funibúsque amoris, eis fui inſtar eorum, qui adtollerent jugum ſupra eorum maxillas, & demiſi ad eos cibum. 5. Non revertentur quidem in terram Ægyptiam, verùm Aſſyrius demum Rex eorum erit, quia noluerunt ad me redire. CAPUT XI.

6. Im-

6. Impendet gladius eorum urbibus, abſúmétque fortes eorum viros & devorabit; propter eorum *prava* conſilia. 7 Populus meus *animo* ſuſpenſus eſt, ad reditum meum; ad Altiſſimum eum revocarunt, *ſed* ſimul nemo adtollebat.

8. Quomodò te redigerem, ô Ephraïme, téque haberem, ô Iſraël? quomodo te redigerem in eumdem ſtatum quo Adamam, teque haberem ut Tsebaimos? Mutatur in me animus meus, ardétque pœnitudo mea. 9. Iræ meæ fervorem non exſequar; non perdam iterum Ephraïmum, quia Deus ſum, non homo, nec urbem ingrediar. 10. Jehovam ſequentur, qui rugit inſtar leonis; quia rugient, pavebunt filii ab occidente. 11. Pavebunt, inſtar avis, ex Ægypto; & inſtar columbæ, è terra Aſſyria; curabóque eos habitare domos ſuas, ait Jehova.

Caſtigationes peccatorum Ephraïmi & Judæ, ſimul cum adhortationibus ad pœnitentiam.

CAPUT XII. 1. CIRCUMVENERUNT me Ephraïmus mendacio & domus Iſraëlis fraude; Tum Juda fidelis, cum Deo & ſanctis, etiamnum dominatur. 2. Ephraïmus paſcebatur vento, & ſectabatur Eurum, quotidie mendacium ac vaſtitatem augebat, fœdus cum Aſſyrio fecerant atque oleum in Ægyptum vehebatur. 3. Lis eſt Jehovæ cum Juda, ut Jacobum, pro viis ejus, puoiat; rependétque iis pro eorum ſtudiis. 4. In utero ſupplantavit fratrem ſuum, fortitudine *ſenex* contendit cum Deo. 5. Contendit cum Angelo & ſuperior fuit. Idem flevit & precatus eſt Deum, Bethele eum invenit, ibíque cum eo eſt colloquutus. 6. Jehovæ, Deo exercituum, Jehovæ nomen eſt illi.

7. Tu verò ad Deum tuum revertere; benignitatis, juris obſervans eſto, & ſemper *auxilium* Dei tui exſpecta. 8. In manu mercatoris eſt ſtatura fallax, juvat eum defraudare. 9. Dixit Ephraimus: verumtamen ditatus ſum atque opes mihi nactus; in nullis laboribus meis deprehendent iniquitatem, quæ *ſit* peccatum. 10. Ego verò Jehova, Deus tuus, è terra Ægyptia eductum faciam adhuc ut habites io tentoriis, ut diebus ſtati feſti *tabernaculorum*. 11. Adloquar Prophetas, viſa augebo, & miniſterio Prophetarum ſimilitudines proponam. 12. Ao Galahad fuit Aven? Certè fruſtra fuerunt. Gilgale bovés mactarunt, corúmque aræ ſunt in cumulos converſæ in ſulcis agrorum. 13. Fugit Jacobus in agrum Aramæum, ſerviit Iſraël, uxoris cauſâ, atque uxoris cauſâ *greges* ſervavit. 14. Sed & per Prophetam edoxit Jehova Iſraëlem ex Ægypto, ac per Prophetam cuſtoditus eſt. 15. Irritavit *eum* Ephraimus, amatoribus *ſuis*; ſanguisque ipſius in eum effunditur, opprobriumque ei rependet Domious ejus.

Caſtigationes & minæ in Ephraïmum.

CAPUT XIII. 1. CUM loqueretur Ephraïmus, tremorem in Iſraële excitabat; ſed poſtquàm deliquit in *cultu* Bahalis, *ea de cauſa* mortuus eſt. 2. Poſtea etiam perrexere *Ephraimitæ* peccare, ex argento ſuo ſibi conflatilia fecerunt, & arte ſuâ ſimulacra quæ tota erant opus artificis; ea illi adloquebantur, cùm homines iis mactabant & vitulos adorabant. 3, Propterea fuerunt inſtar oubium matutinarum, atque inſtar roris mane cadentis & evaneſcentis. *Fuerunt* ſicuti gluma, quæ turbine abigitur ex area, & ſicuti fumus è fumario.

4. Ego Jehova Deus tuus *fui*, à terra Ægyptia; Deum, præter me, nullum agnoſces, neque eſt ullus ſervator, præter me. 5. Ego in notitiam tuam veni, in deſerto, in terra ſiticuloſa. 6. In paſcuo ſuo ſatiati ſunt, ſatiati ſunt atque elatus eſt eorum animus; qua de cauſa, ſunt mei obliti. 7. Tum ſui iis inſtar leonis oigri, atque ioſtar pardi ad viam *eos* obſervavi. 8. Occurri iis, ut urſa orbata, & dirupi clauſtrum cordis eorum, devoravi eos ut leo, & feræ agreſtes eos *etiam* diſcerpſeruot.

9. Pernicies tua eſt *à te*, ô Iſraël, ſed in me auxilium tuum. 10. Ubi Rex tuus eſt? ubi? te liberet io omnibus urbibus tuis, *unáque* judices, quibus dixiſti: date mihi Regem & Principes. 11. Dedi tibi Regem iratus, atque indignatus abſtuli. 12. Colligata eſt iniquitas Ephraïmi, & reconditum eſt ejus peccatum. 13. Dolores *veluti* parturientis ei contigerunt. Filius erat ſed non ſapiens; quia *tanto* tempore non ſtetiſſet io oſtio, *è quo prodeunt* liberi. 14. E manu ſepulcri Ephraïmitas liberaſſem, à morte eos vindicaſſem. Fuiſſem peſtis tua, ô Mors, fuiſſem pernicies tua, ô ſepulcrum! Pœnitudo verò oculis meis abdita eſto. 15. Ille enim, *qui eos perdet* inter fratres creſcet,

veniet,

veniet, *inſtar* Orientalis venti, Jehova è deſerto adſcendet; ſiccabitur ſcaturigo eorum,
& fons exareſcet; idem theſaurum pretioſiſſimorum omnium vaſorum diripiet.

Deus ad ſaniorem mentem revocat Iſraelitas, & multa eáque egregia iis pollicetur.

1. DESOLATA eſt Samaria, quia in Deum ſuum rebellavit, parvuli ejus *pueri* gla- CAPUT
dio ceciderunt, atque in humum adliſi, & gravidæ ejus diſciſſæ. 2. Reverte- XIV.
re, Iſraël, ad Jehovam Deum tuum, cecidiſti enim propter iniquitatem tuam. 3. Tollite
vobiſcum verba, redite ad Jehovam, eique dicite: omni ignoſce iniquitati atque accep-
tum habeto quod bonum eſt; & juvencos labiorum noſtrorum tibi rependemus. 4 Aſ-
ſyrii nos non ſervabunt; non ampliùs equis vehemur, nec operi manuum noſtrarum
dicemus ampliùs. tu *es* Deus noſter; nam apud te eſt miſeratio pupilli. 5. Tum cura-
bo, *ut Deus* eorum defectionem, ultrò eos amabo, nam ab iis averſa erit ira mea.
6. Ero tamquam ros Iſraëli, florebit inſtar lilii & radices emittet, ut *arbores* Libani.
7. Creſcent minores ejus rami, erit in honore inſtar oleæ; odor ejus erit ut *cedro-
rum* Libani. 8. Recreabuntur ſedentes in ejus umbra, tritici *inſtar* reviviſcent, flo-
rebunt ſicut vitis, odor eorum erit ut vini Libani.
9. O Ephraïme, quid mihi ampliùs eſt cum ſimulacris? Ego alternis eum canam,
ego ſum inſtar abietis frondoſæ, ex me fructus tuus invenietur. 10. Quis ſapiens
eſt, ut intelligat hæc? quis prudens, ut hæc ſciat? nam viæ Jehovæ ſunt rectæ, pro-
bi in iis incedent, ſed delinquentes in iis offendent.

HOSEÆ PROPHETIARUM FINIS.

LIBER
JOELIS PROPHETÆ.

Deſcriptio cladis per locuſtas illatæ, adhortatio ad pœnitentiam, preces ad Deum ad liberationem impetrandam.

1. VERBA Jehovæ, quæ facta ſunt ad JOELEM, Phathuelis fi-
lium.
2. AUDITE hoc, Senes, atque auribus excipite, omnes incolæ CAPUT
terræ. An contigit hoc veſtris, aut patrum veſtrorum temporibus? I.
3. Hac de re *quod contigit* filiis veſtris narrate, filii verò veſtri filiis
ſuis, & eorum filii alii ætati. 4. Quod reliquum fecerat Gazamum,
comedit Arbeha, quod reliquerat Arbeha abſumſit Jelekum, reliquias
Jeleki devoravit Chaſilum. 5. Expergiſcimini ebrii, flete atque ululate omnes, qui vi-
num bibitis, vini novi cauſâ, nam ori veſtro eſt ereptum. 6. In terram enim meam
venit gens valida & innumerabilis, cujus dentes *minores* ſunt dentes leonis & molares
leænæ. 7. Redegit vitem meam in vaſtitatem & ficum meam in ſtatum fractionis, nu-
davit eam fecitque ut projicienda ſit, albuerunt enim rami ejus. 8. Ejula, ſicut puella
cincta ſacco, propter *mortem* viri adoleſcentiæ ſuæ. 9. Reſectum eſt munus farreum &
libamen ex Æde Jehovæ, & Sacerdotes Jehovæ miniſtri luxerunt. 10. Vaſtatus eſt a-
ger, luxit ſolum, quia devaſtatum eſt triticum; erubuit muſtum, languit oleum. 11. E-
rubeſcite agricolæ, ululate vinitores, propter frumentum & propter hordeum, perit enim
meſſis agrorum. 12. Vitis erubuit, ficus languet, malus punica, palma etiam, & ma-
lus, *ceteraque* omnes arbores agrorum aruerunt, hominibus enim deſiit gaudium.
13. Accingite vos *ſacco* & plangite, Sacerdotes, ejulate miniſtri altaris, ingredimini,
pernoctate in ſaccis, miniſtri Dei mei; munus enim *farreum*, & libamen excluſa ſunt
Æde Dei veſtri. 14. Indicite jejunium, vocate cœtum, congregate Senes & omnes *alios*

 incolas

incolas terræ in Ædem Jehovæ, Dei veſtri, atque invocate Jehovam. 15. Heu! diem
illum! nam propinquus eſt Dies Jehovæ, atque ab Omnipotente, ceu vaſtitas, veniet.
16. Nonne ante oculos noſtros exciſa eſt eſca, ab Æde Dei noſtri, *ac proinde* lætitia at-
queexſultatio? 17. Computruerunt grana ſub glebis ſuis, deſolatæ ſunt cellæ, diruta
horrea, quia exaruit triticum. 18. Cur ingemuit jumentum, erraruntque greges boum?
quia non fuerunt iis paſcua. Etiam greges minuti pecoris deſolati ſunt. 19. Te, Jeho-
va, invocabo, quia ignis abſumſit paſcua deſerti, & flamma omnes agrorum arbores am-
buſſit. 20. Etiam jumenta agrorum ad te vociferantur, quia exaruerunt rivi aquæ, &
ignis paſcua deſerti abſumſit.

Locuſtarum altera deſcriptio, cum adhortatione ad pœnitentiam, additâ ſpe veniæ aliorúmque à Deo beneficiorum.

CAPUT II. 1. CLANGITE cornu, in Sione, tubâ canite, in monte Sacrarii mei. Contremiſcant
omnes incolæ terræ; quia mox veniet Dies Jehovæ, eſt enim propinquus.
2. Dies *eſt* tenebrarum & caliginis, dies nubis atque obſcuritatis, veluti auroræ in mon-
tibus expanſæ. *Adventat* populus multus & validus, qualis non fuit à longo ævo, nec
poſtea ampliùs erit in futurarum ætatum annis. 3. Ante eum abſumſit ignis, & poſt
eum exurit flamma. Terra inſtar horti Hedenis ante eum, deſertum vaſtum poſt eum
erit, nec quidquam *eſt*, quod ei ereptum fuerit. 4. Ejus ſpecies eſt inſtar ſpeciei equo-
rum, inſtar equitum currit. 5. Saliunt in verticibus montium, eo ſtrepitu, quo qua-
drigæ *incedunt*, aut quo flamma ignis ſtipulam devorat, aut quo populus validus in-
ſtructus ad pugnam *graditur*. 6. A conſpectu ejus dolent populi, omnes vultus pallorem
contrahunt. 7. Sicut viri fortes currunt, ut milites ſcandunt murum; quiſque in viis
ſuis progreditur, nec deflectit à ſemitis ſuis. 8. Alter alterum non premit, ſed quiſque
in calle ſuo procedit; ſi in miſſile incidant, non vulnerantur. 9. Per urbem gradiun-
tur, per muros currunt, adſcendunt in ædes, pérque feneſtras ingrediuntur, inſtar fu-
rum. 10. Ante eum *populum* commovetur terra, tremit cœlum, Sol & Luna obſcu-
rantur, *ceteráque* ſidera ſplendorem ſuum retrahunt. 11. Jehova vocem ſuam mittit an-
te exercitum ſuum, quia maxima ſunt ejus caſtra, validúſque eſt & imperia ejus exſe-
quitur; magnus enim eſt dies Jehovæ & valde terrificus, quis eum ſuſtinere queat?

12. Nunc tandem, inquit Jehova, redite ad me, toto animo veſtro, cum jejunio,
lacrimis & planctu. 13. Scindite cor veſtrum, non veſtes; redite ad Jehovam Deum
veſtrum, eſt enim beneficus & miſericors, lentus ad iram, multúſque in benignitate,
& quem pœnitet mali, quod minatus eſt. 14. Quis ſcit annon mutabitur & pœniten-
tiâ ducetur, relinquétque poſt ſe copiam in munus farreum & libamen Jehovæ Deo ve-
ſtro? 15. Clangite buccinâ in Sione; indicite jejunium, vocate cœtum, 16. congre-
gate populum, accerſite ſacrum conventum, cogite ſenes, colligite parvulos & lacten-
tes, ſponſus egrediatur è cubiculo ſuo & ſponſa è thalamo. 17. Inter porticum & alta-
re fleant Sacerdotes, Miniſtri Jehovæ, & dicant: ignoſce Jehova, populo tuo, neque pa-
titor hereditatem tuam opprobrio *exponi*, ut dominentur iis gentes; quare *vulgò* dicerent
inter populos: ubi eſt eorum Deus?

18. Zelotypus verò fuit Jehova, erga terram ſuam, & populo ſuo pepercit. 19. Exau-
divit *preces* Jehova & dixit populo ſuo: mox mittam vobis frumentum, muſtum &
oleum, iiſque ſatiabimini; neque patiar vobis eſſe ampliùs opprobrium, inter gentes.
20. Septemtrionalem *locuſtam* amovebo à vobis, expellámque in terram ſiccam & deſer-
tam; anteriorem ejus partem in mare Orientale, atque extremum ejus *agmen* in mare
quod eſt à tergo. Adſcendit verò fœtor ejus, exhalatus eſt putor; quia *Deus rem* ma-
gnam confecit.

21. Ne timueris, ô terra, exſulta & lætare, magnam enim *rem* effectam dedit Jeho-
va. 22. Ne metuatis agreſtia animalia, nam paſcua deſerti herbam protulerunt, arbor
emiſit fructum ſuum, ficúſque & vitis opes ſuas ediderunt. 23. Vos quoque, ô filii
Sionis, exſultate, & lætamini, propter Jehovam Deum veſtrum, nam vobis dedit im-
brem tempeſtivum, pro benignitate *ſua*, ac demittet vobis imbrem & tempeſtivum &
ſerotinum, primo *menſe anni*. 24. Implebuntur areæ frumento, torculariáque muſto
& oleo ſtridebunt. 25. Reddam vobis annos quos abſumſerunt Arbeha, Jelekum,
Chaſil, & Gazamum, exercitus meus magnus, quem in vos immiſeram. 26. Ad ſa-
tietatem comedetis, & laudabitis nomen Jehovæ Dei veſtri, qui rem erga vos mirificam
fecit,

Digitized by Google

fecit, ita ut numquam ſit populus meus pudore adficiendus. 27. Intelligetis *hinc* in medio Iſraële me eſſe, me, *inquam*, Jehovam Deum veſtrum, nec ullum præterea; neque umquam populum meum pudore ſuffuſum iri.

Effuſio ſpiritus Dei in homines, divina portenta liberatióque bonorum, temporibus Evangelicis. Liberatio Judæ è captivitate pœnæque de variis populis ſumendæ & præmia bonis exſpectanda.

1. POSTHAC effundam ſpiritum meum in omnem carnem, & vaticinabuntur filii veſtri, filiæque veſtræ, Senes veſtri ſomnia, & juvenes veſtri viſa habebunt. CAPUT III.
2. Etiam in ſervos & in ancillas, diebus illis, effundam ſpiritum meum. 3. Edam prodigia, in cœlo atque in terra; ſanguinem, ignem & fumi columnas. 4. Sol convertetur in caliginem & Luna in ſanguinem, antequàm adveniat dies ille Jehovæ magnus & terrificus. 5. Tum verò quisquis invocaverit nomen Jehovæ, evadet, quia in monte Sione & Jeroſolimæ erunt, qui evadant, ut dixit Jehova; & inter reliquos, quos Jehova vocaverit.

6. Illis enim diebus & eo tempore, cùm captivos Judæ & *præſertim* Jeroſolimæ reduxero; 7. convocabo omnes Gentes, jubebóque deſcendere in vallem Jehoſaphati ut ibi diſceptem cum iis de meo populo, meâque hereditate Iſraële; quo per Gentes disjecto, terram meam diviſerunt. 8. De populo meo jecerunt ſortem, & puerum pro meretrice dederunt, & puellam vino, quòd biberent, vendiderunt. 9. Imò verò quid vobis mecum, ô Tyre & Sidon, omnésque Palæſtinæ fines, an præmium vos mihi rependitis? ánve præmium vos à me exigitis? facilè quidem & citò faxo ut merces veſtra in caput veſtrum recidat. 10. Quia argentum meum atque aurum abſtuliſtis, & pretioſiſſima quæque delubris veſtris intuliſtis, 11. tum Judæos ac Jeroſolimitanos vendidiſtis Græcorum filiis, ut eos à finibus ſuis longè ſemoveretis; 12. mox eos excitabo è locis, in quæ eos vendideritis, & convertam mercedem veſtram in caput veſtrum. 13. Vendam filios veſtros & filias *ut ſint* in manibus Judæorum; vendentque eos Sabæis, ad gentem remotam *tranſmittendos*. 14. Pronunciate hoc, apud *alias* Gentes, indicite bellum, concitate viros fortes, accedant, veniant omnes milites. 15. Conflate ligones veſtros in gladios, & falces veſtras in haſtas; debilis ſe fortem eſſe dicat. 16. Coïte & convenite omnes gentes undequáque, congregamini illuc. Sternet, *ô hoſtis*, omnes viros tuos fortes Jehova. 17. Cohortentur ſe invicem & veniant in vallem Jehoſaphati; quia ibi ſedebo, ad ferendum judicium, de omnibus gentibus finitimis. 18. Immittite falcem, nam matura eſt meſſis. Venite & deſcendite, nam plenum eſt torcular, redundabit lacus; quia magna eſt eorum nequitia. 19. Magnæ ſunt hominum multitudines, in valle decretoria, quia in valle decretoria proximus eſt dies Jehovæ. 20. Sol & Luna obtenebrabuntur & ſtellæ ſplendorem ſuum retrahent.

21. Jehova è Sione rugiet, & Jeroſolimâ vocem ſuam mittet; contremiſcent cœlum & terra; at Jehova fiducia erit populi ſui, & fortitudo Iſraëlitarum. 22. Intelligetis me eſſe Jehovam, Deum veſtrum, qui habito Sionem montem mihi ſacrum. Erit Jeroſolima *urbs* ſacra, nec ampliùs peregrini per eam tranſibunt.

23. Die illo, ſtillabunt montes vinum novum, colles diffluent lacte, omnes rivi Judæ manabunt aquâ, fónsque ex Æde Jehovæ egredietur, qui torrentem Sittimorum rigabit.

24. Ægyptus fiet vaſtitas, Idumæa deſertum, propter injuriam quâ Judæ filios adfecerint, cùm innocentem eorum ſanguinem in terram effuderint. 25. Juda in perpetuum habitabitur & Jeroſolima in omnes ætates. 26. Purgabo eorum ſanguinem, quem non purgavi; & Jehova habitabit in Sione.

JOELIS PROPHETIARUM

FINIS.

LIBER
HAMOSI PROPHETÆ.

Vaticinia in Damaſcum, Gazam, Tyrum, Idumæos & Hammonitas.

CAPUT I. I. VERBA HAMOSI, qui fuit inter pecuarios, Thekohenſis, quæ de Iſraële, *in* viſis *accepit*, temporibus Huzzijæ, Judæ Regis, & Jerobohami, Iſraëlis Regis; duobus, ante terræ motum, annis. 2. Dixit autem: Jehova è Sione rugiet, éque Jeroſolima vocem ſuam edet, & lugebunt paſtorum paſcua, & Charmelis vertex exareſcet.

3. Sic Jehova: ob tria ſcelera Damaſcenorum, vel etiam quatuor, *inquit*, eos non reducam; *& præſertim* quòd Galahaditas tribulis ferreis triturarint. 4. Subjiciam domui Chazaëlis ignem, qui altas Ædes Ben-hadadi abſumet. 5. Frangam vectes Damaſci, exſcindámque incolás, è valle Avenis, eúmque qui ſceptrum tenet, è domo Hedenis; & Kirem migrabit Aramæorum populus, ait Jehova.

6. Ita dixit Jehova: ob tria ſcelera Gazenſium, vel etiam quatuor, eos non reducam: *& præſertim* quia tranſtulerunt omnes captivos atque Idumæis tradiderunt. 7. Injiciam ignem in murum Gazæ, qui altas ædes ejus abſumet. 8. Exſcindam incolam ex Asdodo, & ſceptrum gerentem ex Askalone; tum convertam manum meam in Hekronem, & peribunt reliquiæ Philiſthæorum, dixit Dominus Jehova.

9. Sic dixit Jehova: ob tria ſcelera Tyriorum, vel etiam quatuor, non reducam eos; *ſed præſertim* quia omnes prorſus captivos tradiderunt Idumæis, nec memores fraterni fœderis fuerunt. 10. Ignem injiciam in murum Tyri, qui altas ejus domos abſumet.

11. Ita dixit Jehova: propter tria ſcelera Idumæorum, imò etiam quatuor, non reducam eos, *& præſertim* quia ſtricto gladio fratres ſuos inſectati ſunt, miſericordiam abjecerunt, eorúmque ira in perpetuum diſcerpſit, & ſuam indignationem ſemper ſervarint. 12. Injiciam ignem Themani, atque abſumet altas ædes Botſræ.

13. Sic dixit Jehova: propter tria ſcelera Hammonitarum, imò etiam quatuor, non reducam eos, *& præſertim* quia diſſecuerunt gravidas in Galahaditide, ut fines ſuos proferrent, igne uram murum Rabbæ & devorabit altas ejus ædes, cùm vociſeratione diei prœlii; aut turbine die procelloſo. 14. Ibit eorum Rex in captivitatem cùm ipſe, tum proceres ejus ſimul, ait Jehova.

Vaticinia in Moabum, Judam & Iſraelem.

CAPUT II. 1. ITA dixit Jehova: propter tria ſcelera Moabitarum, imò etiam quatuor, eos non reducam, *præſertim* quia combuſſerunt oſſa Regis Idumæorum, donec in calcem *redigerentur*. 2. Ignem immittam Moabitis, qui altas ædes Kerijotharum abſumet, & morientur Moabitæ in tumultu, vociferatione & ſono buccinæ. 3. Exſcindam ex iis judicem, proceréſque omnés, cum iis, interficiam, ait Jehova.

4. Sic dixit Jehova: propter tria ſcelera Judæorum, imò & propter quatuor, eos non reducam: *præſertim* cùm repudiarint legem Jehovæ, nec ejus inſtitutorum obſervantes fuerint; ſed in errorem abducti fuerint a falſis Diis, quos eorum Majores ſequuti fuerant. 5. Injiciam ignem in Judam, & Jeroſolimæ ædes abſumet.

6. Ita dixit Jehova: propter tria ſcelera Iſraëlis, imò propter quatuor, non reducam eum *& præſertim* quia vendidit innocentem argento & pauperem calceis. 7. *Iidem* conterunt in pulvere terræ caput pauperum, & viam humilium declinant;* vir & pater ejus eunt ad puellam, ut ſanctum meum nomen violent. 8. In veſtibus pignori acceptis recumbunt juxta quodvis altare, & vinum oppreſſorum bibunt in Æde Deorum ſuorum. 9. Ego verò exterminavi ab eorum conſpectu Emoræum, cujus ſtatura æquabat proceritatem cedrorum, & robur fuit inſtar roboris quercuum, perdidíque fructum ejus in ſuperiore parte, & radices in inferiore. 10. Vos eduxi è terra Ægyptia, juſſique vos ire per deſertum, quadraginta annis, ut Æmoræi terram poſſideretis. 11. Excitavi è filiis veſtris, qui eſſent Prophetæ; éque juvenibus veſtris, qui fierent Naziræi. An

etiam

etiam hoc nihil eſt, ô Iſraëlitæ, ait Jehova? 12. Effeciſtis verò ut Naziræi biberent vinum, Propheticque mandata dediſtis, vetantes ne vaticinarentur. 13. Jam ego premam *vos*, in loco quo eſtis: quemadmodum plauſtrum plenum premit manipulum. 14. Eripietur fuga *homini* levi, nec fortis amplius retinebit fortitudinem ſuam, nec ſtrenuus vitam liberabit. 15. Arcum tenens non conſiſtet, levis pedibus non evadet, vectus equo vitam ſuam *periculo* non eripiet. 16. Vir animo ſtrenuo, inter fortes, nudus fugiet die illo, ait Jehova.

Caſtigationes Iſraelitarum, gravibus minis adjunctis.

1. Audite, ô Iſraëlitæ, verba quæ protulit Jehova de vobis, déque tota familia, quam Ægypto eduxit, his verbis: 2. Vos tantùm cognovi, ex omnibus terræ familiis, ideoque de omnibus veſtris iniquis factis ſupplicium ſumam. 3. An duo ſimul incedent, niſi inter eos convenerit? 4. An leo rugiet in ſilva, cùm nulla ei erit præda? an catulus leonis emittet vocem ſuam, è luſtro ſuo, niſi aliquid ceperit? 5. An incidet avis in laqueum humi *latentem*, ſi nullus ſit ei ſubjectus? An laqueus ſurget ex humo, nec tamen quidquam capiet? 6. An buccinâ clangetur in urbe, nec populus terrebitur? An erit malum in urbe, quod Jehova non fecerit? 7. Nihil enim facere ſolet Dominus Jehova, niſi arcanum ſuum ſervis ſuis Prophetis revelarit. 8. Leo rugiit, quis non timebit? Dominus Jehova loquutus eſt, quis non vaticinabitur? Caput III.

9. Facite ut *res* audiatur ex altis ædibus, quæ ſunt Asdodi, éque altis domibus, quæ ſunt in terra Ægyptia, & dicite: convenite in montes Samariæ: & magnos tumultus & oppreſſos, qui in ea ſunt, videte. 10. Rectè facere neſciverunt, ait Jehova, atque in altis domibus ſuis rapinam & prædam recondunt. 11. Propterea, ſic dicit Dominus Jehova: anguſtiæ *erunt* & quidem circa terram. Detrahet tibi fortitudinem tuam, diripientúrque altæ domus tuæ. 12. Sic dixit Jehova: quemadmodum eripit paſtor duo crura, vel cartilaginem etiam ori leonis: ſic & liberabuntur Iſraëlitæ, qui habitant in Samaria, in angulo lecti, vel in angulo ſtrati. 13. Audite & conteſtamini domum Jacobi, ait Dominus Jehova, Deus exercituum; 14. die, quo puniam defectiones Iſraëlis, me pœnas etiam ſumturum de altaribus Bethelis; abſcindentur cornua *cujusvis* altaris & cadent in terram. 15. Percutiam domum hibernam, cum domo æſtiva, peribúntque domus ebore ornatæ, & magnæ ædes deficient.

Similes caſtigationes & minæ.

1. Audite verbum hoc, vaccæ Baſanitidis, quæ in monte Samariæ opprimitis pauperes, & frangitis egenos, quæ dicitis Domino veſtro: adfer quod bibamus. Caput IV.
2. Juravit verò Dominus Jehova, per ſanctitatem ſuam, mox vobis adfuturos dies, quibus capiet vos hamis, & poſteros veſtros naſſis piſcatoriis. 3. Tum per *muri* dirutas partes exibitis unaquæque è regione ſui, & dejicietis altam domum, ait Jehova.

4. Venite Bethelem, & delinquite, Gilgalem, & delicta veſtra augete, adducite mane victimas veſtras, & triduo pòſt decimas. 5. Adolete cum fermento victimam laudis, promulgate ſpontanea ſacra, facitéque ut *res* audiatur; quia ſic amatis, ô Iſraëlitæ, ait Dominus Jehova. 6. Etiam dedi vobis munditiem dentium, in omnibus urbibus veſtris, & penuriam panis in omnibus locis, *quæ incolitis*; nec usque ad me rediiſtis, ait Jehova. 7. Etiam prohibui ne *caderet* in vos pluvia; cùm eſſent adhuc tres menſes, ad meſſem, feciſque ut plueret in urbe una, nec pluviam demiſi in aliam. Pars una pluviam accepit, at pars, in quam nulla decidit pluvia, exaruit. 8. Iverunt duæ, tréſve urbes ad aliam urbem, ut aquam biberent, nec ad ſatietatem; attamen ad me usque non rediiſtis. 9. Percuſſi vos uredine & rubigine, multitudinem hortorum veſtrorum, vinearum, ficetorum & olivetorum, comedit Eruca; nec tamen ad me rediiſtis, ait Jehova. 10. Immiſi vobis peſtem, cùm eſſetis in via *ex* Ægypto *huc venientes*, occidi gladio juvenes veſtros, cum captivitate equorum veſtrorum; adeò ut fœtorem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras miſerim, nec tamen ad me usque rediiſtis, ait Jehova. 11. Subverti vos, quemadmodum ſubvertit Deus Sodomam & Gomorram, fuiſtisque inſtar titionis ex incendio rapti; nec tamen ad me usque rediiſtis, ait Jehova.

12. Quapropter ſic me geram erga te, ô Iſraël; & quandoquidem ſic te habebo, paratus eſto ad occurrendum Deo tuo, ô Iſraël. 13. Is enim ſum, qui formavi montes,

 qui

qui creavi ventum, qui nuncio homini quid cogitet; qui feci auroram *&* crepuſculum, *ac* qui calco loca excelſa terræ, Jehovæ Deo exercituum mihi nomen eſt.

Caſtigationes Iſraëlitarum, minæ eis propoſitæ atque adhortationes ad pœnitentiam.

CAPUT V. 1. AUDITE hæc verba, quæ pronuncio de vobis, *quaſi* lamentationem, ô domus Iſraëlis! 2. Cecidit, neque ampliùs reſurget virgo Iſraëlis humi relicta, cùm nemo eam erigat. 3. Sic enim dixit Dominus Jehova: urbs quæ emittebat millenos viros, reliquos *ſibi* faciet centenos; & quæ centenos emittebat, denos *tantùm* reliqúos faciet, domui Iſraëlis; 4. quia ſic Jehova domui Iſraëlis: quærite me, inquit, & vivetis. 5. Ne quæratis Bethelem, nec Gilgalem ingrediamini, nec Beerſebam tranſeatis; nam Gilgal migrabit, Bethélque in nihilum redigetur. 6. Quærite Jehovam & vivetis, ne invadat inſtar ignis domum Joſephi, eámque abſumat, neu quiſquam Bethelem exſtinguat. 7. Jus convertunt in abſinthium, juſtitiámque humi relinquunt. 8. Fecit oculum Tauri & cor Scorpii; convertit matutinam lucem in umbram mortiferam; diem obſcurat, ut fiat nox; vocat aquam maris, atque effundit in terræ ſuperficiem; nomen ei eſt Jehovæ. 9. Recreat vaſtationem paſſos contra fortes, & vaſtati loca munita ingrediuntur. 10. Odio habent *Iſraëlitæ* eum qui in porta *urbis* arguit *improbum*, eúmque, qui loquitur *inſtar viri* integri, abominantur. 11. Idcirco quia conculcaſtis pauperem, atque onus frumenti ei abſtuliſtis; domus lapide quadrato ædificaſtis, ſed eas non habitabitis; vineas pretioſas plantaſtis, at vinum earum non bibetis. 12. Etenim novi multa eſſe delicta veſtra & gravia peccata, vóſque anguſtiam creare innocenti, & pretium quo ſe redimat accipere, & pauperes in porta *urbis* impellere. 13. Ideò prudens in tempore illo tacebit, quia tempus illud malum *erit*.

14. Quærite bonum, non verò malum, ut vivatis; ſic Jehova, Deus exercituum, vobis aderit, ut dixiſtis. 15. Odio habete malum, atque amate bonum, conſtituite in porta *urbis cujusque* judicium, *&* fortè Jehova, Deus exercituum, reliquiarum Joſephi miſerebitur.

16. Propterea ſic dixit Jehova, Deus exercituum, Dominus: in omnibus foris erit planctus, inque omnibus plateis dicent heu! heu! Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui ſunt leſſi periti. 17. In omnibus vineis planctus erit, quia per vos medios tranſivero, ait Jehova. 18. Væ cupientibus *videre* diem Jehovæ! Cur hæc vobis eſt cupiditas? Dies Jehovæ caligo erit, non verò lux. 19. *Erit vobis* quemadmodum ſi quis leonem fugiat, occurrátque ei urſus; *aut* ſi domum ingreſſum & manu nitentem parieti mordeat ſerpens. 20. Annon caligo *erit* dies Jehovæ, non verò lux, & tenebræ, non ſplendor *ejusmodi* homini? 21. Odio, ait, habui & reſpui veſtra feſta; nec olfaciam *placamenta* in cœtibus veſtris *oblata*. 22. Si enim obtuleritis holocauſta & *farrea* veſtra munera, iis non delectabor, ſalutaria *veſtra* ſacra & pingues victimas non reſpiciam. 23. Tumultum canticorum veſtrorum amovete; pſalmos, adhibitis nabliis, ne audiam. 24. Profluat jus inſtar aquæ, & juſtitia inſtar validi torrentis. 25. An victimas & munus *farreum* obtuliſtis mihi, in deſerto, per quadraginta annos, ô domus Iſraëlis. 26. Portaſtis tabernaculum Regis veſtri, & Kijoun, imagines veſtras, & ſtellam Deorum veſtrorum, quos feceratis vobis. 27. Itaque faciam ut trans Damaſcum migretis, ait *is*, cui Jehovæ, Deo exercituum, nomen eſt.

Caſtigantur Iſraëlitarum ſecuritas, luxus, ſuperbia, injuſtitia, & fiducia in rebus inanibus collocata.

CAPUT VI. 1. VÆ ſecuris in Sione, & confidentibus in monte Samariæ, qui vocabantur primitiæ gentium & ad quos conveniebat domus Iſraëlis. 2. Tranſite Chalnen & videte, illinc ite Chamatham magnam, deſcendite Gathum Philiſthæorum; num meliores eſtis regnis illis? num fines veſtri eorum finibus ampliores? 3. Qui dicunt procul eſſe diem malum, & qui admovent ſedem injuriâ *quaſitam*; 4. qui in lectis eburnis jacent, porrecti in ſtratis, veſcentes agnis è grege, & vitulis è ſaginario; 5. qui nablio modulantur, qui inſtrumenta muſica inſtar Davidis excogitant; 6. qui vinum bibunt in pateris, qui optimo ungento ſe ungunt, neque dolorem ullum teſtantur ob cladem Joſephi, 7. propterea nunc migrabunt, in primo migrantium agmine, recedétque oriens luxurioſorum.

8. Jura-

8. Juravit Dominus Jehova, per ſe ipſum, ait Jehova Deus exercituum : abominor
ego ſuperbiam Jacobi, altas ejus ædes odio habeo, & claudam urbem, eáque quibus
plena eſt. 9. Si ſuperſuerint in una domo decem viri & moriantur, 10. tollet eos ami-
cus aliquis, urétque ut efferat domo oſſa, eique, qui intra domum erit, éſtne, inquiet,
aliquis adhuc tecum? Sique dixerit neminem ; taceto, inquiet *alter*, non eſt enim cur
laudemus nomen Jehovæ. 11. Mox Jehova mandata dabit, & percutiet magnam do-
mum rimis, & parvam fiſſuris. 12. An currere poſſunt equi in rupe, aut *quisquam*
eam arare? Cur jus convertitis in fel, & fructum juſtitiæ in abſinthium? 13. Lætan-
tur, ſine ratione, qui dicunt : nonne in fortitudine noſtra adſumſimus nobis cornua?
14. Atqui mox ego concitabo contra vos, ô domus Iſraëlis, inquit Jehova Deus Exer-
cituum, gentem quæ opprimat vos, ab introïtu Chamathæ ad torrentem planitiei.

Minæ Dei in Iſraëlitas, quas deprecatur Hamoſus, exceptâ ultima, ejusdémque contentio cum Amatsja Bethelenſi Sacerdote, atque in eum vaticinium.

1. TALE *viſum* objecit mihi Dominus Jehova ; atque en *tibi* fictorem locuſtarum, CAPUT VII.
initio quo creſcit cordum (eſt verò cordum herba *qua creſcit*, poſt fœniſecia Re-
gis.) 2. Cùm autem locuſta abſolveret depaſcere herbam terræ, dixi : Domine Jehova,
parce, precor ; quis enim eriget Jacobum, cùm ſit parvus? 3. Hujus rei pœnituit Jehovam;
nec *res* erit, inquit.
4. Tum mihi tale *viſum* oſtendit : ecce verò vocavit Jehova, qui igne contenderent,
& ignis cœpit ingentem abyſſum abſumere, ac partem quidem abſumſit. 5. Ibi ego,
Domine Jehova, inquam, deſine, quæſo, quis enim Jacobum erigeret, cùm ſit parvus?
6. Ejus *rei* etiam pœnituit Jehovam, neque hoc etiam erit, ait Dominus Jehova.
7. Ergo tale quid mihi objecit : & Jehova ſtabat in muro perpendiculari, atque in
manu ejus erat perpendiculum. 8. Ibi verò Jehova mihi, quid vides, inquit, Hamo-
ſe? perpendiculum, inquit *ille* ; Dominus verò, mox ego, inquit, dirigam perpendi-
lum per medium populum meum Iſraëlis, *ut omnia ad id æquentur*, neque pergam per
eum tranſire; 9. devaſtabuntur enim excelſa Iſaaci *loca*, ſacraria Iſraëlis deſolabuntur;
ſurgámque in domum Jerobohami, *ut eam* gladio *perſequar.*
10. Miſit tunc temporis Amatsja, Sacerdos Bethelis ad Jerobohamum Regem Iſraë-
lis, qui dicerent : conſpiravit contra te Hamoſus, in medio domus Iſraëlis, nec ter-
ra poterit omnibus ejus verbis obſiſtere; 11. ſic enim dixit Hamoſus : gladio mo-
rietur Jerobohamus, atque Iſraël ex ſolo ſuo migrabit. 12. Simul dixit Amatsja Hamo-
ſo : age, ô Videns, fuge in terram Judæ, & comede illic panem, ac vaticinare. 13. Be-
thele non perges ampliùs vaticinari, nam Sacrarium eſt Regis & ſedes regia. 14. Ha-
moſus verò reſpondit, & Amatsjæ, non eram ego, inquit, Propheta, neque filius Pro-
phetæ, ſed armentarius & ſycomororum collector ; 15. ſed Jehova me à grege abdu-
xit, & mihi dixit : ito, vaticinator, apud populum meum Iſraëlem. 16. Verbum ve-
rò Jehovæ nunc audi : tu dicis, *ô Amatsja*, ne prophetam agito, *ô Hamoſe* in Iſraëlem, ne-
que contra domum Iſaaci loquitor. 17. Propterea ſic Jehova, uxor tua, inquit, in ur-
be ſcortabitur, filii, filiæque tuæ gladio cadent, ager tuus fune dividetur, túque in ter-
ra polluta morieris, & Iſraël è ſuo ſolo migrabit.

Viſum fructuum maturorum in calatho, vaticinium in eos à quibus pauperes premebantur, tum de cupiditate audiendorum Prophetarum.

1. TALE viſum mihi objecit Dominus Jehova, atque en calathum fructuum æſtivo- CAPUT VIII.
rum. 2. Ille verò mihi, quid vides, inquit, Hamoſe? video, inquam, cani-
ſtrum fructuum æſtivorum. Tum Jehova mihi, venit, inquit, finis ad populum meum
Iſraëlem, neque pergam per eum tranſire. 3. Ululabunt cantica Templi, eo die, ait
Dominus Jehova; multum enim erit cadaver, in omni loco, *quod* abjecerit tacitus *ini-
micus.*
4. Audite hoc, vos qui abſorbetis pauperem, ne ſint ampliùs egeni in terra; 5. dum
dicitis, quando tranſierit Neomenia, ut vendamus triticum; vel Sabbathum, ut aperia-
mus triticum, minuendo Epham & augendo ſiclum, dum ſtateram doloſam torquemus;

6. ut

6. ut emamus argento tenues, & calceamentis egenos & quiſquilias tritici vendamus? 7 Ju-
ravit Jehova, per altiſſimum Jacobi *Deum*, ſe numquam eorum facta oblivioni manda-
turum.

8. Annon propterea contremiſcet terra, lugebitque omnis ejus incola? annon attolle-
tur tota inſtar rivi *exundantis*; deinde expelletur & abſorbebitur, inſtar rivi Ægypti?
9. Die illo, ait Dominus Jehova, faciam ut ſol occidat meridiano tempore, & die ſere-
no terram tenebris tegam. 10. Mutabo feſta veſtra in luctum, & omnia veſtra cantica
in lamentationes. Omnes lumbos ſaccis induam, & capita omnia tondebo; efficiámque
ut ſit *terra* veluti in luctu unigeniti, & finis ejus inſtar diei amari.

11. Dies mox aderunt, ait Dominus Jehova, quibus mittam famem in terram, nec
tamen famem panis neque ſitim aquæ, ſed audiendi verba Jehovæ. 12. Ibunt à mari
ad mare, à Septemtrione, ad Ortum, current, dum quærent verbum Jehovæ, nec in-
venient. 13. Eo tempore deliquium patientur formoſæ virgines & juvenes præ ſiti.
14. Qui jurant per delictum Samariæ, & dicunt: *ut* vivit Deus tuus, ô Dan, atque
ut vivit via Beerſebæ: cadent, neque ampliùs reſurgent.

Vaticinia contra Iſraëlem, promiſſáque de ejus reſtitutione.

CAPUT IX.

1. VIDI Dominum altari inſiſtentem, qui dixit: percute malum punicum, & poſtes
contremiſcent. In prima acie eos omnes concîde, atque extremum agmen gladio
occidam; qui aufugerit non elabetur, neque eripietur qui *prælio* evaſerit. 2. Si foderint
ad ſubterranea loca, inde eos manus mea extrahet; ſi adſcenderint in cœlum, inde eos
dejiciam.

3. Si ſe abdiderint in verticem Charmelis, inveſtigabo illos, atque inde abducam; ſi
ſe occuluerint oculis meis, in fundo maris, mandabo ceto, ut illinc eos mordeat. 4. Si
ante hoſtes ſuos in captivitatem abierint, imperabo gladio, ut inde eos occidat; oculos
meos in eos conjiciam, ut malè iis faciam, non ut proſim.

5. Dominus Jehova, *Deus* exercituum, tanget terram & colliqueſcet, lugebunt omnes
ejus incolæ; extolletur tota inſtar rivi *exundantis*, atque abſorbebitur, inſtar rivi Ægy-
pti. 6. Qui ædificavit in cœlo cœnacula ſua & fornicem ſuum in terra fundavit; qui
vocat maris aquas, eáſque effundit in terræ ſuperficiem; cui nomen eſt Jehovæ. 7. An-
non inſtar Chuſæorum mihi eſtis, ô Iſraëlitæ, ait Jehova? Annon Iſraëlem eduxi è ter-
ra Ægyptia, & Philiſthæos è Caphtore, & Aramæos è Kire? 8. Oculi Domini Jeho-
væ *defixi ſunt* in regnum peccato *infectum*, idque è terræ ſuperficie exterminabit. Atta-
men domum Jacobi non perdam prorſus, ait Jehova. 9. Mox enim jubebo moveri
per omnes gentes domum Iſraëlis, quemadmodum commovetur *triticum* in cribro, nec
tamen granum decidit in terram. 10. Gladio morientur omnes peccatores populi mei,
qui dicunt: calamitas neque adtinget nos, neque antevertet.

11. Tempore illo, *iterum* erigam tabernaculum Jacobi collapſum, quæ perrupta ſunt
ſepiam, quæ diruta reſtituam, & quemadmodum erat, temporibus antiquis, inſtaura-
bo; 12. Ut poſſideant *Iſraëlitæ* reliquias Idumæorum & omnes gentes, quæ de nomine
meo dictæ fuerint, ait Jehova hoc faciens. 13. Mox aderunt tempora, ait Jehova, qui-
bus arator adtinget meſſorem, & calcator uvarum ſementem facientem. Stillabunt mon-
tes muſto & colles diffluent. 14. Faciam ut redeant captivi populi mei, inſtaurêntque
& colant urbes deſolatas; plantent vineas, earúmque vinum bibant; faciant hortos &
fructibus eorum veſcantur. 15. In terra ipſorum eos plantabo, neque amplius evellen-
tur è terra, quâ eos donavero, dixit Jehova Deus tuus,

PROPHETIARUM HAMOSI

FINIS.

LIBER

LIBER ABDIÆ

De tempore quo vixit ABDIAS, *hujuſque Prophetiæ occaſione & implemento.*

CUm huic Prophetæ nulla ſit addita nota temporis, *Hieronymus*, in Cap. I. Hoſeæ, ex ordine cum eodem ævo ac *Hoſeam*, *Joëlem* & *Amoſum*, hoc eſt, eo temporis intervallo quod à regno Uſiæ, uſque ad Ezechiam elapſum eſt, vixiſſe colligit. Certè ſi, ut ad Amoſum conjicit Grotius, qui collegerunt hoſce libros titulos eis præfixerunt; credibile eſt eos, titulo ante Amoſum poſito, hîc nullum addidiſſe, quòd Amoſo coævus eſſet Abdias. Præterea in hac Prophetia, quod optimè cum eo tempore non conveniat, nihil eſt; neque enim verſ. 11, 14, 16, 20. ad expugnationem Jeroſolimorum à Nabuchodonoſoro factam pertinent, ut ex notatis liquebit.

Videtur verſ. 13. reſpicere ad eam Hiſtoriam quæ habetur 2 Reg. XVI, 6. & 2 Paral. XVIII, verſ. 5. & cùm ex loco Regum appareat Idumæos Syris conjunctos fuiſſe, hoc ipſum fuit Idumæorum peccatum, in quod hîc invehitur Abdias; & qualia plus ſemel commiſerant, ut videre eſt ex Amoſo 1, 11. Minatur ergo Abdias Idumæis internecionem, quia Retſino Regi Syriæ in vaſtanda Judæa adjutores fuerant, quod contigit circa annum ante Chriſtum natum DCCXL.

Diem Jehovæ in Idumæos, & qui ſibi ejuſdem criminis erant conſcii, *proximum* eſſe ait; ac ſanè 24. aut 25. poſthæc annis *Sennacherib* Aſſyriorum Rex, qui de Ægyptiis maximam retulit victoriam, & omnes Judææ urbes, exceptis Jeroſolimis, cepit, Idumæos vicinos magnis cladibus adficere potuit. Ulteriùs etiam Abdiæ Prophetia patere videtur, & tempora captivitatis Babylonicæ ſolutionem ſequuta complecti; quod enim prædicit Propheta, de proferendis Imperii Judaïci finibus, ſub Macchabæis demum impletum eſt. Quia porrò eadem ſub Nabuchodonoſoro Idumæis evenere, quæ paſſi ſub Sennacheribo fuerant, Jeremias C. XLIX. & Ezech. XXV. ſimilia in Idumæos vaticinati ſunt iis quæ apud Abdiam extant.

Atque hæc quidem eſt veriſimillima, de Abdiæ, ævo & Prophetia, ſententia; ſed nonnulli è Judæis volunt eum fuiſſe diſpenſatorem Regiæ domûs, de quo 1 Reg. XVIII. At eſſet Hoſeâ Prophetâ antiquior, quod ordini, quo diſpoſiti hi libri ſunt, contrarium eſt; nec ante tempora Achabi ulla fuit incolarum Judææ captivitas. Chriſtiani verò Interpretes plurimi hunc poſt Captivitatem vaticinatum, & à Jeremia mutuatum eſſe verba, quibus Idumæorum cladem prædicit, volunt. Verùm nullus in Judæa fuit poſt Captivitatem Propheta, præter Jeremiam, antequàm Judæi redirent; nec Abdiam in Babylonia contra Idumæos, tanto intervallo remotos, vaticinatum veriſimile eſt. Quòd quidam ajunt fuiſſe eum Præfectum Fabrûm ſecundi Templi, qui hoc nomine adpellatur 2 Paral. XXXIV. 12. minùs veriſimile eſt prioribus; nam tum ſerum fuiſſet, poſt tot annos, clades minitari Idumæis, qui maximas ſub Nabuchodonoſoro paſſi fuerant, quòd ſe Judæorum hoſtibus ante Captivitatem conjunxiſſent. Præterea docet Malachias 1, 2. *& ſeqq.* deſertam pænè tum temporis fuiſſe Idumæam, & hoc tantùm Idumæis; eorum, nempe, ſedes numquam poſtea cultas fore, uti antea fuerant, minatur,

· *Hæc erant, cum Abdia, jam edita, ut ſpecimen eorum quæ ſtatueram facere in Prophetas, & quæ hic emendatiora iterum exhibeo.*

1\. VISIO ABDIÆ. Sic dixit Dominus Jehóva Edomo: (audivimus nuncium à Jehova, & legatus ad Gentes miſſus eſt, *dicens:* ſurgite & conſurgemus adversùs eam *regionem*, ad bellum) [2] ecce parvum feci te inter Gentes, contemptiſſimus *fuiſti*; [3] *at* ſuperbia cordis tui extulit te, ô incola cavernarum petrarum! Altitudo *eſt* habitatio ejus, dicítque in corde ſuo: quis me detrahet in terram? [4] Si

PARAPHRASIS.

1\. PROPHETIA ABDIÆ. Angelum, qui ſe, nomine Dei Iſraelis, nuntium ad varias Gentes miſſun diceret, ut eas ad bellum Idumæis inferendum commoveret, & ſuum aliorúmque Angelorum auxilium polliceretur, audivimus. Eſt enim quod indignetur Deus Idumæis, 2. qui, licet initio opibus exiguis & contemptiſſimi inter finitimas Gentes, 3. attamen, quod præruptarum rupium ſpelæa pro arcibus habeant, ſuperbiunt; & quia in montium jugis ſedem poſuerunt, ſe à nemine

COMMENTARIUS.

VErs 1. *Viſio*] Aut hæc vox, generaliori ſignificatu, pro qualibet Prophetia ſumitur, ut voluit *Grotius*; aut eo nomine hoc vocatur vaticinium, quòd Abdias Angelum vidiſſet, de quo in ſequentibus verbis, ut *Viſio* hic propriè intelligatur.

Edomo] Alii præfixam literam ל interpretantur *de*, ut vertatur *de Edom*. At licèt ea particula non raro ita vertenda ſit, hoc in loco dativi notam eſſe duximus, quòd vers 2. Deus Idumæos alloquatur; nec obſtat quod, non Deus, ſed Propheta in ceteris loquens inducitur, notum enim eſt apud Prophetas paſſim mutari perſonas.

Audivimus] Hæc eſſe Parentheſi includenda liquet ex ſerie orationis. Hic autem docet Propheta à quo calamitates Idumææ imminentes acceperit; nempe, ab Angelo, qui miſſus erat ad Gentes contra Idumæos excitandas. Utitur autem, more omnium linguarum atque adeò Hebraïcæ, plurali pro ſingulari, ut apparet ex Jerem. XLIX, 14. ubi eſt שמעתי ſchamahti, *audivi*, pro שמענו ſchamahenou, *audivimus*. Ita *Bildad* unum Jobum alloquens Cap. XVIII, 2. plurali numero utitur, & in Epiſtola *Artaxerxis* quæ extat Eſdr. IV. modò plurali, modò ſingulari ſemet ipſe deſignat Babyloniorum Rex.

Nuncium] Hebr. שמועה *ſchemouhab* ἀκοὴν, *auditus*, ut habent οἱ LXX. Significatur eâ voce, quidquid auditur, ſeu rumor ſit ſeu nuncius certus, ut hic ſumitur & Eſai. LIII, 1. ubi Propheta ita quæ, nomine Dei, à Prophetis dicebantur, vocat. Hinc οἱ LXX. Eſ. XXVIII, 9. eamdem vocem, quæ ἀντὶ τοῦ ἀκροάματος *doctrinæ*, ibi uſurpatur, exponunt ἀγγελίαν, *nuncium*.

Legatus] Hebr. ציר *ſir*, quam vocem οἱ LXX. verterunt rectè ἀγγέλους Jer. XLIX, 14. hic verò περιοχὴν, quod fortè ſumitur pro verbis Angeli quæ ſequuntur; hoc enim vocabulum *verba*, *locum* libri ſæpe deſignat. Sed mirum eſſet eos ad vocem hanc confugiſſe, niſi conſtaret eosdem paſſim ex conjectura, non ex certa cognitione ſignificationis vocum, vertiſſe.

Dicens] Aut hoc ſupplendum eſt, uti fecimus; aut hæc quæ ſequuntur verba pro ipſo nuncio capienda, quaſi inverſis verbis dixiſſet Abdias: Legatus ad Gentes miſſus eſt, audivimúsque ejus mandatum his verbis conceptum: ſurgite, &c. Sed לאמר lemor, *dicens*, ſæpe ſubintelligitur. Vid. Lament. III, 41.

Surgemus] Apud Jeremiam Angelus hortatur tantùm Gentes, ut bellum Idumææ inferant, hic ſe iis conjungit. Omnia in Scriptura per miniſteria Angelorum peraguntur, itaque mirum videri nequit Angelum ſuum aliorúmque Angelorum auxilium polliceri. Græci, qui Theologiam ſuam Orienti debebant, Deos quoque ſuos præliorum excitatores faciunt, ut ex *Homero* conſtat.

Eam] Subintell. ארץ erets, *regio*, nam אדום *Edom* non eſt fœminini generis.

2\. *Parvum feci te*] Hebr. נתתיך nthatticha, *dedi te*. Sed verbum Hebraïcum ἀντὶ τοῦ *facere* ſumitur multis in locis, ut oſtendet *Coccejii* Lexicon. Dicit autem Deus ſe parvum feciſſe Edomum, quòd Idumæis parvam & ſterilem tribuiſſet regionem. Potuiſſet & verti *pauper*, ut contraria vox גדול gadol, *magnus*, pro divite ſumitur. Job I, 1.

Inter Gentes] Nempe, vicinas. Stylus Hebræorum hoc habet proprium, ut ſingularia paſſim phraſibus univerſalibus exprimat, quod vel ex hoc Propheta liquere poteſt.

3\. *Extulit te*] Hebr. השיאך *biſchiecha*, cum ש in dextro cornu punctato, quod vertunt *decipere*. Sed cùm olim puncta hujus literæ διακριτικὰ nota non eſſent, ut docet Hieronymus, verbum נשא *naſcha*, tum *decipere* ſignificavit, licèt eodem modò pronunciaretur ſemper. Itaque alterutram harum ſignificationum eligere licitum nobis cenſuimus; atque hic *efferendi* ſignificationem, cum LXX. Int. & Vulg. aptiorem eſſe exiſtimavimus, quamvis cæteroqui qui ſuperbiâ *efferuntur*, veriſſimè eo adfectu *decipi* dici queant; ut vel ex ſequentibus apparet.

Incola] Hebr. שכני *ſchochni*. abundat litera י, ut alibi paſſim.

Cavernarum] Hieronymus in h. l. *Omnis Auſtralis regio Idumæorum, de Eleutheropoli usque ad Petram, & Ailam (hæc enim eſt poſſeſſio Eſau) in ſpecubus habitatiunculas habet*. Neque hoc proprium Idumææ, nam in Galilæa fuere inacceſſi ſpecus, in quos ſe recipiebant latrones, de quibus ſpecubus agit *Joſephus* Ant. Jud. L. XIX. c. 27. Eosdem deſcribit L. I. de Bell. Jud. c. 22. p. 736. *Ed. Græco-Lat. Genev.* hiſce

4 Si te extuleris altùm, ut Aquila; ſi inter ſtellas nidum tuum poſueris, inde te detraham, ait Jehova.

5 Quomodo vaſtatus es? ſi fures veniſſent ad te, ſi latrones nocturni, annon quod ſibi ſufficeret furati eſſent? ſi vindemiatores veniſſent ad te, annon reliquiſſent racemos?

6 Quomodo perveſtigatæ ſunt, ac perquiſitæ latebræ Eſavi?

7 Ad

nemine hinc dejici poſſe exiſtimant.

4. Verùm etiamſi, quò Aquila volatu ſe extollit, ibi ſedem poſuiſſent; imo etiamſi inter ſidera arces haberent, inde eos dejiceret Deus Iſraelis. 5. Animo eorum cladem jam prævideo; quàm devaſtata ſunt, prædia veſtra, ô Idumæi? Si interdiu, aut noctu in facultates veſtras irruiſſent latrones, id tantùm rapuiſſent, cui auferendo fuiſſent pares; at vobis nihil quidquam ſupereſt. 6. Qui factum ut abditiſſimas veſtras ſpeluncas, in quibus vos

hiſce verbis: σπήλαια ταῦτα πρὸς ἀποῤῥώγεσιν ὄρεσιν ἦν οὐδαμόθεν προσιτὰ, πλαγίας δὲ ἀνόδους μόνον ἔχοντα στενοτάτας. *Speluncæ hæ in præruptis montibus erant, undequaque inacceſſæ, tranſverſosque tantùm ac peranguſtos adſcenſus habebant:* ἡ δὲ κατὰ μέτωπον αὐτῶν πέτρα καθῆκεν εἰς βαθυτάτας φάραγγας, ὄρθιος ἐπιῤῥέπουσα ταῖς χαράδραις: *petra autem, quæ ad earum ingreſſum erat, porrigebatur in profundiſſimas valles, rectè torrentibus imminens.* Idem *Joſephus* narrat, quo aſtu hæc ſpelæa latronibus purgaverit Herodes.

Altitudo] Jam hæc ſunt verba Prophetæ, quæ ab Angelo audiverat referentis. Hi libri ſubitis perſonarum mutationibus hujuſmodi referti ſunt. Οἱ LXX. habent ὑψῶν κατοικίαν αὐτοῦ. Vulg. *exaltantem ſolium*, ut videantur legiſſe מרים *marim* in participio Hiphil. Verùm eodem recidit ſenſus; nec ſemel Prophetæ vocem מרום *marom* adhibent, ubi de ejuſcemodi ſedibus in montibus ſitis ſermo eſt. Vid. Eſa. XXVI, 5. & parallelum locum apud Jerem. XLIX, 16.

Habitatio ejus] Hebr. שבתו *ſchibtho*, ſeu ſit infinitivus loco nominis, ſeu nomen ſubſtantivum שבת *ſchebeth*; videtur commodiùs verti voce *habitatio*, quæ toti populo, de quo hìc agitur, convenit, quàm *ſolium*, quod eſt Regis, & quod alibi voce כסא *chiſſe* ferè exprimitur.

Dicit in corde ſuo] Id eſt, cogitat, ut Pſalm. XIV, 1. Exiſtimabant Idumæi ſe ex rupibus ſuis dejici non poſſe, ut Galilæi, de quibus modò diximus, qui tamen ſunt ab Herode dejecti.

4. *Si te extuleris*] Aquilæ altiſſimè volant. Prov. XXIII, 5. Job XXXIX, 30. Verbum תגביה *thagbiah*, in Hiphil, ut alia ejuſdem conjugationis, videtur reciprocè ſumi, quemadmodum verbum הצליח *hitsliahh*, cùm alibi, tum Pſalm. I, 3. Poſſet tamen & hìc deleri vocula *te*, & verbum ad nidum referri, quem in altiſſimis rupibus ponunt Aquilæ, non ad ejuſdem avis volatum. Sententia eadem eſſet.

Poſueris] Hebr. שים ſchim, *pone*; imperativus pro futuro, niſi vellet quis ת excidiſſe & legendum תשים, ſed neceſſe non eſt. Vid. Gen. VII, 20. XLII, 18. XLV, 18.

Nidum] Metaphora ab Aquilis, aut aliis quibusvis avibus ducta. Vid. Num. XXIV, 21. Hab. II, 9. Job XXXIX, 30, 31. Atque hac voce non quælibet ſedes, ſed quæ in loco prælto poſita ſignificatur. *Horatius* Lib. IV. Od. 3. *celſæ nidum Acherontiæ*, oppidum in montibus Lucaniæ ſitum vocat.

5. *Quomodo vaſtatus es?*] Ordo vocum in Hebraico Textu hic eſt: *Si fures ad te veniſſent, ſi prædatores nocturni, quomodo vaſtatus es? nonne, furati eſſent*, &c. Sed cùm manifeſtum ſit ex phraſi & loco Jeremiæ parallelo, voces *prædatores nocturni* non conjungendas cum ſequentibus *quomodo vaſtatus es*, ſed cum hiſce *nonne ſurati eſſent*; non dubitavimus hìc duram hanc Latinè parentheſin initio verſûs ponere. Cùm enim ſenſus manifeſtus eſt, nec poteſt tamen clarè ſervato ordine vocabulorum efferri aliâ linguâ utentibus; cur ordini nimiùm adhæreamus nulla cauſa eſt, modò Grammatica non violetur conſtructio, quòd hìc non fecimus. Vid. Jerem. XLIX, 9.

Vaſtatus es] Vel, *excíſus es*. οἱ LXX. habent ποῦ ἂν ἀπεῤῥίφης *ubinam projectus es?* Legerunt, conjiciente Cappello, נרמיתה *nirmetha* pro *nidmetha*, nam רמה eſt *projicere*. Hieronymus: *quomodo conticuiſſes*, quæ eſt altera verbi דמה *dama* ſignificatio. Sed ſenſus, quem ſecuti ſumus, videtur commodior.

Quod ſibi ſufficeret] Non rapuiſſent plusquam poterant auferre; & cùm omnia auferri nequeant à ſubitaneis furibus, aliquid reliquiſſent. At exercitus, qui otioſè omnia vaſtat, nihil reliquum ſinit, quod non auferat, aut incendat.

Si vindemiatores] Eſt aliquid in hac locutione παροιμιῶδες. Uti vindemiatores non carpunt omnes racemos, ſed aliquam racemationem relinquunt: ita latrones non omnia auferunt; ſed Idumæis nihil reliquum factum eſt. Vid. Eſai. XXIV, 13. Mich. VII, 1.

6. *Quomodo*, &c.] Ordo vocabulorum eſt: *quomodo perveſtigatæ ſunt* Eſau עשו, *perquiſitæ ſunt latebræ ejus* מצפניו matſphunau. Verbum *perveſtigatæ ſunt*, quod eſt plurale, non refertur ad *Eſau* ſingulare, ſed ad latebras. Igitur perſpicuum eſt eum eſſe ſenſum, quem expreſſimus. Siquis quærat quare ergo *Eſau* ſit interpoſitum, cùm ad ſenſum nihil addat? primùm ſciat oportet redundare, in Hebræorum ſtylo, aut ſubſtantivum, aut pronomen, quando unà conjunguntur, ut oſtendit *Buxtorf. Theſ.* Lib. II. c. 8. Deinde videtur hìc eſſe ὁμοιοτέλευτον captatum, nam paſſim apud Hebræos, elegantiæ causâ, etiam in proſa, hoc fit. Idem obſervare eſt in verſ. 13. Sed cùm idiomata Hebraica, Latinè ſemper ad verbum, exprimi nequeant, hoc in Verſione obſervare non potuimus. Vid. Jerem. XLIX, 10.

7. *Ad*

7 Ad fines dimiſerunt te omnes fœderati tui, deceperunt te, excluſerunt te ii quibuſcum pax tibi erat; qui comedebant panem tuum, poſuerunt vulnus ſubter te.

Nulla eſt prudentia in eo. 8 Annon die illâ, dixit Jehova, perdam ſapientes ex Edomo, & prudentiam ex monte Eſavi?

9 Timebunt fortes tui, ô Theman, ut quisque ex monte Eſavi exſcindatur.

Propter cædem, 10 *&* injuriam Jacobi fratris tui, operiet te pudor & exſcinderis in æter-

vos tuta habere putabatis perfugia, hoſtes rimati ſint? 7. Cùm ad ſocios ſupplices confugiſtis, vos alii è finibus ſuis ejecerunt, alii ne admittendos quidem cenſuerunt; quos opibus veſtris ſuſtentaſtis, ii vobis inſidias ſtruxerunt.

Idumæos prorſus deſtituet prudentia, 8. eorum enim ſapientiſſimis tum temporis amentiam immiſſurum ſe minatus eſt Deus Iſraëlis. 9. Trepidantibus viris ſtrenuis, Sehiris montis incolæ internecione delebuntur. 10. Quod Iſraëlitis conſanguineis ſuis vim intulerint, quòd borum hoſtibus ſe conjunxerint, 11. dum Iſraëlitæ à Syris abducerentur captivi, dum eorumdem Urbes diriperentur, atque Jeroſolimitanorum opes ſorte inter Syros

7. *Ad fines*] Hebr. *Ad finem.* Sed Latinè non dicitur ὁρίοις pro regionis termino. Intelligimus autem ſœderatorum fines, quos cùm fugientes Idumæi ingreſſi eſſent, quaſi tuti intra eos futuri; ejecti ſunt, datis qui eos ad fines comitati dimitterent, ne fortè non exirent, ſed alicubi latitarent. Hoc autem fieri ſolet, ubi qui perfugium ſupplicibus concedere deberent, timent ne ſupplicum hoſtes irritent. Vid. *Grotium* de J. B. & Pac. Lib. II. c. XXI §. 4. *& ſeqq.* ac præſertim §. 5. n. 4.

Deceperunt te] Idem eſt verbum ac verſ. 3. Attamen οἱ LXX. verterunt *ἀντέστησάν σοι reſtiterent tibi*, qui hoc idem verbum alibi verterunt *ἀπατῆσαι fallere* Gen. III, 13. quæ ſignificatio hîc optimè convenit. Crediderim in hac Verſione mendum irrepſiſſe, aut variis Intt. non eandem fuiſſe cognitionem Linguæ Hebraicæ, aut denique conjiciendn ab iis multa tranſlata.

Excluſerunt] Qui Paraphraſin legerint, hæc verba huic loco convenientiſſima eſſe, facilè ſentient. Supereſt ut oſtendam vocem יכלו *jachelou*, ſignificare poſſe *excluſerunt*. Vulgò vertitur *prævaluerunt*, hoc eſt, *vicerunt*, quæ quidem eſt notiſſima ſignificatio, ſed hîc non convenit. Deducimus ergo hanc vocem à כלא chala, *clauſit*, *prohibuit*, unde in futuro fit יכלאו *jichleou*, & rejecto א, יכלו *jichlou*. Aleph porrò, ut notum, ſæpe ex hiſce verbis excidit, & in hoc ipſo non apparet 1 Sam. VI, 10. Fateor, ut analogia conjugationis ſervetur, mutandum *Camets in Chirec*: at mutationem exiguam ſi quis ferre nollet, poſſet eò confugi ut diceretur eſſe permutatio ſormarum יכל & כלא, quod ſæpe in ejusdem, atque hæc ſunt, naturæ verbis fieri conſtat. Cæterùm poſſet hoc quoque verbum de *carcere* intelligi, in quem conjecti fuerint Idumæi à ſociis, ſed prior interpretatio magis arridet.

Qui comedebant panem tuum] Hebr. לחמך lachmecha, *panis tuus*; hoc eſt, qui comedunt panem tuum, quos alis, aut ſuſtentas, quales ſunt ſervi, aliique. Subintelligitur אכלי *ochele*, comedentes. Integram phraſin habemus Pſalm. XLI, 10. ubi Pſaltes de ſimili perfidia queritur. Septuaginta Intt. hanc vocem omiſerunt vertere, fortè quòd non intelligerent quid ſibi vellet hoc in loco, nec conſtructionem adſequerentur.

Poſuerunt vulnus ſubter te] Videtur Propheta aliquod inſidiarum genus, pro quibusvis inſidiis poſuiſſe, & reſpicere fraudem ſimilem ei quâ uſus eſt Darius, qui *murices ferreos in terram defoderat, quâ hoſtem equites emiſſurum eſſe crediderat.* *Curtius* Lib. IV. c. 13. Vid. & *Cæſarem* de Bello Gallico Lib. VII. ubi narrat ſe in ſcrobes demiſiſſe teretes ſtipites ab ſummo præacutos, eosque ad occultandas inſidias, viminibus ac virgultis intexiſſe. *Silius Italicus* Lib. X.

Et ſilus occulitur, cæcum in veſtigia telum.
Igitur Abdias hoc vult, Idumæis ſtructas fuiſſe inſidias ab iis quibus maximè credebant: unde LXX. ἔθηκαν ἔνεδρα ὑποκάτω σου, & Hieronymus, *ponent inſidias ſubter te*; quibus ſenſum, potiùs quàm vocem מזור mazor, *vulnus*, expreſſerunt, quæ vox hic metonymicè ſumitur pro eo quod vulnerare poteſt.

Non eſt prudentia in eo] De eo, quem Propheta adloquutus fuerat, hîc in tertia perſona ſubitò loquitur, ad ſecundam ſtatim rediturus pro more horum Scriptorum. Negat Abdias Idumæis ineſſe prudentiam, quâ inſidias vitent & ſe contra hoſtes tueantur. Alii hæc verba referunt ad vocem *vulnus*, quaſi velit dicere Propheta id genus inſidias non potuiſſe animadverti; at vereor ut Hebraïcæ voces cum ſenſum ferre queant. Deinde ſequentia meliùs cohærent cum hiſce verbis, ut docet noſtra Paraphraſis.

8. *Die illa*] Quâ, nempe, memorata mala Idumæis evenient.

Perdam ſapientes] Huc facit dictum vetus: *Quos perdere vult Jupiter dementat. Ita ſe res habet*, ait Vellejus Paterculus, Lib. II. c. 118. *ut plerumque qui fortunam mutaturus eſt conſilia corrumpat.* Vid. 2 Sam. XVII, 14. Ipſa multiplicium periculorum imminentium magnitudo ſapientes perturbat. Idumæam autem non caruiſſe ſapientibus adparet, ex amico Jobi *Eliphazo Themanita.*

9. *Theman*] Unus fuit ex nepotibus Eſavi, filius Eliphazi ejus primogeniti Gen. XXXVI. unde urbs & regio in Idumæa nomen accepere, quomodo hic ſumitur, ut & Jerem. XLIX, 20. Ezech. XXV, 13. Synecdochicè videtur totam Idumæam deſignare; certè omnes Idumæi ſtrenui putabantur, unde de ea Gente Joſephus de Bel, Jud. Lib. IV. c. 6. p. 877. ita loquitur: ἔθνος καθάπερ εἰς ἑορτὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπειγόμενον, *gens in prælia, ut ad feſtum, properans.*

Ut quisque] Vel *propterea*, nam eſt in Hebr. למטן *lmaban.*

Propter cædem] Secuti ſumus τοὺς LXX. & Vulgatum, qui conjungunt hæc verba cum ſequen-

Digitized by Google

æternum. 11 Eâ die adverſùs eum ſtetiſti, quâ die exteri abduxerunt captivas copias ejus, & alieni ingreſſi ſunt Portas ejus, & ſuper Jeroſolimis jecerunt ſortes. Tu etiam inſtar unius ex illis *fuiſti*.

12 At ne ſpectares diem fratris tui, quâ die venditus eſt; nequè lætareris ob filios Judæ, eâ die quâ perierunt; neque te jactares, die anguſtiæ; 13 neque ingredereris Portam populi mei, die exitii ejus; neque ſpectares etiam tu malum ejus, die exitii ejus; neque ſe immitterent *manus tuæ* in copias ejus, die ejus exitii; 14 neque ſtares in exitu, ad

ros dividerentur; propterea Idumæi ignominiâ adficientur, nec cladem hanc ſuam umquam reparabunt.

12. Si hæc mala præcavere volebatis, ô Idumæi, neque populi conſanguinei calamitatum ſpectatores eſſe, cùm in ſervitutem venderetur; neque propter ejus excidium lætari; neque, quòd cladis immunes eſſetis, potentiam ac felicitatem veſtram jactare, dum Iſraëlitæ cum extremis confligarentur malis; neque 13. cum hoſtibus Urbes horum intrare, quando expugnatæ ſunt, ut Judæorum cædibus oculos paſceretis; neque eodem tempore, in eorum opes avidas manus injicere; 14. neque præſidiis loca, quà fugientes elabi poterant, ut vias

ſequentibus, cùm multi ex Recentioribus ea cum antecedentibus connectant. Supplenda autem, vel reſcribenda fortè omiſſa literula ו ut legamus ומחמם *oumebbamas*.

10. *Injuriam Jacobi*] Hoc eſt, injuriam Jacobo illatam. Nam hoc Genitivus ſæpe ſignificat, ut & pronomen poſſeſſivum quod ejus loco ponitur. Ita Gen. XVI, 5. Sara de injuria quæ ſibi inferebatur חמסי *bhamaſi*, *injuria mea*, inquit, *ſuper te*.

In æternum] In longiſſimum tempus, ut Hebr. לעולם *lebolam*. Vid. Malach. I, 2. *& ſeqq.*

11. *Eâ die adverſus eum ſtetiſti*, &c.] Hebr. *In die ſtare te in die abducere exteri copias ejus captivas.* Videtur ſubintelligi אשר *bahou* poſt ſecundum ביום bjom, *in die qua ſtetiſti*, *in die* illa *exteri*; vel hæc repetitio vocis *bjom* Idioma eſt linguæ Hebraïcæ, cujus ſenſus eſt quem expreſſimus, adeò ut altera vox *bjom* debeat verti *quâ die*, altera *eâ die*. Vid. Paral. XVIII, 5.

Stare adverſus] In acie nempe, aut ſimpliciter adverſari, ut 2 Sam. XVIII, 13.

Portas ejus] Urbes Judææ, quæ à Syris captæ ſunt, eo tempore quo Judæam vaſtarunt & *Jeroſolima* obſederunt 2 Reg. XVI, 5. 2 Paral. XXIII, 5.

Super Jeroſolimis jecerunt ſortem] Nempe, utri urbem primi oppugnarent: quemadmodum Iſraëlitæ conſuluerunt Deum, ut ſcirent quis in prima acie contra Benjaminitas futurus eſſet. Jud. XX, 18. Aut jecerunt ſortem de ſpoliis, quæ inter ſe diviſuros certò ſperabant, quod ſecus evenit. Vid. Joël. III, 3. & Nahum III, 10.

Tu etiam inſtar unius] Julius Cæſar ad Brutum in ipſum pugionem ſtringentem: *καὶ σὺ τέκνον, καὶ σὺ εἶ ἐκείνων*, *& tu fili*, *& tu etiam es ex illis*. Utrumque cum ſtupore dicitur.

12. *At ne ſpectares*] Hoc eſt, ſpectare non debueras. Ita loquuntur Græci & Latini, ſed cùm Hebræi multiplici temporum varietate careant; futuro ad hoc exprimendum utuntur. Homerus Iliad. Z. verſ. 328. *μαχέσαιο* dixit pro *contendere debueras*, & Virgilius Æn. VIII, 43. *At tu dictis Albane maneres*, hoc eſt, *manere debueras*.

Quà venditus eſt] Hebr. ביום נכרו *bjom nochro*, nam נכר ſignificat alienare, vendere, & ita tranſlatum à Septuaginta Intt. 1 Sam. XXIII, 7. Iidem Intt. hìc habent: *ἐν ἡμέρᾳ ἀλλοτρίων*; Hieronymus: *in die peregrinationis*. Non ſatis clarè. 2 Par. XXVIII, 5.

Te jactares] *Magnificares os tuum*, quod οἱ LXX. verterunt eleganter & appoſitè *μεγαλοῤῥημονῆς*.

13. *In Portam*] Septuag. & Chaldæus habent *Portas*, & credibile eſt in plures urbes à Syris captas ingreſſos Idumæos. Attamen hoc præ cæteris de urbe *Elath* intelligendum videtur, in eam enim ingreſſi dicuntur 2 Reg. XVI, 6. *In tempore illo reſtituit Retſin Rex Syriæ, Ailath Syriæ & ejecit Judæos de Ailath, & Idumæi venerunt in Ailath & habitaverunt ibi* &c. Eſt quidem in Textu ארמים *Aromim*, ſed Maſſorethæ in margine notarunt אדומים *Edomim*, & ita legerunt οἱ LXX. ac *Hieronymus*. Rectè feciſſent, ut quibusdam videtur, ſi in nona etiam voce verſûs pro ארם *aram*, pariter notaſſent legendum אדם *edom*; nam ſi Idumæi in eam urbem ingreſſi ſunt, reſtituta fuit Idumæis, non Aramæis ſeu Syris. Præterea reſtituitur aliquid, cùm antiquo domino traditur; ad Idumæos autem, non ad Syros, hæc urbs pertinuit, ut diſcimus ex Deut. II, 8. Neque veriſimile eſt à Syris ſervatam fuiſſe urbem, haud procul à mari Idumæo, ſeu Rubro ſitam.

Malum ejus] οἱ LXX. *τὴν συναγωγὴν αὐτῶν*, *congregationem eorum*; pro ברעתו *rabatho*, legerun בעדתו *badatho*, aut crediderunt ita legendum. Cæterùm in priſca Verſione Latina τῶν LXX. *ἐπίδῃς* hìc & initio verſûs duodecimi, malè vertitur *deſpicies*, pro *inſpiceres*, quòd Interpres non intellexerit quid ſit oculos alienis malis paſcere, & crediderit *inſpicere* hìc carere ſenſu. Conſulendus *Schindlerus*, in ultima ſignificatione metaphorica verbi ראה *raah*, video.

Manus tuæ] Hæc verba, ex doctorum Virorum ſententia, ſupplenda videntur, ut 2 Sam. VI, 6. Phraſis integra extat Geneſ. III, 22. XXII, 10, 12. & alibi. Idem ſenſus eſt verbi *συνεπιθῇς* quo uſi ſunt οἱ LXX. *ne imponeres*, nempe *manum*; aut eſt, *unà irrueres in exercitum eorum*. Vox חיל *bhajil* & *divitias* & *exercitum* ſignificat, nos *copias* diximus, ut ambiguitetem Hebraïcæ vocis exprimeremus. Si de exercitu intelligamus, dicentur Idumæi interfeciſſe viros fortes Judæorum, nam *mittere manum in aliquem* eſt eum interficere. Gen. XXXVII, 22.

14. *In exitu*] Hebr. על הפרק *hal happerek*, οἱ LXX. *ἐπὶ τὰς διεκβολὰς* eodem ſenſu, ac nos vertimus Vulgatum Int. ſequuti; hoc eſt, in locis per quæ extra hoſtium præſidia evadere ſe poſſe ſperabant Judæi. Vid. Jud. XII, 5.

15. *Dies*

ad cædendos eos qui evadebant; neque præcluderes ſuperſtites ejus, in die anguſtiæ.

15 Idcirco proxima eſt dies Jehovæ in omnes Gentes. Sicut feciſti, fiet tibi; quod alii tribueris revertetur in caput tuum. 16 Nam quemadmodum bibiſtis, in monte ſanctitatis meæ: jugiter bibent omnes Gentes, bibent & abſorbebunt, & erunt non ſecus ac ſi nunquam fuiſſent.

17 Sed in monte Sion erit evaſio & ſanctitas, & poſſidebit domus Jacob poſſeſſiones ſuas.

vias omnes evadendi iis præcluderetis, ſepire vos oportuit.

15. Hanc veſtram, populorúmque vicinorum, quicumque paria fecerunt, crudelitatem brevi ulturus eſt Deus Iſraelis; qui, juſtiſſimâ talionis lege, ita vobiſcum agi, quemadmodum cum aliis vos geſſiſtis, curabit. 16. Nam uti vos, ô Judæi, Jeroſolimis iræ divinæ calicem bibiſtis: ita omnes vicinæ Gentes, quæ vobis adverſæ fuerunt, eundem ebibent, earumque agri ita diripientur, ut, quæ eſt in regionibus hactenus incultis, eadem futura ſit in iis vaſtitas.

17. Tum temporis aſylum erunt Jeroſolima, neque eorum ſanctitatem violabit quiſquam. Judæi, recu-

15. *Dies Jehovæ*] *Dies alicujus* dicitur, apud Scriptores Sacros, quâ aliquis agit aut patitur quidpiam inſigne. Ita ſupra verſ. 12. *Dies fratris tui*, eſt tempus quo conſanguineus Idumæis populus extrema paſſus erat; hìc *dies Dei* eſt quo Deus inſignem ultionem de hoſtibus Iſraëlitarum ſumpturus erat, ut alibi paſſim.

Super omnes Gentes] Quæ, nempe, unà cum Idumæis Judæorum calamitates irriſerant, aut iiſdem bellum ſine cauſa indixerant, ut Babylonii, Syri, & fortè Philiſthæi, Moabitæ, &c. quorum exeidium vaticinatur Eſaias à Cap. XIII. ad XVII.

Quod aliis tribueris] Hebr. unâ voce גמולך *gmoulcha*, οἱ LXX. ἀνταπόδομα, Vulg. *retributio*. Maluimus pluribus, quia clarius & Latinius.

16. *Bibiſtis*] Eſt ſubita Apoſtrophe ad Judæos; nam ſi adloqueretur Propheta alias Gentes, in ſequentibus diceret *bibetis*; præterquam quod vox *bibiſtis*, quæ graves denotat calamitates, iis non convenit, neque enim mali quidquam paſſæ fuerant aliæ Gentes, in monte Sion, quem non occuparant; neque ſi occupaſſent, ſibi, ſed Judæis, ingentes miſerias peperiſſent. Ideò alii Int. quibus Apoſtrophes ad Judæos in mentem non venit, *bibere* aliter initio versûs interpretantur ac in fine; nempe, initio de feſta compotatione, in fine de excidio. Sed hoc durum, nec Linguæ Hebraïcæ genio conſentaneum. Vid. Jerem. XLIX, 12. Biberant autem Jeroſolimitani, quòd vidiſſent urbem ſuam obſidione einctam, & prædia ſua à Syris vaſtari, aliáſque Judææ urbes expugnari.

Jugiter bibent] οἱ LXX. πίονται οἶνον *bibent vinum*; nempe, pro תמיד *thamid*, quod jugiter ſignificat, legerunt חמר hhemer, *vinum*, ut rectè conjecit *Cappellus* in h. l. Senſus eodem redit, nam, juxta noſtram lectionem, ſignificat Propheta Idumæos numquam expertes calamitatum fore, donec funditus perierint. Hæc videtur eſſe vis vocis תמיד, ſed idem ſenſus continetur in voce לעו *labou*, *abſorbebunt*; eſt tantùm in noſtra lectione major ἔμφασις.

Abſorbebunt] Hoc eſt, nihil in calice relinquent, tantas ærumnas patientur, ut nihil eorum miſeriis deſit. Hebr. לעו *labou*, Septuag. in Edit. Romana καταβήσονται, *deſcendent*, quod eſt mendum pro καταπιοῦνται *abſorbebuntur*, vel *abſorbebunt*, nam *Hieronymus* ita vertit vocem quâ LXX. Int. uſi fuerant, unde apparet eum aliter legiſſe ac eſt in Edit. Romana.

Erunt ac ſi nunquam fuiſſent] Eſt Hyperbole, neque enim Idumæa prorſus deſerta remanſit, eo tempore quo hæc impleta videntur; nempe, cùm Sennacherib Palæſtinam & vicinas regiones devaſtavit; nam Nabuchodonoſor Idumæos poſtea gravibus rurſus cladibus adfecit. Sed poteſt etiam hoc non ad unam cladem, ſed ad plures, quibus exhauſti ſunt Idumæi Malach. I. verſ. 3, 4. & alii populi, referri.

17. *Evaſio*] Hoc eſt, *evadentes*, ut *captivitas* pro *captivis*; vel, locus aſyli & evaſionis. Nempe, cùm Sennacherib non poſſet Jeroſolima capere, qui eò è vicinia, ut fit, confugerant, evaſerunt.

Sanctitas] Non polluetur ab impiis Gentibus, ſed ſemper erit ſanctus, ut Exod. III, 5. ſumitur vox קדש *Kodeſch*; non indigebit novâ dedicatione, ut fiebat in locis pollutis, & factum eſt in Templo ab Antiocho polluto.

Poſſeſſiones ſuas] Hebr. מורשיהם *moraſchehem* οἱ LXX, & *Hieronymus* legerunt *Moriſchehem*, *poſſeſſores ſuos* κληρονομήσαντας αὐτοὺς, *qui ſe poſſederant*, hoc eſt, eos qui agros Iſraëlitarum invaſerant. Sed commodior videtur Codicum noſtrorum lectio.

18. *Nec erit ſuperſtes*] Nempe, magno numero, ut Judæis ſint formidoloſi. Rectè, ut videtur, judicavit *Grotius* hìc ea reſpici quæ à Macchabæis, facta ſunt in Idumæos. Vocem שריד ſcharid, *ſuperſtes* eleganter verterunt οἱ LXX. οὐκ ἔσται πυρφόρος, nam πυρφόρος, quod idem eſt, juxta *Heſychium*, ὁ μόνος διασωθεὶς ἐν πολέμῳ, *ſolus à bello ſuperſtes*; unde & proverbialiter dicitur μηδὲ πυρφόρον περιγενέσθαι, ne quidem πυρφόρον *ſupereſſe*, de magna clade, ut docebit poſt Suidam *H. Stephanus*. Putat Proverbium inde ortum, quòd exercitibus præiret vates facem geſtans, in quem ferrum ſtringere nefas habebatur. Ut conſuetudinem hanc veram eſſe libenter agnoſco: ita malim aliunde originem proverbii deducere; nempe, ex igne qui penitus exſtinguitur, cùm ne ſcintilla quidem πυρφόρος ſervatur. Aliter à Græcis vocatur ζώπυρον. Ita *Lucianus*, in *Timone*, dicit in Deucalioneo diluvio unicum περισωθῆναι κιβώτιον ζώπυρόν τι τοῦ ἀνθρωπίνου σπέρματος διαφυλάττον *ſervatum navigium*, *quod ſcintillam aliquam humani generis ſervabat*. p. 62. novæ Ed. Amſtel. Ita & alii Græci Scriptores loquuti ſunt. Hæc fortè obſervanda non fuiſſent, niſi in

ſuas. [18] Erit domus Jacobi ignis, & domus Joſephi flamma, domus verò Eſavi ver-
tetur in ſtipulam; & cremabunt eos atque conſument, nec erit ſuperſtes domui Eſavi,
nam Jehova loquutus eſt. [19] Et poſſidebunt Meridiem cum monte Eſavi, & plani-
tiem cum Philiſtæis; poſſidebunt agrum Ephraïmi, & agrum Samariæ; Benjamin au-
tem Galaadum. [20] Captivitas harum copiarum filiorum Iſraëlis poſſidebit quod erat
Chananæorum, usque ad Sarphath; & tranſmigratio Jeroſolimitanorum, quod eſt in
finibus ditionis; poſſidebunt, *nempe*, civitates Auſtri.

[21] Et

recuperatis prædiis, 18. ignis, juxta proverbium, Idumæi verò ſtipula erunt, atque à Judæis internecione Gentem ſuam deleri, urbéſque ſuås in cineres redigi videbunt, dictis enim Dei Iſraëlis fidem faciet eventus.

19. Judæi meridionalem tractum, in quo eſt mons Sehir, Edomi ſedes; occidentalem planitiem, quam tenent Philiſthæi; ſeptemtrionales agros, quos Ephraïmitæ colunt & Samaritani, poſſidebunt. Orientales denique regiones, inter quas eſt Galaad, occupabunt qui ex Benjaminis tribu ſupererunt, 20. Reliquam Palæſtinam, quà ad Septemtrionem Sareptam usque patet, reduces ex decem tribubus habebunt; qua vero ad Auſtrum, Arabiam

in voce πυρφόρος vertenda aberraſſet *Hierſnymus*, qui verè quidem intelligit nuntium ex clade non ſuperfuturum, ſed fruſtra addit: *Hoc enim quod Septuaginta tranſtulerunt πυρφόρον, nos frumentarium vertimus, juxta antiqui ſermonis eloquium; eos enim, quos nunc* agentes in rebus, *vel* veredarios *appellant, Veteres frumentarios nominabant. Sed melius eſt ipſum ſequamur Hebraïcum, quod interpretatur vel* reliquus, *juxta Aquilam, vel* effugiens *juxta Symmachum, vel ſecundùm Theodotionem & quintam Editionem* reſiduus. Paulò inferiùs dicit: *ſunt qui non πυρφόρον, ſed πυρφόρον, hoc eſt, qui geſtare poſſit igniculum à Septuaginta tranſlatum putent.* Utrumque, ut diximus, idem eſt, & eleganter οἱ LXX. ſignificarunt conſumptis omnibus Idumæis, vix unum ſuperfuturum qui Eſavi proſapiam ab interitu vendicet: ut quando extinctus ignis, ne ſcintillâ quidem ad eum rurſus accedendum ſervatâ, non poteſt incendi, niſi aliunde petito igne.

19. *Meridiem*] Enumerat Propheta vicinas circa Judæ tribum regiones, & à Meridie quidem incipit, ad quem fuit *Sehir*, Edomi ſedes. Hæc autem impleta ſunt ſub *Hyrcano.* Vid. *Joſephum* Ant. Jud. Lib. XIII. c. 17.

Et planitiem] Non modò montana Eſavi, quæ ad Meridiem ſunt, ſed etiam planitiem & Philiſthæos, quæ ſunt ad Occidentem & Septemtrionem Jeroſolimorum. In illis campeſtribus erant, tempore *Hieronymi*, *Lidda*, *Emmaus*, *Dioſpolis* & *Nicopolis*, ut teſtatur in hunc locum, ubi addit: *Alii verò eam* ſephelam, *id eſt, campeſtrem regionem, quæ circa Eleutheropolin eſt, repromitti, quod ad Rhinocoruram & ad mare uſque tendenda ſit, id eſt, de Tribu Juda non ſolùm Eleutheropolim teneant, ſed uſque ad maritima perveniant, Philiſthim ſuo imperio ſubjugent, quos prius non habuerunt ſubjugatos.* Euſebius *in loc. Hebraïc.* ſuis etiam temporibus, agrum Eleutheropolitanum *Sephelam* dictum fuiſſe auctor eſt.

Ephraim] Jam regiones ad Septemtrionem Tribûs Judæ ſitas recenſet. Vid. *Joſephum*, dicto loco.

Benjamin] Ita ſuprà *domum Joſephi* conjunxit Judæ, quia indivulſæ remanſerant iſtæ Tribus. Extenſis autem finibus Tribûs Judæ Ephraïmum & Samariam uſque, quæ erant ſita ultra priſcas Benjaminis ſedes, neceſſe eſt Benjaminis fines aliovorſum porrigat, quod facit.

Galaad] Regionem ad Orientem trans Jordanem ſitam. Vid. Joſ. XII, 12. 1 Macchab. V, 17. Cæterùm & Septuaginta Intt. & Hieronymus paulò aliter Hebraïcorum vocabulorum conſtructionem extulerunt. Habent illi, ex Verſione Vet. Int. *Et poſſidebunt qui in Nageb montem Eſau, & qui in Sephela Alienigenas, & poſſidebunt montem Ephraïm & campum Samariæ, & Benjamin, & Galaad.* Similiter verba conſtruxit *Hieronymus*, niſi quòd meliùs poſtremas voces ita habet: *Benjamin poſſidebit Galaad.* Sanè verba Hebraïca hanc conſtructionem patiuntur, nam את hìc poteſt eſſe nota accuſativi, & vocabula quæ antecedunt in nominativo, quod adparet ex voce *Benjamin*, quæ eſt recti casûs. At quia Judæ Tribus ſic divideretur in duas partes *Nageb*, meridiem, & *Sephela*, occidentem, omiſsâ parte ſeptemtrionali, ut & orientali, quæ nonniſi durè omitterentur nominatis reliquis; prætulimus eam interpretandi rationem, quam ſecuti ſumus, quæ non minùs Grammaticæ conſentanea eſt. Præterea *Nageb*, verſu ſequenti, inter agros à Jeroſolimitanis poſſidendos numeratur.

20. *Captivitas*] Videtur deſignare pauculos illos, qui ex variis Tribubus cum Judæis in Palæſtinam è Babylonica ditione redierunt.

Harum copiarum] οἱ LXX. qui ſæpe videntur uſi Codice, non admodum diſtinctè deſcripto, ex ת ultima litera vocis שבות & ſequente החל aut החיל & prima litera voculæ החל videntur feciſſe תחילת *thehhillah*, quod *initium* ſignificat, unde verterunt μετοικεσίας ἡ ἀρχὴ *initium transmigrationis*,

Sarphath] Hoc eſt, Sareptam urbem Sidoniorum (1 Reg. XVII, 10. & Luc. IV, 26.) medio inter Tyrum & Sidonem intervallo ſitam. Rabbini hanc vocem invertunt & ex צרפת *tſarphath* faciunt פרצת *phartſath*, aut *phratſath*, quam interpretantur *Franciam*. Vid. *Kimchium* in h. l.

In finibus dominationis] Hebr. בספרד *biſpharad.* Græci omnes Intt. nomen proprium eſſe duxerunt. Hodierni τῶν LXX. Codd. habent Ἐφραθὰ, ſed videntur olim ſcripſiſſe Σεφραδὰ, quod mutatum poſtea fuit in nomen notius, ut rectè *Cappellus* & *Grotius* conjecere. *Hieronymus* audaciùs *Boſphoron* vertit, Judæi, à quo erat eruditus in Scripturis, ſententiam ſequutus. Nec tamen huic conjecturæ fidens addit, quia Prophetæ ſermonibus populorum,

contra

21. Et aſcendent ſervatores in montem Sionem, ad judicandum montem Eſavi, & erit Jehovæ regnum.

Arabiam versùs, porrecta eſt, cum omnibus meridionalibus urbibus, Jeroſolimitanis cedet. 21. Jeroſolimis collecti, qui è populo Iſraëlis evaſerint, imperabunt Idumæis, ac tandem, per populum ſuum, longè latéque Iſraelis Deus regnabit.

contra quos loquuntur, ſolent abuti & ſervare idiomata Provinciarum, ideò ſe arbitrari aliud. *Quia ergo Aſſyriorum linguâ terminus dicitur* Sapharad, *ſe hunc ſenſum eſſe conjicere:* Transmigratio Hieruſalem, quæ in cunctis terminis regionibúsque diviſa eſt, urbes Auſtri, hoc eſt, Tribus ſuæ recipiet. Hæc *Hieronymus*, qui, ut conſequentia loqueretur, debuit hæc intelligere de Judæis *in terminis Aſſyriæ ſparſis.* At verè ſignificationem vocis indicavit, nam & Hebraicè ספ-רד *ſaph-rad*, ſignificat *terminum ditionis*. componitur enim ex סף *limen*, *terminus*, & רדה rada, *dominatus eſt*. Hæc autem vox omnino videtur deſignare Arabiam, quæ fuit ad Meridiem. Ita Matth. XII, 42. Regina Sabææ cùm dicitur *βασίλισσα νότου*, *regina* Meridiei, tum *ἐκ περάτων τῆς γῆς*, *ex finibus terræ*, veniſſe, quod optimè cum hoc Abdiæ loco convenit. Dicuntur autem Arabes obtinere *fines ditionis*, quod extima ad Oceanum occuparent. Hinc *Horatio* Lib. I. Ep. VI. dicuntur extremi.

> —— *Quid cenſes munera terræ?*
> *Quid maris* extremos Arabas *ditantis & Indos?*

& Græcis & Latinis omnia παραθαλάσσια vocari *fines terræ*, facilè poſſet plurimis exemplis oſtendi. Non immorabor confutandis Rabbinis, qui putant Hiſpaniam ſignificari hac voce, quòd alludat ad *ἑσπερίδα*, quo nomine Hiſpania à Vett. Græcis dicta; ſed breviter monebo in Chaldæo Paraphraſte pro voce אספמא, quæ eſt nihili, legendum videri אספניא *ſpania*, h. e. Hiſpania.

21. *Servatores*] Hieronymus: *Pro eo quod nos interpretati ſumus*, aſcendent Salvatores, *ac* LXX. *tranſtulerunt ἀνασωζόμενοι*, id eſt, hi qui ſalvi fuerint, *in Hebr. ſcriptum eſt* מושיעים, *qui non, ut Aquila &* LXX. *& Theodotion paſſivè σεσωσμένοι, ſed juxta Symmachum σώζοντες, id eſt, activè* ſalvatores *intelligendi ſunt, ſiquidem σεσωσμένοι, id eſt*, ſalvati, פלטים *phaletim, Hebræo ſermone dicuntur.* Servatores, eodem Auctore, cui adſtipulatur *Grotius*, ſunt Macchabæi, de quorum in Idumæos geſtis conſulendus *Joſephus*. Qui verterunt *ſervati* legerunt נושעים *noſchehim*; atque ea lectio egregium etiam fundit ſenſum; eos, nempe, qui evaſerint ex Judæis Idumææ imperaturos.

Judicandum] Puniendum, aut regendum, utroque enim ſenſu vox paſſim in Vet. T. occurrit.

Erit Jehovæ regnum] Hoc eſt, Judæi, qui ſunt Jehovæ populus regnabunt, ejúſque cultum longè latéque propagabunt. Vid. Pſalm. XLVII. Qui de Θεοκρατίᾳ Dei, in populum Iſraëlis, hæc interpretantur ſubtiliores æquo eſſe videntur.

LIBRI ABDIÆ

FINIS.

LIBER

LIBER
JONÆ PROPHETÆ.

*Mittitur Jonas à Deo Niniven, ſed Tharſiſum fugere conatus, ortâ tem-
peſtate, in mare projicitur; cùm, jactis ſortibus, cauſam eum eſſe pro-
cellæ comperiſſent vectores.*

1. FACTA ſunt verba Jehovæ ad Jonam Amitthaïs filium, in hanc CAPUT
ſententiam: 2. Surge, iio in magnam illam urbem Niniven, ejus I.
enim incolarum nequitia in conſpectum meum adſcendit. 3. At ſur-
rexit Jonas, ut Tharſiſum, à conſpectu Jehovæ fugeret, deſcendít-
que Joppen, ubi invenit navem Tharſiſum mox profecturam, &
nauclero naulum numeravit, navímque conſcendit, ut iret Tharſiſum
cum vectoribus, procul à conſpectu Jehovæ.
4. Verùm Jehova ventum ingentem excitavit in mari, procelláque magna exorta
eſt, ita ut navis fermè fracta ſit. 5. Territi verò nautæ Deos ſuos quisque invocarunt,
jacturámque fecerunt vaſorum, quæ in navi erant, in mare, ut eam adleviarent, Jonas
interea deſcenderat in navis latera, eúmque cubuiſſet, gravi ſopore oppreſſus fuerat.
6. Acceſſit verò ad eum præfectus navis, eíque, quid tibi eſt, inquit, ut ſopitus ſis?
ſurge, invoca Deum tuum, ſi fortè placatum ſe nobis præbeat, nec pereamus.
7. Tum inter ſe, age, inquiunt, projiciamus ſortes, ſciamúsque cujus causâ malum
hoc nos *oppreſſerit*; ac jecerunt ſortes, & ſors quidem in Jonam cecidit. 8. Dein illi,
doce nos, inquiunt, cur hæc calamitas nobis *contigerit*; quodnam ſit tuum opificium,
unde venias, quænam tibi ſit *patria* terra, & quinam tuus populus. 9. Is verò illis;
Hebræus, inquit, ego ſum, timénsque Jehovæ, Dei cœli, qui fecit mare & terram.
10. At illi ſummo terrore correpti, ei, cur hoc feciſti, inquiunt? nam intellexerant vi-
ri, fugere eum è conſpectu Jehovæ, ſiquidem rem iis aperuerat. 11. Tum ei, quid
tibi, inquiunt faciemus, ut nobis ſileat mare? nam maris procella augebatur. 12. Ille
verò iis, me adripite, inquit, & dejicite in mare, *quo facto*, ſilens experiemini, novi
enim ego, propter me, procellam hanc magnam vobis objectam.
13. Remigarunt tamen viri, ut ad terram *navem* reducerent, ſed non potuerunt, quia
mare iis procelloſum eſſe pergebat. 14. Itaque invocato Jehovâ, ne pereamus, inquiunt,
te quæſumus, ô Jehova, hujus viri causâ; neque cædis innocentis nos reos agas; tu
enim Jehova es, qui quod volueris facis. 15. *Quibus dictis*, adreptum Jonam in mare
dejecerunt, *continuóque* mare ſævire deſiit. 16. At illi ſummopere Jehovam reveriti,
victimas ei, *cùm incolumes eò quò tendebant veniſſent* mactarunt, & *reditûs causâ* vota con-
ceperunt.

*Jonas abſorbetur à piſce, in cujus viſceribus per triduum cùm fuiſſet,
Deum orat, incolumitatéque ab eo impetratâ, in littus à piſce evomitur,
Deóque gratias agit.*

1. PARAVERAT interim Jehova ingentem piſcem, qui deglutiit Jonam, & in cu- CAPUT
jus viſceribus Jonas per tres dies, totidémque noctes fuit. 2. *Ibi verò* è viſceribus II.
piſcis ad Jehovam Deum ſuum, preces fudit; 3. dixitque *liberatus*: invocavi in anguſtia,
quæ mihi *contigerat*, Jehovam; isque me exaudiit; è ventre ſepulcri clamavi, túque au-
diſti vocem meam. 4. Dejeceras me in profundum, in cor marium, ut me liquor cir-
cumdaret omnésque undæ & fluctus tui ſupra me tranſirent. 5. Dixeram ego: expulſus
ſum è conſpectu tuo, ſed pergam adſpicere ſacrum tibi Templum. 6. Circumdederant
me aquæ, eò usque ut in vitæ periculum incidiſſem, abyſſus circumdederat me, atque
alga capiti meo adhæſerat. 7. Ad radices montium deſcenderam, terræ vectes mihi *re-
ditum* in perpetuum *interſepſerant*; verùm vitam meam è fovea eduxiſti, ô Jehova Deus
mi. 8. Cùm animi deliquium paterer, recordatus ſum Jehovæ, atque ad te ora-
tio mea, in Templum tibi ſacrum, pervenit. 9 Qui inanitatum fallacium memo-

res ſunt, eum qui ſui miſereatur deſerunt. 10. Ego verò, cum voce *te* celebrante, ſacra tibi faciam, quod vovi reddam; nam ſalus eſt Jehovæ.

11. Juſſu enim Jehovæ, piſcis evomuit Jonam in terram.

Deus iterum Jonam Niniven mittit, qui, pro mandatis acceptis, urbi perniciem poſt quadraginta dies, prædicit, quâ denunciatione ita cives moventur, ut pœnitentiam publicè agant, atque à Deo veniam impetrent.

CAPUT III. 1. ITERUM Jehova verba fecit ad Jonam, in hanc ſententiam; 2. Surge, ito in magnam illam urbem Niniven, eique pronuncia, clarâ voce, quod pronunciandum tibi indicabo. 3. Surrexit verò Jonas, abiitque Niniven, prout eum juſſerat Jehova. Ninive autem fuit urbs longè maxima, & quæ nonniſi triduo peragrari poterat.

4. Cœpit ergo Jonas ingredi in urbem, per unius diei iter, pronunciavítque hæc verba: elapſis quadraginta diebus, Ninive evertetur. 5. Crediderunt verò Ninivitæ Deo, & promulgato jejunio, à maximo ad minimum ſaccos induerunt; 6. résque ad Regem usque Ninives pervenit, qui è ſolio ſuo ſurrexit, mutavit ſplendidam ſuam veſtem, operuit ſe ſacco, atque in cineribus ſedit. 7. Deinde pronunciari juſſit, ex ſuo & procerum decreto, hæc verba: neque homo, neque brutum, non majus non minutum pecus, deguſtet quidquam, aut paſcatur, nec aquam bibat. 8. Homines & bruta tegantur ſaccis, & Deum enixè invocent, redeántque ſinguli à prava ſua via, atque ab injuria quam manibus ſuis perpetrant *ad ſaniorem mentem*. 9. Quia ſcit *annon* regredietur, pœnitentiáque ducetur Deus, & redibit *ad clementiam* à ſervore iræ ſuæ, neque nos peribimus? 10. Vidit verò Deus eorum facta, quia à prava ſua via *ad meliorem frugem* redierant; pœnituitque eum calamitatis, quâ eos adfecturum ſe dixerat, neque *rem* exſequutus eſt.

Jonas veniam à Deo Ninivitis conceſſam ægrè fert & queritur; quamobrem à Deo caſtigatur, & mirabili ratione excitato ricino eóque mox arefacto arguitur.

CAPUT IV. 1. DISPLICUIT *hoc* Jonæ, *quaſi* magnum malum; excanduitque 2. & preces ad Jehovam fudit, his verbis: obſecro, Jehova, nonne erat hoc quod dicebam, cùm etiam num in terra mea *patria* eſſem, & propter quod feſtinaveram Tharſiſum fugere; quia noram te eſſe Deum beneficum, miſericordem, tardum ad iram, magnæque bonitatis, & quem pœnitet calamitatis *prænunciatæ?* 3. Nunc verò, ô Jehova, eripe mihi vitam, potior enim eſt mihi mors, quàm vita. 4. Jehova verò illi, an rectè, inquit, iraſceris?

5. Exiverat autem Jonas urbe, conſederat ab oriente, & fecerat ſibi tugurium, ſub quo in umbra ſedebat, donec videret quid urbi futurum eſſet. 6. Interim paraverat Jehova Deus ricinum, qui crevit ita ut Jonâ altior eſſet, umbrámque capiti ejus faceret, quò eum *Deus* ab ægritudine liberaret; & propter quidem ricinum vehementer lætatus eſt Jonas. 7. Paravit verò Deus vermem, cùm poſtero die exoriretur aurora, & momordit ricinum, qui exaruit. 8. Cùm verò oriretur ſol, paraverat Deus Eurum arefacientem, ſólque ita percuſſit caput Jonæ, ut deliquium pateretur, utque mortem ſibi expeteret, & diceret: potior eſt mihi mors, quàm vita.

9. Deus verò Jonæ, an rectè iraſceris, inquit, propter ricinum? Rectè, ait ille, iraſcor, ut mori *malim*. 10. Repoſuit Jehova: tu parci cupiiſti ricino, cujus causâ nullum laborem impendiſti, qui ut creſceret operam non dediſti, quique unâ nocte natus eſt, atque unâ nocte interiit; 11. ego verò non parcerem Ninivæ, urbi tantæ, in qua ſunt duodecim myriades hominum, eóque plures, qui dextram à ſiniſtra ſecernere nequeunt & brutorum magna copia!

PROPHETIÆ JONÆ

FINIS.

LIBER

LIBER

MICHÆ PROPHETÆ.

Vaticinia in Samariam & in Jeroſolimam aliáſque urbes finitimas.

1. VERBA Jehovæ, quæ facta ſunt ad Micham Moraſthitam, temporibus CAPUT
Jothami, Aehazi, atque Ezekiæ, Regum Judæ, & quæ de Samaria & I.
Jeroſolima, in viſo *nocturno* accepit.
2. AUDITE populi, quotquot eſtis, adtende tu Terra & ea quibus
plena eſt; ſitque Dominus Jehova teſtis contra vos, Dominus, *inquam*,
è Templo ei ſacro. 3. En enim Jehova è loco ſuo egredietur, deſcendet atque excelſa
terræ calcabit. 4 Sub eo montes colliqueſcent, & valles ſe ſe aperient, inſtar ceræ an-
te ignem, & inſtar aquæ per declivitatem effuſæ. 5. Propter defectionem Jacobi hæc
omnia *fient*, & propter peccata domûs Iſraëlis. Quænam autem eſt defectio Jacobi?
annon Samaria? & quæ excelſa Judæ? annon Jeroſolima? 6. Redigam autem, *ait Deus*,
Samariam in tumulum agreſtem, in plantaria vineæ, dejiciam in vallem ejus lapides &
fundamenta retegam. 7. Omnia ejus ſculptilia contundentur, omnia munera ab ea ac-
cepta igne comburrentur, omnia ejus ſimulacra redigam in vaſtitatem; nam ex muneri-
bus meretriciis ea coacervavit, atque in munus meretricis redigentur. 8. Propterea plan-
gam, *ait Micha*, ejulabo, lacerus & nudus incedam, planctum edam inſtar draconum,
& luctum inſtar ſtruthionum; 9. nam plagæ ejus dolorem ei creant, cùm pervenerint ad
portam populi mei. Jeroſolimam usque.
10. Gathi *rem* ne nuncietis, ne fleatis, *nec* Beth-haphræ in pulvere vos volutetis.
11. Tranſi, ô habitatrix amœni *loci*, nudis pudendis; non exiit habitatrix Tſaananis,
planctus Beth-etſelis accipiet à vobis ſtationem ſuam. 12. Quin doluit, propter bonum,
habitatrix Marotharum, quia deſcendit malum ab Jehova, ad Jeroſolimæ portam.
13. Junge currum equo veloci, ò habitatrix Lachiſi (illa eſt quæ initium peccandi fecit
filiæ Sionis) ſiquidem in te deprehenſa ſunt delicta Iſraëlis. 14. Propterea dabis mu-
nera, propter Moreſetham Gatho, & domum Aehzibi, propter mendacium, Regibus
Iſraëlis. 15. *Verùm* adhuc poſſeſſorem adducam tibi, ô habitatrix Mareſæ, atque Ha-
dullamum usque veniet gloria Iſraëlis. 16. Comam depone, & tonde te, propter fi-
lios tuos qui tibi erant in deliciis, latam tibi tonſuram facito inſtar aquilæ, nam abs te
captivi abducti ſunt.

Caſtigantur alienorum invaſores, contemtoréſque Prophetarum & improbi homines, ac reductio Judæorum è captivitate prædicitur.

1. VÆ molientibus res iniquas & mala facinora in lectis ſuis perpetrantibus, *qua* ad- CAPUT
mittunt matutinâ luce, quia res eſt in eorum manu. 2. Concupierunt agros & II.
rapuerunt, domúſque quas abſtulerunt, oppreſſerunt virum & familiam ejus, ipſúm-
que & hereditatem. 3. Ideirco ſic dixit Jehova: jam cogito de calamitate, quam fami-
liæ ejusmodi immittam, neque ei colla veſtra ſubtrahetis, nec ſuperbè ambulabitis, id
enim tempus dirum erit. 4. Tempore illo, *erit qui* de verbis figuratam orationem pro-
ferat & magno luctu lamentetur, his verbis: devaſtationem paſſi ſumus, partem popu-
li mei tranſtulit *Deus*: quomodo agros noſtros mihi abſtulit, ita ut non reſtituerit *ſed
aliis* diviſerit? 5. Itaque non erit qui tibi jaciat ſortem, ut prædium *poſſideas* in cœtu
Jehovæ.
6 Ne ſtilletis, *inquiunt*, ſtillabunt *verò Propheta*, at illis non ſtillabunt, ne ſe igno-
miniæ comprehendant. 7. At quæ diceris Jacobi domus, an ſpiritus Jehovæ minùs po-
tens eſt? nonne ſunt ejus hæc facta? annon, *inquit*, verba mea benigna erunt, erga
eum, qui rectâ *viâ* incedit? 8. Nuper populus meus in inimicum inſurrexit, è regione
ſtantes veſtem & tunicam abſtuliſtis à prætereuntibus; oſſa eorum confregiſtis, & con-
fidenter rediiſtis, *quaſi è* prælio. 9. Uxores populi mei expuliſtis è domo, quâ delec-
tabantur, *atque* à parvulis liberis; ſuſtuliſtis decus meum in perpetuum. 10. Surgite
& abite, neque enim locus hîc eſt in quo quieſcatis; immunditiæ *veſtra* causâ, perdet

vos *Deus* & quidem exitio gravi. 11. Si *is eſſem* qui inania ſectetur, & mendacia proferat; vaticinarer vobis, ut vinum & ſiceram haberem. *Ejusmodi homo* eſſet vates *gratus* huic populo.

12. Te univerſum, ô Jacobe, colligam, congregabo reliquum Iſraëlem, ſimul eum cogam, ut minutum pecus Boſtrenſe, & tamquam gregem in ſeptum ſuum; tumultus erit, *apud eos*, præ hominum *multitudine*. 13. Adſcendet ante eos perruptor, perrumpent, tranſibunt portam, & per eam egredientur; Rex eorum ante eos & Jehova in prima acie erunt.

Arguuntur Principes Iſraëlis, pravorum judiciorum causâ; prophetæ fallaces, & quicumque Dei auxilio niti videbantur, cùm ſimulatores virtutis eſſent.

CAPUT III. 1. PRÆTEREA dixi: audite, quæſo, capita Jacobi, & proceres domûs Iſraëlis, annon veſtrum erat Jus noſſe? 2. Atqui odio habetis bonum & amatis malum, pellem *bonorum* detrahitis & carnem oſſibus *avellitis*. 3. *Vos ii eſtis* qui comederunt carnem populi mei, qui pelle eos nudarunt, oſſâque fregerunt, & conciderunt, veluti in olla & inſtar carnis in medio lebete. 4. *Cùm calamitas eos oppreſſerit*, tum clamoribus invocabunt Jehovam, nec eos exaudiet; abſcondet illis vultum ſuum, eo tempore, prout malè ſe geſſerint.

5. Sic dixit Jehova de Prophetis, qui populum meum fallunt, qui mordent dentibus ſuis, dum clamitant pacem; *iisque*, qui in os eorum nihil dant, bellum indicunt. 6. Propterea nox vobis erit ſine viſo, & tenebræ ſine divinatione; Prophetis ſol occidet, eisque dies ater erit. 7. Pudore adficientur Videntes, erubeſcent Divini & quotquot ſunt labium ſibi tegent, quia nullum erit reſponſum Dei. 8. Sed verò ego ſum, *ait Micha*, plenus fortitudine à ſpiritu Jehovæ, judicio & magnanimitate ad indicandam Jacobo defectionem ſuam, atque Iſraëli peccatum.

9. Audite, quæſo, hoc capita domûs Jacobi, & proceres domûs Iſraëlis, qui abhorretis à jure, & recta omnia torquetis. 10. Ædificatis Sionem per cædes & Jeroſolimam per iniquitatem. 11. Capita ejus, propter munera jus dicunt: Sacerdotes pretii causâ docent, & Prophetæ argento accepto divinant, *interim*que Jehovâ nituntur & dicunt: annon Jehova eſt apud nos? nulla nobis continget calamitas. 12. Ideò propter vos Sion, *inſtar* agri, arabitur, Jeroſolima *lapidum* acervus erit, & mons Ædis fiet collis ſilveſtris.

Prophetia de temporibus Meſſiæ, imagine reſtitutionis Judæorum adumbratis.

CAPUT IV. 1. POSTERIIS temporibus, mons Ædis Jehovæ ſitus erit in vertice montium, ſublimior erit collibus, atque ad eum confluent populi. 2. Ibunt *eò* gentes multæ & dicent: venite adſcendamus ad montem Jehovæ, ad Ædem Dei Jacobi, qui nos vias ſuas docebit, & ingrediemur ejus ſemitas; nam è Sione Lex egredietur, & Jeroſolimâ verbum Jehovæ. 3. Judicium feret inter populos multos, & validas gentes corripiet, ad longinquas usque oras; contundent gladios ſuos in ligones, atque haſtas ſuas in falces; nulla gens contra aliam gladium ſumet, nec rem militarem ampliùs diſcent. 4. Habitabit quisque ſub vite, & ſub ficu ſua, nec quisquam erit, qui *eos* terreat; os enim Jehovæ, Dei exercituum, loquutum eſt. 5. Nam *ut* omnes populi nomen Dei ſui quisque ſequuntur: ſic & nos nomen Jehovæ Dei noſtri, in perpetuum ſequemur.

6. Tempore illo, ait Jehova, *ovem* claudicantem colligam, atque expulſam cogam, & quam malo adfeci. 7. Faciam ut claudicans fiat reliquiæ, & expulſa fiat gens valida; regnabitque in eas Jehova, in monte Sione, ab hoc tempore in æternum. 8. Ad te verò, ô Turris Gregis, collis filiæ Sionis, ad te usque veniet, veniet, *inquam*, ad te ditio priſtina, regnum filiæ Jeroſolimæ. 9. Nunc verò quare *tantopere* vociferaris? nullùsne eſt Rex intra te? an periit conſiliarius tuus, cùm te dolor ut parientem fœminam invaſerit? 10. Dole & ingemiſce, filia Sionis, inſtar parturientis, quia mox egredieris ex urbe, ibisque Babilonem usque; at illinc liberaberis, & manui hoſtium tuorum te Jehova eripiet. 11. Nunc quidem contra te convenerunt gentes multæ, dicentes;

Digitized by Google

centes: polluetur Sion, *eúmque* oculus noſter videbit. 12. Noo norunt illæ quæ Jehova cogitet, nec ſciunt conſilium ejus; nam colliget eas ut manipulus in aream *colligitur*. 13. Surge verò ac tritura, ô filia Sionis, reddam enim corno tuum ferreum, & ungulas tuas æneas, ut conteras multos populos; devovi enim quæſtum eorum Jehovæ & opes totius terræ Domino. 14. Nunc copias contrahe, ô filia copiarum; obſidionem poſuit *hoſtis* contra nos, & virgâ maxillam judicum Iſraëlis percutiet.

Vaticinia de patria & regno Meſſiæ, tum de Gentium ad eum vocatione, atque emendatione.

1. TU verò Bethlechemom, an minus es quàm ut ſis in millibus Judæ? *Atqui* ex te mihi orietur, qui ſit dominator in Iſraële, & cujus ortus ſit antiquus, à temporibus priſcis. 2. Propterea dimittet eos ad tempus, quo puerpera pepererit, & reliquiæ fratrum ejus revertentur ad Iſraëlitas. 3. Stabit & paſcet *eos* potentiâ Jehovæ, ſublimitate nominis Jehovæ, & *terram* habitabunt, quia tunc ad fines uſque terræ creſcet. CAPUT V.

4. Hæc erit pax, Aſſyrius cùm venerit in terram noſtram, cúmque calcaverit altas ædes noſtras; ei imponemus ſeptem paſtores & octo principes plebis: 5. qui paſcent terram Aſſyriam gladio & terram Nimrodi in portis ejus, liberabitque *nos Deus* ab Aſſyrio, cùm venerit in terram noſtram & fines noſtros calcaverit. 6. Erunt aotem reliquiæ Jacobi inter multos populos, inſtar roris à Jehova *demiſſi*, inſtar minutarum pluviarum in herbam; quippe qui neminis illuſtrioris viri *auxilium* exſpectabit, neque à plebejis *quidquam* præſtolabitur. 7. Erunt reliquiæ Jacobi, apud Gentes, inter populos multos inſtar leonis ioter animalia ſilveſtria, ioſtar catuli leonis inter mioutos greges; qui ſi tranſierit, conculcaverit & rapuerit, nemo *pecudes* ab eo liberarit. 8. Adtolletur manus tua (*ô Iſraël*) ſupra hoſtes tuos, & omnes ioſenſi tibi concidentur.

9. Tempore illo, ait Jehova, exſcindam equos tuos, è medio tui, & perdam tuas quadrigas. 10. Exſcindam urbes terræ tuæ, & omnia loca tua munita diruam. 11. Delebo maleficia è manu tua, nec erunt tibi harioli. 12. Cædam ſculptilia tua & ſtatuas tuas, è medio tui, neque opus manoom tuarum ampliùs adorabis. 13. Evellam lucos tuos, è medio tui, & tuas urbes delebo. 14. In ira atque excandeſcentia mea, ultionem ſumam de gentibus, quæ *me* non audierint.

Lis Dei cum Iſraële, cui pœnitentia Deo placitura deſcribitur, peccatáque exprobrantur & intenduntur minæ.

1. AUDITE, quæſo, quid Jehova *mihi* dicat: ſurge, *inquit*, litiga cum montibus, atque audiant colles vocem tuam. 2. Audite *verò* Montes, *inquam*, & firma terræ fundamenta, cauſam Jehovæ; eſt enim Jehovæ lis cum populo ſuo, & cum Iſraële diſceptabit. 3. Popule mi, quid tibi feci, aut quanam re tibi moleſtus fui? reſponde mihi. 4. Nam eduxi te è terra Ægyptia, éque ergaſtulo liberavi te, & miſi, ante te, *duces* Moſem, Aharonem & Mariam. 5. Popule mi, memento, quæſo, quodnam conſilium iniverit Balacus Moabitarum Rex, & quidnam ei reſponderit Balahamus, Pehoris filius è Sittimis Guilgalem uſque, ut juſta facta Jehovæ intelligas. CAPUT VI.

6. Quanam re antevertam Jehovam? ao incurvus adorabo Deum excelſum? an eum antevertam holocauſtis & vitulis anniculis? 7. An Jehova chiliadibus arietum delectatur, aut myriadibus torrentium olei? Dabóne ei primogenitum meum, victimam pro delicto meo, aut fructum uteri mei, ut ſit victima pro peccato animæ meæ? 8. Verùm indicavit tibi, ô homo, quid booum ſit, quid Jehova exigat abs te, *aliud nihil*, niſi ut facias id quod jus poſtulat, ut ames benignitatem, útque humiliter coram Deo tuo incedas. 9. Vox Jehovæ ad urbem clamabit: (ſapientia *præditus* timebit, ô Deus, nomen tuom) audite virgam, & eum qui illam decernit. 10. Annon ſunt adhuc theſauri improbè parti, in ædibus viri improbi, & Epha æquo minor deteſtanda? 11. An mundus ero, cum ſtatera iniqua, & cum ſacculo in quo ſunt pondera doloſa? 12. Divites *urbis* repleti ſunt injuria, incolæ ejus loquuntur mendacium, atque in eorum ore eſt lingua fraudulenta.

13. Ego etiam, *ait Deus*, viciſſim *te* in morbos conjiciam, plagis & vaſtitatibus, propter tua peccata. 14. Comedes quidem, ſed non ad ſatietatem, depreſſio tua erit iotra te; adprehendes quidem *aliquid* ſed non eripies *hoſti*; aut *cùm* eripueris, id gladio objiciam.

jiciam. 15. Sementem facies, at non metes; calcabis oleum, ſed oleo non ungeris; &
muſtum, verùm vinum non bibes. 16. Obſervata ſunt *à vobis* inſtituta Homris, &
quidquid fecit domus Achabi; eorum conſilia eſtis ſequuti, ut te redigerem in vaſtita-
tem, utque incolæ *terræ* ſibilis exciperentur, opprobriumque populi mei ferretis.

Caſtigatio vitiorum Iſraëlitarum, minæ & melioris ſortis promiſſa, preces Prophetæ ad Deum, eam in rem, iteratæque promiſſiones.

CAPUT VII.

1. HEi mihi! qui ſum inſtar ſpicarum æſtate *poſt meſſem* lectarum, aut inſtar race-
mationum vindemiæ! Non eſt *mihi* botrus, quem comedam; *nec* præcocem
ficum adpeto. 2. Periit beneficus è terra, nec ullus eſt recti *exempli*, quotquot ſunt,
inſidiantur aliis, ut cædem admittant; fratrem ſuum venantur retibus. 3. Ambas ma-
nus *adhibent* malè faciendo, princeps ut benefaciat, petit *munus*, & judicat mercedis
causâ, proceres res pernicioſas ex animo loquuntur, eáſque complicant. 4. Optimus eo-
rum *eſt* inſtar ſpinæ, & rectiſſimus *deterior* dumo; *ideóque* dies ſpeculatorum tuorum,
ô Deus, atque ultio tua venit, & mox aderit eorum perplexitas. 5. Ne credatis ſoda-
li, ne fidatis duci, *tuque vir* ab *uxore* in ſinu tuo cubante, oſtia oris tui ſerva; 6. filius
enim vilem habet patrem, filia inſurgit contra matrem ſuam, nurus contra ſocrum, &
cujusque inimici ſunt domeſtici.
7. Ego verò Jehovam reſpicio, Dei ſalutis meæ *opem* exſpecto, audiet me Deus meus.
8. Ne læteris, *ô gens* mihi inimica, propter me, quod ceciderim, *etenim* ſurrexi; aut
quòd ſedi in tenebris, Jehova *enim* lux mihi fuit. 9. Iram Jehovæ feram, quia peccavi,
donec cauſam meam agat, & judicium ferat; *tum* educet me in lucem, *&* juſtum ejus
factum videbo. 10. Videbit inimica mea & operiet eam pudor, quæ dicit mihi: ubi
eſt Jehova Deus tuus? Conſpicient eam oculi mei, cùm mox erit conculcationi, tam-
quam lutum platearum. 11. Dies erit, quo inſtaurabuntur maceriæ tuæ, die illo re-
movebitur demenſum. 12. Die illo ad te usque venient ex Aſſyria, ex urbibus Ægy-
pti, ex Ægypto ad fluvium Euphratem, à mari usque ad mare, è monte usque ad mon-
tem. 13. Redigetur *tamen antea* terra in vaſtitatem, propter ejus incolas, & propter
fructum eorum quibus ſtuduerunt.
14. Paſce, *ô Deus*, populum tuum virga tuâ, pecus hereditatis tuæ habitans ſeor-
ſim, in media ſilva Charmeli, depaſcéntque Baſanitidem & Galahaditidem, ut tempo-
ribus antiquis; 15. utque tempore quo exiiſti ex Ægypto, oſtendam ei mirabilia.
16. Videbunt *rem* gentes, cáſque pudebit omnis ſuæ potentiæ; manum ori imponent &
aures earum obſurdeſcent. 17. Lambent pulverem, ſicut ſerpens, & inſtar reptilium
terræ è cavis ſuis prodibunt ad Jehovam Deum noſtrum, pavebúntque & ſibi metuent
à te, *ô Deus*. 18. Quisnam Deus eſt inſtar tui, qui ignoſcis iniquitati, & prætermittis
delictum reliquiarum hereditatis tuæ; neque retinens es iræ in perpetuum, quia delecta-
ris benignitate. 19. Iterum miſereberis noſtri, ſupprimes iniqua noſtra facta, projicies
in profunda maris omnia peccata noſtra. 20. Exhibebis fidem Jacobo, & beneficentiam
Abrahamo, de quibus juraſti eorum majoribus, à diebus antiquis.

PROPHETIÆ MICHÆ

FINIS.

Digitized by Google

LIBER
NAHUMI PROPHETÆ.

Deſcriptio Dei, minæ graves Ninivitis propoſitæ, & ſolatia Iſraëlitis exhibita.

1. ORATIO contra Niniven. Liber Viſi NAHUMI Elkoſæi. 2. Deus CAPUT I.
eſt zelotypus & ultor Jehova, ultor eſt Jehova & iratus, ultor eſt
inimicorum ſuorum & *pœnas* ſervat iis quibus eſt odio. 3. Jehova eſt
tardus ad iram, magnâ potentiâ, innoxium non habet *ſontem* Jehova;
per procellam & turbinem *quaſi* per viam *incedis*, & nubes ſunt pedum
ejus pulvis. 4. Increpat mare & areſacit, omnes fluvios exſiccat;
langueſcit Baſan & Charmelus, & Libani flos marceſcit. 5. Montes, propter eum,
tremunt & colles colliqueſcunt; exardeſcit terra propter ejus conſpectum, orbisque &
omnes ejus incolæ. 6. Coram ejus indignatione quis conſiſtet? in excandeſcentia ejus,
quis ſtabit? Ardor ejus iræ effunditur inſtar ignis, & rupes propterea confractæ ſunt.
7. Bonus eſt Jehova, ſitque locus munitus, die anguſtiæ, & novit eos, qui ad eum
perfugiunt. 8. Exundatione transeunte, prorſus delebit locum ejus *urbis*, & caligo
ejus inimicos perſequetur. 9. Quid molimini contra Jehovam? penitus abſumit, ne-
que bis oritur anguſtia. 10. Cùm enim ebrioſi, ut ſpinæ, *inter ſe*, impliciti, inebriati
fuerint, inſtar ſtipulæ aridæ prorſus abſumentur. 11. Ex te, *ô Ninive*, egreſſus eſt qui
prava in Jehovam moliebatur, & conſiliarius nullius pretii erat.
12. Sic dixit Jehova: ſi integri eritis, ſic & multi; & ſic adtondebuntur *mali*; tran-
ſibit *ira*. Adflixi te, neque ampliùs adfligam. 13. Tunc frangam ejus jugum, ne te
premat & vincula ejus *urbis* rumpam. 14. Mandatum de te dabit Jehova, nec po-
ſteritas de nomine tuo ampliùs erit; ex Æde Dei tui exſcindam ſculptile; & faciam ut
conflatile fiat tuum ſepulcrum, nam ſpretus eris.

Meliora tempora Propheta Judæis pollicetur & Ninivitis calamitates prædicit.

1. EN verò in montibus pedes fauſta adferentis & nunciantis pacem: celebra, *inquit*, CAPUT II.
Juda ſollemnia tua feſta, ſolve vota tua; neque enim per te ampliùs tranſibit ho-
mo nequam, *qui* prorſus deletus eſt. 2. Adſcendit diſſipator, *ô Ninive*, in conſpectu
tuo, cuſtodi munitionem, ſpeculare viam, confirma lumbos, vires ſummopere au-
ge. 3. Nam avertit Jehova ſuperbiam Jacobi, ſicut ſuperbiam Iſraëlis, nam prædones
eos ſpoliarunt, & propagines eorum corruperunt.
4. Clipeus fortium ejus virorum rubro colore infectus eſt, viri militares coccineâ ve-
ſte induti, currus eo die, quo parant ſe, lucent, inſtar ignis lampadum; abietes *iis
currentibus* tremunt. 5. In viis inſaniunt currus, collidunt ſe in viis, adſpectum præ-
bent lampadum, tamquam fulgura diſcurrunt. 6. Recordantur illuſtrium ſuorum *viro-
rum* impingunt in inceſſibus ſuis, feſtinant ad murum ejus urbis, paratus eſt qui eos
tegat. 7. Portæ fluminum ſunt apertæ, regia *igne* contabuit. 8 Regina captiva duci-
tur, juſſa eſt abire & ancillæ ejus eam deducentes, voce columbarum gemunt & pecto-
ra ſua pulſant. 9. Ninive, à tempore qui fuit, eſt inſtar piſcinæ aquæ. Fugiunt Ni-
nivitæ, conſiſtite, conſiſtite, *aiunt duces*, ſed nemo reſpicit. 10. Diripite, *hoſtes* argen-
tum, diripite aurum, nullus eſt finis ſupellectilis, divitiæ ſunt pretioſiores vaſe omni,
quod expeti queat. 11. Exhauſta eſt *urbs*, exinanita, & exſpoliata, corda collique-
ſcunt, genua colliduntur, debilitantur omnes renes, cunctorúmque veſtes nigrorem
contrahunt.
12. Ubi eſt luſtrum leonum, & paſcuum leunculorum, quò ibant leo & leæna, &
ubi erat catulus leonis, nec quisquam eos terrebat. 13. Leo rapiebat quod ſatis eſſet
catulis ſuis, leænis ſuis *pecudes* ſtrangulabat, implebat præda cava ſua, & luſtra ſua ra-
pto. 14. Jam verò tibi *dico*, ait Jehova *Deus* exercituum, accendam, *ita ut* in fumum

abeat

abeat, currum tuum *ô leæna*, leunculos tuos abſumet gladius, exſcindam è terra prædam tuam, nec audietur ampliùs vox legatorum tuorum.

Ninives ſcelera atque exſcidium pluribus deſcribuntur.

CAPUT III.

1. VÆ tibi, ô urbs ſanguinaria, quæ tota mendacio & rapina plena es, *& à
qua præda non recedit. 2. *Audiuntur* ſonitus flagelli, ſonitus equi ſubſultan-
tis, quadrigæ concuſſæ, equitis adſcendentis. 3. *Cernuntur* laminæ gladiorum & co-
ruſcantes cuſpides haſtarum, magna copia ſauciorum, vis ingens cadaverum, nec mo-
dus eſt eorum numero, impingunt *homines* in cadavera ſuorum. 4. *Hæc fient* propter
multitudinem ſcortationum formoſæ meretricis, veneficæ, vendentis gentes fornicatio-
nibus ſuis, & familias maleficiis.

5. En ego tibi *dico*, ait Jehova *Deus* exercituum, revolvam fimbrias tuas in vultum
tuum, & gentibus nuditatem tuam, regibúsque infamiam tuam conſpiciendam præbe-
bo. 6. Dabo operam ut conjiciantur in te ſordes, útque ſpernaris, & inſtar ſtercoris
te reddam. 7. Itaque quicumque te videbunt, à te aufugient & dicent: vaſtata eſt Ni-
nive, quis dolorem ſuum ei propterea ſignificabit? unde quæram tibi conſolatores?
8. An potior eras No-amone ſita inter fluenta, adeò ut aqua circa eam eſſet, cujus propu-
gnaculum mare, atque à mari erat murus? 9. Chuſitis robur ejus erat & tota Ægyptus,
Phutiique & Libyes, in ejus auxiliis. 10. Attamen etiam ipſa migravit, atque in cap-
tivitatem ivit. Infantes quoque ejus adliſi ſunt in capitibus omnium viarum, déque ho-
noratis ejus viris jactæ ſunt ſortes, & omnes ejus proceres compedibus vincti 11. Etiam
tu *fecundis* inebriata fueris, atque obſcura fies, quæres *tibi* locum munitum contra ho-
ſtem. 12. Omnia munimenta tua erunt *inſtar* ficuum, è quibus pendent præcoces fi-
cus, quæ ſi excutiantur, in os comedentis cadunt. 13. Populus tuus factus eſt intra
te, inſtar mulierum, tuis hoſtibus apertæ ſunt portæ terræ tuæ, ignis vectes ejus ab-
ſumſit. 14. Aquam obſidionis *causâ* tibi hauri, firmiora fac munimenta tua, ingredere
in argillam, calca lutum, inſtrue fornacem laterariam. 15. Illic ignis te abſumet,
gladius te exſcindet, devorabit te ut bruchus, quamvis te inſtar bruchi augeas, & des
operam ut creſcas locuſtæ inſtar. 16. Auxiſti mercatores tuos, ut plures ſint quàm
ſtellæ cœli; bruchus, ubi graſſatus eſt, avolat. 17. Sint principes tui ut locuſtæ, &
duces tui inſtar ingentis attelaborum copiæ, qui caſtrametantur in ſepibus, die frigoris,
ſed ſole orto fugiunt, nec notus eſt ampliùs locus, ubi fuerunt. 18. Dormitabunt pa-
ſtores tui, ô Rex Aſſyriorum, illuſtres tui viri erunt in tentoriis, ſpargetur populus
tuus per montes, nec quiſquam erit, qui eum recolligat. 19. Non curabitur tua fra-
ctio, malè habebit tua plaga. Omnes, qui famam tuam audiverint, complodent ma-
nus propter te; nam quem non pervaſit perpetua tua nequitia?

NAHUMI PROPHETIARUM

FINIS.

LIBER

LIBER

HABAKKUKI PROPHETÆ.

Oratio ad Deum, de miſerrimo Judææ ſtatu, quem orat Propheta, ut eam liberare velit.

1. ORATIO, quam in viſo accepit Habakkukus Propheta. 2. Quò CAPUT I.
usque, ô Jehova, clamabo, nec tamen exaudies, vociferabórque ob
injuriam *acceptam*, nec tamen *me* liberabis? 3. Quare faceres ut vi-
deam iniquitatem, & moleſtiam adſpiciam, & vaſtitatem & inju-
riam, quæ mihi infertur? *quare* intenta eſt mihi lis, & contentio
exorta eſt? 4. Propterea ceſſabit lex, nec judicium umquam pro-
dibit, quia improbus innocentem circumvenit; ideóque perverſum
judicium fertur.
5. Videte apud gentes & circumſpicite, *ait Jehova*, miramini & obſtupeſcite; opus
enim faciam diebus veſtris; quod cùm narrabitur, non credetis. 6. Brevi concitabo,
Chaldæos gentem acerbam & præcipitem, latè peragrantem terram ut poſſideat ſedes
non ſuas. 7. Horrenda eſt & formidanda, ſui juris & quæ elationem ſuam ſibi ipſa de-
debit. 8. Celeriores ſunt pardis ejus equi & avidiores lupis veſpertinis; equitéſque ejus
latè ſparguntur, è longinquo veniunt, atque aquilæ inſtar, ad prædam feſtinantis, ad-
volant. 9. Quotquot ſunt veniunt ad injuriam inferendam, converſus eſt eorum vul-
tus ad orientem, cogéntque captivos inſtar arenæ. 10. Ea *gens* Regibus illudit, con-
ſiliariíque ei ſunt irriſui, omnem urbem munitam ſpernit, congeſtóque pulvere capit.
11. Tandem mutato ſpiritu, præteribit, nam delinquet, *dum* eam ipſius potentiam Dei
ſui *eſſe dicet*.
12. Annon tu *es* ab initio, ô Jehova, Deus meus, ſanctus meus? Non moriemur;
ô Jehova, eam *gentem* ad judicium conſtituiſti, & quaſi rupem ſundaſti ad increpandum.
13. Mundior es oculis, quàm ut videas malum, nec moleſtiam conſpicere potes, cur
ergo reſpiceres perfidos, *&* taceres cum improbus innocentiorem ſe abſorbet? 14. Cur
hominem, inſtar piſcium maris, aut reptilium haberes, apud quæ nullus eſt qui impe-
ret. 15. Omnéſne *homines Chaldæus* homo traheret, atque in ſuam ſagenam colligeret,
inque rete ſuum converreret, & propterea lætaretur ac exſultaret? 16. Ideóne ſacra faceret
ſagenæ ſuæ & ſuffimentum offerret reti ſuo, quia per hæc pars ejus pinguis facta eſſet &
paſtus ejus ſaginatus? 17. An propterea evacuaret ſagenam ſuam, & ſemper occide-
ret gentes, neque *iis* parceret?

Exſpectat Propheta reſponſum à Deo, quod accipit, & quod jubetur ſcribere. In eo adhortatur ad fidem conſtantem Iſraëlitas, vaticinatúrque in eorum hoſtes, quorum vitia increpat.

1. IN præſidio meo conſiſtam, dabóque operam, ut ſtem in loco munito, & ſpecula- CAPUT II.
bor ut videam quid per me loquuturus ſit *Deus*, & quid reſponſurus ſim ad increpa-
tionem meam.
2. Reſpondit verò mihi Jehova, his verbis: ſcribe *hoc* viſum & perſpicuè exprime in
tabulis ut lector id expeditè legat; 3. viſum enim adhuc in ſtatum tempus *differetur*, &
tandem res erumpet, nec mentietur; ſi moram fecerit id exſpecta quia continget, neque
tardiùs æquo morabitur. 4. Is cujus mens negligens eſt, nec recta, *peribit*, at juſtus ſuâ
fide vivet.
5. Vinum eſt efferveſcens vir ſuperbus, nec habitabit *eodem loco* qui adpetentiam ſuam,
ſepulcri inſtar, dilatabit, nec ſatiabitur, quamvis ad ſe omnes gentes collegerit & popu-
los omnes coëgerit. 6. Annon omnes illi populi, quotquot ſunt, figuratam *hanc* ora-
tionem de eo proferent, dicteriáque *&* ænigmata, his verbis: væ ei, qui adauget non
ſua; quouſque ſe denſo luto onerat! 7. Annon repente conſurgent *populi*, qui te mor-
debunt, atque expergiſcentur qui te exagitabunt, cedéſque iis in prædam? 8. Quia tu

gentes multas expilaſti, ſpoliabunt te reliquiæ omnes populorum *divitiis partis* cædibus hominum, atque injuriâ terræ urbibus, omnibúſque earum incolis illatâ. 9. Væ pravâ cupiditate ardenti propter domum ſuam, ut in edito loco nidum ſuum collocaret, ut eriperetur manui malæ? 10. Conſilium cepiſti *quod* pudori *erit* domui tuæ, concidendi populos multos & in te ipſum peccandi. 11. Nam lapis è muro clamabit, & trabs è ligno loquetur. 12. Væ ædificanti urbem cædibus & ſtabilienti oppidum iniquitate! 13. Nonne hoc eſt à Jehova *Deo* exercituum? at laborant populi igne & gentes vanitate fatigantur. 14. Nam replebitur terra cognitione gloriæ Jehovæ, quaſi aquâ quæ mare tegit. 15. Væ ei qui potum præbet ſodali ſuo, ingerenti utrem ſuum atque etiam inebrianti, ut nuditatem ejus adſpiciat! 16. Satiaberis & tu ignominia, potiùs quàm gloria; bibe etiam tu & denuda præputium tuum, convertetur ad te calix dextræ Jehovæ & vomitus ignominioſus gloriæ tuæ. 17. Nam injuria Labani operiet te, & deprædatio pecudum eas terrebit, propter cædes humanas & injuriam terræ, urbis atque omnium eam habitantium. 18. Quid proderit ſculptile, ut id artifex ſculperet, & conflatile docens mendacium, ut fictor fiduciam collocaret in ſuo figmento, faceretque Deos nihili *&* mutos? 19. Væ ei, qui dicit ligno, expergiſcere; excitare, lapidi tacenti! An ille doceret? en obductum eſt *ſimulacrum* auro & argento, nec ullus eſt intra eum ſpiritus. 20. At Jehova eſt in Templo ei conſecrato, ſile in ejus conſpectu, tota Terra.

Preces Habakkuki Prophetæ, quibus orat Deum, ut ſuum opus perficiat, quod pluribus deſcribit, exſpectaturúmque profitetur.

CAPUT III.

1. ORATIO Habakkuki Prophetæ, ad Sigjonoth. 2. Jehova, famam tuam audivi & timui; Jehova, opus tuum intra annos *noſtros* inſtaura, intra annos noſtros oſtende in ira miſericordiæ memorem te eſſe. 3. Deus è Themane venit & ſanctus è monte Pharane. Selah. Texit cœlos gloria ejus, laudíſque ejus plena eſt terra. 4. Splendor ejus erat lucis inſtar, radii ad ejus latera erant, ibique ejus potentia latebat. 5. Coram eo ibat peſtis, atque è pedibus ejus prunæ egrediebantur. 6. Stetit & menſus eſt terram. Vidit gentes, fecítque ut exſilirent, disjecerunt ſe montes antiqui, adorarúntque colles perpetui, inceſſus mundi ejus ſunt 7. Sub Aveno vidi tentoria Chuſanis; commotæ ſunt cortinæ terræ Madianis. 8. Numquid fluminibus indignatur Jehova? an in flumina *accenſa eſt* ira tua? an in mare excandeſcentia tua? Vehebaris equis tuis & quadrigis ſalutaribus. 9. Retectus fuerat arcus tuus, hebdomades verbum *tuum* admovebant. Selah. Fluviis terram ſcindebas. 10. Viderunt te montes & commoti ſunt, exundatio aquarum tranſiit, abyſſus ſonitum ſuum edidit, altiores *terræ partes* manus ſuſtulerunt. 11. Sol & Luna ſteterunt in domicilio ſuo, ad lumen ſagittarum tuarum iverunt, atque ad ſplendorem fulgurantis cuſpidis haſtæ tuæ. 12. In ira incedebas per terram, in indignatione triturabas gentes. 13. Egrediebaris ad ſalutem populi tui, ad ſalutem unâ cum Uncto tuo; transfodiebas caput è domo improbi, dum denudares fundamentum uſque ad collum. Selah. 14. Perforabat baculis ejus caput paganorum ejus; in modum procellæ irruebant, ut me disjicerent, exultatióque eorum erat, quaſi ad hominem adflictum clam devorandum. 15. Calcabas mare equis tuis vectus, & acervum aquarum multarum. 16. Audivi atque expavit venter meus, ad ſonitum tremuerunt labia mea, ſubiit caries oſſa mea, intra me commotus ſum; quì quieſcerem die anguſtiæ, cùm adſcendiſſet *hoſtis* in populum meum, ut eum ſpoliaret? 17. Ficus enim non florebat, nec proventus erat in vitibus, mentiebatur opus oleæ, nec agri victum proferebant, è caula exciderat minutum pecus, nec ullus bos erat in ſtabulis.

18. Ego verò in Jehova exſultabo, *&* lætabor in Deo ſalutis meæ. 19. Jehova Dominus robur meum eſt, faciétque ut pedes mei ſint inſtar pedum cervarum, útque edita loca calcem. Præfecto in pulſatilibus meis.

HABAKKUKI PROPHETIÆ

FINIS.

LIBER
SOPHONIÆ PROPHETÆ.

Vaticinium in Judam & Jeroſolimam.

1. VERBA Jehovæ, quæ facta ſunt ad SOPHONIAM Chuſis fi- CAPUT I.
lium, qui fuit filius Gedaljæ, qui fuit filius Amarjæ, qui fuit fi-
lius Chizkijæ, temporibus Joſiæ, Amonis filii, Regis Judæ.
2. Faciam ut deſinant eſſe omnia *animalia*, quæ ſunt in terræ ſu-
perficie, ait Jehova. 3. Faciam ut deſinant eſſe homines & pecu-
des, faciam ut deſinant eſſe aves cœli & piſces maris; offendiculá-
que unà cum improbis, & exſcindam hominem è terræ ſuperficie,
ait Jehova. 4. Extendam manum in Judam atque in omnes incolas Jeroſolimæ, & ex-
ſcindam ex hoc loco reliquias Bahalis & nomen Chemarorum cum Sacerdotibus; 5. eos
qui adorant in tectis exercitum cœli, atque eos qui adorant Jehovam, & per eum jurant;
tum etiam eos qui jurant per Regem ſuum, 6. & qui retroceſſerunt à Jehova, qui nec
quæſiverunt eum, nec diligentiùs inveſtigarunt.
7. Obmuteſce coram Domino Jehova, quia proximus eſt dies Jehovæ, paravit enim
Jehova ſacrificium, & convivas luſtrari juſſit. 8. Die ſacrificii Jehovæ, pœnas ſumam,
ait Jehova, de principibus, de filiis Regis, deque qui peregrinâ veſte induti ſunt. 9. Sup-
plicium exigam, die illo, de omnibus qui tranſiliunt limen, & qui implent domum do-
mini ſui injuria & dolo. 10. Die illo, ait Jehova, clamor audietur à porta Piſcium,
ejulatus à parte ſecunda *urbis*, & *ſonitus* magnæ calamitatis à collibus. 11. Ejulate in-
colæ Machtheſi, quia ſublatus eſt omnis populus mercatorum, ſublati ſunt omnes qui
argentum adferebant. 12. Illo die adhibitis lucernis, ſcrutabor Jeroſolimam & viſitabo
viros, qui fecibus ſuis hærent, & apud animum ſuum negant à Jehova boni quidquam
aut mali fieri. 13. Eorum opes erunt direptioni & domus vaſtabuntur. Ædificabunt
domos, nec habitabunt; vineas plantabunt, nec earum vinum bibent. 14. Propin-
quus eſt magnus dies Jehovæ, propinquus, inquam, eſt & valdè feſtinat; vox diei
Jehovæ acerba eſt, & vehementer ibi reſonat. 15. Dies iræ dies ille eſt, dies anguſtiæ
& rerum arctarum, dies vaſtitatis & deſolationis, dies caliginis & tenebrarum, dies nu-
bilus & obſcurus, dies tubæ & clangoris contra urbes munitas & ſpeculas excelſas.
16. Anguſtiis homines premam, ambulabunt *palpantes* inſtar cœcorum, quia in Jeho-
vam peccarunt. 17. Effundetur ſanguis eorum ſicut pulvis, panisque erit inſtar ſter-
corum. 18. Ne argentum quidem & aurum eorum poterunt eos liberare, die iræ Je-
hovæ, igne zelotypiæ ejus abſumetur tota terra, quia extremo exitio, & quidem feſti-
nato, omnes incolas terræ tollet.

Hortatur Propheta Judæos ad reſipiſcentiam, graviáque mala minatur Philiſtæis, Moabitis, Hammonitis. Chuſæis & Aſſyriis.

1. EXPENDITE vos atque expendamini, gens nequaquam amabilis. 2. Antequàm CAPUT
pariat decretum, diésque tranſeat inſtar glumæ; antequàm dies fervoris iræ Je- II.
hovæ vobis incumbat; 3. quærite Jehovam omnes manſueti terræ, qui jus ejus exſe-
quuti eſtis, quærite juſtitiam, quærite humilitatem, ſi fortè latere poſſitis, die iræ
Jehovæ.
4. Nam Gaza deſerta erit, Aſcalon in deſolationem *redigetur*, Aſdodum in meridie
expellent, atque Hekron eradicabitur. 5. Væ vobis, qui maritimum tractum incoli-
tis, ô gens Cherethæorum! verbum Jehovæ eſt contra vos, Chananæi, qui eſtis in
terra Philiſthæorum; te, *ô terra*, *ita* perdet, ut nullus *tibi ſit* incola. 6. Erit tractus
maritimus *refertus* habitationibus paſtorum in cavernis, & minuti pecoris ſeptis. 7. Erit
tractus reliquiarum domûs Judæ, qui in iis *locis* paſcent, in ædibus Aſcalonis veſperi
pecudes recumbent: cùm Jehova Judæorum Deus eos inviſerit, eorúmque captivi re-
dierint.

8. Au-

8. Audivi, *inquit*, probra Moabi, & convicia Hammonitarum, quibus lacerarunt
populum meum, cùm magnificè in eorum finibus loquerentur. 9. Propterea, *ut* vivo
ego, ait Jehova *Deus* exercituum, Deus Iſraëlis, *ſic* Moabus erit inſtar Sodomæ, at-
que Hammonitæ inſtar Gomorræ, locus relictus urticæ, ſodina ſalis & perpetua vaſti-
tas. Reliquias populi mei expilarunt, & reliquiæ gentis meæ eos *viciſſim* poſſidebunt.
10. Hoc illis *continget*, propter eorum ſuperbiam, quia probris adſecerunt populum
Jehovæ *Dei* exercituum, & magnificè contra eum ſunt loquuti. 11. Formidandus e-
rit iis Jehova, quia terræ Deos omnes emaciarit, & omnes inſulæ gentium eum, è ſuo
quæque loco, adorabunt.
12. Etiam vos Chuſæi gladio meo confodiemini.
13. Extendet *Jehova* manum ſuam Aquilonem versùs, perdétque Aſſyrios, Nini-
venque rediget in ſolitudinem, & ſiticuloſum locum deſerti inſtar. 14. Recubabunt
in ea greges *&* quævis fera gentis, etiam Pelecanus, etiam Hericius in ejus malis puni-
cis commorabuntur, vox cantantis in ſeneſtra *audietur*, atque in limine ſolitudo *erit*, eo
quod cedrinas ejus *ædes incolis* nudarit *Deus*. 15. Ea erat urbs quæ exſultabat, quæ ſe-
curè degebat, quæ apud animum ſuum dicebat: ego ſum *ejusmodi urbs*, ut præter me
non ſit *alia* ampliùs. Quomodo converſa eſt in vaſtitatem, & cubile ſerarum! Quisquis
ſuper eam tranſibit ſibilabit & manum ſuam commovebit.

Vaticinium in Jeroſolimam & ejus incolas, quibus tamen, ſi reſipuerint,
reditus in priſcas ſedes, résque florentes promittuntur.

CAPUT III.

1. VÆ tibi, ô polluta & inquinata, urbs quæ *tenues* opprimis? 2. Non audivit vo-
cem *Prophetarum*, diſciplinam non admiſit, Jehovæ non fidit, nec ad Deum
ſuum acceſſit. 3. Principes ejus ſunt in ea rugientes leones, judices ejus ſunt lupi veſ-
pertini, qui non diſtulerunt exoſſare ad matutinum tempus. 4. Prophetæ ejus ſunt le-
ves perfidique homines, ſacerdotes ejus polluerunt res ſacras, & vim legi intulerunt.
5. Jehova juſtus in ea eſt, nec admittit iniquitatem; uno quoque mane judicium ſuum
in lucem edit, nec umquam deficit, ſed homo iniquus pudorem ignorat. 6. Excidi gen-
tes, vaſtatæ ſunt earum ſpeculæ, ad ſolitudinem redegi earum vias, ita ut nemo per eas
tranſeat, *ſic* deſolatæ ſunt earum urbes *ut in iis* nec vir ſit, nec incola. 7. *Tibi* dicebam:
timebis me, admittes diſciplinam, nec delebitur ſedes tua, *nec* quidquam eorum, qui-
bus pœnas de te ſumſi, tibi incumbet; ſed mane ſurrexiſti atque omnia ſtudia tua cor-
rupiſti. 8. Quapropter me exſpectate, ait Jehova, ad diem, quo ſurgam ad prædam;
nam moris mei eſt ut congregem gentes atque in unum cogam regna, ut in ea effun-
dam iram meam, & omnem indignationis meæ fervorem; igne enim zelotypiæ meæ
abſumetur tota terra.
9. Poſtea convertam me ad populos, *concedámque iis* labia munda, ita ut omnes no-
men Jehovæ invocent, atque uno humero ei ſerviant. 10. *E locis* quæ ſunt trans flu-
mina Chuſitidis, ſupplices mei & filiæ diſperſorum meorum, adferent ad me munus. 11.
Eo die, pudore non adficieris *ô filia Sionis*, propter omnia illa facta, quibus in me de-
liquiſti, nam amovebo à te exſultantes ob ſuperbiam ſuam, nec ampliùs extolli per-
ges in monte mihi ſacro. 12. Faciam ut apud te ſuperſit populus humilis & tenuis, qui
ſperet in nomine Jehovæ. 13. Reliquiæ Iſraëlis iniquitatem non admittent, nec men-
dacium proferent, nec invenietur in eorum ore lingua doloſa; paſcentur enim & recu-
babunt, nec quisquam eos terrebit. 14. Lætas voces mitte, filia Sionis, clamate Iſraë-
litæ, gaude atque exſulta toto corde, filia Jeroſolimæ. 15. Amovebit Jehova pœnas
tuas, exinanibit hoſtem tuum, Rex Iſraëlis Jehova erit apud te, non ampliùs malum
videbis. 16. Eo die dicent Jeroſolimæ ne timeas, ô Sion, ne debilitentur manus tuæ.
17. Jehova Deus tuus eſt apud te, *qui* potens cùm ſit, *te* ſervabit, propter te lætitiâ
adficietur, ſilebit amoris tui cauſa, facietque ut exſultes cum lætis clamoribus. 18. Mœ-
ſtos à tempore ſtatuto collegi, erunt procul à te onus tibi impoſitum *&* opprobrium 19.
En ego abſumam omnes qui te tempore illo adfligent, ſervabo claudicantem ovem, atque
expulſam *ad gregem* cogam. Faciam ut *Iſraëlitæ* laudem & famam conſequantur, in omni
terra in qua pudore ſuffuſi fuerant. 20. Tempore illo vos reducam, *eo* tempore quo vos
congregabo, famam enim & laudem, apud omnes populos terræ, vobis pariam, cùm
vobis ſpectantibus unà cùm captivis veſtris redibo, ait Jehova.

SOPHONIÆ PROPHETIÆ FINIS.

LIBER

LIBER HAGGÆI PROPHETÆ.

Haggæus caſtigat Judæos, hortatúrque ad condendum Templum, quod exſequuntur.

1. ANNI ſecundi Darii Regis, menſe ſexto & primo quidem die menſis, CAPUT
verba Jehovæ facta ſunt, per Haggæum Prophetam ad Zorobabelem, I.
Sealthielis filium Judæ præfectum, atque ad Jehoſuam Jehotſadaki filium,
Pontificem Maximum, his verbis: 2. ſic dixit Jehova, *Deus* exerci-
tuum; populus hic dixit: nondum ædificandæ Ædis Jehovæ tempus
opportunum venit. 3. Fuit verò verbum Jehovæ, per Haggæum
Prophetam, in hanc ſententiam. 4. An eſt tempus vobis habitandi domos veſtras la-
queatas, dum Ædes hæc diruta eſt? 5. Nunc verò ſic Jehova *Deus* exercituum, adten-
tendite animum, inquit, ad vias veſtras. 6. Multam ſementem feciſtis, & paucas *fru-
ges in borrea* intuliſtis; comediſtis, ſed non ad ſatietatem; bibiſtis, ſed non ad ebrieta-
tem; induiſtis *veſtes*, ſed non ut calefieretis; qui operam ſuam mercede locat, merce-
dem refert in loculum pertuſum.
7. Sic verò Jehova *Deus* exercituum, adtendite animum ad vias veſtras; 8. & adſcendite
in montes, advehite ligna, atque Ædem hanc inſtaurate, eáque delectabor & gloriam
conſequar ait Jehova. 9. Speraſtis multùm, en verò *rem* ad parum *redactam* retuliſtis do-
mum; ego verò eam difflavi; cur verò? ait Jehova *Deus* exercituum. Propter Ædem
meam, quæ diruta eſt, dum quiſque domum ſuam currit.
10. Propterea rorem à vobis cohibuerunt cœli, & terra proventum ſuum retinuit.
11. Vocavi ſiccitatem, in campos atque in montes; in triticum, in muſtum, in oleum, &
in quæcumque terra profert, tum etiam in homines & pecudes, omnémque manuum
laborem.
12. Audierunt verò Zorobabel Sealthielis filius, Jehoſua Jehotſadaki filius, & reli-
quus omnis populus vocem Jehovæ Dei ſui, & verba Haggæi Prophetæ, quemadmo-
dum miſerat eum Jehova eorum Deus, timuitque populus Jehovæ cauſâ. 13. Dixit
præterea Haggæus legatus Jehovæ, in legatione Jehovæ ad populum: ego vobiſcum ſum
ait Jehova. 14. Excitavit autem Jehova animum Zorobabelis, Sealthielis filii, animúm-
que Jehoſuæ, Jehotſadaki filii, & animum totius reliqui populi; venerúntque & fecerunt
opus in Æde Jehovæ, *Dei* exercituum, *ejusdémque* Dei ſui. 15. Die vigeſimo quarto
menſis ſexti, anno ſecundo Darii Regis.

Vaticinium Haggæi de præſtantia Templi ſecundi, quâ prius ſuperaturum erat: promiſſiones fertilitatis toti populo, & ſingularis protectionis divinæ Zorobabeli.

1. SEPTIMO verò menſe, & quidem vigeſimo primo die menſis, prolata ſunt verba CAPUT
Jehovæ, per Haggæum Prophetam, in hanc ſententiam. 2. Dic nunc Zoroba- II.
beli, Sealthielis filio, Judæ præfecto, & Jehoſuæ, Jehotſadaki filio, Pontifici Maxi-
mo & reliquo populo. 3. Quis veſtrûm ſupereſt, qui viderit hanc Ædem, in priſtino
ſuo ſplendore? Quid verò *dicitis*, cùm hanc nunc videtis? Annon illi collata, eſt inſtar
nihili oculis veſtris? 4. Attamen conſtanti eſto animo, Zorobabel, ait Jehova; con-
ſtanti eſto animo Jehoſua, Jehotſadaki fili, Pontifex Maxime, & conſtante *etiam* ani-
mo eſto, tu omnis terræ popule, ait Jehova, *rémque hanc* agite; nam ero ego vobiſcum,
ait Jehova Deus exercituum. 5. Cùm fœdere, quod pepigi vobiſcum cum Ægypto
egreſſi eſſetis, ſpiritus etiam meus inter vos perſtat, nihil timeatis. 6. Sic enim dixit
Jehova *Deus* exercituum; adhuc ſemel, idque brevi, ego cœlos & terram, mare &
aridam *humum* tremefaciam. 7. Tremefaciam etiam omnes gentes & venient *qui erunt*
deſiderium omnium gentium, & hanc domum gloria implebo, ait Jehova *Deus* exerci-
tuum. 8. Mihi eſt argentum & mihi eſt aurum, ait Jehova *Deus* exercituum. 9. Major
hujus poſterioris Ædis erit gloria, quàm prioris, dicit Jehova *Deus* exercituum, &
loco huic pacem præſtabo, ait Jehova *Deus* exercituum.

10. Vigeſimo quarto die noni menſis; anno ſecundo Darii, *prolatum* eſt verbum Je-
hovæ, per Haggæum Prophetam, in hanc ſententiam: 11. Sic dixit Jehova *Deus* exer-
cituum, interroga, quæſo, de Lege Sacerdotes, & dicito: 12. Si quis ferat carnem ſa-
cram, in ora veſtimenti ſui, tangátque orâ ſuâ panem, pulmentum, vinum, oleum,
aut quemvis *alium* cibum, an hæc fient ſacra? repoſuerunt verò Sacerdotes & negarunt.
13. Si verò, inquit, Haggæus, cadaveris causâ pollutus tetigerit hæc omnia, nonne
unumquodque immundum erit? Reſponderunt Sacerdotes & immundum pronunciarunt.
14. Subjecit verò Haggæus, & talis, inquit, populus hic, talis hæc gens, in conſpe-
ctu meo, ait Jehova. Sic eſt omne opus manuum eorum, & quidquid offerunt illic im-
mundum eſt.

15. Nunc verò adtendite, quæſo, animum *ad ea quæ contigerunt* ab hodierno die ad
ſuperiores, antequàm ad condendum Templum Jehovæ lapis lapidi imponeretur, 16. an-
tequàm eſſent *lapides*, *ſi quis* veniebat ad acervum *quem oportuit eſſe* viginti *menſurarum*, erat
tantùm decem, & ſi quis veniebat ad cupam ad hauriendas quinquaginta è torculari, erat
tantùm decem. 17. Percuſſi vos uredine, rubigine & grandine omne opus manuum
veſtrarum, nec tamen vos ad me *reduxi*, ait Jehova.

18. Adtendite, quæſo, animum *ad ea quæ contigerunt* ab hoc die ad ſuperiores, à die
vigeſimo quarto menſis noni; atque à die quo fundamenta Ædis Jehovæ jacta, animum
etiam adtendite. 19. Annon ſementis adhuc in horreo? Ad vitem, malum punicam
& oleam non protulit *ulla arbor* fructum; ſed ab hoc die vobis benedicam.

20. Facta ſunt etiam Jehovæ verba iterum ad Haggæum, vigeſimo quarto die men-
ſis, in hanc ſententiam: 21. dic Zorobabeli, Judæ duci: ego tremefaciam cœlum &
terram, 22. ſubvertam ſolia imperiorum & perdam robur regnorum gentium, evertam
quadrigam & qui eâ vehuntur, deſcendent equi & ſeſſores eorum *in pulverem*, quique gla-
dio fratrum ſuorum. 23. Die illo, ait Jehova *Deus* exercituum, adſumam te, ô Zo-
robabel Sealthielis fili, ſerve mi, & te ponam quaſi *annulum* quo obſignantur *littera*,
quia te elegi, ait Jehova *Deus* exercituum.

HAGGÆI PROPHETIÆ FINIS.

LIBER
ZACHARIÆ PROPHETÆ.

*Propheta adhortatur Judæos ad pœnitentiam, iisque inſtaurationem ur-
bium Judææ, variis viſis ſibi oſtenſam, pollicetur.*

CAPUT I.

1. MENSE octavo anni ſecundi Darii, verba Jehovæ facta ſunt ad Zacha-
riam, Berechiæ filium, Hiddonis nepotem, Prophetam in hanc ſen-
tentiam: 2. Iratus eſt Jehova majoribus veſtris. 3. Dic verò hiſce:
ſic dixit Jehova *Deus* exercituum: redite ad me, ait Jehova *Deus* exer-
cituum, atque ad vos redibo, ait Jehova *Deus* exercituum. 4. Ne ſi-
tis inſtar majorum veſtrorum, ad quos vociferati ſunt priores Prophe-
tæ, dicentes: ſic dixit Jehova *Deus* exercituum: redite, quæſo, à viis veſtris pravis &
ſtudiis malis, nec *tamen* audiverunt, neque adtenderunt mihi, ait Jehova. 5. Majores
verò veſtri ubi ſunt? Prophetæ etiam num in æternum vivunt? 6. Attamen verba &
inſtituta mea, quæ in mandatis dederam ſervis meis Prophetis, nonne pervenerant ad
majores veſtros? Redierunt *ad ſaniorem mentem* & dixerunt: quemadmodum cogitaverat
Jehova *Deus* exercituum facere nobis pro viis & ſtudiis noſtris, ſic ſe geſſit erga nos.

7. Die vigeſimo quarto undecimi menſis (is eſt menſis Sebat) anno ſecundo Darii,
facta ſunt verba Jehovæ ad Zachariam, Berechiæ filium, Hiddonis nepotem, Prophe-
tam, in hanc ſententiam: 8. Cùm vidiſſem noctu virum inſidentem equo ruſo, eum-
que inter myrtos, quæ erant in profunda valle, conſiſtentem, ſequerentúrque eum equi
ruſi, gilvi & albi, 9. dixi: quinam ſunt illi, Domine? Angelus vero qui me adloque-
batur,

batur, mihi, oſtendam tibi, inquit, quinam ſint iſti. 10. Dixit qui conſtiterat inter myrtos: hi ſunt, quos miſit Jehova ad peragrandam terram. 11. Reſponderunt vero illi Angelo Jehovæ, qui conſtiterat inter myrtos & dixerunt: peragravimus terram, en verò tota terra ſedet & quieſcit. 12. Dixit verò Angelus Jehovæ: ô Jehova, *Deus* exercituum, quò usque non miſereberis Jeroſolimæ atque urbium ceterarum Judæ, quibus ſuccenſes jam ab hiſce ſeptuaginta annis? 13. Reſpondit autem Jehova Angelo, qui mecum loquebatur, bona verba, & conſolatoria.

14. Dixit præterea mihi Angelus qui mecum colloquebatur; clama in hanc ſententiam: ſic dixit Jehova Deus exercituum: Jeroſolimæ & Sionis causâ magnâ zelotypia adfectus fui. 15. Magnâ commotus ſum ira in gentes ſecuras, quæ cùm ego parum ei iraſcerer, in deteriorem partem ſunt auxiliatæ. 16. Propterea ſic dixit Jehova: reverſus ſum Jeroſolimam miſericordiâ *permotus*, atque in ea Ædes mea ædificabitur, ait Jehova *Deus* exercituum, & perpendiculum extendetur ſupra Jeroſolimam. 17. Clama adhuc in hanc ſententiam: ſic dixit Jehova *Deus* exercituum, adhuc diffundent ſe urbes meæ præ ſelicitate, ſolabitúrque adhuc Jehova Sionem, & eliget adhuc Jeroſolimam.

18. Suſtuli poſtea oculos meos & ſubitò vidi quatuor cornua, 19. Dixique Angelo, qui mecum colloquebatur: quænam hæc ſunt? ille verò, hæc ſunt cornua, inquit, quæ ventilarunt Judam, Iſraëlem & Jeroſolimam. 20. Tum oſtendit mihi Jehova quatuor ſabros. 21. Ego *itaque* quam ob rem faciendam, *inquam*, illi huc veniunt? Ille vero, *vidiſti*, inquit, ea cornua, quæ ventilarunt Judam, ut nemo caput tolleret; hi veneruntut ea deterrerent, útque ejicerent cornua gentium contra terram Judæ cornu tollentium eaque ventilando.

Viſum viri funem menſorium geſtantis, promiſſa de reſtitutione Iſraëlis & vocatione Gentium ad veri Dei cognitionem.

1. DEINDE etiam cùm oculos ſuſtuliſſem, vidi ſubito virum ſunem menſorium manu geſtantem; 2. & ego, quinam is, inquam, at ille mihi, menſum, inquit, Jeroſolimam, ut quanta ſit ejus latitudo & quanta longitudo videam. 3. En verò Angelum, qui mecum loquebatur, exeuntem, cui alter Angelus egreſſus occurrit; 4. eique, curre, inquit, adloquere puerum iſtum, in hunc modum: per pagos habitabitur, præ multitudine hominum & pecudum, quæ in ea erit. 5. Ego verò, ait Jehova, ei murus igneus circumquaque, & gloriæ intra eam ei ero. CAPUT II.

6. Heus vos! fugite è terra ſeptentrionali, ait Jehova; ad quatuor enim ventos cœli vos disjeci, ait Jehova. 7. Heus tu Sion! quæ habitas apud filiam Babylonis, eripe te. 8. Sic enim dixit Jehova *Deus* exercituum, *qui* poſt gloriam *Iſraëlis reſtitutam* miſit me ad gentes quæ ſpoliaverunt vos; nam qui tangit vos tangit pupillam oculi ejus. 9. Nam mox agitabo in eas manum meam, & ſuorum ſervorum præda erunt; unde intelligetis Jehovam *Deum* exercituum eſſe; qui me miſerit. 10. Hilares voces mitte & lætare, filia Sionis, quia mox veniam atque habitabo tecum, ait Jehova. 11. Se adjungent, eo tempore, gentes multæ Jehovæ, & fient populus meus. Habitabo apud te & me ad te miſſum, à Jehova *Deo* exercituum, intelliges. 12. Poſſidebit Jehova, *quaſi* hereditatem, Judam, partem ſuam in terra *ſibi* ſacra, atque adhuc Jeroſolimam eliget. 13. Sile, omnis caro, in conſpectu Jehovæ, nam ex habitatione ſibi ſacra expergiſcetur.

Jehoſua Pont. Max. apud Dei tribunal accuſatur & abſolvitur, tum confirmatur in ſuo munere, adumbrationem quamdam Chriſti nobis ſuppeditat.

1. OSTENDIT poſtea mihi *Angelus* Jehoſuam Pontificem Maximum ſtantem coram Angelo Jehovæ, atque adverſarium ſtantem ad dextram ejus, ut ei adverſaretur. 2. Jehova verò adverſario, increpabit te, inquit Jehova, ô adverſarie, increpabit, *inquam*, Jehova, qui Jeroſolimam elegit; Annon hic eſt titio erutus ex igne? 3. Jehoſua autem veſtitus ſquallidis veſtibus, ſtabátque in conſpectu Angeli, 4. *qui* ſtantes ante faciem ſuam adloquutus, ab eo, inquit, ſquallidas veſtes amovete; eique, vide, ait, tranſtuli à te iniquitatem tuam, téque aliis veſtibus indui. 5. Tum dixit imponant cidarim mundam capiti ejus, & capiti ejus cidarim mundam impoſuerunt, induerúntque eum veſtibus, dum adſtaret Angelus Jehovæ. CAPUT III.

6. Conteſtatus autem eſt Angelus Jehovæ Jehoſuam his verbis: 7. ſic dixit Jehova *Deus* exercituum, ſi in viis meis gradiaris atque obſervaveris quod obſervari juſſi; tu

etiam

etiam jus dices Ædi meæ, cuſtodies atria mea, & locum tibi dabo inter ſtantes illos.
8. Audi, quæſo, Joſua Pontifex Maxime, tu ſociſque tui, qui in conſpectu tuo habi-
tant, quia ſunt viri portentoſi, mox etiam adducam ſervum meum Germen. 9. En la-
pidem, quem poſui ante Joſuam, cui uni lapidi inſunt ſeptem oculi, quos ego cælavi,
ait Jehova *Deus* exercituum. Amovebo iniquitatem terræ illius, uno die. 10. Die illo,
ait Jehova *Deus* exercituum, vocabitis quiſque ſodalem ſuum ſub vitem & ſub ficum
ſuam.

Viſum candelabri & duarum olearum, quod interpretatur Angelus de ædificatione Templi, per Zorobabelem, déque duobus Unctis.

CAPUT IV. 1. REDIIT Angelus mecum colloquens, méque excitavit, ut virum qui excitatur
è ſomno. 2. Tum mihi, quid tu, inquit, vides? ego verò ſubitò vidi cande-
labrum totum aureum, cujus vertici imminent lenticula, ſeptem lucernæ & ſeptem in-
fundibula lucernis quæ vertici ejus imminent. 3. Sunt & ſupra duæ oleæ, una ad dex-
tram lenticulæ, altera ad ſiniſtram. 4 Dixi deinde Angelo mecum colloquenti: quid
hæc ſunt, Domine. 5 Reſpoudit verò Angelus mecum colloquens & mihi, nonne,
inquit, noſti quid hæc ſint? neſcio, inquam, Domine.
6 Reſpondit ille & mihi, hæc ſunt ait verba Jehovæ Zorobabeli, in hunc modum:
non exercitu, neque potentiâ *hæc fient*, ſed ſpiritu meo, ait Jehova *Deus* exercituum.
7. Quis tu es mons magne, coram Zorobabele? in planiciem *redigeris*. Educet lapidem ca-
put *anguli*, reſonnantibus vocibus: gratia, gratia illi!
8 Facta etiam ſunt verba Jehovæ ad me, in hanc ſententiam: 9. manus Zorobabelis
fundarunt hanc Ædem, ejuſdémque manus eam perficient: & ſcies me à Jehova *Deo*
exercituum ad vos miſſum eſſe. 10. Quis ſprevit diem parvorum *initiorum*? Lætabun-
tur ac videbunt pondus plumbeum in manu Zorobabelis. Septem illi *oculi ſunt* oculi
Jehovæ totam terram perluſtrantes.
11. Tum ego illi, quid ſunt duæ illæ oleæ, ad dextram & ad ſiniſtram cande-
labri? 12. Subjeci: quæ ſunt duæ illæ baccæ olearum, juxta duo inſundibula aurea,
quæ è ſuperiore parte effundunt aurum? 13. Ille verò mihi, annon, inquit, noſti
quid hæc ſint? neſcio inquam, Domine. 14 Hæc, *inquit*, ſunt duo filii olei, ſtantes a-
pud Dominum totius terræ.

Voluminis volantis, quo maledictio ſignabatur, atque Ephæ, cum maſſa plumbi & muliere inſidente, quæ erant improbitatis ſymbola, viſa.

CAPUT V. 1. CONVERSUS ſum & ſublatis oculis ſubitò vidi volumen volans. 2. *Angelus*
verò mihi, quid tu, inquit, vides? Video, inquam, volumen quod volat;
cujus longitudo eſt viginti cubitorum, latitudo decem. 3. At ille mihi, hæc eſt, in-
quit, maledictio quæ in totam terram egreditur; omnis enim fur hinc, ſicut *habet* hoc
volumen, innocens habetur, & quiſquis pejerat, ſicut *habet* hoc volumen, eſt ſine noxa.
4. Illud emiſi, ait Jehova *Deus* exercituum, veniétque domum furis, & domum peje-
rantis, per meum nomen, commorabiturque in media domo, & eam abſumet, lignâ-
que ejus & lapides.
5. Egreſſus dein eſt Angelus, qui mecum loquebatur, & mihi, tolle, inquit, ocu-
los tuos, & vide quid ſit id quod egreditur. 6. Quid hoc verò eſt, inquam? Hæc eſt-
inquit, Epha quæ egreditur, hæc autem eſt eorum oculus per univerſam terram. 7. Si-
mul etiam talentum plumbi ferebatur, atque hæc una mulier in media Epha ſedebat.
8. Dixit autem *Angelus* eſſe improbitatem, projecitque eam in mediam Epham, atque in
os ejus plumbi pondus.
9. Sublatis deinde oculis, vidi ſubitò duas mulieres egredientes, ſpiritúſque in earum
alis erat; habebant autem geminas alas, inſtar alarum ciconiæ; & ſuſtulerunt Epham
inter terram & cœlum. 10. Angelo verò, qui loquebatur mecum, quonam, inquam,
Epham auferunt? 11. At ille mihi, ut ædificent, inquit, ei Ædem, in terra Sinha-
ritica, ut ibi collocetur atque in baſi quieſcat.

Viſum

Digitized by Google

Viſum & interpretatio quatuor quadrigarum. Corona capiti Jehoſuæ impoſita, quâ res proſperæ ei ejúsque poſteris portenduntur, & Meſſias in eo adumbratur.

1. CONVERSUS cùm eſſem, ſublatis oculis ſubitò vidi quatuor quadrigas è duorum montium interſtitio prodeuntes, montes autem illi erant ænei. 2. In quadriga prima, erant equi rufi; in ſecunda, nigri, 3. in tertia, albi; in quarta, maculis albis reſperſi & phœnicei. 4. Tum ego Angelo, qui mecum loquebatur, quænam, inquam, hæc ſunt, Domine. 5. Reſpondit verò Angelus, & mihi, ſunt, inquit, quatuor venti cœli, qui egrediuntur *è loco*, in quo ſtabant apud totius terræ dominum. 6. In ea equi nigri egrediuntur ad terram ſeptentrionalem; albi poſt eos ſunt egreſſi; maculis albis reſperſi egrediuntur in terram auſtralem; 7. phœnicei verò egreſſi cupiebant perambulare terram, & dixit: ite, perambulate terram, quam perambulabant. 8. Dein mihi vocato, vide, inquit, egreſſi ad terram ſeptentrionalem fecerunt ut ſpiritus meus in terra ſeptentrionali quieſceret. Caput VI.

9. Verba Jehovæ poſtea ad me facta ſunt in hunc modum: 10. Accipe ab iis qui è trnasmigratione redierunt, à Cheldaï, à Tobija & à Jedahja; ingredere eodem die domum Joſiæ, Tſephaniæ filii, qui Babilone venerunt; 11. & ſume ab iis argentum & aurum *quibus* facies coronas, quas impones capiti Jehoſuæ, Jehotſadaki filii, Pontificis Maximi. 12. dum ei dices: ſic dixit Jehova *Deus* exercituum: En virum cui Germini nomen eſt, in loco ſuo germen emittet, & Templum Jehovæ ædificabit. 13. Hic, inquam, ædificabit etiam Templum Jehovæ, referet *hinc* decus, ſedebit & dominabitur, in ſolio ſuo, erit & Sacerdos in ſolio ſuo, & conſilium pacis inter ambos, *Zorobabelem & Jehoſuam*, erit. 14. Diademata autem erunt Chelemo, Tobijæ, Jedahjæ & Cheni, Tſephanjæ filio, ut ſint monumentum in Templo Jehovæ. 15. Remoti quoque venient, & *quidpiam* in Templo Jehovæ ædificabunt, & ſcietis me ad vos miſſum eſſe à Jehova, *Deo* exercituum; & *res* quidem erit, ſi voci Jehovæ Dei veſtri auſcultetis.

Quæſtioni de Jejunio propoſitæ reſpondet, Deo jubente, Zacharias, & oſtendit, ſine morum emendatione inutilia eſſe jejunia.

1. ANNO quarto Darii Regis, verba Jehovæ ad Zachariam facta ſunt, die quarto menſis noni, Chiſlevi nempe. 2. Scharetſer miſerat ad Ædem Jehovæ Regem-melechum & viros ejus, ut Jehovam coram precarentur, 3. útque dicerent Sacerdotibus, qui erant in Æde Jehovæ Dei exercituum, & Prophetis; an flebo menſe quinto, me ſeparando, quemadmodum feci jam tot annos? 4. Tum facta ſunt ad me verba Jehovæ *Dei* exercituum, ad hunc modum: 5. Dic toti populo terræ & Sacerdotibus: cùm jejunaſtis & planxiſtis, quinto & ſeptimo menſe, idque per ſeptuaginta annos, an jejunaſtis mihi, mihi, *inquam*? 6. Cùm comediſtis & bibiſtis, annon vobis comediſtis & vobis bibiſtis? 7. Annon *audiſtis* verba quæ pronunciavit Jehova, per Prophetas priores, cùm Jeroſolima etiamnum incoleretur, & tranquilla eſſet, urbésque ſuas circumquaque, meridiémque & planitiem habitaret? Caput VII.

8. Facta ſunt etiam verba Jehovæ, ad Zachariam in hanc ſententiam: 9. ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum, ſententiam ex vero judicantes ferte, benignè & miſericorditer unusquisque ergo fratrem ſe gerat. 10. Viduam, pupillum aut peregrinum pauperem ne opprimatis, ne quisquam veſtrum malum proximo, apud animum ſuum, moliatur. 11. Sed renuerunt adtendere, refractarium humerum præbuerunt, aurésque ſuas adgravarunt ne audirent.

12. Animum ſuum adamantinum reddiderunt, ne auſcultarent Legi, ac verbis, quæ Jehova *Deus* exercituum, ſpiritu ſuo, per priores Prophetas mittebat; unde magna exorta eſt indignatio à Jehova *Deo* exercituum. 13. Contigit ut, quemadmodum clamaveram, nec *me* audiverunt; ita me clamore vocent, nec *eos* audiam, ait Jehova *Deus* exercituum. 14. Disjeci eos, inſtar procellæ ad quasvis gentes, quas minimè norant, terra poſt eos *ita* deſolata eſt, *ut* nec tranſiens, nec rediens per eam ſit; terram *alioqui* concupiſcendam in vaſtitatem converterunt.

Promiſſio de inſtauratione Jeroſolimæ, & concurſu plurium Gentium in eam urbem Dei colendi causâ; quæ ſunt adumbratio eorum, quæ, tempore Meſſiæ, erant futura.

CAPUT VIII. 1. FACTA ſunt deinde verba Jehovæ Dei exercituum, in hanc ſententiam: 2. ſic dixit Jehova *Deus* exercituum: zelotypiâ magna commotus ſum erga Sionem, gravi ira in eam exarſi. 3 Sic *tamen* dixit Jehova: revertar Sionem atque in media Jeroſolima habitabo. Vocabitur Jeroſolima urbs veritatis, & mons Jehovæ *Dei* exercituum mons ſanctitatis. 4. Sic dixit Jehova *Deus* exercituum: Jeroſolimæ fora incolent adhuc ſenes & anus, virique in quorum manibus, præ longævitate, ſcipiones erunt. 5. Fora urbis implebuntur pueris & puellis ludentibus. 6. Sic dixit Jehova *Deus* exercituum: ſi reliquiis hujus populi, *res* nimis difficilis videatur temporibus illis; etiámne mi difficilis videbitur? ait Jehova Deus exercituum.

7. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum, mox liberabo populum meum è terra orientali, éque terra, quæ eſt ad occaſum ſolis. 8. Adducam eos, mediam Jeroſolimam incolent, mihíque erunt illi quidem in populum, ego verò ero iis in Deum veracem & æquum. 9. Sic dixit Jehova Deus exercituum: confirmentur manus veſtræ, ô vos qui auditis hæc verba ex ore Prophetarum, qui *ſunt* eo tempore, quo fundata eſt Ædes Jehovæ *Dei* exercituum, ut Templum ædificaretur; 10. nam ante hæc tempora nulla fuit merces hominum, neque ulla merces jumentorum, exeunti & ingredienti nulla pax erat, præ anguſtia *temporum*; omnes enim homines inter ſe commiſeram. 11. Nunc autem, non quemadmodum prioribus illis temporibus, me geram erga reliquias populi hujus, ait Jehova *Deus* exercituum. 12. *Erunt* enim hi pacata poſteritas; vitis edet fructum ſuum, terra emittet proventum & cœlum rorem; faciámque ut reliquiæ populi hujus hæc omnia poſſideant. 13. Quemadmodum fuiſtis malè precandi formula inter gentes, ô domus Judæ, túque domus Iſraëlis: ſic liberabo vos & bene precandi formula eritis, ne timeatis, ſed confirmentur manus veſtræ. 14. Nam ſic dixit Jehova *Deus* exercituum: quemadmodum cogitavi malefacere vobis, cùm majoribus veſtris iratus eſſem, ait Jehova *Deus* exercituum, nec *iis* peperci: 15. ſic *cùm ad vos* redii, cogitavi hiſce temporibus de beneficiis in Jeroſolimam atque in domum Judæ conferendis; ne timeatis. 16. Hæc ſunt autem quæ facietis, loquimini vera unusquisque cum proximo ſuo, ex vero & jure pacato judicate in urbibus veſtris. 17. Nemo veſtrûm apud animum ſuum malum moliatur proximo ſuo; jusjurandum falſum ne ametis; hæc enim omnia odio habeo, ait Jehova.

18. Facta ſunt etiam verba Jehovæ, Dei exercituum, in hunc modum: 19. ſic dixit Jehova, *Deus* exercituum; jejunium quarti, quinti, ſeptimi & decimi *menſis* erunt *converſa* in lætitiam, hilaritatem & feſtas ſolemnitates domui Judæ; veritatem modò & pacem amate. 20. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum: adhuc *erit tempus* quo venient populi & incolæ urbium multarum. 21. Ibunt incolæ unius ad alteram, & dicent: eamus ad precandum Jehovam coram, ad quærendum Jehovam *Deum* exercituum; *eáque reſpondebit* etiam ego ibo. 22. Venient populi multi & validæ gentes ad quærendum Jehovam *Deum* exercituum Jeroſolimæ, & Jehovam coram precandum. 23. Sic dixit Jehova, *Deus* exercituum: erit, temporibus illis, cùm adprehendent decem viri ex omnibus linguis gentium, adprehendent, *inquam*, oram veſtis viri Judæi, dicentes: ibimus vobiſcum, nam audivimus Deum adeſſe.

Vaticinia de terra Chadrachena, Damaſcena, Chamathæa, Tyria, Sidonia & Philiſtæa. Excitatur Jeroſolima ad gaudendum, excipiendúmque Meſſiam, promittitúrque converſio Gentium ad Deum verum.

CAPUT IX. 1. ORATIO. Verbum Jehovæ *audietur* in terra Chadrachena, & in Damaſcena quieſcet; nam ad Jehovam convertentur oculi hominum & omnium Tribuum Iſraëlis. 2. Chamatha fines in ea habebit, Tyrusque & Sidon, quia ſapientiſſima fuit. 3. Ædificavit ſibi Tyrus munimentum, coacervavitque argentum inſtar pulveris, atque aurum inſtar luti platearum. 4. Mox eam Dominus expellet, copias ejus in mari fundet, & ipſa igne abſumetur. 5. Videbit hoc Aſcalon & timebit, ut & Gaza quæ vehementer dolebit, & Hekron quia ſpeciei ejus eam pudebit. Peribit Rex Gazæ, nec

Aſca-

Aſcalon coletur. 6. Habitabit ſpurius Aſdodi & ſuperbiam Philiſthæorum exſcindam. 7. Poſtea tamen amovebo ſanguinem ex ejus *populi* ore, ac res abominandas è dentium ejus interſtitio, & reliquiæ etiam ejus erunt Dei noſtri; eritque inſtar ducis in Juda, & Hekronita ut Jebuſæus. 8. Caſtrametabor ad Ædem meam, *liberaboque eam* ab exercitu *illac* transeunte & redeunte; non ampliùs tranſibit per eos exactor; nunc enim *rem* vidi oculis meis.

9. Vehementer exſulta, ô filia Sionis, & clange, ô filia Jeroſolimæ; mox Rex tuus tibi veniet juſtus & liberatus, ſed humilis & vectus aſino & quidem pullo aſinæ. 10. Exſcindam currum ex Ephaaimo, equumque è Jeroſolima; exſcindetur & arcus bellicus, adloquetúrque de pace *Rex* gentes, ditióque ejus *erit* à mari ad mare, atque à flumine uſque ad fines terræ. 11. Tu quoque, *ô Sion*, *ſervabere* ſanguine fœderis tui, emittámque captivos tuos è ciſterna, ubi nulla eſt aqua. 12. Redite, ô vincti, ad munimentum ſpei, etiam hodie tibi nuncio me duplum tibi redditurum. 13. Tetendi enim mihi Judam, *quaſi* arcum, & implevi Ephraimum, *quaſi pharetram*. Concitavi filios tuos, ô Sion, contra filios tuos, *ô terra* Javanis, & converti te in gladium viri fortis. 14. Jehova ſupra eos conſpicietur, jaculum ejus fulguris inſtar exibit, Dominus Jehova tubâ clanget, & in procellis meridianis procedet. 15 Jehova, Deus exercituum, proteget eos. abſument & ſubjicient lapidibus fundæ, bibéntque & tumultuabuntur, quaſi vinum bibiſſent; implebunt ſe quaſi pelvim, aut tamquam angulum altaris. 16. Liberabit Jehova eorum Deus populum ſuum inſtar minuti pecoris, quia lapilli coronæ ſe ſe extollunt ſupra eorum terram. 17. Nam (quanta eſt bonitas ejus & quanta pulcritudo?) frumentum adoleſcentes, & muſtum ad cantum excitabit virgines.

Propheta docet confugiendum eſſe ad Deum, & beneficia quæ ab eo exſpectari debeant docet, tum de reditu Iſraëlitarum è variis terrarum oris agit.

Caput X.

1. Petite à Jehova pluviam, tempore ſerotinæ *pluviæ*, ac Jehova excitatis fulgetris vobis copioſum imbrem, & unicuique herbam in agro dabit. 2. Nam Theraphi loquuti ſunt inania, atque harioli mendacium viderunt, ſomnia falſa narrarunt, atque inanibus *verbis* conſolati ſunt *qui eos conſuluerunt*; ideò abierunt inſtar ovium, atque in humilem ſtatum redacti ſunt, quia carebant paſtore. 3. Contra paſtores exarſit ira mea, & de arietibus pœnas ſumam; inviſet enim Jehova *Deus* exercituum gregem ſuum, domum Judæ, atque hunc habebit quaſi ornatum equum in prælio. 4. Ab hoc enim angulus, ab hoc paxillus, ab hoc arcus bellicus, ab hoc egreditur omnis exactor ſimul. 5. Erunt ſicut viri fortes, conculcantes lutum intervallorum *aciei*, in prælio, & pugnabunt, quia Jehova iis aderit; at ſeſſores equorum pudore adficientur. 6. Corroborabo domum Judæ & domum Joſephi liberabo, & reducam, quia ſum eorum miſertus & erunt quemadmodum *erant* cùm non repuliſſem eos; quia ego ſum Jehova eorum Deus, eosque exaudiam.

7. Erunt inſtar viri fortis Ephraïmitæ, lætabitúrque cor eorum quaſi vino, filii etiam eorum videbunt & gaudebunt, exſultabit cor eorum in Jehova. 8. Sibilo iis ſignum dabo, cósque congregabo, atque augebuntur ut aucti fuerant. 9. Disjeci eos per populos, ſed in locis remotis memores erunt mei, vivéntque, cum ſuis filiis, & revertentur. 10. Reducam eos ex Ægyptia terra, éque Aſſyria congregabo, atque in terram Galahaditicam & Libanum intromittam, nec invenietur iis locus. 11. Tranſibit per mare anguſtiæ, percutiétque in mari fluctus, atque exſiccabuntur omnia profunda fluminis; dejicietur ſuperbia Aſſyrii, & ſceptrum *ab* Ægypto recedet. 12. Corroborabo eos in Jehova, & in nomine ejus ut ambulent operam dabunt, ait Jehova.

Vaticinium de pœnis Judæis infligendis ob ſua ipſorum Paſtorúmque flagitia, cum adumbratione Meſſiæ, & ſtulti Paſtoris deſcriptio.

Caput XI.

1. Aperi Libane tuas fores, ut ignis cedros tuas abſumat. 2. Ulula abies, quia cecidit cedrus, quoniam illuſtres *viri* ſunt ſpoliati; ululate quercus Baſanis, quia dejecta eſt ſilva munita. 3. *Audiatur* vox ululatûs paſtorum, eò quòd eorum magnificentia ſit devaſtata; *audiatur* vox rugitûs leunculorum, quia deſolata eſt Jordanis ſuperbia.

4. Sic dixit Jehova Deus meus, paſce minutas pecudes mactandas; 5. quas poſſeſſo-

rès earum occidunt & vendunt, nec delinquunt, & dicunt: Benedictus ſit Jehova, quòd ſim ditatus; nec earum paſtor iis parcet. 6. Neque enim ulteriùs incolis terræ parcam, ait Jehova; & mox faciam ut quisque incidat in proximi ſui & Regis ſui manum; ut tundant terram nec eos manui eorum eripiam. 7. Pavi ergo minutas pecudes occidendas, profectò pauperes gregis, & ſumſi mihi duas virgas, atque unam quidem vocavi Suavitatis alteram verò Dolentium. 8. Occidi tres paſtores menſe uno, méque eorum tæduit, ut & *ipſi* me faſtidiverant. 9. Tum dixi, non paſcam vos, moriens moriatur, exſcindenda exſcindatur, devoret unaquæque carnem alterius. 10. Deinde ſumſi virgam meam Suavitatis, quam abſcidi, ut frangerem fœdus quod pepigeram cum omnibus populis. 11. Irritum factum eſt die illo, & intellexerunt pauperes gregis, qui me obſervant, verbum hoc eſſe Jehovæ. 12. Dixi verò illis: cedò mercedem meam, ſi ita vobis videatur; ſin minùs, ne facite. Adpenderunt ergo mercedem meam, triginta argenteos. 13 At Jehova mihi, abjice, inquit, ad figulum egregium illud pretium, quo *opera mea* ab iis æſtimata eſt; itaque acceptos triginta argenteos abjeci ad figulum, in Æde Jehovæ. 14. Tum abſcidi virgam alteram meam Dolentium, ut fraternitatem inter Judam & Iſraëlem abrumperem.

15. Tum Jehova mihi, ſume tibi, inquit, adhuc ſtulti Paſtoris inſtrumentum, 16. mox enim excitabo Paſtorem in hac terra qui exſciſas *pecudes* non viſet, parvam non quæret, eam cui fractum quidpiam erit non curabit, ſtantem *etiamnum* non ſuſtentabit; ſed carnem pinguium comedet, earúmque ungulas franget. 17. Væ Paſtori nihili, qui deſeret pecudes, *qui* gladium ſupra brachium *geſtabit* & ad oculum dextrum! brachium ejus areſcet, atque oculus dexter caligabit.

De Judæorum liberatione, tum etiam de vocatione Gentium, déque effuſione Spiritus ſancti in Judæos, ut Meſſiæ cædem lugeant.

CAPUT XII. 1. ORATIO, *quæ complectitur* verba Jehovæ ad Iſraëlem. *Hæc*, ait Jehova, qui cœlum extendit, terram fundavit & ſpiritum hominis in eo formavit. 2. Mox ego faciam ut Jeroſolima fiat ſcyphus trepidationis omnibus populis circumquaque, atque etiam Judæ, qui erunt in obſidione Jeroſolimæ. 3. Tempore illo faciam ut ſit Jeroſolima pondus grave omnibus populis, quotquot id ferent lacerabuntur, & contra eam omnes terræ gentes colligentur. 4. Tempore illo, ait Jehova, percutiam omnem equum ſtupore & ſeſſorem ejus amentiâ. In domum Judæ aperiam oculos, omnémque equum populorum cæcitate feriam. 5. Dicent duces Judæ, apud animum ſuum, robur mihi *ſunt* incolæ Jeroſolimæ in Jehova, *Deo* exercituum, eorúmque Deo. 6. Eo tempore, faciam ut duces Judæ fiant inſtar fornacis ignis inter ligna, atque inſtar accenſæ facis in manipulis, abſuméntque ad dextram & ad ſiniſtram omnes populos circumquaque; habitabitúrque etiamnum Jeroſolima loco ſuo, ubi eſt *nunc* Jeroſolima.

7. Jehova autem liberabit tentoria Judæ, *ut erant* antea, ne augeatur gloria domûs Davidis, & gloria incolæ Jeroſolimæ ſupra Judam. 8. Eo tempore, proteget Jehova incolam Jeroſolimæ, eritque qui impegerit, eâ ætate, inſtar Davidis & domus Davidis inſtar Dei, Angelíve Jehovæ in eorum conſpectu. 9. Tempore illo dabo operam ut gentes omnes, contra Jeroſolimam venientes perdam.

10. Effundam verò in domum Davidis atque in incolam Jeroſolimæ ſpiritum gratiæ & precum, adſpiciéntque me, qui transfixerint, & plangent ejus causâ, ut plangunt propter unigenitum, amarè eum deflebunt, ut primogenitum amarè flent. 11. Die illo magnus erit planctus Jeroſolimæ, qualis fuit planctus Hadadrimmonis in valle Megiddonis. 12. Planget autem *cùm* terra, *tum* ſingulæ familiæ ſeorſim, familia domûs Davidis ſeorſim, uxoréſque *Davidis poſterorum* ſeorſim; domus Nathanis ſeorſim, & uxores *Nathanis poſterorum* ſeorſim, 13. familia domûs Levis ſeorſim, & uxores Levitarum ſeorſim; familia Simehis ſeorſim, & uxores ejus poſterorum ſeorſim; 14. omnes familiæ reliquæ ſeorſim, & earum mulieres ſeorſim.

Vaticinia de Idololatriæ & Pſeudoprophetarum exſtinctione, mortéque Meſſiæ.

CAPUT XIII. 1. TEMPORE illo, erit fons apertus domui Davidis & incolis Jeroſolimæ peccati & immunditiei causâ. 2. Eodem tempore, ait Jehova *Deus* exercituum, exſcin-

dam

dam nomina idolorum è terra hac, nec memorabuntur ampliùs. Prophetas etiam & ſpi-
ritus immundos abigam ex eadem terra. 3. Si quis adhuc vaticinatus fuerit, ei pater
ejus & mater qui eum genuerunt, non vives, inquient, quia mendacium es in nomine
Jehovæ proloquutus; confodiéntque eum pater ejus & mater, eò quòd fuerit vatici-
natus. 4. Eodem tempore pudebit Prophetas quemque viſi ſui, cùm vaticinatus fuerit,
nec pallium villoſum ampliùs induent, ut fallant. 5. Dicet *quiſpiam* non ſum ego Pro-
pheta, ſed agricola, nam homo plebeius me comparavit ab adoleſcentia mea. 6. *Erit ve-
rò*, qui ei dicat: quid *ſibi volunt* plagæ iſtæ inter manus tuas? qui, inquiet, percuſſus
ſum domi *hominum*, qui me amabant.
7. O enſis expergiſcere in paſtorem meum, in virum proximum mihi, ait Je-
hova *Deus* exercituum, percute paſtorem, & ſpargentur oves, & convertam manum
meam in parvos. 8. In tota hac terra, ait Jehova, partes duæ *eorum qui* in ea *erunt* ex-
ſcindentur atque interibunt, ſed tertia in ea ſuperſtes erit. 9. Immittam tertiam illam
partem in ignem, conflabo eos, ut conflatur argentum, explorabóque eos ut explora-
tur aurum. 10. Is *populus* invocabit nomen meum, eum exaudiam, & dicam: populus
meus ille eſt: is verò, Jehova, inquiet, eſt Deus meus.

Vaticinia de Jeroſolimæ exſcidio, prædicatione Evangelii, apud Judæos, vocatione Gentium ad cognitionem veri Dei, & pœnis de hoſtibus eredentium ſumendis.

CAPUT XIV.

1. VENIET dies Jehovæ, quo ſpolia tua in te dividentur, *ô Jeroſolima*. 2. Faciam
ut conveniant omnes Jeroſolimam, ad *ejus* oppugnationem, urbs capietur, diri-
pientur domus ejus, mulieres vitiabuntur, dimidia pars urbis in captivitatem egredietur,
at reliquus populus ex urbe non exſcindetur.
3. Egredietur verò Jehova & pugnabit contra eas gentes, eo modo quo die prælii pu-
gnat. 4. Stabunt eo die pedes ejus in monte olearum, qui eſt ante Jeroſolimam ad orien-
tem. Diffindetur verò mons olearum, dimidiâ ſui parte ad orientem & occidentem, maxi-
mâ valle; recedet verò dimidia pars montis ad ſeptentrionem & dimidia ad miridiem.
5. Tum fugietis per vallem montium, quia partinget vallis montium Atſalam usque; &
fugietis quemadmodum fugiſtis terræ motum temporibus Huzziæ, Judæ Regis. Tunc
veniet Jehova Deus meus & omnes ſancti *erunt* tecum. 6. Eo die non erit lux, *ſed* rari
radii, & ſpiſſitudo *nubium*. 7. Erit unus ille dies (Jehovæ notus) neque dies, neque nox,
ſed *qualis* tempore veſpertino lux eſt. 8. Eodem tempore egredientur aquæ vivæ Jeroſo-
limâ & dimidia quidem earum pars *defluet* ad mare orientale, *alterâ*que dimidia ad mare
occiduum, nec æſtate, aut hieme deerit.
9. Fiet Jehova Rex totius terræ, tempore illo erit unus Jehova & nomen ejus unum.
10. Erit circumquaque tota terra veluti planities, à Geba ad Rimmonem, ad auſtrum
Jeroſolimæ, extolletúrque *urbs* & incoletur ſuo loco, à porta Benjaminis ad locum usque
portæ prioris, *& inde* ad portam usque angulorum; & à turre Chananelis ad torcularia
Regia. 11. Eam incolent, nec erit ampliùs quod devoveatur, ſed ſecurè habitabitur
Jeroſolima.
12. Hæc autem erit plaga quâ Jehova percutiet omnes populos, qui bellum geſſerint
cum Jeroſolima; contabeſcet caro cujusque, dum ipſe in pedibus ſuis conſiſtet, oculi
ejus liqueſcent in foraminibus ſuis, & lingua in ejus ore tabe conficietur. 13. Eo tem-
pore erit perturbatio magna inter eos à Jehova, adprehendet quisque manum proximi
ſui, atque ei manum ſuam imponet. 14. Juda bellum geret cum Jeroſolima, colligen-
tur opes omnium gentium finitimarum; aurum, argentum & veſtes maximo numero.
15. Plaga autem equorum mulorum, camelorum, aſinorum & omnium jumentorum,
quæ erunt in caſtris illis, ſimilis erit ei plagæ.
16. Quicumque verò erunt reliqui ex omnibus gentibus, quæ venerint contra Jeru-
ſolimam, *eò* adſcendent quotannis, ut adorent Regem Jehovam *Deum* exercituum,
& diem feſtum Tabernaculorum celebrent. 17. Quisquis non adſcenderit, è fami-
liis terræ, Jeroſolimam, ut adoret Regem Jehovam Deum exercituum, in eum non
demittetur imber. 18. Si quæ familia Ægypti non adſcenderit, neque venerit, nec
aliis ſe adgregarit, incumbet ei plaga, quam Jehova imponet Gentibus, quæ non
adſcenderint ad celebrandum feſtum Tabernaculorum. 19. Hæc erit poena peccati
Ægyptiorum atque omnium Gentium, quæ ad celebrationem feſti Tabernaculorum

eò ſe non contulerint. 20. Tempore illo tinainnabulis equorum inſcriptum erit Sacrum Jehovæ, eruntque lebetes in Æde Jehovæ, inſtar pelvium *quæ ſunt* ad altare. 21. Omnis lebes Jeroſolimæ atque apud Judam erit ſacer Jehovæ exercituum, veniéntque ſacra facientes, ut ex iis *carnem* ſumant, inque iis coquant, nec erit ampliùs eodem tempore, Chananæus in Æde Jehovæ *Dei* exercituum.

ZACHARIÆ PROPHETIÆ

FINIS.

LIBER

MALACHIÆ PROPHETÆ.

Propheta Judæis ingratum animum erga Deum & impietatem exprobrat, prædicitque fore ut ab aliis Gentibus, per totum terrarum orbem caſtiùs & religioſiùs colatur.

CAPUT I. 1. ORATIO, *quæ complectitur* verba Jehovæ ad Iſraëlitas facta, per MALACHIAM. 2. AMAVI vos, ait Jehova, & dicitis: quanam in re nos amaſti? Nonne Eſavus frater fuit Jacobi? ait Jehova. Atqui amavi Jacobum, 3. Eſavum verò odio habui, ideóque montes ejus in vaſtitatem redegi, & poſſeſſionem ejus draconibus deſerti *conceſſi*. 4. Si dixerint Idumæi: ad paupertatem redacti ſumus, ſed revertemur & diruta inſtaurabimus; ſic dixit Jehova *Deus* exercituum: ædificabunt illi, at ego diruam: vocabúntque eos *alii* fines improbitatis & populum cui Jehova in perpetuum iraſcitur. 5. Oculi veſtri *rem* videbunt, & dicetis: magni fiat Jehova, è finibus Iſraëlis.

6. A filio honorari oportet patrem & à ſervo dominum; ſi ergo pater ſum, ubi eſt honor mihi exhibitus? Si dominus ego ſum, ubi eſt mei timor? Dicit *hæc* Jehova, Deus exercituum, vobis Sacerdotibus, qui nomen meum, *inquit*, ſpernitis, & dicitis: qua in re nomen tuum deſpeximus? 7. Atqui in meo altari panem impurum offertis & dicitis: quanam in re te polluimus? Hoc ipſo, quod dicitis, menſa Jehovæ deſpicitur. 8. Quando admovetis *victimam* cæcam, quam mactetis, negatis malum *eſſe*; quando admovetis claudam & ægrotam, malum *eſſe* negatis. Offer illam præfecto tuo, an illi placebit, aut rationem tui habebit? ait Jehova, Deus exercituum. 9. Nunc verò orate Deum, ut miſereatur noſtri (hoc è manu veſtra prodire potuit) ſi *fortè* rationem veſtri habebit, ait Jehova *Deus* exercituum. 10. Quis eſt inter vos, qui claudat oſtia *ſine mercede*? non incenderitis ignem in altari meo gratis. Nequaquam delector vobis, ait Jehova *Deus* exercituum, nec munus è manibus veſtris acceptum habeo.

11. Nam ab ortu Solis, uſque ad occaſum, magnum *erit* nomen meum, apud Gentes, in omni loco, nomini meo offeretur ſuffimentum, & munus mundum; magnum enim erit nomen meum, apud Gentes, ait Jehova Deus exercituum. 12. Vos autem id polluitis dùm dicitis, menſa Jehovæ contaminata eſt, proventus ejus vilior eſt, quàm ut comedatur. 13. Dicitis etiam: en fatigat *nos ſacerdotale munus*, idque reſpuiſtis, ait Jehova *Deus* exercituum, offertisque *victimam à feris* raptam, claudam atque ægrotam, ſimúlque offertis munus *farreum*; an verò hiſce è manu veſtra *acceptis* delectarer? ait Jehova. 14. Maledictus ſit homo doloſus, in cujus grege cùm ſit maſculus, mactat tamen corruptam *victimam* Domino; quia ſum Rex magnus ait Jehova, *Deus* exercituum, & nomen meum formidandum eſt apud Gentes.

Caſtigat

Caſtigat Propheta Sacerdotes pravos, Iſraëlitas qui ex aliis Gentibus uxores duxerant, aut qui Judæos malè habebant, & rectùm eſſe contendebant quod Deo diſplicebat.

CAPUT II.

1. NUNC ad vos præceptum *hoc pertinet*, ô Sacerdotes. 2. Niſi auſcultaveritis & niſi animum adjeceritis ad tribuendam nomini meo gloriam, ait Jehova *Deus* exercituum, mittam in vos maledictionem, fauſtis precibus veſtris maledicam, & ideò etiam maledicam, quòd *rem* ad animum non revocaſtis. 3. Corrumpam vobis ſementem, & ſpargam ſtercus in vultus veſtros, ſtercus feſtorum veſtrorum & vos feret ad ſe. 4. Tum ſcietis me ad vos miſiſſe hoc præceptum, ut ſit fœdus meum cum Levi, ait Jehova Deus exercituum: 5. Fœdus meum, cum eo fuit vitæ & pacis, dedique eas *cum* timore, ac me reveritus eſt & nomine meo territus. 6. Lex veritatis in ore ejus fuit, nec in labiis ejus inventa eſt iniquitas, in pace & recto animo inceſſit mecum, & multos ab iniquitate revocavit. 7. Nam labiis Sacerdotis par eſt ſervari ſcientiam, & legem ab ejus ore requiri; quia eſt legatus Jehovæ *Dei* exercituum. 8. At vos receſſiſtis à via, offendiculo fuiſtis multis in Lege & fœdus Levis fregiſtis, ait Jehova *Deus* exercituum. 9. Faciam etiam ego, ut ſitis contemti & humiles toti populo: quemadmodum vos viarum mearum obſervantes non fuiſtis, & rationem habuiſtis hominum in Lege.

10. Annon pater eſt unus omnibus nobis? annon Deus unus nos creavit? cur ergo perfidus eſt quiſque erga fratrem ſuum, violato fœdere Majorum noſtrorum? 11. Perfidus fuit Juda, réſque abominanda facta eſt apud Iſraëlem & Jeroſolimæ, quia contaminavit Juda ſanctitatem Jehovæ, qui *eum* amaverat, & filiam Dei alieni uxorem duxit. 12. Exſcindet Jehova viro, qui hoc fecerit, vigilantem & reſpondentem è tentoriis Jacobi & offerentem munus Jehovæ *Deo* exercituum.

13. Etiam hoc ſecundò facitis, operitis lacrimis altare Jehovæ, fletúque & vociferatione *violatis*, ne ulteriùs reſpiciat munus veſtrum, accipiátque gratam oblationem è manu veſtra. 14. Dixiſtis verò: quanam in re? Quia Jehova teſtis eſt inter te & inter uxorem adoleſcentiæ tuæ, erga quam te perfidè geſſiſti, cùm ſocia tua ſit & conjugali fœdere tecum conjuncta. 15. *Hoc* non fecit unus *ille*, in quo excellens fuit ſpiritus. Quid verò unus ille quærebat? *A* Deo poſteritatem. Cavete ergo vobis, in ſpiritu veſtro, nec in uxores adoleſcentiæ veſtræ perfidè vos gerite. 16. Si oderit *quiſpiam* uxorem, eam dimittat, ait Jehova Deus Iſraëlis, & veſtimento ſuo injuriam tegat, ait Jehova *Deus* exercituum. Cavete ergo vobis ex animo, nec perfidi ſitis.

17. Moleſtiâ adficitis Jehovam verbis veſtris, & dicitis: quanam in re moleſti ei fuimus? *in eo fuiſtis* quod dicitis: quemcumque, qui malè ſe gerit, gratum eſſe Jehovæ, iisque eum delectari; aut, ubi eſt Deus juſtus?

Vaticinium de ante ambulone Meſſiæ, & caſtigationes Judæorum quòd defraudarent decimas, & quererentur de Providentia Divina, denique promiſſiones & minæ ad tempora Meſſiæ pertinentes.

CAPUT III.

1. MOX ego præmittam Angelum meum, qui ante me viam paret, ſtatímque poſtea veniet in Regiam ſuam Dominus, quem quæritis, & Angelus fœderis, quem deſideratis; en venit, ait Jehova Deus exercituum. 2. Quis verò ſuſtinebit diem, quo veniet? & quis conſiſtet, cùm conſpicuus factus erit? Erit enim inſtar ignis *metallum* conflantis atque inſtar ſmegmatis fullonum. 3. Sedebit conflans & purgans argentum, mundabit Levitas, eóſque ut aurum & argentum excoquet, & Jehovæ meritò munus farreum offerent. 4. Tum gratum erit Jehovæ munus Judæ & Jeroſolimæ, ut diebus antiquis & priſcis annis. 5. Tum accedam ad vos *ut adſim* judiciis, eróque teſtis paratus in maleficos, in adulteros, in perjuros, in defraudantes mercenarium mercede ſuâ, *in opprimentes* viduam & pupillum, in eos qui averſantur peregrinum, nec metuentes ſunt mei, ait Jehova *Deus* exercituum.

6. Ego enim Jehova non mutor, ſed vos, filii Jacobi nequaquam deſinitis. 7. A temporibus Majorum veſtrorum receſſiſtis ab inſtitutis meis, nec eorum obſervantes fuiſtis. Revertimini ad me, & revertar ad vos, ait Jehova *Deus* exercituum, dicitis verò, quanam in re revertemur? 8. An defraudari par eſt Deum ab homine, ut me defraudetis? Quanam verò in re te defraudavimus? aitis. In decima, *inquam*, & oblatione elatâ.

9. Di-

9. Diris devoti eſtis, & me, ô tota gens, defraudatis. 10. Totam decimam veſtram
adferte in Ærarium, ut in mea Æde ſit paſtus. Tum probate me, in hac re, ait Je-
hova *Deus* exercituum, niſi catarractas cœli vobis aperuero, atque effudero vobis bene-
dictionem, adeò ut non ſit ſatis *horreorum ad eam excipiendam*. 11. Increpabo veſtrâ cau-
sâ abſumentem, nec corrumpet vobis fructum terræ, neque orbabit vos fructu vitis ru-
ri. 12. Prædicabunt vos beatos omnes terræ, quià terra optata eritis, dixit Jehova
Deus exercituum.

13. Dura ſunt contra me verba veſtra, ait Jehova; dicitis verò: quid diximus con-
tra te? 14. Dixiſtis: fruſtra colitur Deus, quid enim emolumenti nobis eſt, quòd ob-
ſervavimus id quod obſervari juſſit, & quod pullati coram Jehova *Deo* exercituum in-
ceſſimus? 15. Nunc verò beatos prædicamus ſuperbos, etiam qui res improbas perpe-
trarunt; prole augentur, explorarúntque Deum & evaſerunt. 16. Tum verò unà collo-
quuti ſunt timentes Jehovæ, adtendítque Jehova atque audiit; ſcriptus eſt etiam coram
eo liber commentarius timentium Jehovæ, & reputantium nomen ejus. 17. Erunt au-
tem mihi, ait Jehova *Deus* exercituum, quo die peculium faciam, & parcam iis, quem-
admodum quisque filio ſuo, à quo colitur, parcit. 18. Redibitis vero & videbitis *quid
interſit* inter innocentem & ſontem, inter colentem Deum, & eum qui non colit.

Vaticinium de die adventûs Meſſiæ, poſtquam Elias anteceſſerit.

CAPUT IV. 1. NAM mox adveniet Dies ardens inſtar fornacis, & *quo* omnes ſuperbi, atque
improbitati addicti ſtipulæ erunt, quam dies veniens incendet, ait Jehova
Deus exercituum, qui nec radicem, nec ramum eis relinquet. 2. Orietur verò vobis
nominis mei timentibus ſol juſtitiæ, in cujus alis eſt ſanitas; & creſcetis inſtar vitulorum
ſaginatorum. 3. Conculcabitis improbos, nam pulvis erunt ſub plantis pedum veſtra-
rum, tempore quo *rem* confectam dabo, ait Jehova *Deus* exercituum. 4. Memores eſto-
te Legis Moſis, ſervi mei, quam mandavi illi imponendam toti Iſraëli, in Chorebo,
inſtitutorúmque & jurium ejus. 5. Mox ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequàm
veniet dies Jehovæ magnus & terribilis. 6. Revocabit autem ille animum patrum ad
filios, atque animum filiorum ad patres, ne veniat & terram ad internecionem per-
cutiat.

MALACHIÆ PROPHETIÆ

FINIS.

DISSER-

DISSERTATIO CRITICA
DE
POESI HEBRÆORUM

Ao. 1688. primum edita, in Bibliotheca Univerſali Tomo IX.

QUi Linguæ Hebraicæ cognitione aliqua imbuti ſunt, ſciunt omnes, quanto ſtudio viri docti à duobus retro ſeculis illam illuſtrare fuerint conati; iidem non ignorant, plures in quærendis Poëſeos Hebraicæ regulis diu laboraſſe, pleroſque tamen de earum inventione deſperaſſe, & ſi qui eas reperiſſe ſibi viſi ſunt, ipſos à vero aberraſſe, ſtatim ab aliis demonſtratum fuiſſe. Cum v. gr. *Franciſcus Gomarus*, hujus Poëſeos regulas ſeſe inveſtigaſſe arbitratus, librum cui titulum fecit [a] *Lyram Davidis* edidiſſet, *Ludovicus Cappellus* [b] exiguo libello omnia ejus fundamenta ſubvertit. Eandem & nos hic metueremus ſortem, niſi alia plane via inceſſiſſemus. Confidimus enim, nihil à nobis affirmatum iri, quod non ipſa Linguæ Hebraicæ natura certiſque principiis nitatur; præterquam quod de veritate regularum proponendarum, ex earundem applicatione ad librum Pſalmorum & alia veterum Hebræorum poëmata, nobis conſtitit.

Cum tamen fieri facile poſſit, ut quis amore falſæ etiam opinionis, quam ipſe ut novum inventum amplectitur, abripiatur, aut aliqua ſaltem ex parte fallatur, maluimus cogitata noſtra publico judicio exponere, ut vel errores hinc inde à nobis commiſſi corrigerentur, vel noſtra opinio aliorum calculis noviſque accedentibus rationibus firmaretur, vel denique ea omnia quæ fundamento iſti ſuperſtruximus, ſi infirmum eſſe compertum fuerit, omnino ſupprimerentur. Breviter igitur Hypotheſeos noſtræ rationes proponemus, eidemque confirmandæ reſponſiones ad objecta quædam ſubjuncturi.

I. Primo loco obſervamus, non omnes linguas omnis generis verſibus idoneas eſſe. Sunt enimvero linguæ, ut Græca & Latina, idoneæ verſibus, quos *metricos* vocabimus, i. e. qui per pedes ex ſyllabis longis brevibusque conſtantes menſurari poſſunt: aliæ contra ſunt linguæ, quarum Poëſis unice conſiſtit in certo ſyllabarum gratam auribus modulationem formantium numero, ſive verſus eodem ſono terminentur ſive non. Talis eſt lingua Gallica, tales etiam ſunt pleræque omnes linguæ, quarum uſus hodie vulgo obtinet; verſus enim metrici, quos *Desportes* aliique Poëtarum noſtrorum facere conati ſunt, tanquam duri & contra indolem linguæ Gallicæ facti, contemti fuerunt. Eadem etiam eſt ratio Linguæ Hebraicæ, Syriacæ & pleraruraque Orientalium, quæ facile ὁμοιοτέλευτα ſuppeditant, verſus autem metricos ferre non poſſunt, quod *Joſephus Scaliger* Animadv. in Euſebium p. 7. jamdudum notaverat.

Utinam vero vir iſte magnus rationes ſententiæ ſuæ in medium protuliſſet, quo pacto cenſuras quorundam doctorum evitaſſet! Non equidem affirmare auſim, Scaligerum eaſdem rationes, quæ mox exponentur, in animo habuiſſe; crediderim tamen, per Cenſores illius mihi jam licere eadem affirmare, quæ ille affirmaverat. En igitur rationes, quæ mihi perſuadent, verſus metricos Lingua Hebraica non magis quam Gallica fieri poſſe.

s. Verſus metrici fieri non poſſunt, ubi verba tranſponere non licet. Non enim ſemper ſuppetit vocum aut formularum variæ quantitatis copia ad ſenſa noſtra exprimenda. Sæpe certis quibusdam vocibus, quæ propter quantitatem ſuam nonniſi certo loco in poëmate ſtare poſſunt, uti cogimur; ſublata igitur alias voces tranſponendi licentia, iſtis locus concedi nequit, quo pacto Poëtis plurimæ voces eriperentur, adeoque crux figeretur, imo Poëſis metrica plane deſtrueretur; ſi quis v. gr. in iſto Lucani verſu:

Bella per Æmathios plusquam civilia campos

vocem *civilia* ſuo quem occupat loco moveret, & in aliam regionem collocaret, modulatio verſus ſtatim periret. Hoc apud eos qui quid ſit quantitas norunt probatione non eget: qui verò hoc ignorant, de his judicare nec poſſunt nec debent.

Atqui lingua Gallica verborum tranſpoſitiones non fert; Non poſſumus nomina adjectiva pro lubitu tranſponere, ſed alia ſubſtantivis neceſſario præponenda alia neceſſario poſtponenda ſunt, dicimus *un grand Prince*, non vero *un Prince grand*, *un cheval noir*, non autem *un noir cheval*. Hunc verborum ordinem neque in ſoluta neque in ligata oratione licet invertere. Apud Hebræos etiam, quoties nihil ſubintelligitur, ſubſtantivum adjectivo ſemper præponitur, ut בן חכם ben chacam, *filius ſapiens*, non *chacam ben*. Latinis autem Græciſque perinde eſt, ſive adjectivum præcedat ſive ſequatur.

Gallis porro non licet tranſponere Pronomina. Non poſſumus aliter dicere quàm *mon pere*, *ma mere*, &c. Imo ne quidem illa omittere licet, niſi certis caſibus, ubi omiſſio iſta longa periphraſi ſuppletur; cùm Latini & Græci æque dicant *Pater*, ac *mi Pater*. & *Pater mi*. Hebræi verò eodem modo conſtricti tenentur quo Galli; *præfixis*, *ſuffixis*, & pronominibus eorum

a Lugduni Bat. 1637. in 4.
b Salmurii 1643. in 12.

eorum ſeparatis conſtanter in eodem ſitu manentibus. Neque ullum eorum omittunt, excepto pronomine *relativo*; omiſſionis enim pronominum poſſeſſivorum exempla repertum iri vix credo.

Denique Galli non poſſunt tranſponere nomen ſubſtantivum, quod ab alio regitur. Non poteſt dici *de David les Pſeaumes*, pro *les Pſeaumes de David*. Quod verò *Ronſardus* aliique illius temporis Poetæ tales tranſpoſitiones uſurparunt, id inde factum eſt, quod linguam Gallicam ad formam Latinæ detorſerunt, quæ quidem licentia, cui non diu venia data erat, jam à Poëſi Gallica penitus exulat. Pari modo apud Hebræos ſubſtantivum quod ab alio regitur ſemper præcedit, ut דברי שלמה dibre Schlomo, *verba Salomonis*, nunquam vero *Schlomo debarim*. Quod ſi aliquando per *hypallagen* locum permutant, licentiæ magnæ, quæ rara eſt, id adſcribi debet.

Cum ergo linguarum Orientalium pleræque eundem perpetuo verborum ordinem ſervent, fieri nequit, ut verſus metrici illis linguis eleganter ſcribantur. Imò vero ſimile eſt, Græcos Latinosque propter hanc ipſam rationem, ut nimirum verſus metricos facere poſſent, naturalem verborum ordinem tranſponere cœpiſſe, quod *Voſſius*, libro *de Poëmatum cantu & viribus rythmi* p. 41. obſervavit.

2. Altera ratio, quæ verſus metricos Græcis Latiniſque reddit faciles, eſt varia apud ipſos terminatio caſuum; absque eo ſi foret, dubito utrum verſus Græci aut Latini componi poſſint. Contra apud Gallos ſinguli caſus eodem modo terminantur, adeoque omnium quantitas eadem eſt quæ nominativi, omnesque in Poëſi metrica non niſi unum atque eundem pedem faciunt. Eodem modo res ſe habet cum lingua Hebraïca; unde neceſſario conſequitur, eam non magis quàm noſtram verſibus metricis idoneam eſſe. Porro Hebræi aliique Orientales duas tantum numeri pluralis terminationes habent, maſculinis apud Hebræos in IM, femininis in OTH terminantibus. Si quis ergo iſta lingua verſus metricos ſcribere vellet, pluralia pro eodem pede ſemper adhibere cogeretur.

3. Tertia ratio, quæ compoſitionem verſuum metricorum linguâ Gallicâ impedit, eſt multitudo ſyllabarum longarum & paucitas brevium; de quo facile conſtare poteſt, dummodo quis primo quoque libro Gallico in manus ſumto aliquot verſus legere velit. Eadem linguæ Hebraicæ eſt ratio, cujus ſyllabas longas non illas voco, quibus Maſſorethæ unam ex quinque vocalibus, quæ longæ appellantur, ſuppoſuerunt, dubito enim, utrum punctatio ipſorum ſemper certa ſit, ſed illas voco longas, quæ propter plures diverſasque conſonantes ſequentes, quicquid Grammatici contra dicant, omnino breves eſſe nequeunt, ut prima ſyllaba vocis חפצו *chephtſo*, & poſtrema ſyllaba omnium vocum in conſonante *mobili* terminantium, quoties vox ſequens ab alia conſonante mobili incipit, v. gr. ſyllaba poſterior verbi *balac* in vocibus הלך בעצת *halach bagnatſath*, non poteſt brevis eſſe & dactylum *balac-ba* facere, ut oſtendit *Cappellus* in refutatione *Gemari* p. 22. & *ſeqq.* His poſitis cuivis, qualemcumque locum librorum Poëticorum Scripturæ inſpicienti, tantus ſyllabarum longarum numerus ſtatim ſeſe offeret, ut appareat verſus metricos ex iis omnino componi non poſſe. Si qui autem verſus metricos componere tentarunt, nullam iſtius rei habuerunt rationem: quod æquè abſurdum eſt, ac ſi quis neglecta ſyllabarum quantitate verſus Græcos Latinosque ſcribere aggrederetur.

Objiciet forte aliquis verſus Rabbinorum juniorum, in quibus *Buxtorfius*, libro ſcripto & *Theſauro* ſuo adjuncto, tanquam in verſibus metricis pedes quæſivit. Facillimum autem foret oſtendere, quod omnino deceptus fuerit, cùm Rabbini nonniſi ad cæſuras numerosque ſyllabarum adtendant, ipſorumque licentiæ, ut plurimum, in pronunciatione aut ſuppreſſione τοῦ *ſcheva* ſimplicis vel compoſiti conſiſtant. Iſta fuſius perſequi jam non vacat, confidimus autem, omnes qui vel ſupremis labris Hebraïca deguſtarunt, noruntque quid ſit modulatio noſtrorum verſuum ὁμοιοτελεύτων, ſola exemplorum ab ipſo *Buxtorfio* allatorum lectione ultro in noſtram ſententiam conceſſuros. Accidit autem neſcio quo fato, ut illi qui ad ſtudium linguarum Orientalium animum adjungunt, propriam linguam plerumque excolere negligant, quæ forte cauſſa eſt, cur Poëſeos Hebraïcæ ratio hactenus non fuerit perſpecta.

4. Abunde ni fallor oſtendimus, verſus metricos lingua Hebraïca ſcribi non poſſe: notandum autem eſt, hoc ipſum verſus ὁμοιοτελεύτους hac lingua reddere faciles, cùm enim caſus & pronomina ſuffixa, ut & omnia pluralia ſimiliter deſinant, tanta inde ſimilium ſonorum terminationumque multitudo exoritur, ut vix omni ſtudio adhibito evitari poſſint. Et hæc ipſa verſus ejusmodi componendi facilitas ipſis apud Hebræos originem dediſſe videtur, nam ut acutè *Voſſius* p. 25. libri citati diſſerit: „Ipſa „natura unà cum cantu hanc poëſeos rationem mortalibus tradidit. Et ſanè (inquit,) „ſi quis puerorum canere incipientium morem „obſervet, quomodo nempe illi, dum verba „næniæ ſuæ aptare conantur, ut cantum impleant, eadem vocabula pluries ſoleant „repetere, in hac quoque balbutie & battologia vulgaris rythmicæ rudimenta inveniet. „Neque enim negari poteſt, quin eædem voces repetitæ faciant conſonantiam, ſi non „elegantem & jucundam, maximè tamen naturalem & perfectam, multarumque gentium „uſu comprobatam; licet delicatiores homines „imprimis ab eo ſibi caveant, vitioſumque „exiſtiment, ſi in carminum fine idem vocabulum ſibi conſonet.“

II. Hæc cum ita ſint, nemini mirum videbitur, ſi aſſerimus, Poëſin Hebraïcam nonniſi in verſibus ὁμοιοτελεύτοις, iisdemque valde irregularibus conſiſtere. Indoles linguæ Hebraicæ, ut videmus, aliud verſuum genus reſpicit; neque difficulter concipimus, Hebræos nationem parum cultam, non multum curaſſe, ut carmina ſua ad regulas artis formarent, quod Arabes & Rabbini poſtea fecerunt.

Voſſius obſervavit, non Arabes, Perſas atque Afros ſolùm, verùm Tartaros etiam, & Sinenſes, pluresque Americanas gentes aliam Poëſin quàm verſuum in eodem ſono terminantium non agnoſcere. Quin vero ſimile eſt, populos Septentrionales, qui occidente imperio Romano Europam occuparunt, tales verſus ha-

habuiſſe; monachosque ſequentium ſeculorum compoſitionem verſuum ſimiliter deſinentium ſive *leoninorum*, qui in veteribus *Officiis* Eccleſiaſticis magno numero Latinè ſcripti reperiuntur, ab illis didiciſſe. Britannorum veterum fragmenta quædam poëtica adhuc ſuperſunt, quale *Uſſerius* Brit. Ant. p. 254. refert *Thalaſſieni* cujusdam, quem Bardorum principem appellat, & Juſtiniani temporibus vixiſſe teſtatur.

1. Cùm verò populis Septentrionalibus, quantum quidem conſtat, nullum cum Orientalibus interceſſerit commercium, ab illis ad iſtos argumentum non valebit. Arabibus ergo inſiſtemus, primoque loco obſervabimus, duo Poëſeos Arabicæ diſtinguenda eſſe tempora. Diu illa regulis caruit, & unice ex verſibus aliquo modo ſimiliter deſinentibus absque certa menſura conſtitit. Nihilominus ſi qui libri toti verſibus ejusmodi irregularibus ſcripti erant, illi eleganti ſtylo exarati judicabantur, ſine verſuum interdum vario, interdum verò per integrum Poëma eodem. Talis erat Poëſis Arabica, cum Alcoranus ederetur, h. e. ante medium ſeculi ſeptimi. Totus iſte liber fere verſibus ſimiliter deſinentibus conſtat, licet periodi admodum ſint inæquales: & ex quo prodiit, adeò bene ſcriptus eſſe videbatur, ut ipſe Mahometus jactarit, ad elegantiam ſtyli ſui ne Angelos quidem nec Dæmones aſſurgere poſſe; unde concludimus, rationem hanc ſcribendi à longo jam tempore apud Arabes, laudatam fuiſſe, aliàs aut impoſtor ipſe hanc methodum non ſelegiſſet, aut lectoribus ſuis non ita placuiſſet. Qui poſt ipſum ſcripſerunt, eum imitari conati ſunt, quod plures eruditi obſervarunt, præcipue *Jo. Fabricius* Dantiſcanus, in ſpecimine Arabico, ubi inter alia ſcripta Arabica edidit tractatum *El-berir*, auctoris in Aſia celeberrimi, qui ſtylum Alcorani omnium optime aſſecutus eſt. Si quis ſuis oculis hæc videre velit, conferat librum iſtum cum Alcorano, aut minimùm cum Suratis XII. & LXIV. ab Erpenio Arabicè, & Latinè editis.

Poſſet forte aliquis objicere, hos non tam eſſe verſus, quam orationem ſolutam verbis in eodem ſono alicubi deſinentibus, cùm dimenſio non ſit æqualis; ne verò de vocibus litigemus, reſpondemus ab initio hanc Poëſin aliam non fuiſſe; id quod conſtat ex verſibus *Ali* aliorumque Poëtarum Mahometo contemporaneorum, quorum ſcripta apud Arabes adhuc ſuperſunt. Cùm verò gens Arabum longiſſimo tempore ab aliis diviſa fuerit, ita ut nulla peregrinatio in Arabiam penetraret, exiſtimamus ipſorum conſuetudines antiquiſſimas fuiſſe, quo primum tempore exteris innotuerunt. Licet enim Poëſis illorum ſero demum ad noſtram notitiam pervenerit, minimè inde ſequitur novam eſſe atque nuperam. Neque mirum videri debet, iſtam Poëſin per multa ſecula valde imperfectam fuiſſe, cùm populi iſti ea ætate ſtudia, artes atque ſcientias ignorarent.

Poſt Mahometi demum tempora ſub *Al-Raſchid* Calipha exeunte ſeculo VIII. eruditus Arabs, *Al Chalil Ebn Ahmed Al Farachidi* dictus, Poëſin in artem redegit. Hæc ars non conſiſtit in ſyllabarum longarum breviumque diſtinctione, ſed unice in verſibus ſimiliter deſinentibus, in numero ſyllabarum & obſervatione cæſurarum quarundam, cui ſeſe adſtringunt, ſollicite diſtinguentes conſonas mobiles & quieſcentes. Si quis hæc accuratius ſcire velit, adeat libellum *Samuelis Clerici*, eruditi Angli, Oxonii A. 1661. in octavo editum, cujus titulus eſt: *Scientia metrica & rythmica, ſeu Tractatus de Proſodia Arabica.*

2. Habent etiam Æthiopes Poëſin verſibus ſimiliter deſinentibus; illa verò magis ad veterem quàm ad novam Arabicam accedit, ſi fides *Ludolfo*, qui Hiſt. Æthiop. Lib. IV. c. 2. n. 38. eam ita deſcribit: *Poëſis*, inquit, *Æthiopum conſtat unice ex verſibus ſimiliter deſinentibus, ſi omnino ſimiliter deſinentes appellare licet conſonas ejusdem ordinis, quæ verſus finiunt, quamvis vocales ſint diverſæ.* Addit, varii generis ipſos habere verſus, quorum ſpecimina in nova ſua Grammatica Æthiopica & in Commentario, qui ſub prælo eſſe dicitur, ſe allaturum promittit.

3. Si quis jam quærat, cuinam Poëſeos generi Hebraïca ſit ſimillima, reſpondemus, veteri Arabum Poëſi. Hebræi enim nunquam artes valde excoluerunt, neque ornandæ linguæ ſuæ aut ſtyli elegantiæ operam dederunt. Agriculturæ toti dediti, frequens commercium cum vicinis gentibus, à quibus forte ſcientias acquirere potuiſſent, non inierunt. Hoc ex veteribus ipſorum libris patet, in quibus nulla loca eruditione plena reperiuntur, quâ Græcorum & aliarum, quæ ad ſcientias animum applicuerunt, gentium libri ſcatent. Habuerunt nihilominus Hebræi inde ab initio Reipublicæ Cantica Verſusque, quibus laudes Dei celebrabant, Hiſtoriamque gentis ſuæ narrabant. Hoc teſtantur Cantica Moſis & Liber *Bellorum Domini*, qui continebat Collectanea Poëmatum, ut patet ex Joſ. X. 13. 2 Sam. I. 18. Non ergo paradoxum erit, ſi dicamus, Poëſin Hebraïcam æque atque Arabicam, non fuiſſe valde regularem atque expolitam. Si ſciremus, qualis fuerit Poëſis Ægyptiorum veterum, poſſemus in Hebraïca easdem regulas quærere, cum veroſimile ſit, Moſen ab illis rationem componendorum verſuum didiciſſe. Cum autem de ea nihil nobis conſtet, oportet inquirere in regulas poëticas gentium vicinarum, Arabum puta atque Æthiopum, & videre utrum Poëſis Hebraïca, illis ſit ſimilis. Id quod modò fecimus demonſtravimusque, in Lingua Hebraïca aliam Poëſin locum habere non poſſe.

Supereſt ut præcipuas illius regulas tradamus, easque libris Hebræorum Poëticis applicemus.

III. Cùm Poëſis Hebraïca nunquam in artem redacta fuerit, non poſſumus multas illius regulas proponere, quæ tum demum à Poëtis obſervari ſolent, poſtquam ſtudio formatæ ſunt. Id unum ergo nobis relinquitur; ut per animadverſiones quasdam generales naturam hujus Poëſeos explicemus.

1. Eſt Poeſis cujus verſus ſimiliter deſinunt, uti noſtri, quod & jam obſervavimus, & mox in clariori luce collocabimus.

2. Verſus iſti ſimiliter deſinentes ſæpe parum ſunt accurati, ut Arabum, de quibus caput ultimum *Proſodiæ Arabicæ* jam citatæ videri poteſt. Rabbini, qui Poëſin ſuam ab Arabibus mutuati ſunt; bene diſtinguunt verſus ſimiliter deſinentes in tria genera. Primum eſt, cum

duo verſus in eadem conſona eademque vocali finiunt, licet litera præcedens diverſa ſit, ſicut אבד *abad* & פקד *phakad*: hoc genus vocant verſus *tolerabiles*. Secundum genus eſt, quando duæ poſtremæ conſonantes congruunt, ut אמר *emor* & שמר *ſchmor*; hi verſus ſecundum ipſos *juſti* ſunt. Tertium genus eſt, quando tres poſtremæ conſonæ congruunt, ut ספרים *ſpharim* & דברים *dbarim*, hi ſunt verſus *laudabiles*. Licentiam eſſe dicunt quando duo verſus deſinunt in vocibus, quarum pronunciatio congruit literis diverſis exiſtentibus, ut סכה *ſuccha*, & צוקה *tſouka*. Alia ſed minor licentia eſt, ubi verſus terminantur vocibus, quæ non in eadem ſed affini vocali finiunt, ſi v. gr. earum una finiat in *ſchurec*, altera vero in *cholem*, ut תמות *thamouth* & תחברות *thichroth*. Cum diſtinctiones iſtæ indoli linguæ Hebraïcæ conſentaneæ, Arabumque diſtinctionibus ſimpliciores ſint, nihil impedit, quo minus eas veteri Hebræorum Poëſi applicemus. Obſervamus igitur, licet in veteri Hebræorum Poëſi plerique verſus ſint *juſti* atque *laudabiles*, non paucos etiam reperiri magis minusve *tolerabiles*. Duriſſimi ſunt quorum non niſi ultima vocalis congruit, verbis finientibus in *quieſcente* cujus ſonus non auditur, ut תה *tha*, תי *thi*, תו *thu*, &c. בה *ba*, בי *bi*, בו *bo*, &c. Si quis exempla talium verſuum ex Poëſi recentiori petita videre cupiat, eos conſulat, qui de Poëſi Hiſpanica ſcripſerunt, quibus verſus, Rabbinis *tolerabiles* dicti *aſſonantes*, reliqui verò *conſonantes* vocantur.

3. Verſuum ſimiliter deſinentium numerus non eſt certus atque fixus. Pſalmo II, 3, 5. v. gr. quinque ſunt verſus in מו *mo*, qui nonniſi duobus verſibus in *ac* commatis quarti interdiſtinguuntur. Dantur Pſalmi quorum ſinguli penè verſus in eodem ſono finiunt, qualis eſt Pſ. CXIX. qui fere totus in ךָ *cha* finit. Arabum Poëmata ſimilia ſunt, Poëma *Tograi* dictum totum finit in *li*, Poëma vero *Abu-el-ula* in *la*, &c. Ordo etiam verſuum in eodem Pſalmo non idem, ſed verſibus noſtris irregularibus, quos pro lubitu collocamus, plane ſimilis eſt. Forte etiam alicubi, modulationem ſufficere rati, terminationem ſimilem non quæſiverant; ſunt enim loca quædam Pſalmorum, ubi verſus non ſimiliter finiunt, licet ſenſui nihil deeſſe videatur, ut in fine Pſalmorum CXI. & CXII. Ita linguis quæ hodie in uſu ſunt, Anglica puta atque Italica, optimi verſus ſcribuntur, obſervatis tantum numeris quibusdam modisque absque eo ut ſimiliter deſinant.

4. Raro verſus ſunt æque longi. Nimirum videtur, Hebræos de hac re plane non fuiſſe ſollicitos: ubi duo verſus ejusdem menſuræ ſeſe ſponte obtulerunt, eos non rejecerunt, at æqualitatem iſtam menſuræ non quæſiverunt. Quod oſtendit, Poëſin illorum non fuiſſe elegantiſſimam.

5. Cum Hebræi non habeant longas Periodos, verſus ipſorum raro longi ſunt. Tales ſunt verſus Pſalmi CXIX. cæteri verò tam breves ſunt, ut quidam duabus tantum ſyllabis conſtent, perinde ut noſtri verſus irregulares & fortuiti. Et hæc forte eſt ratio, cur Hymnum vocent מזמור *mizmor*, à זמר *zamar*, quæ vox ſignificat *ſcindere*: quia ſtylus eorum admodum eſt conciſus, ita ut ad exprimendam verſuum modulationem in lectione unius ejusdemque Periodi ſpiritus aliquoties ſuſpendendus ſit. Hoc verbum fateor in conjugatione *Piel* ſignificat *canere*, ſed ſignificatio ꝧ *Piel* derivatur à ſignificatione ꝧ *Kal*; atque hodienum apud Arabes, qui verſus ſuos in varias cæſuras ſcindendo decantant, *zamara* ſignificat *canere*.

6. Cum Poëſis Hebraïca parum ſit regularis, non poteſt non abundare licentiis circa verſus ſimiliter deſinentes. Maxima ſecundum Rabbinos illa eſt, quæ literas diverſas, dummodo earum ſimilis ſit pronunciatio, in fine verſuum admittit. Cùm enim poëmata ad cantum potius atque recitationem quàm ad lectionem pangerentur, non tam ſolliciti erant ut oculis placerent, quàm ut aures demulcerent. Licet igitur verſus in diverſas literas deſinentes legentem offendere poſſent, non ægre tamen admittebantur, quia auribus ingrati non erant. Ita v. gr. Pſ. I. 3. יהגה *jehgueh* componitur verſui in פלגי *phalgue* deſinenti, & commate 5. משפט *miſchpat* cum עדת *adath*.

7. Eadem modulatio in verſibus Hebraïcis obſervatur, quæ in noſtris, excepto quod cæſuras fere negligunt, ſine quibus noſtri verſus recitari nequeunt. Cæſuræ autem in verſibus Hebraïcis non valde ſunt neceſſariæ, quia noſtris plerumque multo ſunt breviores, imo ſæpe tam breves, ut cæſura locum habere non poſſit.

8. Hebræi æque ac pleræque aliæ gentes in Canticis ſuis verſus habent quos repetunt, ut videre eſt Pſ. CXVIII. & CXXVI. Illud autem apud ipſos ſingulare eſt, quod verſus intermedii aliquando non ſimiliter deſinant, cujus rei exemplum extat in Pſalmorum modò citatorum poſteriori.

9. Illud etiam aliquando affectant Hebræi, ut verſus ſuos à certa quadam litera incipiant. Octo v. gr. priores verſus Pſ. CXIX. incipiunt à litera א, octo ſequentes à ב & ita porro usque ad finem Alphabeti. Idem Pſ. XXXVII. obſervatur, ubi non ſinguli quidem verſus, ſed ſingulæ ſtrophæ ab aliqua literarum alphabeti ex ordine incipiunt. Unde Pſalmos quosdam verſibus acroſtichis conſtare conjecimus; obſervavimus etiam, primas diverſorum verſuum literas junctas ſenſum gignere: cùm verò irregularitas verſuum impediat, quo minus ſingulorum initia certo cognoſcantur, cùm item caſu fortuito evenire poſſit, ut primæ literæ ſenſum forment, nihil de eo aſſeverare auſi ſumus.

10. Non opus eſt, ut de ſtylo poëſeos Hebraïcæ multis hic agamus, cùm eadem fere illius ſit ratio, quæ alterius cujuscunque Poëſeos. Hoc tantum notamus, Poëſeos Hebraïcæ elegantiam iſtud cum Græcorum Poëſi commune habere, quod verba & loquendi modos à Dialectis vicinis, Linguæ puta Chaldaïcæ, mutuatur. Exempla extant Pſ. CIII 3, 4, 5. CXVI. 7, 12. ubi *ſuffixa* Chaldaïca reperiuntur. Aliud notatu digniſſimum occurrit, Pſ. II. de quo infra agetur. Hæc obſervatio maximi eſt momenti ad loca quædam explicanda, erroresque quosdam librariorum, quibus ratio verſuum ſimiliter deſinentium, aliàs ubique conſpicua, turbatur, corrigendos.

His regulis poſitis, alias rationes ſpeciales afferemus, quibus ſimul firmabitur, quod hactenus generatim adſtruximus, Poëſin nimirum He-

Digitized by Google

Hebræorum veteri Arabum Poëſi eſſe ſimilem.

IV. Viri quidam docti * cum verſus ſimiliter deſinentes in libris Poëticis Veteris Teſtamenti paſſim deprehenderent, illos caſui fortuito non verò Scriptorum ſacrorum ſtudio originem debere exiſtimarunt. Hujus opinionis, falſitatem ſequentia demonſtrant:

1. Ipſe omnes Pſalmos in verſus ſimiliter deſinentes diſpoſui, ex quo opere, ſi in lucem prodiret, veritas hypotheſeos à nobis in medium allatæ ad oculum pateret. Idem in aliis librorum Poëticorum, Hymnorumque in Pentateucho Judicibusque repertorum locis tentavi. Ubique ſatis feliciter ſucceſſit, paucis quibusdam exceptis, cujus rei rationes infra indicabimus. Nemo igitur poſtea in animum inducet, ut credat, verſus ſimiliter deſinentes in poëmatibus veterum Hebræorum caſui fortuito adſcribendos eſſe. Fieri enim non poterat, ut hoc ipſis inadvertentibus toties accideret: ſi vero ipſis ſcientibus hoc factum eſt, ideo factum eſt, quia ratio Poëſeos ipſorum tales verſus exigebat. Exemplo rem illuſtrabimus circa finem hujus Diſſertationis.

2. Obſervatur, eaſdem voces citra neceſſitatem ſæpe repeti, tantum ut verſus ſimiliter deſinant: ita Pſ. CL. vox *halelouhou*, plurimæque aliæ, quas allegare ſuperſedemus, alibi repetuntur.

3. Sæpiſſime porro voces ejusdem ſoni, quas ſenſus proprie non exigebat, in fine verſuum repetuntur. Ita אבד abad, *periit*, aliquoties cum עד ad, *ſemper*, reperitur. Ex quo planum fit, neque caſum fortuitum neque phraſeos neceſſitatem effeciſſe, ut harum vocum altera alteri componeretur, ſed ſtudium voces ſimiliter deſinentes adhibendi. Absque quo ſi eſſet, non toties viciuæ reperirentur.

4. Ubique fere videre eſt, verſus ſimiliter deſinentes produxiſſe alium ſimilem imo duos interdum aut tres, quos phraſis non neceſſario requirebat, talis eſt *MO*, Pſ II. cujus ſeptem verſus charactere Latino ſic exprimuntur:

Eth moſrotheMO
Venaſchlicha mimmennou abotheMo
Joſcheb baſchamajim jiſchAK
Adonai jilAG
LaMO
Az jedabber eleMO
Bappho oubacharono jebahaleMO

Dubium mihi non eſt, Auctorem hujus Pſalmi verſus in O deſinentes ſtudioſe affectaſſe; tertius enim neutiquam erat neceſſarius, cum ſufficeret dicere: *jilag vaiedabber elemo*. Imo ſi Poëſis Hebraïca in hoc non conſiſtebat, debebat verſus iſtos ὁμοιοτελεύτους, qui aliàs aures offenderent, *ſuffixo* HEM adhibito evitare. Idem quod hic aſſerimus confirmatur, Pſ. CXVIII.

5. In quibusdam Textus Hebraïci locis verſus ſimiliter deſinentes non reperiuntur, ubi ſimul & ſenſus admodum involutus & verborum ordo Linguæ Hebraïcæ indoli contrarius eſt: ſin autem verba ordini naturali, quem conſtructio exigit, reſtituantur, non tantum ſenſus clarus planusque fit, verum etiam verſus ſimiliter deſinunt. Unde jure concludimus, verba prius fuiſſe tranſpoſita, & verſus ſimiliter deſinentes, cum ſenſui congruant, à Poëta ſacro quæſitos fuiſſe. En ſenſum commatis 6. & 7. Pſalmi IX. ſecundùm ordinem quem hodie ſervant ad verbum redditum: *Perdidiſti impium, deleviſti nomen* IPSORUM *in perpetuum, inimicus, vaſtationes completæ ſunt in ſeculum, & diruiſti urbes, memoria ipſarum periit*, IPSI *vel* IPSÆ. Quam impedita ſit conſtructio iſta nemo non videt, clarius autem videbit, qui fontes Hebraïcos adire poteſt. In eodem iſto loco neque verſus ſimiliter deſinunt. Levi autem mutatione, quæ aliis locis parallelis firmatur, facta, & verſus ſimiliter deſinunt, & verba ſenſum planum facilemque fundunt, regularemque conſtructionem habent. *Perdidiſti impios, deleviſti nomen ipſorum in perpetuum, inimicus periit, vici urbesque dirutæ ſunt in ſeculum, deſtruxiſti ipſas & memoriam ipſarum.* In his verbis ſenſus, qui prius obſcure videbatur, plane cernitur. Quin etiam conſtanter obſervavimus, locis obſcurioribus verſus ſimiliter deſinentes difficillime reperiri; unde veroſimili ratiocinatione concluditur, obſcuritatem iſtam, vel à tranſpoſitione, vel ab omiſſione vocis aut literæ, ſine qua verſus ſimiliter deſinere nequit, oriri. Senſus è contra facilis eſt, quoties verſus ſimiliter deſinentes facile reperiuntur. Si brevitas, qua hic adſtringimur, id permitteret, magnum exemplorum numerum afferremus; unicum tantum apponemus ex Pſ. XVI. initio, quod verſio Genevenſis additis quibusdam vocibus, quæ charactere Romano hic expreſſæ conſpiciuntur, ita reddidit: „Protege me *Deus* fortis, quia ad te confugi. *Anima mea.* dixiſti „Jehovæ, tu es Dominus, bonitas mea ad te „non *pertingit*, *ſed* ad ſanctos qui ſunt in terra, & *ad* claros *ejus* viros, quibus delector. „Anguſtiæ eorum, qui currunt *poſt* alium „*Deum* multiplicabuntur.“ Senſu, quamvis Interpretes multa ſuppleverint, ſatis obſcuro verbisque impeditis. In Hebraïco autem difficultas longe major eſt propter punctuationem quorundam vocum, & propter literas quasdam, neceſſario vel addendas vel immutandas. Inde eſt quod locus iſte Interpretibus crucem fixit, unde nemo illorum ſeſe expedire potuit. Nos vero illum locum, prius à nobis emendatum, ita vertimus: *Protege me Deus, quia in te ſperavi. Dixi Jehovæ, tu es Dominus, omnis ſpes mea in te ſita eſt. Magno numero iverunt ad cynædos, qui ſunt in terra tua, magnates delectantur in illis, idola ſua alienorum Deorum ſtudioſe multiplicarunt.* Ne longum faciamus, converſionis noſtræ rationes reddere non aggrediemur, ſufficiet quod nonniſi illa poſita Verſus in eodem ſono deſinunt.

6. Conſtat apud omnes Criticæ Veteris Teſtamenti peritos, in verſione LXX. Interpretum verba reperiri, quæ in Textu Hebraïco deſunt. Talia loca in Pſalmis æque ac in aliis libris occurrunt. Iſtud autem obſervatu dignum eſt, quod alicubi Textus Hebræi verſus jam non ſimiliter deſinunt, fient autem ὁμοιοτέλευτοι, ſi verba Verſionis Græcæ addantur. Unde patet, illa verba à librarii- Hebræis omiſſa adeoque reſtituenda eſſe. Pſalmo I. 4. v. gr. LXX. bis poſuerunt οὐχ' οὕτως *non ſic*, quod in Hebræo hodierno ſemel tantum occurrit: ope verò ſi-

* Vid. Buxtorf. in Proſod. Hebr.

 miſſs

milis terminationis comperimus hanc phraſin bis ponendam eſſe. Alios locus notatu dignior eſt Pſ. VII. 12 ubi in Hebræo hæc habentur: *Deus juſtus eſt judex & Deus qui toto die iraſcitur.* Hic neque verſus ſimiliter finiunt, neque deſcriptio juſtitiæ divinæ iis quæ alibi in libris ſacris reperiuntur, congruit: ſolent enim Deum deſcribere, non ſolum ut longanimem in ſummo gradu, verum etiam facile placabilem, qui iram quidem per momentum oſtendat, miſericordiam autem diutiſſime contineat, vid. Pſ. XXX. 6. Secundum τοὺς LXX. & verſuum idem ſonus & ſenſus planus eſt. En verba: *Deus juſtus eſt judex, patiens, qui non perpetuo provocatur.* Pſalmo ſimiliter CXXXIV, 10. tria verba, ut verſus ſimiliter deſinant neceſſaria, Hebræis deſunt: apud LXX. Interpretes vero reperiuntur: *Vos omnes ſervi Jehovæ, qui ſtatis in domo Jehovæ* (in veſtibulo domus Jehovæ) *elevate manus veſtras verſus Sanctuarium.* Quæ uncinis hic incluſa conſpiciuntur, Hebræis deſunt, ut verſus ſimiliter deſinant neceſſaria. Iſti omiſſioni repetitio vocum בית יי beth jahvoh, *domus Jehovæ*, originem dediſſe videtur, ut omnes, qui ſcripta, in quibus eædem voces repetebantur, aliquando deſcripſerunt, facile intelligunt.

7 Alia ratio, qua probatur verſus Hebræorum in eodem ſono deſinere, hæc eſt, quod Autores ſacri hinc inde verba Hebræis parum uſitata, aut phraſes à conſuetudine vicinarum Dialectorum petitas adhibuerint, ubi verba phraſesque Hebræis ordinariæ non in eodem ſono finiiſſent. Pſalmo II. 12. e. gr. occurrit vox Chaldaica בר bar, *filius*, quæ in eundem ſonum deſinit cum ſequenti יבער jibar, cui vox בן *ben* Hebræis idem ſignificans & commate ſeptimo adhibita non congruiſſet. Pſalmo item CIII. Pſalmiſta animam ſuam i. e. ſe ipſum alloquens feminino utitur, quia vox נפש *anima* ejus generis eſt, ſcribitque אל תשכחי al thiſchechi, *ne obliviſcare tu anima*; unde verſibus ſequentibus ſuffixo Chaldaico ſive Syriaco כי *chi* uti coactus fuit, quia Hebraïco ſuffixo adhibito idem ſonus non conſtitiſſet. Verſus iſte in *chi* deſinens tribus aliis, fateor, originem dedit, hoc vero ipſum oſtendit, verſus ſimiliter deſinentes non ſponte natos ſed ſtudio quæſitos fuiſſe.

8. Poëſin orientalium exponentes de Phœnicum Hebræis vicinorum eademque lingua utentium Poëſi verbum addere potuiſſemus; at cum ea quæ de Arabibus Æthiopibusque diximus indubia ſint, ratio vero poëſeos Phœnicum in obſcuro lateat, iſtam tractationem maluimus in finem rejicere, poſtquam ex aliis indiciis comperimus, Hebræorum Poëſin ex verſibus ſimiliter deſinentibus conſtitiſſe. Unde cum lingua Hebraïca à Phœnicia non ſit diverſa, ſponte ſua conſequitur Phœnicum verſus alios non fuiſſe quam ſimiliter deſinentes, quia lingua Hebraïca alios procudere non poteſt. Unicum poëſeos Carthaginenſis, quæ eadem eſt atque Phœnicia, ſupereſt fragmentum decem linearum in *Pœnulo Plauti.* Cum vero iſti verſus nunquam alio quam Latino charactere, & à librariis ſenſum eorum non intelligentibus exarati fuerint, non audemus promittere, nos certa emendatione illos integritati ſuæ reſtituere poſſe. Plautus equidem undecim verſibus Latinis illos reddidit. Verum 1. ex hoc ipſo conſtat verſum unum periiſſe, quia in verſibus Latinis occurrit repetitio, quæ indoli linguæ Latinæ non congruit, linguæ autem Phœniciæ maxime familiaris eſt:

> Measque ut gnatas *& mei fratris filium*
> Reperire me ſiritis, Dii veſtram fidem!
> Quæ mihi ſurreptæ ſunt, *& fratris filium.*

Nunquam ſane Plautus verba *& fratris filium*, bis poſuiſſet, niſi bis potius in fontibus Phœniciis reperiſſet. 2. Videtur Plautus hos verſus libere convertiſſe, quod Bochartus, qui eos omnium feliciſſime reſtituit, demonſtravit; quamvis igitur nulla verſuum ſimiliter deſinentium, veſtigia hic appareret, id ſententiam noſtram non labefactaret: at vero tam clara deprehenduntur indicia, ut revera verſus ὁμοιοτελεύτους fuiſſe nullum ſit dubium. Hoc ut eo facilius cognoſcatur ſcribam eos characteribus Hebraïcis Latiniſque, cum verſione Latina ſingulos verſus ad verbum reddente, partim *Bochartum* partim Plauti verſionem potius quam verba Phœnicia Latinis Characteribus expreſſa ſecutus.

נא את עליתים ועליונות
שכורת יסמכון זות
כי נתם מלכי
ומתדברי עשקי
לפוחנרת אורת במצותי
ארת בני וארת בנותי
ברוח רוב שלהם
עליונים ובמשורתהם
בנורת שננבו לי
ובן אחי
בטרם מורת וחנותו
תא נחלכתי אנטידמרכו
איש שידע לי ברם תפל
את חילי שכינתם לאפל
ארת בן אמיץ
דכור תם נקוט נוח אגורסטוקליס
חותם חנותי הכיור הזה
לי חוק זורת נושא
בין החיל חו·לי לנבולם
לשברת תם
בוא די עלי תרע אנא הנו
אשאל אם מנכר לו שמו

Na eth eljonim veljonoth
Schecboreth jiſmchoun zoth
Chi aitthan milchi
Oumithdabbre iski
Lephochanath oth bimtſoti
Eth bni veth bnothi
Brouah rob ſchellahem
Eljonim oubimſchourathchem
Bnoth ſchenignbou li
Ouben achi
Bterem moth vchanoutho
Tha nhelachthi Antidamarco
Iſch ſchejada li bram thippel
Eth chale ſchchinatham lophel
Eth ben amits

Dibbour

Digitized by Google

Dibbour tham ncot nave Agoraſtoclis
Chothem chanouthi bacchior hazze
Li chok zoth noſe
Ben bachajit bivvou li ligboulam
Lſchebeth tham
Bo di ale thra inna hinno
Eſchal im manchar lo ſchmo

Oro Deos Deasque,
qui hanc regionem protegunt,
ut conſilium meum ſuccedat,
ut negotium meum dirigant,
& ut ſignum agnoſcam, reperiens
nepotem meum, filiasque meas
(per ſpiritum abundantem, qui in ipſis eſt
in Diis, *inquam*, & ipſorum Providentia)
filias meas furto mihi ablatas,
nepotemque meum,
Priusquam Antidamarcus moreretur,
habitabam in ædibus ejus.
Homo erat mihi notus, ſed abiit
ad congregationem eorum, quorum habitatio eſt in tenebris.
Pro certo dicitur,
filium ipſius Agoraſtoclem ibi habitare.
Signum, de quo inter me & hoſpitem meum convenit, eſt hæc tabula inciſa,
quam apporto, ut mihi ſit pro ſigno.
Aſſeverant mihi, hic verſus extremitatem ipſum habitare.
Venit aliquis per hanc portam, eccum
Interrogabo ipſum, an nomen ejus noverit?

Non jam ſingulos verſus explicare aggrediar, cum & *Bochartus* illud ex parte jam fecerit, & verſio noſtra eum in finem ſufficiat. Tria tamen lectorem monebo 1. ſingulas lineas Phœnicias Latinis characteribus apud Plautum expreſſas, continere duos verſus, qui ideo juncti eſſe videntur, quia uno verſu Latino duos Phœnicios reddidit, ita ut pro undecim Plautinis viginti duo Phœnicii fuerint, quorum hodie viginti tantum ſuperſunt, una linea duorum verſuum, ut jam dictum, deperdita. Hanc lacunam vertentes verſum Plauti, duobus verſibus brevibus ſimiliter deſinentibus explevimus. 2. Nos pronunciationem vocalium linguæ Punicæ neſcire. Forte ad Syriacam vel Arabicam magis quam ad Hebræam accedebat; imo forte Carthagine & in Africa verba quædam longe aliter quam in Aſia pronunciabantur, ſicut hodienum & linguæ Arabicæ dialecti variant, & gentes Europææ, quarum linguæ eandem originem habent, eandem *radicem*, retentis licet conſonis, reſpectu vocalium longe aliter pronunciant. Quamvis igitur literis radicalibus, vel Hebræorum vel Syrorum more puncta vocalia annotaremus, inde tamen minime ſequeretur, hanc eſſe veram vocum pronunciationem. Præcipue igitur ad conſonas attendendum videndumque eſt, an ita ut verſus ſimiliter deſinerent pronuntiari potuerint. Quis v. gr. nobis dicet, utrum vox בנותי, *benothai* an *benothi*, an *benothe* fuerit pronunciata? Cum itaque ignoremus, quomodo Carthaginenſes hanc vocem pronuntiaverint, ſufficit ut verſus ſequens voce in 'ת finiente claudatur. 3. Monendum, nos à conjecturis *Bocharti* verſibus 3. 4. 5. 11. 17. & 22. receſſiſſe, præterquam quod 9. & 10. ſupplevimus. Non opus eſt, ut hujus immutationis rationes reddamus, conferat cui lubet noſtros verſus cum iis quos *Bochartus* edidit. Illud ſaltem obſervamus verſu quinto נחמו, ſecundum dialectum Chaldaicam, quæ נ Hebræorum in ס mutat, poſitum eſſe pro נחמו.

V. Omnibus iſtis rationibus expoſitis, citra periculum erroris concludere poſſumus Hebræorum verſus non niſi ὁμοιοτελεύτους fuiſſe. Antequam huic Diſſertationi finem imponamus, ſcrupulos quosdam tum circa Muſicam Hebræorum tum circa methodum inveniendi Poëſeos Hebraïcæ rationem, animis lectorum noſtrorum eximere conabimur.

1. Quod ad Muſicam attinet, cum illa à vario ſenſu ac ingenio ſingulorum populorum magis quam à certis regulis pendeat, conjectura aſſequi non poſſumus, quibus modis muſicis Hebræi carmina ſua adaptaverint. Multitudo hymnorum, quos habebant, & hiſtoria Davidis nos equidem docent, ipſos Muſica delectatos fuiſſe: non tamen ipſos de Muſica ſcripſiſſe legimus, imo ſi ſcripſiſſent vix mentem eorum intelligeremus. Ea tamen quæ de ipſorum Poëſi diximus nihilominus certa ſunt, etiamſi nullo pacto divinare poſſemus, quomodo verſus ſuos cecinerint. Græcos olim verſus ſuos ceciniſſe, imo rationem Muſices ſuæ literis conſignaſſe ſcimus, cum ſcriptionis iſtius fragmenta quædam ſuperſint: hoc tamen non obſtante omnino illa periit, ita ut numeros modosque Odarum v. gr. Pindari cognoſcere ſit impoſſibile. Quin etiam ſi quis verſus Sinenſium optimo in Europa cantori oſtenderet, ille Muſicam eorum divinare non poſſet: uti nec Sinenſes noſtros verſus canere ſciunt. Imo quod mirum eſt, illi noſtram Muſicam rident, ſicut nos viciſſim ipſorum Muſicam ludibrio habemus.

2. Muſicam Hebræorum, irregularem fuiſſe à veriſimilitudine remotum non eſt. Gens erat agriculturæ tota dedita, neque theatra neque ludos ejus generis publicos habens. Muſica non niſi in cantu Hymnorum ſacrorum à Davide inſtituto adhibebatur; nihil vero nos cogit credere, cantum iſtum egregie modulatum fuiſſe. Judæos in Synagogis preces confuſe canere, librosque ſacros ſive ligata ſive ſoluta oratione conſcriptos cantillando legere ſolere hodienum videmus. Quin etiam Mahometani Alcoranum ſuum, quia verbis ſimiliter deſinentibus abundat, decantant. Nec proſa Hebræorum oratio iſtis verbis deſtituitur, quæ forte cauſſa eſt, cur & illam à tempore immemoriali æque atque libros poëticos decantent, licet in quonam Poëſis Biblica conſiſtat ipſi ignorent.

Si porro ſupponamus *Hieronymum* & LXX. interpretes locum 2. Samuelis VI 5 bene convertiſſe, nosque nomina inſtrumentorum muſicorum, de quibus ibi ſermo eſt, recte intelligere, pro certo affirmare licebit, Muſicam Hebræorum non fuiſſe elegantiſſimam, cum illa inſtrumenta nonniſi confuſos diſcordantesque ſonos edere potuerint. En deſcriptionem concentus à Davide arcam comitante formati, ſecundum verſionem *Hieronymi: David autem & omnis Iſraël ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis & lyris & tympanis & ſiſtris & cymbalis.* Secundum LXX. autem Interpretes nomina

 inſtru-

inſtrumentorum iſtorum ita reddenda ſunt : in *cynarie* (inſtrumento decem chordarum, quæ fidibus pulſabantur, referente *Joſepho*) *nablis* (inſtrumento duodecim ſonorum, quod digitis pulſabatur juxta eundem) *tympanis* (forte Cantabricis) *cymbalis* (i. e. tympanis Cantabricis ex ære factis, quæ digito pulſabantur) & *tibiæ*. Verum Interpretes iſti hunc locum, ut innumera alia, fortuitò tranſtulerunt, ignari de quibus proprie inſtrumentis hic ageretur; & vox ultima *tſiltſel* non *tibiam* ſed *cymbalum* vel *ſiſtrum* ſignificat. Eodem modo Rabbini Muſicam Templi deſcribunt referente *Lightfooto* in libro de *Miniſterio Templi* c. VII. Sect. 2. Dicunt, voces inſtrumentis fuiſſe junctas, notantque Pſalmos, qui ſingulis hebdomadæ diebus, præcipuisque feſtis canebantur. Verùm eruditi probatum dederunt, ipſorum narrationem hac in parte non ſatis eſſe fide dignam. Illud ſaltem inde concludimus, quod Hebræorum Muſica, admodum confuſa noſtræque diſſona ſit, nec ipſos Judæos diffiteri.

3. Ponamus autem Muſicam ipſorum auribus fuiſſe gratiorem, nihil utique impediebat, quo minus verſibus inegularibus aptarent modos quales nos aptamus noſtris. Conſtat modos muſicos, illis fabulis quæ machinis repræſentantur & vulgo *Opera* vocantur, aptari ſolitos, ſatis eſſe gratos, licet verſus ſint inegulares. Quamvis igitur Muſica Græcorum, modique Poëſeos ipſorum Lyricæ, quæ fere verſus æquales, Strophasque & Antiſtrophas regulares habet, admodum celebrentur; certum tamen eſt, numeros ſemper recurrentes, modosque continua ſerie vicies auditos, non tam placere quam varios numeros, modosque ubique fere immutatos, quales verſibus irregularibus aptari debent.

4. Sicut Muſicus perfectus, fabulam verſibus conſcriptam, cujus quidem modum non vidiſſet, legens, aliquatenus ex materia verſuumque numeris de modo conjecturam facere poſſet, ita ex numeris Hebraïcorum verſuum, qui breves & inæquales ſunt, vel modulum eorum aliqua ex parte aſſequi licebit. Si quis v. gr. Pſalmum CL. ut oportet ad exprimendos numeros legat, nemo non qui aures conſulit judicabit, verba iſtius Pſalmi illi modo Muſico qui *taratantara* appellatur eſſe aptiſſima.

VI. Supereſt ut objectionibus, quoad rationem inventæ à nobis Poëſeos iſtius, formandis, occurramus. Mirum primo videri poſſit, tot viros doctos veteres junioresque, qui Poëſeos Hebraïcæ myſterium ſollicite indagarunt, de re tam obvia, verſibus puta ſimiliter deſinentibus, non cogitaſſe. Verum hæc objectio ex metaphyſica petita nihil aliud probat, niſi eruditos iſtos viros non ut poterant & debebant, animum ad hoc advertiſſe. Sæpe quærendo myſterium in re facili ipſa res redditur difficilis. Cæterum hanc objectionem ipſa experientia refellere in promtu habemus, in medium prolato integro Pſalterio in verſus ſimiliter deſinentes diſpoſito: id quod alio forte tempore fiet, interim vero per ſequentes obſervationes reſpondemus.

1. Verum non eſt, neminem doctorum verſus ſimiliter deſinentes Poëſeos Hebraïcæ animadvertiſſe. *Buxtorfius* Pater, ut ex initio Proſodiæ ipſius patet, aliquos notavit, eosdem, quia aliquos tantùm & ubi verſus æquales erant obſervaverat, caſu fortuito ortos opinatus. Porro *Theodorum Herbertum* quendam *de Poëtica Hebraica* ſcripſiſſe, pluriumque verſuum ſimiliter deſinentium mentionem feciſſe legimus. Ante iſtum *Auguſtinus Steuchus de Eugubio* Præfatione in Pſalmos conceptis verbis dixerat; Poëſin Hebræorum Italorumque, Græcæ & Latinæ non eſſe ſimilem. Latinos imitatione Græcorum ſervare quantitatem ſyllabarum, non vero Hebræos, qui numeros tantum modosque curent. Idem tamen libris Hebræorum Poëticis verſus ſimiliter deſinentes reſtituere non tentavit, uti nec *Ludov. Cappellus* in Arcan. Punctat. Lib. I. c. 13. cui opinio eruditi illius viri non diſplicuit. Eruditi quidam exiſtimarunt, *Hieronymum* verſus ὁμοιοτελεύτους Poëſeos Hebraïcæ agnoviſſe, quia Præfatione in Jobum : *Interdum*, ait, *quoque Rythmus ipſe dulcis & tinnulus, fertur numeris pedum ſolutis.* Ubi *Buxtorfius* credidit *rythmum*, idem quod hodie vulgo ſignificare, nimirum verſus ſimiliter deſinentes; cum ab omnibus qui de Proſodia ſcripſerunt diſcere potuiſſet, hanc vocem nihil aliud ſignificare, quam *modulationem*; quo ſenſu *Joſephus Scaliger* loco jam citato ea voce uſus eſt, *quantum*, inquit, *ſententia poſtulat, rythmus nunc longior nunc brevior eſt*, h. e. verſus verſuumque modos magis minusve longos eſſe, prout ſenſus plura pauciorave requirat verba. *Ferrandus* tamen Præfat. in Pſal. c. XI. *Scaligerum* reprehendit, ac ſi per *rythmos* verſus in eodem ſono terminantes intellexiſſet. Hunc vero errorem *Scaliger* linguæ Græcæ peritiſſimus nunquam commiſiſſet; erravit potius ipſe *Ferrandus*, verbis *Scaligeri* alienum ſenſum affingendo, neque minus erravit idem, dum verſus æqualiter finientes in Poëmatibus Hebræorum, poſt *Buxtorfium* caſui fortuito adſcripſit.

2. Qui jam Pſalmos in modum verſuum ſimiliter deſinentium diſpoſitos videbit, exiſtimabit forte, eos reperire facillimum fuiſſe: ſed quod poſt explicationem facile videtur, antea ſæpe erat difficillimum. Ænigmata eleganter excogitata luce meridiana clariora ſunt illi qui myſterium intelligit; unde frequenter miramur, non ſtatim eorum ſignificationem nobis in mentem veniſſe. Eodem modo res ſe habet cum Poëſi Hebraïca. Impedimentis è medio ſublatis nihil videtur eſſe facilius; en vero quid ab initio cognitionem ipſorum verſuum reddiderit difficilem! Verſus in libris Hebraïcis non diſtincti ſed continua ſerie ſcripti ſunt ad inſtar ſolutæ orationis, quo factum eſt, ut quamvis aliquos libros Poëticos eſſe non ignoraretur, paulatim tamen cognitio verſuum eorumque diſtinctionis periret. Hanc difficultatem duo auxerunt, primum quod verſus plerique eſſent breviſſimi, alterum quod non ubique iisdem exactè ſyllabis eodemque ſono terminarentur. Si quis v. gr. verſus Hiſpanicos irregulares, qui *aſſonantes* vocantur, continuo ductu ſcriberet, pauciſſimis in mentem veniret eſſe Poëma, niſi ex ſtylo cognoſceret, imo Poëſeos Hiſpanicæ ignarus initia terminosque ſingulorum verſuum diſtinguere non poſſet. Eadem eſt ratio Poëſeos Italicæ irregularis, in qua verſus interdum ſimiliter deſinunt, interdum verò non. His adde, eum qui verſuum hoc modo ſcripto-

tum

rum initium & finem indagat, verum illos pronuntiandi rationem ſcire debere, quod ut norunt omnes, qui aliqua Linguæ Italicæ cognitione pollent, exteris admodum eſt difficile. Atqui idem reſpectu linguæ Hebraïcæ, cujus pronunciatio tam eſt ingrata, quam pronunciatio Linguæ Italicæ grata eſt, multu erit difficilius. Adeoque & ratio ſcribendi Poëmata ſine diſtinctione verſuum, & verſuum inæqualitas brevitasque, porro omiſſio vel neglectus verborum ὁμοιοτελεύτων in fine verſuum, difficultas denique pronunciationis ſatis ſuperque impediebant, quo minus ratio verſuum Hebraïcorum facile intelligeretur.

3. Pateat inde, etiamſi librarii nusquam aberraſſent, iſtos verſus reperiri difficillimum fuiſſe. At vero credi par eſt, Librarios parum attentos, cum menſuram verborum deſcribendorum ignorarent, ordinem verborum iſtorum alicubi tranſpoſuiſſe. Conſtat enim, veteres Manuſcriptos codices Autorum Græcorum Latinorumque, non eorum tantum qui ſoluta oratione ſcripſerunt, ſed Poëtarum etiam, quorum verſus rythmum ſenſibilem non habebant, in diſpoſitione verborum admodum variare. Conſulantur ſuper iſta re Poëtæ Lyrici Dramaticique Græci & Latini, in quorum ſcriptis viri docti frequentes tranſpoſitiones obſervarunt. Quod ſi Variationes ejusmodi acciderunt libris Græcorùm Latinorumque, qui ſatis accurate à librariis linguarum iſtarum peritis exarati ſunt; facile intelligitur, cum lingua Hebræa in captivitate interiret, librique à librariis minima ex parte ſenſum verborum aſſequentibus deſcriberentur, potuiſſe leves aliquas mutationes irrepere, quæ licet ſenſui non obeſſent, verſus tamen turbarent. Demonſtrare, opinor, poſſum, tales verborum tranſpoſitiones in Pſalmis occurrere, qui verſum turbant ſenſumque obſcuriorem reddunt. Exemplum Pſ. IX. ſupra allatum eſt. Pari modo Pſ. LXXI. v. 16 *& ſeqq.* verſus non ſimiliter finiunt & ſenſus minus eſt clarus. Verſio Genevenſis hunc locum ita tranſtulit: *De tua unice juſtitia loquar ô Deus, tu erudiviſti me à juventute mea, & usque in hunc diem annunciavi mirabilia tua. Porro etiam ad ſenectutem usque, ad canam ſenectutem usque, ne me deſeras, ô Deus.* Hæc verba perplexa eſſe nemo non videt, clariusque cernunt, qui Hebraïcè intelligunt, & hic vix *disjecti membra Poëtæ* reperire poſſunt: ſin autem verba ita diſponantur, ut verſus ſimiliter deſinant, ita vertenda erunt: *Domine, tu ſolus Deus es, celebrabo juſtitiam tuam, annunciabo mirabilia tua. Tu me erudiſti ô Deus ab infantia mea usque nunc. Ne me deſeras ô Deus usque ad canam ſenectutem*, &c. Neque exiſtimandum eſt, verſus iſtos ut per tranſpoſitionem ὁμοιοτέλευτοι fierent, diu multumque ſollicitari debuiſſe, quin contra emendatio ultro fere ſeſe obtulit; quod ipſum inquirenti, annon Pſalmi verſibus ſimiliter deſinentibus conſcripti ſint, ultro oblatum fidem facit, tales verſus ab ipſis Poëtis Hebræis ſtudioſe quæſitos & de induſtria factos fuiſſe.

4. Præter tranſpoſitiones in Pſalmis occurrentes, librarii forte alicubi verbum pro alio verbo ſubſtituerunt, aut aliquot verba plane omiſerunt. Haud ægre id fatebuntur, qui vel quid ſit Critica intelligunt, vel varias Lectiones Novi Teſtamenti à *Curcellæo* & *Oxonienſibus* editas examinarunt. Si quis tales aberrationes in Veteri Teſtamento accidere potuiſſe negaret, teneretur probare, id quod in Novo Teſtamento librarii Chriſtiani, quorum lingua vernacula Græca erat, admiſerunt, idem in Pſalmis, quos librarii nonniſi ſtudio Hebraica edocti poſt Captivitatem deſcripſerunt, contingere non potuiſſe. Tantum vero abeſt, ut librarios alicubi aberraſſe ſit impoſſibile, ut potius quod *Cappellus* aliique plures demonſtrarunt, revera aberraverint. Conſeratur Pſ. XIV. cum LIII. qui certe idem eſt, & comperietur XIV. minus eſſe emendatum, verba quædam deeſſe, librariosque aliquoties aberraſſe, quod & ſenſum & ſonum, in quo verſus deſinere debebant, turbavit. Conſeratur porro Pſalmus XVIII. in libro Pſalmorum cum eodem Pſalmo, capite XXII poſterioris libri Samuelis recenſito; ubi qui Hebraïcè legere norunt, ultra quinquaginta omiſſionis, tranſpoſitionis, & permutationis verborum, quorum literæ quædam ſimiles ſunt, exempla obſervabunt.

5. Hoc *Ludovicus Cappellus* in Critica ſua tam clare demonſtravit, ut eadem poſt ipſum fuſe exponere ſuperfluum fuerit. Idem vir doctus oſtendit, puncta vocalia Hebræorum à Maſſorethis, qui alicubi male ea appoſuerunt, profecta eſſe. Et hæc etiam una eſt ex rationibus, cur myſterium Poëſeos Hebraïcæ difficilioris fuerit indagationis. Verſu v. gr. Pſalmorum primo pro *holech* poſuerunt הלך *halaeh*, quo facto τὸ ὁμοιοτέλευτον periit. Ab ipſorum, fateor, punctatione non temere recedendum, &, quoties appoſitione aliorum punctorum verſus ſimiliter deſinentes à nobis formantur, rationibus id firmandum eſt, quod reſpectu verſûs modo citati aliorumque innumerorum facillime fieri poteſt.

Verus præterea quarundam vocalium ſonus ignoratur, v. gr. *Kametz magnum* alicubi ut O. alicubi ut A. pronunciatum fuiſſe videtur; uti Arabum *Fatha* & *Damma* ſingulæ duos habent ſonos, qui nonniſi uſu dignoſcuntur.

Maſſorethæ porro quarundam vocum pronunciationem ſtudio immutarunt, v. gr. vocis יהוה quæ in Pſalmis frequentiſſime occurrit, & cujus vera pronunciatio ſcitu neceſſaria eſt, ut verſus ſimiliter deſinentes reperiantur. Oſtendit autem *Cappellus* pronuntiandum eſſe *Jahvoh*, quam pronunciationem verſum requirere, ex multis Pſalmorum locis nos intelleximus.

Patet inde punctatione Maſſoretharum ſonos ſyllabarum, in quibus verſus deſinunt, admodum fuiſſe turbatos, idemque numeris modisque neceſſario accidiſſe. Numerum enim ſyllabarum, apponendo ſyllabis quæ antea aliter punctabantur ſcheva *mobile* aut *quieſcens*, vel auxerunt vel minuerunt, quod notantibus multis viris eruditis, ex innumeris nominibus propriis e. g. שלמה *Schlomo* pro *Schalamo*, conſtat.

Difficultates iſtæ, quæ hactenus in cauſſa fuerunt, quo minus numeri modique & termini verſuum ſimiliter deſinentes reperirentur, faciunt etiam ut ſperare non liceat, nos aliquando verſus Hebraïcos integritati ſuæ reſtituturos eſſe. Ridiculæ enim temeritatis forer promittere, nos omnes, quæ hic emergunt difficultates, quæque ex parte ſuperari poſſunt, omnino ſuperaturos. Sufficere autem exiſtimo,

ſi locis claris atque expeditis magno numero prolatis oſtenderimus, quid de iis quos impeditos eſſe fatemur ſentiendum ſit. Habemus loca in fragmentis Veterum Lyricorum & Dramaticorum Græcis Latiniſque, ex quibus evidenter conſtat, quodnam verſuum genus adhibuerint, quamvis aliquot locis reſtitui non poſſint. Neque nos pollicemur, nos omnia Scripturæ ſacræ poëmata vero ſuo ordini vel reſtituiſſe vel reſtituere poſſe: ſed regulas noſtras longe maximæ illorum Poëmatum parti applicatas congruere, atque hoc pacto eos, qui illas in dubium vocant, revinci poſſe credimus.

6. Notamus porro, veterum quoſdam de Hebræorum Poëſi male judicaſſe. Cum enim aliam quam Græcorum Latinorumque non intelligerent, temere exiſtimarunt Poëſin Hebræorum illi neceſſario ſimilem eſſe. Hunc errorem *Hieronymus* commiſit, ut ex illis quæ præfatione in Jobum & alibi dicit, conſtat; non tamen primus opinionis iſtius autor extitit, ſed *Euſebium Origenemque*, quos citat ſecutus eſt; qui etiam ipſi autoritate *Philonis* atque *Joſephi* *, Canticum Moſis Exod. XV. verſibus hexametris ſcriptum aſſerentis, ſe tueri potuiſſent. Nihil autem à veritate alienius fingi poteſt, neque iſtud unicum eſt indicium, quo *Joſephus* æque ac *Philo*, Hebraïcæ linguæ imperitiam prodiderunt. Forte etiam, cum Gentilium hymni ſacri, ut ſunt *Homeri* atque *Callimachi*, verſibus plerumque hexametris conſtarent, *Joſephus* ut ſeſe indoli opinionibuſque Gentilium accommodaret, quod obſervantibus viris eruditis ipſi conſuetum fuit, idem de Hebræorum hymnis aſſeruit. Sive autem linguæ Hebraïcæ ignorantia, ſive ſtudio placendi Gentilibus ita ſcripſerit, certum eſt nullos apud Moſem verſus hexametros reperiri, quod facile comperiet, qui linguam Hebraïcam primis labris deguſtavit, verſuſque ſcandere novit; ne jam addamus nos canticum iſtud in verſus ὁμοιοτελεύτους ſatis commode diſpoſuiſſe, ſi neceſſitas exigit, publicæ luci exponendos. *Hieronymus*, qui verſus Lyricos in Pſalmis ſibi reperiſſe viſus eſt, non videtur in hanc cogitationem incidiſſe, niſi quia alii ante ipſum idem aſſeruerunt. Solebat enim, ut ipſemet fatetur, Origenem ſequi, ſine prævio examine utrum id quod exſcribebat verum eſſet necne. Fruſtra igitur *Steuchus* & *Cappellus* Arc. Punct. l. I. c. 13. ipſum excuſare conati ſunt, eum errores quos ſcriptor parum accuratus hic & alibi ſæpius admiſit, ingenue fateri mea ſententia multo ſit ſatius.

7. Quæ de *Joſephi* & *Philonis* ignorantia, librariorumque erroribus modo diximus, ſupponunt falſam eſſe opinionem quorundam, qui, nonniſi ſuperficiaria Critices ſacræ acquiſita notitia, ſibi perſuadent, Veteres Hebræos religioſiſſime ſuos libros tractaſſe, neque unquam à ſtudio Linguæ ſuæ ceſſaſſe. Ex quo inferunt, Codicum quos nunc habemus eam eſſe integritatem, eamque fuiſſe Librariorum peritiam, ut Vetus Teſtamentum jam multo emendatius extet quam Novum. Hæc vero præjudicia, quæ nonniſi auctoritate juniorum Judæorum & rationibus quibuſdam metaphyſicis nituntur, deponet, quicunque ſequentia attente conſideraverit.

Primo legem Moſis nunquam fere à Judæis exacte ſervatam fuiſſe, quod Hiſtoriæ ipſorum, & querelæ Prophetarum clare oſtendunt. Quamvis igitur Moſes Deut. XVII. 18. juſſiſſet, ut Rex exemplar legis in uſus ſuos haberet proprium, adeo id neglexerunt, ut Joſias poſtquam jam XVIII. annos regnaſſet, quid iſto libro legis contineretur, ignoraret, vide 2 Reg. XXII 10. Quæ hiſtoria ſimul docet, exemplar in ipſo Templo aſſervandum inde ablatum, neque ut oportebat lectum fuiſſe; ex quo ſponte ſequitur, Judæos illo tempore libros ſuos non ſtudioſiſſime ſervaſſe.

Secundo, quamvis multi veterum dixerint, Eſdram libros ſacros, durante captivitate Babylonica neglectos, reſtituiſſe, & in volumen quod jam extat compegiſſe: ſi quis tamen genealogias libri Eſdræ accurate examinet, omiſſiones quæ nonniſi à librariorum negligentia proficiſci potuerunt, v. gr. cap. VI. 3. ſex generationes omiſſas fuiſſe, reperiet. Tanta etiam in libris Eſdræ & Nehemiæ circa numeros reducum ex captivitate eſt diverſitas, ut medium aliud hunc nodum ſecandi non ſuperſit, niſi dicamus, Librarios deſcribendo ipſos libros non eam quam debebant diligentiam adhibuiſſe.

Tertio, obſervandum eſt, ab eo tempore Judæos non amplius Hebraïca lingua uſos fuiſſe ſed Chaldaïca, ita ut Lingua Hebraica ſtudio addiſci debuerit. Eo tempore adminicula linguas mortuas addiſcendi nondum ſuppetebant, cum neque Lexica nec præcepta Grammatica haberent, atque per traditionem unice oralem eorum cognitionem ſervarent, ſicut Judæi multis poſtea ſeculis fecerunt. Nemo non videt, cognitionem accuratam linguæ Hebraïcæ hoc pacto acquiri non poſſe, cum ſine regulis Grammaticis in conſtruendis vocibus perpetuo aberretur, & ſine ope Lexici, ſignificatio plurimorum verborum neceſſario pereat, eorum præcipue quæ non niſi ſemel & ubi ſenſus per ſequentia non determinatus eſt, reperiuntur.

Quarto, Hebræi illo tempore uſum punctorum non habebant; adeoque, cum pronunciationem verborum veteris linguæ Hebraïcæ non in ſcripto ſed in memoria tantum retinerent, fieri non potuit, quin plurimæ variationes orirentur. *Ludovicus Cappellus* Tractatu de Punctis Hebraicis, & Critica Sacra utrumque demonſtratum dedit.

Quinto, ſi quis aliquos Textus Hebræi libros cum Verſione LXX. Interpretum ſtudioſe conferat, reperiet, Interpretes illos innumera loca divinando convertiſſe, neſcientes quid verba proprie ſignificarent, ipſos porro in locis obſcuris officio interpretum male fuiſſe functos, cum nil niſi verba ſenſu carentia protulerint, conſtructionem item verborum ſæpe non intellexiſſe, denique aut exemplari negligenter ſcripto fuiſſe uſos, aut innumeris locis per errorem unam vocem pro alia accepiſſe. Non equidem ignoro, à viris eruditis quoſdam ipſorum errores excuſatos fuiſſe: quin etiam, ipſos interdum injuria reprehendi fateor: certum tamen eſt, plurimos errores qui excuſari non poſſunt ab illis fuiſſe admiſſos, quod ex *Notis Criticis Ludovici Cappelli*, nunc ſub prælo ſudantibus, clariſſime patet. Vir iſte doctus, ſicut recte agnoſcit, multum ex iſta Verſione affulgere lucis,

* Antiq Jud Lib. II. c. 7.

Digitized by Google

locis, lectionem illius aliquando Hebraïca eſſe meliorem, ſæpius à librariis fuiſſe corrupta, quæ ab interpretibus bene converſa erant: ita ab altera parte tantum errorum cumulum notat, ut dubitari non poſſit, exemplar quo uſi ſunt, inemendatius, ipſosque linguæ Hebraïcæ imperitiores fuiſſe. Iſta tamen Verſione Judæi ante adventum Chriſti utebantur, quæ eo in honore apud ipſos erat *, ut planum inde fit, ſtudium linguæ ſacræ ipſos tunc omnino neglexiſſe.

Sexto, Judæi illis tempóribus unice ſtudio legis ceremonialis, traditionis & allegoriarum detinebantur, ita ut nullum extet indicium, ipſos Grammaticos aut Critices Linguæ Hebraïcæ peritos fuiſſe. Quin etiam conſtat, nec *Hieronymi* tempore eos accuratam Grammatices cognitionem habuiſſe, cum ipſe Converſione ſua in regulas communes & certas impingat, errores eosdem, quos in LXX. Interpretibus notavimus, committat, in locis præcipue difficilioribus conſtructionem plerumque non curet, & ſæpius phraſi quadam obſcura elabatur. Hæc admiratoribus *Hieronymi* & LXX. Interpretum fortaſſis dura videbuntur, verum cur in re luce meridiana clariori ſcapham ſcapham appellare non liceat?

Hæc prolixius pertractare non opus eſt, cum ea quæ dicta ſunt ſufficiant ad indicandum cur myſterium Poëſeos Hebraïcæ tamdiu latuerit. Si quis ex principiis hic poſitis nobis invidiam conflare variasque ſequelas nectere velit, ei reſpondemus, nos ſequelas illas non agnoſcere, ipſum vero ad binos *Cappelli* tractatus jam citatos remittimus, quibus demonſtravit cauſſam Religionis Chriſtianæ disquiſitionibus Criticis, contra quas malevoli vel imperiti quidam declamant, plurimum juvari. In rebus ejuscemodi facti, Hiſtoria cum veteribus monumentis conſulenda eſt; hisque fundamentis ſuperſtruendum, non vero infinita ratiocinia nectenda ſunt, ut tandem ipſa Hiſtoriarum veritas, quia cum ratiociniis iſtis non congruit, in dubium vocetur.

VII. Ut Lector ſpecimen Poëſeos Hebraïcæ videat, Pſalmum CL. qui & brevis eſt & certiſſime verſibus ſimiliter deſinentibus conſtat, ſelegimus. En iſtum Pſalmum in verſus ὁμοιοτελεύτους diſpoſitum.

הַלְלוּיָהּ
הַלְלוּ־אֵל בְּקָדְשׁוֹ
הַלְלוּהוּ בִּרְקִיעַ עֻזּוֹ
הַלְלוּהוּ בִגְבוּרֹתָיו
הַלְלוּהוּ כְּרֹב גְּדוּלוֹתָיו
הַלְלוּהוּ בְּתֵקַע שׁוֹפָר
הַלְלוּהוּ בְּנֵבֶל וְכִנּוֹר
הַלְלוּהוּ
בְּתֹף וּמָחוֹל הַלְלוּהוּ
בְּמִנִּים וְעֻגָב הַלְלוּהוּ
בְּצִלְצְלֵי שָׁמַע הַלְלוּהוּ
בְּצִלְצְלֵי תְרוּעָה
כֹּל הַנְּשָׁמָה
תְּהַלֵּל יָהּ
הַלְלוּ יָהּ

* Vid. Antiq. Jud. Lib. XII. c. 2.

Verſio Pſalmi CL.

Halleloujah. 1. Laudate ſanctitatem Dei. 2. laudate extenſionem virium ejus. 3. laudate potentiam ejus. 4. laudate majeſtatem ejus ſupremam. 5. laudate ipſum tuba canendo. 6. laudate ipſum lyris & fidibus. 7. laudate ipſum 8. tympanis & tibia. 9. laudate ipſum chordis & organis. 10. laudate ipſum cymbalis reſonantibus. 11. laudate ipſum ſiſtro, cujus ſonus inæqualis eſt. 12. quicquid reſpirat. 13. laudet Deum. 14. laudate Deum.

Obſervationes in Pſalmum CL.

Hallelonjah] Hæc vox iſtius Pſalmi, & quorundam aliorum, qui unice laudes Dei continent, videtur eſſe Titulus, vide Pſ. CXI. 1. Hæc eſt ratio cur LXX. Interpretes in ſua Verſione ipſam vocem ἀλληλούϊα retinuerint, à quibus Eccleſia Chriſtiana illam accepit. Inde tamen concludi non debet, veram iſtius vocis pronunciationem fuiſſe IA non IO vel IAO; potuiſſent enim LXX. Interpretes, ſtudio Gentilibus veram hujus vocis pronunciationem occultandi, illam aliter exprimere, quod in voce integra יהוה cujus iſta compendium eſt fecerunt; cum utique conſtet, ipſos ſuperſtitione quadam Judaica ductos credidiſſe, illud nomen, quod Hebræis nomen Dei proprium vocatur, à ſolo ſummo Sacerdote pronuntiandum eſſe, ideoque ſemper pro ἰαὼ vocem κύριος poſuiſſe. Videantur de hac re *Druſius* & *Amama*. Hanc vocem punctuvimus IOH, quia ut verſus ſimiliter deſinerent ita legendum eſt, & quia IAHVOH pronuntiandum eſt. Omnia etiam hujus Pſalmi Schevata pro *quieſcentibus* habuimus, exceptis illis, quæ primæ literæ *lamed* verbi *hallel*, & literæ *thau* verbi *theallel* ſubjacent, propter *he* ſequens.

1. *Laudate ſanctitatem Dei.* Hic ſex verſus ab *hallelouhou* incipientes, & quatuor in eadem voce finientes conſpiciuntur, quod Canticorum generi *taratantara* dicto apprime convenit. LXX. Interpretes vocem *bkodſcho* verterunt ἐν ἁγίοις αὐτοῦ *in loco ejus ſanctiſſimo*, nam ἅγια hic ſumuntur pro ἅγια ἁγίων *ſancta ſanctorum*, ut conſtat ex Cap. IX. Epiſtolæ ad Hebræos. Vox quidem Hebraïca ſæpe hoc ſignificat, cum vero etiam *ſanctitatem* ſignificet, hunc ſenſum prætulimus propter ſequentes verſus, quorum poſtrema verba non locum ſed attributum Dei denotant. Neque tamen ideo convertimus *Laudate Deum in ſanctitate ſua*, ſervientes phraſi Hebraïcæ, quia planum eſt, aliud illâ non indigitari ab eo quod expreſſimus. Phraſis ordinaria linguæ Hebraïcæ eſt: " הללו את קדש halelou eth kodeſch jahvoh, *laudate ſanctitatem Jehovæ*.

2. *Laudate extenſionem virium ejus.* LXX. verterunt: *in firmamento potentiæ ejus*, h. e. in cœlo potentia ipſius facto. *Hazzo* & *Kodſcho* ſunt, ut Hiſpani loquuntur, verſus *aſſonantes* verum etiam aliis Pſalmorum locis junguntur, ut Pſ. CV. 3. 4.

3. *Laudate potentiam ejus.* Vox Hebraïca pluralis eſt, *potentias*, quia numerus pluralis hac lingua præ ſingulari majorem habet emphaſin.

4. *Laudate ſupremam majeſtatem ejus.* Si verbum verbo reddamus: *in multitudine magnitudinum ejus*, Hebræus inquit. Pro גדלו *majeſtatem ejus*, verſus exigit ut legatur גדולתו gedoulothau,

lothan, *magnitudines ejus*, quæ vox plurali numero voci גבורות *gebouroth* juncta legitur Pſ.CXLV. 4, 5, 6.

5. *Laudate ipſum tuba canendo.* Rabbini ajunt, cum tuba caneretur, primo auditum fuiſſe ſonum longum & æquabilem quem *thekouba* תקיעה vocant, poſtea ſonum variatum *therouba* תרועה dictum, denique ſonum æquabilem. Similia in ſono noſtrarum tubarum obſervantur. Duplicem tubæ ſonum fuiſſe etiam ex X. cap. Numerorum conſtat. Radix רוע *rouab* proprie ſignificat *rumpere*, unde conjicimus, apud Hebræos forte cum de tubis agerent, phraſin *frangere ſonitum* in uſu fuiſſe, ut apud Latinos in verſu Virgiliano

—— *fractos ſonitus imitata tubarum.*

6 *Laudate ipſum lyris & fidibus.* Hæc erant inſtrumenta fere ſimilia. *Nebel* deſcribente Joſepho Ant. Jud. l. VII. c. 6. erat inſtrumentum decem ſonorum, digitis pulſari ſolitum; ſi hoc inſtrumentum Hebræorum ſimile fuit lyræ decem chordarum apud Græcos, figura ipſius extat in libro Voſſii *de Poëmatum cantu*, pag. 97. *Chinnor* vero eſt inſtrumentum decem chordarum fidibus tangi ſolitum. Voces שופר & כנור in eodem ſono deſinunt, quia legendum eſt *ſchophor*. Duæ iſtæ voces eodem modo duos verſus finiunt Pſ. XCVIII. 5. 6.

7. 8. *Laudate ipſum tympano & tibia.* תף *thoph* tympani ænei, quod à cantatricibus aut ſaltatricibus pulſabatur, ſpecies fuiſſe videtur. Exod. XV. 20. Jerem. XXXI. 3. Ob hanc rationem LXX. Interpretes vocem ſequentem מחול *machol* verterunt *ſaltationem*, quam alii *tibiam* convertunt. Cum vero hic de inſtrumentis Muſicis agatur, explicationem poſtremo loco allatam præferimus.

9. *Inſtrumentis chordarum & organis.* Τοὺς ō ſecuti ſumus, qui verterunt ἐν χορδαῖς κ̀ ὀργάνοις, non tamen certum eſt hanc verſionem accuratam eſſe.

10. *Cymbalis reſonantibus.* Hebræi duo genera *tſiltſel* ſive tympanorum æneorum habebant. Unum rotundum erat, ut noſtra tympana, ut videtur, formatum. Alterum figuræ erat ovalis ad latera perforatum, bacillis æneis longioribus foramina pertranſientibus, qui, cum cymbala pulſarentur, in cavitatibus ſuis libere moti ſonum edebant. Hoc inſtrumentum vocabatur *ſiſtrum*, cujus figura in variis ectypis & ſculptilibus veterum Ægyptiorum conſpicitur, ut & prima parte *Gemmarum antiquarum Leonardi Auguſtini* p. 214.

Hoc forte per *tſil.ſele therouba* verſus ſequentis, h. e. ſiſtra ſoni inæqualis intelligitur. Vide *Bocharti Phalegum* lib. IV. c. 11.

Et hæc quidem de Poëſi Hebraica & in Pſalmum CL. dicere in animo habuimus. Duo adhuc lectorem monemus, alterum eſt, quod pauciora exempla probandis noſtris de Poëſi Hebraïca aſſertis produxerimus, brevitatis unicè cauſſa factum eſſe, cum neceſſitate id exigente longe major eorum numerus afferri poſſit: alterum eſt, Pſ. CL. ideo tantum ſelectum eſſe, quod brevior eſſet, non vero quod Hypotheſi noſtræ ſtabiliendæ magis inſerviret.

INDEX

Digitized by Google

INDEX I.

VOCUM HEBRAICARUM,

Quæ plerumque aut copioſius, aut novè exponuntur in Commentariis ad Libros Hagiographos Vet. Teſt. tum etiam Eſaiam ac Jeremiam Prophetas.

Numeri Romani Caput, Barbari Verſum ſignificant.

א

אניות אבה *naves celeres* Job. IX. 26.

אביונה abijonah *adpetentia* Ec. XII. 5.

יאבר jaaber, *plumeſcit* Job. XXXIX. 26.

אגודות מוטה aguddoth motah, *onus quoddam moleſtum*, ſignificationis ignotæ. Eſ. LVIII. 6.

אדדם Pſ. XLII. 5. quid ſignificet.

אדירים Pſ. XVI. 3. forte *Sacerdotes*. Confer de voce אדיר Pſ. XCIII. 4. אדיר illuſtris, pro *Angelo* Eſ. X. ult.

אדני *Adonai* cum Kametz idem eſt ac *Adoni*, aut Adoni legendum Pſ. XVI. 2.

אהל *Tabernaculum*. Hac voce Templum interdum intelligitur, interdum Tabernaculum antequam Templum eſſet conditum. Pſ. XV. 1. XXIII. 6. Conf. XLII. 5. LXVIII. 30. etiam pro *domo* alibi ſumitur ſæpe, ut LXXVIII. 51. LXXXIV. 11. Jer. X. 20.

אולם Job. XI. 5. verti poteſt *ſed*, ut Cap. V. 8.

אולם *quinimo* Job. XIII. 3.

אויבי שקר ojebai ſcheker, *hoſtes falsò*, quinam ſint, Pſ. XXXV. 19.

און aven, *labor inutilis* ex adfini אין nihil. Pſ. XC. 10.

אור or, pro *Sole* Job. XXXI. 26.

אור or, *fax*. Pr. XIII. 9.

אזרח ezrahh *arbor indigena*, non aliunde advecta. Pſ. XXXVII. 35.

אזרע ezreah, eſt inferior pars brachii à cubito ad digitos. Job. XXXI. 22.

אחור *poſtica pars* mundi, hoc eſt, Occidens. Job. XXIII. 8.

אחים ohhim, *ululatus* ex Bocharto. Eſ. XIII. 21.

אחרון *poſthac*, aut *poſterior* (non poſtremus) Job. XIX. 25.

אטון etoun *faſciæ* Gall. ſangles. Pr. VII. 16.

אי *ubi? non*, Job. XXII. ult.

איה *Æſalo*, accipitris ſpecies Job. XXVIII. 7.

איוב *Job*, pro ajoub, à radice איב, eum ſignificat qui *odio habetur* & *vexatur*. Job. I. 1.

איים ijim, tam *inſulas* quàm *peninſulas*, perinde ut apud Græcos νῆσος, ſæpe ſignificat; etiam *promontorium*. Eſ. XLI. 1. Conf. XLII. 4.

איים ijim *thoës* ex Boch. Eſ. XIII. 22.

אילים elim, *arbores* generatim Eſ. LXI. 3.

אילים elim, *terebinthi*. Eſ. I. 29.

איש *quicunque* pro איש איש Pſ. XXXIX. 12.

איש *Vir*, In hac voce Job. I. 1. nulla emphaſis eſt.

איש אחד *Vir unus*, pro *homo quidam* 1. Sam. I. 1. ad Job. I. 1. אחד unus pro *quovis*. Pſ. LXXXII. 7.

איתם *perfectus ero* Pſ. XIX. 14. poteſt ab inuſit. radice יתם deſcendere.

אך *profectò* Pſ. LXXIII. 1.

אכזר achzar, *ferox*, Job. XLI. 1.

אכן pro *atqui* Pſ. LXVI. 19.

אכף *cogere* ex Arab. Pr. XVI. 26.

אל *ad* ſubintelligitur Pſ. XVI. 4.

אל pro מאל *à Deo* Job. XXXI. 23.

אל *propter* Job. XXXII. 21.

אל pro את notâ Accuſativi, Pſ. II. 7. LXIX. 27. aut mendum eſt Librarii.

אל pro על *contra*, Job. XV, 25, 26. XXXIV, 37. & in alia ſignificatione alibi ſæpe pro על e. g. Job. V, 8. Pſ. V, 1.

אלה elah, *terebinthus*, Eſ. I, 30.

אלהים Pſ. VIII, 6. à LXX. Interp. ſumitur pro *Angelis*. Omnes reliqui Græci Interpretes cum Hieronymo Θεὸς *Deum* vertunt.

אלוף נעורים *dux adoleſcentiæ*, cui puella virgo cum eſſet, collocata fuit. Pr. II, 17. *νυμφίος ἀνὴρ*.

קרב אליך *recede ad tuam domum*. Eſ. LXV, 5.

אלם *ſilentium*, Pſ. LVIII, 2.

אלמנות almenoth, pro ארמנות *altæ* (ædes) Eſ. XIII. 22.

אם Em, pro *metropoli*, Je. XV, 8.

אם in jurejurando negationis vim habet. Job. XXVII, 4. Pſ. LXXXIX, 36.

אם im, pro *quicquid*, Job. XVII, 13. *poſtquam* XX, 12. In interrogatione ſignificat *an*. XXII, 20. אם pro *utinam* Pſalm. CXXXIX, 19. *quoniam* Je. XIV, 7.

אם לא im lo, jurisjurandi formula cui aliquid ſubintelligendum. Job. XVII, 2. אם adfirmat Pr. III, 34.

אמן *bajulare* Eſ. LX, 4. אמון qui bajulatur. Lam. IV, 5.

אמיר *frutex*. Eſ. XVII, 9.

ואף אמנם *Et eſto quod* (erraverim) Job. XIX, 4. אף אמנם *Præterea profectò* (non damnat) XXXIV, 12.

אמש emeſch *nuper* Job. XXX, 3. alibi *tempus heſternum* ſine ulla veſpertinatum horarum deſignatione.

אמת Pſ. LXXXV, 12. Virtus quâ homines *fidem* datam invicem ſervant, non *veritas ſententiarum*. Conf. Pſ. CXLVI, 6. Pr. III, 3. *integritas*, *æquitas* Pr. XXIX, 14.

אנה anah in puhal *contingere.* Pſ. XCI, 10. Pr. XII, 21.
אנוש enoſch *miſer homo* Pſ. VIII, 5.
אנש anuſch, *deſperatus* Je. XVII, 9, 16.
אסף *recondidit*, Eſ. LX, 20.
אסף aſaph, aliquando idem quod סוף *deſinere.* Eſ. XVI, 10.
אסף non tantum *colligere*, ſed etiam *auferre*, *ſpoliare* ſignificat, Job. XXVII, 19.
אף *etiam*, pro אף כי Job. IV, 19.
אף כי ſignificat *quanto magis*, ſi præceſſit affirmatio, & *quanto minus*, ſi præceſſit negatio. Job. XV, 16.
אפלה כנרת aphelah mnuddahh *nebula circumfuſa.* Eſ. VIII, 22.
באפס *ſine*, aut abſque. Job. VII, 6.
אפקים aphikim *fortes*, item *alves fluviorum*; ſed Job. XL, 13. *tubi* ſeu *fiſtulæ* oſſium, & Job. XLI, 6. *umbones*, ex Arab.
אפעה *Vipera* propriè, ſed etiam latiùs patet, ex Bocharto ad Eſ. LIX, 5.
אץ ais, *præceps* Pr. XXI, 5.
ארג ereg, *radius textorius* Job. VII, 6.
ארגיעה argihah idem eſt quod רגע *momentum.* Pr. XII, 19.
ארוכה aruchah, *emplaſtrum* Je. VIII, 22.
ארחות דרכים *veſtigia viarum* Job. VI, 18.
אריאל *Ariel* Eſ. XXIX, 1. ex אראה & אל *videbo Deum.*
ארץ excidit aut ſupplenda eſt. Pſ. LXVIII, 15.
ארץ arets pro עם הארץ *vilis plebecula* Je. XVII, 13.
אשישות *pulvinaria* Ca. II, 5.
אשישים aſchiſchim, *muri* Eſ. XVI, 7.
אשמנים *ſola* aut *deſerta loca* Eſ. LIX, 10.
אשר aſcher vocula adfirmantis Eſ. VIII, 20.
אשר pro *cùm* Job. IX, 5.
אשר pro כאשר quando, cùm, quomodo Pſ. LXXVIII, 43. LXXXIII, 13. LXXXIX, 52.
אשר לא *ne quidem*, Ec. VII, 22.
אשר שם ſubintelligitur Pſ. LXXXI, 6.
אשר aſchar, *Ingredi*, initium facere inceſſûs. Pr. IX, 6. *erigere* Eſ. I, 17.
אשרה aſcherah, *ſimulacrum* Je. XVII, 2.
אשרי aſchre Pſ. I, 1. eſt inſtar adverbii, ex Val. Schindlero.
את interdum nota Genitivi Job. XXVI, 4.
את pro מאת Job. XXVI. 4.
אתון eſt epicœni generis, non minus quam חמור *aſinus*, ſed Job. I, 3. *aſinam* ſignificat.

ב

ב Præpoſitionis ellipſis Job. V, 21 XI, 7. XV, 3. XXI, 34. XXII, 12. XXX, 3. Pſ. XVII, 13. XXIV, 6. XLIV, 3. LVII, 5. & alibi paſſim.
ב ſæpe ſumitur pro *contra* Job. VII, 8. XXXV, 6. Pſ. XVII, 9. aliquando pro *ſecundùm.* בלבי ſecundùm cor meum Eſ. LXIII, 4.
ב pro אל *ad* Pſ. XLII, 5. ſignificans motum ad locum.
ב pro *poſtquam* Pſ. LXXXI, 6.
ב pro ל Job. XXIV, 5. Pſ. XXXIII, 1. XXXV, 2.
ב pro מן Pſ. LXXVIII, 26.
ב pro *ad*, in voce באהל, nam *ad* Tabernaculum, non in eo habitabatur. Pſ. XV, 1. Sic בבית י״ *in Æde Jehovæ habitare*, id eſt, *ad Ædem*, in ædificiis ei conjunctis Pſ. XXVII, 4. ut Joas 2 Reg. XI, 3. Sic hoſtes Iſraelis *in torrente* Kiſon & in Hennor deleti eſſe dicuntur Pſ. LXXXIII, 10, 11. Conf. Pſ. CVI, 7.
ב *in* & עם *cum* ſæpe miſcentur Job. XXXI, 4.
בארים baurim, *illuſtrati* Eſ. XXIV, 15.
באשר baaſcher, *quia*, aut *eo quòd.* Ec. VIII, 4.
בדבר *in verbo tuo*, id eſt prout dixiſti aut juſſiſti Pſ. XVII, 4.
בדים baddim, *mendacia* Job. XI, 3 & *membra* ibid. ac XVIII, 13. Vox πολύσημος.
בדים aut בדין baddin, *vires* Eſ. XVI, 6.
בהלה behalah, *maledictio* Eſ. LXV, 23.
בהמות Behemoth, *Hippopotamus*, non Elephas. Num vox iſta ſit ſingularis an verò pluralis numeri, Vide ad Job. XL, 10. Majores feræ ea voce deſignantur Pſ. VIII, 8. aliquando ei etiam minora quadrupedia includuntur Eſ. XVIII, 6. Je. XII, 4.
בוש erubeſcere, hinc חביש *infamare*, ad Je. VII, 19.
בחונים bahhonim, *arces* Eſ. XXIII, 13. Je. VI, 27.
בחור bahhour, *delectus miles* Je. XV, 8.
בחן bahhan, *locus muniens* Eſ. XXXII, 14.
בחר bahhar Eſ. XLVIII, 10. *probare*, idem quod בחן
ביום bjom, *poſtquam*, *cùm* Eſ. XVII, 11.
בליל חמיץ *farrago ſubacida*, ex Bocharto. Eſ. XXX, 24.
בלע balah, *celare*, *diſſimulare* Eſ. III, 12.
במה bamah, non eſt vox Subſtantiva ſed Adjectiva, nec uſquam *altitudinem* ſignificat, aut de Deo uſurpatur. Eſ. II, verſu ult.
בן ben pro *juvene* Pr. VII, 7.
בן אדם ben adam, *Vulgus hominum* Pſ. VIII, 5.
תבנה *ædificaberis* id eſt liberos conſequêris. Job. XXII, 23.
בני אלים *filii Principum* Pſ. XXIX, 1.
בני אתה Pſ. II, 7. non eſt *ô fili*, ſed *es filius*, vel, *eſto*, aut *vocator filius meus.* Ut Geo. XLIX, 8. ubi *Juda tu*, eſt, *Juda vocaris.*
בעדי aut בעדני bahadi, aut bahadani, *quod ad me adtinet.* Pſ. CXXXIX, 11.
בעי behi *deprecatio*, lo behi, *ſine deprecatione.* Job. XXX, 24
בצרות btſuroth *res difficiles* Je. XXXIII, 3.
בקעה bikhah, *plana via* Eſ. XL, 4.
בקש *quærere* animam alicujus, pro *tueri* vitam ejus Pr. XXIX, 10. at vero דרש quærere animam, alibi eſt quærere ad necem.
בקש quærere pro *revocare* Ec. III, 15.
בר *filius* Pſ. II, 12. non diſciplina. Videtur vox iſta tantum de Regum filiis fuiſſe uſurpata. Pr. XXXI, 2.
בר bar *clarus*, Cant. VI, 6. hinc ברי beri *ſerenitas* Job. XXXVII, 11. alibi *triticum*
בר *ager* Job. XXXIX, 4. ubi eſt בבר bebar *in agro*, aut potius ex Chaldaica lingua *foris*, *foras*, idem quod Hebr. בחוץ
בר bor, *catinus* in quo aurum & argentum purgantur Eſ. I, 25. Sed ad hunc locum graves

Digitized by Google

ves rationes adferuntur, legendum eſſe כר aut כור chor aut chour.
ברחים batihhim *profugi* Eſ. XV, 5.
בריח vide נחש ברח
ברק barak [illegible]*ur*, pro *cuſpide* expolita & *fulgida* ſumitur Job. XX, 25.
בשם boichem, ſignificat non tantum *aroma* ipſum, ſed etiam Ca. V, 13. arbores è quibus aroma colligitur.

ג

גאוה gaavah, propriè *elatio*, ſed Job. XLI, 6. *tergum* ſignificatur, quæ belluæ ſuperior pars eſt.
גאות geouth, *majeſtas* Pſ. XCIII, 1.
גאות ים tumor maris Pſ. XLVI, 4.
גאל goel, voce hâc Job. XIX, 25. in Pſalmis & alibi, Deus ipſe intelligitur, non Meſſias.
גב gab, *dorſum* & *tumulus* aut *ſuggeſtum*, & quicquid prominet Job. XIII, 12. unde Gabbatha Joan. XIX, 13. Conſ. Job. XV, 26. ubi ſignificat *umbonem*. Vide quoque Pſ. LXVIII, 16.
גביש gabiſch, *Carbunculus*, aut *Pyropus*. Arabicè. Job. XXXVIII, 18.
מגו miggev *è corpore*, aut potius *è medio*, cœtûs. Job. XXX, 5.
גוד goud, *confertim* aut *globo latrocinantium invadere*, Pſ. XCIV, 21.
גוז gonz *tranſire* Pſ. XC, 10. in Chald. Syr. & Arab. lingua, hinc Pſ. LXXI, 6. גוזי *eductor meus*, qui ex periculis educit.
גוח unde הגיח higiahh, *erumpere* præſertim quidem è terra Job. XL, 18.
גוי goj, quare in plurali conſtructâ forma ſcribatur גויי non גוי ad Pſ. XXIII, 2.
גור מלחמות gour milhhamoth, *contrahere* vel *concitare* bella Pſ. CXL, 3. ex affini radice גרה, *irritare*, *ad bellum* aut *ad rixas concitare*.
גוש guſch *gleba* Job. VII, 5.
גז gaz *ſecta herba* Pſ. LXXII, 6. à גזז
גזל *defraudatio*, λεηλασία quæ dolo malo fit. Pſ. LXII, 11.
גזל משפט *denegatio juris* Ec. V, 7.
גזר gazat. Hebr. *ſecuit*, Chald. *decrevit*. Job. XXII, 28.
גלה gullah, *calix* Ec. XII, 6.
גלמוד galmoud, *ſolitarius* Job. III, 7. XV, 34. XXX, 3.
גלש *venire*, *ire* ex Arab. Ca. IV, 1.
גמא *ſorbere*, *deglutire*, hinc metaphoricè dicitur Job. XXXIX, 24. de equo, יגמא jigammevorat aut *deglutit terram*, dum ocyus viam carpit.
גלגל *turbo* Pſ. LXXVII, 19. *gluma* LXXXIII, 14. *quiſquiliæ* Eſ. XVII, 13.
גמל רעה *facere malum*, aut adficere malô. Pr. III, 30.
גמר *abſumere* Pſ. VII, 10.
גנה gannah *ſepes* Job. VIII, 16.
גר gar, *fons*, *ſcaturigo*, à גרה fluere Job. XXVIII, 4.
גרס *ſtudioſe laboravit* Pſ. CXIX, 20.
הגתית haggitthith, *cithara Gathenſis* Pſalm. VIII, 1.

ד

דבר debar abundat Job. XLI, 2.
דברה dibrah, *cauſa*, *lis*, ut דבר dabar eſt interdum Job. V, 8.
דברי אתות *Verba ſignorum*; id eſt quæ ſequentibus ſignis confirmata ſunt. Pſ. CV, 27.
דגול dagoul ſequente מן *inſignior*, *notabilior*, Ca. V, 10.
דוד dod *cophinus* Pſ. LXXXI, 7.
דום doum, *coercere*, Pſ. CXXXI, 2.
דום *quieſcere*, *adquieſcere* Pſ. LXII, 2. LXV, 2.
דוץ douts *exſultat* dolor ante Crocodilum, quo ſenſu? Job. XLI, 13.
דור dor & γενεὰ numquam ſignificant תלדת & γένεσιν generationem aut nativitatem; quid verò ſignificent, vide ad Eſa. LIII, 8.
לדור laddor pro לדור ודור Pſ. XXII, 31.
דמה ſilere, metaph. *quieſcere*, Job XXX, 27.
דממה demamah, *vox tenuis* Job. IV, 16.
דכא *pulvis tenuis* Pſ. XC, 3.
דכי dacchau, *Veritas*, *innocentia*, *puritas* Prov. XXVI, 28.
דעת pro איש דעת *vir ſcientiæ* Pr. XXII, 12.
דרור deror, *palumbus* aut *turtur* Pſ. LXXXIV, 4. ex Bocharto.
דרך diſtinguitur à נתיבה Pr. XII, 28. illud *viam*, hoc *ſemitam* ſignificat.
דרך את לשון *tendere linguam* (veluti arcum) Jer. IX, 3.
דק dok, *conopeum* Eſ. XL, 22.
דשן non tantum ſignificat *pingueſecit*, verumetiam *pinguedine illevit*, vel *unxit*. Pſalm. XXIII, 5.

ה

ה pro הלא *nonne?* Je. VII, 9.
האם haïm, *annon* Job. VI, 13.
הבין חך hebin hhech, ut Latini *ſapere palato*, æque ac mente dicunt: ita & Hebræi utuntur verbo הבין *intelligere*, utroque ſenſu. Job. VI, 30.
הבל *inanitas*, de hac voce multa vide ad Eccl. Salom. Cap. I, 2. in ſpecie *vitam humanam* deſignat Pſ. XXXIX, 6.
הגה hegeh *murmur* Job. XXXVII, 2.
הגיון higgajon, videtur eſſe inſtrumentum muſicum Pſ. IX, 17. XCII, 4
הו hou Arabes & Perſæ nomen *Dei* eſſe cenſent, forte ex Pſ. CII, 28. אתה הוא
הוא ſumitur pro *eſt* in illa phraſi לא הוא *non eſt*, aut *nullus eſt* Je. V, 12.
הוד hod *decus*, *dignitas*, *majeſtas*, etiam *vigor* & *robur*, denique Job. XXXIX, 20. Eſa. XXX, 30. de *vocis magnitudine* uſurpatur.
הוכיח *defendere* Job. XIII, 15.
הוללות *inſana facta*, ut צדקות *juſtè facta*, גבורות fortia facinora. Ec. I, 17.
הון alibi *divitias*, ſed Pſ. XLIV, 13. *luculentum pretium* ſignificat.
הותת *inſidiatus eſt* Pſ. LXII, 4.
הזים *irridentes* ex Arab. הזא irriſit, Eſ. LVI, 10.
היכל *armarium*, *veſtiarium*, *capſa*, Χηλὸς. Pſ.

XLV,

Digitized by Google

XLV, 9. alibi Templum, Palatium.
הלך in Hiphael התהלכתי dedi aut *dabo operam ut incedam* Pſ. XXVI, 3.
הלל *Laudavit* &c. hinc de puellis, Pſalm. LXXVIII, 63. *laudatæ* ſunt, הוללו, hoc eſt *nuptum datæ*, laudes enim illæ ſunt epithalamia.
הלם *comminuere* Pſ. LXXIV, 6. *verberare*, CXLI, 5. *vacillare* Eſ. XXVIII, 1.
המולה *tumultus* ab inuſit. radice המל Je. XI, 16. idem quod המלה hamulah Eze. I, 24.
המון hamon, *fremitus*, *tumultus*. Eſ. LXIII, 15. *ſonitus* Jer. X, 13.
המם hamam, *trituravit* Eſ. XXVIII, 28.
המסים ſtipulæ Eſ. LXIV, 2.
הן hen, pro *jam* Pſ. CXXXIX, 4.
הנה hinneh, *mox* Je. II, 35.
הפך *vertit*, *mutavit* &c. ſed Pſ. LXXVIII, 57. נהפכו *flexi ſunt*.
הפכה haphechah, *perverſitas* Eſ. XXIX, 16.
הרג *occidere*, pro occidendum pronunciare aut prædicere Job. V, 2.
הרכים (à הרך aduſſit) propriè *ἀνωστήν* ferreum aſſandæ carni, deinde *cancellos* quibus *feneſtræ* clauſæ erant, tandem feneſtras ſignificant. Ca. II, 9.

ו

ו omittitur Job. V, 9. IX, 10. aut excidit Pſ. X, 14.
ו pro *quamquam* Job. XV, 5. pro *alioquin* Pſ. LI, 18.
ו Futuro præfixum non ſemper mutat id in Præteritum Pſ. XXV, 9.
ו pro כי *ut* Pſ. CXLIV, 3. pro, *nam cùm* Eſ. VIII, 22.
ואני veani, *ad me quod adtinet*. Pſ. XL, 18. LXXIII, 2.

ז

זבח *convivium* Pr. XVII, 1.
זדים *ſuperbi*, fortè pro פשעים זדים *peccatis ſuperbis* Pſ. XIX, 14.
זהם ziham *facit ut nauſeet*, Job. XXXIII, 20.
זוית מחטבות zavijoth mbhattoboth *anguli ſculpti*; ex Arab. & Chald. Pſ. CXLIV, 12.
זוללי בשר zolele baſchar, *helluones carnis* Pr. XXIII, 20.
זיז ziz, *animal*, eſt generale nomen animalium; ex Bocharto, Pſ. LXXX, 14.
זכוכית nitida gemma Job. XXVIII, 17.
זכרון zichron *ſuffitus* Eſ. LVII, 8.
זלה hinc זולי thizli *abjectu es* Je. II, 36.
זלזלים zalzalim, *palmites* Eſ. XVIII, 5.
זמה zimmah *ſcelus*, *flagitium*, ſed etiamnum in molitione conſiſtens, Pr. XXI, 27.
זמר non ſimpliciter canere, ſed *canere carmen*, מזמור Pſ. IX, 3. XXVII, 6. XXX, 1.
זמרה zimrah *putamen* Eſ. XVII, 10.
זנה zanah *negotiari* Eſ. XXIII, 17. aliàs *fornicari*.
זקים *vincula*, aut *catenæ*, non compedes. Pſ. CXLIX, 8.
זרב liqueſcere, *effluere* Job. VI, 17.
זרוף ארץ *fiſſura terræ* fortaſſe, Pſ. LXXII, 6.
זרזיר zarzir *firmus* Pr. XXX, 31.
מים זרים majim zarim, *aquæ exundantes* Jer. XVIII, 14.

ח

בחב bhhob *in occulto* Job. XXXI, 33.
חבורה cicatrix Eſ. I, 6.
חבל hhabal, *damnum capere* Pr. XIII, 13.
חבל *parturire cum dolore*, ſed Pſ. VII, 15. deſignat metaphoricè *cupiditatem perdendi* Davidis.
חברי שמים *ſervantes de cœlo*, *Aſtrologi* Eſa. XLVII, 13. *auſpices*.
חבש *dominari* Job. XXXIV, 17. חובש Princeps Eſa. III, 7.
חגא hhoga, *titubatio*, *terror* Eſ. XIX, 17.
חדל *ævum* ſed deſinens, Pſ. XXXIX, 5.
חדר hheder *plaga meridionalis* Job. XXXVII, 9. ex Cap. IX, 9. ubi eſt חדרי תימן intima Auſtri.
חובש hhobeſch, *Præfectus* Eſ. III, 7.
חוט hhout, *textus*, *tænia*, *lemniscus*, non unicum filum Ca. IV, 3.
חול hhol *arena* Job. XXIX, 18. non fabuloſa Phœnix nec palma.
חול (adfine verbo חלל) inde נחילות nehhiloth *inſtrumenta* muſica *cava* Pſ. V, 1.
חול hhoul *timere* Je. V, 3. 22. *inſiſtere* XXIII, 19. מתחולל *diuturnus*. ibid.
חום hhom *ver*. Pr. VI, 8.
חוץ ממני hhouts mimmenni *plus quàm ego*. Ec. II, 25.
חוצות dicuntur proprie in urbe quæcunque ſunt *foris*, & aliquando diſtinguuntur ἀπὸ τῶν רחובות aliquando hæ illis comprehenduntur, Je. V, 1.
חוצות hhoutſoth *caulæ*, aut *villæ*, Pſ. CXLIV, 13.
חוצות hhoutſoth, *piſcinæ*, *lacus*, *ſtagna*, ex Arab. Pr. VIII, 26.
חורי hhorai vel חורים *reticula* Eſ. XIX, 9.
חותף hhoteph, *prædo* Pr. XXIII, 28.
חזה hhazah *proſpicere ſibi* Eſ. LVII, 8.
חזה hhozeh & חזות *pactum* Eſ. XXVIII, 15. 18.
חטבות hhatuboth *ſculptæ columnæ*. Pr. VII, 16.
חטם *coercere*, *cohibere* (iram) Eſ. XLVIII, 9.
חטאים hhattaim, non qui peccata admittunt, quorum nemo eſt immunis, ſed *ſcelerati*. Pſ. XXVI, 9.
חידות *acutè dicta* Pſ. LXXVIII, 2.
חיה pro *cætu* Pſ. LXVIII, 11. conſ. verſ. 31.
חיה hhajah *victus* Eſ. LVII, 10. חיה Verbum in Hiphil *recreare* verſu 15.
חיל *murus* Pſ. XLVIII, 14. mœnia Eſ. X, 14.
חין hhin pro חן hhen, *gratia*, pro *pulchritudine* Job. XLI, 3.
חיק hhik, *Sinus*, eſt interior & concava pars cujusque rei Pr. XVI, 33.
חכמה & תבונה & דעת quomodo diſtinguantur ab invicem Pr. XXIV, 3, 4.
חכמות Pr. I, 20. &c. videtur eſſe חכמת חכמות hhochmath hhochmoth *ſapientia ſapientiarum*,

rum, ut Behemoth *beſtia beſtiarum*, &c.
חכמות נשים *ſapientes mulierum.* Similis conſtructionis exempla alia ex Sriptura S. etiam ex Homero, producuntur ad Pr. XIV, 1.
חלד Pſ. XVII, 14. XLIX, 2. *orbem terrarum*, XXXIX, 6. LXXXIX, 48. & Job. XI, 17. *tempus vitæ* ſignificat. Sic Pſ XXXIX, 6.
חלוב hhalab *colere* Pſ. XLV, 13. Theodotio vertit *τιμᾶν*.
חלוצים *armati* Eſ. XV, 4.
חליפה *mutatio*, vox è militia deſumpta, in qua milites recentes ſuccedunt feſſis Jo. X, 17. XIV, 14.
חליפות *mutationes veſtium* Pſ. LV, 20.
חלף hhalaph, *mutari*, *præterire*, ſi addatur particula כליל, eſt *penitus interire* Eſ. II, 18.
חלף hhalaph *renovare* Eſ. XL, 31.
חלץ *extrahere*, deinde *liberare*, quia qui liberatur, ex hoſtis manibus extrahitur. Pſ. VII, 5. eſt priore ſenſu, *ſpoliare*. Hinc חליצה *ſpolia*.
חלק *pars*, pro *pars prædæ* Job. XVII, 5.
חלקי hhelki, *pro meâ virili* Job. XXXII, 17. חלקם *pro ſuâ virili* Eſ. LXI, 7.
חמה hhamah *venenum* Job. VI, 4.
חמה Pſ. VI, 2. *indignatio.* Furor enim Deo tribui non debet. Ejus *ira* eſt ejus juſtitia. Conf. verſu 12. & Eſ. V, 25. IX, 17.
חמץ Chald. *violenter eripuit*, *oppreſſit.* Hinc Pſ. LXXI, 4. חומץ *oppreſſor*, & Eſ. I, 17. חמוץ *oppreſſus*.
חמק & חמוקי ירכים vide ad Ca. V, 6.
חנם hhinnam *impunè* Pr. I, 17. aliàs *ſine cauſa*, *gratis*.
חסד non tam *miſericordiam* quàm *beneficentiam* ſignificat. Pſ. XXXIII 5. differt à טוב, vide טוב
חסן hhoſen Pr. XXVII, 24. *divitiæ in pecuniis ſitæ.*
חצן de hac voce vide ad Pſ. CXXIX, 7.
חצץ hhatſats *dividere* & quidem prædam Pr. XXX, 27.
חק hhok *Decretum* Pſ. II, 7. res fixa & rata, ac immutabile quid, Pſ. CV, 10. *Demenſum* Pr. XXX, 8. *Penſum* XXXI, 15. *modus* in re quapiam *ſervandus* Eſ. V, 14.
חקק *circumſcribere* Job. XIII, 27. *exarare*, *deſcribere* XIX, 23. XXVI, 10.
חרה incaleſcere, ſed Je. XII, 5. תתחרה eſt *certare* aut ad certandum ſe comparare.
חרר *comburi* vel *amburi* ſignificat, non ſiccari aut frangi, aut contabeſcere Pſ. CII, 4.
חרול bharoul *carduus* Job. XXX, 7.
חרוצים hbarutſim, *induſtrii* Pr. X, 4.
חרך hharach, *torrere*, *aſſare* è Chald. Pr. XII, 27.
חרף *probrum*, item *autumnus* Job. XXIX, 4. it. *autumni frigus.* Pr. XX, 4.
חרצבות *angores* Pſ. LXXIII, 4. *vincula*, *conſtrictiones* aut *carceres* Eſ. LVIII, 6.
חרש teſta, Pr. XXVI, 23. intelligitur hâc voce *vas murrhinum.* item *dumus* Eſ. XVII, 9.
חרשים hharaſchim, *incantatores* (ex Chald.) Eſ. III, 3.
חשמנים Optimates Pſ. LXVIII, 32.
חתרה hhattab *biare* Je. XIV, 4.
חתם obſignare, pro *claudere* Job. XXIV, 16.

ט

ט majuſculum. Job. IX, 24. Ec. VII, 2.
טאטא teate, *demergere* Eſ. XIV; 23.
טוב pro *fructu* aut effectu *bonitatis* Pſ. XXIII, 6. XXXI, 20. *beneficus* Pſ. LXXIII, 1. ut *ἀγαθὸς* Matth. XX; 15. Rom. V, 7. pro benefico. טוב non tantum *bonitas* eſt, ſed & felicitas & bonum quodvis Pſ. CVI, 5. Inter טוב & חסד diſtinguendum eſt, quoad primum propriumque ſignificatum. Illud *bonitatem*, *χρηστότητα*, hoc *beneficentiam* *εὐεργεσίαν* Pſ. CXXXVI, 1. deſignat.
טוב לב *lætus animo*, *bilaris.* Pr. XV, 15.
טול hinc טלטל *dejicere.* Eſ. XXII, 17. טלטלה *dejectio.*
טירה *domicilium* Pſ. LXIX, 26.
טעם propriè *guſtus*, tralaticiè *prudentia*, ſagacitas Job. XII, 20. *mores* aut *judicium* Pſ. CXIX, 66. Pr, XI, 22. טעם טעם *animadvertere* XXXI, 18.
טרח torahh, *moleſtia*, ex Arabico tarahha, *procul amovit*, *rejecit.* Eſ. I, 14. hinc יטריח amovet. Job. XXXVII, 11.
טרף propriè *præda* ex lacerata carne, ſed Pſ. CXI, 5 & alibi nonnunquam, *cibus* quivis, hinc Græcum *τρέφω* *nutrio.* Pr. XXXI, 15.

י

יאור jeor, *alveus* Eſ. XIX, 7.
יגון jagon, *dolor*, *oppreſſio*, nam יגה non tantum *doluit* ſed etiam *oppreſſit*, ſignificat. Pſ. CVII, 39.
יגע jaga, labor, pro *laboris merces* Job. XX, 18. Verbum יגע *ægre tulit* Eſ. XLIII, 22.
יד non *manum* ſed *latus* ſignificat Pſ. CXXIII, 2. Sic Jer. VI, 3. *ſpatium* Eſ. LVII, 8.
יהב iehab *onus* Pſ. LV, 23. Vox hæc tamen videtur idem interdum valuiſſe ac יאב *deſiderium.*
יהוה Vocis hujus ſono non fuit *Symmachi* temporibus ſubſtitutus ſonus vocis אלהים uti quidem poſtea, Pſ. LXVIII, 21. alibi tamen ſubſtituebatur, ut LXIX, 7.
ויהי היום fuit dies, id eſt *quodam die.* Job. I, 6. II, 1.
יהיר jahir *ferox* ex Chald. Pr. XXI, 24.
יותר jother, *id quod ſupereſt*, & Adverb. *magis*, eò *magis* Ec. XII, 9.
יחיד jahhid *unicus*, dicitur apud Hebræos, Græc. & Latinos de eô qui ſingulari ratione amatur. Pr. IV, 3.
יחידה jehhidah, *unica*, nempe vita. Pſ. XXII, 21. Vitam hanc unicam vocabant quibus altera erat ignota. XXXV, 17.
יחף *nuditas* Je. II, 25.
יכח binc Eſ. I, 18. ונוכחה *caſtigemur*, *caſtigari nos patiamur*, non, diſceptemus.
יקר כרים per Hypallagen pro כרי יקר *pretioſi agni* Pſ. XXXVII, 20.
ילדות jaldouth, juventus pro *juvenibus* Pſ. CX, 3.
ימאס jimmaës & ימאסו vide מסס.
ימין *dextra pars* mundi, id eſt Meridies Job. XXIII, 9.
ינוח janouahh eſt Nomen, pro מנוח *requies.* Job. III, 13.

יסר jaſar *monere*, Eſ. VIII, 11. aliquando, *grave ſupplicium ſumere*, ſignificat. XXX, 32.
יעלי סלע jahale ſelah *Ibices* Job. XXXIX, 1.
יעץ *conſilium petere* Pſ. XXXII, 8. aliàs conſilium *capere* aut dare.
יצר סמוך jetſer ſamouch, *cogitatio firma* & certa Eſ. XXVI, 3. יצר *cogitavit* Eſ. XLVI, 11.
יקבים *cupæ*. Pr. III, 10.
יקהת ikhah *obſequium* Pr. XXX, 17. ex Arab. alibi, congregatio.
יקרות *ἀτιμάδια* cur vocentur Uxores Regiæ. Pſ. XLV, 10.
יראת יהוה *religio*. Pr. I, 7.
ירט *tradidit* Job. XVI, 11.
ישי *decipiet* eſt pro ישיא jaſchi à נשא Pſ. LV, 16.
יתר *præcellentia* Job. IV, 21. *abundantia* XXXIX, 8. שפת יתר *ſermo magnificus* Pr. XVII, 7.

כ

כ litera ceteris major Pſ. LXXX, 16.
כ ſæpe omittitur Job. XXII, 16. aut excidit Cap. XLII, 8. Vix ulla particula frequentius ſubauditur quam כ ſimilitudinis Eſ. XXI, 8.
כארו vel כרו charou lectum olim fuiſſe Pſalm. XXII, 17. conſtat ex LXX. Interp. & Aquila.
כאשר ſupplendum Pſ. XLVIII, 6. LXXIII, 3.
כבד chabad, *ditari & gloriam conſequi*, Pr XIII, 18. adeò ut una vox uno loco poſita duas hîc habeat ſignificationes. כבוד *divitiæ* Eſa. X, 3.
כבד chabed, ſignificat *augmentum rei* de qua agitur. Job XIV, 21.
כבוד *gloria*, diverſimode explicatur Pſ. XVI, 9.
כהה chahah, *debilitari* Eſ. XLII, 4.
כהן Quo ſenſu Moſes בכהניו fuiſſe dicatur? Pſ. XCIX, 6.
כהן de Rege proprie dicto nuſquam occurrit; niſi de ſolo Rege Chriſto. Pſ. CX, 4. & ejus typo Melchiſedeco.
כהנים Principes Job. XII, 19.
כוס chos *onocrotalus*, ex Bochart. Pſ. CII, 7.
כושרות choſcharoth, *nervi*, *compedes*, ex lingua Chald. & Syriaca Pſ. LXVIII, 7.
כזב *res inanis & fallax* Pſ. IV, 3. VII, 15. LXII, 10.
כי ſæpe abundat Job. XXIII, 14. Eſ. XXXII, 13, 14.
כי abundat aut tranſpoſitum eſt. Job. V, 23. abundat XXVIII, 1. Pſ. LXXIII, 21. deeſt Eſ. III, 11.
כי pro *annon*, interrogativè. Job. V, 6. XIV, 16.
כי pro אם *ſi* Pſ. II, ult. XLI, 12. Pr. XXII. 18. pro *nempe*, Eſ. LX, 9. *ſin minus* Jer. VIII, 22.
כי pro *quin* aut *quidni* Job. XIX, 28. pro *ſed* XXXVI, 18.
כידן *clypeus* Job. XXXIX, 23.
כידור chidor, *acies* Job. XV, 24. nempe bellica.
כימה chima Job. IX, 9. XXXVIII, 31. Vox ignota, quam LXX. & Vulgatus non uno modo vertunt.
כל אלא chol elle *omnia alia* Je. II, 34.
כלו cbullo perinde eſt ac כל חאיש quiſquis vel *quidquid* Pſ. XXIX, 9.
כלח chelahh *matura ætas*, *ſenium* Job. V, 26. XXX, 2. כלח chalahh Arab. *auſterè*, *tetrico*, *corrugato vultu fuit*.
כליון chillajon, *ſumma* Eſ. X, 22. idem atque כלה ibid. at XXVIII, 22. כלה chalah eſt *decretum*.
כלים *menſuræ* Eſ. XXXII, 7.
כמרירי chimrire, pro כמארירי *ut maledicentes* Job. III, 5.
כן *itaque* Pſ. LXIII, 5.
כן chen, *ſtolo* Pſ. LXXX, 16.
כנה chanah, *planta*, ex Sam. Bocharto, Pſ. LXXX. 16.
כנה chinnah, *blando nomine adpellare* Eſa. XLV, 4. *blande & honorificè nominare* Jo. XXXII, 21.
כנף pro *veſte* aut *pallio* Je. II, 34.
כסה cheſch *tempus ſtatutum*. De hac voce non pauca adferuntur ad Pſ. LXXXI, 4. ex Scaligero & Lud. de Dieu &c. *Neomenia* Prov. VII, 20.
כסיל cheſil, Job IX, 9. XXXVIII, 31. de aſtro quodam ſumptum, incertæ ſignificationis eſt. A LXX. & Vulgato utroque loco non eodem modo vertitur. Aliàs כסיל non *ſtultum* tantùm, ſed hominem *nequam* deſignat Prov. X, 18. & alibi.
כסילים chſilim pro כסלים chſalim, *fiducia*. Eſ. XIII, 10.
כעס chahas Ec. VII, 4. *triſtitia* ex indignatione orta; alias *indignatio* propriè.
כמי pro כ *ut* Job. XXX, 18.
כפים chephim *rupes* Job. XXX, 6. Jer. IV, 29. *loca cava* Job. XXXVI, 32.
כפן chaphon, *fames* Chaldaice. Job. V, 22. XXX, 3.
כפץ chaphats Arab. *curvare*, retorquere Job. XL, 12.
כרסם chirſem *devaſtavit* ex Arab. & Chald. ubi verbum hoc *carpere*, *rodere*, *abſumere* denotat. Pſ. LXXX, 14.
כשלין chiſſchalon, *lapſus*, *offenſio*, *detrimentum*, *infortunium* Pr. XVI, 18.
כשרון *lucrum*, commodum ex Syriaco, idem quod יתרון Ec. V, 10, 8.
כתם hinc נכתם nichtham *maculatus* Je. II, 22.
כתף chatheph quomodo diſtinguatur à שכם ſchchem Job. XXXI, 22.

ל

ל præpoſitionis ellipſis Job. III, 8. XV, 3. 7. XXVIII, 11. XXX, 23. Pſ. XLV, 7.
ל non deſignat finem ſed *eventum* Job I, 15.
ל interdum *de* interdum alia valet Pſ. III, 1, 2. XCI, 2.
ל quod adtinet. Pſ. XVII, 4. להם ad eos quod adtinet. Je. II, 37.
ל non tantum terminum *ad quem* ſed etiam *à quo* ſignificat nonnunquam, ut Pſalm. XXVII, 8.
ל *propter* Pſ. XXXVII, 7. *inter* LXXXVII, 4.
ל pro מן. Pſ. LVI, 8.
ל *in gratiam* (alicujus) Job. XIII, 7.
ל in voce לארץ laarets deſignat materiam ex qua vas de quo agitur, confectum eſt. Pſ. XII, 7.
ל *cùm* Pſ. XXXVI, 3. *cum* Je. X, 13.
ל aut על ſubaudiendum Job. XIX 29.
לא *non* pro אין *nemo* Job. XXIV, 21. XLI, 1.

Digitized by Google

ולא *nihilo fecius* Pſ. CV, 28.
לאבי non deſignat Leonem annoſum, ſed *Leænam*, Job IV, 11.
לאה laah, *deſinere*, *abſolvere* Eſ. XXX, 1: aliàs *feſſum eſſe*; quia qui feſſus eſt deſinit id facere quo fatigatus fuit.
לבם *dolore affici*, *offendi* Pr. X, 8. 10. ex Samar.
לדוד David hac voce non ſemper ſignificatur *Davidis* Pſalmus, ſed aliquando carmen ad Davidæorum imitationem factum. Pſ. XIV, 1. Conf. Pſ. XXVI, 2, 8. & Pſalmum XXVII, 4, 5, 6, 10, 11. qui ad Joaſi tempora pertinet. Pſ. LXIX. 1. LXXII, 1. CIII, 3.
לה lah *propter eam*, *propterea* Eſ. IX, 1.
להב *flamma* deinde tralatitio ſignificatu *ſplendor* armorum Job. XXXIX, 23.
להג *lectio* Ec. XII, 12.
להה unde מתלהלה mithlahleah, *laſciviens*, *ludens* Pr. XXVI, 18.
להטים lahatim, *occultæ* Magorum *artes* à לאט mutatis gutturalibus א & ה ad Job. XV, 11.
לו *ejus cauſâ* Job. II, 11.
לו pro לא Job. XII, 16.
לויתן Leviathan, *Crocodilus*, non balæna; unde hoc nomen derivetur, Job. XL, 20. cur alibi balæna vocetur Leviathan. ibid. Conf. Pſ. CIV, 26.
לזאת lazoth, ad hanc rem quod adtinet. Je. V, 7.
לחמו lahhmo *viror ejus*, non, panis ejus. Jer. XI, 19.
לחש lahhaſch *magicum carmen* Eſ. III, 3. *ſubmiſſa oratio*. XXVI, 16.
לי propter me, id eſt *de me*, *ſuper me*, occaſione mei. Pſ. XXX, 2. XXXV, 19.
לילית avis quædam nocturna. Eſ. XXXIV, 14.
ליש laiſch *leo robuſtus* ex Bocharto Pr. XXX, 30.
למו pro לנו *nobis*, aut *nos*. Pſ. LXXX. 7.
לפת *declinare* à recta via Job. VI, 18. alibi ſignificat *contrectare*, *amplecti*.
לקח *capere*, pro *adlicere* Pr. XI, 30.
לקחה lekehhah *ſermo* Pr. VII, 21.
לקש de quavis vindemia, non de ſera ſpeciatim ſumitur Job. XXIV, 6.

מ

ם clauſum in media voce culpa Librarii. Eſ. IX, 7.
מ pro *inde* Job. XX, 3. *propter* Pſ. XII, 6.
מאז meaz, *ab eo tempore*, nempe *quo omnia facta ſunt*. Pſ. XCIII, 2. Pr. VIII, 22.
מאמצי כוח *firmamenta* aut confirmatores *potentiæ* Jo. XXXVI, 19.
מאסתי vide מסס
מבלי אשר־לא *non tamen ut*, Ec. III, 11.
מגדלות מרקחים *arboretum plantarum odoriferarum* Ca. V, 13.
מדהבה madhebah *auri penſio* ſive tributum, ex Chald. Eſ. XIV, 4.
מדע maddah *conſcius arcanorum* & fidiſſimus amicus, Ec. X, 20 Sic מדעת non tantum cognationem ſed & *cognatos* ſignificat. *ibid.*
מדרגה madragah, *adclivitas* Ca. II, 14.
מהגים mahgim, *Magi*. Eſ VIII, 19.
מהיר mahir *eruditus* ex Æthiopico מהר docuit, erudivit. Pſ. XLV, 2. Vide Eſdr. VII, 6.

מהפכת mahphecheth, *nervus* Je. XX, 2.
מוג mog, in Pihel, etiam *diluere* ſignificat. Pſ. LXV, 11.
מוסר *Balteus* Job. XII, 18.
מוסר mouſar, *ſupplicium*. Eſ. XXX, 32.
מוסר מעיר mouſar mehir *deſinet eſſe urbs* Eſ. XVII, 1.
מועדים *parati* Je. XXIV, 1.
מורג morag, *traha* Eſ. XLI, 15.
מורדי אור morede or, *lucifugi* Job. XXIV, 13.
מוש mouſch, *deſinere* Je. XVII, 8.
מושב *Conſeſſus* Pſ. I, 1.
מזמות maimmoth, *conſilia* recta non minùs quàm mala Pr. V, 2. איש מזמות vir verſutus. XIV, 17.
Inter מזמור & שיר differentia conjecturalis. Pſ. CVIII, 1. Conf. XXVII, 6. mizmor ſtylus conciſus. Pr. II, 8.
מזרים *Septentriones* Job. XXXVII, 9. ex conjectura.
מחבה mahhabeh *confidens* Eſ. LXIV, 4.
מחליק nempe לשון lævigans linguam. ſignificat *adulantem*, γλωσσοχαριτοῦντα Pr. XXIX, 5.
מחלת fiſtula Pſ. LIII, 1.
מחמודים mahhamoudim, *divitiæ* Lament. I, 7. 11.
מחמורה mahhamorah *fovea* aut foſſa lutulenta. Pſ. CXL, 11.
מחסה perfugium, item *tectus locus* in quem pluviæ cauſa homines perfugiunt Job. XXIV, 8.
מחסום mahhſom *frenum*. Pſ. XXXIX, 2.
מחשבות mahhaſcheboth, *conſilia* Je. XI, 19.
מחתה mhhittah, non terrorem tantum, ſed *calamitatem* quamvis, aut etiam *exitium* ſignificat, Pr. XXI, 15.
מחתרת mahhthereth, *inſtrumentum perfoſſionis*, aut ipſa *perfoſſio* Je. II, 34.
מטאטא mateate, *profundum lutum* Eſ. XIV, 23.
מטיל mtil, *ferrum* Arab. Job. XL, 13.
מי אשר *quisquis* Ec. IX, 4.
מיץ mits, *emulgens*, *emungens*, *exprimens*. Pr. XXX, 33.
מישרים *rectè facta* Pſ. XVII, 2.
מכך *adtenuari*, *corrumpi* Ec. X, 18.
מכסה mchaſſeh, *munimentum* Eſ. XXIII, 18.
מכשלה machſchalah, *calamitas* Eſ. III, 6.
מלא in ſignificatione *colligendi*, *congregandi* Job. XL, 26. XVI, 10.
רוח מלא ruahh male *ventus vehemens* Je. IV, 12.
מלאכה *commercium* Pſ. CVII, 23.
מליץ meliz, *interpres*, *internuncius*, *patronus*, *paracletus* Job. XXXIII, 23.
מן ſæpe ſignificat idem ac *in* cum Ablativo, id eſt *intra* Pſ. XVIII, 46.
מן *ante* Pſ. CXXX, 6. *poſt* Eſ. XXI, 3. aut habet hîc prout Cap. LVII, 8. LVIII, 13. vim negativam. Vide XXIII, 1. vim minuendi XL, 16.
מני Meni, μὴν *Menſis* Eſa LXV, 11.
מנלם minlam Job. XV, 29. eſt vox ignota, videtur ſignificare *augmentum*.
מנעול manhoul, *peſſulus* Ca. V, 5.
מנצח mnatzeahh *Præfectus*, In Pſalmis ut Pſ. IV, 1. Præfectun Cantorum deſignat.
מסך *miſcere*, & ſimpliciter *fundere* ut Græcis & La-

Latinis *σκευάζειν* miſcere pro fundere Pſ. LXXV, 9.
מסכן meſuchan, *pauper* Eſ. XL, 20.
מסכן miſchen, homo *frugi*. Ec. IV, 13.
מסס maſas *contabnit* unde ימסו pro ימאסו Job. VII, 5. & מאסתי pro מסתי verſ. 16. & ימאסו pro ימסו Pſ. LVIII, 8.
מסע maſſah *telum* Job. XLI, 17.
מסער miſſahar, *à tempeſtate*; hæc vox poſſet eſſe gloſſema Pſ. LV, 9.
מעד mahad *debilitare*, ubi de lumbis agitur. Pſ. LXIX, 24.
מעוף mehouph *caligo* Eſ. VIII, 22.
מעות mehoth *lapilli* Eſ. XLVIII, 19.
כמעט chimeat *facile* Job. XXXII, 22.
מעים mahim, *viſcera*, ſed Ca. V, 14 vox iſta deſignat externam faciem pectoris & ventris, intra quæ viſcera continentur.
מעללים *ſtudia*, *ἐπιτηδεύματα opera*, Pr. XX, 11. Eſ. III, 8. *molimina* Je. XI, 18.
מעצד mahatſad, *malleus* Je. X, 3.
מערכי לב *adfectiones animi*. Pr. XVI, 1.
מפח mapphuahh *fornax* ſeu *caminus* Je. VI, 29.
מפח נפש *halitus animæ* Job. XI, 20.
מפלים mapphalim, *tori & muſculi*, Job XLI, 14.
מפלש *libra* Job. XXXVII, 16.
מפני mipphene, vox hæc uſurpatur aliquando pro *ante* quando una rei alteri antefertur. Job. XVII, 12.
מצב mutſab, *agger* Eſ. XXIX, 3.
מצבת matſebeth *truncus* Eſ. VI, 13.
מצודים *Aggeres* Ec. IX, 14.
מציץ *florens*, metaph. caput (è feneſtra) emittens, ut flos è calyce erumpens. Ca. II, 9.
מצעדים *greſſus*, non tibiæ Pſ. XXXVII, 31.
מצפצפים metſaphtſephim, *qui demurmurant* evocationes mortuorum Eſ. VIII, 19.
מק mak, *ſquallor* Eſ. III, 24. *putredo* V, 24.
מקבת makebeth *uncinus*, ex conjectura Je. X, 4.
מקנה paſſim *divitias pecuarias* ſignificat, deflexa nonnihil à primariâ ſignificatione. Job. I, 3.
מקרה mikreh *exitus* Ec. II, 14. IX, 2.
מקרה mkarah *trabs* Ec. X, 18. idem quod קורה
מר mar *odioſum* quid. Je. II, 19.
מקשה mikſchah, *actio ducentis in longitudinem aut latitudinem*. Vide Je. X, 5.
מרגעה margehah, *tranquillitas* (animi) Eſ. XXVIII, 12 ſic & מרגע Jer. VI, 16.
מרוחים mruvahhim, *ῥιπιδά*, *vento expoſita* Je. XXII, 14.
מרכב marchab, *ἀνάκλιτον*, ſeu *ſuperior pars lecti*, quæ alteri veluti inſidet. Ca. III, 10.
מרפא marphe, *lenitas* Ec. X, 4.
מרקחה merkahhah vas in quo ungenta miſcentur. Job. XLI, 22.
משא maſſcha, *oratio*, *pronunciatum* Pr. XXX, 1. XXXI, 1.
משבצות miſchbetſoth *fibulæ* Pſ. XLV, 14.
שובב maſchoub *contumax*, tralaticio ſenſu Je. III, 6. משובות *defectiones* verſ. 22.
משובה mſchoubah, *quies*, à ישב non à שוב. Pr. I, 32.
משובה mſchoubah, *iteratio* Je. II, 19.
משך meſech, dicitur de *longa mora*, vel *dilatione* Pſ. CXX, 5. ex Bocharto.
משחת מראה miſchhath mareah *humilis* aut *depreſſus adſpectus*. Eſ. LII, 14
משים pro משים לב *animadvertens* Jo. IV, 20. Conſ. XXXVII, 15.
משך meſchech à trahendo vocatur *pondus* Job. XXVIII, 18. ut Græcis *ὁλκὴ pondus* &c. de alia ſignificatione hujus vocis vide Pſalm. CXXVI, 6.
משכיל על דבר *loquendi peritus* Pr. XVI, 20.
משכיות כסף *lances argenteæ toreumatibus ornatæ*, Pr. XXV, 11.
משל propriè *ſimilitudo*, deinde proverbium, tum *figurata* quævis *oratio*. Job. XXVII, 1. Prov. I, 1. X, 1.
משלח mſchullahh, *ſibi permiſſus*, *ſibi relictus*. Pr. XXIX, 15.
משלחת miſchlahhath *miſſio*, pro dimiſſione Ec. VIII, 8.
משם miſſcham, *abhinc* Eſ. LXV, 20.
משמר miſchmar, *res ſervari ſolita*. Pr. IV, 23.
משפח miſſphahh, *iniquitas* Eſ. V, 7.
ארבע משפחות arbah miſchphahhoth, *quatuor ſpecies* pœnarum Je. XV, 3.
משפט *mos*, *conſuetudo* Pſ. CXIX, 132, 149. *modus*, *ratio*, *æquitas* &c. כמשפט *ut par eſt*, Eſa. XXVIII, 26. Jer. XXX, 11, 19. במשפט *modicè*, *moderatè*. X, 24.
מתאימות methimoth, *gemellæ*, non gemelliparæ, Ca. IV, 2.
מתג *capiſtrum* Pr. XXVI, 3.
מתלהמים *adflantes*, aut adflatus ex Arab. להם *inſpiravit*, *imbuit*, & interprete *Lud. Cappello*. Pr. XVIII, 8.

נ

נאם quid fit? Pſ. XXXVI, 2. CX, 1.
נאמנים naamanim pro נעמנים homines amœni, elegantis ingenii, ac proinde *eloquentes* Job. XII, 20.
נאות naoth *tuguria paſtorum*, & tralaticio ſenſu, paſcua Pſ. XXIII, 2. LXV, 13.
נאר naar *frangere* (fœdus) Pſ. LXXXIX, 40. *aſpernari* Lam. II, 7.
איש נבוב *Vir* inanis, *vanus* Job. XI, 12.
נבון naboun Pr. XIV, 6. non eſt, acutus & doctus in theoreticis doctrinis; ſed vir *ſapiens* in rebus moralibus. *Prudens*. XVI, 21.
נבל nebel, *lagena* Jer. XIII, 12. Conf. 14.
נבל nabal, inſanus pro *improbo* Pſ. XIV, 1. & alibi.
בני נבל bne nabal *homines abjecti* Job. XXX, 8.
נבל nibbel, *dejicere* Jer. XIV, 21.
נגיד nagid, *dux viæ* Job. XXXI, 37.
נגידים ugidim, *eximia*. Pr. VIII, 6.
נגינה neginah eſt proprie cantio quæ adhibito inſtrumento *κρουστῷ* canitur, ſed pro quavis cantilena ſumi poteſt. Job. XXX, 9.
נגינות uginoth *Inſtrumentum* muſicum pulſatile Pſ. IV, 1. fortè cithara Pſ. LXXVII, 7.
נדבה nedabah, *ſpontaneus animi motus* Pſ. CX, 3.
נדגלות nidgaloth *vexillis diſtinctæ* cohortes Ca. VI, 3.
נדהם nidham, *territus*, vox compoſita ex נד & הםם

נדיבה

נדיבה nedibah *alacritas*, aut Adjectivè, ſubintellecta voce רוח *alacer ſpiritus*, Job. XXX, 16. ut eſt Pſ. LI, 14

נהר *fluvius*, ſed aliquando poteſt eſſe *fluentum* quodvis, etiam fons Pſ. XLVI, 5.

נוא nou, proprie eſt *frangere* corporeum quidpiam, deinde Pſ. CXLI, 5. *frangere* animum &c.

נוח, ניחח janniahh, *expiare* Ec. X, 4. ניחוח *placamentum* Ezek. XVI, 19.

נחלים *Fluenta*, hoc eſt fontes perennes, alioquin etiam rivi è flumine derivati. Pſalm. LXXVIII, 16.

נועם noham *amœnitas* (Jehovæ), nempe amœnitas proſpectuum è Templo Pſalm. XXVII, 4.

נוף idem quod נפה terræ *tractus* Pſ. XLVIII. 3.

נזה in Hiphil הזה Eſ. LII, 15. *admirationem creavit.*

נזם *Inauris*; proprie *annulus* quo nares trajiciebantur vid. Gen. XXIV, 47. Pr. XXV, 12.

נזר nezer, ἐξοχὴ, aut *eximia copia* rei de qua ſermo eſt Pr. XXVII, 24 Sic נזיר Gen. XLIX, 26. *præcipuus* fratrum Joſephus dicitur.

נזר nezer *coma* aut cæſaries *votiva* Je. VII, 29.

נזרים nzirim, *Principes* Lam. IV, 7.

נחל nahhal *torrens*, ſed Job. XL, 17, *Nilus* ita vocatur in ſpecie.

נחל *hæreditare* &c. tralaticio ſenſu, *dominari.* Pſ. LXXXII, 8.

נחש בריח nahhaſch bariahh piſcis *Zygæna*, aut Aſteriſmus *Draco* quem circa Urſas deſcribunt Aſtronomi Job. XXVI, 13. Eſa. XXVII, 1, ex Bochar.

נחושה *æs* pro *chalybe* Job. XX, 24.

נחת שלחן fercula menſæ Job. XXXVI, 16.

ניר nir, pro quovis *agro* & fortè *agello* Pr. XIII, 23.

נכון היום nachon bajjom *dies ortus* Prov. IV, 18.

נכחים nechahhim, *aperti*, *obvii* Pr. VIII, 9.

נסך מסכה neſoch maſſechah, *facere fœdus* Eſ. XXX, 1.

נסס de hac voce vide quæ ad Pſ. LXXVIII, 26. contra Bochartum adferuntur.

נעלמים nahalamim *diſſimulatores* Pſ. XXVI, 4.

נפל טמון nephel tamoun, *abortivus fœtus latens etiamnum in utero.* Job. III, 15.

נפלאות *occulta* Pſ. CXXXI, 1.

נפלים *lapſantes* Pſ. CXLV, 15.

נפש pro *adpetentia cibi & potûs* Job. VI, 7. Pſ. LXXVIII, 18. CVI, 15. Eſai. XXIX, 8 & alibi. pro *cupiditate* ſæpe ſumitur Pſ. XXXV, 25. XLI, 3 &c. Ec. VI, 9. Eſ. LVI, 11.

בנפש *pro arbitrio*, prout tuliſſet animus. Pſ. CV, 22.

נפש ברכה anima benedictionis, hoc eſt, *homo munificus* Pr. XI, 25.

בנפשותיכם in animabus veſtris, id eſt *diligenter.* Je. XVII, 21. לנפשם *ſuo arbitrio.* XXXIV, 16.

נפשי anima mea, pro *ego* frequenter ſumitur; cum aliis ſuffixis conjuncta ſæpe obtinet vicem Pronominis *ipſe.* Pſ. XVI, 10. XLIV, 26.

נפת nopheth *mel* Prov. V, 3. alibi *favus mellis.*

נצב *ſtare* ſæpe ſignificat, ſed Pſ. LXXXII, 1. *præeſſe.*

עד נצח had netſahh *penitùs* Job. XXXIV, 36. נצח *clades* Eſ. LXIII, 3.

נצחת nittſahheth *pertinax* Je. VIII, 5.

נצרת לב ntſurah leb *callido animo* mulier. Pr. VII, 10.

נקל nakal, *facilis* Pr. XIV, 6.

נקף pro נקב *perſuadere.* Arab. *perforare.* Job, XIX, 26.

נקף *deſtringere*, נקפה nikphah, *funis*, aut *tænia* panni lacerati Eſ. III, 24.

נשא נפשו *inducere animum ſuum* ad aliquid. Pſ. XXIV, 4.

נשאים nſchiim, *vapores*, *meteora* Je. X, 13.

נשבע niſchbah, *diras preces proferre*, exſecrari, Eſ. LXV, 16.

נשוא פנים *is cujus ratio habetur* Eſ. III, 3.

נשמת אדם niſchmath adam, *conſcientia*, aut *mens ſibi conſcia* Pr. XX, 27.

נשף neſcheph, *crepuſculum* Job. III, 9. *aurora* Job. VII, 4.

נתיבה nthibah, *ſemita* quâ à via regia divertitur Pr. XII, 28.

נתן pro *permittere*, etiam Pſ. LXIX, 28.

ס

סאון סאן Saon ſeon, *turba tumultuantis*, Eſa. IX, 5.

סגלה ſgullah, *theſaurus* Ec. II, 8.

סוד ſod *arcanum conſilium* Prov. XV, 22. & alibi, hinc נוסדו Pſ. II, 2. *conſilium inierunt* à יסד *conſilium inire.*

סוד etiam eſt *privatus* congreſſus Pſ. CXI, 1.

סוררת ſorereth; *contumax.* Pr. VII, 11.

סחר ſehhar, *emporium* Eſ. XXIII, 3.

סחרחר ſehharhher *valde palpitare* Pſ. XXXVIII, 11.

סך ſach aut ſoch *Tabernaculum*, non numerus, multitudo aut cœtus Pſ. XLII, 5.

סכה *tectum*, aut *textum* ramis viridibus conflatum Job. XL, 26.

סלד ſalad, Chald. *conflagrare.* Job. VI, 10.

סלה Selah. Vox ignotæ ſignificationis, de qua multa ad Pſ. III, 3. adferuntur. Conf. verſu 5. ubi differre dicitur ab *Amen* in eo quod in ſoluta oratione non adhibeatur Selah &c.

סלל. יסלו עלי *ſternunt*, *muniunt*, *exaggerant contra me* vias ſuas; quid iſta phraſis deſignet Job XXX, 12.

סלף *evertit* Job. XII, 19.

סמדר ſmadar, nomen proprium *præcocis vitis* aut ſunt *minutæ uvæ* Ca. II, 13.

סערה ſohah *tranſiens*; dicitur de vento ſubito & vehemente qui diu flare non ſolet. Pſ. LV, 9.

ספרד ſaphrad, *terminus ditionis.* Abd. verſ. 20. innuitur hac voce Arabia.

ע

ע litera majuſcula in יער Pſ. LXXX, 14.

עבודה Chaldaicè *terra culta* ſed Job. I, 3. rectius ex Hebrææ linguæ uſu *familia* aut *ſervi* intelliguntur.

INDEX I.

עבים *denſæ ſilvæ* Je. IV, 29.

עבר Chald. *concipere.* שור עבר ſchor hibbar, *Vacca concipit* Job. XXI, 10

עבר hober *tranſiens*, ſignificatu ſingulari dicitur, *myrrha tranſiens* id eſt *pura* probaque, utpote quæ inter myropolas tranſit, hoc eſt, recta babetur. Ca. V, 5. *argentum tranſiens*, probum argentum Gen. XXIII, 16.

מעבר המדבר *è trans deſertum*, aut è latere deſerti. Job. I, 19.

עברות אף hebroth aph. *ira* ſolitos limites *prætergrediens* Job. XL, 6

עד *donec*, non excludit ſequentia facta Pſalm. LXXI, 18. עד לא *nondum* Prov. VIII, 26.

עד *cùm*, *quando* Job. XIV, 6. *ad* Pſ. XCIV, 14.

עד אשר Pſ. CXII, 8. non eſt *donec*, ſed *dum.*

עדות hedouth, *teſtificatio*, pro *tabulis lapideis*, quibus inſcriptus erat Decalogus Exod. XXV, 16, 20. Sed Pſalm. LXXVIII, 5, 56. & CXIX, ſæpius, pro *lege* ſimpliciter ſumitur.

עוד *circumdare* Pſ. CXIX, 61. ex Chald.

בגד עדים beged hiddim, veſtis rejectitia Eſ. LXIV, 6.

עז, hinc חיץ haiz *feſtinare* Je. IV, 6.

עוז houz ſequente מ, *maturare fugam.* Je. VI, 1.

עולם in ſolo dicto Ec. III, 11. ſignificat *mundum.* Alibi ſemper ad *tempus* aut æternitatem refertur.

מעולם idem quod מאז *ex quo omnia facta ſunt.* Pſ. XCIII, 2.

לעולם ועד, ubi de Deo ſermo eſt, æternitatem ſine fine, ubi de creaturis, longum tempus ſignificant Pſ. XXI, 5. Conf. Pſ. XXIV, 7. XXV, 6. LXI, 5. 8.

עור בעד עור *Cutem pro Cute*, quid? & unde hoc proverbium? Job. II, 4.

עות hivveth, *evertere*, *perdere.* Pſ. CXIX, 78. CXLVI, 9.

עז haz, *vehemens* Eſ. XIX, 4. dicitur de Rege qui vehementer vult quod vult.

עז פנים haz phanim, *contumax & impudens*; hoz phanim *contumacia & impudentia* Ec. VIII, 1.

עזז *Roboravit* &c. in Hiphil העז *contumacem fieri* Pſ. IX, 20.

עטור *devolvere* Eſ. XXII, 17.

עטיה houtjah, *errans*, *vaga*, quaſi עטה idem eſſet ac טעה Ca. I, 7.

עטיניו hatinau Job. XXI, 24. *carnes ejus.*

עטף vide רוח יעטף

העיט *prædam involavit*, עיט *avis rapax.* Job. XXVIII, 7.

עיף hajeph non tantum *feſſum*, ſed etiam *ſitientem & eſurientem* ſignificat, at præſertim ſitientem Eſ. XXIX, 8.

עיש hajiſch, Job. XXXVIII, 32. vide עש

על ſubintelligitur Pſ. III, 8.

על pro *in* Job. X, 7.

על *quod adtinet ad* Je. XII, 14.

על אשר *quia*, non, *de quo* Pſ CXIX, 49.

עלדבר haldabar conjunctim, ſignificat tantùm *propter*, nec ſunt hæ voculæ ſeparandæ Pſ. XLV, 5. & alibi.

על דברת *propterea* Ec. VIII, 2.

עלומים *peccatum adoleſcentiæ* Job. XX, 11.

עלי *ſuper me*, Hebræis *ſuper aliquo* id eſſe dicitur, quod præſtare neceſſe habet. Pſ. LVI, 13. Conſ. LXII, 8.

עלי *ſupra me*, vox comparationis, ſupra quàm meritus ſum. Pſ. XVI, 6. CXVI, 12.

על יתר al jether, *ſatis ſuperque* Pſ. XXXI, 24.

עלס *agitare* Job. XXXIX. 13.

על עקב *loco mercedis*, pro mercede Pſ. XL, 16

עם ham, populus, pro *vire quovis è plebe* Jer. XXIII, 34.

עם אל cum Deo, pro מעם אל *à Deo.* Job. XXVII, 13.

עמדי himmadi, ſæpe eſt *contra me*, *erga me.* Job XVII, 2. עם *contra* Pſ. XCIV, 16.

דרך עמדי *Via mea* Job. XXIII, 10.

עמך himmach, *tecum*, pro, perinde atque te. Job. XL, 10. juxta tecum Pſ. LXXIII, 25.

ענין hinian, non eſt propriè *occupatio*, ſed *moleſtia*, quâ occupamur. Ec. V, 19.

ענן hanan *auſpicatus eſt*, è contemplatione nubium; עוננים *auſpicia capientes* Eſ. II, 6.

עפאים *rami* ex Chald lingua. Pſ. CIV, 12.

עצבים & עצבות in Maſc. & Fœminin. vocantur *Idola*, cum non tantùm Dii ſed & Deæ eſſent. Pſ. XVI, 4.

בעצם תמו *in ipſa incolumitate ſua* Job. XXI, 23.

עצר tyrannis Pſ. CVII, 39.

עצר רחם *clauſus uterus* Pr. XXX, 16.

עקב *merces*, de qua voce non pauca notantur ad Pſ. XIX, 12.

ערבות haraboth *nubes obſcuræ* Pſ. LXVIII, 5.

ערג harag *vehementer cupere*, *anhelare inhiabilis.* Pſ. XLII, 2. Joel. I, 20.

ערות pro *dirnere* Pſ. CXXXVII, 7.

ערוץ נחלים eſt *χαράδρα*, locus à torrente evacuatus Job. XXX, 6.

ערות haroth, *prata* Eſ. XIX. 7. idem quod מערה Jud. XX, 33.

עריפים hariphim *conclavia* ex Arab. Eſ. V, 30.

עריץ *violentus*, *tyrannus* Job. XV, 20. ſed Pr. XI, 16. *vir fortis.*

ערירי hariri Je. XXII, 30. *orbum*, non ſterilem deſignat.

ערך *pretium*, *æſtimatio* כערכי *pro æſtimatione mea*, id eſt prout exiſtimabam, Pſ. LV, 15.

ערך harach *ſtruere*, *ordine diſponere*, dein ad alia transfertur, ut ad aciem inſtructam. Hine ערך herech *armatura.* Job. XLI 3. & אערך Pſ. V, 4. orationem *inſtruam* quaſi aciem ad expugnandam Dei opem.

ערכתי משפט *ordinavi*, diſpoſui *judicium*, quid? Job. XIII, 18.

ערער harhar *ſolitarius* à ערר *nudavit.* Pſ. CII. 18.

ערץ *timere* Job. XXXI, 34.

ערקים horekim *errantes* Job. XXX, 3.

עש haſch ex Arabico נעש quod proprie *feretrum* deinde Urſam majorem & minorem ſignificat. Job. IX, 9.

עשות *acquirere* Job. XV, 27.

עשק *rapina*, in qua vis aperta adhibetur. Pſ. LXII, 11.

עשתות haſchthouth *cogitationes* Job. XII, 5. idem ac עשתונות Pſ. CXLVI, 4.

עת & עתים ſignificat ſæpe res adverſas, obſervante *Val. Schindlero* & antiquo Græco Scholiaſte; aliàs *tempus* opportunum. Pſ. LXXXI, 16. Conf. Pſ. XXXI, 16.

עתה hattah, *tunc* Eſ. XXIX, 22. XXXIII, 10. ut νῦν Græcorum aliquando ſumitur pro τότε.

עתיק *validus* Eſ. XXIII, 18.

עתק in Hiphil *excerpere* Pr. XXV, 1.

פ

פגע *occurrere* Deo, pro precari Job. XXI, 15.

פגש occurrere, id eſt *adverſari* alicui Prov. XXII, 2. XXIX, 13.

פוח pouahh, in Hiphil etiam *incendere* Prov. XXIX, 8.

פועלי און qui palàm factis ſuis ſe malos eſſe teſtantur, ſimulatoribus virtutis oppoſiti Pſal. CXXV, 5.

פור in Hiphil, irritum facere. Pſ. LXXXIX, 34. *revocare*, *minuere*.

פורה phourah, *cupa* in qua racemi conculcantur, non torcular. Eſ. LXIII, 3.

פחדים phahhadim *femora* Arab. Job. XL, 12.

פי יאור phi jeor, oſtium alvei Eſ. XIX, 7.

כפיך ſicut os tuum, id eſt *ſicut tu*. Job. XXXIII, 6.

פלג alveus arte factus Pſ. LXV, 10.

פימה *piaguedo* Job. XV, 27.

פלח phalahh in Kal *findere*, *diſſecare*, in Pihel *per fiſſuram emittere* & per conſequens *parere*. Job. XXXIX, 3.

פלח תחתית phelahh thahhthith *molaris* lapis *inferior*, ut פלח רכב phelahh recheb *molaris inequitans* id eſt ſuperior Jo. XLI, 15. Jud. IX, 53.

פלס *ad libellam dirigere* Pſ. LXXVIII, 50.

פנים (ut & פה) Ec. X, 10. eſt *acies*, anterior quippe pars inſtrumenti acuti.

פנינים *carbunculi*, ut ajunt, aut *pyropi*; hoc unum conſtat gemmam eſſe magni pretii eamque rubram. Job. XXVIII, 18.

פסג *diſtinctim conſiderare* Pſ. XLVIII, 14.

פסה phiſſah, *copia*, *abundantia* ex Chald. פסא *expandit*, *diffudit ſe*. Pſ. LXXII, 16.

פעל operæ præmium Job. VII, 2. aut merces Pſ. CIX, 20. Eſ. LXI, 8. item, facinus aut opus flagitioſum Job. XXIV, 5.

פצח hilarem ore ſonitum emittere Pſ. XCVIII, 4.

פקד etiam *præficere* ſignificat inter alia Job. XXXIV, 13. Conf. Gen. XXI, 1. & *inſpectionem* quæ fit à ſuperiore poteſtate. Job XXXVI 23. הפקיד כלים *recenſere arma*, Eſ. X, 28.

פקדה phekudah, *depoſitum* Eſ. XV, 7.

פרח pherahh, *gemma* eſt quam ramus emittit ante quàm prodeant flores Eſ. V, 24 XVIII, 5.

פריץ *violentus*; proprie fur & latro *qui domos perrumpit* Pſ. XVII, 4.

פרחח phirhhahh *Juventus* id eſt Juvenes Job. XXX, 12.

פרס pharas *frangere* (panem) Je. XVI, 7.

פרע *fugere*, *averſari*, *recedere*. Pr. IV, 15. *deſerere* XXIX, 18.

פרץ *ruina*, pars muri machinis perrupta. Job. XXX, 14 Pſ. CVI, 23. etiam *irrumpendi actus* CXLIV, 14.

פרץ non tantum *rumpere*, ſed & præ multitudine priſtinis ſedibus arctis *prorumpere* ſignificat. Job. I, 10.

פרשים *aurigæ* Eſ. XXI, 7.

פשע *defectio*, gravior quàm חטאת *delictum* Job. XXXIV, 36.

פתה phothe, *inſipiens*, idem eſt ac פתי phthi Job. V, 2.

פתהן phothhen *coma earum* Eſ. III, 17.

פתח & שער quomodo differant, vide ad Je. I, 15.

פתי *ſimplex* Pr. I, 4. at verſu 22. *errans*.

פתיות phthajouth, *illecebræ*, *fraudes*, *fallaciæ*. Pr. IX, 13.

צ

צ littera majuſcula reperitur Eſ. LVI, 10. & inanes Maſſoretharum ad vocem צפו obſervationes.

צאלים tſeelim *vimina* Job. XL. 16, 17.

צאצאים tſeetſaim & צפיעות tſephihoth, *Vaſa majora* ignotæ formæ Eſ. XXII, 23.

צבא tſaba *militia*, unde & Levitarum excubiæ ſic vocantur. Job. VII, 1.

צדקה juſtitiæ aut *innocentiæ teſtimonium* Pſal. XXIV, 5. aliàs communiter *juſtitiam* & *æquitatem* ſignificat, unde ſenſim in ſignificatum *miſericordiæ*, quæ cum æquitate conjuncta eſt, & tandem *eleemoſynæ* defluxit. Pſal. LI, 16. LXIX, 28. eſt *clementia*.

צועה tſoheh *peregrè advenient* Eſ. LXIII, 1.

צח tſabh *ſiccus* aut *ſiccitas* Je. IV, 11.

ציים tſiim, *ſilveſtres feles* ex Bocharto Eſ. XIII, 21. *deſerti incolæ*. XXIII, 13.

צירים *imagines* Eſ. XVIII, 2.

צלמות tſalmaveth *umbra lethifera* Jo. III, 5. aut צַלְמוּת tſalmouth *tenebræ* ex צלם quod in Æthiopica lingua *obſcurari*, *obtenebraſcere* ſignificat Jo. X, 21. Pſ. XXXIX, 7. XLIV, 20. Tſalmaveth Pſ. XXIII, 4 eſt *umbra maxima*, ſic & CVII, 10. Conf. Je. II, 6.

צלצל tſiltſal *naſſa piſcatorum* Job. XL, 26. ἰχθυοφόρον ut Symmachus vertit. Alioquin *ſiſtrum* ſignificat, non cymbalum. Pſ. CL, 5. Eſ. XVIII, 1.

צמה tſamaeh, *velum* Ca. IV, 1.

צמים tſammim pro צמאים tſmeim, *ſitientes*. Job. V, 5. Sed Cap. XVIII, 9 *tſammim* ſunt *nodi*, unde צמה *coma* frontis, quia à mulieribus in nodos & concinnos cogitur.

צמת *concidit* Pſ. LXXXVIII, 17. *exterminavit*, *expulit*. CI, 5.

צנועים tſnouhim, *modeſti* Pr. XI, 2.

צנת שלג tſinnath ſcheleg, fortè *vas nive refertum* Pr. XXV, 13.

צפון tſaphoun, *quidquid in futurum uſum abditur*. Pſ. XXVII, 14. Conf. Pro. XIII, 22.

צפון *Septentrio* Pr. XXV, 23. apud Hebræos deſignat ſpatia quæ continentur inter Corum ad occaſum & Aquilonem ad ortum.

צפר בודר *bubo*, aut *noctua*, ex Bocharto. Pſ. CII, 8.

צפיר *cidaris* Eſ. XXVIII, 5.

צרי tſori *reſina* Je. VIII. 22.

ק

קאת *Ardea*, ex Bocharto Pſ. CII, 7.

קדים Eurus, pro quovis vento Job. XV, 2.

aut pro inani Orientalium Philoſophia. Vide *Orientalis ventus*. Conf. de Vento Kadim C. XXXVIII, 24. & Pſ. XLVIII, 8.

קדם *antica pars* mundi, hoc eſt, Oriens Job. XXIII, 8.

קדש non ſemper *ſanctificandi*, ſed ſæpe parandi tantum ſignificatum ſubjectum habet Je. XII, 3.

קו kav, *ſenus*, non linea, Pſ. XIX, 5 ex Arab.

קו קו kau-kan, *Sillicyprium* Eſ. XVIII, 2.

קום *ſtare* in judicio, non cauſâ cadere, ſignificat Pſ. I, 5.

קוץ kouts, in Hiphil *obſidere* (urbem) Eſ. VII, 6.

קורץ שפתיו *movens labia ſua* Pſ. XVI, 30.

קיטור *fumus*, *vapor* Pſ. CXLVIII, 8.

קיץ kajits, pars anni calida, quæ ver & æſtatem in Palæſtina comprehendit, imo & nonnullam autumni partem. Pr. VI, 8.

קל kol, *infamia* Je. III, 9.

קלל levem eſſe, hinc התקלקל *leviter ſubſultare* Je. IV, 24.

קלל killel unde יקלל maledictus erit, pro *morietur* Eſa. LXV, 20.

קלקל *lævigavit*, item, *acuit* Ec. X, 10. Eze. XXI, 21.

קנא pro *imitari* Pſ. XXIII, 17. XXIV, 1[illegible]

קנה kanuh eſt os quod à cubito ad carpum extenditur. Job. XXXI, 22.

קנה *poſſidere*, LXX. Interpretibus eſt *creare* Pſ. CIV, 24. Gen. XIV, 19. Pſ. CXXXIX, 13. Pr. VIII, 22. & *generare* Deut. XXXII, 6. Zach. XIII, 5. male vertitur Pr. VIII, 22. *creare*. Significat etiam *recuperare* Eſ. XI. 44.

קץ kerz ſæpius *finem temporis*, ſed nonnunquam ut Pſ. CXIX, 96. *terminum juriſdictionis* ſignificat. מקצהו ab extremitate ſua, id eſt, *nemine excepto* Eſ. LVI, 11.

קצובות ketſouboth, *æquales* Ca. IV, 2.

קציר רוח ketſir rouahh, homo *brevi ſpiritu*, id eſt qui facile excandeſcit; opponitur τῷ ארך אפים Job. XXI, 4. Prov. XIV, 29.

קרא clamare, pro *prodere* Pr. XXVII, 16

קרא *Ruſticula* Jer. XVII, 11. ex Bochart. non perdix.

קרן keren *collis* Eſ. V, 1.

קרע *pingere* Je. IV, 30.

קשורים kiſchurim, *catenulæ* Je. II, 32.

קשיטה nummi nomen Job. XLII, 11. Vide Gen. XXXIII, 19.

ר

ראה cum ב conſtructum, non tantum eſt *videre*, ſed videre *cum inſultatione quadam* Pſ. XXII, 18.

ראם reem aut רים rim *Caprea bicornis* aut Oryx Job XXXIX, 9

ראמות Ramoth, nomen gemmæ ignotæ Job. XXVIII, 18.

ראש דברך *ſumma verbi tui* Pſ. CXIX, 160.

ראש חוצות *caput viarum*, quid ſignificet? Pr. I, 21.

ראשי שערים Capita portarum ſunt ὑπέρθυρα Pſ. XXIV, 7, 9 non Angeli. *Eminentias turrium* Græci vocabant κεφαλίδας Pſ. XL, 8.

ראשים *ſummæ* Pſ. CXXXIX, 17.

ראשים *turmæ*, *globi* Job. I, 17.

ראשית reſchith *præſtantiſſimum quid* Job. XL, 14.

ראשית חכמה Pſ. CXI, 10. Pr. I, 7. ſignificat *initium*, non præcipuam partem *ſapientiæ*.

רב rab pro *omni* Job. IV, 14. XXXIII, 19. LXX, priore loco vertunt μεγάλως. De hac voce Conf. Pſ. XLVIII, 3. contra Meibomium.

רב Rab Pr. XXVI, 10. dicitur *Præfectus* aut Aulicus munere aliquo magno ornatus.

רביבים *tenuis pluvia* Pſ. LXV, 11.

רבים rabbim *magni viri* Job. XXXII, 9. רב ſignificat & multitudinem & magnitudinem Ec. I, 18.

רבע Chald. *cubavit* hinc Pſ. CXXXIX, 3. רבע rebab *cubile*, Græcis Interpretibus χοῖνος *ſtoren*.

רגז ragaz *corpore & animo commoveri* Pſ. IV, 5. hinc רוגז *irrequieta vita* præ metu. Job. III, 16, 26.

רגן ragah Eſ. XXIX, ult. eſt *obſtrepere*, non autem *muſſitare*.

רגע ragah, in Hiphil ſequente ל, eſt *proferre*. Eſa. LI, 4

רגעי ארץ righe erets *quieti terræ* Pſ. XXXV, 20.

רדיד Velum Ca. V, 7. de quo vide ad Gen. XXIV, 65.

רהב rahab *ſuperbus*, nomen *Ægypti* ob ſuperbiam, רהב etiam idem eſt ac ריב quod in Arab. lingua ſignificat *pyrum*, quòd Delta pars Ægypti, pyri figuram referat, Job. XXVI, 12. Pſ. LXXXVII, 4 ex Bocharto.

רהב in Hiphil etiam *augere* ſignificat Pſ. CXXXVIII, 3.

רהטים rehatim, *texturæ comarum* Ca. VII, 5.

רוב *amplitudo*, non tantum *multitudo* Pſ. CL, 2.

רוד roud, *conſtantem eſſe*, *pergere*, *perſeverare* Pſ. LV, 3.

רוזנים rozenim, *viri graves*, *Judices*, Pr. VIII, 15. *Principes* XIV, 28. unde ea vox derivetur? Pſ. II, 2.

רוח rouahh, ſumitur pro eo quod eſt *inane* & *fruſtra* fit. Job. XV, 2. XVI, 2. Eccl. V, 15. Jer. V, 13. Mich. II, 11. Pro *aëre* Job. XXX, 22. רוח איש *animus fortis* Pr XVIII, 14 רוח pro *odore* Pr. XXVII, 16. niſi legendum ſit ריח. Pro *vita animali* Ec. III, 19. pro *Principio intelligendi & ſentiendi* in hominibus & brutis verſ. 21. Pro *vita* VIII, 8. *ira*. X, 4.

רוח ravahh *reſpiratio*. Nomen ſubſtantivum Job. XXXII, 20.

רוח זלעפות rouahh zilhaphoth, *ventus*, non calore ſed *frigore urens* Pſ. XI, 6.

רוח יעטף rouahh jahatoph, *Spiritus* aut *mens induta* corpore Eſ. LVII, 16.

רוע roah, *triſtitia* Ec. VII, 4. רע *triſtis* Neh. II, 1. 2.

רזון razon, aut per metatheſin רוזן *faſtidium* Pſ. CVI, 15.

רחב נפש *elatus animo* Pr. XXVIII, 2. 5.

רחובות & חוצות quomodo & quando ab invicem diſtinguantur, Je. V, 1.

רחש *emittere*, *feſtinare*, *eructare* Pſ. XLV, 2.

רטב *madefieri* & hinc Job. VIII, 16. *virere* (ob madorem.)

רטפש rutaphaſch, *convaleſcet* Job. XXXIII, 25.

ריקם rekam, non tantùm *ſine cauſa*, ſed & *leviter*, *inani animo* verti poteſt. Pſ. XXV, 3.

ריר חלמות rir hhallamouth, *ſaliva* (metaphoricè albumen) *ovi* Job. VI, 6.

רכיל rachil, *dolus*, *fraus* Pr. XI, 13.

כף רמיה chaph remijah, manus *remiſſa*, *iners*. Pſ.

Digitized by Google

Pr. X, 4. ſic נפש רמיה anlma remiſſa XIX, 15.

רננים renanim, *ſtruthiones fœminæ* Job. XXXIX, 13.

רעה Chald. *cogitavit*, *voluit*, hinc רע reah *cogitatio* Pſ. CXXXIX, 2. 17.

רעה חולה rahah hholah, *malum quod* animo *ægritudinem creat* Ec. V, 12.

רעות רוח rehouth rouach, *moleſtia animi*. Ec. I, 14. idem quod רעין רוח verſ. 17.

רעים *laquear* Can. I. 17.

רעמה *juba* Job. XXXIX, 19.

רפא rapha, *curatio*, *ſanitas*, eſt nomen Subſtantivum non Verbum. Eſ. VI, 10.

רפד *recreare* Ca. II, 5.

רפאים *mortui* Pſ. LXXXVIII, 11. Pr. II, 18. IX, 18. XXI, 16. Eſ. XIV, 9. & alibi; interdum *Gigantes*.

רפאים יחוללו rephaim jehholalon, *mortui commoventur* Job. XXVI, 5.

רפידה *ſtragulum* Ca. III, 10.

רקה rakkah, *ſumma pars genæ* oculis ſubjecta Ca. IV, 3. *tempus* Jud V, 26.

הרקיע hirkiah, *firmare* Job. XXXVII, 18.

רקע diduxit, percuſſit, hinc כסף מרקע argentum *in laminas*, aut maſſas *conflatum* & malleo *tuſum ac ductum*, Je. X, 9.

רשע non ſignificat *impium*, ſed quemvis *improbum* Job. IX, 29. *nocentem* innocenti oppoſitum ſive *ſontem* Pr. XVII, 15. ירשיע damnare quaſi reum Job. XXXII, 3. Vide רשע in Indice Pentateuchi.

רשעים rſchahim cur Pſ. I, 5. non *improbi* ſed *nocentes* aut *rei* vertantur?

רשפים *preſteres* Pſ. LXXVIII, 48.

רתם *Juniperus*, alii *Geniſtam* ex Arabica lingua interpretantur. Job. XXX, 4.

רתקות rethukoth. *laminæ* Eſ. XL, 19.

ש

Figuram ש ſemper effert Auctor *Schin* ex ſententia Hieronymi Job. XXXVI, 30 Pſ. L, 23. Conf. Eſ. IX, 5. Je. XIX, 2. Abd. verſ. 3

ש pro אשר in Eccleſiaſte *Sal.* frequentius multo occurrit, quàm in ullo Veteris Teſtam. libro alio. Ec. I, 9.

שאול *infima* pars *mundi* circa Telluris centrum ſecundum Hebræos & alios. Job. XI, 8. XXXVIII, 17. Sunt loca ſubterranea, nempe ſepulchrum aut loca terræ profundiora. Male à LXX. Interpretibus vertitur ᾅδης, & intelligitur locus animarum Job XXVI, 6. Pſ. XVI, 10. CXVI, 3. CXXXIX, 8. Ec. III, 21. Eſ. XIV, 9. שאול res omnium infima. Eſ. LVII, 9.

שאון ſchaon, *devaſtatio* Pſ. XL, 3.

שאנן ſchaanan, *ſecurus*; de mulieribus ſecuris uſurpatur Eſ. XXXII, 9. Conf. XXXVII, 29.

שאת *excellentia*, *dignitas*. Job. XXXI, 23. Vid. Gen. XLIX, 3. ſed Job. XLI, 16. eſt *ſuperbia*, *ferocitas* ubi pro שאת eſt שת.

שבל ſchobel, *malleolus pedis*, σφυρά Can. IV, 1. Eſ. XLVII, 2.

שבר ſchabar, *frangere*, *conterere*, ſed Job. XLI, 16. שברים *terrores* ſignificat, ut ibi probatur.

שבר ſcheber, *naufragium* Pr. XVI, 18. *clades* Eſ XV, 5. *catarrhacta*, aut oſtium ſeu clauſtrum ſtagni XIX, 10. *vulnus* LI, 19. Je. VIII, 21.

שגה ſchagah, *errore labi*, aut ignorantiâ, hinc שגיאות Pſ. XIX, 13.

שגח *occupari*. Pr. V, 19. 20.

שגיון ſchiggajon, *Redargutio erroris*. Pſ. VII, 1.

שגל ſchegal, *recens nupta* Pſ. XLV, 10. & alibi.

שדה ושדות ſchaddah veſchiddoth, *Symphonia & Symphoniacæ* ex Arab. & Bocharto Ecc. II, 8.

שוב Pſ. VII, 13. *redire ad bonam frugem*. Conf. XIX, 8.

שובב ſignificat *contumacem*, non *mœrentem* Eſ. LVII, 17. שובבים ſchobabim, *contumaces* Je. III, 22. ſic משבה *contumax* verſ. 6.

שוח *dicere*, *loqui* Job. VII, 11. Pſ. LXXVII, 4. alibi, *cogitare* ſignificat.

שוך *compingere*, *texere*. Job. X, 11. שכות ſchucchoth, *cophini* Cap. XL, 26.

שוך *irretire*, Je. V, 26.

שום ſchoum, *componere*, pro, quietum reddere Eſ. LXI, 3.

שונים ſchonim, *aliter ſentientes*, Pr. XXIV, 21.

שוע ſchouah, *parcus*, *frugi*, Eſ. XXXII, 5.

שור ſchour & זמר zimmer, quomodo differant Pſ. XXVII, 6. Conſ. CVIII, 1.

שור ſchour, *inſidiari* Je. V, 26.

שורה ſchorah, idem quod משורה, *certa menſura* Eſ. XXVIII, 25.

שוה ſchavah, *ponere*, *deponere* Pſ. CXXXI, 2.

שוה לי ſchavah li, *æquitas eſt à parte mea*, æquus fui Job. XXXIII, 27.

שוף ſchouph, *occultare* Pſ. CXXXIX, 11. alibi *conterere* &c. ſignificat.

שוש ſchouſch, *vehementer lætari*, non ſubſultare aut *exſultare*, ut volebat *Sam. Bochartus* Job. XXXIX, 21,

שחין רע *æſtus*, *inflammatio*, morbus Jobi II, 7.

שחל ſchahhal pro שחר ſchahhar, *niger Leo* Job. IV, 10. XXVIII, 8.

בני שחץ filii proceritatis, i, e. *majores feræ* Job. XXVIII, 8.

שחקים *nubes tenuiores* aut *æther* Pſ. LXXVIII, 23.

שחרות ſchahharouth, *pueritia* Ec XI, 10.

שטח *ſparſit*, diſpertit Job. XII, 23.

שטף *properavit* Chald. Eſ. X, 22.

שיא ſija, *vertex* Job. XX, 6.

שיבה ſchibah, dicuntur qui è captivitate redeunt, ut שבה ſchebah, qui ſunt captivi Pſ. CXXVI, 1.

שיח nomen generale quod tam arbores quam virgulta complectitur. Sed Job. XXX, 4. *virgultum* ſignificat.

שיח ſchiahh, *fremitus*. Pr. XXIII, 29.

שיחה preces Job. XV, 4.

שרירות ſchriroth, *contumacia* Pſ. LXXXI, 13. at Deut. XXIX, 19. *Cogitationes*.

שית ſchith, *habitus* Pr. VII, 10.

שכוי ſchechvi, *cor* Job. XXXVIII, 36.

שכיות ſcheehioth, *res adſpectu digna*, *inſignes* Eſ. II, 16.

שכל *abortire* ſignificat nonnunquam. Job. XXI, 10.

שכלה ſchacchulah, *orba*, non fœtu ſed compare Ca IV, 2.

שלח רגל *pellere pedes* ut quiſpiam labatur. Job. XXX, 12.

שלכת ſchallecheth *dejectio*, nempe arboris cùm ſecuri dejecta eſt Eſ. VI, 13.

שלל præda, pro veſte. Pr. XXXI, 11. quòd

Digitized by Google

veſtes non exigua pars eſſent ſpoliorum.
שכם ſchchem & כתף chateph diſtinguuntur Job. XXXI, 22.
שם דרך ſcham derech *diſponere viam* id eſt vitam prout decet, *proponere* ſibi viam rectam Pſ. L, 23.
שמאל *ſiniſtra pars* mundi, id eſt Septentrio Job. XXIII, 9.
שמחה ſchimhhah *voluptas* Pr. XXI, 17. aliàs *gaudium*, *hilaritas*.
השמינית vox muſica ignotæ ſignificationis Pſ. VI, 1.
שמלה ſchimlah, *ambitus* Pr. XXX, 4.
שממית ſchmamith *Stellio* ex Bochar. Pr. XXX, 28.
שמץ *aliquantulum*. Symmachus vertit ψιθύρισμα. Job. IV, 12.
שמר & τηρεῖν ſæpe ſignificant *inſidiari*. Pſ. LXXI, 10.
שמר *meminit* Pr. V, 2 Je. III, 5.
שמשות ſchimſchoth *feneſtræ*, non ſpecularia Eſ. LIV, 12.
שנים ſchanim, ſubintellige בגדים, *veſtes dibapha*, bis cocco tinctæ Eſ. I, 18.
שעה ſchahah, *vociferari* Eſ. XXIX, 9. ubi trahit hanc ſignificationem ab adfini שוע.
שעף propriè *ramus*, metaphorice *cogitatio* Job. IV, 13. XX, 2. Pſ. CXIX, 113.
שערים *valvæ* Pr. I, 21. *capreoli* Eſ. XIII, 21. Vide פתח
שפו ſchapphou *confringuntur* à Chald. שפף Job. XXXIII, 21.
שפה ſchaphah *limes*, *terminus* Pſ. LXVIII, 14.
שפח *tondere* Eſ. III, 17.
שפלות ידים *remiſſio manuum*. Ec. X, 18.
שפים ſchphajim *loca edita* Eſ. XIII, 2. Je. III, 2. quamquam aliter olim cenſuerit auctor.
שפל רוח ſchphal ruach, demittere ſpiritus, aut *demitti ſpiritu*, Pr. XVI, 19.
שפן *choerogryllus*, ex Bocharto. Pſ. CIV, 18.
שריה ſchirjah *ſpiculum* ex Arab. Job. XLI, 17.
שריקות ſarikoth, *nitentia* Eſ. XIX, 9. ex Arab.
שרעפים ſcharhaphim *anxiæ cogitationes* Pſalm. XCIV, 19.
שת ſoheth vide שתה
שתות ſchatoth, *naſſæ* Eſ. XIX, 10.

ת

תאנה theenah *occaſio* Je. II, 24.
תבונה thebounah, quando Deo adſcribitur rectius interpretaberis voce *Providentiæ* quàm prudentiæ, Je X, 12.
תבלית *pernicies*, Eſ. X, 25.
תבנית היכל thabnith hechal *ornatus* ſculptus, *palatio additus* Pſ. CXLIV, 12.
תגרת יד thigrad jad *percuſſio manûs* Pſ. XXXIX, 11.
תו thav *ſignum* & forte quidem limitum, unde Verbum תוה Pſ. LXXVIII, 41.
תועפות thohaphoth *fodinæ* Job. XXII, 25. Pſ. XCV, 4.
תוקעים thokehim, *ſponſores* Pr. XI, 15.
תורה aut תורתו ſubaudiendum Pſ. LXVIII, 20.
תורים murænulæ Ca. I, 10.
תושיה thouſchijah, *opes*, οὐσία, à verbo יש *eſt*. Job. V, 12. vox alioquin πολύσημος. Conf. XI, 6. XII, 16. XXVI, 3. XXX, 22. In Prov. Sal. II, 7. ſignificat *ſapientiam* & *opes* VIII, 21. Conf. Eſ. XXVIII, ult.
תותח thothahh *malleus*, qualis intelligatur Vide ad Jo. XLI. 20.
תולי thiali *abjecta es* Je. II, 36.
תחבלות *acumen* Pro. I, 5. *artes*, *conſilia ſalſida* XX, 18. *prudentia conſilia* Eſa. V, 18.
תחות *ſub*, an alicubi ſignificet *per*, incertum eſt. Pſ. LXVI, 17.
תימן Theman, idem quod ימן Jeman, *meridiana regio* Job. II, 11. Vide חרר
תככים thechachim *oppreſſiones* Pr. XXIX, 13.
תכלית *perfectio* (Omnipotentis) Job. XI, 7.
תלל *in tumulos redegit* Pſ. CXXXVII, 3.
תלפיות thalphijoth *pinnæ*, ἐπάλξεις Ca. IV, 4.
תלתל *cæſaries criſpa*, unde hæc vox Hebræa derivetur? Ca. V, 11.
תם thom *incolumitas rerum omnium* Job. XXI, 23.
תמה thummah, *Virtus*, aut *Religio erga Deum*. Job. II, 9.
תמונה *ſpecies externa rei* Deut. IV, 15. ſed Pſ. XVII, ult. eſt *ſymbolica figura* quæ erat indicium *præſentiæ Dei*. Arca fœderis.
תמורה *merces* aut *præmium*, ἀμοιβή. Job. XV, 31.
תמך *adſequi* Pr. III, 18.
תנה thena *pateſacere* Pſ. VIII, 2. ex Chald. Aut *iterare* ex Syriaco תנה pro שנה ſchnah.
תנואה *ultio*, *pœna* Job. XXXIII, 10.
תנין thaunin *Draco*, *Balæna*, *Crocodilus*, cur ea voce deſignentur. Job. XL, 20.
תעה de corde dictum Eſ. XXI, 4. eſt, *palpitavit*.
תעלולים thahaloulim, *illuſiones* Eſ. LXVI, 4.
תעלולים thahaloulim, *adoleſcentuli* Eſ. III, 4.
תעפה pro תעופה *tenebræ* Job. XI, 17.
תפארת *celebritas*, *hominum frequentia* Prov. XXVIII, 12. alibi *ornamentum*, *ſplendor*, &c. etiam *gloriatio* Eſ. X, 12.
תפלה thiphlah *grave flagitium* Job. XXIV, 12,
תרומה *munus* Pr. XXIX, 4.
תרועה *tinnitus* Pſ. CL, 5,

Digitized by Google

INDEX II.
LOCUTIONUM ET RERUM
MEMORABILIUM.

In Commentariis ad Hagiographos & Eſaiam, Jeremiam ac Abdiam Prophetas occurrentium.

Numeri Romani Caput, Barbari Verſum ſignificant.

A.

A*Bdias* Propheta quo tempore vixerit, vide Præfat. in ejus vaticinium pag. 589.
Abire, pro *decedere*, *mori*, Ec. VIII, 10.
Abluere ſe aqua, pro vitam innocentem agere. Job. IX, 30.
Abnegabit eum locus ejus, quid? Job. VIII, 18.
Abſolutus ſtatus, vide *Conſtructus*.
Accingi, aut *accingi lumbos* eſt ad prælium parari; & *diſcingi*, arma ponere Job. XII, 18.
Vallis *Achor* Eſ. LXV, 10.
Acta Apoſt. I, 20. explicantur ad Pſ. CIX, 8. Act. V, 3. ad Eſ. LIX, 13.
Verba Activa aut actionem alioquin ſignificantia, permiſſionem ſolam nonnunquam indicant Job. XII, 16. ut Rom. I. 28, 29. XI, 6. &c. ſæpe voluntatem tantum & conatum ſignificant, non ipſam exſequutionem Pſ. LXIX, 5.
Activa Verba aliquando adhibentur ubi nulla eſt actio ſed potius ceſſatio, Job. II, 6.
Verbum Activum pro Paſſivo, Job. VI, 3.
Adeps qui animalium proprius eſt, ſumitur apud Hebræos pro præſtantiſſima ſpecie rei de qua ſermo eſt, ex gr. *adeps frumenti*, Pſ. LXXXI, 17. CXLVII, 14. Eſ. XVII, 4.
Adſectus per proſopopœiam tribuunt rebus ſenſu carentibus Prophetæ & Poëtæ, ad Eſ. XIV, 8. *ſeqq.*
Adjutores ſuperbiæ adulatores Job. IX, 13.
Adoni legendum non *Adonaji*, Eſ. XXI, 8.
Adorationis ritus quo manus ori capite inclinato admovebatur, Job. XXXI, 27. In veri Dei cultu non adhibebatur Pſ. II, 12.
Adtollere oſtium quid ſignificet, & unde origo proverbii Pr. XVII, 19.
Adulatio quàm noxia Job. IX, 21.
Adulatoris ab amico differentia, ex Plutarcho, ad Pr. XXVII, 6. 21.
Adulteria apud Babylonios, Perſas, Parthos &c. ſeverè punita, ad Je. XXIX, 22.
Ægyptii omnium primi immortalitatem animorum docuiſſe dicuntur ab *Herodoto* Ec. III, 21. Conf. ad XII, 5. ex *Diodoro Sic.* adlata.
Ægyptii Sacerdotes erant principes Senatûs Eſ. XIX, 11.
Ægyptii gens raſa & depilata, cæſariem & barbam poſt mortem conſanguineorum promittebant, Eſ. XVIII, 2.
In *Ægyptiis* percutiendis Dei bonitas erga ipſosmet Ægyptios vicinasque gentes, laudatur ad Pſ. CXXXVI, 10. 11. 12. 15. 17.
Ægyptiorum alii Crocodilum colebant alii occidebant. Job. XL, 25. 27. Conf. XLI, 4.
Ægyptus cur vocetur *Rahab.* Vide Indicem in voce רהב.
Ægyptus non tota vitibus carebat Pſ. CV, 33. Vinum Mareoticum celebre, *ibid.*
Ægyptus terra conculcationis quare adpelletur Eſa. XVIII, 2.
Æliani error de ſtrutho Job. XXXIX, 16. de Draconibus aves adtrahentibus Jer. XIV, 6.
Ælianus emendatur Job. XL, 22.
Ætas ſive γενεὰ conſtat 35. annis ſecundùm Herodotum ad Pſ. LXI, 7.
'Αετὸς qs. ἀιετὸς, *aquila*, unde ſic denominetur Job. XXVIII, 7.
Agur fuit Proſelytus, non gente Hebræus Pro. XXX, 1, 2, 3.
'Αἰώνιος non ſignificat propriè dictam æternitatem Pſ. XXIV, 7; αἰὼν, vox tempore Chriſti pro *mundo* uſitata fuit, ut & עולם in ſcriptis Rabbinorum. Ec. III, 11.
Alilat Luna, unde derivetur Job. XXXI, 26.
Ἅλιμα & Ἅλιμος quid ſint, ad Job. XXX, 4.
Allegoricas Scripturæ interpretationes ridet Hieronymus quibus alioquin ipſe nimium indulgebat, Eſ. VII, ult.
Aloë duplex, de odoriferâ ex Tabernerio multa ad Pſal. XLV, 9.
Amana jugum Libani montis, non confundendum cum *Amano* monte Syriam à Cilicia dividente Ca. IV, 8.
Amici conſanguineis etiam ab Heſiodo *præferuntur* ad Pr. XXVII, 10.
Amon Thebanus Je. XLVI, 25. aut *Amon No.*
Amuleta Pr. VI, 22.
Amuſſis inanitatis & perpendiculum vaſtitatis, eſt æquatio totius regionis, communi ejus deſtructione. Eſ. XXXIV, 11.
Anatomia hominem Dei opus eſſe demonſtrat. Job. X, 8.
De *Anathoth* Eſ. X, 30.
Angeli mali ἐπουράνια loca obtinentes concitarunt Babylonios ad Hebræos crudeliter habendos. Eſ. XXIV, 21.
Angelorum miniſterio omnia in Scripturis peraguntur. Abdiæ verſ. 1. 3. Conf. Jer. L, 21. in Paraphraſi.
Angelorum nomina Judæi Babylone veniſſe contendunt. Job. I, 6.
Angelorum panis, quem Angeli formabant Pſ. LXXVIII, 25. Angeli Deorum filii LXXXIX, 7.
Angelorum & Satanæ apparitio coram Deo in

cœlo non eſt ad literam intelligenda Job. I, 6, 7. II, 3.
De *Angelis* adulteris fabula Mohammedica originis Judaicæ, ad Eſ. XIII, 22.
Cum dicitur Deus *Angelis* non fidere & in iis reperire ſtultitiam, oratio eſt hyperbolica Job. IV, 18.
'Ανιαῖον ξύλον *arbor immedicabilis* quæ nihil profert quamvis diligenter curata ſit, Job. XXIV, 20.
Utinam eſſet *anima veſtra pro anima mea*, i.e. utinam eſſetis meo loco. Job. XVI, 4.
Animæ, id eſt vitæ ſuæ, *latere* aut inſidiari, eſt inſidiari periculô vitæ ſuæ. Pr. I, 18.
Animalia bruta ratione utuntur Job. XXXIX, 17.
Animalium ſunt quædam ſub duce, alia ſine duce Pr. VI, 7.
Animam redire facere, eſt recreare, reficere Pſ. XXIII, 3. aut liberare ex periculis XXXV, 17.
Animus hominis homini ſimilis eſt, plerumque homines iisdem vitiis laborant, atque ex ſe ipſis de aliis poſſunt judicare, Pr. XXVII, 19.
Annihilatio ullius rei à Deo creatæ non datur Pſ. CII, 27. Ec. III, 14. 15. omnia mutantur, nihil perit.
ANOMALIÆ multæ forte ex Librariorum mendis natæ Job. XVII, 16. Vide Librariorum menda, & Job XXVI, 13 XXVII, 8. XXXIX, 13. 16. Pſ. XVI, 3. XVII, 13. XLIX, 20. LXXV, 5. LXXVIII, 15. LXXXVII, 3.
Anomaliæ præcipue in libris grandiore ſtylo ſcriptis Job. XXXIV, 13.
Antevertere Deum precibus, quid ſibi velit, Pſ LXXXVIII, 14. XCV, 2. CXIX, 147. 148.
Antipodas dari, poſſe, ac tellurem eſſe ſphæricam quàm facile antiqui colligere potuiſſent Ec. I, 5.
Antiquitatis Eccleſiaſticæ conſenſum non ſemper eſſe magni ponderis, oſtenditur ad Jer. XI. 19.
'Απαιτῶν forte ex Hebraïco חנפ Je. XX, 7.
Aperiri cur dicitur *Balteus* aut cingulum militare? Job. XII, 18.
Apoc. Joan. I, 17. explicatur ad Eſ. XLI, 4.
Apulejus emendatur Ca. V, 4.
Aqua pedum quô ſenſu vocetur *urina* ad Eſ. VII, 20.
Aquæ ingens copia Jeroſolymis Pſ. XLVI, 5. LXV, 10.
Aquæ multæ, calamitates ſignificant Job. XXII, 11. & in Pſalmis ſæpe, ut Pſ. LXIX, 2. 3. LXXI, 20. Vide *Calamitatum*, &c.
AQUILA aliter legit, aut legendum eſſe putavit in Hebræo: Job. XII, 2. XX, 25. Pſ. VI, 2. VIII, 1. X, 17. XI, 1. XVI, 1. 3. XVII, 1. 5. XXII, 4. 30. XLV, 1. 3 XLIX, 19. LVI, 1. LXXIV, 5. LXXXVI, 11. XC, 10. CXIX, 33. CXXXIX, 15. Pr. VII, 18. XI, 27. XVII, 10. XIX, 19. XXII, 19. XXV, 11. XXXI, 30. Ca. III, 6. Eſ. IX, 6. XIV, 32. XV, 1. XVI, 7. XXVI, 3. XXXII, 2. Abd. verſ. 2.
Aquilæ Verſio, ſæpe laudatur aut non reprehenditur. Ex. gr. Jo. I, 3 VI, 9. VII, 15. VIII, 14. X, 2. 3. 10. Pſ. VI, 10. VII, 5. 10. VIII, 3. XI, 4. XV, 4 XVI, 4. Pr. I, 3 9. 19. 22. 23. 24. 25. VIII, 30.
Aquilæ verſio reprehenditur Job. III, 5. XX, 10. 14. Pſ. VIII, 4. XXII, 21. XXVIII, 1. XXXII, 3. XXXIV, 1. & alibi ut CIV, 25, &c.
Aquilæ verſio emendatur Job. XXXII, 11. Pſ. II, 6 VII, 7. XVI, 3. XLIX, 15. LXIII, 2. LXVI, 18 XC, 10. Eſ. II, 20. V, 2. XV, 5. XXV, 6. XXVIII, 1. Je. VI, 2.
Aquilæ verſio illuſtratur aut explicatur Job. XX, 5. Pſ. XIV, 1. XVII, 14. XLII, 2. XLIX, 15. LXII, 11. LXVIII, 5. LXXXIV, 7. LXXXVI, 4. LXXXIX, 53. XCVI, 5. CXIX, 20. CXXIV, 5. CXXIX, 6. CXXX, 4. Pr. XXIX, 18. Ec. II, 8. 12. Eſ. LXVI; 11. LVII, 9.
Aquila omittit quod non intelligit Pſ. LXI, 8.
Vertit ex conjectura Pſ. LXXXIX, 8.
Ambiguè Pſ XCI, 9.
Ratio verſionis ejus ignota Pſ. L, 11. LVII, 1.
Sequitur LXX. Interpretes Pſ. CIV, 18. CVII, 29. CXXXIX, 16.
Arabes ab olim latrociniis dediti Job. XXIV, 5. Pr. I, 14. 17.
Arabes ab ערב *miſcuit*, dicti quod eſſent miſtura Gentium; ipſi duo genera Arabum agnoſcebant. Eſ. XXI, 13.
Arabes Solem & Lunam colebant. Job. XXXI, 26.
Arabia cur vocetur *Saphrad*, terminus dominationis. Abd. verſ. 20.
In *Arabia Deſerta* non omnia ſunt ſterilia Job. I, 14. Arabia, terra formidanda Eſ. XXI, 1.
Arabs Interpres Scripturæ magna conjectandi licentia utitur. Job. XXI, 24.
Arare improbitatem Job. IV, 8.
Arca non vocabatur *Deus gloriæ* Pſ. XXIV, 7. quo ſenſu vocetur *robur* & gloria *Iſraëlis* Pſ. LXXVIII, 61.
'Αρης Mars, fortè ex Hebr. עריץ Pr. XI, 16.
Aridum & ſiticuloſum ſolum fit irriguum, & vice verſa; ejus rei cauſæ ac exempla adducuntur ad Pſ. CVII, 35.
Ariſtidis verba quibus Judæos aut Chriſtianos imitatur, ad Pſ. CX, 1.
Ariſtophanis verborum emendatio Job. XVIII, 6.
Ariſtoteles adlegatur Salomoni ſimilia ſcribens. Pr. XI, 29.
De *Arnone* rupe, Je. XLVIII, 20.
Aſdodi obſeſſio 31. annis duravit antequam expugnaretur à Pſammeticho, ad Je. XXV, 20.
Aſpidum veneni ſuctio fit ſine noxa. Job. XX, 16.
Aſſyrii etiam Babylonii vocabantur Eſ. XIX, 23 Je. II, 18.
Athrib inferior Ægyptus, cur ſic vocetur Job. XXVI, 12. Pſal. LXXXVII, 4.
Accentus *Atnach* negligitur Job. VI, 21. XXVIII, 3. membra non diſtinguit, tum alibi tum maxime in Hagiographis Pſ. XX, 9. Vide *Punctationes*.
Aves pro hoſtibus Hebræorum παροιμιωδῶς Pr. I, 17. 18.
Aves Job. XXVIII, 21. ſunt illi qui ſublimiorum contemplationum periti ſunt.

Augu-

Digitized by Google

Auguſtinus caſtigatur tollens Liberum arbitrium ad Eſ. I, 19. Conſ. V, 4.
Aura & ſpiritus, pro odore, etiam apud profanos auctores, ad Je. II, 24.
Auris quo ſenſu *intelligere* dicatur Job. XIII, 1. Vide *Revelare aurem.*
Auri quatuor nomina Job. XXVIII, 15. 16. 17.
Aurum quod invenitur in fluminum ramentis, eſt omnium abſolutiſſimum Job. XXVIII, 6.
Aurum pro aureo jubare Solis Job. XXXVII, 22.
Auritis idem quod *Huſitis* regio Job. I. 1.

B.

De *Babylone* à Cyro capta narratio Xenophontis & Herodoti, ad Eſ. XIII, 8. deque ejus urbis interitu ad verſ 9. 20. & antecedentibus calamitatibus, ad verſ. 12–14, &c. Conſ. XIV, 20. 23. Babylonia cur vocetur *deſertum maris* XXI, 1. Babyloniorum Reges poſt Nebuchadnetſarem. Je. XXVII, 7.
Babyloniorum exercitus cur dicatur è Septemtrione in Judæam venire, Je. IV, 6. Conſ. L, 41.
Barbâ privari maxima infamiæ nota apud Arabas & alios Orientales ad Eſ. VII, 20.
De *Baſanitide* ad Pſ. LXVIII, 16 17.
Bath menſura liquidorum, quanta? ad Eſ. V, 10.
Beer-Elim puteus ubi ſitus Eſ. XV, 8.
Bel, videtur eſſe pro Baal. Je. L, 2.
Beneficentia aut *benignitas populi eſt victima pro peccato.* Pr. XIV, 34. Beneficentia commendatur à *Salomone* & *P. Syro* ad Ec. XI, 1. 2.
Abr. Berkelius notatur, ad Eſ. XLI, 1.
Bethaccherem vicus Jeroſolimæ vicinus. Je. VI, 1.
Bethel Jer. XLVIII, 13.
Bether ubi fuerit ſita, ad Can. II, 17.
Theod. Beza notatur Pſ. XLV, 5. CXLI, 4. laudatur LX, 10. confutatur Pſ. LXIX, 23. CXX, 3.
Bibere iniquitatem inſtar aquæ, dicitur is, qui non magis religioni ducit peccare, quàm bibere aquam. Job. XV, 16. conſ. XXXIV, 7. Prov. XXVI, 6.
Sam. *Bochartus* refellitur aut rejicitur Job. III, 5. XXII, 25. XXXIX, 13 14. 17. 21 23. XL, 20. 26. 28. XLI, 16. Eſ. I, 17. V, 17. XXI, 2. 7. XXX, 23. ejus cogitationes de loco Job. XXI, 24. ibidem expenduntur. Refellitur Pſ. LXXVIII, 26. LXXXIV, 4. (quoad ſignificationem ע מתמ, Pr. VI, 7. 8.) Pr. XIV, 30. XXX, 15. 31. Ec. X, 11. XII, 5. Ca. IV, 1. V, 2. Eſ. XXIII, 1. 12. 13. LIX, 5. Je. VIII, 17. XXV, 23.
Boſrah, alia Idumææ alia Galahaditidis urbs, Eſ. LXIII, 1. Jer. XLIX, 13.
Clamant propter *brachium* id eſt propter vim illatam. Job. XXXV, 9.
Butyro vias ſuas abluere eſt magnam pecudum copiam habere Job. XXIX, 6.
Joan. *Buxtorfius* refellitur Pr. IV, 25. XII, 28. laudatur de trina unius vocis Hebraicæ repetitione agens. Eſ. VI, 3. Obſervatio ejus novo exemplo confirmatur Eſ. XLVIII, 8.
Buzitis regio Arabiæ Je. XXV, 23.

C.

Cadere plus quàm alius, proverbium unde ortum? Job. XII, 3. XIII, 2.
Cades ſolitudo, ubi Pſ. XXIX, 8. Num. XX, 1, 13. XXXIII, 36.
Calamitates cur ſæpe ſuperveniant hominibus probis & improbi proſperitate fruantur, Pſ. XLII, 10.
Calamitatum elegans comparatio cum aquis profundis & exundantibus rivis, etiam apud Æſchylum & Euripidem Pſ. XLII, 8. Vide *Aquæ.*
Calcare linguam ſuam, unde hæc phraſis & quid ſignificet, vide ad Jer. IX, 3.
Calix ebrius Pſ. XXIII, 5. id eſt, exundans. Calix, pro calamitate LXXV, 9.
Callimachus potuit quædam à Judæis hauſiſſe; ad Pſ. CX, 1.
Joan. Calvinus dicto Aguris Prov. XXX, 4. ad probandam ſecundam S. Trinitatis hypoſtaſin fidere non audebat, nec repetitioni trinæ vocis *Sanctus*, ad tres hypoſtaſes probandas. Eſa. VI, 3. laudatur Jer. XIII, 27.
Ludovicus Cappellus refutatur Jo. VI, 6. XV, 29. Pſ. CVIII, 5. Pr. XIV, 14. (probatur Verſu 16.) XVII, 1. probatur XVIII, 8. improbatur & probatur XX, 26. XXI, 8. refutatur Ec. II, 3. III, 2. V, 5. X, 11. probatur XII, 5, 6. Can. IV, 8. V, 5, 6. improbatur Can. I, 2, 12. II, 1, 4, 14. IV, 1, 9. V, 11. Eſa. V, 17. (ex parte, 30.) VII, 8. emendat Eſ. IX, 7. Hebræum Textum. Non probatur Eſ. XXIV, 15. XXXIII, 1, 19. XLIV, 12. XLV, 23. L, 11. non rejicitur LVI, 5, 10. laudatur LXVI, 3, 11. Je. II, 16. rejicitur IV, 12. emendat LXX Interpretes Je. V, 31. XV, 10. eos aliter in Hebræo legiſſe oſtendis VII, 29. XIII, 25. XVII, 9. Rejicitur X, 17. refellitur XI, 19. XIV, 8. laudatur ibid. 10. rejicitur XV, 8, 10, 11. emendat Hieronymum ibid. 11. rejicitur XXV, 10. XLVII, 3. adlegatur Pr. XXIV, 7. XXVI, 18. refellitur XXX, 17.
Caput adtollere, eſt erecto capite ſine infamia ambulare. Job. X, 15. Sic, *faciem adtollere* XI, 15. Conſ. Pſ. III, 4.
Carnem ſuam turbare id eſt conſanguineos Pr. XI, 17. *comedere*, id eſt contabeſcere ægritudine animi & invidia Ec. IV, 5. *Caro* pro conſanguineis aut popularibus Eſ. LVIII, 7.
Iſaac. Caſaubonus refellitur ad Pſ. XCII, 11.
Caſia duplex Pſ. XLV, 9.
Seb. Caſtellio notatur Pſ. CXX, 3. laudatur Pr. XIV, 34.
Edm. Caſtellus non probatur Job VII, 5. Pſ. XLII, 5. probatur ex parte Pr. XVIII, 8. & alibi; non probatur Je XIV, 8. LI, 8. laudatur Lam I, 8.
Caſtitas columbarum ac turturum ab *Æliano* & aliis celebrata, ad Ca. I, 15.
Celtis à celo ſeu cælo, *ſculprum* Job. XIX, 24.
Chaldæi duplices Job. I, 17. alteri eorum erant prædones Eſ. V, 26. 27. XXIII, 13. Jer. L, 41.
Chaldæi & Magi liberos tantum ſuos erudiebant, quò reſpicit Jobus XII, 2.
Chaldæiſmi in libro Job. Ca. I, 6. II, 7, 8. IV,

IV, 2. V, 22. VI, 10. XIV, 20. XV, 12, 13. XVI, 19. XVIII, 2. XXI, 10. XXII, 3. XXIV, 22. XXVIII, 8. XXX, 5, 25. XXXIV, 25. XXXVI, 2. XXXIX, 4. XLI, 13. in Pſalmis II, 12. VIII, 2. LI, 12. LVII, 3. LX, 4, 5. LXXI, 4 & alibi. CXVI, 12, 18. Jer. X. verſus 11. Chaldaico ſermone ſcriptus.

Chaldæus Paraphraſtes notatur Job. XII, 18, 19, 23. XIV, 22. XV, 7, 21, 22, 26. XVII, 6, 16. XVIII, 13, 15. XIX, 26. XXII, 24. XXIII, 2. Pſ. LXXIV, 19. & alibi ut CL, 1.

Laudatur Job. X, 11. XII, 19. XV, 18. XXI, 19. Pſ. II, 10. VIII, 1. XV, 1. XXVI, 4. XXVII, 12. XXXIII, 8. LXXIV, 6. LXXXVII, 41. CIV, 15. CVI, 20. CXI, 2. CXVIII, 26 (ubi ſimul reprehenditur). CXLIV, 2, 13. CXLIX, 2, 8. Pr. XII, 28. Jer. II, 10.

Chaldæus aliter in Hebræo legit Job. XV, 22, 29. XXXIV, 30. XXXIX, 8. Pſ. XVI, 1. XLV, 1. XLVIII, 15. LIX, 18. Pr. VIII, 2. XIV, 16. Eſ. XLI, 25. LI, 23.

Vertit ex conjectura. Job. XV, 24. XIX, 3. XXII, 25.

Ratio verſionis Chaldæi interpretis ignota Pſ. LXXII, 16.

Chaldæus lux. illuſtratur Pſ. CXIX, 72. Eſ. LII, 5. emendatur Abd. verſu 20.

In multis ſequitur LXX. Interpretes Pſalm. LXXVIII, 13, 70. Pr. XXX, 17, 31. & Vulgatum Latinum interpretem, etiam cum abeunt à verbis Hebraicis. Pr. VIII, 2, 22. XII, 28. Eſa. LXIV, 7. LXV, 5, 22.

Chaldæus Interpres Pſ. XLV, 3. de Meſſia agi agnovit, in cujus ſententiam plures etiam è recentioribus Rabbinis conceſſerunt. Vide *Rabbini.* Eſ. IX, 6. de Meſſia exponit. & XI, 1. XLII, 1. LII, 13. LIII, 4, 7, 8. Je. XXIII, 5.

Chalybes populi ad Pontum Euxinum ſitum habentes, alias Moſchi & Tibareni, à quibus ferrum duriſſimum *chalybs* dictum. Je. XV, 12.

Chamatha nomen duarum urbium. Eſ. X, 9. Conf. XI, 11. altera fuit Antiochia, altera Epiphania. Vide & Jer. XXXIX, 5. XLIX, 23.

Chananæi pro mercatoribus Job. XL, 25. Eſ. XXIII, 8.

Chanes videtur eſſe abbreviatio ꝟ Thahhphanhhes; nempe Daphnarum, præſidii Ægyptiaci Eſ. XXX, 4.

Charmelus pro quovis monte culto Eſa. XVI, 10. Je. IV, 25.

De *Chermone* monte, ad Pſ. CXXXIII, 3.

Chesbon, urbs Moabitarum, poſtea Amorrhæorum, tandem Iſraëlis. Eſ. XV, 4. Je. XLVIII, 45.

Chomer menſura aridorum Eſ. V, 10.

Chriſtianam religionem profitentium magnæ partis Theologia non multò minus depravata eſt quàm Thalmudicorum Doctorum Judaica ſapientia; ad Eſ. XXIX, 14, 15, 16.

Chriſtus quo ſenſu *in monte Sion Rex* conſtitutus eſſe dicatur Pſ. II, 6. *generatio* ejus ibid. verſu 7. memorata, non eſt æterna Divinitatis generatio. Verba Pſalmi VIII. *Quid eſt homo miſer* &c. ei nullo modo conveniunt. Senſu pleniore & planiore Prophetiarum deſignabatur Pſ. II, 1. XVI, 10. 11. ut & Pſalmo XXII. toto (excepto tamen ver. 20. & magna parte verſuum ſequentium.) Pſ. XL. 7—11. XLV, 1. & ſeq. LXVIII, 19. CXVIII, 24, 26. CXLVI, 8. Eſ. VII, 14. IX, 6. XLII, 1. ſeqq. Pſalmus CX. de ſolo Chriſto, non de ullo alio, agit; ſic & Jer. XXIII, 5, 6. XXXIII, 17. Zach. VI, 12. IX, 9. Corpus ejus quidam in Sole collocabant ex verſione LXX. Interp. Pſ. XIX, 5. Verba Pſalmi XLI, 10. non ſunt vaticinium de Chriſto ſed ei ſolummodo adcommodantur; prout & Pſ. LXIX, 10, 22, 23. Quo ſenſu Pſal. XLV, 7, 8. dicatur *Deus.* Verba Pſalmi LXIX, 5. *quæ non rapui exſolvebam*, ad eum non ſpectant; forte nec Pſalmus LXXII. quia in eam rem non citatur in Novo Teſtam. Vide ad iſtum Pſ. verſ. 1. Notas. Conf. tamen quæ ad verſum 11. adſeruntur. De Chriſto non agitur Eſ. II, verſu ult. Caput XI, totum ad eum refertur, & XLIX. Capitis verſ. 1 — 7. LII. 13. & ſequ. LIII, 7 — 10.

Nec Agur Deum Patrem ac Filium ejus in menſe habuit Prov. XXX, 4. juxta *Joan. Mercerum* & *Diodatum*, qui adleguntur; prout & *Calvinus* huic loco ad tantam rem probandam fidere non audens.

Chriſtus homo quo ſenſu dicatur ſedere à dextris Dei. Pſ. CX, 1. Salomo Pr. VIII, 22. ad Chriſtum non reſpexit cum ſapientiam ibi celebraret. Rectè tamen dicitur ab eadem illa ſapientia & divinitate, quæ in Chriſto fuit, omnia eſſe facta. ibid. verſ. 31.

Chriſti unica eſt victima quæ propriè expiet peccata, propter quam preces noſtræ & reſipiſcentia valent. Pr. XIV, 34. XVI, 6.

Vaticinia *Chriſtum* concernentia, rectà ad Chriſtum pertinent, non pleraque per ambages eventuum & typos ſic dictos impleta fuerant, quaſi res Chriſtianæ non ſint niſi oblique prædictæ &c. Eſ. XLII, 7. L, 4. & ſeq.

Chaphthor. Je. XLVII, 4.

De *Chemoſo* idolo Moabitarum Jer. XLVIII, 25.

De *Chittæis* id eſt Macedonibus, contra Bochart. Eſ. XXIII, 1. Je. II, 10.

Chryſoſtomus notatur ex parte Pſ. CV, 16.

Chus filius Jemini Pſ. VII, 1. forte Rex Saul eſt ut plerique arbitrantur.

Chuſæi ſunt Arabes Jer. XIII, 23.

Chuſitis non eſt Æthiopia ſed pars Arabiæ Eſ. XVIII, 1. XX, 3. XLIII, 3. XLV, 14.

Cicero laudatur Salomoni conformia ſcribens, idemque corrigitur Pr. VIII, 22, 23, 24.

In cinere ſcripta, pro iis quæ facile delentur Job. XIII, 12.

Cingulum eſt inſigne militiæ. Job. XII, 18.

Circumciſi erant non tantum Iſraelitæ, verùm etiam Ægyptii, Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ & Iſmaelis poſteri Je. IX, 25.

Claudicatio pro calamitate aut rebus adverſis, etiam apud Græcos & Latinos Pſ. XXXV, 15. XXXVIII, 18.

Clementis Alex. error de Pindaro à Salomone quidpiam mutuante. Pr. IX, 17.

Phil. Codurcus explicans obſcura Jobi verba rejicitur

Digitized by Google

ſicitur ad Job. XXIV, 18, 19. notatur XXXVII, 7.
Cœli commotio, deſtructio, ſyderum obſcuratio, ſignificant deſtructionem Regni aut Reip. Regni reſtitutio deſcribitur creatione novâ cœlorum & terræ Eſ. LI, 16. LXV, 17.
Cœli aut Cœlorum januæ *apertio* quid ſit. Pſ. LXXVIII, 23.
Cœlum cùm moveatur, quo ſenſu *firmatum* à Deo dicatur? Pr. III, 19.
Columnas Cœli quo ſenſu ſtatuerit Jobus. Cap. XXVI, 11.
Columnæ terræ quo ſenſu contremiſcere dicantur Job. IX, 6.
Colligere animam aut *vitam* eſt occidere Pſ. XXVI, 9.
Comedere populum, pro expilare atque ad paupertatem redigere, dicunt Hebræi & aliæ gentes. Pr XXX, 14.
Complodere manus ſignum eſt contemtûs Job. XXXIV, 37. Vide *Manibus plaudere*.
Complutenſis editio Scripturæ emendatur Job. XXI, 23. ejus lectiones non ſemper genuinæ, ſed multæ ingenio Editorum confictæ, Eſ. III, 17. notantur illi Editores ad Je. V, 13.
COMPOSITIS Verbis Hebræi carent & pro iis utuntur ſimplicibus. Job. XII, 14. 23. Pſ. XXVIII, 5.
Compeorum uſus in Ægypto. Eſ. XIX, 9.
Creatio non ſemper ſignificat productionem novæ ſubſtantiæ Eſ. LXV, 17. 18. LXVI, 22.
CONSTRUCTIONES duras interdum habent Hebræi Job. II, 10. Pſ LXIII. 3 Pr I, 9.
Constructus ſtatus pro *abſoluto* Job. XVII, 16. XVIII, 2 XXIV, 5. Pſ. XVI. 3 forte ex Librarii mendo. Pſ. XXIV, 1. XXXV, 16. Eſ. XXXIII, 12 Je XIV, 17. abſolutus pro conſtructo Pſ. LXXX, 5, 15. LXXXIV, 9. Pr. XXII, 21.
Conſcii animi anxietas Job. XV, 20 21.
Conſilia & *viæ* Dei differunt ut conſilium & conſilii exſequutio. LV, 8.
Convivia continenter parabant Reges Arabum Job. I, 4.
Cor pro *ſapientia* Job. XI, 12. XII, 3. Pr. XIX, 8. & alibi in Prov. Sal. ſæpius *Viri cordis*. id eſt, *ſapientes*, cordati Job. XXXIV; 10. XXXVI, 5. *Cor ſanum* idem eſt ac *mens ſana*, Pr. XIV, 30.
Cor pro adfectibus etiam apud Homerum. Job. XV, 12. Pſ. LI, 12.
Cor maris non ſignificat mediam partem maris Prov. XXX, 19.
Cor malum eſt mens triſtis Pr. XXV, 20. ut *cor bonum* mens hilaris. *cor deficiens*, eſt dementia, vecordia, Ec. X, 3.
2 Cor. III, 18. illuſtratur ad Pſ. LXXXIV, 8. 2 Cor. III, 14. adluditur ad Eſ XXV, 7; 1 Cor. XV, 54. illuſtratur ad Eſ. XXV, 8; 1 Cor. II, 9. ad Eſ. LXIV, 4.
Coram facie Dei aut coram *Deo*, qua emphaſi polleat, Pſa. XIX, 15.
Cornu pro gloria ſumitur apud Hebræos Job. XVI, 15.
Cornua adtollere pro ſuperbire; *Cornua* alicui *venire*; *Cornua ſumere*, quid ſignificet? ad Pſ. LXXV, 5. *Cornua* ſymbolum potentiæ, *ibid.* & verſ. 11.
Corrugi quid ſint. Job. XXVIII, 10, 11.
Corvi quo ſenſu *Deum invocare* dicantur Job. XXXVIII, ult. aut ad eum *crocitare* Pſ. CXLVII, 9.
Creare pro *recreare* apud Hebræos qui carent verbis compoſitis Pſ CIV, 30.
Creaturæ clamant eſſe Creatorem Job. XII, 7. 8. 9. Conſ. X, 6.
De *Crocodilo* non pauca adferuntur ad Job XL, 20. *& ſequ.* & Cap. XLI. imprimis ex Thevenotio ad verſ. 6.
Q. Curtius notatur ad Eſ. XXIII, 4.
Cutis & χρὼς pro toto homine Job II, 4.
Cyprus arbor deſcripta à Dioſcoride & Plinio, ad Can. I, 14.
Cyri Perſarum Regis divitiæ victoriis partæ Eſ. XLV, 3. & vaſtiſſima ditio, Je. XXV, 26.

D.

DÆmones non loquebantur in ſtatuis. Vide *Oracula*. Non credebat Jeremias Gentium Deos fuiſſe Cacodæmonas. Je. XIV, 22.
Dardanarii σιτοκάπηλοι qui tempore caritatis annonæ frumentum clauſum retinebant. Eorum pœna, Pr. XI, 26.
Dare hoſtes alicui cervicem. Vide *Ponere*.
David notatur de cladibus hoſtium ſuorum admodum exſultans Pſ. XVIII, 38. Non omnes Pſalmi quibus nomen ejus præfixum eſt ſunt ab eo compoſiti. Vide לדוד. Quo ſenſu virtutes ſuas coram Deo laudat & adlegat. LXXXVI, 2. & dicatur electus è populo LXXXIX, 20. primogenitus Dei *ibid.* verſ. 28. ignorabat immortalitatem animarum. Vide *Immortalitas*.
Decies pro multoties Job. XIX, 3.
Dedan urbs Arabiæ. Eſ. XXI 13. Je. XXV, 23. altera Idumææ Je. XLIX 8
Dedicatio domus quid ſit. Pſ. XXX, 1.
Dens rupis, pro cacumine acutæ rupis Job. XXXIX, 28.
Dentibus carnem ſuam lacerare aut tollere, i. e. abſumi perpetuo dolore, prout Græci ἐσθίειν καρδίαν pro, ægritudine animi confici, uſurpant, Job. XIII, 14.
Deſcendere in animum. quid ſignificet, & unde iſta metaphora Pr. XVII. 10
Deut. XIV, 1. illuſtratur ad Jer. VII, 29.
Deus cur utatur plurali numero: *Adam factus eſt ut unus ex nobis. Quis ibit nobis?* Eſ. VI, 8.
Deus factores mei. Vide *Dominii nomina*.
Deus non rarò facere dicitur quod patitur fieri Pſ. LXXXVIII, 7.
Deos *cœlo* prognatos Phœnices & Græci fatebantur, hinc Deo vero ipſius *cœli* creatio adſcribi videtur. Pſ. XCVI, 5.
Deus adloqui dicitur homines ſive per Prophetas ſive rebus ipſis Pſ. II, 5.
Deus probatur non eſſe auctor peccati & erroris Jo. XII, 16. Conſ. Pſ. LXIX, 28. LXXXI, 13. 14. CXIX, 10 36. CXLI, 4. (ubi *Chryſippus* in eam rem adlegatus) Pr. XVI, 4. 5. Eſa. I, 19. XIX. 14. XXIX, 10. 14. XLVIII, 18. LV, 8. LXIII, 17. Jer. XIII, 14.
Deus cur *vivens* vocetur? Pſ. CVI, 28.
Deus juſtitiæ Pſ. IV, 2. id eſt, qui juſtitiæ favet, ut Deum alicujus eſſe, eſt ei favere.

Deus Deorum quo ſenſu etiam à Platonicis vocetur, Pſ. CXXXVI, 2. Conf. CXXXV, 5.

Deus non agit immediate, quæ per media, per creaturas, efficere poteſt. Job. I, 16. conſ. XII, 9. Confer Abdiæ verſ. 1. & Titulum de *Angelis*.

Deus pœnas infligis creaturis non niſi in earum bonum, Pr. III, 12. Pſ. CXXXVI, 17. (in quam rem *Seneca* adlegatur), CXLV, 18. Peccata non peccantes odio habet. Pſ. CXXXIX, 22. Vide *Pœnæ divinæ*. Cur & an omnino ſera ſit Dei vindicta rationes *Plutarchi* adlegantur ad Ec. VIII, 11.

Deus, vox hæc ſæpe in libro Job & in Pſalmis ſupplenda. Job. III, 19. VI, 8. VII, 4. XX, 23. XXI, 17. XXIV, 22. &c. Pſal. XIX, 12. &c. Prov. XII, 14. & alibi.

Deus quomodo cœlum & terram implere dicatur. Je. XXIII, 24.

Deum eſſe, omnia creaſſe, omnia ſua providentia adminiſtrare, unicum eſt verum cognitionis rerum moralium fundamentum Pr. I, 7.

Quo ſenſu dicatur Deus *efferre ſe* & *expergiſci* Pſ. VII, 7. *in altum reverti* ib. verſ. 8.

Deo gloriam tribuere quid ſit. Pſ. XCVI, 8.

Deum eſſe & nobis *providere* omnes populi, cultiores certè, credebant, ſed hic illic fuere homines contra ſentientes Pſ. XIV, 1. Conf. Pſ. LXXIII, 2. 11. 18.

Deo *furor* adſcribendus non eſt ſed voces Scripturæ θεοπρεπῶς vertendæ Pſ. VI, 2. VII, 7. Vide *Furor*.

Conſolationes *Dei*, id eſt, egregiæ, dicuntur conſolationes amicorum Jobi. Cap. XV, 11. conf. Gen. X, 9.

Dei gloriæ ingreſſus nihil eſt præter ingreſſum *Arcæ*, quia cum Arca ingredi cenſebatur Deus qui ei aderat. Pſ. XXIV, 7.

Ignis Dei vocatur, quem Deus paſſus eſt à Cacodæmone excitari Job. I, 16. *Arbores Jehovæ*, quæ ſine hominum cura creſcunt. Pſ. CIV, 16.

Dei nomen quid ſignificet, cùm Deus oratur ut *propter nomen ſuum* aliquid faciat Pſ. CIX, 21. CXV, 5. 2.

Dei nomen additur ut rem augeat. Pſ. XXXVI, 7. *montes Dei* &c. LXXXIII, 13. *habitationes Dei*.

Dei bonitas etiam erga malos exprimitur à Salomone Pr. XXIX, 13. dicto ſimili verbis Chriſti Matth. V, 45. in quam rem *Seneca* adducitur.

Dei Bonitas declaratur & defenditur. Pſ. CXXXVI, 1. 2. 3. *& ſequ.* Conf. Pſ. CXLV, 8 9. 10.

Dei providentiam non eſſe infra Lunam ſententia erat Ariſtotelis quam Eliphazus Jobo affingit Cap. XXII, 13.

Dei providentia in ſuggerendis reſponſionibus ad quæſtiones periculoſas, ab Ethnicis etiam celebrata Pr. XVI, 1.

Dei providentia curâ ſuâ omnia complectens, etiam à *Plauto* celebrata, ad Pr. XXII, 23. Vide *Gentilium curam*.

Dei ſapientiſſima providentia quoad moderamen ventorum, juſtam copiam aquæ, pluviam & fulgura Job. XXVIII, 25. 26. 27. quoad montes receptacula aquarum Pſ. CIV, 11. 13. quoad Syſtema Planetarium, Pſ. CXXXVI, 5. Vapores Pſ. CXLVIII, 8. &c. in toto hoc Pſalmo, laudatur.

Opus Dei *alienum & peregrinum*, id eſt, quale alieni ac peregrini perficere ſolent aut cupiunt Eſ. XXVIII, 21.

Deorum filii Angeli, quo ſenſu? Pſ. LXXXIX, 7.

Deſcendere plagis, eſt, propter vulnera cadere in humum Lam. I, 9.

A dextra alicui, aut *dextrum adeſſe*, pro protegere; unde phraſis iſta exorta? Pſ. XVI, 8.

Dextræ Dei vir quis dicatur, Pſ. LXXX, 18.

Sedere à dextris Dei aut Jovis, & Deo aut Diis adſidere, phraſes iſtæ iiſque ſimiles, in uſu erant Græcis antequam de Hebræis quidquam ſcirent. Pſ. CX, 1.

Dibon ſtatio Iſraelitarum in Arabia deſerta. Ejusdem nominis alia urbs erat Moabitarum Eſ. XV, 2. Je. XLVIII, 18.

Dicere pro promittere Pſ. XXXIII, 4.

Dicere. Scriptores ſacri ab aliquo *dictum* ajunt, non quod dixit, ſed quod ſenſit. Job. XXI, 14.

Aquæ *Dimonis* ubi? Eſ. XV, 9. *Dimon & Dibon* diverſa loca. *ibid.*

Lud. de Dieu notatur Job. XV, 22. XXXV, 15. non probatur Eſ. XXVIII, 16. Je. XI, 19.

Dies Dei eſt tempus quo pœnas de impiis repetit Job. XXIV, 1.

Dies nefaſti & infauſti apud Ethnicos. Job. III, 5.

Dies hominis *definiri* quo ſenſu dicantur Job. XIV, 5.

Die, aut *interdiu incidere in tenebras*, Proverbium de iis qui in rebus claris ceſpitant. Job. V, 14.

Die ſuo aut *non ſuo mori*, quid ſit Job. XV, 32.

Dies alicujus, dicitur dies ultionis Job. XVIII, 20. Prov. VI, 34. dies mortis vel calamitatis Pſ. XXXVII, 13.

Difflare animum, vitam eripere. Job. XXXI, 39.

Diis male precabantur, aut conviciabantur ſæpe Ethnici Job. I, 22. II, 9. Pſ. XLIV, 13. LXVI, 3. Pr. XIX, 3. Eſ. VIII, 21.

Diodorus Siculus notatur ad Eſ. XXIII, 3.

Dionyſus, Sol. Job. XXXI, 26.

Divinatio in labiis Regis, non tantùm *Salomonis*, ſed etiam *Claudii* Imper. adlegata ad Pr. XVI, 10.

Domini & Heri nomen ab Hebræis numero plurali effertur. Job. III, 18. XXXV, 10.

Domini nomina plurali numero ſæpe efferuntur, etiamſi ſermo eſt de uno domino, & conjunguntur etiam adjectivis ſingularis numeri. Sic & iiſdem nominibus ſingularis numeri adjectiva pluralia, honoris causâ ſubjiciuntur, Job. XXXV, 10. Pſ. CXLIX, 2. Eſ. XIX, 4. Conf. Eſ. LIV, 5.

Dominus iræ dicitur iracundus, *dominus adſententiæ*, cupidus Pr. XXII, 24. XXIII, 2. 3. XXIX, 22. *dominus molitionum*, callidus XXIV, 8.

Domus luteæ in Oriente. Job. IV, 19.

Dromades cur adpellatæ fuerint meretrices. ad. Je. II, 23.

Duma

Duma Idumæorum Eſ. XXI, 11.
Duplum pro peccatis ſuis Judæus à Deo accepiſſe quo ſenſu dicatur Eſ. XL, 2.

E.

ECcleſiaſtæ verſio Græca melior quàm Proverbiorum, miſta eſt ex LXX. Interpretum & Aquilæ tranſlatione Ec. IV, 1.
Eclipſes Solis & Lunæ antiquis Orientalibus terrori fuerunt, Je. X, 2.
Edere aut depaſci *carnem alicujus* eſt ei perniciem adferre Pſ. XXVII, 2. etiam apud Græcos.
Phraſis *edere & bibere* adhiberi ſolet ubi de opiparis conviviis res eſt Job. I, 4
Eglajim urbs Eſ. XV, 8.
Elam, imperii Perſici provincia meridiana Eſ. XXI, 2. de *Elymæis* XXII, 6.
Elhale urbs Amorrhæorum, poſtea Rubenitarum. Eſ. XV, 4.
Ellipsis verborum, Job. XXXII, 10. Pſ. XXII, 4. Eſ. LIX, 18. Vide *Hebræum Textum.*
Ellipſis mira Job. XXIII, 13. dura Pſ. LVIII, 8. LXXXIV, 4. CXVIII, 10. 11. 12. Ca. IV, 8. Eſ. XLIV, 14. LII, 4.
Ellipſis poſterioris membri orationis Job. XXXIII, 23. Pſ. XXVII, 13. CXXXI, 2.
Ellipſis Pronominum frequentiſſima. Pr. III, 12.
Eph. IV, 8. 9. explicatur Pſ. LXVIII, 19.
Epicuræi temporum Eſaiæ. Eſ. V, 20. & Deiſtæ, *ibid* verſ. 1.
Epiphanius refellitur & notatur ad Pr. VIII, 22, 31.
'Επιχαιρεκακία etiam ab Ethnicis improbata Pſ. LVIII, 11. quo ſenſu licita. *ibid.*
Eſaias Paronomaſiis delectatur, ex. gr. Cap. LVI, 10.
Eſaiæ vaticinia non ſunt omnia ordine temporum digeſta Eſ. II, 7. LVII, 1. LXIV, 1. LXVI, 4. 16. 19. Vide *Jeremiam.*
Apud Ethnicos Orientales, Græcos etiam & Romanos ac Perſas hodiernos quoque &c. dies quidam erant nefaſti & infauſti Job. III, 5.
Etymologici Magni auctor emendatur. Pſ. LXXXVII, 4.
Euphrates aliique fluvii in plures rivos deducti vado tranſiri poſſunt, imo *ab homine diſcedunt*, ut Jobus ait Cap. XXVIII, 4. id eſt, oculos ejus fugere videntur.
Euſebius emendatur & notatur ad Pſ. XXXIV, 1. LXXXIII, 8. notatur Pſ. XLV, 6 LXXXIII, 8. CV, 16. refutatur CXV, 1. ejus error de Rama quaſi Saulis urbe, ortus ex omiſſione vocis Gabaa in LXX. Interpretibus Eſ. X, 29. emendatur XV, 6. XXI, 17. notatur ad Je. XXXIX, 5. XLVIII, 1.
Euſtathius Homeri interpres improbatur Pſ. XLV, 9.
Expilare; derivatio hujus vocis declaratur ad Eſ. VII, 20.
Extremitates viarum Dei, i. e. pars exigua operum ejus Job. XXVI, 14.
Ezech. XLIV, 30. Illuſtratur ad Pſ. CXIX, 128.

F.

FAbulæ unde ortæ: Eriſichthonis, ad Jo. XXVII, 14. Lycaonis, Pſ. XIV, 2. de mulieribus in fontem converſis, Jer. IX. 1. de pennis ex aëre cadentibus. Pſ. CXLVII, 16. de ſagittis Solis & Lunæ. Pſ. XXXVIII, 3. Taurorum apud Colchos ignivomorum Jo. XLI, 11. 12. De aureis pomis in Heſperidum hortis; ad Prov. XXV, 11. De Gigantibus. Can. V, 15.
Facere dicuntur interdum Prophetæ, quæ vaticinantur Eſ. XXI, 2. *Facere* dicitur nonnumquam Deus quæ fieri permittit. Jer. LI, 39.
Faciem Dei videre, id eſt, in Tabernaculo aut Templo ejus adeſſe Job. XXXIII, 26. Pſ. XI, 7. Conf. XVI, 11. XVII, 15. XXI, 7. XXVII, 8. XXXI, 21. XLI, 14.
Faciem cujuſpiam *quærere*, eſt eum inviſere Pſ. XXVII, 8.
Faciem alicui *occultare*, eſt inimicum ſe ei exhibere Job. XIII, 24. Pſal. XXVII, 9. *Elevare lucem faciei ſuper aliquem*, rem contrariam huic deſignat Pſ. IV, 8.
à Facie Dei exire judicium quo ſenſu dicatur & unde hoc genus loquendi Pſ. XVII, 2.
Feces, pro opinionibus pravis Je. XLVIII, 11.
Res aliqua dicitur *filia* alterius rei ex qua procedit aut oritur; ut *filiu prunæ* ſcintilla. Job. V, 7. Sagitta *filius arcûs* Cap. XLI, 19. aut *pharetræ* Lam. III, 13. Pſal. XVII, 8.
Filii adoleſcentiæ cur præferantur filiis ſenectutis, Pſ. CXXVII, 4.
Filii tranſitûs בני חלוף quorum vita iter eſt à natalibus ad mortem Pr. XXXI. 8.
Fines terræ quinam ſint. Pr. XXX, 4. Abd. verſ. 20.
Flu e in aliquem aut *alicui*, eſt flatu, id eſt facilè, eum vincere Pſ. X, 5. XII, 6.
Flere ſulci alicujus dicuntur, Job. XXXI, 38. quo ſenſu?
Fœdus cum lapidibus agri, quid? Job. V, 23.
Fœdus facere cum oculis Job. XXXI, 1. & *cum morte* Eſa. XXVIII, 15. quid ſignificet.
Quoad *formicas* diſſentit Ælianus ab Ariſtotele ad Pr. VI, 7.
Frater pro *ſimili* apud Hebræos, prout Græcis ſimilia dicuntur ἀδελφὰ & Latinis Germana. Pr. XVIII, 9. Job. XXX, 29.
Frequentativis perinde ac Compoſitis Verbis carentes Hebræi, utuntur Simplicibus Pr. XXII, 24.
Fundavit Deus *terram*, i. e. quaſi fundamentum omnibus ſubſtravit Pr III, 19. nimirum quoad adparentiam. Re ipſa enim non terra ſed Sol eſt omnium depreſſiſſimus.
Funem meum ſolvit, i. e. tentorii funes ut corrueret Job. XXX, 11.
Fructus alicujus dicuntur liberi ejus. Pſ. XXI, 11.
Nic. Fullerus Aquilam & Symmachum illuſtrare conatus rejicitur, ad Pſ. XVII, 14.
Funes mendacii Eſa. V, 18. callidæ ratiocinationes ad homines irretiendos.
Furor Deo adſcribi non debet, quod facit Hieronymus. Eſ. IX, 17. Vide non & Jer. XXXII. 37. Lam. I, 12.

Futurum pro Imperativo Job. XIII, 7.

Futurum poſt negationem, id quod non licet ſignificat. Job. XIII, 16.

Verba quæ ſunt in *Futuro*, poſſent æque verti præterito perfecto, imperfecto, futuro & optativo. Pſ. XX, 2.

Futuro ſæpe exprimitur quod debet fieri Job. XIII, 25. quod poteſt fieri ibid. & XIX, 8. XXXVII, 19. Pſ. XXII, 18. quod fieri conſuevit Pſ. IV, 4. XVII, 6.

G.

Gad idolum, videtur fuiſſe *Hecate* Eſa. LXV, 11. cui menſæ inſtruebantur.

Galeni pulcherrimus locus de laudibus Creatoris mundi, ad Pſ. CXXXIX, 16.

Galilæa populoſa fuit fertiliſque Eſ. IX, 3.

Galim vicus juxta Accaron Eſ. X, 30.

Γαγγαμὸν ex voce Phœnicia גרגרה Pr. I, 9.

De *Gaza* Euſebii & Pomponii Melæ traditio ad Jer. XLVII. 1.

Geba aut *Gibba*, aut *Gabaa* urbs Benjamitica, cui vicinum erat vadum *Gebatne* Eſ. X, 29.

Gebal ager urbis Phœnices, quæ urbs *Gabala* vocabatur. Aliàs *Gebalene* eſt Idumæa. Pſ. LXXXIII, 8.

De ſitu *Gebimorum* Eſ. X, 31.

Mart. Gejerus notatur Pſ. XLV, 5.

Generum frequentes Enallagæ apud Hebræos Job. VI, 3. XXI, 10, 30. XXII, 20. XXX, 24. Pſ. LVIII, 10. Librariis fortaſſe majorem partem adſcribendæ Pſ. LXIII, 2. Eſ. VIII, 22. Conf. Eſ. XVIII, 2. Je. XI, 15.

Genere nominato, nominatur & Species eximia Job. XXXIV, 15. & Individuum verſ. 29.

Genitivi caſus ambiguitas, ex ſubjecto, de quo agitur, diſcutienda Eſ. XXI. 2.

Gen. II, 7. illuſtratur ad Eſ. LVII, 16.

Gentes multæ vocantur ſoli Iſraelitæ Je. I, 5.

Gentilium curam Deus etiam ſub Veteri Fœdere habebat Jer. XII, 15.

Gihhon vel Γηὼν à Judæis adpellabatur Nilus Je. II, 18.

Sal. Glaſſius reprehenditur Pſ. LIX, 11.

Gnoſticorum, Valentinianorum & Marcionitarum error Deo Hebræorum detrahentium, unde? Pſ. VI, 2.

Joan. Ern. Grabe refellitur. Ca. II, 5.

Gradatio non eſt Pſ. I, 1. licet ab *Euſebio* & aliis ſtatuatur.

Gratiæ efficacia ineluctabilis confutatur Eſ. V, 4. (Conf. adlata ad Eſ. I, 19.) XLVIII, 18.

Græci Interpretes videntur aliter in Hebræo legiſſe Pſ. LXXXIV, 7. CVI, 4. caſtigantur Pſ. CX, 3. CXVIII, 27. CXXXIX, 20. aliter legerunt Pſ. CXIX, 119. CXL, 11. Pr. III, 4. aliter (& melius) Pr. VI, 3. aliter XI, 23. XVI, 20. XXX, 1. Ec. X, 14. XI, 5. Ca. VII, 9. Eſ. XVII, 10. XXXIII, 7. LIV, 9. LVI. 10.

Vertunt ex conjectura Pſ. CXL, 11. Pr. IV, 26. Eſ. X, 33. notantur Pr. VIII, 22, 26. IX, 18. X, 8. Eſ. XXV, 7. explicantur, Ec. I, 14.

Ratio Verſionis eorum ignota Ec. II, 25.

Ex nomine proprio fecerunt adpellativum Ca. VI, 3.

Lexicis carebant quibus vocum ſignificatus certus conſtitueretur. Eſ. XVI, 7.

Puncta vocalia ipſis erant ignota Eſ. XVII, 11
Conf. in hoc Indice adlegata de LXX. Int. Aquila, Symmacho & Theodotione.

Mirè impediti ſunt. Eſ. XVI, 7.

Græci Interpretes duo anonymi, aliter legerunt Pr. XIII, 20. Pſ. CXL, 11. Unus anonymus Pſ. LXV, 13. aliter legit, aut malè interpretatur.

Duæ antiquæ Verſiones Græcæ quæ V, & VI. Editio vocabantur, nonnumquam laudantur, ex gr. Pſ. XCIV, 1. VIII, 3, 4, 6. nonnumquam etiam notantur, ut Pſ. XLV, 10. LVII, 1. LXXIV, 8, 14. LXXV, 7. CX, 3. VII, Editio notatur Pſ. L, 21.

V. Editio aliter in Hebræo legit Pſ. XLV, 3. CXXXIX, 20. VI. Editio aliter legit. LXI, 8.

V. Editio emendatur. Pſ. CXIX, 20. explicatur CXXIX, 6.

V. Editio paraphraſticè vertit. Pſ. LXXV, 7. CXIX, 119.

V. Editio ſequitur Aquilam cum Symmacho Pſ. LV, 23. XC, 12. CXXX, 4. LXX. Interpretes & Theodotionem CXIX, 118. Aquilam XCI, 1. VI. Editio Aquilam Pſ. XLII, 2.

H. Grotius non probatur & nonnunquam refutatur. Vide Pſ. XL, 7. Eſ. VII, 8, 9. XI, 1. ſeqq. XIII, ult. XIV, 13. XV, 9. XX, ult. XXI, 4. XXII, 4, 15. XXXIII, 1, 2, 15. XXIV, 10, 11, 21. XXV, 6, 7, 8, 10. XXVII, 11. XXX, 25. XXXII, 10. XLI, 2. XLII, 1. ſeqq. XLIII, 3, 22. XLV, 8, 14. XLIX, 1. ſeqq. L, 4. LI, 5, 11. LII, 13—15. LIV, 1, 13. LV, 4, 6. LVI, 10. LVIII, 14. LX, 1, 2, 3, 8, 11. ſeqq. LXI, 2. LXII, 1, 2, 10, 11. LXIII, 18. LXIV, 1, 4, 10, 11. LXVI, 1, 3, 4, 9, 20 Jer. III, 14, 16. IV, 10, 15, 16, 18. VIII, 22. X, 9. XI, 15. XII, 4. XIII, 20 XV, 2, 10, 15, 19. XVII, 1. XX, 14. XXII, 28. XXIII, 5, 6. XXV, 10. XXXI, 1, 8, 20, 22, 23, 26. XXXVI, 21. XLIV, 15. Lam. III, 29.

Laudatur & aliquando defenditur Pſ. CX, 7. CXXXIII, 3. Ca. II, 3. Eſ. LVII, 12. LXI, 8. LXVI, 2, 3. Jer. VIII, 8. XII, 1. XXII, 7. 19. XXXII, 7. XXXVI, 1. XXXIX, 11. Abd. verſ. 1, 18.

Laudatur & refutatur Eſ. XV, 4. Jer. XII, 11. laudatur ex parte Eſ. XVI, 1. corrigitur XVII. 1, 2.

H.

Hajatha videtur eadem eſſe cum urbe *Haj*. Eſ. X, 28.

Halimus quid ſit Job. XXX, 4.

Henr. Hammondus rejicitur Pſ. XLII, 5.

Hanathoth, ubi natus Jeremias Proph. Jer. I, 1.

Har urbs Moabitidis dicta Ἀρεόπολις à Macedonibus. Eſ. XV, 1.

Hareer urbs Moabitidis, item, tractus quidam Syriæ Eſ. XVII, 2. Je. XLVIII, 19.

Ad Hebr. epiſt. Cap. X, 5. exponitur Pſ. XL, 7. Cap. I, 6. Pſ. XCVII, 7.

In *Hebraicæ* linguæ illuſtratione non eſt temerè ad vicinas linguas confugiendum Job. VIII, 13.

Hebrææ linguæ paupertas. Eſ. XL, 15. & ambiguitas. XLIII, 9.

Digitized by Google

Hebraici Textus lectio dura. Job. V, 21.

In *Hebræo* Textu paſſim ſunt ſupplendæ particulæ Job. III, 11. XII, 17. XXXV, 14. & alibi paſſim.

Subauditur ſæpe vox aliqua Job. IV, 2, 5, 7, 17, 20, 21. VI, 2, 3, 21, 26, 27. VII, 15. VIII, 6, 9, 10, 18, 21. IX, 3, 4, 5, 23, 27. XI, 16. XII, 2, 6. XIII, 12. XIV, 9. XV, 26, 28. XVI, 4, 9. XVII, 1, 5. XIX. 5, 14, 19, 26. XX, 2, 23, 25. XXI, 12. XXIII. 3 & alibi paſſim, ut Pſ. XXV, 11. LXVIII, 20. Jer. XI, 19.

Hebræus Textus nonnumquam mancus. Job. XX, 27. Pſ. XXXIV, 6. Vide *Omiſſa* & Je. XXXIV, 5. & ſeq.

Hebræi Codices Scripturæ, erant jam tempora LXX. Interpretum ſat vitioſi, aut certe tales eſſe videbantur Job. XXVI, 13. Pſ. LXXVII 3. LXXXVII, 7. Pr. XVIII, 19. Eſ. IX, 11. Conf. Je. XXXI, 8, 22.

Hebræus Textus magis obnoxius variis lectionibus, quam Libri Novi Teſtamenti, ad Jer. XXX, 23.

Omiſſa à Librariis quædam verba Pſ. XXV, 1, 2, 18. & tranſpoſita verſ. 5. Pſ. XIV, 5. LIII, 6. Eſ. XXXVI, 3, 17.

Hebræus Textus emendatur aut ſaltem emendari & aliter legi poſſe oſtenditur Job. XXII, 20. XXVI, 13. XXXII, 12. XXXIII, 3. XXXIV, 14, 18, 31. XXXVI, 32. XXXVIII, 11, 12. Pſ. X, 2. XIV, 7. XXXIII, 15. XXXIV, 1. XLII, 3, 5. LVII, 7. LVIII, 10. LXIV, 6. LXVIII 24. LXIX, 27. LXXIII, 2. LXXVIII, 49. (Conf. Pſ. LXXXI, 17.) LXXXVII, 7. CVI, 7, 15, 17. CVII, 3. CIX, 24. CXIX, 128 CXXXVIII, 5, 2. CXL, 11. bis. CXLIV, 13. CXLV, integer verſus 14. omiſſus eſt atque inſerendus. CXLVII, 1. *Pr.* I, 9. 10. II, 9, 10, 18. III, 8. IV, 21, 25. V, 19. VI, 5. IX, 3. XII, 10. 27 XIII, 6. XV, 14. XXI, 8, 14. XXII, 20. XXIV, 11, 28. XXVI, 24. XXVII, 16. XXVIII, 23. XXX, 31. Ec. III, 18. IV, 10. X, 18. Ca. I, 4. VII, 9. Eſ. I, 25. VIII, 22. XII, 2. XIV, 31. XV, 3. 5. XVII, 9. XVIII, 4. XXX, 32. XXXII, 2. XLI, 25. XLII, 19. XLIV, 4. XLV. 2. XLVII, 9. XLVIII, 10. XLIX, 7. LIII, 9. LVII. 3. LVIII, 13. LXIV, 4. LXVI, 11. Jer. II, 10. IV, 30. V, 8. VII, 18. VIII, 9. IX, 3. X, 14. XI, 15. XII, 5. XIII, 17. XIV 17. XV, 8, 10, 11, 15. XXXII, 20. Abd. verſ. 13. quoad dictum 2 Reg. XVI, 6.

In *Hebræo* Textu gloſſema Eſ XLI, 14.

Hebræi Textûs lectio ſuſpecta Job. V, 21. Pſ. LXXVI, 11. LXXXIX, 39 CXIV, 2, 8. Eſ. VII, 5. XXIII, 15. Je. X, 10. XXVII, 1, 3. Conf XXVIII, 1. XXX, 12.

Hebræus Textus aliter punctatur Job. XLI, 25. Pſ. XVII, 5. LXII, 4. CXI, 2. Pr. XIII, 4. XXI, 6. XXIV, 28. XXVI, 26. XXVIII. 17. Eſ. VII. 14. XXI, 8. XXV 6. XLIX, 7. L, 10. LII, 5, 7. LIII, 5. LXVI, 17. Je. II, 16.

De *Hecata* ſu Luna Eſ. LXV, 11. LXVI, 17.

Hena, Ana & Anna, nomina ejuſdem urbis in Meſopotamia ſitæ. Eſ. XXXVII, 13.

Heri tempus præteritum breviſſimum. *Heri ſumus*, id eſt ab heſterno (breviſſimo) tempore ſumus Job. VIII, 9.

Hermogeniani Corpus Chriſti in Sole repoſitum credebant. Pſ. XIX, 5.

Hieronymus non eſt Auctor Commentarii in Jobum Job. I. 1.

Hieronymi Verſio rejicitur ex gr. Job. III, 3. V, 6. VII, 4, 15. VIII, 15. Pſ. XXII, 27. XXIII, 2. XLII, 2. CXVIII, 27. & alibi paſſim in Hagiographis & Prophetis.

Eadem laudatur, aut non reprehenditur Jo. IX, 14. X, 11. XIII, 12. XIV. 21. Pſ. XXX, 6. XLVIII, 14. LV, 15. LVI, 11. & alibi ſæpe in his libris.

Illuſtratur Pr. IV, 9. Je. XV, 12. 13. explicatur Eſ. XXVIII, 25.

In Verſione *Hieronymi* mendum librarii. Job. VIII, 19 IX, 13.

Ratio Verſionis *Hieronymi* aliquando ignota, Job. XI, 30. Pſ. L, 11. LXXII, 16. Eſ. XXXI, 4.

Paraphraſibus utitur Job. XI, 17. XV, 15.

Hieronymus nonnumquam ex Græca lingua Voces Hebræas interpretatur Job. XXIV, 11. ex Latina Pr. XXIII, 3.

Hieronymus addit quod in Hebræo non exſtat. Job. XIV, 6.

Ex duabus vocibus Hebraicis unam facit. Eſ. XXVIII, 8.

Omittit quod eſt in Hebræo Job. VII, 6. XIV, 18. XVII, 2. XXIV, 5. XXXVI, 5. Pſa. LXXIII, 6. Eſ. III, 24. XLV, 10.

Hieronymus vertit ex conjectura Job. XV, 5. XVI, 4. XXI. 24. LXXIII, 6. LXXVIII. 41. LXXXIX, 8. CXIX, 20, 53. CXXXIX. 3. caſu ſæpe vertit non linguæ Hebr. peritia Pro. XXIII, 51.

Vertit adludens ad ſonum vocis Pſ. XCIV, 4. Abd. verſ. 20.

Ambiguè vertit Pſ. XCI, 9.

Inconſtans eſt in vertendo. Pſ. CII, 18.

Sæpius mordicus verbis ſine neceſſitate adhæret, & nonnumquam ubi proprie vertendum fuit, à verbis abit Pſ. CXXVI, 6.

Hieronymus ſequitur in ſua Verſione Græcos Interpretes Job. XXIV, 24. Pſ. VIII, 6. X. 14. XI, 3. XVI, 9. XXV, 14. XXXI, 23. XXXIX, 9. ex parte, & XLV, 1, LXV, 4. 9. LXIX, 7. 11. LXXII. 15. LXXIII, 7. LXXVII, 11. LXXXII, 8. XCII, 14. XCIV, 1. CXIX, 20. CXX, 5. CXXXIX, 17. ſæpe tamen alibi eos & ipſe & alii Veteres negligebant. Job. XXIII, 13. Pſalm. XXXIV, 1. LXXII, 6. in locis præſertim obſcuris Job. XXX, 12.

In ſpecie ſæpè ſequitur *Septuaginta Interpretes* ex gr. Job. XXIII, 12. XXIX, 18. XXX, 11. Pſ. IX, 20. XVI, 2, 10. 11, 12. XXIII, 5, 6.

Hieronymus eam ſibi legem fixiſſe videtur, ut LXX. Interpretes ſequeretur, cum melius nihil haberet quod proferret, Prov. XVIII, 19.

Hieronymus ſæpe ſequitur *Aquilam*, ex gr. Job. IX, 4. Pſal. I, 3. IV, 3. V, 10. VII,

Digitized by Google

I N D E X II.

12. Pr, I, 1, 3, 9.
Non rarò *Symmachum* ex. gr. Jo. XV, 15, 20. XXI, 2. XXIII, 3. XXIV, 4. Pſ. II, 12. XI, 3. XII, 9. XVI, 2. Pr. I, 23.
LXX Interpretes & Aquilam. Pſal. LX, 5. LXVIII, 13. LXXIV, 1. XC, 9.
LXX Interpretes & Symmachum Pſ. XVII, 7 XXXIX, 6. LI, 21. LV, 4. LX, 6. LXVIII, 16 Ex parte illos, ex parte hunc. LXXXI, 7. LXXXVIII, 17. LXXXIX, 20 XC, 13. CXIX, 111. CXXIV, 1. Pr. XII. 9
Aquilam, Symmachum & Theodotionem Pr. I, 19.
Aquilam & Symmachum Pſ. II, 12. XVI, 1. XLII, 6, 7. XLIX, 14. LXI, 8. Non intelligentes adeoque omittentes XC, 12. XCV, 10 CXVIII, 12. CXXXVIII, 1. CXXXIX, 11. CXLIV, 12.
Aquilam & Theodotionem Pſalm. IX, 15. LX III, 17, CXIX, 122.
Theodotionem & Symmachum Pſ. VII, 2. LXVIII, 7. CXL 11.
Theodotionem Pſ. CXXXIX, 17.
V. Editionem Pſ. XC, 12. XCI, 1.
Aliter in Hebræo legit, aut legiſſe videtur Job. XI, 3. XIII, 17. XV, 20. XXIII, 14. Pſ. XXXIV, 6. XLV, 3. LVI, 1, 8. LVII, 7. LIX, 11. LXXII. 6 LXXIII, 2, 4 10. LXXVIII, 15, 63. CXIX, 128. CXXXI, 2. Pſ. CXXXVIII, 3. CXL, 9. CXLIII, 9. Pr. III, 35. XII, 9. XVI, 21. (& melius XXIII, 28.) Ec. I, 5. II, 12. III, 11. Eſ. V, 30. VIII, 21. XXX, 7. XLI, 25. (& melius XLVIII, 10) LIV, 9. Je. XV, 12 Je. VI, 29. XIII, 21. XXXI, 23. (indice Cappello) Abd. verſ. 17.
Hieronymus caſtigatur Pſ. II, 12. VII, 13. LXXIV, 19 XC, 1. 5. 9 vertit ſæpe Aquilam & Symmachum non Hebraïca verba XCI, 1. 10 XCV, 1. CXLIX, 4. caſtigatur Ec. I, 14 & laudatur III, 15. 21. ſimul; ut & Eſa XL, 15 Caſtigatur multis ad Eſ. II, verſ. ult. Eſ. V, 25. XV, 4. 5 laudatur ſimul & notatur 7 rejicitur 9. Sic & III, 4. VI, 2. XXIV, 21. XXVI, 3 19. XLI, 19. XLIII, 3. XLIV, 28. XLV, 15. non probatur XVI, 10. laudatur XVII, 10. corrigitur 11. notatur XLVIII, 9. laudatur XLIX, 4 7. LVII, 16. notatur LXIII, 1. refutatur LXIV, 4. Jer. I, 2 II, 16. laudatur & emendatur V, 26. refutatur VI, 3. improbatur X, 25. caſtigatur XI, 19. laudatur XIII, 18. 19. 23. Improbatur XIV, 8. 10. non improbatur XVIII, 14. Partim probatur partim refellitur XIX, 9. 10. 11. non improbatur XX, 2. refellitur XXIII, 33. rejicitur XXV, 20. Illuſtratur à L Cappello XXXI, 24. refutatur à Grotio XXXII, 7. notatur XXXIX, 5. XLVIII, 1. refutatur ad Abd. verſ. 18. laudatur ad 20.
Verba ejus à librariis corrupta Eſa. VII, 14
Hieronymo vera lectio reſtituta Eſa. VI, 2. Jer. II, 23. XIII, 18. XXIX, 17.
Liberum arbitrium impugnat, ad Je. X, 23. alibi vero defendit. Vide *Liberum arbitrium* & *Allegorias.*
Cum de Pelagianis non cogitaret, loquebatur ut illi ad Ec. II, 26. Sententia ejus de libero arbitrio contra Auguſtinum defenditur. Eſ. I, 19.
LXX. Interpretes Græcos malæ fidei fruſtra inſimulat, ad Je XVII, 1.
Ejus & aliorum de voce *Selah* conjecturæ Pſ. III, 3
Hiphil non minus permiſſionem quàm efficientiam ſignificat. Job. XI, 6. Pſ. LXXXI, 13 LXXXIX, 44. CXLI, 4.
Hiphil non tantum efficiendi vim habet, ſed ſæpe etiam prædicandi factum eſſe. Job. XXII, 3. aut futurum eſſe declarandi Eſ. XI 4.
De *Hippopotamo* multa ad Job. XL, 10. *ſequ.* Dentes ejus memorabiles verſ. 14
Homo, adam, apud Hebræos interdum clementiæ notionem ſecum trahit, Eſ. XLVI, 3.
Conjugatio Hithpahel, quemadmodum & Conjugatio Græca quæ *Media* dicitur, vim obtinet Verborum quæ αὐτοπαθῆτα vocantur. Aliquando autem ſignificatum inteodere videtur Pſ. V, 3 4. XXXVII, 10. aliquando paſſivè ſumitur Eſ. LIX, 15. Vide *Kal*
Hir-cheres urbs Ægypti Heliopolis Eſ. XIX, 18.
Hirudo ſignificat παροιμιωδῶς *Rapacitatem* cujus duæ filiæ *Prodigalitas* & *Avaritia* Pr. XXX, 15.
Hodie Pſ. II, 7. non deſignat æternitatem ex Platonicis argutiis.
Homicidarum à ſe ipſis proditorum exempla, ad Pſ. LXIV, 7.
Huſmiani apud Auguſtinum forte *Hermogeniani* dicendi ſunt, ad Pſ. XIX, 5.
Humores montium ſunt rores, aut pluviæ è vaporibus montium denſatæ Joh. XXIV, 8.
Tres erant Viri qui *Hus* vocabantur Job. I, 1.
Terram *Huſitidem* à Nachoris filiô *Hus* denominatam, fuiſſe ſedes Jobi veriſimillimum eſt. Job I, 1.
Hyperboles exempla Job IV, 18. IX, 7. XIII, 21. XV, 15 16 XVII, 7. XLI, 9. Pſ VI, 7. XII, 2. XIV, 1. *ſequ.* XXII, 10 16. LVIII, 4. LXII, 10. LXXII, 5. 16. LXXX, 6. 11. Pr. XIX, 24. XXV, 3. XXX, 16. Can. III, 6. V, 15. Eſ XIII, 10. 12 13. LX, 21 LXV, 17. Jer. V, 1. XXVII, 6. Abd. verſ. 16.
Ὑπόστασις exſiſtentia Pſ. XXXIX, 6. locus firmus ubi pes ſtare poſſit. LXIX, 3.
Ὑπόστασις pro *compage oſſium* ſumitur ab Hippocrate & LXX. Interpretibus Pſ. CXXXIX, 15.

I.

JAbzer civitas Amorthæorum, poſtea tribûs Gad. Eſ. XVI, 8.
Jabatſa urbs in finibus regni Amorrhæorum Eſ. XV, 4.
Januæ Veterum quâ ratione clauderentur, partim ex *Iſ. Caſaubono* & *Salmuſio* docetur ad Ca V, 4.
Javan ſunt Græci & potiſſimum quidem Aſiæ minoris. Eſ. LXVI, 19.
Ibant & faciebant convivium, locutio hæc conſuetudinem quamdam ſolennem ſignificat, Job. I, 4.
Idumæa in tres partes diſtincta, ab Euſebio vocatur Gebalene Pſ. LXXXIII, 8
Voci *Jehovah* tempore LXX. Interpretum puncta

Digitized by Google

cta vocis *Elohim* nondum ſubjiciebantur', ad Eſa. XLVIII, 16.

Jejunare liti & contentioni, eſt à lite & contentione abſtinere, Eſ. LVIII, 4.

Jeremias pollicetur incolumem futuram Jeroſolymam ſi Leges divinæ obſervarentur, cùm tamen Templi & Urbis exſcidium jam dudum prædicta eſſent, ſine ulla ſpe revocationis decreti divini. Quomodo id Propheta polliceri potuerit, vide Je. XVII, 25.

In ejus ſcriptis non ſemper ordo temporum ſervatur, Je. XX, 14. XXII, 1. Vide *Eſaiam*.

Jeremiæ Capitis X. comma 11. quare Chaldaico ſermone ſit ſcriptum? Vide ibi. Jeremiæ vaticinia non ſunt ordine temporum digeſta, *ibid.* verſ. 18.

Jeroſolima cur vocetur urbs ſancta Pſ. LXXXVII, 1.

Ignes ſubterranei terram ſuperimpoſitam non reddunt ſterilem Job XXVIII, 5.

Illuſtrare oculos alicui Pſal. XIII, 4. XIX, 9. eſt facere ut videat quod eum fugit. At Heſd. IX, 8. *illuſtrare oculos*, eſt exhilarare.

Immortalitas animorum non erat ſub Veteri Teſtamento nota aut ſaltem obſcuriſſimè Pſ. VI, 6. XXX, 10. XLIX, 15. LXXXVIII, 11. 13. LXXXIX, 48. XC, 12. XCI, 16. (quod mirum eſt, cùm iis nota fuiſſet, ut Pſ. CII, 27. patet, panolethria mundi) CXVI, 3. CXIX, 175. CXLIV, 4. CXLVII, 20. Conſ. Prov. XV, 24. Ec. II, 15—18. 24. III, 17. 21. IV, 2. V, 17. VI, 3. VIII, 11. 14. IX, 3. 5. 6. XI, 9. XII, 7. 8. 14. Eſ. XXII, 14. XXVI, 14. XLIII, 2. Conſ. quæ in hanc rem adducuntur ſub Titulo *Job.* & Pſ. XXXI, 18. XXXVII, 8. In Babylonica captivitate calamitatibus paullatim adducti ſunt Hebræi ut de altera vita cogitarent. Pſ. XLII, 4. 10. Ec. XII, 8. Vide *Reſurrectio*.

Immortalitas animorum notior erat Ethnicis quàm Hebræis Pſ. CXLVII, 20.

IMPERATIVUS pro Futuro Job. XXII, 24. Pſ. XXXVII, 3. LX, 4. Pſ. CX, 2. Pr. III, 4. IV, 4. & vice verſa Pſ. LXXI, 20. Eſ. IV, 4.

IMPERATIVUS pro Optativo Pſ. CXXVIII, 6.

Imprecabantur boni mala impiis, etiam ſub Veteri Fœdere, ſub conditione, niſi reſipiſcerent. Pſ. XXVIII, 4. 5. LIV, 7. LVI, 8. LIX, 6. Vide tamen verſ. 14. LXXIX, 6. 12. LXXXIII, 17. CIX, 7. 9. 20. CXXXVII, 8. 9. Conſ. Pſ. CXXXIX, 22. CXLIII, 12. Eſ. LXIV, 2. Je. XII, 3. XVII, 18. XVIII, 23.

Inanitas inanitatum i. e. longe maxima inanitas, ut *ſervus ſervorum* abjectiſſimus ſervus, *Deus Deorum* ſummus Deus &c. Hiſce dictis Salomonis ſimilia *Perſii* & aliorum Ethnicorum dicta vide ad Ec. Cap. I, 2. 9. 11. Cum dicit *omnia* eſſe *inanitatem*, non intelligit rerum Univerſitatem, ſed vitam humanam & quæ ad eam pertinent, exceptis tamen excipiendis, quæ vide *ibid.* & verſ. 7. 14.

Incantationibus coërceri credebantur ſerpentes & aſpides Pſ. LVIII, 5. 6. Vide *Magi*.

Includere hominem, eſt, calamitatibus irretitum tenere Job. XII, 14.

Increpare, pro, increpatione corrigere. Antecedens pro conſequente. Job. V, 17.

Inferni deſcriptiones apud Poëtas unde natæ? Pſa. LXXXVIII, 7. Job. X, 22. Eſ. XIV, 9.

INFINITIVUS vicem Nominis obtinet Job. XII, 4. XXV, 2. Pſ. XXXII. 7. Pr. XV, 22. XVI, 6.

Invidia tabes oſſium Pr. XIV, 30. in eam rem Auctorum profanorum ſimilia dicta. *ibid.*

Joan. XIX, 28. explicatur Pſ. LXIX, 22. Joan. XII, 41. lectio τοῦ Θεοῦ probatur Eſ. VI, 1.

Job quod fuerit *Jobabus* Gen. XXXVI. memoratus, probari nequit, Job. I, 3.

Job fuit judex inter Arabas XXXVI, 17.

Jobi ejuſque amicorum ſermones non ita ex eorum ore prodierunt quales leguntur, ſed Orientalis Rhetoricæ pigmentis referti ſunt Job. III, 3.

Ex Job. I, 3. liquere videtur Scriptorem libri *Job* fuiſſe *Iſraëlitam*.

Liber *Jobi* non eſt ligata oratione aut carmine ſcriptus. Job. III, 3. Conſ. XXXI, 5. 6. 7. &c. 33.

Liber *Job* poſt captivitatem Babylonicam ſcriptus Job. I, 6. conſ. verſ. 1. & 8. XI, 10. XXII, 22.

Revelationes Dei in libro *Job* memorantur. Vide *Verba Sancti*.

Job alludit ad Mare Rubrum fiſſum à Deo Cap. XXVI, 12.

Jobi æquitas in ſervos memorabilis C. XXXI, 13. ejus magnanimitas in calamitatibus inimicorum verſ. 29.

In Libro *Job* frequentes Chaldaiſmi Job. I, 6. vide *Chaldaiſmi*.

Nulla mentio promiſſionis aut ſpei alterius vitæ occurrit Job. I, 9. conſ. III, 11. 3. VI, 6. 9. X, 19. XIII, 15. XIV, 3. 12. XV, 4. XVI, 22. XIX, 25. 26. 27. XXI, 30. XXVII, 8. XXXV, ult.

Jobus mentem à corpore non videtur diſtinxiſſe Job. III, 13. XIV, 3. XXIV, 12.

Jobi ſedes ubi fuerint, Job. I, 1. 14. XV, 13.

Jobus cur teſtâ ad ſe ſcabendum uſus ſit. Job. II, 8.

Quo genere morbi *Jobus* laboraverit, Job. I, 7.

Quæ ad calcem Libri *Job* in LXX. Interpretibus leguntur, ſunt à manu cujuſdam Chriſtiani Job. I, 1.

In libro *Job* multæ ſunt locutiones minus reverentes erga Deum. Job. VII, 20. & alibi. Verba ejus calamitatem ſuam Cap. III. graviter ferentis non erant ſine delicto.

Librum *Job* alii *hiſtoriam*, alii Drama aut *Parabolam* eſſe putant & repræſentationem piorum Iſraëlitarum in captivitate Babylonica conſtitutorum Job. I, 6. 8. 11. 22. II, 9. VI, 10. XXXI, 27. XLII, 7. Auctor rem non determinat Job. I, 16. 19. II, 3. 11, 13. III, 3. XXXVIII, 3. XXXIX, 31. 32. XLII, 14.

Iræ continendæ conſilia Salomonis, Senecæ, Athenodori &c. Ec. VII, 9. 10.

Ironiæ exemplum Pr. III, 35. Eſ. VIII, 9. XVIII. 2. XXIII, 10. XXVIII, 11. XL, 20. XLII, 10. XLIV, 10. LVII, 12. LXIV, 6. Jer. VIII, 2. XII, 4. 9. XXVIII,

 13.

13. XXX, 6. XXXIV, 17. Lam. IV, 21. Job XL, 5. *ſequ.*

Iſidori Peluſiotæ inſignia verba contra ſtatuentes Deum eſſe erroris peccatique auctorem; ad Job. XII, 16.

Iſis Dea, unde hoc nomen traxit? Job. XV, 10.

Iſraëlis tribus decem poterant in ſua captivitate ad meliorem mentem rediiſſe Jer XXXI, 20.

Judaica politia numquam inſtaurabitur. Eſ. LI, 6.

Judæ tribus præcipuo jure vocatur poſſeſſio Dei, Pſ. LXXIV, 2.

Judæi cur dicantur à Deo è terra ſeptemtrionali reducendi? Jer. XVI, 15. Conf. *Babylonii.*

Judæi quidam jam incipiunt ridere Meſſiam commentitium terrenum Regem, Eſ. LXI, 9.

Judæi ab antiquo Pſalmos Dav. de Meſſia interpretabantur Pſ. II, 1.

Judæis jam Eſaiæ tempore proponebantur à Legis Doctoribus innumera præcepta de cærimoniis Legalibus, quod poſtea etiam fecerunt Doctores Thalmudici Eſ. XXVIII, 10—13. XXIX, 13.

Judæi veteres vera rerum vocabula amiſerant, nominibus virtutum, infamiam vitiorum minuebant, quod etiam Græcis ac Romanis objectum Eſ. XXXII, 5.

Judæorum maxima pars manſit in exilio trans Euphratem, licet Cyrus poteſtatem redeundi feciſſet; quamobrem? Pſ. LXIX, 9. 10. 11—13.

Judæorum Reges non erant abſolutæ poteſtatis Je. XXXVIII, 5. Conf. tamen dicta ad Ec. VIII, 3. 4. 9.

Judæorum ſcripta caſtrata à Chriſtianis, Pſ. II, 1.

Judæorum & Chriſtianorum antiquorum negligentia in conſervandis monumentis Orientalium populorum; ad Jer. XXX, 14.

Judicare pro damnare, *judicia* pro pœnis. Antecedens pro conſequ. Job. XIII, 19. Pſ. L, 4.

Judicia Dei abyſſus magna dicuntur, quia ſunt pleniſſima juſtitiæ ut alveus maris plenus eſt aquæ. Pſ. XXXVI, 7.

Judicum conſeſſus erat in portis urbium. Pr. I, 21.

Juniperi prunæ ignem conceptum diu ſervare credebantur Pſ. CXX, 4.

Franc. Junius notatur Job XXXV, 15. Pſ. CXX, 3. laudatur CXLI. 4. textum Hebræum emendat Eſa. XLIV, 4. notatur LXV, 5. Je XV, 8.

Patricius Junius notatur. Job. VII, 16.

Juramenti formula quâ Deus in Scripturis uti ſolet, explicata ad Jer. LI, 14. ab Interpretibus non intellecta.

Jurare in aliquo, aut jurandi formulam in aliquo invenire, quomodo intelligendum. Pſ. CII, 9.

Juſtini Martyris conjectura de deleto à Judæis dicto: Dominus regnavit *à ligno*. Pſ. XCVI, 10. refutatur Juſtinus iſte etiam ad Jer. XI, 19.

Juſtinus hiſtoricus emendatur ad Eſ. XL, 4.

Juſtitia Dei non eſt aliquid prorſus diverſum ab eo quod nos *juſtitiam* vocamus. Pſalm. XCVII, 2.

Reddere homini *Juſtitiam ejus*, id eſt quod ei ex juſtitia debetur. Job. XXXIII, 26.

K.

KAL Conjugatio pro *Hithpahel* Jo. XIX, 17. *Niphal* pro eadem Pſ. II, 10.

Καλύκωσις pro κάλυξ *flos roſæ clauſus* Ca. II, 1.

Kedareni Arabiæ populi latrocinantes non ſecus ac Nabathæi Pſ. CXX, 5. 6. 7. Eſ. XXI 14. 15. 16. 17. Je. II, 10. XLIX, 28. Tentoria Kedarenſium, qualia? Ca. I, 5.

Κεφαλὶς *volumen libri*, cur ita vocetur Pſalm. XL, 8.

Kir Moabitarum urbs eadem quæ *Kircheres*, Eſa. XV, 1. XVI, 7. *Kir* etiam fuit tractus Aſſyriæ. XXII, 6.

Kirjathaim, duo oppida conjuncta in Moabitida Je. XLVIII, 1.

Κόρη quare vocetur *oculi pupilla* Pſ. XVII, 8.

Κεϊσσων ἀνὴρ ἐλέγχων, qui ſe increpationibus flecti non patitur. Pr. XXIX, 1.

L.

LAborem cur Deus hominibus impoſuerit? Ec. I, 13.

Lac pro aqua limpida, pura inſtar lactis recens ex uberibus excepti Ca. V, 12.

Lacbis in via Ægypti. Eſ. X, 24. XXXVI, 2.

Lacrimæ vocantur guttæ aquæ è quarum collectione formantur rivi Job. XXVIII, 11. & *Lacrimæ maris* ſunt ſcaturigines Cap. XXXVIII, 16. Similiter locuti ſunt Græci. ibid.

Lætitiâ in aliorum malis quo ſenſu adficiantur boni. Pſ. LVIII, 11.

Laiſa de qua Eſ. X, 30. & 1 Mac. IX. fuit in Benjamine, diverſa ab ea quæ non procul erat Sidone.

Laquei videntur dici fulmina. Et quare? Pſ. XI, 6.

Poſt vocem *Laterarias* ſubintelligendum eſt *officinas* apud Plinium. ad Job. XXIV, 8.

Latrones dicti primùm milites qui ad *latera* Regum ambulabant. Job. XVIII, 12. aut à *latendo* Pr. I, 18.

Laudari à ſeipſo quando liceat. Pr. XXVII, 2.

De *Lege Naturæ* Ciceronis egregia dicta Pſ. CXIX, 142.

Legem Moſis *mirabilia* continuiſſe, quo ſenſu dicat Pſaltes? Pſal. CXIX, 18, 19. Conf. verſ. 130. Lex iſta eſt *juſtitia æterna*, reſpectu eorum quæ in legibus Moſaïcis pertinent ad jus Naturæ Pſ. CXIX, 142.

Ληνὸς Eſ. LXIII, 3 eſt *cupa* in qua racemi calcantur; non torcular in quo tortâ cochleâ exprimuntur.

Leo Judæ laudatur & notatur Pſ. CXX, 3. laudatur, Pr. XIV, 34.

Per *Leones* intelliguntur homines impii & rapaces Job. IV, 10, 11. Pſ. XXII, 14. XXXIV, 11.

Leones Arabibus terrori non ſunt. Job. V, 22.

Levia

Digitized by Google

Leviathan, Crocodilus aut Draco ſeu major ſerpens Job. III, 8.
Levit. XIX, 27. illuſtratur ad Jer. VII, 29.
Libani montis deſcriptio, ad Je. XVIII, 14. XXII, 6.
Liberales quæ vocantur *artes*, ſtultitia ſunt, dum ignorantur res maximi momenti, virtus & ſapientia, in quam rem adlegatur *Seneca* & alii, ad Pr. XVI, 22.
Liberum arbitrium adſerit, inconſtans ſibi ipſe *Hieronymus*, oppugnat fruſtra *Auguſtinum* ad Eſ. I, 19. conf. XLIX, 4. LV, 11. quod Deus id homini relinquat. Jer. X, 23. XXXVI, 3.
Librariorum menda & loca mendi ſuſpecta Job. III, 5. IV, 6. IX, 19. XII, 5. XVII, 7. 16. XXXIX, 13. Pſ. II, ult. IX, 13, 19. X, 2. XXIV, 1. XXX, 13. XXXII, 9. XXXIV, 1. LIX, 5, 6. LX, 13. LXXXVIII, 17. XCVI, 12. CXIX, 167. CXXXIX, 20, 21. CXLVII, 1. Pr. IX, 11. XIV, 10. XVIII, 22, 24. XX, 25. XXI, 7, 14. XXII, 4, 5. XXV, 4. XXVI, 6, 7, 24. Ec. XII, 4. Eſ. IX, 7. XXVIII, 28. LIII, 9, 10. Je VI, 6, 18. VIII, 5. X, 7. XI, 15, 17. XV 8. XXX, 23. XXXI, 22. XXXII, 20. L, 2.
Lingua maris Ægypti, eſt pars Ægypti inter Nilum & Mare rubrum Eſ. XI, 15.
Λιπαρὸς dicitur non tantum *opimus* ſed & *unctus* oleo pingui, ad Pſ. XXIII, 5.
Juſtus Lipſius caſtigatur. Job. I, 1.
Literæ majores aut minores in Hebræo Textu caſu non certa ratione ortæ. Job. IX, 34.
Litigare, pro reum peragere, damnare, antecedens pro conſeq. Job. XIII, 19.
Luc. XVI, 23. explicatur ad Ec. III, 21. Luc. VII, 30. ad Eſ. LV, 11.
Lucerna pro prole Job. XXI, 17. aut poſteritate Pr. XX, 20.
Lucernæ, ut toti loco illucerent, altiùs ſuſpendebantur Job. XVIII, 6.
Luchith clivus Eſ. XV, 5. Je. XLVIII, 5.
C. *Lucilius* à Lactantio citatus emendatur Pr. I. 21.
Lucis & tenebrarum vias domosque ab invicem diſtinctas ſtatuebant antiqui Job. XXXVIII 20.
Ludim Æthiopes, Eſ. LXVI, 19.
Lugentes capillos tondebant quod Iſraelitis non licuit Job. I, 20.
Lumbos ſolvere dicebantur Hebræis milites qui dimittebantur, contra *accingere lumbos* ſe ad bellum parare Eſ. XLV, 1.
Lux, pro rebus ſecundis, apud Hebræos & Græcos Pſ. XXVII, 1.
Lux faciei humanæ quid ſit Job. XXIX, 24. Pr. XVI, 15.

M.

DE *Madmena* Eſ. X, 31.
De *Magdol.* Je. XLVI, 14.
Magi, unde dicti, Eſ. VIII, 19
Magi Crocodilos ſerpentesque carminibus coercebant & excitabant. Job. III, 8. Vide *Incantationes.*
Maimonidis traditio de tonſione capitis rejicitur Je. VII, 29.
Maledicere Deo apud animum ſuum, quid? Job. I, 5.
Μανδύας indumentum Perſicum ex Hebr. מדו. ad Pſ. CXXXIII, 2.
Manibus aut volis *plaudere* dicuntur qui miſeris inſultant Job. XXVII, ult. Vide *Complodere.*
Manichæi refutantur à Hieronymo, ad Jerem. XIII, 23.
Manus adtollere ſignum admirationis Pſ. CXIX 48.
Marcionitarum blaſphemiæ, Vide Gnoſticos.
Mare Pſ. LXXVII, 20. non tantum de Mari Rubro ſed & de Jordane intelligi poteſt.
Maris alta pro fluctibus. Job. IX, 8.
Joan. Marshamus refutatur. Eſ. XVIII, 2.
Joan. Martianæus refellitur ad Eſ. VII, 14. notatur XIX, 1. Je. II, 23. XXIII, 33. XXIX, 17.
Andreas Maſius notatur ad Jer. III, 1.
Maſſorethæ non improbantur Pſ. CXX, 3. CXXXIX, 6. Pr III, 15. XV, 14. XVII, 13 27 corriguntur Ec. X, 3. Ex librariorum mendis obſervationes faciunt Pr. XIV, 10. refutantur. Eſ. LVI, 9. 10 fruſtra aliter legunt Eſ. LXV, 4. Punctatio eorum corrigitur Je. I, 5. rejicitur V, 13. caſtigantur XVII, 23.
Maſſoretharum lectio diverſa rejicitur Pſ. CVI, 20. CXL, 10. 11. tranſponunt literam in Textu Pr. I, 27. emendant textum absque neceſſitate Pr. II, 7. XXIII, 24. recte tamen *ibid.* τὸ Vau tranſponunt. Improbantur Eſ. LXI, 8.
Matth. X, 13 illuſtratur, ad Pſ. XXXV, 13. & Cap XXVII, 46. ad Pſ. XLII, 10. Cap. IV, 5. XXVII, 53. ad Pſ. LXXXVII, 1. Cap. XXVII, 46. ad Pſ. CXXXVIII, 15. Matth VI, 11. ad Eſ. XXXIII, 16. Matth. XI, 28. ad Eſ. L, 4. Matth. XII, 42. ad Abd. verſ. 20.
De *Maxentio* conjectura, quod fuerit caput illud ſuper multam terram, biberitque de torrente Tiberi, & propterea extulerit caput victor *Conſtantinus*, ad Pſ. CX, 7.
Medeba urbs Moabitica Eſ. XV, 2.
M. Meibomius refellitur Job. XXXI, 2. *& ſeqq.* Pſ. II, 9. III, 3. 8. IV, 2. V, 6. XVII, 5. XIX, 12. XX, 2. 9. XXIII, 1. 2. *& ſeqq.* XXV, 6. 7. *& ſeqq.* Laudatur ex parte, verſ. 1. 5. 9 11. 17. Refellitur Pſ. XXXVII, 31. XLVII, 2. *& ſeqq.* XLVIII. 2. *& ſeqq.* Non improbatur verſ. 15. & Pſ. LXI, 1. 3. ſed in ceteris refellitur ut & Pſ. LXV. uno & altero loco excepto; & Pſ. XXII, paſſim. XC, 1. XCV, 4. 6. 10. at 7. laudatur. Refutatur Pr. IX, 6. probatur Eſ. I, 17.
MEMBRUM periodi poſterius omiſſum Job. XXIV, 12.
de *Memphi* urbe ad Eſ. XIX, 13. Je. XLVI, 14.
Men idolum, de eô ad Eſ. LXV, 11.
Menander Epheſius, vide Tyriorum Annales.
Mendacia & falſa dicuntur, quæ ſpecie externâ decipiunt ſpectantes, ex quibus nulla commoda recipiuntur; ut Opus *mendacii*, ager *mendax*, panis *mendacii*, qui non alit. Pr. XI, 18. & alia ſimilia, adlata ad Cap. XIX, 22. Jer. XV, 18.

I N D E X II.

Mentiri Deo quo ſenſu dicantur Inimici ejus, oſtenditur etiam ex auctoribus profanis Pſ. LXVI 3

Mercator סחר & ἔμπορος dictus eſt à vagando, ſeu ab itineribus, ad Eſ. XXIII, 7.

Joan. Mercerus refellitur, ſtatuens Deum auctorem erroris & peccati .ad Job. XII, 16. & ad Prov. III, 3. item quoad vocationem in jus etiam tolerabiliter lædentium. Notatur idem ad Pr XX, 26. Dictum Aguris XXX, 4. de Deo Patre & ejus Filio non intelligit.

Meretricum blanditiæ fallaces ac noxiæ Salomoni & profanis auctoribus memoratæ, Pr. V, 3 4 5. &c. VII, 10 11.

Merodach numen Babyloniorum ignotum Je. L, 2.

Meſech & *Thubal*, vide *Chalybes*.

Meſopotamiæ fertilitas Job. I, 14.

Metallicorum labores, Gigantum opera vincentes Job. XXVIII, 9. 10.

METATHESIS vocum librariis interdum debita Job. IV, 6 IX, 18. dura Pſ. CXVIII, so 11. 12. CXLI, 10. Ec. IX, 12. Je. XV, 8

Migron & *Michmas* non procul à Giba Saulis in tribu Benjamin Eſ. X, 28.

Mira tibi non erit omnis res, id eſt nihil eſt tam mirabile ut à te fieri nequeat. Jer. XXXII, 17.

Miracula etiam hodie Deus facit, ſed occultè Eſ XLV, 15.

Miſpa interius cingulum, ad Job. XII, 18.

Moab, nomen eſt & populi & urbis quæ alias *Rabbath Moab* dicebatur Jer. XLVIII, 28.

Moabus quo ſenſu vocetur *pelvis in qua ſe* Iſraël *abluturus eſſet*, illuſtratur ex hiſtoria Amaſis apud Herodotum, ad Pſ. LX, 10.

Montes ſignificant nonnumquam Reges & Proceres Pſ. XCVII, 5.

Montium tranſlatio & deſtructio per terræ motum Job. IX, 5.

Montium terræ motu & aquâ deſtructorum exempla, ad Job. XIV, 18.

Moralis doctrinæ unicum verumque fundamentum. Pr. I, 7.

Mors, pro morte naturali oppoſitâ violentæ, Job. XXVII, 15. pro periculo mortis Pr. XIV, 32.

Mors prælata vitæ Ec. IV, 2. ad quam rem ex Ethnicorum hiſtoria exempla *Cleobis* & *Bitonis*, *Trophonii* & *Agamedis* adleguntur, ut & verba *Ciceronis*, *Theognidis*, *Euripidis*.

Mors ſubita in parte felicitatis, non à ſolo Jobo, ponebatur Job. XXI, 13.

Mors ſumitur Jer. XV, 2 pro quovis genere mortis, excepto gladio & fame.

Morte ſua mori, i. e. nullâ vi externâ interire Job. XV, 32.

Mortifera umbra pro rebus obſcuriſſimis. Job. XII, 22.

Mortui fidelius nos docent quàm vivi. Job. VIII, 10

Mortui quo ſenſu *Deum non commemorare* vel *laudare* dicantur Pſ. VI, 6. & alibi.

Mortuorum ſtatus ſub Evangelio, dum ſeculum præſens durat, non alius eſt quàm qui olim fuit. Pſ. LXXXVIII, 11. 13.

Moſaica mandata vocantur πτωχὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου Pſ. XIX, 8.

Sim. de Muis notatur Pſ. CXX, 3.

Mulier peregrina aut aliena Pr. II, 16. eſt Proſelyta porræ.

Mundi partem ſuperiorem eſſe ad Septemtrionem, inferiorem ad Auſtrum, putabant antiqui Job XXVI, 7. Mundi quatuor plagæ quomodo vocentur ab Hebræis Job XXIII, 9. Pſ. LXXXIX, 13.

Mundum ex immundo non dari, non indicat peccatum Originale Job XIV, 4.

Mundus manibus & corde quis ſit Pſ. XXIV, 4.

Seb. Munſterus rejicitur, ad Je. XXXVI, 23.

M. A. Muretus caſtigatur. Job. I, 1.

N.

N*Abama*, pars Arabiæ aut Idumææ. Job. II, 11.

Nazaræi erant doctrinæ temporum imperiti, aut Hieronymum, qui eos adlegat, memoria ſefellit. ad Eſ. VIII, 14. Eorum explicatio Eſ. IX, 1. rejicitur ex parte, ut & Eſ. XXIX, 21. Conf. LIV, 8. non rejiciun- Jer. XI, 19.

Nebo urbs Moabitidis Eſ. XV, 2. Je. XLVIII, 1. de ejus ſitu error Euſebii & Hieronymi XVI, 1.

Nebo Numen Babyloniorum, Eſ. XVI, 1.

Νεῖλος Nilus ex Hebr. נחל. Job XL. 17.

Nidus pro liberis. *In nido meo exſpirabo*, i. e. lectulum cingentibus liberis fato fungar. Job. XXIX, 18.

Nihil vocatur aër, quia ſub oculos non cadit. Job. XXVI, 7.

Nimis juſtum & *nimis* ſapientem eſſe, quo ſenſu vetetur? Ec. VII, 17. in eam rem *Seneca*, *Euripides* ac exempla *Socratis* atque *Hermodori* adducta. ibid

Nimrimorum aquæ Eſ. XV, 6.

NIPHAL habet etiam ſignificationem reciprocam activam non ſecus ac *Hithpael* Pſ. XXIV, 7. LXXI, 21. interdum etiam reciprocam paſſivam, ut Eſ. I, 18. Jer. VI, 8. Vide KAL.

Nitri adpellationem habemus ab Oriente; à Nitro, *Nitriæ* Provinciæ Ægypti nomen. Je. II, 22. *Nitrum* & *ſmegma* hoc loco Prophetæ ſumuntur pro purgationibus aut excuſationibus quibus peccatores ſe tueri conantur.

Nob urbs in tribu Benjamin. Eſ. X, 32.

Chriſt. Noldius notatur Pſ. LXIII, 5. 7. LXVI, 17. CXIX, 46. Eſ. III, 1. XL, 16. ejus obſervatio quoad particulam עדי novis exemplis confirmatur ad Eſ. XXIX, 22. deſeritur Eſ. LXV, 20. laudatur & notatur Je. II, 6. non omnes ejus explicationes particularum Hebr. probantur, VII, 9. XIV, 7. novo exemplo quoad כי confirmatur. VIII, 2. & quoad על XII, 14.

Nomen Jehovæ pro invocatione Jehovæ. Pſ. XVIII, 10.

Nomina propria nationum aut hominum ſæpe in proverbium abeunt. Pſ. XLIV, 15.

NOMINATIVUS omiſſus ſupplendus. Job. IV, 2. VI, 2. VIII, 18. 23. XVII, 12. Pſ. VII, 13. XXXIV, 6.

Nominativi ellipſis ſæpe difficultatem creat. Job XXX, 24.

Noph

Neph, videtur dicta etiam fuiſſe Moph, & Memphis. Je. II, 16.
NUMERUS certus pro incerto. Job, V, 19.
Numerorum Enallagæ frequentes apud Hebræos Job. V, 5. XII, 6. XXI, 3. XXVII, 14. XXX, 24. XXXIX, 14, 21. & in aliis Scripturæ libris.
Nunc ſumitur quandoque de tempore paulò poſt futuro; ex. gr. Je. XVI, 16.
NUNCIUS, mittentis perſonam ſuſcipit. Pr. IX, 3.

O.

OBliviſci torrentis dicitur *pes*, quem vado numquam trajecit Job. XXVIII, 4. & Deus dicitur feciſſe ut *ſtruthio obliviſceretur ſapientiæ* quam ei non dedit. ibid. Cap. XXXIX, 17.
OBSCURITAS in Verſione neceſſaria, ubi quod eſt in Textu intelligi nequit. Job. XXIV, 18—21. Confer Indicem Pentateuchi in Voce *Obſcuritas*.
Obſignare, pro *confirmare*. Job. XXXIII, 16.
Obſignare in manu omnes homines quo ſenſu Deo tribuatur Job. XXXVII, 7.
Occultari dicuntur *mala tempora à Deo*; quando antevertuntur ne contingant umquam. Job. XXIII, ult. XXIV, 1.
Bonus Oculò, liberalis Pr. XXII, 9. *malus Oculò* avarus & illiberalis, XXIII, 6.
Oculos ſuos ſequi, quid? Job. XXXI, 7.
Oculum alicui eſſe, eſt ducem itineris eſſe. Job. XXIX, 15. Conf. Num. X, 31.
Odor aquæ eſt vapor aquæ Job. XIV, 9. ut *odor ignis* eſt *adflatus ignis* Dan. III, 27.
Offendere, in calamitatem incidere. Job. XII, 5.
Oleum viride ab antiquis laudatum, ad Pſalm. XCII, 11.
Olympiodorus notatur Job. VII, 12, 20.
OMISSIO literæ in Hebræo Textu non infrequens. Job. III, 5.
Opus pro operis mercede, vide Indicem in voce פעל
Oracula Chaldaica explicantur ad Pſ. LXXXV, 12.
Oracula Ethnicorum aut numquam fuere edita, aut ab hominibus non à Cacodæmone pronunciata, Eſ. XLI, 22, 23, 28, 29. XLVIII, 3. Cacodæmones non loquebantur in ſtatuis. Je. X, 5, 14, 15.
Ordo & nexus orationis, præſertim in Hagiographis, anxie non ſunt quærendi Job. XXIV 2. XXXI, 14, 18, 33, 36. XXXVII, 7. 8
Ordo verborum, perſpicuitatis cauſa mutari nonnihil poteſt, quod Hebraicæ linguæ ingenium non vetat. Job. XXXIV, 33.
Oriens vocatur Arabia. *Filii Orientis* Arabes. Job. I, 3.
Orientalis ventus urens & venenoſus in regionibus Orientis, de quo adlegatur Thevenotius, ad Job. XXVII, 21. Vide *Venti*.
Orientales diutius in uno loco ſedent & cubant quàm Europæi, nec ambulare ſolent ut iſti Job. II, 13. apud eos citiùs quàm alibi exculta fuit Phyſica Ec. III, 11.
Orientales repetitionibus delectantur Job. V, 9.
Orientalium ſtylus brevis multa ſupplenda relinquit. Job. IV, 17.
Origenes refutatur aſtris intelligentiam & liberum arbitrium adſcribens Pſ. CXLVIII, 3.
Inſtar *Oris Dei* eſſe, i. e. haberi verus Propheta Dei. Jer. XV, 19.
Oſculari apud Orientales ſignum fuit reverentiæ Pſ. II, 12.
Oſſa (quæ ſunt res internæ) pro animo. Pſ. XXXV, 10.
Oſſa mea, i. e. conſanguinei & propinqui mei.
Oſtia domuum per Orientem valde parva & humilia, propter duas rationes Pr. XVII, 19.
Ovidius illuſtratur, ad Pſ. LXXIII, 1.
Ourotalt Sol, de vocis hujus etymo Job. XXXI, 26.

P.

PAgninus (*Sanctes*) notatur Pſ. XLV, 5. CXX, 3.
Palatum dulce, pro dulci eloquio, Ca. V, 16.
Palatum pro lingua Job. XII, 11.
Palatum pro ore Job. XXXI, 30.
Palæſtinæ adpellatio unde? ad Pſ. LXXXIII, 8.
Palpebræ auroræ pro ortu auroræ Job. III, 9. XLI, 9.
Panem comedere pro convivari Job. XLII, 11. Pr. XXIII, 6. *panem facere*, idem, Ec. X, 19.
de *Papyro Ægyptiaca* citantur *Theophr. Plinius, Lucianus* & *Bochartus* ad Eſ. XVIII, 2.
Paradiſi & Horti differentia Ec. II, 5.
Paronomaſiis delectabantur etiam Hebræi, non tantum Græci & Latini. Pſ. XCVI, 5. Vide Eſaiam.
Pars calicis eorum aut *calicis noſtri* &c. unde hoc loquendi genus natum Pſ. XI, 6.
Pars & poſſeſſio Dei eſt munus quod ei proprium eſt. Job. XXXI, 2.
Partes vocantur officia hominibus impoſita, non tantum in Latina ſed etiam Hebraica linguâ. Pſal. CXIX, 57.
Paſtores pro ducibus & principibus populorum, ut apud Græcos Je. VI, 3. X, 21.
Patres Eccleſiæ magno conſenſu nonnumquam errabant, ad Pſ. CX, 3.
Pauperem opprimens, creatorem ejus probro adficit dictum hoc confirmatur ex Matth XXV, 35. etiam *Homerus* in eam rem adducitur ad Pr. XIV, 31. Conf. XXII, 23.
Pauperes de via ſubmovebantur à ſuperbis & Magiſtratibus Job. XXIV, 4.
Peccantes negabant Stoici odio eſſe habendos ſed peccata, ad Pſ. CXXXIX, 22.
Peccare pro peccati pœnam dare Job. V, 24.
Peccata ignorantiæ frequentiora erant ſub Lege quàm nunc ſub Evangelio Pſ. XIX, 13.
Peccatum Originis non indicatur illis verbis *in iniquitate formatus ſum & in peccato fovit me mater mea*, nec in aliis ſimilibus Scripturæ dictis Pſ. LI, 7. ubi & Veteres quidam in eam rem adlegantur. Conf. Pſ. LVIII, 4.
Peculium propriè eſt id, quod ſervi ſibi parſimoniâ ſuâ ſeponebant. Pſ. CXXXV, 4.
Pecuniæ aut divitiis obediunt omnia. In eam rem elegans *Menandri* fragmentum ad Ec. X, 19.
Pedes eſſe cæcudo, eſt præbere ei vehiculum Job. XXIX, 15. Vide *Oculum alicui eſſe*

Πείθω derivandum à פתה Jer. XX, 7.

Pereat dies quo natus ſum, quo ſenſu dicatur. Job. III, 3.

Peregrini & inquilini cur dicantur Iſraëlitæ in terra promiſſa habitantes Pſ. XXXIX, 13.

Perire dicitur Lex, conſilium, verbum à Sacerdote, Sapiente, Propheta, i. e. *abſcedere* Je. XVIII, 18.

Perſarum Reges dies in noctes convertebant Ec. II, 8.

Perſæ quomodo ſe invicem pro dignitatibus ſalutarint. Job. XII, 3.

Perſæ veteres ſine ſtatuis Deos colebant. Eſ. XXI, 9. ſydera & elementa venerabantur. LI, 5.

Perſonas Verborum mutant Hebræi moſchelim. Job. XVI, 7.

Dion. Petavii explicatio Prov. VIII, 22. adlegatur laudatorque. *ibid.*

De *Petra deſerti* Eſ. XVI, 1.

Phul, eademque Phile, id eſt Elephantine, urbs ad Nilum ſita, ambigui inter Æthiopas & Ægyptios juris, Eſ. LXVI, 19.

Philoſophia *dogmatica* an *parænetica* utilior ſit? in eam rem citantur egregia *Senecæ* verba, ad Pr. I, 2.

Phylacteria Judæorum unde orta? Pr. VI, 21. 22. Eſ. XLIX, 16.

Conjugationi PIHEL ineſt formandi poteſtas. Job. X, 8.

Joan. Piſcator notatur Pſ. CXX, 3. laudatur CXLI, 4. LXV, 5.

Joan. Piſcator textum Hebræum emendans laudatur Eſ. XLIV, 4.

Pleonaſmi permulti in ſtylo Hebræorum Pſ. XXV, 3.

PLURALIA Nomina Subſtantiva intendunt aut augent ſignificationem, ut חכמות in Prov. Sal. *ſummam* ſignificat *Sapientiam*; Conf. Pſ. LXXVIII, 72. Pr. XXII, 24 Sed ſæpe ſignificant facta ſingularia quæ pertinent ad Virtutes quarum ſunt nomina, ſic Pſ. XLIX, 4. חכמות ſunt *ſapientia dicta*, תבונות *prudenter dicta*, & LXXXIX, 2.

Pluralis numerus pro ſingulari, in Hebraïca lingua, ut in omnibus aliis, uſitatus. Abdiæ verſ. 1.

Pluvia cur in libro Jobi frequentiùs commemoretur, Jo. V, 10. 11.

Eduardus Pocockius refutatur Pſ. XXII, 17. Conf. LXVIII, 19.

Pœna duplex pro peccatis à Deo inflicta; vide *Duplum.*

Pœnæ divinæ tam in hac quam in futura vita æquitate & miſericordia ſemper erunt temperatæ Pſ CXLV, 9 18. Conf. *Deus pœnas infligit* &c.

Pœnitere quo ſenſu Deo tribuatur. Pſ. CXXXV, 14. & *defatigari* Jer. XV, 6.

Pondus arenæ pro pondere graviſſimo. Job. VI, 3.

Πονηρὸν ſignificat *moleſtum* quid, ubi de infelicitate, non de malis moribus ſermo fit. Ec. I, 13. 14.

Ponere aliquem benedictiones quid ſit Pſ. XXI, 7.

Ponere cor ad aliquid, id eſt animadvertere Job. I, 8.

Ponere hoſtes humerum, & *dare* hoſtes alicui *cervicem* quid deſignet. Pſ. XXI, 13.

Porphyrius illuſtratur ad Pſ. L, 9.

Porta urbis in qua Judices conſidere ſolebant Job. XXIX, 7. Vide in Gen. Cap. XIX, 1. *Porta*, pro *judicio in porta* Prov. XXII, 22.

Portæ mortis & *portæ* שאול quid ſint Pſ. IX, 14.

Poſſidere me facis delicta, pro, facis ut eorum pœnam luam. Job. XIII, 26.

Præſcientia Dei rerum contingentium libertatem homini non adimit, nec neganda eſt ideo quia ignoramus quo modo duo iſta ſimul exiſtere poſſint; ut multa alia ſunt veriſſima ac certiſſima, ſimulque nobis incomprehenſibilia, Je. XXXVI, 3.

Preces ad Deum quomodo inſtituendæ ex præcepto Salomonis. Ec. V, 1. 2.

Preces in ſinum precantis *reverti* dicuntur, quando Deus ei id beneficium confert quod aliis precabatur. Pſal. XXXV, 13. *Preces* nonnulli piorum à Deo exaudiri etiam Ethnici obſervarunt. Pr. XV, 8.

Primogenitus mortis eſt lethalis morbus. Quare ſic vocetur? Job. XVIII, 13. *Primogenitus Dei*, *primogeniti pauperum*, quid ſignificent Pſ. LXXXIX, 28

Principium viarum Dei Job. XL, 14. creatura omnium præſtantiſſima.

Prohibere bonum à domino, eſt, non reddere cuique ſuum. Pr. III, 27.

Projectus ſum in te à matrice unde iſta phraſis deſumpta? Pſ. XXII, 11. & alia, *Projeciſti me in pulverem mortis.* verſ. 16.

Promiſſorum alterius Vitæ in libro Jobi nulla mentio. Job. I, 6. Vide *Job.* & *Immortalitas.*

PRONOMEN non raró refertur ad remotiora Pſ. LXXXI, 16. XCIX, 7. Relativum nonnumquam ad id quod ſequitur. LXXXVII, 1.

Pronomen demonſtrativum loco Verbi ſubſtantivi Pſ. IX, 21. XXIII, 4. Pronomen refertur aliquando ad nomen quod ſubintelligitur. LXXXVII, 1. Pr. XIV, 26.

Properare vivere dicitur de homine facultatibus ſuis frui properante; ſimiles modi loquendi ex *Nonio Marcello* & *Martiale* proferuntur, ad Ec. II, 25.

Prophetæ res geſtas aut gerendas non ſemper ordine proponunt Eſ. XVI, 2. XVIII, 1. XXII, 15. XXIII, 1.

Prophetæ res magnas imaginibus pingunt, quorum ſingula verba non ſunt tunc proprie intelligenda. Eſ. XI, 15. conf. verſ. 6. ſeqq. XIII, 10, 12. Vide *Facere* & Eſ. XXIV, 18, 19, 20, 23.

Prophetæ maximis minis ſubito ſubjungunt miſcentque promiſſiones inſignes, ne Judæi putarent ſe in perpetuum à Deo rejici; ex. gr. Je. XVI, 14. 15.

Cur obſcuri nobis ſint facti? Je. XVII, 17.

In Prophetiis ſæpe duplex eſt ſenſus; dilutior ad hiſtoriam Veteris Teſtam. excellentior & planior ad Chriſtum referendus. Pſ. II, 5. XVI 10, 11. Vide *Chriſtus.*

Propinquus eventus rei alicujus dicitur, reſpectu Dei loquentis, non reſpectu noſtri. Eſ. XIII ult. Conſ. Pſ. XC. 4 2 Pet. III, 8.

Pſalmi quibus Davidis nomen præfixum eſt, non omnes ſunt ab eo compoſiti Pſ. XIV, 1. XX, 1. Vide לדוד

Pſylli Africæ Populi arte exſugendi Aſpidum veneni celebres erant, quâ quivis homines polient. Job. XX, 16.

Ptolo-

Ptolemæus Geographus videtur eſſe emendandus, Eſ. XVII, 2,

Pudore affici paſſim ſignificat *infelicem eventum conſilii experiri*. Job. VI, 20.

Punctatio Maſſorethica corrigitur Pſ. CI, 5. rejicitur CV, 18. CVI, 45. Vide *Maſſorethæ*.

Punctationes Maſſoretharum nulla auctoritate pollent Job. XXIV, 12. XXVIII, 3. Pſ. VII, 6. XX, 9. XLII, 3. LXXII, 10. LXXIII, 2. LXXX, 5. LXXXII, 7. CIX, 27. CXIX, 20. rejiciuntur Pr. IV, 21. VI, 14. Eſ. LVI, 9.

Pupilla oculi, cur ita vocetur. Pſ. XVII, 8.

Πυρφόρος ſeu πυρφόρος explicatur occaſione Hieronymi hanc vocem non rectè vertentis, ad Abd. verſu 18.

Putei occultabantur in ſiticuloſis oris. Job. XXII, 7.

Pythagoræi cenotaphia exſtruebant diſcipulis Philoſophiæ ineptis, aut arcanæ doctrinæ proditoribus, eosque extrudebant. Pr. XXI 16.

Pythagorei Deos in tres ordiues diſtinguebant. Pſ. LVII, 11.

Pythiæ, vide Sibyllas.

Q.

Quærere Deum ζητεῖν Κύριον. Pſ. XIV, 2. eſt Deo cognoſcendo laborem impendere. Alibi eſt eum *invocare*, *conſulere* per Prophetas.

R.

Rabbini quidam Pſalmum CX. ad Meſſiam referunt. Ibid. verſu 1. Vide *Chaldæus Paraphraſtes* & Pſ. CXVIII, 24. Eſ. LII, 13. LIII, 4.

Ex Rabbinis nihil de uſu antiquorum ſeculorum colligere licet. Job. III, 8.

Rabbinorum emendatio Scripturæ falſa. Job. VI, 21. eorum oſtentatio diligentiæ notatur. Pr. XXII, 14.

Radix Verbi שרש דבר Job. XIX, 28. & *Radix maris* Cap. XXXVI, 30. quid ſit?

De *Rama* Eſ. X, 29. Je. XL, 1.

Nocens, eſt *redemptionis pretium* innocentis, Pr. XXI, 18. & Eſa. XLIII, 3, 4. Hæc loquendi ratio orta videtur ex opinione populorum, potantium, in hominis, etiam mali, caput poſſe derivari calamitatem aut mortem aliis imminentem. Exempla ejus opinionis adferuntur ex profanis Auctoribus, ad Prov. XXI, 18.

Reges dicuntur *Filii Dei* etiam ab Ethnicis, Pſ. II, 7. dies imperii ſuſcepti vocatur *dies natalis*. Ibid.

Reges & Summates nonnullorum Auſtralium populorum, aliena manu utuntur ad cibum ſumendum. Pr. XIX. 24.

Reges antiquiſſimis temporibus ubique ferme ipſi per ſe, non tantùm per Miniſtros, jus dicebant, etiam apud *Medes*, uſque ad *Dejocem*. Pr. XX, 8.

Reges dicuntur *ſervire agro*, id eſt, regno ſuo. Antiquorum ſimilia dicta. Ec. V, 8.

Reges Hebræorum, ut plerique Orientales, pollebant abſolutâ poteſtate. Ec. VIII, 3, 4, 9. Vide tamen ad Jer. XXXVIII. 5.

Regibus conſilia dare, aut eos officii admonere, quàm periculoſum ſit & quantam prudentiam requirat, docet Salomon & *Charidemi* Athenienſis exemplum &c, ad Ec. VIII, 4—7.

Regina cœli, idolum, incertum eſt an Jeremiæ Cap. VII, 18. ſit memoratum, cùm ex voce מלאכת א excidiſſe potuerit legique poſſit מלאכת השמים *opus cœli* id eſt aſtra, cum Chaldæo Paraphr. aliiſque Hebræis.

Regnorum & Rerumpublicarum mutationes & clades, repræſentantur Solis, Lunæ Stellarumque obſcuratione, Cœli & terræ tremore; mutatio verò in melius, indicatur univerſæ naturæ lætitiâ. Pſ. XCVI, 11. Vide *Cœli commotio*.

Hadr. Relandus corrigitur; ad Pſ. CXXXIII, 3. refutatur Eſ. XVI, 1.

Religionis contemptores & irriſores, in alios delinquentes, à ſui ſimilibus ſimilia patiuntur Pr. IX, 12.

Renes cum ſint in viſceribus, ſæpe animi penetralia deſignant. Pſ. LXXIII, 21. Vide *Cor & renes*.

Repetitiones apud antiquiſſimos Scriptores non indecoræ. Job. IV, 4. Conf. V, 9.

Reſponſio linguæ à Jehova eſt. Pr. XVI, 1. In eam rem *Plinii* junioris notabilis locus adducitur.

Reſpondere Deo in laude, eſt quando duo chori Deum laudantes alter alteri reſpondet. Pſ. CXLVII, 7.

Reſurrectio mortuorum à Jobo credita eique revelata non fuit Job. XIX, 27. XXVI, 5. Conf. Titulum Job. Etiam Pſaltis ævo nondum ſat nota fuit. Pſ. XLIX, 20. LXXVIII, 39.

Reſurrectio mortuorum non innuitur Pſ. I, 5. cum altera vita tunc non ita fuerit nota.

Malos non eſſe *reſurrecturos* Judæi recentiores ex Pſ. I, 5. collegiſſe videntur.

Revelare aurem, pro aperire aut patefacere, unde hæc metaphora? Job. XXXIII, 16. XXXVI, 10.

Reverti לשאולה *in ſepulcrum* quid ſit. Pſ. IX, 18.

De *Ribla* ad Jer. XXXIX, 5.

Ridere tumultum urbis dicitur Onager. Job. XXXIX, 7. id eſt eum *ſpernere*, *non curare*.

Ritibus & purgaminibus omnia ſcelera expiari vulgò credebant Ethnici. Pſ. V, 5.

Roborare ſe in ſylvæ arboribus, eſt, probe inſtruere officinam ſuam lignis Eſ. XLIV, 14.

Rom. IX, 9. & XV, 3. explicantur aut illuſtrantur ad Pſ. LXIX, 10. 22. 23. Rom. I, 17. ad Pſ. LXXXIV, 8. Rom. XII, 20. ad Prov. XXV, 22.

Rugitus pro querela aut precibus Job. III, 24. Pſ. XXII, 2.

Rupes fundebant apud me rivos olei. id eſt regionem fertiliſſimam poſſidebam Job. XXIX 6. Conf. Deut. XXXII, 13.

S.

SAbbathi violationem cur Deus ſevere prohibuerit & ultus fuerit. Je. XVII, 21, 25.

Sabæi qui abegerunt pecudes Jobi, quinam fuerint Job. I, 15.

Sacrificia ſpiritualia aut in animo hominis ſita

indeque profecta, etiam à *Philone* Judæo ſola probantur, ad Eſ. LXVI, 3.
Sacrificia quotidiana tanti faciebant Judæi, ut ne mortis quidem metu, Pompejo Templum obſidente, ab iis abſtinerent, ad Pſ. L, 8.
Sacrificiorum à Deo inſtitutorum ratio. Ec. IV, 17.
Sacrificiorum nidore Deos veſci putabant Ethnici Pſ. L, 9. etiam rudiores Judæi vſ. 12.
Sagitta dicitur *filius arcûs*. Vide Indicem in *Filia*.
Sagitta Dei vocantur calamitates à Deo immiſſæ Job. VI, 4. Pſal. XXXVIII, 3. LXIV, 8. CXX, 3.
Salomon & ejus temporum Phyſici rudiores erant in plerisque naturæ phænomenis explicandis Ec. I, 6. Scripta aut opera Salomonis IV. erant generum. Ec. I, 13. Erat ſapientior omnibus Jebuſæorum Regibus & Magiſtratibus qui ante eum præfuerant Jeroſolimæ, *ibid.* verſ. 16. II, 7. neſciebat animas eſſe immortales. Vide *Immortalitas*. Ejus verba Ec. II, 24. non ſunt conſerenda cum inſcriptione ſepulchri Sardanapali. *ibid.* & VIII, 15. XI, 9. VII, 5. XII, 13. Phyſicam ſcientiam adtigiſſe Salomonem, non eſt dubitandum Ec III, 11. Judicia Dei pœnasque divinas impiis in hac (ſolummodo) vita & in poſteris eorum metuendas eſſe putavit. Ec. XI, 9. XII, 14. de *reditu* aut abitu *Spiritûs ad Deum*, verba Salomonæis gemina ex *Epicharmo* & *Euripide* citantur. XII, 7.
Salomonis Proverbia veriſimile eſt eſſe ex ore ejus excepta, omiſſis occaſionibus quibus ea protulit. Pr. XVII, 26.
Salomonis ſtylus differt à ſtylo Davidis. Pr. II, 8. Ejus *Concionatrix* eleganter ſcripta eſt. Ec. XII, 10.
Salomonis Cantico canticorum ſpiritualem ſenſum ſubeſſe non negatur. Ca. I, 2. 6. VIII, 9. in eo, pro licentia Orientalium, decorum adcuratè non ſervavit Cap. I. verſ. 6. 9. 10. V. 14. 15. Sponſa ejus in hoc Cantico celebrata, non fuit filia Regis Ægypti, ſed Principis alicujus Arabum Ca. VII, 1.
Salſugo inter Mare rubrum & Jeroſolimam Job. XXXIX, 6.
Samiel ventus Orientalis venenoſus Job. XXVII, 21.
Sanare corde fractos, eſt in priſtinum ſtatum fidei & bonæ ſpei reſtituere. Pſ. CXLVII, 3.
Gaſp. Sanctius refutatur, ad Eſ. III, 1. 9. 24. Je. X, 2.
Sancti, pro *Angelis* Job. V, 1. XV, 15. pro *Sacerdotibus* Pſ. XVI, 3. pro *Hebræis* Pr. XXX, 3.
Sanctus pro Deo Job. VI, 10.
Sanctificatio i. e. præparatio ad Sacrificium, quibus in rebus conſtiterit Job. I, 5.
Sanguini ſuo inſidiari, id eſt, popularibus ſuis. Pr. I, 18.
Sapiens, prudens, eruditus vir &c. nihil proficit aut valet, niſi incidat in tempus aptum, commodamque occaſionem; non valet ſi cum barbaris verſatur. Ec. IX, 11.
Sapientiam divitiis magno eſſe ornamento docent Salomon Ec. VII, 12. & ibi adducti *Menander* ac *Plutarchus*.
Sapiens pro callido, Job. V, 13. XXXVII, ult. *Sapientia* pro calliditate, Ec. II, 3.
Sapientiam à *Salomone* celebratam etiam *Cicero* ſimilibus laudibus effert, & æternum quiddam, quod univerſum mundum regat, eſſe fatetur, ad Pr. VIII, 22. 23. Eam non eſſe perſonam, ſed per Proſopopœïam, etiam profanis Auctoribus uſitatam, induci, verbis potiſſimum *Dionyſ. Petavii*, oſtenditur *ibid.* verſ. 22. Notantur ab ipſo quoque Petavio, qui per iſtam Sapientiam ipſum æternum Dei Filium, aut naturam Chriſti humanam, aut cum Ario Logon creatum intelligebant. *ibid.* Confer tamen quæ ad verſ. 31. adferuntur.
Sapientia, *Scientia*, *Intelligentia* in Operibus Salomonis, non tantùm cognitionem theorematum ſignificant, ſed actuoſæ ſunt & praxin moralem deſignant. Pr. XIV, 6. 8. XXIII, 12. in quam rem *Horatius* adlegatur.
Sapientia Salomonis & antiquorum Græciæ Sophorum tota erat actuoſa & ad mores pertinebat. Pr. I, 2.
Sapientia cur *in compitis & foris* clamare dicatur? Pr. I, 21.
Sapientiæ noſtræ pars non exigua in ignorantiæ noſtræ cognitione ſita eſt. Prima rerum principia nobis ſunt prorſus ignota &c. Ec. III, 11. 14. VII, 24. 25. XI, 5.
Saraceni dicti quaſi שרקין, Orientales. Job. I, 3.
Sarcaſmus. Vide *Ironia*.
Saron, regio circa Lyddam, Joppen & Jamniam Eſ. LXV, 10.
Satan Angeli mali titulus primùm in libro Jobi occurrit. Job. I, 6.
Joſephus Scaliger notatur ad Eſ. VII, 20.
Scheba forte ſignificat eam Arabiam cujus Regina Salomonem inviſit. Job. VI, 19.
Σχοῖνος, & ψίαθος *ſtorea*, quâ ſubſtrati erant lecti è junco facta, ad Pſ. CXXXIX, 3.
Scintillæ eleganter vocantur *filiæ prunæ* Job. V, 7. ſcintillæ arcûs ſunt *ſagittæ*, quia ſcintillarum modo ex arcu evolant. Pſ. LXXVI, 4.
Scipionem panis frangere, quid ſignificet, antiqui Patres non intelligebant. Pſ. CV, 16.
Scribere pro decernere, *ſcriptum* pro decreto Arabes uſurpant. Job. XIII, 26.
Scripturæ Sacræ dicta non intelligibilia Job. XXIV, 18—21. Pſ. LXXXIV, 7. LXXXVII, 7. Prov. XXXI, 3. Eſ. VIII, 1. XXIV, 16. XXXII, 19. Lam. V, 12.
Scriptura ſæpe effectum tribuit conſilio eorum quorum culpa effectus contigit, quamvis ſimilem nullum finem ſibi propoſuiſſent. Jer. XVIII, 16. XXVII, 15. XLIV, 8.
Ut Scriptura impleretur: hoc loquendi genus non ſemper ſignificat Scripturæ vaticinium, ſed accommodationem ad rem ſimilem. Pſ. XLI, 10.
Scriptura, vide *Græci Interpretes* Scripturæ.
Val. Schindleri Lexicon laudatur ad Eſ. XXIX, 1. & alibi aliquoties, ut Eſ. XL, 16. 15. Jer. XXII, 20 notatur Eſ. LXI, 1. Je. XI, 19. XXX, 10.
Seb. Schmidius refellitur Job. XXXI, 36. Eſ. LIV, 5.
Seba, populus qui ſedes habuit, in intima Arabia; differt à *Scheba* cujus populi Regina Salomonem inviſit. Eſ. XLIII, 3. XLV, 14.
Secbemum tractus trans Jordanem, non procul valle Succhotharum Pſ. LX, 8.
Sedere pro judicare Pſ. XXIX, 10. LV, 20.
Segullum eſt terra quædam cui aurum ſubeſſe ſole-

Digitized by Google

ſolebat, à סגור ſegor, *aurum*, Job. XXVIII, 15.
Seleuciani, vide *Hermogeniani*.
Semel, pro rarò Job. XXXIII, 14.
Seniores apud Lacedæmonios à juvenibus reverenter habiti. Job. XXIX, 8.
Septem diebus lugebant amici Jobi, quaſi cultores Dei Creatoris Job. II, 13.
Septenarius numerus pro numero pleno rei, de qua ſermo eſt. Pr. XXVI, 16.
Septenarium numerum adhibent frequenter Hebræi ob creationis memoriam. Job. V, 19.
Septies pro ſæpius Pſ. XII, 7. & alibi. *Septem* pro pluribus Je. XV, 9.
Septuaginta Interpretes abſurde vel ſaltem malè ac incommodè vertunt Job. IV, 2. 12. V, 5. VI, 9. 10. aliiſque innumeris locis in Hagiographis & Prophetis, ex. gr. Pſ. LXXVII, 3. CX, 3. Pr. I, 18. 19. 22. V, 19. 20. VI, 11. IX, 3. XII, 4. XXI, 17. Eſ. VIII, 20 21. LI, 9. Je. II, 23. 24. III, 4. XXX, 18.
Corrupti ſunt Job. XIX, 26 & Pſ. XL, 7. in quibusdam Codicibus. (Carent verſu 6. Pr. XIII.) Ee. VIII, 10. Eſ. II, 22. magnas mutationes paſſi VIII, 1. IX, 12. Conf. Jer. III, 13. VII, 1. XXIX, 11. XXXI, 8.
Addunt quod in Hebræo non eſt, Job. I, 3. 17. 21. II, 8. V, 4. VII, 16. XVI, 9. XXII, 8. Pſ. II, ult. IV, 8. Ca. I, 4. Eſa. LI, 9.
Ex conjectura vertunt Job. V, 26. VII, 4. XIII, 13. XV, 24. XVI, 4. Pſ. XLIV, 20. LXVIII, 32. LXIX, 24. LXXIII, 6. LXXVIII, 41. LXXXIX, 8. CXVIII, 10. CXIX, 20 53. CXXXIX, 3. CXLIV, 12. Pr. XIX, 14. Ca IV, 9. Eſ. III, 24.
Duplicem habent interpretationem unius verbi Job. I, 3.
Gloſſis, & laciniis alienis laborant Jo. I, 5. conf. verſ. 3. XV, 31. XIX, 4. XX, 26. Pr. XV, 27. 28. XVIII, 22. XIX, 7. XXII 8. 9 14. Ec. XI, 9. Can. II, 9 17. Eſa. XIV, 19 & alibi.
Codices eorum carebant punctis vocalibus. Pſ. IV, 3.
Aliter legerunt quàm nos, aut legendum cenſuerunt, & quidem plerumque malè. Job. I, 6 III, 3, 14, IV, 17. VI, 13 VII, 13. VIII, 17. IX, 14. 15 22. XI, 3. XII, 21. XIII, 1, 15. 17. XV, 5, 10, 22, 34. XVIII, 7, 15. XIX, 28. XX, 2, 10. XXI, 16, 22. XXIII 2, 13. XXV, 5. XXX, 2, 4, 7. XXXI, 10. XXXIV, 30. XXXV, 10. XXXVIII, 12. XXXIX, 8.
Pſal. I, 4. II, 6, 9. III, 8. IV, 2. VII, 3, 12, 21. X, 8. 13. 17. XI, 1. XVI, 1, 2, 4. XVII, 5. XIX, 5, 14. XX, 9. XXII, 4, 30. XXXIII, 7. XXXIV, 6. XXXV, 15. 16. XXXVII, 20, 35. XL, 7. XLV, 1, 3, 4, 5. XLVII, 5, 10. XLVIII, 15. XLIX, 19. L, 18, 21. LV, 4. LVI, 9. LVII, 7. LXIII, 2. LXIV, 7, 8. LXV, 8. LXVI, 12. ut & duo alii Græci Interpretes anonymi. LXVIII, 18. LXIX, 27. LXXI, 21. LXXII, 6. LXXIII, 2, 7, 10 LXXIV, 5. 19. LXXVI, 11. LXXVIII, 15, 33, 63, 69. LXXXVII, 7. LXXXVIII, 11. LXXXIX, 8. XC, 5, 8, 10, 12, 16. XCI, 3, 6. XCVI, 11. XCVII 11. CII. 21. CIV, 1. CXI, 2. CXIV, 8. CXVIII, 13. CXIX, 128. CXXIX, 3. CXXX, 6. CXXXI, 2. CXXXVIII, 8. CXXXIX, 5, 9, 11, 15, 20. CXL, 9, 10. CXLI, 3. CXLIV, 13.
Pr. III, 35. IV, 21. VI, 7. VIII, 2, 27. X 26. XII, 9, 19, 28. XIII, 17. XIV, 16, 17. 34. XV, 15. 22. XVII, 3. 9, 10. XVIII, 1, 10. XIX, 11, 19, 23 XX, 4, 29. XXI 12. XXII, 8, 11. XXIII, 31. XXIV, 6. 12. XXV, 4. 5. XXVI, 26. XXVII, 9, 13 16. XXVIII, 4 12. 22. XXIX, 2, 16. XXX, 3, 15, 24. XXXI. 1, 8.
Ec. III, 16, VII, 8, 13. VIII, 4, 10. IX, 2. 17. X, 17. XII, 5.
Can. I, 2. 4. 10. IV, 8. 10. 12. VII, 12.
Eſ. II, 6. VII, 9. 22. VIII, 12. 20. 21. IX, 11. X, 10. 22. 27. 28. XIV, 32. XVI, 8. XXI, 4. 9. XXIII, 2. 10. XXIV, 16. XXVIII, 9. 16. XXIX, 3 XXX, 27. XXXII, 2. XL, 14. 15. XLI, 21. 24 25. XLII, 19. 22. XLIV, 20. 28. XLV, 1. 16. XLVIII, 9. 10. XLIX, 7. 5. L, 11. LI, 18. 23. LVI, 10, 11. LX, 18. 21. LXV, 4. LXVI, 24.
Jer. II, 12. 16. 24. III, 5. V, 30. VI, 18 19. VII, 29. XII, 2. XIII, 25. 27. XIV, 8. XV, 6. 12. XVII, 9 16. XVIII, 14 XXIII, 32. XXVIII, 13. XXXI, 21. (25. juxta L. Capp. Abd. verſ. 3. (5. obſerv. Cappello) 13. (16. eodem obſervante) 17. 21.
Melius legebant quàm nos: Pſ. LXII, 5. non malè XXVIII, 16. 17. Eſ. XI, 11. meliùs Eſ. XIV, 31. Je. II, 36. VI, 29. XIII, 18. XIV, 19. XVI, 7. non malè XVII, 8. XXII, 23.
Prætermittunt voces Jo. V, 5. IX, 25. 31. X, 15. XII, 3. 23. Pr. XVI, 28. XVIII, 22. XXI, 5. 10. XXV, 11. XXX, 3. Eſ. I, 18. III, 11. VI, 13. X, 29 XI, 15. XXI, 5. 13. XXIV, 16. XLIV, 14. LI, 9. & alibi quandoque, ut Je. XXIX, 11.
Fortè uſi ſunt exemplari in quibusdam locis illegibili. Job. IV, 12. manco Eſ. II, ult.
Quidam Codices meliorem lectionem habent quàm Vaticanus & Alexandr. Pſ. LXXIII, 21. Alexandrini Cod. melior quàm Vaticani Jo. III, 10. VII, 18. Pſ. XLV, 14. ubi *Ἰεσσαι* in *Ἐσεβὼν* à librariis mutatum eſſe videtur. CXXXVII, 6. Pr. III, 3. Ca. VI, 12. Eſa. XXVI, 7. Vaticani Codicis lectio melior quàm Alexandrini, Pſ. CIV, 18.
Paraphraſibus utuntur, Job. II, 9. III, 5, 10. IV, 2. VII, 7. & alibi non rarò in hiſce libris, ex. gr. Pr. XIV, 30. XXVIII, 1.
Inconſtantes ſunt in vertendo Pſ. XLV, 9. Pſ. LII, 2. LXXXVIII, 11. CII, 18. CXVIII, 12. Pr. XVI, 28, 29. Eſ. XXVIII, 18. Je. I, 11. XII, 5.
Senſum exprimunt quem eſſe debere putant nulla verborum nec conſtructionis ratione habita Pſ. LVI, 9. LXXI, 3. LXXII, 7. LXXXIV, 12. XC, 10. CXLIV, 13. Pr. XI, 3. XVII, 4. XVIII, 1, 2. Eſ. III, 24. X, 9. niſi hìc à Librariis corrupti ſint. 10. XV, 7. XXVI, 19. Jer. IX, 3.
Verbotenus vertunt, ubi nihil opus eſt; à verbis recedunt ubi ſatius eſſet iis mordicùs adhærere. Pſ. CXVIII, 8. CXXVI, 6.
Significationes variarum Conjugationum non ſatis tenebant. Ec. I, 16. Grammaticæ parum

rum obſervantes erant. Eſ. XIV, 30.

Ex vocibus non intellectis Nomina propria faciunt Pſ. LXXIV, 15. Ca. VII, 1. Ex Nominibus propriis adpellativa, vide *Græci Interpretes*, & Eſa. LXV, 10.

Adludunt ad Vocum Hebraïcarum ſonum, Græcis ſimilibus adhibitis, Pſal. XXX, 6. LXXII, 14. Pr. XXIV, 19. XXIX. 13. Can. III, 9. (quemadmodum Complutenſes adluſiſſe videntur ad Latinæ vocis ſonum Eſ. III, 17.) Eſ. V, ult. XIII, 21. Je. VII, 31. IX, 6.

Ratio eorum Verſionis ignota Job. III, 17. VI, 6, 7. VII, 2, 5. VIII, 14, 16, 17, 19, 21. XI, 3, 12. XII, 5. XIII. 4. XVII, 7. XX. 29. XXII, 11. Pſ. XXV, 13. LVII, 1. LXVIII, 7. LXXII, 16. Pr. XVI, 26. XVII, 7, 8. Ec. V, 5. & alibi nonnunquam.

Non melius verterunt Pſalmos quàm reliquam Scripturam. Pſ. IV, 2. omnium verò peſſime Proverbia Sal. Pr. XVIII, 22.

Laudantur tamen, aut non improbantur multis in locis, ex. gr. Jo. I, 3. V, 13. VI, 12. IX, 32. Pſ. II, 7. V, 5. VIII, 16. X, 8. XI, 4. XVI, 2. Pr. I, 4, 9. 10. IX, 7. XIX, 36. XX, 26. XXVIII, 23. XXIX, 24. 26. Ec. I, 15. Eſ. II, 6. XXXII, 1. XL, 31. Abd. verſ. 12, 18. Sed longe frequentius caſtigantur & vituperantur, quàm laudantur aut non improbantur.

Emendantur Job. III, 15. VI, 4. IX, 24. XIII, 16. XVI, 2, 10. XX, 25. XXV, 2. XXVII, 2. Pſ. III, 8. XXXII, 9. XXXIX, 6. LXV, 4. LXVIII, 21. LXIX, 7. 11. LXXI, 16. CXXXII, 15. Pſ. CXLI, 6. Pr. I, 23. III, 32. XXVI, 7. 24. XXVIII, 28. XXX, 32. Ca. I, 4. II, 4. Eſ. IX, 12. XXVIII, 11. XXXIII, 18, 19. LXVI 19. Je. Ii, 23. V, 12, 31. XIV, 7. Abd. verſ. 16. ex Hieronymo; verſ. 20. à Cappello & Grotio. Lam. I, 11. Codex Alex. emendatur Jo. XXI, 23.

LXX. illuſtrantur, Jo. XI, 12. XX, 23. XXIV, 20. XXIX, 18. Pſ. IV, 5. XXXIX 6. LXII, 4. LXVIII, 16. LXIX, 3. LXIII, 3. LXXIV, 8. LXXXI, 14. LXXXVIII, 17. CVI, 15. CX, 3. CXI, 1. CXIX, 23, 24. CXXIX, 6. CXXX, 4. CXXXIX, 3. CXLIX, 2. Pr. II, 12. 18, IV, 9. XI, 15, 29. (à Lud. Cappello XVIII, 1.) XXI, 7. XXVI, 26. XXIX 9. Ec. I, 5. II, 12. XII, 5. Ca. VI, 4. VIII, 6. Eſ. I, 24. III, 12. XVII, 14. XXIX, 10. XXXII, 3. LXVI, 18. Je. II, 23. V, 7. VI, 7. VIII, 2.

E prava lectione & interpretatione LXX. Interpretum Patres magno conſenſu ſtatuebant Pſ. CX, 3. agi de Chriſti generatione ante ſecula, aut ex Virgine Maria.

Fabula de eorum 70. cellulis & inſpiratione, noſia valde fuit, ad Jer. LI, 49.

Scriptores Novi Teſtamenti nonnunquam allegant Septuaginta Interpretum verba, negotio ſuo apta, non tamen ideò interpretationem eorum ubique probant. Pſ. IV, 5. VIII, 3, 6. XL, 7. Argumentantur Rom. XI, 9. ex titulo Pſalmi malè intellecto Pſ. LXIX, 1, 10. Non ſemper probant verbis Veteris Teſt. ſuas propoſitiones, ſed ſolummodo exprimunt, Eſ. LXIV, 4.

Sepulcra Babylone, aut alibi in Oriente, fuiſſe videntur qualia erant in Ægypto. Eſ. XIV, 15.

Sepulturâ carere miſeram rem eſſe putabant Hebræi, Græci, Romani. Ec. VI, 3, 4. quos Philoſophi ridebant. Jer. VIII, 2. XXII, 19.

Serpentium dentes ſunt venenati non lingua, licet Scriptura linguam iis venenatam, ex vulgi opinione adſcribat. Pſ. CXL, 3. Vide *Vulgi opiniones*.

Servus Dei Eſ. XLII, 19. ordinem Sacerdotalem deſignat.

Servi Dei, pro Angelis Job. IV, 18.

Servorum vitam apud multas Gentes ex arbitrio heri pependiſſe Job. XXXI, 13.

Seſacha, per quam Babylon aut Numen ejus intelligitur, unde derivetur; argutiæque in hac voce Judaicæ, Je. XXV, 26. LI, 41.

Sibma orbs Moabitarum, Amorrhæorum, Iſraëlitarum, & rurſus Moabitarum Eſ. XVI, 8.

Sibyllæ & Pythiæ, æſtuationes & ardores verorum Prophetarum imitatæ fuiſſe videntur, ad Je. XX, 9

Sibyllæ carmina ſuppoſuit impoſtor aliquis ſemichriſtianus ſeculo ſecundo. Eſ. XI, 6.

Sicera qualis potus. Eſ. V, 11.

Sichor eſt Nilus, non Rhinocorura. Eſ. XXIII, 3. conf. Je. II, 18.

Siclus, dicitur eſſe *Sanctuarii* ſiclus, quia pondera ſervabantur in Templis Pr. XVI, 11.

Signa cœli non ſunt Aſtra, ſed Eclipſes Solis & Lunæ, Cometæ & Meteora. Je. X, 2.

Sinæorum terra eſt Nomus Peluſiacus. *Sin* Peluſium. ex Bocharto, Eſ. XLIX, 12.

Montes *Sionis* quinam ſint Pſ. CXXXIII, 3.

Sol anhelus ferri ad Ortum dicitur propter celeritatem motûs adparentis. Ec. I, 5.

Solarium, ſpatium apricum in ædibus vel ſupra ædes, Eſ. LIV, 12.

Solem Deus oriri vetat & *Stellas* obſignat, quo ſenſu? Job. IX, 7.

Solitudines inveniuntur, plerumque in confiniis regnorum Orientis, ne facilè invadi queant, ad Pſ. IX, 7.

Somnia vocantur inanes cogitationes ſomniis ſimiles, Ec. V, 2. 6.

Sortitiones quo modo apud Hebræos & Græcos fuerint factæ Pr. XVI, 33. in eam rem adducuntur *Homerus*, *Pauſanias* & *Plautus*.

Sortibus Deus ſingulari ratione præeſt. Pr. XVI, 33. Commendantur de *Sortitionibus* libri *Joan. Barbeiraci*.

Specularia, laminæ è lapide pellucido Eſ. LIV, 12.

De *Speculis* editis, In quibus homines certi collocabantur qui ignibus aut voce ſignificarent ſi quid ſciri intereſſet, non pauca ex auctoribus profanis adferuntur ad Eſ. XXI, 5.

Spes dicitur id quod ſpem excitat. Job. VIII, 13.

Spiritus Dei, pro, *ſpirituali ejus natura* Pſ. CXXXIX, 7.

Spiritus & adflatus Omnipotentis Job. XXXII, 8. non eſt Spiritus Propheticus, ſed auxilium tamen divinæ Providentiæ.

Frigidus *Spiritu* eſt qui non facile irâ accenditur, idem eſt, Pretioſus *Spiritu*. Pr. XVII, 27.

Spiritus

Digitized by Google

Spiritus pro adſectione animi ſæpe, ut Spiritus ſapientiæ pro peritia artium &c. Pſ. LI, 12. 13.
Spiritus, pro Superbia Pſ. LXXVI, 13.
Spiritus Ir. I, 23. ſunt verba quæ formantur ſpiritu è ſaucibus per os emiſſo. Unde *Spiritus labiorum & oris Dei* Eſ. XI, 4. Pſ. XXXIII, 6.
A Sponſionibus dehortatur Salomo & auctores profani, ad Pr. VI, 1. 2.
Sponſores complodebant manu ſua manum ejus apud quem ſpondebant. Job. XVII, 3.
Spuere coram aliquo eſt contemptus indicium Job XXX, 10.
Roberti Stephani Phraſes Hebraïcæ commendantur, ad Jer. XLIV, 11.
Strabo emendatur ad Eſ. XVIII, 2.
Stringere ſagittam, eſt depromere ex pharetra Job XX, 25.
De *Struthione* multa obſervantur ad Job. XXXIX, 13—18.
Stultitiam extollere, eſt, omnibus conſpicuam reddere Pr. XIV, 29.
Suach Idumææ aut Arabiæ locus Job. II, 13.
Subſannare fruſtum panis, quid? Pſ. XXXV, 16.
SUBSTANTIVA duo Synonyma ſignificationem intendunt. Job. XXX, 3. Pſ. XL, 3. LI, 21. LV, 24. Conf. LXXVIII, 49. Pr. VIII, 13. Eſ. III, 1. Idem faciunt Adjectiva duo, & multo magis ſi trina ſit ejusdem vocis repetitio. Eſ. VI, 3.
Succhothærum Vallis ubi fuerit ſita Pſ. LX, 8.
Suffimentorum pretioſorum ingenti copia in Triumphis & exceptione Principum, uſitatorum, exempla adſeruntur ad Ca. III, 6.
Suidæ Verſio in Ἀλῶν corrigitur ad Pſ. XLV, 9.
Superbiæ deſcriptio Pr. XXX, 13. quâ uſi ſunt etiam Græci ac Latini.
SUPPLEMENTA neceſſaria, ſunt interdum Textui Scripturæ S. infarcienda. Job. III, 19. IV, 7. Conf. *Hebræum Textum* &c. ſub litera H.
Supplendum quandoque alterum orationis membrum Job. XIV, 11.
Surculus pro poſteritate Job. XV, 30. 32.
Surgere in Hebraica lingua ſæpe abundat, ſed non ſemper Job. I, 20.
De *Sycomoro* ad Pſ. LXXVIII, 47.
SYMMACHUS Interpres Scripturæ laudatur frequenter. ex gr. Job. I, 3. VI, 9. VII, 6. 18. VIII, 14. Pſ. II, 2. VIII, 3. XII, 9. XIII, 3. Pr. I, 3. 19. 23. 24. Eſ. V, 8. XXXII, 2.
Reprehenditur. Job. III, 9. V, 7. VII, 15. IX, 5. 13. 35. XII, 20. XIII, 4. 11. XVI, 5. 7. 8. XVIII, 13. XIX, 20. XX, 10. 20. XXI, 2. 30. XXII, 6. & alibi paſſim, in ſequentibus quoque libris, ex gr. Pſal. XXIV, 7.
In *Symmachi* verſione gloſſema Job. IV, 12.
Symmachus aliter legebat aut legendum exiſtimabat in Hebræo. Job. XII, 2. XV. 20. 22. XIX, 28. XXIX, 4. 25. XXXII, 2. XXXVII, 11. Pſ VIII, 1. IX, 21. XVI, 1. 2. 4. XXII, 30. XXXIII, 7. XXXV, 15. 16. XLV, 1. 3. XLVII, 4. LVI, 1. 9. LXV, 13. LXVI, 12. LXXI, 21. LXXIII, 4. LXXIV, 5. LXXXV, 14. XC, 10. CX, 3. CXXIX, 3. CXXXI, 2. CXL, 9. Pr. IV, 21. XII, 9. XXI, 6. 12. XXII, 19. XXVI, 26. Ec. XII, 5. Ca. I, 8. Eſ. (XI, 11. non malè) XV, 1. XXVIII, 13. XLII, 19. 21. XLVII, 3. LI, 18. LXVI, 11. 17. Je. VI, 18.
Symmachus omittit vocem Job. XXII, 24. omittit quod non intelligit Pſ. LXI, 8. LXXXVIII, 16.
Symmachus vertit ex conjectura Jo. XVI, 4. Pſ. XXXV, 16. XLII, 2. LXXIII, 6. 21. LXXXIX, 8. CXXII, 7.
Senſum exprimit, verborum Textûs rationem non habens Pſ. LVI, 9.
Adludit ad vocis Hebraicæ ſonum Græcâ ſimili adhibitâ. Pſ. LXXIII, 8.
Ratio Verſionis ejus ignota Pſ. XXXV, 12. Pſ. XLII, 5. quoad vocem διαβεβαρυθήσομαι, LVII, 1. LXII, 4. LXVIII, 32. LXXIX, 1. Ec. XI, 3. XII, 5. 6. Eſ. IX, 6.
Symmachus emendatur. Job. XL, 3. Pſ. XXV, 14. LXXXIX, 20. XC, 14. CVI, 33. Pr. XI, 17. XXIII, 10. Ec. I, 2. VIII, 17. Eſ. XXVIII, 21. XLII, 19.
Symmachi interpretatio illuſtratur aut explicatur, Job. XXIX, 4. 25. XL, 25. Pſ. XVII, 14. XXXIV, 1. LXXI, 6. LXXII, 7. LXXVIII, 72. LXXX, 14. LXXXVIII, 17. LXXXIX, 8. 16. 40. XCII, 12. XCVI, 5. CXXII, 7. CXXIX, 6. CXXXI, 2. CXXXIX, 18. Pr. VIII, 11. XIX, 29. XXI, 9. 16. XXVI, 26. Eſ. XXXII, 3. Jer. XV, 12.
Symmachus ſequitur Aquilam. Pſ. LV, 23. XC, 12. Pſ. LXVIII, 34. LXXI, 21. LXXVIII, 50. LXXXI, 3. LXXXVIII, 11. XC, 2. 10. XCIV, 1. CIV, 24. 25. CXXXVIII, 1. CXXXIX, 11. 17. Pr. I, 19. 24. 32. & alibi quandoque.
Sequitur LXX. Interpretes Pſ. LXXV, 9. CIV, 1. 18. CVI, 17. 33. CXXIII, 4. CXXXVII, 6. Eſ. XII, 11.
Synagogæ Judæorum jam ante Captivitatem Babylonicam inſtitutæ, Pſ. LXXIV, 8.
Synonymorum coacervatio auget ſignificationem Eſ. XXIX, 4. Vide SUBSTANTIVA.
Syria latiſſimè patuit, ſed ſtrictiùs ſumitur Eſ. XVII, 3.
Syriaſmi in Pſ. CXVI, 7.
Syrus Interpres Scripturæ conjecturis indulget Job. XXI, 24. laudatur Jer. XII, 3. 5.

T.

TAciturnitas homini indocto laudi eſt, docto autem homini vitio vertitur. Pr. XVII, 28.
Tangere terminos aut limites, eſt eos movere Job. XXIV, 2.
Tegere pro adimere Job. XXXIII, 17.
Temerè viventes à *Salomone* & *Seneca* &c. caſtigantur. Ec. X, 15.
Templum Dei Pſ. XXIX, 9. non indicat Templum Jeroſolimitanum ſed Univerſitatem ipſam rerum.
Templum Dei duplex; totus mundus & mens humana, ſecundùm *Philonem* Judæum; ad Eſ. LXVI, 2.
Tempora antiquiora recentioribus meliora fuiſſe, ſtolide quidam Salomonis tempore, & poſtea Ethnici Chriſtianis infeſti, querebantur, in quam rem *Arnobius* & *P. Oroſius* adducuntur ad Ec. VII, 11.

Tempus quandoque breviſſimum dicitur, reſpectu nimirum Dei, non hominum, Pſ. XC, 4. Eſ XXIX, 17. LIV, 7.
Tenebrarum & lucis Viæ atque Domi. Vide *Lucis & tenebrarum* &c.
Tenebræ pro rebus adverſis. Job. XV, 23. XX 26. & alibi ſæpe.
Tentyritæ Ægyptii perſequebantur & ſuperabant Crocodilos. Job. XL, 25, 27. XLI, 4
Terentius illuſtratur bis, ad Pſ. LXXIII, 1.
Terra quomodo ſit fundata *ſuper aquas & maria* Pſ. XXIV, 2. CXXXVI, 6. Confer *Fundavit.*
Terra quo ſenſu è loco ſuo *dimoveri* dicatur. Job. IX, 6.
Terram Veteres rotundam eſſe putabant & circa eam Solem ſtellasque moveri, quamvis nondum ſcirent dari Antipodas. Job. XXVI 7. eamque mari undique cinctam, & uni Hemiſphærio culto Solem illucere exiſtimabant verſ. 10.
Terra à veteribus comparabatur cum *funda.* Job. XI, 9.
Terræ motuum effectus Pſ. CVII, 35.
Teſtimonium Jehovæ vocatur Lex ejus, ad quam obſervandam Iſraelem *obteſtatus* eſt. Pſalm. XIX, 8
Thabor mons, Jer. XLVI, 18.
Thachpanches, Daphnæ Peluſiæ. Je. II, 16.
Thales terram ſuper aquam natare ſicut navem exiſtimavit. Pſ. XXIV, 2.
De *Tharſiſia* Eſ. XXIII, 1, 5, 10. LXVI, 19.
Thekoa Je. VI, 1.
Thema Job. VI, 19. an idem ſit quod *Theman* incertum eſt. Confer tamen dicta ad Eſa. XXXI, 14.
Theman, Arabia felix aut Idumæa. Job. II, 11.
Theman pars Idumææ. Synecdochicè tota Idumæa. Abdiæ verſ. 9. Conf. Jer. XLIX, 7.
Theodorus Heracleota poſtea Epiſcopus Mopſueſtiæ, notatur Pſ. I, 2. XXXIV, 1. XL. 7. & ſimul hic emendatur ſi in Corderii Catena ἄλλως pro ἄλλο legendum. Pſ. LVIII 4. Emendatur & laudatur Pſ. LXIX, 5. laudatur verſ. 10 Notatur Pſ. CV, 16. dicit Pſ. CIX, non eſſe imprecationes ſed futurorum declarationes.
THEODOTION Scripturæ Interpres notatur. Job. XII, 23. XIII, 27. XIV, 19. XVIII, 13. XXI, 30. Pſ. LXXIV, 14.
Theodotion laudatur. Job XV, 20. XIX, 29. XXII, 11. XXX, 1. Pſ VII, 7. VIII, 1. XVII. 5 XXV, 3. XXXV, 3. XLV, 13. LXV, 8. LXXIV. 8 13. (ſimul & notatur 8.) LXXVII, 11. LXXX, 12. XCII, 15. XCIV, 1. CIV, 24. CXIX, 120. Pr. I, 19. & alibi.
Theodotion aliter in Hebræo legit Jo. IX, 15. XIII, 27. XX, 25. Pſ. XXII 30 XLV 1. XLVII, 10. LXIII, 2. LXXIV, 5. CXIX, 33. CXL, 10. Pr. IV, 21. XIII, 17. XIX, 19 XXV, 11. Eſa. XIV, 32. XXXII, 2. LXVI, 17. Je. XV, 12. Abd. verſ. 21.
Ratio verſionis ejus ignota Pr. XVI, 26. Eſ. IX, 16.
Sequitur Aquilam Pſ. LV. 9. LXVIII, 17 LXXIV 4. LXXXVI, 4. XCIV, 1. CIV, 24, 25. CXIX, 20, 33, 122. CXXX, 4. CXXXI, 2. & alibi nonnumquam, ex. gr. Pr. VIII, 27. Ca I, 6.
Sequitur Symmachum Pſ. XCII, 12, 15. XCIV, 1. CXXIV, 5. CXXXI, 1. CXL, 11. CXLI, 8 Pr. I, 25.
Aquilam & Symmachum Pr. I, 19 24 VII 18.
LXX. Interpretes. Pſ. CIV, 18. CVII, 29. CXXIX, 6. CXXXVII, 6 CXL, 10.
Emendatur Pſ. XXV. 14. CXIX, 20. Eſ. XXVIII, 21. Je VI, 2.
Illuſtratur Pſ. LXXXVI, 4. XCII, 12 CXXIX 6. CXXX, 4. Pr. XXI, 9. Eſ. XXVIII 13.
Theologiæ inanis Phœnicum & Chaldæorum fragmenta apud Euſebium & Th. Stanlejum. Ad Je. X, 8.
Theophraſtus notatur ad Pr. XXV, 23.
Theſauri Dei ex quibus ventos educit, eſt univerſus *aër* Pſ CXXXV, 7
Thophteth, vide Je. VII, 31. XXXI. 40.
Tibareni vel Chalybes, populus Aſiæ minoris ad Pontum Euxinum. Eſ. LXVI, 19 Je. XV, 12.
Timor Jehovæ mundus eſt, id eſt, homo qui timet Jehovam Pſ. XIX. 10.
Tineæ inſtar ædificare eſt domus caducas erigere Job. XXVII, 18
Coram tinea conteri, id eſt conteri ſi vel tinea adgrediatur Job. IV, 19
Toto corde ſervare Legem, quid eſt? Pſ. CXIX 34. 145.
Trabæ & Tribulæ deſcriptio, Eſ. XLI, 15.
Tſalmon mons Batanææ. Pſ. LXVIII, 15.
De *Tſobar* urbe, ad Eſ. XV, 5.
Tribus Ægypti. Eſ. XIX, 13 ſunt Nomi.
S. Trinitatis dogma non ſatis firmiter, judice Joan. Calvino, probatur trinâ vocis *Sanctus*, repetitione Eſ. VI, 3.
De Troglodytis, ad Pſ. LXXIV, 14.
Typus Chriſti non continuò dicendus eſt ille qui nonnulla habuit Chriſto ſimilia; ad Eſ. XLII, 1.
Tyri hiſtoriam ſpectantia non pauca adferuntur ad Eſ. XXIII
Tyriorum Annales, quos Menander Epheſius in Græcam linguam transtulit ſunt ſuſpecti, aut ipſe Menander imperitiæ vel malæ fidei, ad Eſ. XXIII, 1.

V.

VAcillantes pede id eſt incidentes in calamitates Job. XII, 5.
Vallis Salicum dicitur Babylonis regio. Eſa. XV, 7.
Vaticinia, vide *Chriſtus*, *Prophetiæ*.
Franc. Vatablus notatur ad Pſ. XXV, 14. LXV 10. rejicitur Je. XXXVI, 23.
Franc. Vavaſſor refutatur. Job. V, 9.
Venti Theſaurus, Je. X, 13. Pſalm CXXXV, 7.
Vento implere ventrem, pro, paſcere animum ſuum inanibus rationibus. Job. XV, 2.
Venti iidem, cur hîc ſint ſereni, alibi nubili & pluvii, vide ad Pr. XXV, 23.
Venti urentes in regionibus Orientalibus Job. XXXI, 12. à *Plinio* memorati. Vide *Orientalis Ventus.*
Ventos antiqui quatuor, alii poſtea duodecim conſtituebant Pr. XXV, 23
Ventris penetralia pro Intimis animi receſſibus. Pr. XVIII, 8. XX, 27, 30.

VER-

Digitized by Google

VERBUM unum cum variis nominibus conjungitur apud Hebræos, quorum uni dumtaxat convenit. Job. X, 12. Vide Pentateuchum in voce *Verbum* & *Videre*.

Verbum dictum ſuper rotis ſuis Pr. XXV, 11. unde hæc Metaphora nata? ibid.

Verbum bonum eructatum Pſ. XLV, 2. poteſt verti *res bona*. Qui hîc Deum Patrem loqui volunt & illud Verbum de Ratione divina ſeu Verbo intelligunt, non probantur *Baſilio*.

Verba Sancti id eſt revelationes Dei quædam videntur fuiſſe apud Arabas Job. VI, 10. Conſ. XXIII, 12. ut & XXIX, 4. Vide tamen C. XXXIII, 15, 23.

Verbum, pro revelatione Prophetica Pſ. LXXVII 9. CV, 19 aut promiſſione, ut paſſim ſumitur Pſ. CXIX. vide verſ. 81, 107. XXXIII, 4. LVI. 11. CV, 42.

Verbum Jehovæ Pſ. XXXIII, 6. eſt ejus *imperium* ſeu *voluntas*, & *Spiritus ejus* eſt circumlocutio Verbi.

Veritas Dei ſunt Leges Dei Pſ. XXVI, 3. & alibi.

Via vitæ ſurſum tendit homini ſapienti Pr. XV 24. ut nempe quàm diutiſſime ſit apud ſuperos, nempe in *terra* oppoſitâ ei quæ vocatur *terra inferior*, id eſt ſepulcrum Ezech. XXVI 20. &c.

Via pro *vita*. Perire in via Pſ. II, 12. & abſumi aut adfligi in via Pſ. CII, 24. quid ſit?

Victimæ juſtitiæ, quæ non offeruntur pro peccato, ſed ſunt Salutaria Sacra. Pſ. IV, 6. LI. ult.

Victimæ vociferationis ſunt Sacra Euchariſtica. Pſ. XXVII, 6.

Victimis Deum placari etiam Ethnici exiſtimabant, ſi agnoſceretur peccatum, ejusque venia à Deo peteretur Job. I, 5.

Videre pro experiri, ſic dicitur videre *corruptionem*, *foveam*, *mortem*. *famem*, *ſomnum*. Pſ. XLIX, 10. & alia LXXI, 20.

Videre Sapientiam eſt eam poſſidere, ut *videre bonum*, Ec. I, 16. II, 1. III, 13. *Videre lucem*, id eſt frui rebus ſecundis Eſ. IX, 2.

Vigilare quotidie *ad fores* Sapientiæ Pr. VIII, 34 unde hoc loquendi genus?

Vindicta aut Ultio, licita vulgò putabatur ſub Vetere Teſtam. vetita Chriſtianis. Pſ. XLI, 11.

Domus vini, pro משתה ſive cœnaculo convivii Ca. II. 4

Virgilius illuſtratur & *Servius* rejicitur, ad Pſ. LXXIII, 1.

Vir Linguæ Pſ. CXL. 12. eſt calumniator.

Virtutis præſtantia, Pr. III, 14. 15. à *Salomone* & *Cicerone* celebrata.

Virtutes hominum pleræque non ſunt virtutes niſi deterioribus conferantur. Pſ. XXVI, 1.

Virtutis & Sapientiæ Viæ ſunt amœnæ, Vitiorum horridæ & aſperæ, teſte *Salomone* Pr. III, 17. & *Seneca* ibid. adlegato.

Vitæ terminus non eſt homini ita præfinitus ut produci & contrahi nequeat. Job. XIV, 5. XXI, 21. Pſ. XXXIX, 6.

In Vitam revocare, eſt periculo mortis eripere. Pſ. LXXI, 20.

Unus Vir, pro Homo quidam 1. Sam. I. 1. ad Job. I, 1.

Vivere dicitur *animus in perpetuum* Pſ. XXII, 27. id eſt perpetua hilaritate frui. Pſ. LXIX, 33.

Vocare vel invocare *eraditionem*, quid ſit? Pr. II, 3.

VOCES inverſæ aut à Librariis loco motæ Job. IV, 6. XV, 14.

Iſaacus Voſſius notatur, ad Je. XXX, 18.

In *una matrice* nos Deus formavit; *unâ* ſpecie non numero Job. XXXI, 15.

Uphaz, ubi ille locus fuerit, vide ad Jer. X, 9.

Uranta, Luna Job. XXXI, 26.

Ab utero idem eſt quod *à pueritia* Job. XXXI, 18. Pſ. LVIII, 4. Conſ. adlata ad Pſalm. LI, 7.

Ab utero id eſt ab initiis Reip. Populi Hebræi. Eſ. XLVIII, 8.

Uterus meus, id eſt uterus ex quo prodii Job. III, 10.

Uterus Jobi vocatur uterus ancillarum ejus Servis ejus collocatarum Jo. XIX, 17. Aliàs *uterus tuus* idem eſt ac uterus uxorum tuarum, in Deut. *Uterus*, abſolutè, ſumitur pro matre, Job. XXIV, 20. *Uterus Davidis* fuit uterus conjugis ejus. Pſ. CXXX, 11.

Utres novi, qui recens vino novo impleti ſunt. Job. XXXII, 19.

Utres cœli vocantur figuratè nubes Job. XXXVIII, 37.

VULGATUS interpres additionem habet in Hebræo non extantem Job. I, 21. Pſ. XLV 12. Prov. XV. 27.

Refellitur. Job III, 9. V, 7. male vertit V, 12. VI, 4, 10, 29. VII, 4. VIII, 16, 17. IX, 21, 23, 27, 28. X, 1, 8, 17, 21. XI, 6. XII, 19, 20, 21, 24. XIII, 1, 9, 21. 12. XIV, 6, 13. XV, 3, 7, 10, 21, 24, 26. XVI, XVI, 3, 9, 10, 13, 21. XVII, 1, 3, 16. XVIII, 13, 15. XIX, 27. XX, 2. XXI, 4, 21, 28. & alibi paſſim in his Libris.

Paraphraſi utitur Job. XXX, 8. (recedit à verbis ubi nihil opus eſt, & mordicus iis adhæret ubi ab iis recedere oportuit. Pr. XIII, 4.) Pr. XXIX, 1.

Vertit ex conjectura Job. VII, 5. XIV, 19. XV, 24. XIX, 3. XXII, 25. XXIV, 12. Pr. IV, 26

Inconſtans eſt in vertendo Pr. XXX, 26.

Ratio ejus verſionis dari nequit. Pr. XVII, 8. XVIII, 8. XXI, 7. Ec. II, 25.

Vulgatus adſumenta habet. Pr. XXII, 9. Ca I, 4.

Significationes variarum Conjugationum Hebr. non ſatis tenebat Ec. I, 16.

Vulgatus omittit voces Job. XI, 13. XII, 5. Ec XII, 9. Eſ. III, 18.

Vulgatus corrigitur Job. VII, 3. Pr. XXVIII, XXV, 25. XXXI, 3 Jer. XXIII, 6.

Vulgatus illuſtratur. Pr. XXIX, 18.

Vulgatus laudatur Job. VII, 4. X, 8, 13. XI, 15. XV. 23, 25, 30. 31. XVI, 12, 15. XIX, 15. XX, 29. XXI, 22. XXX, 9, 14 XXXIV, 14. & alibi non rarò, ut Pr. I, 18. VIII, 22. Je. II, 36.

Vulgatus aliter in Hebræo legit. Job. XV, 22. XIX, 28. XX, 4. 23. XXIV, 13. Pſa. II, 9. Pr. VI, 3. VIII, 2. XII, 28. XXVI 26. XXVIII, 17. XXX, 24, 31. XXXI 30. Ec. VII, 8. Ca. I, 2, 4. 10. Eſ. XXI 9. XXVI. 3. XLV, 1. LI, 23. LXI, 8. Je. II, 36. V, 28. VI, 28. XIV, 19 XVII, 8, 9. non malè XXII, 23. aliter XXXIII, 33. Abdiæ verſ. 3.

Vulgatus ſæpe Aquilam ſequitur ex. gr. Job.

X, 2. Sic VII, 15. XXXVII, 4. Pr. I, 22, 23. XXIX, 18.
Vulgatus Symmachum ſequitur Job. VII, 18. VIII, 20. IX, 5. XII, 17. XVI, 2, 5, 8. XXIX, ult. XXXVII, 3, 4. XXXVIII 37. Pſ. XXXII, 5. Pr. VIII, 35. XXV. 11.
Vulgatus ſequitur LXX Interpretes *Job.* VII. 4. VIII. 17. XII, 8, 19. XIII, 25 XIV, 17. XXV. 5. XXVI, 9 XXXIV, 30. XXXVI, 8. XXXIX, 5, 8, 25. Pſal. II, ult. XXXII, 9. XLI, 10. LXI, 3. LXXI, 6. CXIV, 8. *Pr.* I, 9. XVIII, 17, 19 & alibi quandoque, ut Jer. XLVIII, 6.
Vulgatus ſequitur Aquilam & Symmachum Job. VIII, 14.
LXX Interpretes & Symmachum Pſ. CXXX, 4.
Aquilam, Symmachum & Theodotionem. Pr. I, 24. VII, 18.
Vulgi opiniones falſæ aut incertæ multa genera loquendi pepererunt. Pſ. LVIII, 5. 6. CXX, 4. CXL, 3. Ec. X, 11. Ca. I, 15. Eſ. XXIX, 4.

X.

XYlander notatur ad Eſ. XLI, 1.

Z.

Z*Imri* aut Zimræi populus ad ortum Tigridis, ubi erant urbes Zarama & Zaranis Je. XXV, 25.
Zonam laxare, eſt remittere ſeu minuere fortitudinem Job. XII, 21.
Zωνὴ cingulum exterius thoraci impoſitum, ad Job. XII, 18.

TYPO-

TYPOGRAPHORUM MONITUM

AD

LECTOREM,

De erratis in utroque Volumine commiſſis, & correctionibus factis.

OCcurrent tibi, Lector benevole, volumina iſta, præſertim poſterius, perlegenti, errores ſanè non pauci, nobis tamen neutiquam imputandi. Convenerat enim inter nos & Auctorem Celeberrimum, ut is Correctionem ſpeciminum Typographicorum in ſe ſuſciperet atque dirigeret. Succeſſu autem temporis adparuit, eum vigore conſueto, partim per morbum, partim provectam ætatem & aſſiduos labores, deſtitutum, ſpecimina Typographica revidere, mendaque in iis commiſſa corrigere non potuiſſe. Quo factum eſt, ut tam in Verſione, quam Paraphraſi & Commentario, nobis inſciis, tot errata permanſerint. Auctoris viribus magis magisque debilitatis, adbibitus eſt à nobis Corrector, qui curam gereret Verſionis Ezekielis, reliquorumque Prophetarum imprimendæ; qui etiam Indices Vocum Hebraicarum, & Rerum ac Phraſium memorabilium (hic inſertos) conficeret, & errata utriuſque Voluminis notabiliora notaret. Si per divinam gratiam Celeberrimo Auctori licuiſſet diutius priſtino vigore frui, ultimamque manum toti Operi imponere, dubio procul multo emendatius prodiiſſet; Hoc quidem optandum, verum non expectandum erat. Ergo hæc, non ſine dolore noſtro, prout impreſſa ſunt, in lucem edere cogimur. Iſta autem errata non efficient, ut utrumque volumen, quod emittimus, deſpicatui habeatur. Habes enim, Lector, & ipſe agnoſces ubique in utroque Volumine, imprimis verò Hagiographorum, eumdem quem antea Clericum, id eſt ſummi ingenii atque acuminis, multifariæ, vaſtæ, reconditæ, exquiſitæ Doctrinæ Virum; ejusque etiam hæc poſtrema duo Volumina te non pœnitebit evolviſſe atque perluſtraſſe. Sed de hiſce ſatis. En præcipuorum erratorum correctionem (exceptis nonnullis quæ ab Auctore ſolo corrigi poſſent); Cætera eruditus Lector facile emendabit.

Digitized by Google

ERRATA ITA CORRIGENDA:

In Verſione Textûs uumerus primus *paginam*, ſecundus & reliqui *lineam* deſignant;
In Paraphraſi autem & Commentario numerus ſecundus *columnam*, tertius
& reliqui *lineam* indicant.

In Verſione Textûs HAGIOGRAPHORUM.

Pag. 61. 4. *lege* Euro implebit. 133, 9. & adflatus 172, 4. ut meta. *Sed in Commentario ponit Auctor* in catillus. 190, 2. exaudivit. Selah. 218, 8. & munus 236, 3. cinxerum 254, 1. *dele*, prædicat 274, 2. at impiorum poſteritas *ibid.* 5. ejus in animo eſt, *ibid.* 13. eorum ara in 176, 1. miratus inceſſi; *ibid.* penult. Deus me, 272, 1. quid exſpectavi, 116, 4. faciem tuam 161, 7 oculi mei, 368, 7. Jehovâ, nec 461, 2. *alios*, ac judicium exercuit; *ibid.* ult. terra polluta eſt, 464. ult. verbum ſuum 466, 6, 7. Si mi-nuti — & dolore, 473, 1. *ſic* tibi 103 488, antep. in via tuit 527, 1. caprea è manu 568, penult. inſtitutionis *patria* 583, 8. *vera* integra 626, 1. requieſcet. 621, 1. occideret. 632, 3. in porta 659. 6. penuriam ſibi eſſe obventuram. 706, 2. tritum & caſſium. 714, 6. 7. ut emittat pretioſum unguentum unguentarii,

In Paraphraſi HAGIOGRAPHORUM.

Pag 140, 1. 4. *lege* præbe, Jobe. 161, 2. 6. imponitu 211, 2. 1. nec quidquam eſt 241, 2. 2. eum boneſtabis 250, 2. 11. eò in locò 257, 2. penult. remuneras! Quænam 260, 2. 7. eos qui imitantur 261, 2. ult. eorum ſtellæ è nihilo 262, 1. 2. 9. Creatorem ſolit, 272, 1. 2. Itam tuam *ibid.* 2. 4. arma iniqua adhibent, 273, 1. 1 6. *tranſpoſita ſunt verba, ergo lege*: videbunt ſine pudore ſuos, non in penuria eibi, nec non habebunt quo ſuſtentatem ſe. 274, 1. 4 nec poſteritate *ibid.* antepen. non relinquet *ibid.* 2. 6. 8. ſi obſervaveris — cum videbis 275, 1. 1. quod eſt commemorandum 276, 1. 1. 2. veluti ætatem fui; — quo laboro, ardem, *ibid.* lin. 4. *a fine*, lormici mihi inſidiari *ibid.* col. 2. antepen. neve tu: me te amoveas. 278, 2. 3. & manare 280, 1. 2 Quam ejus 186, 1 2. feſtos dies celebrem 295, 2. 4. & 296, 1. 1. gaudium, præ oleo aliorum Regum, creabis iis qui tibi parebunt. 107, 2. 1. 2. circumdederim, timerem? 308, 2. 1. depaſcitur, dominabuntur iis recti matutino 320, 2. 6. qui te obſederint 327, 2. 1. ac eò tendunt 336, 1. 8. cogentur potius 340, 2. 2 3. dies meos, perque unam & alteram ætatem, vitam meam producet. 342, 2. 6. Ad homines quod 344, 2. 6. 7. deſcendent ante 310, 2. 3. paſcua deſerti, pluviis madefacta, majorem copiam fœni proferunt. 354, 1. 1. & mane ingreſſi. tandem 360, 2. 6. habebam, ſequebamur. 164, 1, 7. quo ſe tueantur 368, 2, 7. incultæ erant, & poſſidebuntur ab 390, 2. antepen. & mecum reputavi, 8. annon 391, 1, 4. miſericordiæ ſuæ *ibid.* 2, 11. undiatexerunt, 393, 2, 4. æſtum Solis minueret, 399. 1, 6. edormivit exclamatque, 402, 2, 6. prius loco, 413, 1. ult. diem obſervare, quam 419, 1. ult. vivat, videor 420, 1. 2. vitâ functi reſurgunt, 424, 2, 6. plagit ab iis 419, 1, 3. *dele* ſuperbia. *& lege*: ſunt labor & inanitas 412, 2. ult. facturus ſum, ut 444, 1, 4. & col. 2, 1. peccatis eorum, & aliorum iiſdem intercedentibus, ignoſcebas, ac eorum miſereſcebaris. *ibid.* 2, penult. beneficua in perpetuum, 411, 2, 6, 7. veluti ceſſiures 460, 1, ult. placavit, ne 471, hoc non eſſe à manu mea, ſed à te,

In Commentario ſuper HAGIOGRAPHA.

Pag. 4, 1, 26. *à fine*, *lege*, veri Dei *ibid* 2, 21. *à fine*, ut & in 7, 2, 3. Nam quamvis 13, 2, 12, *à fine*, hic vertunt 16, 2, 4 *à fine*, injuriæ ager, 22, 2, 15, 16. *à fine*, invitentem ætatem — & iogenia 26, 2, 21, 20 *à fine*, inviſit, deſignat. Probabilius hoc eſſet ſi תימן *Theman* hic legerent. 18, 2, 17. & 16. *à fine*, nam quod habet, oportet ut Hebraicè dicatur 51, 1, 11. *à fine*, in cœlum immenſa, 59, 2, 23. *aut laudibus digna* 61, 1, 10. *Euro implebit* 67, 1, 18. gladium, צופה tſopheh. Chaldæus 92, 2, 6, 7. *à fine*, ſitos iter feciſſent 107, 2, 21. ipſe textus Hebr. 111, 1, 21. à fine. *lapis fuſus* 122, 1, 2. terrorum *ibid.* 1, 19 quodvis oſſium 121, 2. 11, 17. nôrit 136, 2, 20. poſtquam 116, 2, 3. *à fine*, circumacta 117, 1, 7. *à fine*, cheſil, Oriona. Sic *ibid.* 1. 5. *à fine* φαγχμὸν Ὠρίωνος 169, 1, 19 בכה 171, 8, 1. *à fine*, Crocodilo pellem, 171, 1, 9. ut mola ſuperior 181, 2, 9. Chriſtianorum. Semel 230, 1, 13. errore labi 233, 1. 19. à fine, *vixiſſe* dicitur *ibid.* 1, 16 *à fine*, & infra 219, 2, 19. à fine. *indigebo* 241, 1, 23. *nihil eſſe ſe præter* 241, 2. 12. verba adiendantur 245, 1. 4. ſuperioris versûs 252, 1, 4. voluot Reges 275, 1, 4. & à LXX. 279, 1, 10. *à fine*, Verbum שאה *ſchaah* tam eſt *vaſtari*, *ibid.* 2, 9. *à fine*; hoſtes fugientem 280, 1, 7. copiis ſuis 287, 2, 29. *à fine*, locum vocavi, 290, 1, 8, 11. ג׳ל *pro* צ׳ל *legendum* 293, 1, 1, rejectis, ut 294, 1, 23. *à fine*, LXX. Intt. *καὶ ἐν τοῖς*, *ibid.* 1, 11. *à fine*. quia qui *ibid.* 2, 17. *à fine*, per quam nigem 296, 1, 10. olei ejuſmodi 301, 1. 7. 8. amoturus, ut veri ſortis vel *ibid.* 1, 21. *à fine*, cui rei 303, 2, 9. *eſt in* 301, 1, 20. adagionis, facile occultæ 307, 2. 14. *à fine*, inſtantem cujuſpiam amoveat 312, 2, 6. religioſus, תורה *ibid.* 1, 12. à fine, *dum eo*, te 314, 1, 6. Matth. VI, 12. *ibid.* 2, 21. culpâ ignotam; 315, 1, 9. æra ſunt 316, 1, 21. hyſſopo aut ullo 317, 2, 13. *Sacrificium Dei*] Quo, *ibid.* 2, 16. *à fine*, plus eſt *contere*. 323, 1, 19 à נוד, ſtatueremus ſubintelligendam eſſe particulam כ, legendumque כנדד *ſicut vagari facta* i. e. ſicut pulſa avis; vide Pſal. XI. 328, 2, 21. ita impelleret, 330, 2, 3. in *immortales*, 332, 2, 22. cujus alterum 337, 2, 1. *ſapiente*. 339, 2, 4. ei male *ibid.* 1, 16. *à fine*, utut deeſſe 341, 2, 10. à fine, *ad videndam* 347, 1, 21. quæ (interpretationes) vix cuiquam 348, 2, 26. Sed loco voculæ 349, 2, 26. pro רַבַּת *rabbath* poſuit רַבּוֹת *rabboth*, quamvis 356, 2, 10. ab eis 337, 2, 27, *à fine*, dividebant Moabitas 358, 1, 11. *à fine*. nam ſic *ibid.* 2, 22. id nomen 359, 1, 29. *à fine*, & ו antè 366, 2, ult. at non quaſi 367, 1, 16. ſedentes ad menſam 372, 2, 1. eum, quia de hoſtibus 376. 1, 4 & 1. *à fine*, cum propagatione conſervetur genus, Interpretes 377, 2, 5. *ad me*, *parum abſuit* 380, 2, 13. non fuiſſe, putantes quod 391, 2. antep. nonnullas aliàs 400, 1, 13. temporum, quibus 401. 1 5. *à fine*. Hebræis abiata 404, 2, 12, 2 fine, *Ptolemæus*, & idem dixit *ἰσημερία τῇ ἐπιγραφομένῃ* æquinoctium obſervatum ab Hipparcho. *Thucydides.* 403, 1, 2. *συνέπεσεν ἐν ἰσημερίᾳ, ἐν ᾗ* *ibid.* 1, 25. aliàs etiam extra Sabbathi 406, 2, 17. non voluit mihi, 414, 1. 10. à vicinis 421, 2, 18. *à fine*, ut Lam IV, 11. 424, 1, 13. *à fine*, & pater 434, 1, 4, 5. בלול בשמן *baloul beſchemen* — permiſtum, vel perfuſum, 416, 2, 4. *à fine*, Hæc omnia 457, 1, 1. adducere poterant. 465, 2, 2. ויגון *vejagon*. *ibid.* 2, 5. יגה *jagah* 481, 2, 29. lapides non poterat 108, 2, 88. delato, creſcit 518, 3, 12. *à fine*, candidæ lanæ candit. 541, 1, 11. poſſum prædicare. 549, 2, 19. eos eſſent 362, 1, 1. ſeque & 565, 2, 17. legi *dudaim*, 567, 1, 22. eſt. formicas, licet 569, 2, 5. ac ila, 578, 2, 26. omnia eſſe de 581, 2, 18. 19. ceteraque retiam mediæ 589, 8, 12. ישוב *jaſchoub*, ſed legitur ישיב *jaſchib*. 618, 2, 6. *à fine* חתת bhatath 618, 1, 14. *à fine*. conculcatarum, 620, 1, 19. à fine, *eum*, ut LXX. 612, 1, 6, 8. *à fine*, inſpecta, — nota, 624, 1, 22, 28. *à fine*, vel *aratio* 631, 2. antep. & legitur יַבֵּל quaſi *ibid.* 2, 17. pareant operæ, 632, 2, 10. *defraudare*. LXX. 642, 2, 17. *à fine*, eſt, ejus 644, 1. pen. & ult. lin ſenſum ſequuti ſumus, 648, 1. 21. *à fine*, æquè ſapienter. *ibid.* 1, 23, 22 *à fine*, exſpectes; *ibid.* 2, 10. Hieronymus: *Sicut qui* 611, 2, 16 *à fine*, & ovium id eſt ſpolium; 619, 1, 22. *à fine*, non probat, eum adſequitur: *ibid.* 2, 14 *à fine* legiſſe hic eos חמור *khamod*. 663, 2. penult. nullos Prophetas 661, 2, 11 *à fine*, Non intelligit *ibid.* 2, 8, à fine, *dele* quale, *& lege*: Numen, quo ejus natura explicetur, nullum eſt; 710, 2, 22 Bruto, qui 718, 2, 11. ejuſmodi delicti 727, 2, 16. Aut legendum 781, 1. penult. ſic verterunt, 787, 2, 22. non *tendere* *ibid.* 2, 24. ſerando autem 742, 2, 8 (ſpectatæ) virtutis

In Verſione Textûs PROPHETARUM.

Pag 5, 2. *lege*: eam neque 17, ult. cùm vit 22, 2. in prælio 49, 6. qui priore tempore anxius propterea 31, 2. & veſtis 14, 8, 4. Eum, qui beatum prædicent populum hunc fallentes, & qui 16, 4. ne incurvemini *ibid* 8. exponatur conculcationi 58, ult aut terræ. 19, 2. eſſet lignum *ibid.* 6. Carmeli, ab anima uſque ad carnem. 60, 2. non perget amplius 62, 1. in via Ægypti. 63, 4. adiende Luna, 71, 1. gladio cadet. 73, 1. & ſedebo. 84, 1. Clamabit Cheſbon & Ibale 87, 1. noctis inſtar 91, ult. opera manuum 99, 2. expelletur *humor* 113, 2 *Imitatores* 131, 1. mortui tui, 138, 1. quem inſtituerat 151, antep. Erit verò vobis *ibid.* penult. ignominiæ. 119, ult. & fornax 161, 2, 3. fertilem 11. in terra 172, ult. ulciſcendi cauſa! 192, penult ſermones veſtros 204, ult. nomine Iſraelis 221, 6. Dolor meus hoc fecit *ibid.* 7, 8. ut audires nova. 236, 3, 2, exſpectabunt — præſtolabuntur. 241, 3. meum propterea,

ERRATA ITA CORRIGENDA.

propterea, die illa; 305, 5. ſervis ſuis, 308, 2. quaſi munus 331, penult. Pudendam *Nomen* laborem abſumſit 340, 3, 4. protuliſſia 350, antep perperremus? 355. ult. cum dicat: 364, 6. *dele* angulis 386, 4 verba. (*ſic legendum, nam hæc referuntur ad ſuperiora*) 387, 1 Ne faſtidias nomen Sionem, 399, 2. non terreat! *ibid. dele lineam tertiam ibid.* 4. iis & 400, 2 Si adcultaveris *ibid* 4. ut nullum 413. ult. *filia* 420, 1. diutinus (Romano charactere) 428, 5. *à fine*, atque evaſit 444, 1. ſigna (columellas) 449, 3, 4 dedique librum *ibid.* 5. meo, & teſtibus qui 450, 8. *à fine*, hanc urbem oppugnant, 459, 8. dele, *data illi* 462, 9. cum enim 466, 11 cum capito 467, 5 *à fine*, acui, *poſteriore loco delendum* 479, 2 Thachpancheſi (charactere Romano) 484, 6. *à fine*, erat deprehenſus 487, 7 qui ſicuti ejus 488, ult. in ſonitus 492, 10. eam jaculamini 493, 1 caulam ſuam *ibid.* 2. Galabaditidis 496, 4. *à fine*, eſt Jehova, 499, 6. *à fine*, utque arietes 506, 2. ſecuri facti ſunt, 507, 3. miſericors *plagis*, 510, 7. *à fine*, tuorum cornu 514, 1. quàm ſunt habiti 524, 2 ignis; ſurſum vero erat 544, 27. demittaris, jacebis cum iis qui 547, antepen. ô Idumæe, 566, 14. ſub gramine campeſtri *ibid.* 28. *à fine*, ſub herba campeſtri 578, *lin.* ult. Capitis VI. in *MS Auctoris non ſatis ſunt legibilia verba; tandem videtur nobis veriſimillime legendum eſſe*, ſubiannatio lectio eſt in Ægypto *Ubi τὸ lectio eſt, lineâ ſubducendum erat, quia in Textu Hebræo non exſtat.* 579. Cap. X, 5. vitulis Beth-Avenis

In Paraphraſi PROPHETARUM.

Pag 50, 2, 1. *lege*: itinere morentur 41, 2, 3. atque arcus. 52, 2. 2. neque ſibi auferri patientia, hoc perficier. 54, 2, 2, 1. eorum, nec pupillis ac viduis propitius eſt; cùm 57, 1. ult. regna, idem conſequentur contra Deos & ſculptilia 59, 3, 4 diripuerat quod ipſi paraveram. *ibid.* 1, 5. iis potentiorem. 63, 2, 1 terrebit victos 78, 2 ult. quia ea 79, 1, 3. Nequaquam cum eis jacebis, quandoquidem terram tuam deſtruxiſti, ejusque 81, 2. ult & dum ſecurâ quiete fruuntur nequitiarum neceſſariis 85, 1, 1. ſuſtentandam, faciam ut gens Palæſtinorum fame pereat, adeoque *ibid.* 2, 1, 2. Jeroſolymitani confidenter haberem. Nimirum, 88, 1, 4. vires nequaquam 92, 1, 1, 2 Eò tempore, munitiora eorum oppida erunt ac terræ 93, 2, 1. ant inſtar quiſquiliarum 97, *initio Paraphraſeos Cap* XIX. *ita legendum*: Oratio quâ Propheta 98, 2, 4, 5. & arundine 108, 1, 4. adtendebat, in 109, 1, 2. voce dicit: 113, 1, 5. quaſi imitaturus. 119, 2. ult canam, ludibrio habebit, qualia 124, 2, 4. 5. Perfugium ea—eam ſuperbia 128, 1, 7. ſiquidem editorum *ibid.* 2, 4. 5. Ad nomen 132. 2, 1. Ægypti), punier. 135, 2, 5, 6. nam adhuc coleret Jeroſolimæ, quod & ſemper facere potuiſſetis 141, 1 ult & 1, 1. quàm ut poſſit aliquamdiu in urbe munien ſubſiſtere, & prophetam de re. *ibid.* 2, 3. Quemadmodum enim in montem eruptionum, irrumpet Creator; *ibid.* 2. penult. Ne nobis ipſi 143. 3. ult. Ubi ſingulis annis *ibid.* 2, 3. 4. planctus; eritque mihi non aliter quam Arieli, videlicet, prælucens ac altari Numini. (*Ariel ſignificat etiam* videbit Deus. *Vide Comment. in verſ.* 1.) 153, 1, 2 ne nobis quidquam dicatis *ibid.* 2, 5. ut vecti 154, 2, 5. ſigna idololatrica 157, 1, 3. & populis quidem 162, 1. 4, 5. opem non ferre 169, 2. ult. remiſſa non eſſe 173, 2, 1 & cannas ac juncos ad varia vaſa 176, 1, 11. *à fine*, fiet aedux, *ibid* 2, 4. Annon aliarum nationum Deos 177, 3, 15. *deleatur*, poſſe *ibid.* 8, 5. *à fine*, mutabuntur *ibid* 1. penult. incenditur. *ibid.* 2, 1. Propterea quod mihi *ibid.* 2, 11 *deleatur*, plorabant 180, 2, 4. in nihilum redigimur, 198. 1, 5 — 8. Utique conſentientur — qui fidunt — fiduciam reponentes — conflatis dicunt, 238, 1. penult. quà quempiam 240, 2, 5. Nunc verò quid 253, 2, ult. *dele*, ſecum 254, 2 ult. & eſt virtutis 211, 1, 4. res bonas perciperis, & *ibid* penult. dedi teſtem *ibid.* 2, 2. & gentem *ibid* 2, 4. eras ignotus, 262, 2. penult. tuos miſiſti 261, 1. ult cum lugentibus *ibid.* 2. penult & animis aliter ſentientium 284, 1, 7. Ubi ungentur 291, 1. 1, 2. in ſibi per eos 300, 2, 3. religionis cuiquam 301, 3. 1, 2. *dele iſta*: & peccator centum annos natus, *quæ Auctor delere oblitus erat.* 303, 1. 6, 7. qui offert ovem, idem ac ſi mactet canem, aut ſi offerret munus farreum, idem ac ſi porcos *ibid* 2. 3, 4 Ego quoque illuſionibus eorum illudam, & id 304, 1, 4. cum dicunt, Gloria tribuatur Creatori! hypocritas eſſe. Deprehendetur 305, 2. 1, & indignationem ejus incumbere hoſtibus ejus 309, 1. 3, 4. *dele iſta*: Hi verò ſingulis — ait Creator. 313, 1. 5. & Jehojakimo, 317, 1. 1. manus tuæ capiti tuo erunt impoſitæ *ibid* 1. ult. diſceſſerit, alii 336, 1. antepen. ad malum faciendum. 343, 2, 1. in poſterum? 346, 2. penult. veriatur 353, 2, 6. Quæritot, 354, 1, 2. Propterea mox *ibid.* 1. penult. *dele*, ea 357, 2. *Duæ ſunt paraphraſes commatis* 14 *Prior deleatur*, *videns eſt*, *Auctorem unam earum delere oblitum fuiſſe* Quod & alibi nonnumquam obſervandum ſicubi unam eamdemque rem repeti videbis. 363, 1, 3. noſque unà cum illis lacrimemur 364, 1, 4, 5. quia hæc mihi placent, ait Deus. *ibid* 2, 4. ſolitudinibus, pœnas repetam. 374, 1, 3. *adorare non deſiderans* 379, 1. antep. iterum me adfatus juſſit 381, 1, 1, 4. Simul alios olim 382, 1, 4 ubi erit grex *ib* 1, 5. Ubi erit pecus quo 383, 2. ult. propter terram deſolatam urbes 3 1, 1, 7, 8 quidquam ab eo — impetrarem 386, 1. antepen filia meæ gentis 388, 1, 8. quis tibi commiſerationem. 389, 1. ult. Quod ſi ejus proles. *ibid.* 2, 3, 4. ut bellum mihi eſſet contra omnem ſitum; quis poteſt cum terris omnibus bellum gerere? 390, 1, 1. ut poſtea tui hoſtes ſint tibi ſupplices, *ibid.* 1, 4. Ferro non frangitur ferrum ab Aquilone adlatum, neque æs; neque eo emendaberis. 392, 2, 1. mendacis iudicis, aut 393, 1. ult. & 394, 1, 1, 2. in hoc loco, aut ex matribus nati ſint hujus loci; Sic enim decrevit Deus de liberis in hoc loco natis, & de iis qui eos genuerint in hac terra: 394, 1. pen. & ult. vel parentem lugenti. 398, 1 penult. qui populus primùm 399, 1, 3, 4. iis diei. *ibid.* 2, ult. celebrerit, 400, 1, 3, 4. ſe geſſerunt. 402, 2, 5. At ſi poſtea feciſſet 403, 2, 1. *dele*, in *ibid* 3, 7. invadente hoſte 406, 1. pen & ult. redactæ, erunt immundæ. 408, 1, penult. perſuaſiſti non valentes; *ibid.* 2, 5 *à fine*, eam nunciaturum 413, 1. penult. quia cedris ureris? *ibid.* 2, 9. *dele iſta*: 19. Inſtar animus. *& lege ibid.* ſepelietur 415. 1, 6. tamen ibi morieminí. 416, 2, ult. quo ſuſcitabo unum 417, 1, 5. autem hujus Regis erit: 418, 1. 1. & annum quo dedit pœnas 422, 1, 3, 4 quâ eos terra & ſedibus ſuis 425, 1. 6. In perpetuum habeant. *ibid* 2, ult. & 426, 3. *dele*, Tyriorum & Sidoniorum, ac 428, 2, 11. nam ſunt *ibid* 2, ult. ſua tugemis, 429, 2, 8. *à fine*, quo coacti fuerant, 435, 2, 4, 5. Babyloniorum Regi, præteteaque ei 436, 1, 2. *dele*, Sedekia 437, 1, 9, 10. *dele*, fruſtra 439, 2, antep. cultum ejus eo 442, 1, 7. *à fine*, neque in prorſus ſum *ibid.* 2, 5 *à fine*, ex lacrima, 443, 2 10. *dele*, & 445, 2. ult. *dele*, taorum 446, 2, 2, 3. fetiam poſtea, iudam, 453, 1. antep fœderis de die & nocte, cum Noacho pacti, parum obſervantes 454, 1, 6. *à fine*, adloquuturum Regem Babylonium 4 7, 2. ult. quin ſemper 458, 1, 4, & 3 *à fine*, murum muratione — Deus flectis 461, 1, 9. erat ibi quoque Profectus præſidii, 463, 2, 9. & hominibus adſumptis, qui ſe adjungerent ipſi ad Jeremiam è puteo liberandum, ingreſſus eſt locum ſub theſauro Regio ſitum, indeque veteribus veſtibus acceptis, brachiis ejus ſubjiciendis — è puteo, *ibid* 2, 4 *à fine*, cuſtodiaque relictus, 467, 3, 4. à fine, *dele*, ut 474, 1, 9. *à fine*, peregrinantium; 475, 1. ult libationes quas iis 474, 2, 1. fugerint, & in Judæam reverſi fuerint, perpauci *ibid* 2, 7. decreverant, 479, 1, 9. *à fine*, Thaboremque eſſe montem, & ſicut *ibid.* 1, 4. *à fine*, cantaro ſit. 20. Ægyptus eſt quidem nunc. *Linea antepenultima delenda eſt.* 488, 1, 2 loca ſe dederunt *ibid.* 2. 2. cum illinc *ibid* 2, 5. *à fine*, ejusque moliriones, 489, 1, 6 quia adventus ab exteris pervenit rumor, *ibid* 2, 4. *à fine*, quæ ſibi ſola habitat. 490, 2, penult. captivos, ut redeant, Halamitas, 492, 8, 3, 4, 5. quia poſſeſſione meâ expoliaſti — quòd exultabatis *ibid.* 2, 8 graſſantem Babylonis inimicorum gladium, 494, 1, 18. *à fine*, ut quemadmodum quies terræ — Babylonis injecturus ſit 495. 2 ult. pertinget ad 497, 2, 2. quibus homines 498, 1. *duæ ſunt paraphraſes commatis* 27. *dele priorem*, *quod facere Auctor oblitus eſt*, *& lin.* 5. *corrige tranſpoſitionem verborum*, *atque lege*: numeroſum ut locuſtarum examen, atque pilis horrentem. 506, 2, 8. Ab hoſtibus, poſtquam eam — redegerunt, Sabbata ſua 507, 2. penult impoſitæ, atque collo noſtro adligatæ; unde factum ut impingeremus, viresque 508, 1, 8. *à fine*, hoſtes Iſraëlitarum iis immiſerunt, & ab iis abhorrere tamquam à muliere immunda; nec secerni eam una ea parte 510, 2, 3. tibi præbra mittebant, 516, 1, 10. *omiſſa ſunt nonnulla voces*, *ſic lege*: nigra facta eſt non tantùm radiis Solis, & propter fumos qui vultus noſtros inquinarunt, ſed propter famem.

In Commentario ſuper PROPHETAS.

Pag. 5, 2. 36. *lege*: emplaſtrum iudicium, 35, 1, 16, 17. ſunt iudicia divina 40, 2. 2, valuiſſe 50, 2, 24. *à fine*, ad 7 usque, 52, 1, 11, 16 *à fine*, quæ diu poſt 53, 1, 13, 14. hoſtibus eluceſcit *ibid.* 1, 23. quodque patienter *ibid.* 1, 6. *à fine*, כחם *bahem.* *ibid.* 2, 11. Beuſaminis, atque rem 54, 2, 13. ſimulatus. חנף eſt quem 55, 1, 7. jus ſibi reſervat *ibid* 1. 11. minusque eas exſequitur, *ibid.* 2, 2. imea ſe colliſæ *ibid.* 2, 8. etiam verorum *ibid.* 2, 8. *à fine*, ſed Conſiliarii, aut 56, 1, 18. fas erat, 58, 2, 14. *à fine*, quod non licet 59, 2, 7. *à fine*, à fuga dehortari 64. 1. ubique lege גזה (*gozah*) pro בצע *betſah.* *ibid.* 2, 12. legitur, ſcripſerum 62, 2. ult. & 67, 3, 3. *ingens paucorum verborum occurrit tranſpoſitio. Ita enim verba legenda*: ut liquet è poſtremis Jeremiæ Capitibus. Intelligenda verò hic potiſſimum eſt &c. *Intermedia autem verba pag.* 67, 1. 1. tot gentes non convenere, ſed adprimè quatuor, *pertinent ad proximè præcedentis* 66. *pagina columnam* 2dam, ubi

Digitized by Google

ERRATA ITA CORRIGENDA.

Ita legendum & ſupplendum lin. 10. *à fine:* de vocatis ad Evangelii cognitionem caponantur licet; nam ante Evangelii tempora iſti gentes non convenere; ſed adprime quatuor. *Per quas quatuor gentes intelligere videtur Auctor Aſſyriam, Chaldaam, Perſiam & Ægyptum, unde Judas poſt Babylonicam captivitatem in patriam ſuam rediere,* 62, 1, 11. *à fine*, cum ea ſibi 72, 2, 19. *à fine*, multi cadere potuerant *ibid.* 2, 5, 3. *à fine*, non magis miſericordes erant erga ejuſmodi, 75, 1, 16. *à fine*, ſed paſſivo 90, 1, 9 quæ non exaudiatur. 92, 1, 3. antepen. additumque a è voce 93, 2, 6. vis venil 103, 1, 2. & ipſi, cum ea 104, 2, 7, 8. prius eſſet, à Deo juſſum — & poſtea, omiſſum. 106, 2, 25. eam interponit 117, 1, 7. ſed ab Alexandro; tunc revera 118, 2. penult. ſed quædam 127, 3. antepen ſed ſalus; 132, 2, 14. *dele*, aut 137, 2, 6. immunes præſtabat. 139, 2, 5. *à fine*, fucum facturos, *ibid.* 2, 3. *à fine*, fauturos eſſe. 145, 2, 20, 19. *à fine*, quo loco habetur. 147, 2, 14, 15. animos hominum afficiendo 159, 2, 5. *à fine*, diſcrepant, neque 171, 2, 10 *à fine*, compareus, comperiens ejuſmodi 182, 2, 6 *maleria ejus.* 194. 2, 15, *à fine*, virtute deſtitutos 205. 1, 16 *à fine*, capiti eorum 214, 1, 15. *à fine*, reductos, intelligit 215, 2, 19 quo liberare 217, 1, 4. *jarſartin* cogitavi, ſed 220, 2, 16. *à fine*, 5. *Dolor meus*] 225, 2, 13. *à fine*, ſed qui pœnas 224. 2, 2. ac Babylonii 225, 1, 2 *Jonathan* miniſtrum 228, 1, 28. dies benevolentiæ eſt 232, 1, 6. cum tantum abeſſet, 244. 2, 26. *à fine* qui vir erat 26, 2, 8 *vincula aut conſtrictiones*, 269. 2, 6, 7. non præſtant, mentiti dicuntur: ideoque 275, 2, 19. apud Græcos ejus Ἄτυμεν 238, 1, 7. *à fine*, plures adſunt *ibid* 1, 6. & 4 *à fine*, cum exiguis — geſſiſſe cum 308, 2, 9. *à fine*, referre ad 314, 2, 17. deſcribunt, facere dicuntur. 319, 1, 2, 3. *Occidentalium partium debere ſumere, ab eo quod terra adaa Cyprus ibid.* 2, 18. eo nomine 327, 2, 7. 8. à fine, *Vulgo dicitur (pro quo LXX. tantùm dicitur tranſtulerunt)* 338, 2, 8. prolatio cauſa eſſet 345 1 6, *à fine*, adjuncta, 349. 2, 4. *dele*, & *ibid.* 2, 13 *à fine*, cum veri. 7. 351, 1, 6. ab eo 355, 1, 13. *à fine*, ægre ferebant carere ſepulturâ. Quos Philoſophi 368, 2, 25. fundâ projiciens; 371, 2, 15, 12, 11, *à fine*, Veteres, eorum verſionibus — prolati que eorum 379, 2, 4. Præterea אל 380, 1, 18. *à fine*, legerint בְּרֵאשִׁיתָם *ibid.* 2, 14. *à fine*, niſi poſtquam 399, 2, 12 *à fine*, & nullâ 419, 2, 16. *dele*, non 440, 1, 16. meriti fuiſſent 448, 2, 7. *à fine*, utrique fuit. *ibid.* 2 5. *à fine*, earum aliquis, nollet 455, 1. 10 vocabatur, ſuper eo qui manu *ibid.* 1, 3 à fine *dele*, qui *ibid.* 2, 1, 2. recuperare tebebant. 459, 5. penult. ne eſſet 460, 2, 7. *à fine* Quamquam inferiores 461, 1, 8. ejus pater Jehojachimo ſucceſſit Sedekias. Vide 464, 1, 7 *à fine*. Verum enim Vis 477, 1, 8. Adloquitur Deus Ægyptum &c. *Hæc ad Caput XLVI proximè ſequens pertinentia, quo caſu huc irrepſerint, non liquet.* 485, 1, 1. factis obnoxium ſe reddidit, idem 402, 3, 12. *E theſauris*] Hæc annotatio pertinet ad Caput ſequens LI. 16. 491, 2, 7. *à fine*. ejus terrarum *ibid.* 2. 5. *à fine*, qui Babylonem poſtea ſubegerunt, & de aliis gentibus 496, 2, 22. *no credat ibid.* 2, 17 *à fine* nihil enim habent 499, 1, 4. videtur in confirmationem aut quæ *ibid.* 2. penult cum neque 500, 2. 10. *à fine*. quam meritò 501, 2, 10 *à fine*, S. *Polycarpi* 516, 1, 11. Hæc annotatio: *Obſcurior nigrore &c.* pertinet ad verſum 8. Capitis proximè antecedentis.

FINIS.

33 572531

Digitized by Google

Digitized by Google